

R. 7109  
BB8

# ACTA ECCLESIAE MEDIOLANENSIS.

A. SCAROLO  
CARDINALI S. PRAXEDIS ARCHIEPISCOPO  
CONDITA,  
FEDERICI CARD. BORROMAEI  
ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI  
IVSSV

*Undique diligentius collecta, & edita.*

---

Cum priuilegio summi Pontificis.

---



MEDIOLANI,

---

Ex Officina Typographica quon. Pacifici Pontij.  
Impressoris Archiepiscopalis. M. D. XCIX.

---

*Superiorum permissu.*

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30



R. 7109  
BB8

ACTA  
ECCLESIAE  
MEDIOLANENSIS.

A. SCAROLO  
CARDINALI S. PRAXEDIS ARCHIEPISCOPO  
CONDITA,  
FEDERICI CARD. BORROMAEI  
ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI  
IVSSV

*Undique diligentius collecta, & edita.*

---

Cum priuilegio summi Pontificis.

---



MEDIOLANI,

---

Ex Officina Typographica quon. Pacifici Pontij.  
Impressoris Archiepiscopalis. M. D. XCIX.

---

*Superiorum permissu.*

ACTORVM

S. MEDIOLANENSIS

ECCLESIAE

Pars I.

CONCILIA PROVINCIALIA.

XXI. Q. 176. C. 177. 178.

CONCILIUM  
PROVINCIALE  
MEDIOLANENSE I.

Quod

Pio Quarto Pontifice, Carolus Borromæus. S. R. E.  
Presb. Cardinalis tit. S. Praxedis,

*Legatus ad uniuersam Italiam, & Archiepiscopus Mediolani,  
habuit*

ANNO M. D. LXV.



FEDERICO  
CARDINALI BORROMÆO  
S. MEDIOL. ECCLESIAE  
ARCHIEPISCOPO,

AC DOMINO PARENTI QVE OPTIMO.

*Congregatio Oblatorum perpetuam felicitatem.*




M multa fuerunt in Carolo Borromæo Patruale tuo, FEDERICE Cardinalis Amplifs. ad ecclesiasticam disciplinam in Mediolanen. Prouinciam vel induendam, vel corrigendam præclara, atque admiranda; tum illud vnum præclarum nobis, atq; admirabile præ cæteris videri solet, quòd tot Prouincialibus Diocesanisq; Concilijs celebratis, illi tamen noua semper rerum seges suppeteret, vnde alia rursus atque alia conderentur: eo siquidem ingenio erat, vt quocunq; animum intendisset, ibi & valere plurimum, & præstare alijs omnibus crederetur. Hoc licet edita iam pridem Acta luculenter testentur, quibus vniuersa cleri regendi, fidelisq; populi christianis moribus imbuendi scientia continetur; multo clarius tamen intelligi potest ex ijs, quæ nunquam ante hoc tempus vulgata, obsoletis quibusdam in schedulis vim omnem & rationem Episcopalis administrationis & muneris complectuntur. Hæc, cum verendum magnopere esset, ne veluti membra à suo corpore diuulsa tabescerent, ac perirent; dedimus operam, vt vndequaq; diligenter collecta, ad alteram hanc Actorum editionem, quam iamdiu moliti, aliquando tandem absoluimus, adiuncta prodirent. In quo eo etiam libentius laborauimus, quòd nobis non semel ostenderit, tibi gratissimum fore, si ea ab interitu quodammodo vindicata, ad communem hominum vtilitatem darentur in lucem. Præterquam quod cum eadem non ab Italis modo, sed exterarum etiam nationum Episcopis, & Sacerdotibus vehementer expeti, atq; adeo efflagitari audiremus; ipsorum vota inani expectatione

cludere nihil esse aliud ducebamus, quam salutaris disciplinae progressionem, quæ longe lateque patere debent, angustis finibus circumscribere, & christianam rempublicam plurimis maximisque ad æternam felicitatem comparandam præsidij atque adiumentis priuare. Quamquam enim hæc ad clerum Mediolanensis duntaxat provinciae instituendum sancita sint; ea tamen fuit eximij illius viri auctoritas, clarissimis semper actionibus, vitæque incredibili sanctimonia confirmata, ut quæ ab illo decreta essent, ea sibi quisque sequenda atque amplectenda merito iudicaret. Quamobrem tot iustis hominum desiderijs satisfacere cum maximè cuperemus, non illud modo contendimus, ut quæ hæcenus impressa erant, ea multo quam antea emendatiora legerentur; sed quæ addita essent, etiam si minus polita & culta eruditis auribus visum iri sciremus, ea ut fideliter retinerentur, curauimus; ne vel præteritum quid, vel adiunctum, vel immutatum, aut suspicari quisquam posset, aut queri. Tibi vero cur dicere potissimum voluerimus, ea sane causa fuit, quod, & in eodem dignitatis fastigio collocatus, eodem, quantum in te est, studio & voluntate eandem ecclesiam regis; & congregationem nostram, quam ille primus instituit, ita auges, & ornas, ut & nos ipsos, & quæ à nobis quoquo modo proficiscuntur, omnia iure tibi optimo debeamus. Accipe igitur Acta Mediolanensis Ecclesiae, cuius ad clauum tu sedes; & nos, qui tibi animos, voluntatesque nostras addiximus, quod facis, tuere, & ama. Mediolani xiv. Kal. Iunij. M. D. IC.

# ACTORVM PARTES.

## PARS PRIMA.

 ONCILIUM Provinciale Primum.	pag. 1.
Concilium Provinciale Secundum.	59.
Concilium Provinciale Tertium.	81.
Concilium Provinciale Quartum.	111.
Concilium Provinciale Quintum.	203.
Concilium Provinciale Sextum.	297.

## PARS SECUNDA.

<b>S</b> ynodus Diœcesana Prima.	pag. 331.
Synodus Diœcesana Secunda.	333.
Synodus Diœcesana Tertia.	347.
Synodus Diœcesana Quarta.	355.
Synodus Diœcesana Quinta.	381.
Synodus Diœcesana Sexta.	389.
Synodus Diœcesana Septima.	392.
Synodus Diœcesana Octaua.	396.
Synodus Diœcesana Nona, & Decima.	398.
Synodus Diœcesana Vndecima.	399.

## PARS TERTIA.

<b>E</b> dictum de hereticis denunciandis.	429.
Literæ ad Parochos de ijs, qui ad loca hereticorum proficiscuntur.	430.
Edictum de Biblijs vulgaribus, & libris controuersiarum cum hereticis non tenendis.	431.
Decreta à Librarijs, & Impressoribus seruanda.	Ibid.
Edictum de obseruatione dierum festorum.	433.
Edictum de hastiludijs, & spectaculis diebus festis non agendis.	434.
Decretum de emptione, & venditione diebus festis vetita.	435.
Edictum de laruatis vexationibus die festo non agendis.	436.
Edictum de recta in Ecclesijs conuersatione.	Ibid.
Edictum de recto ad ecclesias accessu.	439.

Edictum, & decretum de Dominica prima Quadragesima.	440.
Edictum de obseruantia Quadragesima.	441.
Edictum de sacra ordinatione.	443.
Indictio diei sacre ordinationis.	446.
Instructio pro Parocho ad fidem faciendam de natalibus, & ætate ordinandi.	Ibid.
Edictum contra clericos habitum clericalem non induentes.	447.
Edictum de horis Canonicis ad præscriptum Breuiarij noui Ambrosiani recitandis.	448.
Edictum de ædibus, & habitatione ecclesiasticorum.	449.
Edictum de residentia.	450.
Edictum de visitatione.	Ibid.
Edictum pro executione legatorum ad pias causas.	451.
Edictum pro denuntiatione legatorum ad pias causas.	452.
Decretum de aquis per ecclesiarum, clericorumque agros ducendis.	453.
Edictum contra concubinos.	454.
Decreta quedam certis anni temporibus promulganda.	455.
Decreta generalia Visitatoris Apostolici.	461.

## PARS QUARTA.

<b>I</b> nstructiones prædicationis verbi Dei.	473.
Instructiones pro administratione omnium sacramentorum.	493.
Instructiones ad funera ducenda.	556.
Instructiones fabricæ, & suppellectilis ecclesiasticæ.	561.
Instructiones de nitore, & munditia ecclesiarum, altarium, sacrorum locorum, & suppellectilis ecclesiasticæ.	639.
Instructiones congregationum Diœcesanarum.	643.
Instructiones fori Archiepiscopalis.	655.
Instructiones Cancellarij, & Cancellariæ Archiepiscopalis.	695.
Instructiones quedam vulgari sermone conscriptæ. 716. pertinentes ad concionatores.	Ibid.

*Ibid.* ad Sacramentū confirmationis. 717. 1.  
ad sanctissimæ Eucharistiæ administratio-  
nem 718. 1. ad sacerdotes pro Missæ ritu  
Ambrosiano celebratione 727. 1. ad confes-  
sarios 760. 1. ad ordinandos 778. 1. pro  
celebratione dierum festorum, officiorum, &  
funerum 780. 1. ad processiones generales,  
& alias. 782. 2. pro expositione orationis  
quadraginta horarum 786. 2. pro oratione  
sine intermissione, & benedictione adiu, ac  
Iubileo anni sancti. *Ibid.* pro habenda no-  
titia status cleri. *Ibid.* 2. pro conficiendo sta-  
tu animarum. 790. 1. ad Vicarios foraneos.  
792. 1. ad cõgregationes foraneas. 799. 2.  
ad res ecclesiæ materiales, & alia quedam,  
801. 2.

### PARS QUINTA.

**I**nstitutiones familiæ Cardinalis S. Praxe-  
dis. 811.  
Institutiones oblatorum. 826.  
Institutiones, & regulæ sodalitatũ, & schola-  
rum doctrinæ Christianæ. 845.  
Institutiones, & regulæ sodalitatũ sanctissimi  
Sacramenti. 896.  
Institutiones, & Regulæ Confraternitatum di-  
sciplinatorum. 899.  
Institutiones, & Regulæ sodalitatũ Charitatis.  
910.  
Institutiones, & Regulæ sodalitatũ sanctæ Vr-  
sulæ. 912.  
Institutiones, & regulæ mulierũ oratorij. 917.  
Institutiones, & regulæ Monialium. 921.  
Institutiones Seminarij. 947.

### PARS SEXTA.

**T**abula Archiepiscoporum Mediolani. 973  
Tabula dierum festorum, & vigiliarũ. 982  
Tabella aliquot erratorum, & mulctarum cle-  
ricalium. 983.  
Tabella horarum Canonicarum, vel pulsatio-  
nis campanarum. 987.  
Tabella censurarũ, & casuũ reseruatorũ. 988.  
Tabella disciplina synodalis. 995.  
Tabella processionis synodalis, & precum. 996.  
Tabula scrutinij Synodalis. 997.  
Tabella decretorum, edictorum, bullarum &c.  
promulgandorum. 999. capita quedam ad  
ad regulares pertinentia. 1000.

### PARS SEPTIMA.

**L**itera Pastorales de oratione communi seu  
vespertina, una cū instructionibus 1005.  
Literæ Pastorales de aduentu. 1012. 2.  
Literæ Pastorales de Septuagesima. 1015. 2.  
Literæ Pastorales de Dominica prima Qua-  
dragesimæ. 1021. 2.  
Literæ Pastorales, & instructiones anno Iu-  
bili editæ. 1023.  
Literæ Pastorales de septem basilicis statio-  
nalibus, deq; frequenti, & pio earum usu.  
1038. 2.  
Literæ Pastorales de indulgentijs certis eccle-  
siis stationalibus Mediolani concessis instar  
basilicarum urbis Romæ. 1046.  
Literæ Pastorales, instructiones, & alia tem-  
pore pestilentia edita. 1049.  
Literæ Pastorales de aspersione aquæ sanctæ,  
& benedictione adium. 1059.  
Literæ Pastorales de barba radenda ad cle-  
rum. 1061.  
Literæ Pastorales de visitatione populi, & præ-  
paratione. 1064.  
Literæ Pastorales de tribus solemnibus proces-  
sionibus voti publici causa. 1068. 2.  
Literæ Pastorales de solempni mortuorum offi-  
cio, pijsq; suffragijs pro defunctis tempore  
pestis. 1071. 2.  
Libellus de recta vitæ christiana instituenda  
ratione. 1075. 2.  
Literæ Pastorales de obitu filij Regis Hispa-  
niarum. 1088.  
Literæ plena paternæ obiurgationis, & cohor-  
tationis ad tollendas morum corruptelas: de  
libro item memoriali. 1091.  
Literæ Pastorales de translatione sacre ima-  
ginis B.M. Virginis apud vicũ seroniũ 1094  
Literæ Pastorales de institutione Rosarij.  
1094. 2.  
Literæ Pastorales de solempni translatione san-  
cti Simpliciani, & aliorum sanctorũ 1096.  
Liber memorialis peste restincta. 1105.  
Sermo in exequijs Serenissimæ Annæ Austria-  
cæ Reginae Hispaniarum. 1158.  
Conciones habitæ ad clerum in Synodo Vnde-  
cima Diœcesana. 1165.

### PARS OCTAVA.

Formule variæ. 1191.

# CAROLVS BORROMAEVS

MISERATIONE DIVINA

S. R. E. TIT. S. PRAEEDIS

PRESBYTER CARDINALIS,

ARCHIEPISCOPVS MEDIOLANI.

*Prouincia nostra fidelibus salutem in Domino.*



VANTVM mihi onus imponeret Archiepiscopalis officij ratio, cogendi Prouincialem Synodum, quo die ex grauisimo iusso sancti Tridentini Concilij recognoui, mature vt id munus exequi possem, vehementer elaborauimus. Quod & nostrae testantur literae, quibus prouinciae Episcopos euocauimus; & sciunt graues atque ornati viri, qui nostris ea in re studijs & actionibus interfuerunt. Itaque cum primum mihi licuit, Mediolanum veni, quod prouincialibus Episcopis conuocatis, cognitisque ab eisdem ijs rebus, quae in singulis Ciuitatibus, ac Dioccesibus correctionis, aut moderationis indigerent, in Synodo de ipsorum Episcoporum consilio, atque consensu ea statuimus ac decreuimus, quae perturbatam cleri, ac reliquorum vitae, & officij disciplinam restituere, vacillantem confirmare, conseruatam propagare posse viderentur. Synodo dimissa, cum à Pio III. Pontifice Maximo Romam reuocarer, ne in ipso quidem itinere mihi quidquam maiori curae fuit, quam vt ea decreta, prouinciae, vt spero salutaria, primo quoque tempore promulgarem. Quam in cogitationem toto animo incumbentem, me & ipsius Pij Pontificis auunculi mei mox consecuta mors, & deinceps interregni, & Pontificiorum comitiorum occupatio, non iam à studio illa in lucem proferendi (quod, & si grauioribus curis maxime distinebar, tamen dimittere non poteram;) sed ab eorum editione retardauit. Sed bene, quod quemadmodum Deum assidue precatus sum, & vt ita fieret, pro mea parte contendi, breui ipsius Dei benignitate singulari, Pius V. Pontifex Max. est renunciatus: qui pro summa sua cura ac solitudine religionis, salutisque animarum, mihi & facile concessit, vt reuiferem hoc tempore commissum fidei meae gregem, & inflammatum studium meum edendi has constitutiones Prouinciae nostrae fidelibus pia sane cohortatione magis etiam incendit; & vt ea ad illos etiam pertinerent, qui alioqui ipsis non tenerentur, literis suis Apostolicam interposuit auctoritatem. Damus igitur vobis, quae ex praeepto Tridentini Concilij ad moderandos mores, corrigendos excessus in prouinciali Synodo decreta sunt: eaque non solum praesentium malorum remedia esse confidimus, sed cautionem quoque fore speramus reliqui temporis vitiorum, & incommodorum. Rogamus verò omnes, & per viscera misericordiae Christi Domini obsecramus, vt has constitutiones, quanto maximo potestis amore, & pietate amplectamini, legatis, sequamini, totos vos ad earum sententiam rationemque accommodetis: immo verò, si quod nostrum esse potest, habito, & vbi primum facultas fuit, edito hoc prouinciali Concilio, meritum, id mihi, & pijs ipsis, ac prudentibus Patribus, quibus consentientibus, & adiuuantibus haec acta sunt, praeripite. tanto enim maior commendatio est eorum, qui colunt, quam qui tulerunt leges; quanto est obedientia officij praeeptione praestantior. Caeteris verò etiam hominibus, vestra vel morum mutatione, vel innocentia, ac pietatis perseverantia praelucete; vt isto exemplo ad virtutis, & officij cultum reliquae etiam Prouinciae incitentur. Nobis enim, vt in his decretis nihil propositum fuit, nisi Dei gloria, & vestra salus; sic nihil optatius esse potest, quam vt ita decreta seruentur, vt poenis, quae delinquentibus propositae sunt, nullus locus relinquatur: magisque in agendo vestra religio, ac probitas, qua vna vel maxima voluptate noster compensabitur labor, quam nostra in decernendo diligentia commendetur. Valet in Domino.

# EDICTVM DE CONCILIO PROVINCIALI PRIMO.

CAROLVS BORROMAEVS S. R. E. TIT. S. PRAXEDIS  
Presbyter Cardinalis, ac S. D. N. Papæ & Sedis Apostolicæ per  
vniuersam Italiam de latere Legatus, Dei & Apostolicæ  
Sedis gratia Archiepiscopus Mediolanensis.



*M* Pro nostri Archiepiscopalis Officij munere, & antiquorum, & in sacro Tri-  
dentino Concilio proxime editorum Canonum obseruatione, ad moderandos mo-  
res, corrigendos excessus, controuersias componendas, aliaq. sacris Canonibus  
permissa, Prouinciale Concilium conuocare debeamus; vt primum necessaria  
Sanctæ Rom. & vniuersalis Ecclesiæ negotia, quibus apud Sanctissimum D. N.  
occupati sumus per debitam obedientiam, intermittere licuit, Reuerendissimos Prouincia nostræ  
Episcopos ad proximas Idus Octobris per literas nominatim ad singulos scriptas, ad Synodum in  
nostra Mediol. Metropolitana Ecclesia euocauimus. Vt igitur alijs etiam omnibus, qui de iure,  
vel consuetudine interesse debent, nota sit huius Concilij celebratio, neue cuiquam ignorantiam  
rei excusare, aut se contemptum dicere liceat: Idcirco vniuersis, & singulis prædictis, & alijs,  
qui sua quomodolibet interesse putauerint, etiam exemptis, & nullius Diœcesis intra Prouincia  
nostræ limites existentibus, per hoc Edictum, quod in Cathedralis, & aliarum insignium, quæ  
in singulis Prouincia nostræ Diœcesibus etiam exemptarum, ac vicinorum nullius Diœcesis,  
si quæ sint, locorum, Ecclesiarum valuis affigi, & promulgari iussimus, Prouincialis Concilij fu-  
turam celebrationem significamus, & denunciamus, cum comminatione pœnarum à sacris Ca-  
nonibus statutarum. In quorum fidem hoc Edictum confici, & per secretarium nostrum sub-  
scribi, & nostri Sigilli impressione muniri volumus. Dat. Romæ die 25. Augusti, anno Do-  
mini 1565.

# CONSTITVTIONES ET DECRETA

CONDITA  
IN PROVINCIALI SYNODO  
MEDIOLANENSI PRIMA.



OS CAROLVS BORROMAEVS,  
S. R. E. Tit. Sanctæ Praxedis  
Presbyter Cardinalis, ac san-  
ctissimi D. N. Papæ, & sanctæ  
Sedis Apostolicæ per vniuersam  
Italiam Legatus de latere, Dei  
& eiusdem Apostolicæ sedis gratia, Archie-  
piscopus Mediolanensis; de consilio, & assen-  
su Reuerendissimorum D. D. Coepiscoporum no-  
strorum, in Prouinciali Synodo Mediolanensi,  
hæc statuimus, & sancimus.

## DE PROFESSIONE FIDEI, & eius tuendæ cura.

De hac materia vide, Conc. 2. prou. tit. 1. decr. 1. & 4.  
Prou. 3. & 5. quæ ad fidei tuend. stud. pertin. Prou. 4.  
De fidei profess. Prou. 6. quæ ad fidem tuen. pertin.

**P** R I M A & maxima Pastorum cura, versari  
debet in ijs, quæ ad fidem catholicam, quam  
sancta Romana Ecclesia colit & docet, & sine  
qua impossibile est placere Deo, integrè, inuio-  
lateq. conseruandam pertinent: ideo nos hinc  
potissimum exordiendum esse duximus; vt,  
quæ ex eodem spiritu est, fides, eandem vna  
oris confessione profiteamur.

Sacri igitur Tridentini Concilij auctoritate inni-  
xi, mandamus, vt omnes ij, qui beneficia ec-  
clesiastica obtinent, vel in posterum obtine-  
bunt; & qui in Synodum diœcesanam conue-  
nire debent; in ea synodo, quæ primo quoque  
tempore celebrabitur, omnia, & singula à san-  
cto Concilio Tridentino definita & statuta, pa-  
lam recipiant; veram obedientiam summo Rom.  
Pontifici spondeant; simulq. hæreses omnes pu-  
blicè detestentur, & anathematizent; fidem  
profidentes eisdem verbis, quibus ex formula,  
à Sanctissimo D. N. Pio III. Pont. Max. præ-  
scripta, Nos, & Coepiscopi nostri in iuramento  
sanctæ Synodi, iurati præstitimus, & professi  
sumus; etiam si antea in diœcesana Synodo id  
officium, ad exequendum iussa Tridentini Con-  
cilij, quacunque ratione & modo obierint.

Episcopi omnes Prouincia nostræ, cõstitutionem  
Sanctissimi D. N. Pij III. Pont. Max. de pro-  
fessione fidei faciendâ ab ijs, qui de beneficijs

curaris, & canonicatibus prouisi sint, & à do-  
centibus literas, & à promouendis ad doctora-  
les, vel alios gradus, publicent in suis Ciuita-  
tibus, & diœcesibus intrâ mensem, & ab om-  
nibus inuiolatè seruandam curent: præsertim  
verò ab ijs, qui cuiuscunque status, conditio-  
nis & dignitatis sint, quouis modo, vel nomi-  
ne, publicè aut priuatim, domi suæ vel alienæ,  
etiam si prædagogi sint, pueros, adolescentes,  
aliosuè cuiuscunque sexus, & ætatis, quascunque  
artes literarias, vel alias liberales, etiam si ipsa  
prima grammaticæ rudimenta, legendo, inter-  
pre. ando, vel repetendo, vel alia quauis ratio-  
ne, etiam si gratis doceant, quorum etiam om-  
nium mores, antequàm ad docendum accedat,  
probare debent: alioquin de ijs pœnas, in ea-  
dem constitutione propositas, sumant.

Qui verò, ne prædicti huic decreto obtempe-  
rent, impederint; aut huius temeritatis qua-  
cunque ratione illis auctores, aut adiutores fue-  
rint; seuerè puniantur.  
Vt autem id facilius ac melius effici possit; stu-  
diosè inquirent parochi, quinam in suis paro-  
chijs eo docendi munere fungantur; & eorum  
nomina ad Episcopum, ad mensem, à die pu-  
blica ionis constitutionis eiusdè numerandû,  
deferant. Quos verò deinceps eiusmodi cogno-  
uerint, primo quoque tempore Episcopo in-  
dicent.

Parochi diligenter animaduertant, an in suis Pa-  
rochijs vllus sit, quod ad fidem attinet, prauis  
opinionib. imbutus, vel eo nomine suspectus;  
eumq. ad Episcopum, vel Inquisitorem defe-  
rant. Moneant præterea populum, debere om-  
nes, si quos nouerint aliquid fecisse, vel dixisse,  
quamobrem de huiusmodi peccato in probabi-  
lem suspicionem venerint, statim deferre.  
Obseruent etiam eos, qui ex finibus hæretico-  
rum, vel hæresis nomine suspectorû veniunt;  
singulorumq. dicta & facta odorentur, ac de  
eorum vitæ consuetudine, & ratione cogno-  
scent; & si qua de ijs suspicio fuerit, Episco-  
pum, vel Inquisitorem aduocent.

Principes verò, & ciuicam Magistratus hor-  
tamur, ac per viscera misericordie Christi Do-  
mini obtestamur, vt cœlesti iurum terrenis

Diligentia pa-  
rochorum in su-  
spectis de hæ-  
resi.

Commercium  
hæreticorum à  
Magistratibus  
tollendum.



commodis præferentes, commercium, & consuetudinem hæreticorum, quam fidelibus perniciosam ac pestiferam esse constat, pro sua pietate, ac studio religionis, e suis vrbibus, atque oppidis amouendam ac tollendam curent.

Prohibeantq. vt ne suæ ditionis homines, percipiendæ etiam linguæ causa, aut mercaturæ, aliouè nomine, in hæreticorum locis instituantur, aut commorentur.

Sacro denique Inquisitionis officio in omnib. ex animo faueant, & opitulentur; & vt eius edicta feruentur, auctoritatem etiam suam rogati interponant.

Cùmque eis à sancta Sede Apostolica concessum fuerit, vt causis fidei ad patrocinium catholicæ veritatis adfiterent; nihil sibi in illis vsurpare, neque quidquam, quod contra sacros canones sit, attentare velint.

Episcopi regulas Indicis de libris vetitis, ab ijs, qui illi negotio à sacrosancta Tridentina synodo præfecti fuerunt, ex auctoritate Sanctissimi D. N. Pij IIII. editas, ab omnibus librorum impressoribus, ac bibliopolis, cæterisq. omnibus laicis, & ecclesiasticis personis feruari iubeant. Quorum verò librorum purgatio, eiusdem Indicis iussu facienda est; eos legi, vendi, aut emi, haberi uè omnino vetamus, donec ab ijs ad quos pertinet, purgati, & probati fuerint.

De abutentibus Sacra Scriptura.

NEFARIA est eorum temeritas, qui sacre scripturæ verbis vel sententijs, ad iocum, assentionem, contumeliã, superstitionem, impietatem, aut ad quosuis profanos sensus abutuntur. Quamobrem Episcopi, in eos qui in hoc genere deliquerint, ex sacrorum canonum, & Tridentini Concilij decretis grauiter animaduertant. Et vt detestabilis hac licentia prorsus tollatur, fidelem populum per cõcionatores, parochos, confessores, de huius peccati grauitate frequenter admonendum curabunt.

De ludi Magistris.

Prou. 3. & 5. quæ ad fidei tuen. stud. pertin. Prou. 5. quæ ad prædicat. & doctrinam Christianam pertin.

PRINCIPES, & Magistratus in Domino vehementer hortamur, vt nulla sumptus sui habita ratione, publicos ludi magistros in vrbes, & suæ ditionis loca conducant; nõ minùs fidei & vitæ, quàm doctrinæ & scienciæ laude cõmèdatos. Qui verò literas docebunt, non solum libros, indice Sanctissimi D. N. Pij IIII. auctoritate edito, nominatim vetitos, pueris non interpretentur, aut ab illis legi patiantur; sed neque etiam alios, quibus obscena, vel turpia contineantur.

Præcipimus etiam, vt bonis moribus, & salutaribus præceptis eos erudiant: in primisq. in aliqua pia, & christiana institutione, si Episcopo videbitur, exercent; cæteraq. omnia offi-

cia, quæ Leo X. in Lateranensi cõcilio statuit, Sefs. 9. præsent. In ijs si deliquerint, pro delicti genere plectantur.

De fidei initijs à Parocho tradendis.

Prou. 2. tit. 1. decr. 2. prou. 3. de scholis doct. christianæ. Prou. 4. de doct. christiana. Prou. 5. quæ ad præd. ver. Dei, & doctri. christianam pertin.

PAROCHI singulis dominicis, & alijs festis diebus, qui Ecclesiæ præcepto agi soleant, pueris singuli in suis parochijs initia fidei tradant; eosq. ad obedientiã, primùm Deo, deinde patribus præstandam, erudiant; ac propterea à prandio stata hora, proprio campanæ sono ad id munus assignato, ad Ecclesiam conuocandos curabunt.

De præbenda Theologici.

Prou. 5. quæ ad benefic. collat. attin.

QUÆ ecclesiæ cathedrales, aut collegiatæ in oppidis insignibus præbendam aut stipendium, quouis nomine theologiæ interpreti assignatũ nõ habet, cùm in illis sacrũ cõciliũ Tridentinum præbendam primò vacaturã, ad hunc vsũ constituerit, quam ei tantummodò, qui ad hoc munus se præstandum idoneus sit, deferri voluit; id si adhuc re ipsa effectum non sit, curent Episcopi, vt quamprimùm decreto concilij satisfiat.

De prædicatione verbi Dei.

Prou. 2. tit. 1. decr. 7. prou. 3. & 6. quæ ad cõcion. pertin. Prou. 4. de verbi Dei præd. Prou. 5. quæ ad præd. verbi Dei.

APOSTOLI, in quorũ locum Episcopi successerunt, satis nobis aperuerunt, verbi Dei prædicationem, esse præcipuũ illorum munus, qui in Episcopali sede collocantur. Quamobrem nos auctoritatem sacrosancti Tridentini Concilij, & veterum patrum secuti, in Domino Episcopos hortamur, vt toto pectore in hanc curã incumbentes, greges sibi commissos ipsimet, præsertim in Ecclesia sua, verbo Dei pascant. Quod si leui de causa, aut quodam animi languore impediti, non fecerint; sciant sibi prætermisissimè necessarij officij iudici Deo præcipuè rationem esse reddendam. Sin autem se interdũ verè impeditos cognouerint, per viros idoneos, ex præscripto eiusdem concilij delictos, hoc munus studiosissimè populo præstet. In alijs verò ecclesijs parochialibus, vel alijs curam animarũ habentibus, saltem omnibus dominicis, & solemmnibus diebus festis; ieiuniorum autem, Quadragesimæ, & Aduentus tempore, quotidie, vel ijs saltem diebus, quibus Episcopus iusserit, proprio parocho, & Curato, oues sibi commissas, pro earum sensu & intelligentia, salutaribus verbis pascendas mandamus. Si qui autem propter incitiam id præ-

Sefs. 5. c. 1. de cr. de refor.

Episcopi.

Sefs. 5. c. 2. & Sefs. 24. c. 4. in decretis de reformat.

Parochi.

stare

stare non poterunt; ad peritos confugiant, quorum auxilium implorantes, vel homilias sibi præscriptas, vel latinos sermones, auctoris ab Ecclesia recepti, in vulgarem linguam conuersos, approbatos tamen ab Ordinario, aut memoriter, aut de scripto pronuncient. Id autem tandiu fiet, quoad liber Homiliarius ad hunc Curatorum vsũ Metropolitanis cura prodibit in lucem. Sed vt norint Episcopi, & eorum industriam qui doctrina sunt præditi, & illorũ diligentiam, qui aliorum verbis diuinam legem enunciant; iubeant, si eis ita videbitur, ab vnoquoque Parocho, & Curato vnum singulis mensibus, ab eo habitum in ecclesia sermonem ad se mitti. Qui negligentes, aut contumaces fuerint, eos Ordinarij arbitrio suo puniant; & prætereà alios deligant, qui eorum impensa opus illud explere possint; donec ipsi respiscetes, munus suum expleant. Quo etiam modo illis occurrere poterunt, quos etiam vel peritorum industria, vel homiliarum libris, vel alia quacunque ratione adiutos, parum proficere; quos uè ei muneri minùs aptos esse, vel prædicatione destruere potiùs, quàm ædificare iudicant.

Concionatores delegati.

Extra urbem verò in vniuersa dicecesi, præter officium quod Curati præstabant, tam multos distribuunt Episcopi concionatores, vt in curatis ecclesijs, quæ in frequentioribus locis sitæ sunt, cæterisq. omnibus etiam non curatis, in quibus ipsi opportunum iudicauerint, intrã cuiusque mensis spatium, saltem semel in aliquo die festo, Dei verbum prædicetur. Eos autem ab illis, in quorum ecclesijs prædicabunt, hospitio recipi volumus, suppeditatis omnibus rebus, ad eorum victum necessarijs, data etiam elemosina aliqua ex fructibus beneficiorum, vel etiam largitione laicorum, si beneficia tenuiora iudicauerint Episcopi, quàm vt id onus ferre possint; nisi sint, qui iure debeant, vel dare consueuerint.

Quæ seruanda à concionatoribus.

Quæ seruanda à concionatoribus. Ita autem qui prædicandi officio, aut quacunque ratione fidelibus christianam doctrinam tradendi munere funguntur, hanc viam & rationem inueniendam proponimus.

Vt sacram scripturam interpretentur eo sensu, quem catholica Ecclesia, & consentiens sanctorum patrum auctoritas comprobauit; neque quidquam ab Ecclesia, aut à doctoribus Ecclesiæ probatis alienum proferant.

Vt si quando ad auditorum vtilitatem vtendũ erit allegarijs, eas ex receptis ab Ecclesia scriptis seligant. Ne certum tempus Antichristi aduentus, & extremi iudicij diem prædicent; cùm illud Christi Domini ore testatum sit: *Nõ est vestrum nosse tempora, vel momenta.* Ne uè quidquam prætereà futurum ex sacris literis diuinare, eiq. euentu certam diem præfinire audeant. Neque temerè, id sibi diuinitus reuelatum esse, affirmant. Ne historias ex apocryphis scriptoribus populo narrent. Ne uè mi- raçula, quæ probata scriptoris fide non com-

mendentur. Si quæ tamen auditoribus salutaria iudicant; ita commemorent, vt à certa eorum affirmatione absteant. Ne ineptas & ridiculas fabulas recenseant: Ne uè superuacanea, & parum fructuosa.

Ne hæreticorum opiniones, & argumenta referant apud imperitam multitudinem. Quod si alicubi necessitas postularit, vt eorum falsa dogmata accuratiùs ac liberiùs confutentur; id non longa disputatione, sed graui redargutione faciant. quod facillè assequentur, si catholicam veritatem expromentes, sanctæ Ecclesiæ, conciliorum, & probatæ veris consuetudinis auctoritate, ac sanctorum doctorum quos probat Ecclesia, testimonijs roborant; & sacre scripturæ locos, quorum sensus ab illis ad corrumpendas simplicium hominum mentes deprauantur, & ex alijs eiusdem scripturæ locis, & ex sanctorum patrum sententia fideliter interpretentur. Sic enim fiet, vt dogmatum peruersitas, quæ falsa interpretatione nitebatur, catholica veritatis vi, & rectæ interpretationis pondere corruat.

Ne quid ambiguũ, anceps uè loquantur, quod auditoribus variè intelligendi occasionem præbere possit.

Ne uè concisè, & obscure quidquam exponant; qua ex re auditorum animi, expectatione incerti & suspensi relinquuntur.

Ne ostentandæ doctrinæ & eloquentiæ causa, difficiles atque inanes quæstiones, fucum uè orationis & pigmenta conquirant; vnde sui ipsius potiùs, quàm Iesu Christi prædicatores esse videantur. Sed præcipuè in Euãgelij, Symboli, Orationis Dominicæ, Angelicæ salutationis, Decem præceptorum, Sacramentorum Ecclesiæ, & sacrorum rituum dilucida explicatione versentur. In reprehendis vitijs ita se gerant, vt pietatis, & caritatis studio eos adductos, non hominum, sed peccatorum odio id facere omnes intelligant. Diligentes ac vehementes sint in ijs vitijs & peccatis exagitantibus, in quibus magis volutaum populum, aut ad ea procliuiorem videntur.

In prauas etiam consuetudines inuehantur: Et in eas, quæ etsi malæ non videntur, tamen facillè peccandi causam afferunt.

Ne quemquam, nominatim aut tacitè illum designantes, insectentur.

Ne in ordinem vllum, statum, aut vitæ genus ab Ecclesia receptum, inuehantur.

Ne Episcopos, aliosuè Prælatos, ne uè ciuiles magistratus cum auditorũ offensione alperius obiurgent; sed pie potiùs admoneant. Populumq. doceat, *præpositis suis, etiã discipulis, obedire.* Quæ etiã sapissimè moneant ex Apostoli sententia, vt faciat *obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones, pro omnib. hominibus qui in sublimitate constituti sunt; præsertim verò pro ijs qui peruigilat, quasi rationem pro animabus eorum reddituri; vt quietam, & tranquillã vitam gerant in omni pietate, & castitate.*

1. Tim. 4.

Eorundem pro sacre Inquisitionis officio studium.

Observatio In Indicis Conc. Trident.

Sefs. 4. in decreto de editione, & vsu sacrorum librorum.

Principum diligentia.

Seruanda à ludi magistris.



Ita afficere studeant auditores, ut sua peccata dolenter desinant; quos interdum, propositis supplicijs æterni ignis, à flagitijs & facinoribus deterreant; interdum commemoratis cœlestis vitæ præmijs, ad virtutes, in primis verò ad Dei, & proximi amorem accendant.

Decreta concilij Tridentini, præsertim quæ ad mores & disciplinam christianam restituendâ pertinent, & has nostras constitutiones populo studiosius inculcent.

Omnes hortatu, & præceptis ad pietatem erudiant; & quæ cuiusque sit propria virtus, quod officium patris filij, viri uxoris, domini serui, laici clerici, priuati magistratus, omnium denique ætatum, generum, ordinum partes & munera assidue commemorent.

Hanc prætereà rationem habeant, ut non solû Dei, & Ecclesiæ præcepta seruanda esse doceant; sed modum illis tradant, quo ea ex Dei voluntate seruare oporteat.

Commoneant, ut non solum præceptis seruandis, sed etiam consilijs amplectendis, ad perfectiorẽ vitam in dies magis contendere studeant. Doceant, quo modo viuendum sit bonis animi, corporis, & externis: Quouè modo secundis, & aduersis rebus; ut ea sint illis tamquam instrumenta ad consequendam vitam cœlestem. Maxime verò caueant, ne quod præceptis & hortatu ædificant, id vita, & moribus destruant; ne cũ alijs prædicauerint, ipsi reprobi efficiantur. Indulgentias populo ne publicent, nisi de consensu Episcopi.

Neminem populo paupertatis nomine commendent; nisi is testimonium ab Episcopo scriptum attulerit. Neque ei inter concionem permittatur, ut elemosinam à quoquam petat in ecclesia; sed aut ad fores ecclesiæ stet, aut per eos qui eam curam susceperint, id negotium ita cõmodè ac celeriter agatur, ut minimè concionem impediatur.

Sacra concio noctu numquam, sed opporuno tempore, Episcopi præscripto habeatur.

Dum habetur, nec Missæ, aut horæ canonicæ, clara aut submissa voce in ea ecclesia dicantur.

Episcopi ijs diebus, quibus legitime impediti, prædicandi munus in suis ecclesijs per alios præstent, eisdem sacris concionibus, quantum poterunt, interesse studebunt. Qui verò dignitates, personatus, vel canonicatus in cathedrali ecclesia obtinent, & alij eiusdem ecclesiæ clerici, dominicis ac festis solemnibus diebus semper; Quadragesimæ autem, & Aduentus tempore quam sæpius verbis Dei cõciones in eadem ecclesia audiant. quod officium à cæteris quoque ciuitatis clericis præstari diligenter curabunt Episcopi; ut ipsorum exemplo, laici etiã ad audiendum Dei verbum studiosius confluant. Concionis audiendæ causâ, loca virorum & mulierum, si fieri potest, Episcopi cura distinguantur, qui ad id exequendum idoneos aliquot viros adhibeat; & à secularibus magistratibus, si opus erit, auxilium petat.

Episcopus concioni interfuit.  
Canonici item.

Quæ seruanda sunt in sacris Imaginibus effingendis.

Prou. 3. quæ ad sacram. & sacramentalia pertin. Prou. 4. de sacris reliq. miraculis & imaginibus. Prou. 6. de cultu Sanctorum.

CVM sacrosancta Tridentina synodus decreuerit, nemini licere vlllo in loco, vel ecclesia, etiã quomodolibet exempta, vllã insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit; eiusq. diligentia & curæ commendari, ut in sacris effingendis imaginibus nihil falsum, nihil profanum, nihil inhonestum, nihil præposterè, nihil non rectè atque ordine adhiberetur; illud in primis caueant Episcopi, ne quid pingatur, aut scilpatur, quod veritati scripturarum, traditionũ, aut ecclesiasticarum historiarum aduersetur: ne cuius lectio prohibetur, eius imago populo proponatur.

Historiæ quoque, quibus neque Ecclesia, neque probati scriptores auctoritatem vllam dederunt, sed sola vulgi vana opinione commendantur; effingi prohibeantur.

Deinde vniuscuiusq. imaginis os, corpus, corporis habitum & statum, ornatum & locum inspiciendum curent Episcopi; ut hæc omnia ad prototypi dignitatem & sanctitatem, apta sint & decora; atq. ex imaginis inspectione pietas excitetur, nulla verò turpis cogitationis detur occasio. Hæc & reliqua huiusmodi ex Tridentini concilij præscripto, ut commodius Episcopi exequantur; conuocent suarum diocesis pictores & sculptores, omnesq. pariter doceant, à quibus cauere debeant in sacris imaginibus effingendis: curentq. ne illi, inconfulto parocho, aliquam sacram imaginem publicè, vel priuatim effingant. Quod si qui deliquerint, puniantur, tam ipsi artifices, quam ij quorum sumptibus vel iussu effectæ erunt imagines.

Parochi verò Episcopo significant, quæ ille iudicari in sacris imaginibus effingendis, ad se propter difficultatem deferri debere.

Quod si quæ iã pictæ imagines sicut aut simulacra, ob artificum temeritatem aut inscitiam, eiusmodi fortassè fuerint, ut ferèda nullo modo videantur; ea curent Episcopi, doctorum etiã & peritorum virorũ consilio adhibito, ut omnino deleantur, vel saltem aliqua ratione corrigantur.

De actionibus, & representationibus sacris.

QVONIAM piè introducta consuetudo, re præsentandi populo venerandâ Christi Domini passionem, & gloriosâ martyrum certamina, aliorumq. Sanctorũ res gestas, hominũ peruersitate eò deducta est, ut multis offensionibus, etiam risui & despectui sit; ideo statum. Vt deinceps Saluatoris passio, nec in sacro, nec in profano loco agatur; sed doctè, & grauiter eatenus à concionatoribus exponatur, ut, qui sunt

Sess. 25. in dec. de inuoc. Sanctorum.

Sess. 25. de inuoc. venerat. & reliq. sancto. &c.

sunt vberes concionum fructus, pietatem, & lacrymas comoueat auditoribus. quod adiuuabit proposita crucifixi Saluatoris imago, ceteriq. pij actus externi, quos Ecclesiæ probatos esse Episcopus iudicabit. Item Sanctorum martyria, & actiones ne agantur; sed ita piè narrentur, ut auditores ad eorum imitationem, venerationem, & inuocationem excitentur.

De sanctorum reliquiarum veneratione.

Prou. 3. de fest. dierum cultu. Prou. 4. de sacris reliq. Prou. 5. de indulg. & sacris reliq. Prou. 6. de cultu Sanctorum.

VT Sanctorum Reliquijs, quæ debetur, veneratione & cultus adhibeatur, statuimus; ut in locis honestissimis, ac decoris vasculis, qua debeat, religione asseruentur.

Cum populo pietatis causa ostenduntur, lumina accendantur.

Ex loculis verò & receptaculis, vbi condita sunt, ne educantur.

Ne temerè exponantur omnium oculis.

Neue quaestus gratia.

Cætera etiam de Reliquijs, quæ à sacra Tridentina synodo decreta sunt, Episcopus inuolatur seruari iubeat.

De magicis artibus, veneficijs diuinationibusq. prohibitis.

Prou. 4. de superstitionibus.

MAGOS & maleficos, qui se ligaturis, nodis, characteribus, verbis occultis mentes hominum perturbare, morbos inducere vel expellere, corporum figuram & constitutionem immutare, ventis, tempestati, aëri ac mari incantationibus imperare posse sibi persuadent, aut alijs pollicentur; cæterosq. omnes, qui quouis artis magicæ, & veneficij genere pactiones & fœdera, expressè vel tacitè cum dæmonibus faciunt; Episcopi acriter puniant, & è societate fidelium exterminent.

Deinde omnem diuinationem ex aere, aqua, terra, igne, ex inanimatis, ex vnguium & lineamentorũ corporis inspectione, ex sortibus, somnijs, mortuis, alijsq. rebus, quibus per dæmonũ significationem incerta pro certis affirmantur, futura prædicere, furta, thesauros absconditos commonstrare se posse profitentur; & huius generis reliqua, per quæ curiosorũ & imperitorũ hominum mentes facillè decipiuntur, coërceant, & eiiciant.

In eos etiam, qui huiusmodi diuinatores, sortilegos, coniectores; ariolos, & cuiusvis generis magos de aliqua re consuluerint; vel ut consulerentur, cuique auctores, adiutores, hortatoresue fuerint, vel eis fidem habuerint; seuerè animaduertant.

Si quis etiam anulos, vel aliud ad magicos, vel superstitiosos vsus fecerit, aut vendiderit; graui pœna afficiatur.

Astrologi, qui ex Solis, Lunæ, & aliorum astrorum motu, figura, & aspectu, de hominũ actionibus, quæ à libero voluntatis arbitrio proficiuntur, certò aliquid euenturum affirmant; grauibus pœnis plectantur. quæ pœnæ etiam ad eos pertineant, qui ad illos de huiusmodi rebus detulerint.

Denique pœnas sumant Episcopi de ijs omnibus, qui in itineris susceptione, aut cuiusvis rei institutione vel progressionem, dies, tempora, & momenta obseruantes, quadrupedum voces, auium garritum aut volatum notantes, ex occursum etiam hominum, vel pecudum, suscipiendi operis felicitatem augurantur.

De blasphemia.

Prou. 2. tit. 1. decr. 3. Prou. 3. quæ ad concion. pertin.

BLASPHEMIAE impudentia & impietas eò prolapsa est, ut in ea coërcentia vix satis diligentia adhiberi posse videatur. itaque sacris canonibus, & Pontificum decretis, maximè vero ijs, quæ Leo Decimus in Lateranensi concilio decreuit, innixi, hæc mandamus.

Ut quicumque Deo palàm, seu publicè maledixerit, contumeliosusq. aut obscenis verbis Dominum nostrũ Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius matrem, expressè blasphemauerit; si clericus sit, primùm fructibus vnius anni beneficiorum ecclesiasticorum, quæcumque habuerit, mulctetur. Si iterum in eo peccarit, eo beneficio quod habet, priuetur; & si plura obtineat, eo priuetur, quo ordinarius priuandum censuerit. Si tertio blasphemarit, dignitates ac beneficia omnia, quæcumque habuerit, eo ipso amittat; ad eaq. deinceps retinenda, aut obtinenda inhabilis sit. Si verò laicus fuerit, primùm, aut etiam secundò, pecunia mulctetur, ex præscripta in eodẽ concilio ratione. Tertio grauem pœnitentiam publicè agat, eodem modo, quo à sacris canonibus præscriptum est. Qui verò Sanctos blasphemarit, aut in Deum & gloriosam Virginem Matrem maledicta, non tamen palàm aut publicè, contulerit, mitius aliquantò iudicis arbitrio puniatur.

In foro autem conscientia, ei qui blasphemiarus fuerit, grauem pro modo culpæ pœnitentiam confessor imponat.

Qui blasphemantem audierit, si possit sine periculo, asperius obiurgat; omnino autem intrã triduum eius nomẽ ad iudicem ecclesiasticum, vel secularẽ deferat. Si plures simul audiuerint, singuli idem faciant; nisi inter eos conuenierit, ut vnus pro omnibus eo fungatur officio. Quod si domini, mercatores aut artifices, famulos, aut ministros audierint blasphemantes, semel monitos, si iterum in eo genere peccarint, domo eiiciant.

Principes autem & Magistratus per Dei gloriam, quæ blasphemia maximè violatur, obsecramus, ut hæc omnia diligentissimè seruari studeant: vberrimam piæ curæ à Deo mercedem expectantes.

Sess. 9. tit. de res for. curiæ.

Sess. 9. tit. de re for. curiaz.

stantes, præter decem annorum indulgentiam, quam Leo Decimus in eodem Lateranenſi Cõcilio & ipsis, & iudicibus, & deferentibus elargitus est. Quod si sæculares iudices, quod minime futurum speramus, blasphemiaz conuictos, iustis pœnis non affecerint; sciant iisdem pœnis, quas de fontibus sumere neglexerunt, ex eodem concilio se teneri.

De festorum dierum cultu.

Prou. 3. eod. Prou. 4. quæ ad sanctorum cultum &c. Prou. 5. qd ad dies festos &c. Prou. 6. de dieb. festis.

**M**A X I M A M in eo diligentiam ac studium Episcopi ponere debent, vt dies festi piè, sanctèq. obseruentur ab omnibus. Cùm enim ij potissimum ad celebrãdas Dei & Sanctorum laudes salutariter instituti sint; curandum est etiam diligenter, vt ne ijs ipsis quisquam ad diuinam offensionem, & animæ suæ perniciem abutatur.

Prohibeãt igitur ij, ne illiberales artes exerceãtur; aut vllum opus fiat eo tempore alienum. Ne quid ematur, aut vendatur, præter id quod ad victum illius diei, vel ad ægrotorũ curationem necessarium sit.

Ne officinæ, aut omnino, aut aliqua ex parte, aperta habeantur.

Ne fiant nundinæ; sed quæ festo die fieri consueuerint, in antecedentem, vel sequentẽ diẽ, qui festus non sit, transferantur.

Qui secus fecerit, seuerè plectatur Episcopi arbitrato.

Pro officinis apertis, rebusuè venditis, si filius, famulus, ministri deliquerint; etiam pater, dominus, & artifex, pœnam subeant.

Ijs etiam diebus studebunt Episcopi, ne personati homines incedant.

Ne ludi equestres, certamina, aut alia ludicra & inania spectacula adhibeantur.

Choreæ, saltationes in vrbibus, suburbij, oppidis, vicis, aut vsquam omnino ne agãtur.

Docent verò populum, debere vnũquemque, eo potissimum tempore, in diuinis officijs & concionibus audiendis frequentem esse, ac in precibus, recolendisq. Dei maximis beneficijs, assidue versari.

CONSTITVTIONVM PARS SECVNDA.

De ijs, quæ ad sacramentorum administrationem generatim pertinent.

Prou. 2. tit. 1. Prou. 3. 4. & 5. quæ ad sacramentalia, & sacramenta generatim pertin. Prou. 6. de sacramentalibus.

**Q**UO maior & vberior est sacramentorum fructus, quàm vt eius vis explicari facile possit; eo diligentius & intima animi pietate, & externo cultu ac veneratione tractanda, ac percipienda sunt. quod officium vt

omni studio & operâ nostrâ adiuuamus, præter ea, quæ ad salutarem hãc rationem constituit sacra Tridentina synodus, quæ & Episcopi, & Parochi inuiolatè seruare debent; nõnulla etiam ad tollenda incommoda & abusus, quos in prouincia nostra, hominum vel culpa vel negligentia in sacramentorum administrationem inuexerat, statuenda duximus.

Primum autem magnoperè hortamur Episcopos, quorum diœceses inter se implicata & confusæ sunt, vt communi voluntate atque sententia rationem inire studeant, qua explicari & commodius distingui possint; adhibita etiam, si opus erit, prudentia ac diligentia vicinioris Episcopi, vt amicè sublatis impedimentis, negotium de cõmuni eorum sententia, sedis Apostolicæ auctoritate conficiatur.

Quæ parochiales ecclesiæ partem habent sui populi extra mœnia vrbium, vel oppidorum, vel alibi; quò fiat vt parochus, præsertim nocturno tempore, illis hominibus sacramenta commodè administrare non possit; in illis Episcopi aut eam partem commodiori parochiæ vniant; aut etiam inuitis rectoribus, ex constitutione Alexandri III. & decreto concilij Tridentini, nouas constituant parochias.

Illis autem sacerdotibus, qui de nouo erunt ecclesijs recenter erectis præficiendi, congruens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus; & si necessè erit, compellant populum ad ea subministranda, quæ sufficient ad vitam noui rectoris sustentandã.

Quod præterea Tridentina eadem synodo decretum est, vt ecclesiarum rectoribus tot sacerdotes adiungantur, quot & ad sacramenta parochianis administranda, & ad diuinum cultũ satis esse possint; id Episcopi omni diligentia exequantur.

Parochiarum distinctio, quæ familijs, non certis sinibus, facta est; & parochis ad sacramentorum administrationem, & populo ad illorũ susceptionem magnum incommodum afferre solet. quare Episcopi, sublata intrã sex menses diuisione parochiarum per familias facta, eas certis limitibus terminisq. describant.

Cùm sacramenta Ecclesiæ non solum sine simoniæ labe, verum etiam sine auaritiæ suspitione præbenda sint; caueant omnes, ne in eorum administratione quidquam exigant; aut etiam verbis vel signis, directè vel indirectè petant. Qui secus fecerit, eum & pœnis iure communi statutis, & alijs arbitrio Episcopi plecti volumus.

Studeant Episcopi, vt in ecclesia sua cathedrali, in sacramentorum administratione, in exorcismis fontium, & sponforum benedictionibus, ritibus & cæremoniæ ex more sanctæ Romanæ Ecclesiæ adhibeantur.

Omnes verò inferiorũ ecclesiarũ, quæcumque illæ sint, rectores, in his oibus ab obseruatione cathedralis ecclesiæ nulla ex parte discedant.

Dioecesa di- ffectio.

Parochiaz noue vbi instituendæ & distinguendæ.

Cap. ad audientiam, de eccl. x. dif. & repar. Sess. 21. c. 4. Decr. de refor.

Ibidem.

Nihil peten. in sacram. admin.

Ritus ac cæremoniæ.

Officium Episcopi & Parochi.

Sacerdotes in sacramentorum administratione semper superpelliceam & stolam adhibeant. Episcopi in administrandis sacramentis, illorum vim & vsus, pro eorũ qui sumpserint, & adfuerint, intelligentia, diligenter explicabunt.

Idem quoque facient parochi; ea ratione ac sententia, quæ in Catechismo Romæ edendo auctoritate Sanctiss. D. N. præscribetur. Interim verò aliquo catholici scriptoris Catechismo ab Episcopo deligendo vtantur.

Parochi crebris cohortationibus in id maximè incumbant, vt populus sibi commissus, ad Confessionem & Communionem frequenter, præcipuè autem in Natiuitatis Domini, & Pentecostes, ac alijs solemnitatibus accedat.

Aegrotos verò, etiam non vocati, inuisant, vt ad sacramentorum susceptionem inducant; & eorum animabus, quacumque ratione possunt, sollicitè consulant.

Si parochi ad aliam ecclesiam transferint, antequàm à priore migrent, successori libros tradant, in quibus eorum qui baptizati, confirmati, matrimonio iuncti fuerint, nomina describi infra iubemus. Qui secus fecerit, grauissimè ab Ordinario puniatur.

Quæ pertinent ad baptismi administrationem.

Prou. 2. tit. 1. decr. 9. & 10. Prou. 3. quæ ad Sacramentalia, & sacramenta generatim pertin. & de baptismo infantum expositorum. Prou. 4. 5. & 6. quæ ad baptismum seu de baptismo.

Baptizare domi non licet.

**N**E M I N I liceat quemquam intrã domesticos parietes baptizare; sed natum infantem ij, quorum est ea cura, ante nonum diem ad suscipiendum baptismum in ecclesiam deferendũ curent. quòd si neglexerint, excommunicationis pœnam subeant.

Quãdo liceat.

Permissa est tamen, si in stet periculum, facultas baptizandi in priuatis ædibus sacerdoti; vel si is absit, alteri sacris initiato; vel si non adfuerit, laicis, primò mari, aut demum scemina; qui rectè nouerint verã baptismi formam: *Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.* quibus verbis nihil prorsus ab ipsis addendum, vel detrahendum esse, crebrò populum suum parochus admonet.

Quòd si domi baptizatus postea vixerit; omnino intrã nonũ ab ortu diem, vel cùm primum per ualitudinem licuerit, eum in ecclesia sistãt: vbi si rectam baptismi formam seruata esse constiterit, ei tantum ritus ac cæremoniæ baptismi adhibeantur.

Compatres.

Fideles in baptizandis filijs eos potius eligant cõpatres, qui eorum animæ consulere, quàm qui inopia subuenire possint. Cuius officij sæpius eos parochus admonebit. Curabitque, vt compatres tales deligantur, qui fidei & morum ratione, suscipiendo muneri satisfacere possint. Caueant verò parochi, ne excommunicatos, vel eos qui eo anno Paschæ tempore, ex præcepto ecclesiæ peccata confessi non fuerint, &

sanctissimam Eucharistiam non sumpserint; admittant ad leuandũ baptizatũ de sacro fonte.

Sacerdos baptizaturus, primùm quam actionem susceperit, diligenter ipse animaduerrat; & ad tanti muneris functionem, sanctè grauitatèq. accedat.

Deinde compatres moneat, vt iocis omnibus nugisq. semotis, piè ac religiosè quid agatur, attendant; intelligentes Christo filios spiritua liter generari; teneriq. se pro suo susceptionis officio, eos catholica fide, & probatis moribus instituere, si parentes id facere omiserint.

Detestabilem consuetudinem, baptizatos infantes in altare collocandi, vt muneribus compatrum inde redimãtur, Episcopi seuerius vindicabit. Compatres & cõmatres, nihil infantibus quos susceperunt, aut eorum parentibus, baptismi tempore largiantur.

Cùm oleum chrismales consecratur, omnino inter sint & qui dignitates seu personatus obtinent, & canonici, ac reliqui cathedralis ecclesiæ clerici, & quos ex alijs ecclesijs suæ ciuitatis & diœcesis Episcopus vocandos duxerit.

Caueant parochi, ne sacrum chrisma in baptizatis facti chrismales vnctio extergit, ad hoc assuerent, vt ijs tangenda tradant, quos parentes baptizati sibi compatres, vel commatres fieri cupiunt.

Singulæ parochiales ecclesiæ singulos fontes habent; in quibus diligenter toto anno seruetur aqua baptismalis, solemniter benedicta.

Parochus librum habeat, diligenterq. custodiat; in quo baptizati parentum, & compatrum nomen, cognomen, diemq. natiuitatis, ac baptismi, & an ex legitimis nuptijs procreatus sit, describat; & quotannis singulorum annorũ scriptæ eius rationis exemplum det Episcopo, qui id fideliter asseruandum curabit.

Moneant parochi puerperas, vt cùm primum post partum domo exierint, mox ad ecclesiam, Deo acturæ gratia saccendant, vbi benedictionem à parochia suscipiant.

Quæ pertinent ad Sacramenti confirmationis administrationem.

Prou. 4. & 5. quæ pertin. ad sacram. confirmat. Prou. 3. quæ ad sacramentalia, & sacrameta generatim pertin.

**M**inori septennio confirmationis sacramentum nemini præbeatur.

Parochi in ecclesia ante denunciant tempus, quo sacrum chrisma ministrandum erit.

Eos qui confirmandi sint, eius sacramenti vim ac virtutem edoceant.

Susceptores in sacramento confirmationis, neque ijs quos susceperint, neque eorum parentibus quidquam omnino largiantur; ne cuiquam, quod aliquando commissum est, iterandi hoc sacramentum, quod nefas est, occasionem præbeat.

Omnem diligentiam adhibeant Episcopi, vt quæ ratione

Præparatio in sacerdote baptizante.

Abusus.

Chrismales cõsecratio.

Chrisma à laicis non attingendum.

Fons baptismalis.

Liber baptismatorum.

Puerperarum benedictio.

Edoceant.

ratione

ratione commodius fieri poterit, Parochi describant confirmatos, & compartes: seruatiscate-  
ris omnibus, quæ de libro baptizatis describen-  
dis præscripsimus.

Quæ pertinent ad Sacramentum sanctæ  
Eucharistiæ.

Prou. 2. tit. 1. a decr. 11. vsque ad 16. tit. 2. decr. 7. Prou.  
3. 4. 5. & 6. tit. eodem.

Communione Pa-  
schalis.

**N**EMO Paschæ tempore Eucharistiæ sum-  
ptionem vlla de causa differat.

Qui præstituto tempore non communicarint,  
eorum nomina parochus ad Episcopum, ad sex  
dies post octauam Paschæ, scripto deferat; ex-  
positis etiã causis, quas extra confessionem cogno-  
uerit; alioqui pœnas det Episcopi arbitratu.  
In eos verò omnes Episcopus censuris, & alijs  
pœnis acriter animaduertat; ijs exceptis, qui  
eiusdem Parochi cõsilio, iussa de causa sumptio-  
nem in aliud tempus prodixerint.

Huic decreto ne fraus fieri possit; statuimus, vt  
si quis ex necessitate, vel alia iusta causa, ab Epi-  
scopo, vel proprio parochi comprobanda, ex-  
tra parochiam suam dicto tempore Eucharistiã  
sumpserit; parochi suo de eo fidem faciat, sin-  
minus, in eum agatur, ac si non communicasset.

Arcendi à com-  
munionem qui.

Publici concubinarij, fœneratores, ac blasphemij,  
& alij eiusmodi facinorosi homines, semel ad  
pœnitentiam & Communionem admissi, si post  
eã eos in eodem luto peccatorum hæere cogni-  
tum fuerit, amplius ad sacram Communionem  
ne recipiantur; nisi postea eos vitam, & mores  
re ipsa emendasse, parochi perspexerint.

Ritus ministran-  
di.

Eucharistiæ sacramentum, vbi pro ecclesiarum am-  
plitudine commodè fieri poterit, maribus seor-  
sum à fœminis ministratur.

Qui sumunt, vt ad Deum tali tempore acceden-  
tes decet, demisso habitu, & humili vestitu,  
pœnitentiam & animi submissionem præ se ferat.  
Sacerdos sanctissimam Eucharistiã, ijs qui ra-  
rò sumunt, non prius ministret, quàm eos dili-  
gentius admonuerit, quanta reuerentia & hu-  
militate, ad tremendum illud sacramentum ac-  
cedere debeant; quantaq. illis supplicia sint pa-  
rata, qui indignè suscipiunt.

Adolescentibus, qui tunc primùm Eucharistiã  
sumere voluerint, parochus non præbeat; nisi  
eos ante aliquot dies examinarit; & de vi & ra-  
tione sacramenti diligenter instruxerit.

Populo, postquam Eucharistiã sumpserit, vi-  
num calice consecrato, vel alio vase, quod ad  
facti calicis formam factum sit, ne præbeatur.

Custodia San-  
ctis. Sacramenti

Episcopus diligentissimè curet, vt in cathedrali,  
collegiatis, parochialibus, & alijs quibusvis ec-  
clesijs, vbi sanctissima Eucharistiã custodiri so-  
let, vel debet, in maiori altari collocetur; nisi  
necessaria, vel graui de causa aliud ei videatur.  
Ante ipsam semper lampas accensa colluceat.  
Tabernaculum quo asseruatur, ornatum, & be-  
nè septum, ac munitum sit.

Oratio 40. horarum.

Vt oratio, quam vocant **Quadragesima horarum,**

coram sanctissimo Sacramento, quò frequentis-  
simus populus conuenire solet, qua pietate &  
religione instituta est, eadem retineatur & pro-  
pagetur, decernimus.

Vt Sacramentum in altari decenter ornato col-  
locetur: quo tempore, vel letaniæ cantentur,  
vel si temporis ratio patiat, Missa celebretur.  
neque tamen extra ambitum templi sacra Eu-  
charistiã deferatur, nisi secus videat Episcopo.  
Nemini autem eò, præter orantes custodes, hu-  
ius orationis causa noctu conuenire liceat.  
Interdiu autem mares, quantum fieri potest, se-  
paratim à fœminis orent.

Die festo corporis Christi Domini, cum sacrosan-  
cta Eucharistiã in solemni supplicatione gesta-  
tur, si adfuerit Episcopus, is eo ferendæ Eucha-  
ristiæ officio fungatur; si non adfuerit, id mu-  
nus exequatur solus is presbyter, qui secudùm  
Episcopum pro eius loci consuetudine, honore  
ceteris præstat; nisi ex priuilegio, aut consue-  
tudine ad alium presbyterum ea cura pertineat.

Proessio in fe-  
sto Corporis  
Christi.

Vt sanctissima Eucharistiã ad agrotos summa cù  
religione deferatur; parochi populum sæpissi-  
mè hortentur, vt freques semper prosequatur.  
Quamobrem etiam sodalitates Corporis Chri-  
sti in parochijs instituant.

Comunio agro-  
torum.

Cum verò deferenda erit, tum eum campanæ  
sonitu præmoneant.

Lumina, tintinnabulum, & decorum vasculum,  
velo etiam decenter contextum, ac præterea vbi  
fieri poterit, vmbellam adhibeant.

Vide prou. 2. ti.  
1. decr. 11.

Duas autem sacre Eucharistiæ particulas defe-  
rant; ne eis ad ecclesiam redeuntibus, populus  
inane vasculum adoret.

Quæ pertinent ad celebrationem Missæ.

Prou. 2. tit. 2. a decr. 7. vsque ad 6. Prou. 3. quæ perti-  
n. ad missæ sacrif. Prou. 4. par. 2. quæ perti-  
n. ad sanctis. Missæ sacrif. Prou. 5. par. 3. quæ ad diuina off.  
pertin. Prou. 6. quæ ad Missam pertin.

**P**Ræcepit sacra Tridentina synodus, vt quæcũ-  
que in Missæ celebrationem irrepserunt, à tan-  
ti sacrificij dignitate aliena, ea Episcopi tollere  
sedulo studeant. Quamobrem nos eiusdem cõ-  
cilij decretum exequentes, vt sanctissimam Mis-  
sæ sacrificium, in qua illa Deo patri placens ho-  
stia, Iesus Christus in odorem suauitatis offer-  
tur, singulari religione ac pietate, & à sacer-  
dotibus celebretur, & à populo colatur; hæc  
statuimus.

Sess. 22. in dec.  
de obser. & eui.  
in celebr. Missæ.

Episcopus nosse studeat omnes, qui in quauis  
ecclesia Missam celebrare, vel sacerdotem qui di-  
celebret, exhibere debeant; cogatq. suo offi-  
cio satisfacere.

Onus celebra-  
ndi.

Nemo clericus, vel laicus in suis secularibus ec-  
clesijs, cappellis, vel Oratorijs, quamuis ab  
Ordinario probatis, etiam si iuris patronatus  
sint, quemquam sæcularem, vel regularem sacer-  
dotem celebrare patiar; qui scriptam celebrã-  
di facultatem, singulis sex mensibus renouan-  
dam, ab Episcopo non impetrarit.

Facultas.

Quod

Quod si quis onus recipiat, ad tempus, vel per-  
petuò ibidem celebrandi, vel eisdem locis infer-  
uendi; hunc non generatim, sed nominatim  
eorum locorum causa, eiusmodi facultatem im-  
petrare volumus. Qui contra præscriptam ra-  
tionem vel celebrarit, vel vt celebretur, permi-  
serit, grauius puniatur.

Sess. 23. c. 16.  
Decr. de refor-  
mat.

Clericis alienæ diocesis rei diuinæ faciendæ fa-  
cultatem ne permittat Episcopus, nisi ostendat  
litteras testimoniales, seu dimissorias Ordina-  
rij sui, duobus tantum mensibus antè, si in pro-  
uincia; si extra prouinciam in Italia, quatuor;  
sex verò, si extra Italiam datas; vel si eã anti-  
quiores sint, afferant etiam scriptum testimo-  
nium de vita & moribus ab ijs Ordinarijs, in  
quorum diocesi post illud tempus aliquandiu  
permanerint.

Sacerdotes, qui publicè & notoriè criminosi  
fuerint, à Missæ celebratione arceantur; nisi  
emendata vita, sceleris maculam eluerint.

Facultates, cuicumque ab Episcopis ad hanc diem  
concessæ, plures Missas eodem die celebrandi,  
posthæc irritæ ac nullæ sint.

Nemini sine facultate, ab Ordinario scriptis  
impetrata, in Oratorijs sodalitarum sæcula-  
rium, quas Confraternitates vocant, alijsuè ec-  
clesijs, cappellis, aut Oratorijs secularibus,  
quæ parochialis ecclesiæ finibus continentur,  
Missam celebrare liceat dominicis & reliquis  
festis diebus; nisi absoluta concione, quæ inter  
Missam in parochiali ecclesia habeatur.

Hora celebra-  
ndi.

Missæ nec ante auroram, nec post meridiem, nisi  
ex causa iure permissa, celebrentur.

In ecclesijs, vbi plures Missæ celebrari solent,  
is ordo seruetur; vt pro populi commoditate  
prima diluculo, reliquis deinceps debito inter-  
uallo distributis, postrema autem, quò tardiùs  
liceat, celebretur.

Loc' celebran-  
di.  
Decr. de obser.  
& euit.

Quod si eodem tempore pluribus locis Missa ce-  
lebranda sit, rationem ineant Episcopi, ne sacer-  
dotes inter se, alius ab alio, perturbentur.

Nullus sacerdos, quemadmodum à Tridentina sy-  
nodo statutum est, in priuatis ædibus, & omni-  
no extra ecclesiam, & oratoria, quæ diuino tan-  
tum cultui dicata, & à locorum Episcopis desi-  
gnata, ac visitata sint, Missam celebret.

Oratoria priua-  
ta.

Oratoriorum autem ædificationem, aut vsum,  
ne facillè, sed magna de causa permittant ijsdem  
Episcopi.

In eis autem designandis, vel probandis, hæc  
seruent.

Ne sint in interiorum ædium partibus, in qui-  
bus domini, vel familia frequentius versentur;  
sed commodo & honesto loco, à cubiculis, tri-  
clinijs, & ab aula separato, ad templi formam  
& regulam propriùs accedant.

Nec ita angusta sint, vt qui Missam audierint,  
ad ostium aut fenestram stare cogantur; aut  
denique ibi sacris interesse, vbi promiscuè pro-  
fanum aliquod exerceatur; quod fieri omnino  
prohibemus.

Cui autem id permissum fuerit, is eò rariùs

vtatur; ne distracti homines illa commoditate,  
ecclesiam Dei minùs frequentent; quod exem-  
plo etiam noceat alijs.

Altarium orna-  
menta.

Ornamenta & instrumenta altarium pro celebra-  
tione Missæ, puta ac munda sint; præsertim  
corporalia ac purificatoria. quamobrem etiam  
vino albo, vbi possit, tantummodò ad Missæ sa-  
crificium sacerdotes vtantur.

Calices ex metalli genere, iure permissio adhi-  
beantur, eòq. pretiosiori, quantum per facul-  
tates licuerit.

Missæ de Beata  
Virg. in sabba-  
to.

Die sabbati semper Missa de beata Virgine cele-  
bretur; nisi diei solemnitas, vel ecclesiæ insti-  
tutum interdum obstiterit; quo casu eius om-  
nino commemoratio fiat, nisi & id ecclesiæ in-  
stituto impediatur.

Orationum nu-  
merus.

Ne plures tribus, vel ad summum quinque, ora-  
tiones, seu, vt vocant, collectæ dici possint, nisi  
vbi ecclesiæ institutum aliud postulet.

Abusus tollen-  
di in Missa no-  
ua.

Tollant Episcopi sumptuosa conuiuia, ludos, cho-  
reas, & omne inanum oblectamentorum genus,  
ceterosq. omnes abusus, qui populi temerita-  
te, aut sacerdotum auaritia, in noua, vt vocant,  
Missæ celebrationem irrepserunt; & in eos qui  
in hoc genere aliquid peccarint, Episcopus gra-  
uiter animaduertat.

Sacerdotes à q-  
bus instruendi  
in cæremonijs.

Magister cæremoniarum cathedralis ecclesiæ, eos  
quibus prima Missa celebranda sit, & qui præ-  
terea sacerdotes minùs peritè celebrant, Missæ  
ritibus ac cæremonijs instruat. qui si huic mu-  
neri obeundo vnus par esse non poterit, alijs  
idoneis sacerdotibus Episcopus eas officij par-  
tes deleget. Neque cuiquam primam Missam  
celebrare liceat, qui ab ijs institutus non sit.

Quæ seruanda  
& vitanda à sa-  
cerdotibus dñi  
celebrantur.

Præcipimus autem, vt sacerdotes in Missæ celebra-  
tione, cæremonia à Romana ecclesia institu-  
tas, ad vngue in seruent, neque alias adhibeant.  
Vt ab omni indecoro & absurdo capitis, oris, &  
reliqui corporis motu abstineant.

Vt cum, eleuatione peracta, sacra hostia moue-  
da, vel sumenda erit; ita moueant, ne iterum  
sustolli videatur.

Vt præter institutum ecclesiæ Romanæ, ijs que  
secretò, vel quæ palàm dicuntur, quidquã ad-  
di, vel detrahi ne liceat.

Vt quæ palàm pronuncianda sunt, distinctè &  
clara voce dicant.

Vt secreta, quæ vocantur, secretò etiam pro-  
nuncient.

Vt neque tardiùs, neque celeriùs, quàm par sit,  
verba proferant.

Vt propter erroris casum, qui in omni Missæ  
parte grauis, in canone grauior, in ipsa verò  
consecratione grauissimus est; Missam legant,  
non memoriter dicant, aut canant.

Vt operto capite celebrare ne audeant.

Vt, quò puriores ad diuinam rem faciendam acce-  
dant, saltem singulis hebdomadis peccata sua  
confiteantur; nisi eos ob mortalis peccati culpã  
frequentius id facere oportuerit.

Oratio 40. horarum.

Vt antequàm celebrent, se colligant; & oran-  
tes, mentem in tanti ministerij cogitatione desi-  
gant.



gant. quod vt commodius fieri possit; curent Episcopi, vt in singulis cathedralium, collegiarum, & parochialium ecclesiarum sacristijs singulae cellulae, ad hunc sacerdotum orandi & meditando vsu instituantur.

Vt antequam ad altare accedant, Missam perlegant; & singulas partes ita preparatas & notatas habeant, vt celebrantes neque errent, neque haereant.

Vt sacris vestibus induti, cum nemine colloquantur, neque loquentibus dent aures; mentemq. & oculos ab omnibus amoueant, quibus distrahi possint; neque e sacristia exeant, nisi cum ad altare eundem erit: quod tum grauiter & modestè fiat.

Vt pileum, birretum, aut subbirretum, chirothecas, sudariolum, aut quodcunque denique huius generis in altare ne ponant.

Vt ibi ne in mora sint sacrificio, cuiusvis expectandi gratia. Neue ob eandem causam, Missa inchoata subsistant, aut eius initium repetant. Neue, si parochi sint, cuiusquam gratia metuue Missam anticipent, aut differant; sed illa ea potissimum hora celebrent, quae populo magis accommodata sit. Neue concionem, quam in ea habere debent, vilo modo omittant. Quod si forte quispiam imperio quodam, aut contumelia, aut minis, aut vi contenderit, vt sacerdos quidquam contra, quam hoc decreto sancitum est, faciat; si clericus sit, & beneficium obtineat, eo priuetur; si non habet beneficium, ne habere quidem ad quinquennium possit; si laicus, re ipsa iam tunc excommunicationis poenam subeat, neque ad decennium, feudi aut emphyteosis nomine, quidquam ab ecclesia consequi possit.

Vt peracta Missa, pro summi beneficii munere Deo gratias agant.

Ne sacerdotes, cum in fine Missae fuerint, vel eorum ministri, recedant ab altari: Neue vasa, aut linteolos sacros colligant: Ne cuiquam rei tollendae, vel mouendae causa manus admoueant: Ne candelas restinguant; nisi absoluto Euangelio, quod post benedictionem dicitur.

Celebranti sacerdoti vnus saltem minister adlister, isq. clericus, vbi possit, & talari veste, & superpelliceo indutus.

Ministri candelas accendant, Missale, & vrceolos, & alia quae ad Missae ministerium requiruntur, prius suis locis in altari collocent, quae eo sacerdos accedat: quem, nisi his omnibus preparatis, confessionem ordiri omnino prohibemus.

Sacerdote rem diuinam faciente, ministri per ecclesiam ne vagentur, neue dent operam colloquutionibus, aut candelis vendicandis; sed coposito corpore, nullo gestu, modestè vt debet, sacerdoti adlister inferuiant.

Moneant parochi frequenter patres familias, vt filios & famulos, quos in bestiis pascendis occupant, saltem diebus festis, Missa iubeant interesse.

Viduae ob maritorum mortem, ad summum mense amplius sint sine Missae auditione. qua in re nulla valeat excusatio cuiusvis consuetudinis, quam irritam decernimus. eas item Episcopi, etiam censuris ecclesiasticis, id facere cogant.

Parochi populum frequenter hortentur, vt in sua parochia festis diebus Missam audire ne omittant. Moneantq. eum diligenter, debere vnumquemque, vt à sacra Tridentina synodo traditum est, in parochiam suam, vbi id fieri commodè potest, conuenire ad audiendum verbum Dei.

Fideles, cum Missae interfunt, eodem vestitu sint, quo in publicum prodire solent; & ita se componant, vt corporis habitu, animi religionem praesferant.

Ne in foribus ecclesiae, vel extra subsistant, nisi necessitatis causa.

Aperto capite sint. Et quo tempore à sacerdote confessio dicitur, & grauiora Missae mysteria peraguntur, sint flexis genibus.

Ne ita propè ad altare accedant, vt indecorum sit, & sacerdos perturbetur.

Ne prius discedant, quam sacerdos, Euangelium quod post benedictionem dicitur, absoluerit.

Quae pertinent ad Sacramenti poenitentiae administrationem.

Prou. 2. tit. 1. a decr. 17. vsq; ad 21. Prou. 3. quae ad poen. Sacr. pertin. Prou. 4. par. 2. Prou. 5. par. 1. quae pertin. ad Sacr. poenit.

INNOCENTII Tertij constitutionem, in generali Concilio editam, qua sancitum est, vt fideles saltem semel in anno, proprio parochio peccata sua confiteantur, inuiolatè omnes seruent.

Salutarem eiusdem Innocentij constitutionem, eodem Concilio latam, nos ad vsu reuocantes; praecipimus, vt medici, ad agros in lecto iacentes, adducti, antequam illorum curam suscipiant, eos planè moneant, vt idoneo confessori de eorum peccatis confiteantur, quibus etiam denuncient, se, nisi id quatruidi spatio ad summum praestiterint, eorum curationi defuturos.

Parochum etiam curabunt certiore fieri de eo, qui in eius parochia morbo affectus teneatur; qui pro sui officij munere, statim agrum conuenire, & cum eo agere debet, vt per hoc sacramentum Deo reconcilietur.

Iubemus autem medicos, excommunicationis poena ijs proposita, quam iure ipso subeant, si secus fecerint, transacto quatruidio ab illorum curatione omnino abstinere; nisi certò cognouerint, eos, postquam in eam febrem morbumue inciderunt, confessos esse; aut Episcopo, eiuè cui Episcopus eius rei facultatem dederit, aliud ex iusta causa videatur.

Hortamur deniq. omnes, quos aliqua de agrorum cura attingat, vt nullam occasionem omittant

Vid. Prou. 3. de festo die- rum cultu.

Sefs. 24. c. 4. Sefs. 22. de obseru. in celeb. Missae.

Fideles quomodo interfunt.

Confessio parochi faciendae. Cap. omnis vtri usque, de poenit. & remis.

Medicorum cautio cum ad agros accedunt. Cap. cum infirmitas. eod.

tant inculcandi eis, quae ad animae salutem pertineant.

Poenitentiarium. Episcopi in suis cathedralibus ecclesijs, Tridentini Concilij auctoritate, poenitentiarium intra tres menses instituant, cum vnione praebendae, quae primo quoque tempore vacauerit. negligentes proxima Prouinciali Synodo, praetermissi officij rationem reddent.

Facultas audiendi confessiones. Qui Parochialem Ecclesiam non obtinent, etiam si regulares fuerint, confessiones ne audiant, quemadmodum statuit Tridentina Synodus; nisi Episcopi scripto approbati fuerint, qui contrafecerit, excommunicationis poenam subeat.

In ijs probandis hanc rationem habeant Episcopi, vt pij, benè morati, docti, prudentes, patientes, de animarum salute solliciti, & fideles custodes sint eorum, quae in confessione dicuntur; prouecta etiam aetate, praesertim illi, quibus confessiones mulierum erunt audiendae.

In foribus Sacristiae cuiusvis Ecclesiae, vbi confessiones audiri, & confessores plures esse solent, affigatur tabella, in qua nomina & cognomina confessorum approbatorum descripta sint.

Iubeat Episcopus clericos frequenter audire magistrorum, qui casus conscientiae in monasterijs, vel vbiuis, eius iussa interpretentur.

Confessores, omnes casus summo Pontifici, & Episcopis quauis ratione reseruos, scriptos apud se habeant; ne quid per incuriam sibi facultatis assumant.

Sacerdotes, nisi ex causa necessaria, mulieres ante Solis ortum, vel post eius occasum, confitentes ne audiant.

Neue in cellis, sed publice in ecclesia, in sedibus, in quibus tabella omnino inter confitentem & confessorem interiecta sit. Huiusmodi autem sedes in ecclesijs, ab ijs ad quos pertinet, constituendas Episcopi quam primò curabunt.

Nec sine causa necessaria in priuatis aedibus cuiusquam maris, vel foeminae confessionem audiant. Parochi saepe cohortentur, & moneant fideles, ne confessionem quae Pascha tempore fieri debet, vsque ad sanctam hebdomadam differant.

Caueant Curati, ne ijs temporibus, quibus confessiones frequentiores esse solent, praecipue per octo dies ante Natalem Domini, & à Dominica Passionis vsque ad Resurrectionis octauam, etiam aliò ad funera, & alia sacra officia vocati, illud audiendae confessionis munus in sua ecclesia sine causa necessaria praeterrmittant, aut vilo modo differant.

Ad sacramentum poenitentiae, quo à peccatis liberamur, nemo sine debita preparatione accedat; vt in spiritu humilitatis, & amaritudine animae suae, non expectata confessoris interrogatione, ipse peccata sua confiteri possit, cuius tamen diligentia adiuuandus erit, vbi aliqua in parte deficere videbitur.

Caueant confessores, ne ante debitam satisfactionem illos absoluant, quibus cum facultas adfit aliena restituendi, vel legata quae ad pias causas facta sunt, persoluendi, illisque, vt id fa-

seruanda à confessorijs.

Preparatio in confitentibus.

Qui non absoluentur à confessorijs.

cerent, superiori confessione praecipuum sit, praestare tamen neglexerunt; exceptis ijs, qui periculose agrotant; quos tamen moneant, vt quod debent, quamprimum persoluant.

Et quia interdum in falsi testis manu est, vt non solum facultatibus homines, sed etiam existimatione ac vita spolientur; idcirco neminem absoluant, qui falsum testimonium in iudicio, alterius detrimento dixerit; nisi prius dato damno, quatenus id sarciri poterit, & violatae illius existimationi satisfecerit.

Ne illum quidem absoluant, qui post publicum Episcopi monitum de indicandis rebus amissis, quid de ijs sciat, non indicarit; nisi hoc officium antè persoluerit.

Iidem omni adhibita diligentia, conscientiam examinent singulorum, qui foenerantur, & qui iniquos contractus exercent; neque quemquam in his casibus absoluant; nisi debita restitutio, aut satisfactio, ex canonum praescripto prius intercedat.

Ad eorum etiam criminum, quae infra ordine adscribuntur, licentiam reseruos, prohibemus, ne confessores quemquam, vllis ijs criminibus alligatum absoluant, nisi facultas eis ab Episcopo permissa sit. cuius potestati, & eorum sacerdotum, quos ipse ei muneri praeposuerit, eiusmodi absolutionem, in sua cuique diocesi reseruamus.

Raptores virginum. Qui moniales violarint. Qui abortum procurarint. Qui secundo, vel propinquiori cognationis gradu, incestum admiserint. Incendiarios, & qui damni iniuriarum causa, vires, vel arbores alienas inciderint. Ecclesiam polluentes. Homicidas voluntarios. Qui parentes percusserint. Qui locis pijs infantes exposuerint, cum habeant unde ipsos alant, neque eorum locorum damnum resarcierint.

Notarios, qui legata ad pias causas facta, non denunciarint, ex nostri decreti praescripto. Qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huius generis, Eucharistia, sacrisue rebus abutuntur. Qui stateras, mensuras, monetarum adulterauerint, corruperint.

Confessores Canones Poenitentiales benè nouerint; & de poenitentia, quam cuique peccato praescripserunt, confitentes admoneant; vt tanto diligentius à peccatis cauere studeant, quantum in poenitentibus canonum mitigadis, benigniorum in se Ecclesiam experiuntur.

Iidem, quemadmodum à sancta Tridentina synodo iustum est, publice peccantibus publicam poenitentiam imponant; neque illud publicae poenitentiae genus, nisi data ab Episcopo facultate, secreta alia poena commutare audeant.

Cap. poenam infra de pio. loc. adminif.

Poenitentiae imponendae ratio.

Sefs. 24. c. 8.

Casus reseruat.

Cap. poenam infra de pio. loc. adminif.

Poenitentiae imponendae ratio.

Sefs. 24. c. 8.

De Ieiunio.

Prou. 2. tit. 1. decr. 20. Prou. 3. de festorum dierum cultu. Prou. 4. par. 1. de sacris quattuor tempor. item de feriis. Prou. 5. par. 1. quæ ad dies festos, & sacra tempora pertinet.

Scfs. 25. in dec. de electu ciborum.

SANCTA Tridentina Synod. pastores omnes hortatur, atque obtestatur, vt omnem adhibeant diligentiam ad fideles cohortandos, vt ea quæ ad domandam carnem conducunt, præsertim ciborum delectum, & ieiunium, omni studio amplectantur. itaque eius nos auctoritati, & sacrorum canonum decretis innitentes, edicimus.

Ieiunium quadragesimale.

Vt omnes carne, ceterisq. omnibus, quæ à carne trahunt originem, vt quis, lacte, caseo, butyro & huiusmodi, per totam Quadragesimam abstineant.

Sciatisq. singulis Quadragesima diebus, Dominicis exceptis, ieiunij lege se obstrictos esse. sunt enim illi quadraginta dies, quasi totius anni decima quadam, quæ in oblatione ieiunij, pro fidelium omnium salute, Deo consecratur.

Quattuor temporum & vigiliarum.

Vt per sacra quattuor anni tempora, vigiliis Natalis Domini, Assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ, beatorum Apostolorum (exceptis Ioannis Euangelistæ, & Philippi & Iacobi vigilijs) item diei festi omnium Sanctorum, Natiuitatis Ioannis Baptistæ, & beati Laurentij, ieiunium seruent.

Vt triduo etiam Rogationum post Ascensionem Domini, ex veteri instituto, in Mediolanensi ecclesia ieiunium adhibeatur.

Edicimus præterea, vt in Prouincia nostra, proxima quarta feria post Quinquagesimam, omnes quadragesimalis obseruantie initium faciant; præter Ciuitatem Mediolanensem, easq. diocesis partes, vbi ex Diui Ambrosij instituto diuina officia celebrantur.

Illorum verò damnamus ingluuiem, qui primis quinque Quadragesimæ diebus, Romanæ Ecclesiæ more institutis, Mediolanum se conferunt, patriæ ritum in ieiunio, & ciborum abstinentia fugientes.

Caveant autem ieiunij cultores, ne dum vetitis cibis abstinent, aliarum rerum delicias, luxuriamq. consecretentur; immò verò moderato cibo & potu, carnis vitia coërceant; vt liberi, mentes ad celestium rerum amorem & contemplationem erigant, & ad pietatis opera expediti inueniantur.

Excipiendi à ieiunio.

Ab his autem omnibus eos excipimus, quos virgens necessitas, vel imbecilla aetas, à ieiunij lege eximit; eos etiam, qui euidentis morbi, alteriusuè iustæ causæ excusationem habent, sed horum iudicium Episcopo tantum, vel iis quos ei muneris ipse præfecerit, scripto faciendum relinquimus; idque, quod ad morbum attinet, de medici consilio.

Quod autem ex diuinarum literarum sententia, parum homini prodest, se per ieiunium ci-

bo temperasse, si animus in peccatis sit intemperans; idcirco fideles in ieiunio præcipue studeant, vt dum caro ab alimentis abstinet, mens pariter à culpa ieiunet; omnesq. in Dei laudibus, eleemosinis, alijsq. pijs officijs occupentur. hoc est enim ieiunium, quod se Dominus Elaiæ ore delegisse testatur.

Isai. 68

Quæ pertinent ad extremæ vnctionis administrationem.

Prou. 2. tit. 1. decr. 15. Prou. 3. & 5. par. 1. quæ pertinent ad Sacram. extremæ vnct. Prou. 4. par. 2. quæ pertinent ad extr. vnct. & c. Prou. 6. de visit. infirmorum.

EXTREMÆ vnctionis sacramentum curet Parochus, vt ægroto, dum integris est sensib., adhibeatur.

Idem cum ad vngendum infirmum accesserit, diligenter eum consoletur; & hortetur, vt bono animo sit; & à curis ac desiderijs huius vite ad cœlestis beatitudinis cogitationem ita erigat, vt abiecto mortis metu, se à Deo in æternam requiem vocari gaudeat.

Omnes verò qui adiunt, moneat, vt preces Christo Domino pro eo faciant.

Quæ ad Sacramenti ordinis administrationem pertinent.

Prou. 2. tit. 1. decr. 22. 23. & 24. Prou. 3. de iis quæ ad ord. sac. & c. Prou. 4. par. 2. Prou. 5. par. 3. & Prou. 6. quæ pertinent ad sac. ordinis.

ACCURATE complexa est Tridentina Synodus omnem diligentiam rationem, quam in conferendis ordinibus adhibere debeant Episcopi, vt ecclesiæ idoneos sacerdotes, & alios ministros habeant. quamobrem eos tantum admonendos duximus, vt idem studium in exequendo præstent, quod in præcipiendo adhibitum esse omnes intelligunt.

Scfs. 23.

Quod à Tridentina Synodo sancitum est, ne in conferendis ordinibus Episcopi, & eorum ministri quidquam, etiam spontè, quauis de causa datum, accipiant; id & ipsi inuiolatè seruent, & à suis cubicularijs, ceterisq. familiaribus seruandum curent.

Nihil accipiendum pro conferendis ordinibus. Scfs. 21. c. 1.

Archidiaconus cuiusque cathedralis ecclesiæ, si ea ecclesia Archidiaconum habeat; sin minus, is qui proximum post Episcopum in ea ecclesia dignitatis gradum obtinet; intra sex menses librum conficiat, in quo diligenter describat clericorum omnium secularium nomina, & quo quisque ordinis gradu sit, ac deinceps reliquorum tam secularium, quam regularium, qui clericatum, vel aliquem ex minoribus maioribusuè sacris ordinibus assumpserit; locum etiam & tempus.

Ordinati in libro describendi.

Quicumque verò posthac in nostra Prouincia à suo Episcopo, vel eius permisso ab alio, etiam extrà prouinciam, in clericalem militiam adscriptus fuerit, vel altiore ordinis gradum ascenderit; ad mensum ex eo die, quo ordinem susce-

susceperit, nomen suum in clericorum librum referendum curet.

Eum autem librum idem diligenter custodiat: in quem quidquid singulis annis retulerit, id Episcopo describendum dabit; vt eius libri exemplum etiam in Episcopalibus aedibus asseruetur.

De Seminario Clericorum.

Prou. 2. tit. 2. decr. 25. Prou. 5. part. 3. de Seminario.

Scfs. 23. c. 18.

MANDATVM est à sacro Tridentino concilio prouincialibus synodis, vt quamprimum in eam curam incumberent, vt seminarium clericorum, vbicumque id fieri posset, constitueretur, omnique ratione propagaretur. quamobrem etiam illis facultatem dedit moderandi & augendi omnia & singula, quæ pii & sancti huius operis institutionem & progressionem adiuuare possent.

Itaque nos prouinciæ nostræ statu, & ecclesiarum, ac beneficiorum genere diligenter considerato, duximus ad hanc rationem confugiendum esse; vt detrahamus, quemadmodum iam nunc detrahimus, decimam partem fructuum cuiuslibet mensæ Episcopalis & Capituli, & quarumcunque dignitatum, personatum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum & prioratum, cuiuscunque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint; etiam hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem, iuxta constitutionem Concilij Viennensis; & beneficiorum quorumcunque, etiam regularium, etiam si iurispatronatus cuiuscunque fuerint, etiam si ex præta, etiam si nullius diocesis, vel alijs Ecclesijs, Monasterijs, vel Hospitalibus, & alijs quibusuis locis pijs, etiam exemptis annexa, & ex fabricis ecclesiarum & aliorum locorum, etiam ex quibuscunque alijs ecclesiasticis redditibus, seu prouentibus, etiam aliorum collegiorum (in quibus tamen seminaria discernuntur, vel docentium, ad commune ecclesiæ bonum promouendum actu non habentur, hæc enim exempta esse volumus, præterquam ratione reddituum, qui superflui essent, vltra conuenientem ipsorum seminariorum sustentationem) seu corporum, vel confraternitatum, quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, & omnium Monasteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacunque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solui solent, & milites cuiuscunque militiæ, aut ordinis pertinentibus (fratribus sancti Ioannis Hierosolymitani duntaxat exceptis) eamq. superscriptorum fructuum decimam sic detractam, seminarijs, singulis prouinciæ nostræ diocesisbus erigendis, seu iam erectis, applicamus, & incorporamus.

Cap. quia contingit, De religiosis domibus &c.

Possessores autem huiusmodi beneficiorum ad eandem fructuum decimam non modò pro se,

sed pro pensionibus, quas alijs forsan ex dictis fructibus soluant, retinendo tamen pro rata quidquid pro dictis pensionibus illis erit soluendum, omnino teneri volumus, & mandamus eiusdem Tridentini Concilij auctoritate; quibusuis, quo ad omnia & singula supradicta, priuilegijs & exemptionibus, etiam si singularem derogationem requirerent, consuetudine, etiam immemorabili, & quauis appellatione, & allegatione, quæ executionem non impediatur, non obstantibus.

Hanc autem fructuum decimam iuxta maiorem singulorum beneficiorum taxationem, quæ hætenus facta reperitur, exigere iubemus. quòd si aliqua beneficia non reperiantur taxata; Episcopi de consilio eorum, qui sacra Tridentina synodi iussu ad id munus delecti fuerint, ea taxent.

Quam decimam duobus terminis intrà sequentem annum M. D. LXVI. & deinceps singulis annis eodem modo solui volumus. si quis huius anni taxationem à se impostam exigere cepisset, eandem exactionem prosequatur; deinceps verò hanc exigendi rationem, à nobis præscriptam, seruetur.

Præterea damus auctoritatem singulis prouinciæ nostræ Episcopis, vt de eorum, qui huius muneris præfecti erunt, consilio, & Metropolitanis scripto consensu, possint eam decimam augere, ac perducere vsque ad decimam veri anni redditus, & imminuere vel vniuersè vel sigillatim; atque ijs etiam beneficijs, quæ tenuiora fuerint, præsertim curatis, totam omnino exactionem remittere.

Decernimus item, vt Episcopi ex auctoritate eiusdem Concilij Tridentini intrà sex menses ecclesiastica aliquot simplicia beneficia, cuiuscunque qualitatis & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonialia, vel præstimonialia portiones nuncupatas, etiam nondum vacantes, huic Collegio, seu Seminario applicent & incorporent, ea videlicet, quæ illis Seminario magis opportuna, & idonea videbuntur, sine tamen cultus diuini detrimento, & beneficia obtinentium præiudicio.

Quòd si Episcopi illorum beneficiorum fructus ad id pium opus non satis esse animaduertent, dispiciant si quæ alia sint, quæ Seminario attribui possint, de quibus Metropolitanum admonent: qui, vt res ex sententia confici possit, à Sanctissimo D. N. opem implorandam, & eius auctoritatem interponendam curabit.

Hæc autem vnio beneficiorum ex præscripta Concilij Tridentini formula locum habeat, etià si beneficia sint reseruata, vel affecta, nec per resignationes ipsorum beneficiorum vniones & applicationes suspendi vel impedi possint, sed omnino quacunque vacatione, etiam si in Curia effectum suum sortiantur, & quacunque constitutione non obstante; succedente verò casu, quo per vniones effectum suum sortientes,

B vel

vel aliter seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperitur; tunc portio ex singulis beneficijs, vt supra, detracta & incorporata, ab Episcopo, prout res exegerit, in totum, vel pro parte ad ratam remittatur.

*Quæ pertinent ad collationem beneficiorum.*

Prou. 2. tit. 3. a decr. 1. vsque ad 4. Prou. 3. de ijs quæ ad ordin. sacr. Prou. 4. par. 2. de benef. collat. ac provisione. Prou. 5. par. 3. & Prou. 6. quæ ad benef. collat. attin.

Nihil accipiendum in collat. beneficiorum.

**I**NTERDICIMVS & ijs, qui ius habent conferendi quæcunque beneficia ecclesiastica, seu eis prouidendi, aut ad ea eligendi, presentandi, vel nominandi, & eorum ministris cuiusvis generis, ne quidquam per quamuis causam eius rei gratia ab aliquo, cui ecclesiasticum beneficium quavis ratione tribuatur, ne sponte quidem datum, accipiant.

Neuè ita detur beneficium cuiquæ, vt is ad nutum eius, qui dederit, vel cuiusvis alterius, postea cedit.

Neuè in eo dando vlla fructu pars ab Episcopis & inferioribus, contra factorum canonum iurisdictionem, quavis etiam pietatis specie, referatur. Qui ex ijs, quos diximus, secus fecerit; iure ac facultate eligendi, nominandi, vel presentandi, deinceps vti non possit.

Qui verò beneficium conditionibus eiusmodi acceperit; sciat ex factorum canonum decretis, se nullum in eo ius adeptum esse; atque ideo fructus suos non facere; quosue perceperit, sine conscientia habe retinere non posse; ad eorumque restitutionem compellatur.

Bulla de confidendi edita 16. Cal. Nouemb. M. D. LXIII.

Omnes item ij ceteras pœnas dent, simoniacis à sacris canonibus, & constitutione Sanctiss. D. N. Pij IIII. constitutas; & quas Episcopi præterea de ijs sumendas iudicauerint.

Eandem Pij constitutionem Episcopi semper in diœcesana synodo, ac bis quotannis in celebratoribus suæ diœcesis oppidis publicè recitari iubeant.

Iusiurandum ab instituendis ad beneficia.

Neminem autem vel presentatum, vel nominatum, vel electum, vel ab inferioribus prouisum, prius admittant, aut instituant Episcopi, quam infra scriptum iusiurandum ab eo exegerint.

*Ego N. presentatus, vel electus &c. ad beneficium N. iuro per sacrosancta Dei Evangelia, quæ meis manibus tango, neque me beneficii obtinendi causa, aut vt ad id presentarer, vel nominarer &c. neque quemquam alium meo nomine, aut consentiente vel sciente me, quidquam collatori, patrono, seu alij cuiquam ea de causa promississe, aut dedisse, aut compensasse, aut prius datum confirmasse, vel apud quemquam deposuisse.*

*Neque mutuo dedisse, vel locasse, vel prius mutuo datum, commodatum, locatum, aut quocumque modo debitum remisisse, aut relaxasse.*

*Neque de domibus, terris, prædijs, redditibus*

*eius ecclesiæ, fructibus, decimis, aut oblationibus eiusdem præteritis, presentibus ac futuris, donationem, remissionem, locationem, fecisse, promississe, aut iniuisse; aut alium, mandante vel consentiente me, promississe, fecisse, aut iniuisse.*

*Ita me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Evangelia.*

Notarijs, scriptoribus, alijsque Episcopi ministris pro omnium opera, sumptu, ac labore, in conficiendis literis, quibus beneficii collatio, confirmatio, institutio, prouisio continetur, non plus duobus aureis ad summum persoluantur.

merces notarium & scriptorum.

Episcopi munus erit cauere, ne propter iurispatronatus occasionem pluris aliquanto res, cui illud ius annexum est, vendatur, aut transferatur; si qui verò nihilominus ita vendiderint, pœnas contra simoniacos editas incurrant.

Puniendi peccates in collat. & suscept. beneficiorum.

Ne redimendæ vexationis specie in causis beneficiorum simoniacæ pactiones intercedant; nemini licere volumus, ad redimendam vexationem, ne in casibus quidem iure permissis, pœnam dare, quidquam pacisci, aut transigere; nisi Episcopi contentus accesserit: cuius partes erunt & perspicere diligenter, an subit aliqua fraus; & vbi rem fraude carere, & iure permissam esse cognouerit; non denegare ei, qui petierit facultatem se à vexatione liberandi. qui contra, quam decretum à nobis est, fecerit; Episcopi arbitrio plectatur; & quod actum fuerit, irritum sit, ac nullum.

Vt omnis ad simoniam aditus intercludatur; statuiimus, ut non solum auctores simoniæ, sed eius internuncij & interpretes, notarij etiam, qui simoniaca instrumenta conficiunt, ijdem pœnis teneantur, quibus addicti sunt ij, qui per simoniam contraxerunt.

Iis etiam pœnis comprehendi volumus eos, qui scientes inter eos, qui contrahunt, simoniacam pactionem intercedere, in eorum gratiam sua beneficia obligant.

Monemus & obtestamur Episcopos, aliosque, quibus est ius conferendi beneficia, ut familiaribus suis certam mercedem constituent, ne illi hoc subsidio destituti, beneficia ecclesiastica, tanquam suæ operæ & laboris pretium, præcipuè sibi proponant. fraudari tamen ecclesias nolumus probatorum hominum ministerio, si qui sint in eorum familia, quorum doctrinæ & pietati utiliter sacrum munus committi possit. Qui beneficium ecclesiasticum uacans multis & ambitiosis precibus per se, vel per alios petierit; eo facto ita reddatur indignus, vt per biennium in eum neque illud, neque aliud beneficium conferri possit.

Eandem pœnam illis proponimus, qui beneficia ecclesiastica, quæ nondum vacent, postularint, præter eas, quæ à sacris canonibus huic iniquitati constitutæ sunt.

De

*De edicto proponendo in examine eorum, qui præficiendi sunt Parochialibus Ecclesijs.*

Prou. 4. par. 3. de examinandi ratione. & quæ ad benefic. collation. attin.

Sess. 24. c. 18. de reform.]

**Q**UIA sacrum Tridentinum Concilium ad prouinciales synodos illam cognitionem rececit, an expediat, vt ij qui præficiendi sunt parochialibus ecclesijs, ad examen vocandi sint per edictum; re diligenter et considerata, statuiimus, vt cum primùm Episcopus parochiale ecclesiam vacare cognouerit, in triduum ad cathedralem, & vacantis ecclesie ianuam publicum edictum per totos decem dies, vel aliud longius tempus, eiusdem Episcopi arbitrio, propositum esse iubeat; quo omnes inuitentur, qui volent examinari, vel alios examinandos nominare; vt transacto præstituto tempore, examen confici possit, ac deinde orato gregi, ex ea formula quæ in dicto concilio præscripta est, idoneus rector præficiatur.

*De examine & inquisitione in promouendis ad Cathedrales ecclesias.*

Sess. 24. c. 1. de reform.

**Q**UONIAM statuit sancta Tridentina synodus, vt in prouinciali synodo forma examinis, seu inquisitionis, aut instructionis nataliū, vitæ, ætatis, doctrinæ, atque aliarum omnium qualitatum, quas sacri canones, & ipsa Tridentina synodus in promouendo ad Episcopatum postulant, præscribatur; nos hanc formulam, Sanctissimi D. N. arbitrio comprobendam, proponimus.

Cum examen de aliquo ad Episcopatum prouinciæ nostræ promouendo faciendum erit, Episcopus, in cuius diœcesi is maiorem eius anni partem versatus fuerit, mandato à summo Pontifice accepto, ex quinque probatis & doctis ac iuratis, omniq. exceptione maioribus testibus, de eius fide, vita & moribus cognoscat in hunc modum.

*An sit bonæ existimationis.*

*An hæresis nomine, aut schismatis suspectus sit.*

*An hæreticorum libros legerit, habeatue.*

*An cum hæreticis versatus fuerit, aut eis aliquo modo fauerit.*

*An statuto Ecclesie tempore confiteatur, & Eucharistiam sumat, ac Missæ intersit.*

*An sacris ordinibus sit initiatus, & quâ pridem.*

*An sit criminofus, vel vitio aut infamia notatus.*

*An cum aliquo inimicitias gerat capitales, & præsertim in loco Episcopatus.*

*An filios habeat non legitimos, & cuius ætatis, & quot.*

*An familiam suam prudenter & catholicè regat.*

*An bigamus.*

*An excommunicatus aut suspensus.*

*An apostata.*

*An ei publica pœnitentia imposita fuerit.*

*An aliquando insanierit, aut à dæmone vexatus fuerit.*

De natalibus verò, ætate, gradu, & corporis habitu, à duobus vel tribus testibus fide dignis, vel ex instrumentis publicis hoc modo cognoscat. An legitimo matrimonio natus sit.

An hæretici filius, neposue sit.

An trigessimum annum confecerit.

An in vniuersitate studiorum magister siue doctor, aut licentiat in sacra theologia, vel iure canonico meritò sit promotus, aut publico aliqui academice testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur.

Et si regularis fuerit, an à superioribus suæ religionis similem fidem habeat.

An aliquo vitio, vel insigni deformitate corporis, & in qua parte laboret.

An comitali morbo tentetur.

De doctrina autem sic periculum faciat.

Adhibitis tribus theologie, totidemque iuris pontificij peritis, quos, si ibi non fuerint, ex vicinioribus locis accersat, promouendum vndeunque euocatum interroget.

Quid differat inter sacramenta veteris & nouæ legis.

Quot sint ecclesie sacramenta, & quo modo singula nominentur.

Quæ sit eorum materia, forma, minister.

Quod officium presbyteri, diaconi, & subdiaconi; quodque minorum ordinum.

Quæ præcepta diuina, quæque consilia Evangelica. Duos item locos ei proponet interpretandos, alterum veteris, alterum noui testamenti; à mane ad vesperam dato spatio cogitandi.

Quibus interpretatis, percunctantibus etiam aliquid de iure pontificio, ita respondebit, vt etiam si theologus sit, tamen se iuris canonici, in ijs quæ ad Episcopi munus pertineant, non omnino rudem esse ostendat.

His confectis, ex formula præscripta à Sanctissimo D. N. coram eodem Episcopo fidei professionem faciat.

Quod si promouendus in pluribus ciuitatibus vel diœcesibus proximum triennium moratus fuerit; eius fidem, vitam & mores, illi etiã Episcopi in quorum locis sex menses manserit, à summo Pontifice admoniti, vel ab eo qui processum confecerit, rogati, suo testimonio comprobent, idque scriptum ad eundem mittant, à quo processus confectus sit.

Is verò acta hæc omnia in publicum instrumentum relata, ad sanctissimum Romanum Pontificem obliqua quamprimùm mittat.

*De vita & honestate Episcoporum & Clericorum.*

Prou. 2. tit. 2. Prou. 3. De ijs quæ ad ordin. sacr. & ad cleric. hon. &c. Prou. 4. & 5. par. Prou. 6. de Episcopo.

**P**IE ac sapienter sancta Tridentina synodus, duce Spiritu sancto, Ecclesie vilitati cõtuluit, cum Episcopis & reliquo clericorum ordini certas officiorum vias, rationesque præscripsit; quibus intelligerent, se, cum in Dei militiam adscripti sunt, non ad commoditates, aut vo-





omittunt, occurrere cupientes, ex decreto Leonis X. in Lateranensi concilio, mandamus; vt clericus quicumque, curatum vel sine cura ecclesiasticum obtinens beneficium, si post sex menses ab eo die, quo illud obtinuerit, sine iusti impedimenti causa diuinum officium non dixerit; beneficiorum fructus suos non faciat; sed eos tanquam iniuste perceptos, in eius ecclesie fabricam, vel pauperum elemosinas erogare debeat. Si vero canonicè admonitus, in eadem negligentia ac malicia persistit, beneficium priuetur. Officium autem omittere, vt beneficium priuari possit, is iure dicat, qui quindecim dierum spatio bis illud omiserit. Quæ poena, ab ijs qui plura obtinent beneficia, toties reperenda est, quoties huius delicti conuicti fuerint. quanquam illud grauius est, quod eos omisso officij rationem Deo reddere oportet. Qui verò sacris initiati, beneficium ecclesiasticum non habent, si diuinum prætermiserint officium, præter graue peccatum quod committunt, grauius etiam ab Episcopis in eos animaduertatur.

*Qui libri potissimum à Clericis legendi.*

Prou. 2. tit. 2. de cr. 32. Prou. 3. de ijs quæ ad sacr. ord. & cleric. honest. &c. Prou. 4. par. 3. de vita & honest. cleric.

**C**LERICI, postquam decimum quartum annum attigerint, vt legè Domini, in cuius forte sunt, dies noctesq. meditari possint; habeant sacrorum librorum si non copiam, certè necessarium delectum; omnino verò Testamentum vetus & nouum, Catechismum Romæ edendum, cum primùm in lucem prodierit, sacrum Tridentinum concilium, Constitutiones nostras, & diocesanas proprii Episcopi, Calendarium festorum dierum, quod Episcopi in sua diocesi singulis annis edendum curabunt. Parochi verò, vt ecclesiasticos ritus cognoscere, rectèq. curam animarum ministrare possint, præter eos libros, quos supra diximus, sibi etiam comparent Homiliariū, ab Episcopo eligendū, Summā Antoninā, vel aliā ab Episcopo delectam, & quos præterea ab eis legi Episcopus iusserit. Hortamur autem, vt in lectione Pastoralis sancti Gregorij, & sancti Ioannis Chryostomi de sacerdotio assidue versentur.

*De Clericorum vestitu, & reliqua vitæ moderatione.*

Prou. 2. tit. 2. de cr. 31. Prou. 3. de ijs quæ ad sacr. ord. ad cler. honest. &c. Prou. 4. par. 4. de vita, & honest. clericorum. Prou. 5. par. 3. quæ ad cler. honestat. attin. Prou. 6. quæ ad cler. discipl. attinent.

**E**PISCOPUS, ex sacri Tridentini concilij auctoritate, per edictum, ad mensem ab eis proponendum, moneant omnes, & quascunque ecclesiasticas personas, quæ aut sacris initiatae sint, aut dignitates, personatus, officia, beneficiae qualiacunque ecclesiastica, etiam simpli-

cia obtineat, etiam si studij causa absint, & in gymnasijs publicis, aut vbiuis locorum sint; vt qui in prouincia manent, ad duos menses, qui verò extra prouinciæ fines, ij ad quattuor, clericalem habitum sumant, ordini suo ac dignitati congruentem; hac constituta poena, vt qui non paruerint, si in sacris ordinibus sunt, ab omni ordinum suorum munere sint suspensi, & beneficiorum suorum omnibus anni vnus fructibus iure ipso priuati sint; quos Episcopus pijs locis arbitrio suo attribuet.

Si autem beneficium ecclesiasticum nullū obtinent; alias poenas luant, Episcopi iudicio. Si qui autem post mensem, transacto tempore, in edicto ad clericalem habitum sumendum præscripto, eum vel non suscepisse, vel susceptum abiectis conuicti fuerint; officijs ac beneficijs ecclesiasticis priuentur; & seuerè præterea ab Episcopo puniantur.

Presbyteri, diaconi, subdiaconi, ceteriq. clerici, clericali tonsura sint insigniti, ad eam formā, quam ratio vnus cuiusque ordinis, Episcopi arbitrio postulat.

Ita sint abrafo capillo, vt tonsura conspicua sit omnibus.

Comam verò, & barbam ne studiosè nutriant; capillis simplicem cultum adhibeant.

Barba ab superiore labro ita recidatur, vt pili in sacrificio Missæ, Christi Domini corpus & sanguinem sumentem non impediunt.

Ne in habitu clericali aut studiosius exquisita cultus elegantia, aut nimis abiecta negligentia, & affectata sordes appareant.

In omni vestitu color tantum niger adhibeatur; nisi fortasse alium colorem requirat dignitatis gradus.

Omnem habitus & ornamentum nouitatem clericum fugiant.

Ne serico vestimento aut ornamento, domi aut foris vtantur.

Iubemus verò illos laneum, & ei ordini decorum vestimentum adhibere.

Reticulum, aut subbirretum, vt vocant, ne ferant, nisi valetudinis causa, & sine redimiculis. Camisas ad collum, & ad manus crispas & rugosas, vel artificio elaboratas reiciant.

Collare, quod dicunt, simplex ac modicè latum, honestè reclinetur.

Externa vestis simplex ac ralaris erit, quæ neq. à ceruicibus in tergum reflectatur; sed apto ad collum nodo decentissimè annexa sit.

Toga verò, quod mantelletum vocant, aut æquetur cum tunica longitudine, aut nemini permittatur, nisi sit ex numero Prælatorum, quibus ex dignitatis gradu, iudicio Episcopi debeat. Interior eiusdem generis ad talos demittatur; quam tamen pro hominum genere, proq. loci natura ac conditione, Ordinarij arbitrio, in aliquibus moderandam relinquimus.

Pallium, quod Ferrarolum appellant, ne sumant, nisi per pluuia; tum verò nec à collo plus duobus digitis emineat; neque eo sine talari

Tonsura clericalis.

Habitus clericorum qualis.

lari toga vel tunica vtantur.

Veruntamen si iter faciendum sit, illis vt liceat habitu contractiore, & ad iter accommodato; sed simplici, & in quo honestas & decorum ordinis eluceat.

Turgidis caligis & dissectis abstineant.

Calceos & crepidas ad elegantiam non incendant. Torques, armillas, ac monilia respuant.

Anulum non induant, nisi quibus propter officij munus, aut honoris gradum sit iure concessus: quo loco, & vnico, nec magni pretij, contenti sint.

**Mensa & reliqua.** Quæcunque autem de Episcoporum mensa, eiusq. benedictione & cibis, lectione & gratiarum actione, suppellectili, auro, argento & serico, cubiculorum apparatu, adificiorum magnificentia, superuacaneis sumptibus, priuata moderatione, templorum cultu & ornamento, familiaræ cura & institutione, eiusq. vestibus, eorumque modo, colore & ornamentis, equorum numero, & si quæ alia decreta sunt, quæ non sint Episcoporum tantum propria; eadem à clericis quibuscunque, cuiusvis conditionis, ordinis & dignitatis sint, accuratè seruari iubemus; etiam si in alienis ædibus, aut cum propinquis habitent.

Meminerint autem, in quibusdam, quæ Episcopis permittuntur, ipsis communia esse possunt, eò maiorem sibi moderationem adhibendam esse, quò dignitatis gradu Episcopis sunt inferiores.

Si quis personatus vestes clericales, aut monachales, vel ad eorum formam induerit; & is qui eas assumpserit, & is qui accommodarit, graues poenas subeant.

*De Clericalibus ædibus.*

Prou. 2. tit. 2. de cr. 34. Prou. 3. quæ ad cleric. honest. item de Parochis. Prou. 4. par. 3. De parochijs, &c. Prou. 6. quæ ad cler. disciplin. attin.

**C**ohabitatio clericorum cum feminis prohibetur.

**Q**VONIAM non solum malum cauere, verum etiam omnem mali suspicionem fugere oportet, ne in cuiusquam offensionem incurramus; in ædibus ad clericorum, aliorumque clericorum domicilium & usum ædificatis, aut alijs in quibus ipsi habitant, feminas quascunque, etiam quouis sanguinis, cognationis, aut affinitatis vinculo eis coniunctas, habitare prohibemus, nisi Episcopus in alicuius urgenti necessitate, aliter faciendum esse duxerit, cuius conscientiam in hoc ualde oneramus.

**Aedes clericorum laicis non locandæ.**

Ne parochi, aut omnino clerici, quauis etiam dignitate præditi, ecclesie, etiam si commendata sit, aedes aut earum partes, in urbe aut in oppidis positas, in quibus ipsi habitare soleant, aut debeant, ullo modo laico locent; nisi ecclesia magna præmatur inopia, & ea domus commode Episcopi iudicio diuidi possit. Si verò aedes extra urbem & oppida ruri sitæ sint, locandi facultatem habeant; modò earum diuisio, eiusdem Episcopi iudicio, rectè & commode fieri possit.

Caueat etiā Episcopus, ne in urbe, aut extra, huiusmodi aedes, uel alia ab ecclesia seiuncta, uel etiam si patrimonij sint, ac proprie, locentur ijs, quorum fidem, uitam more suæ suspectos esse iudicauerit.

Canonici cathedralium & collegiarum ecclesiarum habitent in canonicalibus ædibus, in quibus commodè Episcopi iudicio commorari possunt: qui inspectis ædibus, si quid reparandum, instituendumue sit ad habitationis commoditatem, pro modo fructuum præbendæ, ab eo qui canonicarum obtinet, reparari ac restitui iubeat. quo facto, curet, ut in illis ædibus habitent. qui bus si abesse, etiam iusta de causa contigerit; ne mini præterea, nisi canonicus sit, in eis habitandi facultas concedatur sine iussu Episcopi.

Quarum ædium atrium ubi claudi potest, una claua concludatur; quæ à Decano, uel alio, Episcopi & Capituli arbitratu asseruetur.

Quota autem hora atrijs ianua aperiri, claudiue debeat; quidq. ad honestè ibi uiuendum pro loci ratione requiratur, iudicium sit Episcopi.

Rectores parochialium, seu curatarum ecclesiarum, quicumque sint, in earum ædibus tantum habitent, ibiq. cibum & somnum capiant; nisi aliud Episcopus censuerit ex causa necessaria. Clerici ne de nocte post primam horam, nisi ex iusta causa, & cum lumine, domo exeant.

*De armis, ludis, spectaculis & eiusmodi à Clerico vitandis.*

Prou. 2. tit. 2. de cr. 32. 33. & 34. Prou. 4. par. 3. De vita & honest. cler.

**C**LERICORVM arma, sunt orationes & lacrymæ.

Idcirco edicimus, ne clerici arma cuiusvis generis ad offensionem, vel etiam ad defensionem ferant, exceptis cultellis ad domesticum uitæ usum accommodatis; nisi fortè extra ciuitatem suspectis locis iter eis faciendum sit.

Quod si Episcopus probabili iustaq. de causa id eis permittendum iudicauerit; tunc scripto impetrata uenia, ipsis uti liceat; non tamen publicè, nisi rei, aut facti necessitas postulet.

Omnino balista, hastis & sclopeto, telis alijsq. huius generis instrumentis ipsis interdiciamus.

Clerici personati non incedent.

Choreas priuatas aut publicas non agent, nec spectabunt.

A uenatione abstinebunt.

Fabulis, comædijs & hastiludijs, alij suè profanis & inanibus spectaculis non intererunt; ne aures & oculi sacris officijs addicti, ludicris & impuris actionibus, sermonibusq. distracti poluantur.

Clericalis ordinis hominibus omni genere saltationis, & ludi, præsertim verò aleæ, & tesserarum ac talorum interdiciamus.

Prohibemus etiam globos, qui malleis ligneis impelluntur; item follis ludum, id est, pilæ maioris.

Canonicorum habitatio.

Parochorum domicilium.

Arma.

Spectacula & ludi.



Nec solum ludere vetamus; sed eos ludorum spectatores esse nolumus, aut quenquam ludentem in aedibus suis permittere.

Si autem valetudinis interdum causa, parua pila, aut alio non indecoro eiusmodi exercitationis genere vti contigerit; nec publicè id faciatur; nec pecunia intercedat in ludo, nec quidquam, quod facile pecunia aestimari possit.

Rom. 13. Conuiuia fugienda.

Non in comestationibus & ebrietatibus, sed ut sobriè viuamus, prædicat Apostolus. idè clerici minùs honestis conuiujs ne intersint, neùe ad bibendum quemquam incitent.

Quòd si interdum solemnibus festis diebus, vel cum sacrorum, aut exequiarum causa in vnum congregantur, aliqui sint inuitandi; ne plures sex, & eos clericos, ad suam mensam adhibeant.

Cauponæ.

Vt flagitij occasionem, quæ in cauponis & tabernis deesse non solet, clericis adimamus; cauponarum aditu & vsu eis omnino interdiciamus, nisi in itinere necessitatis causa. quo loco cum mulieribus ne discumbant.

Monemus autem Episcopos, & vehementer hortamur, vt in singulis eorum ciuitatibus curent parandum vnum, aut alterum pudicum & honestum diuersorium, quò suarum diocesium clericis rusticis necessitatis causa conuenire liceat; nec in eo hospitio improbis, aut nequam hominibus locus sit; neùe feminis vilo modo; sed tantum clerici, ac religiosi viri, si fieri possit, in eo recipiantur.

De negotijs secularibus à clerico fugiendis.

Prou. 2. tit. 2. de cr. 32. Prou. 5. par. 3. quæ ad cleric. honest. attin.

QVI Deo militat, implicare se negotijs secularibus prohibetur; idcirco edicimus.

Ne clericus sacris initiatus, aut ecclesiastico beneficio præditus, coram iudice seculari, aduocati aut procuratoris nomine causas agat; nisi ab alijs in iudicium vocatus, suam vel ecclesie suæ, propinquorum etiam, si necesse erit, & miserabilium personarum causas, ab Episcopo facultate priùs scripto concessa, tueatur.

Ne in profanis negotijs officium tabellionatus exerceat.

Ne artem medendi faciat.

Ne in negotiationibus & mercaturis se interpretem & medium interponat.

Negotiationem etiam omnis generis omnino prohibemus.

Artes verò honestas concedimus, vt aliquid manibus suis lucretur, quo sibi quæ ad victum necessaria sunt, comparare possit.

Ne aliena prædia lucri causa conducat.

Ne aliorum tutelam aut curam suscipiat.

Ne pro alijs fideiubeat.

Ne alicuius Principis, aut alterius negotiorum procurator sit, sine facultate ab Episcopo priùs per literas impetrata, singulis annis renouanda. Neùe parùm memor ordinis ac dignitatis suæ, sit in famulatu laicorum, etiam Principum, eo-

rumuè quibusuis alijs obsequijs; nisi cui ex causa, & ad officium sacerdotali munere non indignum, Episcopus huius rei potestatem antè scripto fecerit. Huiusmodi autè licentiæ scripto permissæ quotannis renouentur; alioquin irritæ ac nullæ sint.

Neùe præcursor, aut affecla faminarum, aut eis discumbentibus adsistat, aut ancilletur.

Qui autem huiusmodi secularia negotia exercendi facultatem, seu dispensationem impetrarit; intrà duos menses Episcopo exhibeat, qui concessas antè sacri Tridentini concilij confirmationem; auctoritate generalis Bullæ Sanctissimi D. N. Pij IIII. Pont. Max. nò admittat.

Quæcumque in hac vniuersa, quæ ad vitam & honestatem clericorum pertinet, parte, varijs titulis expressa præcepta continentur; efficiat Episcopus, vt ea omnia ab omnibus, ad quos spectat, diligenter & inuiolatè seruentur.

Qui verò clericus, cuiusuis etiam gradus, ordinis, dignitatis, in aliqua re ijs non obtemperarit; is aut salutari penitentia, aut pecunia, aut suspensione ab ordinum munere, & beneficiorum administratione, aut ipsius etiam beneficijs, aut carcere, aut exilio, aut pluribus simul ex ijs pœnis, aut etiam grauioribus pro modo culpæ Episcopi arbitrato mulctetur.

Qui iterum in eadem re peccarit; duplicata is pœna pro ratione criminis ab eodè plectatur.

Æditæ 7. calen. Febr. 1564.

#### De Residentia.

Prou. 2. tit. 2. de cr. 36. Prou. 3. quæ ad cleric. honest. &c. ibidem de Parochis. Prou. 4. par. 2. quæ pert. ad sac. ord. prope finem. ibidè de Parochijs. &c. Prou. 5. par. 3. De residentia.

DECREUIT sacra Tridentina synodus, vt Sess. 23. c. 1. de cr. de refor.

ij qui non legitimè à suis ecclesijs abessent, pro rata temporis absentia, ecclesiarum quibus præessent, fructus suos non facerent; sed vt in fabrica ecclesie, aut in pauperes loci erogarent. quod si non exequerentur; statuit, vt eorum superiores ecclesiastici, omittas ab illis huiusmodi officij partes ipsi susciperent.

Si qui igitur prouinciæ nostræ Episcopi, post Episcopi non residentes.

confirmationem concilij Tridentini, in ecclesijs suis, ex eiusdem concilij præscripto non resederunt; neque Metropolitanum, aut eo absente, antiquiorem prouinciæ Episcopum intrà mensem docuerint, causam suæ absentia, Sanctiss. D. N. vel Metropolitanum, vel antiquioris Episcopi scripto comprobata esse; aut se fructus illos, ijs quibus eiusdem sacri concilij decreto propterea debebant, persoluisse; nos illam ipsam fructuum partem iam nunc Hospitali vniuersitatis, cuius illi sint Episcopi, quod maioribus prematur sumptibus, in vsum pauperum loci erogandam assignamus. & si id Hospitali intrà duos menses eos fructus auctoritate Superioris ecclesiastici non exegerit; alteri Hospitali eiusdem ciuitatis, quod in eorundem fructuum petitione iudicio præuenierit. Quòd si aut nullum in ea sit Hospitali, aut quæ sint Hospi-

Hospitalia, sex mensibus eos fructus non exegerint, fabrica ecclesie attribuiamus.

Si qui uerò posthac abfuerint, fructus quos suos nò fecerint, iam nunc eiusdem locis, qua supra dictum est, ratione adscribimus; nisi ipsi Episcopi intrà tres menses à die absentia, ijs qui bus ex concilij decreto debent, persoluerint.

Itaque mandamus Hospitalium & fabricarum administratoribus ac procuratoribus, cum denunciatione etiam periculi eorum conscientia, ut totam summam sine ulla uel pactione, uel remissione primo quoque tempore exigant.

Statuimus etiam, vt ex Capitulo singularum cathedralium ecclesiarum, tres primi præsentis, singulis sex mensibus, Metropolitanum, vel eo absente, eundem antiquiorem prouinciæ Episcopum certiore faciant, an eorum Episcopi in suis ecclesijs resideant; & qui, & quamdiu ab eis abfuerint; sin minùs, ijdem distributionum unius mensis fructus suos non faciant.

Curat

In reliquis etiam inferioribus curatis beneficijs, si qui post confirmationem concilij abfuerint sine licentia, ab Ordinario scripto permissa, quæ ad mensem eidem Ordinario exhibere uolumus; vel non probarint se eos fructus, quos pro rata temporis absentia suos nò fecerunt, ijs quibus ex eiusdem Tridentini concilij debebantur, soluisse; eos omnes iam nunc rescindendis & ornandis eorum ecclesijs attributos esse decernimus. quam attributionem Episcopi, quorum conscientia hoc onus imponimus, ad sex menses, implorato etiam si opus sit, Principum & Magistratum auxilio, omnino exequendam curabunt.

Quòd si contigerit, eos qui propter absentiam à suis beneficijs fructus suos non fecerint, ipsis beneficijs postea cessisse; curent Episcopi, vt vel ex fructibus pensionum, si quæ illis qui cesserint, fuerint reseruata; vel ex eorum bonis, cuiuscunque illa generis sint, satisfiat Ecclesie.

Qui si in his negligentes fuerint, sciant se prima quoque prouinciali synodo, prætermissi huius officij rationem reddituros esse.

Si quid intercesserit, quamobrem id minùs exequi possint, ad Metropolitanum referant; vt ad rem conficiendam ipse quoque suam operam conferat, & in ea auctoritatem Sanctissimi D. N. interponendam curet.

Sess. 6. c. 1. Sess. 23. c. 1. ædita 7. Calen. Decèb. 1564.

Quoniam verò multorum beneficia curata obtinentium, ea est contumacia, vt neque decretis Tridentini concilij, neque constitutione Sanctissimi D. N. Pij IIII. neque Episcoporum edictis moniti, adduci possint, vt beneficiorum suorum residentia præsentis satisfaciant; statuimus, vt Episcopi ad mensem edicto proposito, iubeant omnes, in eorum ciuitatibus, diocesisuè beneficium eiusmodi in titulum, vel commendam obtinent, si in prouincia illi sunt, ad duos menses; si extra, ad tres, ad eadem beneficia accedere, in ijsq. resideant; ea proposita in edicto pœna, vt qui non parue-

rint, etiam si præter curatum illud beneficiu, dignitates, personatus, aut canonicatus in ecclesijs etiam cathedralibus obtineant, præter pœnas, quæ eodem concilio, & Pij IIII. constitutione contra non residentes propositæ sunt, ordinum suorum munere, officio suspensi, & eo beneficio iure ipso priuati censeantur.

Transacto tempore in edicto præstituto, Episcopi eos qui non resideant, propositam priuationis pœnam subisse declarent.

Interim verò eos fructus, quos suos absentes non facient, ijdem Episcopi suo arbitratu, aut ecclesiarum fabricis, aut pauperibus loci adiu dicent.

Intrà mensem publicè edicant Episcopi, vt quibuscunque studij causa non residendi in beneficijs curatis licentia permissa est; eam suo quisque Episcopo intrà spatium trium mensium exhibeat. qui si illam à die confirmationis sacri concilij Tridentini, ad diem regulæ à Sanctissimo D. N. Pio IIII. latæ compererit, nisi quemadmodum ab ipsa præscribitur, Ordinarij consensu accesserit, nullam & irritam declaret; proptereaq. eum, qui huiusmodi facultatem impetrarit, ex decreto concilij Tridentini resideant cogat in ipso beneficio.

Die 24. Nouemb. 1564.

In ijs autem facultatibus absentia studiorum causa, quæ deinceps concedentur, hæc necessaria ponenda sunt.

Vt verè in publico, celebriq. gymnasio, Theologia, vel sacris canonibus studeant.

Vt minores sint triginta annis, aut fuerint, cum in publico gymnasio ijsdem studijs operam dare cœperunt, quæ nunc cupiunt absoluerent.

Vt illud beneficium, antequam sacrum Tridentinum concilium à Sanctiss. D. N. Pio IIII. confirmaretur, obtinuerint.

Vt intrà annum, ad ordinem saltem subdiacnatus promoueantur.

Vt singulis sex mensibus Episcopo scriptu sui Doctoris exhibeant; quo is ipsos in eo studij genere proficere testetur. quod etiam Episcopus secreto ab alijs cognoscere studeat.

Quòd si omnes supra scriptæ conditiones in licentia expressa non fuerint; aut is qui impetrat, qualitates omnes quæ in scripta licentia requiruntur, non habeat; aut quæ ipsi seruanda proponuntur, deinceps non præstiterit; facultates irritæ ac nullæ sint; & qui impetrarit, sciat se fructus suos non fecisse, neque facere; ac pœnis quæ non residentibus propositæ sunt, teneri.

Concedatur autem ad quinquennium tantum, ab eo die numerandum, quo eum in publico gymnasio Theologiae aut sacris canonibus con-

ster operam dare cœpisset.

Quicumque plures parochiales ecclesias retinentes, intrà tempus à sacro Tridentino concilio præstitutum, non dimiserunt; eos Episcopi intrà duos menses beneficijs omnibus ecclesiasticis iam ipso iure priuatos esse declarent.

Fructus verò, & quos ex eodem decreto suos

Sess. 24. c. 17. Pluralitas ecclesiarum parochialium tollenda.

facere

22

Actorum. Pars I.

facere non potuerunt, & qui deinceps, quamdiu vacauerit ecclesia, percipientur, fabricae vel ornamentis eorundem beneficiorum, ut magis expedire censuerit Episcopus, iam nunc attribuimus; excepta tamen congrua portione, idoneis Vicarijs ab Episcopo assignanda; quos ipse, facta declaratione, statim in illis ecclesijs constituere debet.

Aliorum ecclesiarum re-sidenti.

Sefs. 6. c. 2. Sefs. 24. c. 12. in decr. de refor.

Præterea, qui ecclesiastica quaecunque beneficia obtinent, in quibus, & si curata non sunt, tamen residere iure, vel consuetudine debent; si muneri suo defuerint, in eos Episcopi, & illis pœnis quæ à sacro Tridentino concilio statuta sunt, & alijs arbitrio suo seuerè agant; fructusque quibus ex eodem concilio mulctandi erunt, pijs locis attribuant.

Vt autem Episcopi pœnas de cõtumacibus in hoc genere possint sumere; statuimus, vt in singulis collegiatis & cathedralibus ecclesijs, singulis tribus mensibus, tres primi ex Capitulo præfentes, Canonicorum, & eorum qui præpositi ecclesijs, & aliorum qui in eis huiusmodi beneficia possidentes, non resideant, nomina ad Episcopum deferant.

Parochi verò Episcopum admoneant, si qui intra fines suæ parochiæ, eiusmodi habentes beneficia, quæ personam item residentiam requirant, non resideant.

Vicarij etiam foranei eandem diligentiam adhibeant, si qui curati, in regione sibi ab Episcopo commissa, non residerint.

Qui huic officio deerit, sicuti Episcopo videbitur, plectatur.

De diligentia ab Episcopo adhibenda in statu vniuersi cuiusque Parochiæ cognoscendo.

Prou. 3. de Parochiis. item de ijs quæ ad matrim. se. c. pertin. item de ijs quæ ad episc. forum pert. prope finem.

Ezech. 3. Prou. 27.

SVMMAM vim ac necessitatē habet illa Domini sententia, Speculatorem dedi te domui Israel; & alio item loco, Diligenter agnosce vultum pecoris tui, & considera super greges tuos; vt Episcopi quanta maxima possunt diligentia, obseruent sibi commendam gregem, neque ab eo vinqum oculos dei; ciant, quid ei opus sit animaduertentes, vt ex Propheta sententia, confractas partes alligare, infirmas consolidare, ægritas sanare, abiectas oues reducere, perditas requirere & recuperare possint.

Ezech. 34.

Quoniam verò lustrare omnia proprijs oculis nequeunt, in singulis parochijs deligant certos, ac probatos viros: qui inuestigent, an populus ambulet in vijs Domini; an aliquid sit, quod Episcopi cognitionem & medicinam desideret; an aliquid, quod corrigi & emendari debeat: quæque compererint, fideliter ad Episcopum deferant.

Parochus etiam librum habeat, in quo omnium qui in eius parochia sunt, nomina & cognomina quamprimum describat, singulorumque se-

xum, ætatem, & statum. In eo deinceps describat & recenter natos, & mortuos, & in parochiam habitatum venientes, & inde emigrantes. quem librum Episcopo, quoties is petierit, vel inspiciendum, vel describendum dabit.

Obseruabit etiam suæ parochiæ novos inquilinos; de quibus eorum orthodoxa fide, & sacramentorum perceptione, de quibus mulieribus quas secum habuerint, an matrimonij, cognationis, affinitatis vinculo verè coniunctæ sint, an impudicitia nomine suspectæ, ab eo sacerdote in cuius parochia proximè habitant, & à parochiæ incolis accuratè cognoscat.

Inquirat autem studiosè de pauperibus suæ parochiæ, præsertim puelis nubilibus, de viduis, orphanis, pupillis, ægrotis, senio confectis, alijsque personis, temporali, vel etiam spiritali misericordia indigentibus; quibus & ipse prouiribus opitulari, & alios suo exemplo & hortatu ad id officium incitare studeat.

Præcipuè verò de ijs omnibus sæpè certiolem faciat Episcopum, vt qui communis eorum pater est, iisdem paternam curam & pietatem, quacunque poterit ratione præstet.

Quamobrem etiam Episcopus quotannis per sacra quattuor anni tempora, suæ ciuitatis parochos adhibebit; & illis de eorum animarum statu, quarum cura præpositi sunt, diligenter interrogatis, omnia commemoret, quæ eorum officij munus contineant; eisque & doctoris diligentiam, & pastoris vigilantiam præstabit.

De Vicarijs Foraneis constituendis.

Prou. 2. tit. 2. decr. 30. Prou. 4. par. 3. de Parochijs. &c. in fine. Prou. 5. par. 3. quæ ad synodum. &c. Prou. 6. quæ ad synodum. &c.

VT Episcopus in vrbe etiam externum gregem facilius quasi præfens intueri, & curare possit; deligat aliquot probatos sacerdotes: quibus singulis imposito Vicarij foranei nomine, tribuat certas regiones diocesis suæ.

Id autem munus ad Archipresbyteros, Archidiaconos qui in diocesi sunt, & Præpositos, alioiue ecclesiastica dignitate præditos, quos idoneos iudicauerit, potissimum deferet; sin minus, ad alios Rectores, qui apti sint ad huiusmodi officium.

Hi autem Vicarij regionis sibi per Episcopum commissæ, presbyteros cuiuscunque conditionis, curam animarum habentes, semel singulis mensibus modò in vnam, modò in aliam eius regionis parochialem ecclesiam cogant: idque in orbem eodem ordine semper faciant.

Pridiè eius diei, quàm in vnum locum conueniant, peccata sua omnes confiteantur; sequenti die, in ea ecclesia in qua coacti fuerint, Missam singuli celebrent.

Tum vniuersi in choro Missam conuentualem pro mortuis, vel de sancto spiritu, solemni more cantent; in qua eorū aliquis, à Vicario prius admonitus, concionem ad populum habeat.

Con-

Vicariorū electio.

Eorū officium in habendis. Congregationibus foraneis.

Confectis sacris, & habita processione circa cœmeterium, orationibusque consuētis, in domo Rectoris illius ecclesiæ vnico tantum ferulo contenti, ea qua decet modestia, & charitate cibum capiant.

Deinde conferant inter se, quæ ad boni pastoris officium, & ad curam animarum rectè gerendam pertinent: & cõsulant de difficultatibus & incommodis suæ parochiæ, quorum explicatio, vel remedium, aliorum consilium & operam requirant.

Iidem autem Vicarij libellum de casibus conscientia, Episcopis ac sedi Apostolicæ reseruat, Metropolitanis cura edendum, reliquis sacerdotibus legent; & aliquot capita tum harum constitutionum, tum earum, quæ in synodo diocæana decernentur, simulque quidpiam ex probata summa de casibus conscientia explicabunt.

Præcipuè autem de presbyterorum vita & moribus querant, & quales se in pastoralis præbent cura.

An eorum culpa diuinus in ecclesia cultus desideretur.

An re ipsa præstentur ea, quæ Episcopi, vel alij eorum nomine in ecclesiarum necessitatem, earumque reparationem impendi iusserint.

An libros habeant, quos ex decreto nostro habere debent.

An reliqua in hac synodo decreta seruentur.

De his omnibus, & si quid propriè mandarit Episcopus, de quibus alijs, quæ ad vtilitatem animarum Episcopi cognitionem desiderant, ipsam per literas diligenter certiolem faciant.

Quando Episcopum adeant.

Quoties in urbem venerint, primùm Episcopum adeant; de quibus eorum statu, qui sibi commissi sunt, accuratè doceant.

Illis Curati obtemperent.

Curati verò quicunque, etiam si quauis dignitate præditi, in ijs, quæ ad officium suum spectant, Vicarijs quos diximus, obtemperent.

Quòd si aliqui ad conueniendum negligentes, vel ad mandata eorundem Vicariorum exequenda contumaces fuerint; Episcopi in illos pro modo culpe animaduertant.

Amoueri possint ab officio.

Hi autem Vicarij, voluntate Episcopi ab officio amoueri semper possint, ac si malè id administrant, pœnas dent, eiuusdem Episcopi iudicio.

De Visitatione.

Prou. 2. tit. 1. decr. 6. Prou. 4. par. 3. de visitatione. Prou. 5. par. 3. quæ Syn. congreg. & visitat. attin. Prou. 6. quæ ad visitat. pertin.

Visitationis necessitas. Sefs. 24. c. 3. de decr. de refor.

Inter Episcopalis officij munera, præcipua est, & ad salutem gregis maximè necessaria visitatio. idè monemus Episcopos omnes, vt singuli ex decreto sacri Tridentini Concilij, ecclesiam suam, ac diocesium visitent intra tempus, ab eodem concilio præstitutum.

Finis.

Meminerint autem visitationem ad salutem eorum, qui visitandi sunt, institutam esse, quamobrem illis maximè propositum esse debet, vt

in eis incorruptam, orthodoxamque doctrinam, probatam morum disciplinam tueantur, ac restituant.

Visitationis ordo is adhibebitur, vt primùm ciuitatè, deinde diocesium visitent; nisi fortè aliud Episcopo videatur. In ciuitate cathedralis ecclesiæ primo loco visitetur, tum singula collegiata; deinceps parochiales omnes; quòd & parochi, & quicunque præterea sacerdotes & clerici in parochijs commorantur, euocandi sunt, Scholas, seminaria, sodalitates, Hospitalia, ac cætera pia loca visitantes, studiosè ac diligenter inspicient.

Ordo.

Studebunt verbi Dei prædicatione, vehementi cohortatione, ad religionem, vitæ innocentiam, pacemque & concordiam omnes adhortari.

Præstanda ab Episcopo in visitatione.

Si verò priuata admonitione opus esse intelligent, in eam docendo, arguendo, obsecrando pro rei, personæ, ac temporis ratione incubent. Confirmationis sacramentum, ubi opus erit, ministrabunt.

Omnes ad penitentiam cohortabuntur; & quos aliquo peccato teneri cognouerint, cuius absolutio Episcopo reseruata sit; eos pie confitentibus, & humiliter ueniam petentes, vel ipsi, vel per alios ad id munus delectos, absoluent.

Quæ inuestiganda, & cognoscenda in ecclesijs.

In singulis locis à uiris grate, usu & probitate commendatis, de omnibus, subtiliter inquirent, quæ eos pro officij sui munere scire oportebit.

Ecclesiam & eius partes omnes inspicient.

An eo cultu & nitore teneatur, qui domum Dei decet; & si quid restituendum, reparandum, reconcinandumue sit; iubeant ab ijs, ad quos pertinet, resarciri.

An sanctorum reliquiarum, tutò, ornatè, decenterque conditæ asseruentur.

An quæ de sepulcris, ac cœmeterijs à nobis sancita sunt, re ipsa præstentur.

Si consecranda sint altaria, consecrabunt.

Si qua ecclesia aut cœmeterium pollutum sit, reconciliabunt.

Videndum etiam, an desint uestes, libri, calices, patenæ, corporalia & reliqua eius generis instrumenta & ornamenta, quæ ad altaris ministerium & ad diuina officia sint necessaria.

An illa munda & purgata seruentur.

An Missæ, aliaque diuina officia, qua oportet pietatè ac deuotione celebrentur.

An ecclesiæ libri, verera scripta, instrumenta & priuilegia custodiantur.

An eorum extet ratio, quæ in inuentarium relata sunt.

Tum de dignitatibus, canonicis, & alijs ecclesiæ ministris querendum erit.

De dignitatibus canonicis, &c.

An ritè sint ordinati.

An ordinibus initiati, quos eorum officij munus requirit.

An ecclesias, beneficia, seu ecclesiastica officia legitime obtineant.

An in ea se quisquam intruserit.

An resideant, & administrationi sacramentorum, & Missarum, diuinorum officiorum celebrationi

lebrationi, & annuiteriorum perfolutioni, alijq. oneribus & muneribus satisfaciunt.

Quæ sit eorum uita, ac morum ratio, qui uestitus, quibuscum uersari soleant, qualis sit eorum familia.

An sordibus, & illiberalibus artibus & ab eorum gradu alienis, operam dent.

An ecclesia iura, & honorum ecclesiasticorum possessionem defendant.

An eorum fructus rectè dispensent.

An pacem inter se habeant, se in aliorum pacificationem interponant, inimicitiarum & odiorum causas tollere studeant.

An populus pie uersetur in ecclesia; Missamq. & alia diuina officia reuerenter attendat.

In Parochiis. In parochiis præter ea omnia, quæ diximus, uideant.

An parochi ex decreto, in hac synodo edito, libros habeant, in quibus baptizatorum, confirmatorum, compatrium, eorum qui matrimonio coniunguntur, ac mortuorum nomina & cognomina describantur.

An ritè sacramenta præbeantur.

An sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum, Chrisma, & reliqua sacra, ea munditiæ cura, & custodia qua debent, conferuentur, & suo tempore mutentur.

An Eucharistia pie & honorificè, prosequente fidelium comitatu, ad agrotos adferatur.

Sefs. 24. de cr. de refor. matr.

An legitimè matrimonia, & in ecclesia, adhibitis ex decreto Tridentini concilij denunciationibus, debito tempore contrahantur.

An sua cura commissas ecclesias, maximè diebus festis, deferant, ut inferant alienis.

An Dei uerbum prædicent, & pueros rudimentis fidei instruant.

An libros, quos nos in hac synodo habendos præscripsimus, habeant.

In populo. Denique dispiciant, an in populo sint hæretici, usurarij, concubinarii, alijq. flagitiosi & facinorosi homines, qui inimicitias gerant, qui Quadragesimam, alia ieiunia, festos dies, & reliquos ecclesiæ ritus non seruent; quiq. saltem semel in anno peccata sua cõfessi non sint, aut sanctam Eucharistiam non sumpserint.

An sint, qui legata pia non exequantur.

An domestica disciplina patrufamilias in educandis liberis diligens, pia, & honesta sit.

In regularibus His exquisitis, cognoscere studeant, quinam ex regularibus & prædicandi munere fungantur, & fidelium confessiones audiant; an & eorum probata sit doctrina, & probata doctrinæ uita respondeat.

In hospitalibus An Hospitalia, & alia pia loca rectè administrantur; eorumq. bona prudenter, fideliterq. in eum usum, cui addicta sunt, distribuuntur.

An qui in Hospitalibus sunt, pie uiuant.

In Scholis. De scholis, sciant quos libros discipulis magistri interpretentur; & an illi officio suo satisfaciât. An magistri tales sint, & ita admissi, quemadmodum in hac synodo mandauimus. si secus, amoueantur.

De bibliothecis diligenter querant, an in eis sint hæretici libri, aut qui aliter iure prohibeantur.

Si quid in his omnibus tollendum, corrigendum uerit, tollent & corrigent: & ad puniendos delinquentes, censuras & alia iuris remedia adhibebunt.

Omnes verò summo studio monebunt & hortabuntur, ut officij sibi commissi munus fideliter, ac diligenter exercent.

Neque solum hæc, sed quæcumque à Tridentino Concilio & à nobis præcipiuntur, & alia multa, quæ pro eorum prudentia, ac pietate ad utilitatem, ac salutem populorum, eis in mentem venire poterunt, exquirent & exequentur.

Caueant verò, ne legem de victu, procuratione, & muneribus, à sacro Tridentino Concilio definitam transeant.

Comitatum autem non habeant nisi necessarium; in quo plures omnino ne sint quindecim hominibus, & iumentis duodecim. Si plures duxerint, alant suis sumptibus. In mensa duo tantum feracula afferre liceat. quod ad reliqua attinet, decretum in hac synodo factum, de Episcopalis mensæ moderatione seruetur.

Si Visitator gradu inferior sit Episcopo, proposita à nobis visitandi formulam in reliquis omnibus diligenter obseruet; in comitatuq. octo hominibus ad summum, & sex iumentis contentus sit.

Si præter huius decreti præscriptum cuiquam graues fuerint; dupli restitutione teneantur: præterea inferiores, Episcopi arbitrio; Episcopus synodi prouincialis iudicio alias penas subeat. Dent autem operam, ut non solum quam diligenti sumè, sed etiam quam celerrimè uisitacionem conficiant.

#### De iudiciali foro Episcopi.

Prou. 3. de iis quæ ad Episcop. forum pertinet. Prou. 4. de foro Episcop. & c. Prou. 5. de Episcopo, Episcop. iurisdic. & foro, & seq. titulus. Prou. 6. quæ ad forum pertinet.

**V**T à foro Episcopali; quantum fieri potest, auaritiæ labes amoueatur; & quam minimis possint incommodis atque sumptibus causæ in eo agantur; nos præter eam diligentiam, quam in ea re maximam Episcopi, in sua quifque diocesi, adhibere debent; hæc statuenda censuimus.

#### De Notarijs & Scribis.

Prou. 2. tit. 3. de cr. 12. & 17. Prou. 3. De ijs quæ ad Episc. forum pertinet. Prou. 4. par. 3. De foro Episcop. & c. Prou. 5. par. 3. De Cancell. & notarijs. Prou. 6. quæ ad forum pertinet.

**E**PISCOPI intrà sex menses omnibus Notarijs & scribis sui fori, tam Ciuitatis, quam diocesis, communem taxam præfiniant, quam pro opere & officij sui mercede ab unoquoque in singulis causarum generibus pro loci & cuiusque

Sefs. 24. c. 3. de cr. de refor. Episcopi in uisitando victus procuratio & muneraria.

Comitatus.

Visitatores inferiores Episcopo.

Taxa ab episcopo præfinienda.

cuiusque rei ac personæ conditione exigi liceat. qui non obtemperarit, in eum uehementer animaduertant.

Collegij nota. Curia Episcopalis.

Singuli Collegium notariorum curiæ Episcopalis primo quoque tempore instituendum curent; quod certum numerum pro suæ diocesis conditione contineat.

Collegium statuta, Episcopo probanda, conficiat; officiales deligat, qui iudicent de eorum inter ipsos controuersijs, quæ ad eorundem officium pertineant.

In causas autem, quæ inter notarios & litigatores extiterint, se omnino non interponant, sed eas Episcopi iudicio relinquunt.

In alijs uerò causis, si cuiquam cum eis in iudicio agere contingat; eorū iura priuilegiaq. seruentur. Postulantibus testimonium formulæ curiæ, quam stylum uocant, de aliqua causa, nec detur, nec datum vim habeat; nisi ei maior collegij pars subscripserit. cuius etiam formulæ exemplum, ab Episcopo approbatum & subscriptum, publicè in collegio asseruetur.

Qui in Collegij notariorum adscribi uoluerint, eos Episcopus diligenter examine probet; tantum idoneos recipiat.

Excommunicatos, infames, & omnes, qui à testimonio dicendo iure repelluntur, rejiciat.

Eos, qui vigesimum quintum annum non attigerint, quiq. per quadriennium in notariatus officio integrè, periteq. non sint uersati, non admittat.

Probatos prius non recipiat, quam iurarint Episcopo ea iusiurandi formula, quæ infra scripta est; quam etiam ab ijs, qui in notariatus collegium adscripti iam sunt, ad duos menses præstari iubemus.

Iuramenti formula.

**E**GO N. notarius, à Reuerendiss. D. N. Episcopo, uel D. N. eius Vicario delectus, nihil uel dedi, uel pollicitus sum gratia huius officij obtinendi.

Commissum mihi munus diligenter ac fideliter exercebo.

A litigatoribus, quorum sacro notarius, uel à quocunque alio eorum nomine, quauis de causa nihil, ne spontè quidem datum, accipiam, præter id, quod Episcopi taxatione præfinitum fuerit.

Nihil agam, neque me, aut quemquam alium interponam, quò mihi uilla causa scribenda committatur.

Non ero promotor, uel procurator in causis, quæ agentur coram Reuerendiss. D. Episcopo, seu eius R. D. Vicario generali, uel aliquo ab eis constituto, seu eorum ministro.

In causis uerò, in quibus sum, uel sacro notarius, omnes actus iudiciales substantialiter in manuali, seu memoriali coram Reuerendiss. D. Episcopo, seu eius Vicarijs, aut alio ab eis preposito, & etiam coram ipsis litigatoribus, si expectare uoluerint, conscribam.

Conscriptos eos, & instrumenta, & omnia alia, & singula in causis producta, cum Reuerendissimus D. Episcopus, uel alij supradicti, seu li-

tigatores, uel eorum aliquis, petierint; in regestum fideliter quam celerrimè referam, uel referenda curabo.

Litigatorum postulatu, uel alicuius eorum, in singulis terminis successiuè litigatoribus ipsis copiam dabo, cum per Reuerendiss. D. Episcopum, seu alios supradictos decreta fuerint, sine recusatione & fraude, contentus mercede Episcopi taxatione præfinita.

Secreta eiusdem officij & causarum nemini patefaciam, præsertim attestaciones testium & consilia assessorum, attestacionesq. & sententias, donec publicata, per lata & sententiata, & per Reuerendiss. D. Episcopum, seu alios supradictos subscripta fuerint.

Constitutionibus & mandatis Reuerendiss. D. Episcopi obtemperabo.

Instituta quoque officij, & officialium collegij honesta iussa seruabo.

Nec ullo unquam tempore contra faciam, & omnia & singula superscripta, omni dolo & fraude omnino remotis, inuiolatè præstabo, & ita promitto, & iuro; sic me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Nullus notarius iudicibus Ordinarij delegatis, ar- bitris, nec arbitratoribus originales processus deferat, sed eorum tantum exempla, & regesta fideliter collata; nisi alicuius inopia aliud aliquando Episcopo suaderet.

In huiusmodi exemplis, seu regestis nihil superuacaneum scribant.

Quare nec dies festos, ad substantiam rei non necessarios, apponant.

Nec productarum citationum repetitiones cū inhibitione, uel sine ea, sed illarum executionem tantum, his uel similibus uerbis adscribant. *Eo die & c. reproducta fuit citatio, de qua supra, quæ fuit executata, ut supra.*

Nec dignitates iudicum, uel litigatorum repetant; sed ponant tantum his, uel huiusmodi uerbis; *Reuerendiss. Episcopus. N. Iudex. N. Actor. N. Reus.*

Nec in charta bibula scribant, nec ea litera, quæ legi facillè non possit; sin minus, malè scripta Episcopus notarij impèsa scribi melius iubeat; uel ab ijs, qui regestum petierunt, dimidiam tantum partem taxæ, uel maiorem, uel minorem, si ei videbitur, solui iubeat.

Notarij in literis dimissorijs, seu testimonialibus, facti Concilij Tridentini decretum seruent; in alijs, quæ merè spirituales sunt, etiam si nullū stipendium eis constitutum sit, nihil omnino accipiant, præter scripturæ mercedem, ab Ordinario statuendam.

Qui notarij contra hæc decreta peccarint, uel alioqui in officio suo deliquerint; eos Episcopi ab officij usu submoueat ad tempus, uel etiã in perpetuum, si id delicti grauitas postularit, & alijs pœnis suo arbitratu coërceant.

Quæcumque de notarijs sancita sunt, ijs etiam scribas & cancellarios teneri volumus.

Pensiones, in cancellarijs Episcoporum assignatas,

Cancellaria Episcopalis.



tas, vel quæ cuiuscunque soluantur, irritas & nullas decernimus; nisi quæ iure tolli non possunt. Cancellarias verò deinceps vendi, locari, vel earum nomine, vel occasione, quouis prætextu cuiuscunque personæ, quidquam solui prohibemus.

Notarii, & si qui præterea in hoc deliquerint; plectantur amissione officij, & alijs præterea pœnis Episcopi arbitrati.

#### De Causidicis, Aduocatis, & Fiscalibus.

Prou. 3. De iis quæ ad Episc. forum pert. Prou. 5. par. 3. De Episcopo episcopali iurisdictione, & foro. item de Procuratore fisci Episc. Prou. 6. quæ ad forum pert.

**C**AUSIDICI, Aduocati, Fiscales, ad causas in foro Episcopi ne adhibeantur; priusquam iureiurando Episcopo se obstrinxerint, se nullam causam suscepturos, quam à iustitia & æquitate alienam existimauerint.

Hortamur etiam Principes, & Magistratus, vt idem in laicorum causis seruandum curent.

#### De Carceris custodibus & reis.

Prou. 3. quæ ad Episc. forum pert. Prou. 5. par. 3. De Episcopo, episcopali iurisdictione & foro.

**P**RÆSCRIBANT Episcopi taxam executionibus vel ministris, & carceris custodibus, vt ab ijs, qui capti, & in carcerem inclusi sunt, pro comprehensione, & carceris commoratione, & victu id tantummodo exigatur, quod æquitas, & ciborum pretium postulet. si, qui carcere tenentur, sibi, quæ ad victum pertinent, ab alijs, quam à custodibus & ministris carceris suppeditari voluerint, id eis facere liceat; neque propterea asperius tractentur, aut in deteriora loca compellantur.

Mandent præterea, vt quamcunque pecuniam, vestes, arma, aliasue res secum habeant, ij qui in carcerem includuntur, tuto loco collocentur & asseruentur. qui locus duabus claudatur clauibus, quarum altera apud ianitorem carceris sit, altera apud pauperum procuratorem.

Ex illis autem rebus, quæcunque, & quotcunque sint, nihil vel ianitori, vel executori, vel ceteris ministris attingere liceat; sed eis, si inde exierint, vel eorum hæredibus, vel illis, quibus à iudice attributa fuerint, integræ & intactæ asseruentur.

Qui contra fecerit, duplo mulctetur. quæ multa ei, cui damnum datum sit, attribuat.

Curent etiam per certos homines, ab eis delictos, semel in hebdomada visitandos eos, qui in carcere tenentur: qui si illos indignius & acerbius tractare compererint, referant ad Episcopum; qui pro sua prudentia ac pietate, ne quid iniquius fiat, omnino prouideat.

Designent verò Episcopi aliquos, qui miserabilium personarum causas gratis defendant.

Magnopere autem hortamur laicos magistratus, vt eiusmodi in re eadem ratione vtantur.

#### De Ministris Ecclesiæ, & diuinis officijs.

Prou. 2. tit. 2. Prou. 3. De ijs quæ ad diu. off. pert. Prou. 4. par. 3. quæ pert. ad sac. Missæ sacrif. & diu. officia. Prou. 5. par. 3. quæ ad diu. off. pert. Prou. 6. quæ ad diu. off. pertin.

**N**E studium ac pietas eorum & qui celebrant, & qui audiunt diuina officia, perturbetur; neque quisquam alieni muneris partes vsurpet, sed suum quisque officium diligenter exequatur; omniaque vt debent, in domo Dei ordine fiant: decreto sacri Tridentini concilij obtemperantes, quod in prouinci alibus synodis certam diuinis officijs, & ecclesiæ ministris formulam, pro cuiuscunque prouinciæ ritu & moribus præscribi voluit; hæc statuimus.

#### Communia de Ministris.

Præter supra citata loca vide etiam, Prou. 3. De ijs que ad cap. pert. Prou. 4. par. 2. de distribut. Prou. 5. par. 3. quæ ad distrib. pert. item de resid.

**C**ATHEDRALIVM & collegiarum ecclesiarum capitula, quibus ius est creandi cuiuscunque generis officiales & ministros, in eisdem ecclesijs initio anni semper tres deligant canonicos; quorum munus sit, cum huiusmodi creatio faciendæ erit, prius diligenter de eorū, qui creandi erunt, moribus inquirere; deinde coram Episcopo iurare, eos, quod ipsi sciant, probos, idoneos & dignos esse, qui ei muneri præponantur; quod si aliter officiales creentur, eorū creatio nulla & irrita sit.

Archidiaconi, Archipresbyteri, alijque in dignitate ecclesiastica constituti, canonici & reliqui ecclesiarum ministri, in sacris ecclesiæ officijs munus suum ipsi obeant, non per alios exerceant. Singulorum autem munerum atque officia, ad res diuinas obeundas pertinentia, hac synodo explicanda illa quidem videbantur; sed quoniam quæ iis de rebus sacrorum canonū legibus olim explicata sunt, ea partim vsu eorum neglecto, obsecrata sunt; partim pro varia & locorum & temporum ratione iam penè omnino mutata videntur; non certa quædam præcepta tradi ac præscribi facile possunt, ad quorum sanè rationem omni vnus cuiuscunque eorū munus regulam atque vsus dirigeretur: eam ob causam his nostris decretis ea tantum munerum præscribenda censuimus, quæ ad ecclesiarum, quæ in nostra prouincia sunt, administrationem hoc tempore pertinere maximè viderentur. Sed quæcunque alia etiam munerum vel communium iure, vel probatis cuiuscunque ecclesiæ constitutionibus, vel dignitatum, personatum, portionum, aliorumque officiorum ecclesiasticorum institutione, ipsis ecclesiæ ministris in officijs diuinis attribuuntur; ea omnia magna cura, summaque diligentia studeant Episcopi ab omnibus seruari; & quæ antiquata sunt, ad vsu reuocari. Nec verò ab ijs præstandis cuiquam se propterea excusare liceat, quod his nostris constitutionibus

Sess. 24. c. 12. de refor.

Creatio officium.

Munera ecclesiastica à quibus præstanda.

tionibus ex ijs officijs aliqua alijs ministris, vel alio nomine appellatis, adscripta sint.

Quod si aliqua dignitas, personatus aut officium in ecclesiâ fuerit, cui neque ab institutione, neque à iure communi, neque à proprijs constitutionibus, quæ probatae sint, neque his decretis proprium munus in diuinis officijs sit attributum, aut quod sit; non satis constet: Episcopi, duobus adhibitis de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter à Capitulo deligatur, assignentur singulis dignitatibus & officijs proprium munus, quemadmodum cum sententia sacrorum canonum, & cum propriæ ecclesiæ probatis constitutionibus, & cum his sententijs pro ratione loci magis congruere iudicabunt. Cæteris etiam beneficijs, quæcunque iam ab ecclesiasticis officijs immunita reperiuntur, siue canonicatus, siue clericatus, siue etiam simplicium nomine appellentur, ijs Episcopus pristina munera restituat. ac si non constat satis, qualia ea essent, pro fructuum ratione onera imponat, aut Missas, diuinaque officia celebrandi, aut si clericatus, simpliciumque beneficia sunt, minorum etiam ordinum functiones obeundi ad diuini cultus propagationem.

Nec verò tamen vetamus, quin talia beneficia vnire Episcopo liceat ex facultate, sibi communi iure, Concilioque Tridentino permilla.

Ea verò officia, & cætera quæ in diuinis rebus à nobis hac synodo præcipiuntur; Episcopi, propositis censuris, & alijs pœnis efficient, vt ab omnibus ea ratione, qua dictum est, diligenter præstentur.

Ministri discedendi licentiam petant.

Sess. 24. c. 12.

Absentes distributiones ne capiant. Cap. consuetudinem de cleri. non resid. in 6. Sess. 24. c. 12. de re. de reform.

Ne multis ecclesiæ ministris eodem tempore absentibus diuinus cultus deferatur; canonici, & qui præterea choro vel ecclesiæ addicti sunt, quo tempore eis à iure communi, vel à sacro Tridentino Concilio permillum est, vt ab ecclesiâ abesse possint; à Præsidente chori, si triduo reuerturi sunt, si diutius abfuturi, ab Ordinario facultatem discedendi petant.

Si quid præterea ab eo, qui discessurus est, eius ecclesiæ constitutiones requirunt; in eo constitutionibus pareat.

Nemini autem ita proferat absentia licentia, vt eo tempore distributiones quotidianas percipiat.

Nixi etiam constitutione Bonifacij VIII. & Tridentini Concilij auctoritate, decernimus, vt nulla canonicorum aut aliorum pactio, remissio, vel collusio fiat, factaue vim habeat; nullumque statutum aut consuetudo, quæcunque illa sit, valeat, quibus aut absentibus quouis de causa eius diei, vel sacræ horæ, in qua muneri suo defuerit, aut omnino cuiquam, contra quam iure communi, & eiusdem Tridentini Concilij, & his nostris constitutionibus definitum sit, distributiones quotidianæ dari possint; si datae fuerint, qui acceperit, suas non faciat, sed eas restituat; quæ iure ipso accrescant alijs inseruientibus, qui huiusmodi pactio, remissioni, collusioni, vel præbitioni assensu non fuerint; nisi ex constitutionibus ecclesiæ proba-

tis, alteri debeatur. si verò omnes cõsenserint, vsibus ecclesiæ iam tunc addictæ intelligantur. Declaramus autem in his excipi eos, qui ob infirmitatem, vel aliam necessitatem, aut manifestam ecclesiæ vtilitatem ex ipsa constitutione Bonifacij, aut sacris canonibus, vel Tridentina synodo excusantur.

Distributiones tenues augenda.

Efficiant Episcopi intra sex menses, vt in ecclesijs cathedralibus & collegiatis, in quibus vel nullæ, vel tenues sunt distributiones quotidianæ, tertia fructuum pars omnium dignitatum & canonicatum, aliorumque reddituum, quemadmodum à Tridentino Concilio præceptum est, in quotidianas distributiones conuertatur.

#### De officio eius qui choro præsidet.

Prou. 3. quæ ad diuina officia pert. initio. Prou. 4. par. 2. quæ pert. ad sanctiss. Missæ sacrif. & diuina officia in fine.

**I**N cathedralibus & collegiatis ecclesijs, qui choro præsidet, vigilet diligenter, ne quid præmittatur in diuini officij institutione, vel progressionem, vel in reliquis, quæ ad probatam chori rationem pertinent, & alijs, quæ communibus, vel proprijs constitutionibus, in diuinis officijs obeundis præscribuntur. Neue absurdè, indecorè, vel præposterè quidquam fiat, si qui suo officio non satisfaciunt, eos grauius & amanter obiurget; si non resipuerint, iubeat punctatorè, in libro illos describere, & ad Episcopum deferre, cui dignas pœnas pendant. Sin ipse in suo munere obeundo negligens fuerit, ab Episcopo, vel ab alio, qui ecclesiæ præsit, puniatur.

Si quæ autem ecclesiâ non habet, qui huic muneri nominatim præpositus sit; vel si habet, is non adsit in choro; præsidetis officio fungatur, qui primo chori loco tunc sedet, ex iis qui dignitates aut canonicatus in ea ecclesiâ obtinent.

#### De ijs qui dignitates, personatus, aut Canonicatus habent.

Prou. 2. tit. 2. de re. 4. & 13. Prou. 3. de iis quæ ad diuina officia pert. de iis quæ ad capitulum pert. Prou. 4. par. 2. quæ pert. ad sanctiss. Missæ sacrif. & diuina officia. in medio. ibidem. de distributio. §. Aliqua. ibid. quæ pert. ad capitula &c. Prou. 5. par. 3. de init. ordinis sac. propè initium, de re. de refor. ibid. quæ ad diuina officia pert. Prou. 6. quæ ad cap. pertin.

**Q**UI dignitates aut personatus in ecclesijs obtinent, & Canonici nominis, ac institutionis suæ memores, ea pietate & assiduitate diuina officia colere debent, vt alij eorū exemplo ad studium & amorem diuini cultus accendantur. Itaque auctoritate etiam Tridentini Concilij præcipimus, vt cum in choro psallendum est, ipsi quoque quantum honoris gradu cæteris præstant, tantò studiosius psalmis, hymnis, & canticis vnà cum alijs modulantes, Dei laudes concelebrent. cui officio si defuerint; pro

Sess. 24. c. 12. de re. de refor.

absentibus habeantur; & earum horarum, quas ea ratione non obierint, distributionibus mulcentur.

Constituatur ex canonicis sacerdotibus hebdomadarius, qui diebus infra statuta Missam & Vesperas canat; cui octavo die succedat ali<sup>us</sup> eiusdem ordinis: idq. semper, aut in orbem fiat, aut alio modo, pro ecclesie consuetudine. Is, si suo officio defuerit, trium dierum distributionibus careat; quas Episcopus arbitrio suo, uel ceteris choro operantibus, diuidat; uel in locorum priorum utrum conferat: tributa tamē aliqua parte canonico, qui collegae munus expleuerit. Reliqui canonici decore cetera antiphonas exordiantur, quas Mansionarius dicitur.

Si celebranti Episcopo, aut alia pontificalia exercenti, diligenter non adfuerint, & inferuerint; pœnam subeant, quæ ei videbitur.

Quibus canonicatibus, præbendis, dignitatibus aut personatibus & officijs adiunctum est munus aliquod presbyterij, diaconatus, aut subdiaconatus, qui ea obtinent, si, quemadmodum à Tridentino concilio præscriptum est, suo officio per se non fungantur; priuētur eius officij distributionibus, in quo muneri suo defuerint; nisi legitimè impediti, impetrata licentia ab eo qui choro præfiderit, uel superiore ordinario, per alios satisfecerint.

Quibus autem canonicatibus ac portionibus non est annexus ordo presbyteratus, diaconatus, & subdiaconatus; ijs Episcopus, cum consilio capituli, singulis singulos ordines annexat, quemadmodum à Tridentina synodo præscriptum est.

Canonici, quo tempore diuina officia celebrantur, non habeant capitula; nisi fortassè aliter euidentis necessitas postularit. Qui contra fecerint, distributionem ne capiant eius horæ, in qua id commiserint.

Neque etiam diebus festis capitula habeantur, nisi probabilis causa intercesserit.

#### De officio magistri chori, & ceremoniarum.

Prou. 2. tit. 2. decr. 12.

**C**HORI, uel ceremoniarum magister, siue alio huiusmodi nomine appelletur, qui diuinis officijs celebrandis tanquam magister est; denunciet officium simplex, uel solemne celebrandum.

Quando de Dominica, de festo, uel de feria.

Quæ antiphonæ, orationes, psalms, lectiones recitandæ, aut canendæ.

Quando standum, sedendum, caput submitendum, aut flectenda genua.

Omnes ecclesie ministros sui officij admoneat. Adulescentes, uel rudes, quibus Euangelium, Epistola, uel aliquid eius generis publice recitandum sit, prius in sacristia audiat, & erudiat. Eum omnes audiant; qui non audierint, ab eo qui choro præfiderit, corripiantur; & si opus erit, ad Episcopum deferantur.

Tabellam in sacristia figendam conficiat, in qua præscribat, quid à singulis canonicis, uel alijs beneficiatis in singulis horis per hebdomadā, aut etiam per plures dies recitandum, cantandum sit: qui, quo tempore, & ordine Missam celebrare, uel horas dicere, aut alia munera obire debeant.

Qui autem, quod ei in tabella præscriptum fuerit, non fecerit; in quam horam peccarit, eius distributiones amittat.

Si magister in officio suo deliquerit, à præfidente chori obiurgetur, & ab Ordinario puniatur pro delicti modo.

Si in aliqua ecclesia non fuerit huiusmodi officium, Episcopus, Capitulo adhibito, ad id constituat clericum aliquem probatis moribus, & in diuinis officijs exercitatum; cui stipendium det, cōmunibus etiam sumptibus, si opus erit. In qua uerò ecclesia fuerint magister ceremoniarum, & magister chori distincti, suas cuiusque munerum partes ex his regulis Episcopus, de Capituli consilio, arbitrio suo attribuat.

#### De officio sacristæ.

**S**ACRISTIA habeat custodiam sacrorum uasorum, uestimentorum ecclesiasticorum, & totius thesauri ecclesiastici.

Vasorum, uestimentorum, instrumentorum, & ornamentorum omnium altarium, & reliquorum omnium in adiuturæ, notoriq. consular. Eiusdem curæ sint lumina, cera & oleum.

Vinum, hostias candelas, & cereos, ceteraq. è sacristia necessaria ad diuina officia præparet. Aquam benedictam singulis hebdomadis, uel etiam sapius, si opus erit, ipse renouet, uel ab alijs renouandam curet.

Altare maius, & omnia alia, præcipuè diebus festis, decenter ornet.

Hora congrua ipse, uel alius eius uice, campanæ sono det signum matutini, Missæ, & aliarum horarum canonicarum.

Habeat in sacristia tres tabellas; unam in qua omnes Missæ & officia pro mortuis, & reliqua descripta sint, quæ ex imposito onere ac munere, quacunque de causa in ea ecclesia celebrari oporteat; alteram, in qua uniuscuiusque dignitatis, canonicatus, præbendæ, cappellæ, altaris, seu alterius beneficij & officij eius ecclesie, in Missis & alijs diuinis officijs obeundis, debita munera contineantur; tertiam, quam supra diximus à magistro chori conficiendam esse. Curetque, ut quæ tribus his tabellis præscripta sunt munera, à quibus debet, omnino præstentur.

Eiusdem officium erit, operam dare, ut è sacristia sermones de inanibus profanisq. rebus, multoq. magis iurgia, rixæ & turbæ omnes arceantur. Laicos ibidem uersari ne patiatur. Nemini permittat, ut sacris uestibus induatur; nisi tunc, cum ei Missa celebranda sit.

In ijs qui primo, qui secundo loco, qui deinceps

Missam

#### De officio Punctatoris.

Prou. 3. De ijs quæ ad diuin. off. pert. in fine. Prou. 4. part. 2. de distrib. Prou. 5. part. 3. quæ ad distr. pert.

**P**UNCTATORIS creandi morem, in omnibus ecclesijs cathedralibus uel collegiatis retineri iubemus.

Is in mensum, uel in aliud certum tempus, pro cuiusque ecclesie consuetudine, à Capitulo constitutus, iuret, se in officio suo obeundo fidē, ac diligentiam præstiturum.

Studiosè exploret, & in libro punctationum notet omnes, quicumque ij fuerint, qui sacras horas & diuina officia non obierint; quiq. contra, quàm his, alijsuè constitutionibus præscriptum est, in choro quidquam fecerint. qua in re is nullius non odio, non amore, non spe, non metu moueatur.

Si aliquem iniuria notarit, de suo ei satisficiat; si uerò notandum prætermiserit, de suo item tantundem det, quod in ecclesie usum conuertatur; & integras unius hebdomadæ distributiones amittat.

Libros punctationum diligenter custodiat, & Episcopo, & Capitulo singulis mensibus exhibeat, & quoties id Episcopus uel Capitulum postularit.

Quo tempore is in officio punctatoris permanferit, sacris horis & officijs omnibus intersit; nisi absit de eius licentia qui choro præfiderit: quo tempore alium, ab eodem choro præfecto probandum, substituatur, qui suo muneri satisficiat. si secus fecerit, pro singulis vicibus unius diei distributionem amittat.

Ut autem hoc officium melius exerceatur, neminiq. aliquid iniuste aut remitti, aut adimi possit; præter delectum à Capitulo, alter punctator ab Episcopo creetur.

Is, supra scripto iureiurando apud Episcopum præfinito, altero in libro, omnes qui suo muneri defuerint, notet.

Singulis hebdomadis ambo punctatores libros inter se conferant; & si qua in re discreparint, Episcopus, uel eius Vicarius illic omnem eorum controuersiam sine ulla forma iudicij, sublato quocunque etiam appellationis impedimento, dirimant.

Episcopus deligat ad id punctatoris officium, quem uoluerit, idoneum clericum.

Eidem Episcopo facultas sit, de ea cathedrali uel collegiata ecclesia, in qua punctator creandus sit, omnes, quocunque liberit, propositis pœnis suspensionis à diuinis, & alijs suo arbitratu, cogendi, ut id munus suscipiant, & obeant.

#### De officio Thesaurarij.

Prou. 4. par. 2. de distrib. prop. finem.

**T**HESAVRARIUS Capituli, siue alius, quocunque is nomine dicatur, qui quotidianas distributiones partit, curet ipsas uniuscuique distribuendas pro rata parte laboris, & officij.

ex iuris, & harum constitutionum præscripto, & ex ordine librorum punctatoris. Is distributiones eorum, qui absentia, vel errati causa notati fuerint, ne perfoluat; si id fecerit, tantundem de suo det, quod in ecclesiæ usum conferatur; & ob eam causam etiam vnius mensis distributiones amittat.

#### De Officio Custodum.

Prou. 4. par. 2. quæ pertinet ad Sacram. ordinis propè finem.

**C**VSTODES ecclesiæ, vel quicumque alio nomine id negotium curant, obseruent diligentissimè & clericos & laicos, contra decorum & honestatem ecclesiæ delinquentes; eosq. sui officij moneant, ac si non respuerint, ad chori præfectum, vel Episcopum deferant. Omnia, quæ ecclesiarum honestati, ornamento, decoruè officere possint, prohibeant & arceant.

Neuè quemquam noctu in ecclesia morari sinant.

Maximè autem vigilant, ne altaria spoliuntur, aut quidquam ex ecclesia subripiatur.

#### De functionibus minorum ordinum ad usum reuocandis.

Prou. 4. par. 2. quæ pertinet ad Sacram. ordinem. Prou. 5. part. 3. De initiand. ord. Sacram.

Sess. 23. c. 17.

**E**PISCOPI, ex Tridentini Concilij præscripto, veteres sacrorum ordinum functiones, quibus in locis intermissa sunt, ad usum reuocandas omni diligentia curent.

Atque idè, in cathedralibus saltem ecclesijs, sex mensium spatio, singulis minoribus ordinibus instituant aliquos, quibus ex eiusdem Concilij formula stipendium attribuant; vt nò ea solùm munera, quæ illis infra præscribimus, in eisdem ecclesijs expleant, verum etiam cætera, quæ sacris antiquorum canonum decretis ad eos pertinere Episcopi cognouerint; ac si quæ item alia ad cuiusque ecclesiæ utilitatem, dignitatemuè eisdem pro temporis ratione imponenda duxerint.

Quibus sic constitutis, licebit Episcopo ab eorum officiorum, quæ ab ijs deinceps præstanda erunt, munere alios liberare, quibus id oneris ex nostris constitutionibus supra impostum est.

#### De Ostiario.

**O**STIARIUS fores ecclesiæ custodiat. Ecclesiam suo tempore claudat, & aperiat. Infideles, hæreticos, excommunicatos, & alios quibus iure interdictum est, ab ecclesia arceat & eiciat.

Ne populum propius ad sacerdotem rem diuinam facientem accedere patiatur. Campanas pulset.

In ecclesia dormientes, vendentes, ementes, deambulantes, colloquentes, aliaue ratione officia diuina perturbantes, & quouis modo indecorè atque irreuerenter se habentes, moneant; si pertinaces sint, expellat, aut ad superiorem deferat.

Mendicantes excludat.

Ecclesiam verrendam curet.

Bruta denique, canesue expellat, quidquid in ecclesia dedecet, amoueat.

#### De Lectore.

**L**ECTOR in ecclesia prophetias, quæ in Misfa legèdæ sunt, & lectiones pronunciet, quæ ex veteri & nouo testamento in matutinis dicuntur.

Pueros, si ita Episcopo videatur, prima fidei rudimenta doceat.

#### De Exorcista.

Prou. 4. par. 2. quæ ad sacramentalia &c. pertinet. Prou. 5. part. 3. de initiand. ord. sacram. propè finem.

**N**EMO energumenis manus imponere, aut causa eijciendi dæmones exorcismos legere audeat; nisi exorcista ordine sit initiatus. Is exorcismos memoriæ mandare studeat, idq. ex libris, Episcopi iudicio comprobatis; & cum res postulauerit, vt eo munere fungi oporteat, id ne agat, nisi consulto, & consentiente Episcopo.

Episcopus autem nemini, ne sacerdoti quidè, permittat, vt id munus exequatur, nisi eius aetatem & mores probarit.

Caueat etiam, ne intercedat ullus in exorcismis quæstus, neuè vlla curiosa percunctatio, præfertim quæ ad diuinationem pertineat.

#### De Acolutho.

Prou. 5. par. 3. de initiand. ord. Sacram.

**A**COLUTHVS subdiaconos, & diaconos ad altaris obsequium affectas, eis inferuiat. Lumina accendat & deferat.

Vrceolos vini & aquæ ad Missæ sacrificium parat.

#### Communia de ratione diuinorum officiorum.

Prou. 2. tit. 2. decr. 11. Prou. 3. De ijs quæ ad diuina officia pertinet. Prou. 4. par. 2. quæ pertinet ad Sanct. Missæ sacrificium & diuina officia. Prou. 5. par. 3. & Prou. 6. quæ ad diuina officia pertinet.

**V**IDEANT Episcopi, alijs doctis & pijs viris adhibitis, ne quid apocryphum legatur in diuinis officijs; & quoad eius fieri possit, à communi Romanæ Ecclesiæ officio ne discedatur.

Diuina officia ex ordine Calendarij, & ecclesiæ instituto celebrentur; nec ea ratio sine iusta causa mutetur. quamobrem à magistro chori cathedra-

#### De Musica & Cantoribus.

Prou. 2. tit. 2. decr. 24. Prou. 4. par. 2. vsupra, in fine. Prou. 5. part. 3. vsupra.

cathedralis ecclesiæ, vel alio cuius id munus sit, edatur singulis annis Calendarium dierum festorum, quo singulorum dierum officij ratio præscribatur.

Omnes inferiores ecclesiæ, quæcunque illæ sint, diuinorum officiorum rationem dirigant ad regulam Calendarij cathedralis ecclesiæ, neque ab ea discedant. si quæ verò ecclesiæ diuinorum officiorum alios ritus habent, Apostolica auctoritate concessos, eis vtantur; veruntamen ea quoque, quæ hic de diuinorum officiorum ratione præscribuntur, vbi Apostolica concessioni expressè non aduersentur, inuolantè seruent.

In urbibus, oppidis aut vicis nullum signum communium officiorum campana detur ante signum cathedralis, vel cuiusque loci matricis ecclesiæ, nisi Episcopo aliud videatur; maxime verò sabbato hebdomadæ sanctæ, & in Angelica salutatione matutina, meridiana, & vespertina: qua in re matutinū excipimus, quod non vbique eodem tempore dici soleat.

Horæ canonicæ omnes quotidie in choro dicantur; quæ ratio neque concione, neque solemnè Missa, neque alia causa impediatur; nisi euidens necessitas intercesserit, de qua iudicium sit Episcopi.

Nec horæ aliquæ beatæ Virginis, ne in matutino quidem, in choro omittantur; exceptis diebus & locis, quibus ex ratione officij eas prætermittere licet.

Horæ ita commode diuidantur, vt manè aliquod interuallum, si id fieri potest sine detrimento diuini cultus, detur canonicis & alijs ad studium diuinæ scripturæ, aut sacrorum canonum.

Chorus ita vel sepiatur, vel constituatur, vt tempore diuini officij laicis aditus in eum esse non possit; vel saltem à clericis seiuncti sint.

In choro, vel omnino in ecclesia, nemo ministret sine superpelliceo, aut cæteris indumentis, quæ pro ratione officij requiruntur. Superpellicea latis sint manicis, non angustis, instar rocheti.

Candelæ & cerei in Missa & alijs diuinis officijs ea exiguitate ne adhibeantur, quæ in tanto mysterio dedecet, & adstantibus offensionem adferre possit.

Episcopi ne patiantur circulatores, circumforaneos, & id fallax hominum genus tempore diuinorum officiorum in foris & plateis ecclesiarum versari; vt ne populus, illecebris eorum artificij ab ecclesijs euocatus, salutaris cogitationes abijciat.

Curent ijdem, vt ex eo more pulsandi in tenebris sanctæ hebdomadæ ad repræsentandam creaturarum rerum perturbationem in passione creatoris, omnis licentia & indecorus tumultus amoueat.

**I**N diuinis officijs, aut omnino in ecclesijs, nec prophana cantica, sonuè; nec in factis canticis molles flexiones, voces magis gutture oppressæ, quàm ore expressæ, aut denique lasciuia vlla canendi ratio adhibeatur.

Cantus & soni graues sint, pij ac distincti, & domui Dei, ac diuinis laudibus accommodati; vt simul & verba intelligantur & ad pietatem auditores excitentur.

Cantores, vbi fieri potest, clerici sint; omnino autem in choro clericalibus vestibus & superpelliceo vtantur.

Organo tantum in ecclesia locus sit. tibia, cornua & reliqua musica instrumenta excludantur. Et si in hymnis, psalmis & canticis, suis vicibus organo canatur; omnes tamen eorum versiculi in choro distinctè pronuncientur.

#### Quando & quo modo ad diuina officia conueniendum.

Prou. 3. 4. 5. & 6. vsupra.

**C**V M in ecclesiam ad diuina officia diurna vel nocturna conueniendum erit, id campanæ sono significetur; ea interposita mora, qua omnes facillè possint conuenire.

Signo audito, qui dignitates in ecclesia, etiam si præfecti sint, personatusuè, aut canonicatus habent, cæteri q. omnes qui interesse debent, præparent se ad diuinas laudes, & maturè ad ecclesiam progrediantur.

Ingressi in ecclesiam, factisq. ad sacrosanctam Eucharistiam, vel vbi ea non seruetur, ad altare maius precibus, rectè in sacristiam proficiantur.

Quo loco, retenta talari veste, superpelliceum assument, & reliquum vestitum ad sacrum munus necessarium. quod vt seruos Dei decet, tacitè & modestè faciant.

In ingressu chori ad matutinum, & alias horas, & diuina officia, is ordo seruetur.

Vt paulò post vltimum campanæ signum ad re diuinam faciendam, vniuersis in sacristia paratis, pulsetur paruula campana, qua egressus sacerdotum ad Missas celebrandas significari solet; vt omnes qui in ecclesia, vel circum eam sunt, diuini officij celebrationem instare intelligant.

Postea omnes de sacristia ordine procedentes exeant.

Et vbi se ad altare humiliter inclinatint, suum quisque locum in choro adeat, Ibi flexis genibus, & submissa voce, saltem orationem Dominicam dicant.

Deinde dato signo, vel pronunciato, *Pater noster*, per hebdomadariū, ad initium officij omnes surgant, & officium inchoetur.

Qui verò in ecclesia, vel circum eam, aut in sacristia



crisia fuerit, & eo ordine chorum ingredi ne glexerit; dimidia parte distributionum illius horæ priuetur; nisi aliqua de causa, quæ ei qui choro præfider, vel Ordinario probetur, impeditus fuerit.

Si quis ausus fuerit inchoare officium, priusquam eo ordine in chorum conuenerint; & distributionem illius horæ amittat, & grauiori etiam pœna ab Episcopo plectatur.

Si quis autem, alijs in choro iam consistentibus, aduenerit; idem institutum seruet & in sacristia, & in choro.

Si quis non venerit ad matutinum ante finem capituli de beata Maria Virgine, cum de ipsa officium celebratur; alioqui ante finem psalmi, *Venite exultemus*; in alijs etiam horis, ante finem primi psalmi, pro absente habeatur; illiusq. horæ distributione careat.

In Missa verò, nisi venerit ante finem ultimi *Kyrie eleison*, eandem negligentiae pœnam subeat.

Si quis, cum possit initio officij, vel supplicationum conuenire, aduentum suum in extremum à nobis præfiniti temporis punctum de industria distulerit; absentis loco habeatur.

#### Quo modo versandum in Choro.

Prou. 3. 4. 5. & 6. vtsupra.

**O**MNES in choro diuina officia, vt temporis ratio postularit, alternis vocibus canant, recitent, attenteq. audiant.

Id non cursim, non perturbatè, non oscitater; sed leniter, distinctè, ac studiosè faciant.

In choro pro temporis & officij ratione, ex instituto & more ecclesiæ sedeant, stent, flectant genua, caput aperiant & submittant, cæteraq. eius generis adhibeant. omnes verò æquè idè faciant.

In choro, etiã in matutino officio, clericali birreto, non pileo vtantur; alioqui moneantur à præfidente chori, vel ab eo qui proximo loco sedet: & nisi paruerint, pro absentibus habeantur.

Faceant somnus, risus, ioci, rixæ, colloquia. Ne vagentur in choro, vel ecclesia.

Neuè locum mutant, ne occasione quidem genua flectendi.

Ne in choro, vbi communi officio opera datur, priuatim officium dicant.

Neuè literas, libros, aliaue scripta legant.

Ne exeant, nisi diuino officio confecto, ne causa quidem de communi re agendi, si necessitas non coegerit, tumq. à præficto venia petita.

Si, cum diuina celebratur officia, sacerdoti, vel clerico, vel ministro, interdum per ecclesiam necessariò sit incedendum, grauius & modestè id faciat. Neque cum villo sermonem habeat de rebus inanibus.

Qui dignitates aut personatus habent, canonici, & alii omnes, qui aliquid in his commiserint; si moniti à præfidente chori, non respuerint;

& horæ illius distributione careant, & pro modo culpæ alias pœnas dent, Episcopi, aut eius qui ecclesiæ præsit, arbitrato,

#### Quo modo à Choro recedendum.

Prou. 3. 4. 5. & 6. vtsupra.

**P**OST diuinum officium in choro, flexis genibus, submissa voce, saltem orationem Dominicam dicant.

Tum vel surgente, vel signum dante hebdomadario, conflurgant omnes.

Et inter se consalutantes, & ordine procedentes, simul exeant, & de more ante altare se inclinent.

Eodemq. ordine ad sacristiam progrediantur; vbi modestè & quietè superpelliceum exuant, non in ecclesia.

Qui secus fecerit, monitus à præfecto chori, nisi respuerit; distributionem illius horæ ne capiat, & ab Ordinario pro modo culpæ plectatur.

#### De Matutino, & Prima.

Vide vtsupra.

**M**ATUTINVM officium vel media nocte, vel saltem eo tempore instituat, vt sub ortum Solis absolutum sit, vel ea hora, quam Episcopus præscripserit; ea tamen habitata ratione, vt verè matutinum dici possit, & aliæ horæ, Missæ, & officia maturè perfici queant. Sed præterea eorum canonicorum & clericorum commoditari consulari, qui propè ecclesiam non habitant.

Matutinum vesperi non dicatur; exceptis tamè diebus Octauæ festi & solemnis diei Corporis Domini nostri Iesu Christi, cæterisq. diebus, quibus ex Romanæ Ecclesiæ instituto est permittum, in ijs ecclesijs, vbi hæc consuetudo seruatur.

Matutinum in choro ecclesiæ celebretur quouis anni tempore.

At si tamen vehementia frigora sint, vel aliæ vllæ iustæ causæ intercedant; de licentia Episcopi, in sacristia, vel honesto alio eius ecclesiæ loco dici possit.

Prima oriente Sole dicatur, vel paulò post, pro consuetudine ecclesiæ.

#### De Missa solemni.

Prou. 2. tit. 2. de cr. 4. & 5. Prou. 3. & 4. par. 2. De ijs quæ pert. ad Missæ sacr. Prou. 5. part. 3. & Prou. 6. quæ ad diu. off. pert.

**E**PISCOPVS Missam maiorem & Vesperas, nisi impediatur, paschalibus & alijs maioribus festis diebus cantet.

Diebus verò Dñicis & festis duplicibus, Canonicus hebdomadari<sup>9</sup> hoc faciat; nisi ijs diebus, ij qui in ecclesia dignitates obtinent, id munus obibūt, vel ecclesiæ instituto, vel Episcopi iussu. Alijs

Alijs diebus, nisi de more vel instituto ecclesiæ id munus sit canonicorum, (quod seruari iubemus) idem præstabunt Mansionarij, aut alij sacerdotes ad id designati.

Qui sacerdos Missam solemnem in ecclesia cathedrali vel collegiata celebrare debet, & suo muneri defuerit; nisi legitime impeditus, eius rei facultatè à præfidente chori, vel sacrista impetrarit; in singulas uices soluat decè solidos, in usum ecclesiæ vel sacristiæ erogandos, arbitrio Episcopi, vel ei dādos, qui illi<sup>9</sup> loco celebrarit.

Qui impeditur, quo minus Missam celebrare possit; sacristam moneat in tēpore, vt accepta eius excusatione, curare possit, vt ab alio Missa celebretur.

Episcopo, & ei qui in ecclesia dignitate præditus sit, & canonico, die festo solemnem Missam celebranti, adsistat sacerdos qui Adsistens dicitur, pluviali indutus.

Si adsistendi munus nemini attributum est, Episcopus cum Capitulo attribuat; vel certos eligat sacerdotes, qui id in orbem obeant; cuius officij immunes sint hebdomadarij, magister chori, & punctatores.

Diaconus etiã & subdiaconus eisdem ministrent, sacris uestibus induti.

Alijs uerò inferioribus vt ministrent diaconus & subdiaconus sacris uestibus induti, in maioribus saltem ecclesijs, vbi id fieri poterit, Episcopi curabunt.

Sess. 13. c. 13.

Curet Episcopus, vt, quæadmodum admonuit sacra Tridētina synodus, diaconi, & subdiaconi, saltè Dñicis & festis solēnibus diebus, cū altari ministrauerint, sacram Eucharistiam sumant.

Diaconi, vel subdiaconi, qui ex iure, statuto, vel consuetudine, certis diebus altari ministrare debent; si defuerint, eius horæ distributionem ne capiant. quorum uices subeant ij, quos chori præfictus iusserit: quibus datur aliqua pars distributionis, quæ absentibus est adēpta. Vbi nemini nominatim id munus in ea ecclesia impositum est, quibus diaconis, vel subdiaconis chori præfictus id negotij dederit, illud suscipiant; dū singulis præbēdis propria munera ab Episcopo assignabūt, vel alij diaconi & subdiaconi constituēt, qui eo fungantur officio.

Episcopi, quæ sapissimè possunt, solemni Missæ, ac diuinis officijs intersint. Diebus uerò Dominicis Aduentus & Quadragesimæ, nisi legitima causa intercesserit, omnino ne desint.

Episcopum ad celebrandam, vel audiendam Missam, ad aliaue diuina officia solemnia uenientem, canonici deducant, & reducant.

#### De Ecclesijs, & earum cultu.

Prou. 2. tit. 2. à de cr. 18. vsque 24. Prou. 3. De ijs quæ pert. ad ornatum & cultum ecclesiarū. Prou. 4. par. 1. De sacris locis eorumq. cultu. Prou. 5. par. 3. de ecclesijs &c. Prou. 6. quæ ad cultum eccl. pert.

Ecclesiæ diruta reſcienda.

**E**CCLIAS quasunque siue curatas, siue non curatas, sacella & oratoria diruta, Episcopi

scopi ad eam rationem, quæ à sancta Tridentina synodo præscripta est, restituenda, vel aliò transferenda curent; lapides, cœmentum & omnis materia eorum locorum ad prophana ædificia ne adhibeantur, nisi Episcopi auctoritas ex iusta causa intercesserit. quod enim semel Deo consecratum est, ad priuatos hominum vsus transferri non debet.

Altaria etiã, quæ extra ecclesiam, & quæ sub dio, nec septa aut munita sunt, Episcopi aut sepienda, si fieri possit, aut demolienda curent.

In ecclesia, præsertim cū diuina celebrantur officia, vel verbum Dei prædicatur, nemo hæc audeat.

Deambulare, nugari, circulos habere, negotijs operam dare.

Cum mulieribus, de quibus suspicio esse possit, colloqui.

Altaribus, fontibus baptismi, vel aquæ benedictæ adherere.

In limine, aut ante fores immorari.

Auersus ab Eucharistiæ sacramento irreuerenter sedere, aut cū in Missa sustollitur, stare.

Aut quouis modo diuina officia perturbare. Aut irreuerenter in ecclesia versari.

Ne clericus, aut alius quouis in ecclesijs, earū uè cœmiterio, atrio, vestibulo, aut porticu, foribus uè quidquam venale proponat; ne si ad vsū quidem sacrificij, vel ecclesiæ futurū sit.

Nemini cum venaticis canibus, vel volucris in ecclesiam ingredi liceat; neque hastam, vel sclopetos, balistas, aliaue eiūdem generis in eam inferre.

Ne mendici eleemosinæ causa in ecclesijs vagentur, sed extra ianuam consistant.

Qui in horum aliquo deliquerit, à Rectore per se, vel per alium ecclesiæ ministrum moneatur: nisi paruerit, ab ecclesia expellatur; si id commodè fieri nō possit, ad Episcopum deferatur, qui in eum suo arbitrato animaduertat. qui etiam Rectorum & aliorum ecclesiæ ministrorum huius officij negligentiam correat.

Rector cuiusuis ecclesiæ, pernoctationes, aut nocturnas vigilias in ea posthac nemini pmittat. Sed sub noctis horam ecclesiarū fores claudat.

Neque villo pacto quemquam præter sacerdotes admittat, nisi nocte Natalis Christi Domini, cū Missa celebratur.

Neuè patiat, si fieri possit, populum ad eas excubare.

Qui cōtrafecerit, Episcopi arbitrato puniatur. Magnoperè verò à Principibus petimus, vt ad rem adiuuandam, suam quoque potestatem conferant.

Sicut ecclesiastica immunitas, Dei præcepto, & canonicis sanctionibus constituta, quam diligentissimè custodienda est, neque permittendum, vt confugientibus ad ecclesias & loca sacra aliqua vis contra sacros canones inferatur; ita summoperè cauendum, ne facinorosi, nisi necessariò, ad ea, quasi ad asyllum, in sacrarum

Sess. 21. c. 7.

Conuersatio in ecclesijs.

pernoctationes in ecclesijs tollendæ.

Immunitas ecclesiarum.

constitutionum fraudem se recipiant. Mandamus igitur omnibus & singulis clericis, proposita pœna excommunicationis, alijsq. arbitrio Episcopi, vt quoties ab aliquo exule damnato, vel criminoso, qui in loco libero sit, postuletur, vt illum in eorum ecclesijs, cœmisterijs, vel domibus recipiant, omnino antequam assentiantur, Ordinarium consulant, & quidquid ille tali in re censuerit, faciant.

Quod si clericis minimè præmonitis, tales personæ ad huiusmodi loca venerint, iidem clerici, eiusdem pœnæ periculo, Episcopum quam primùm certiore faciant; vt quidquid ab eo hac in re decretum fuerit, seruent.

Ipse autem Episcopus de his commonefactus, considerata personarum, locorum & temporis conditione, ac facti qualitate, decernat, quod ecclesiæ immunitati, sacrorum locorum honestati, & canonum menti consentaneum iudicabit; ita tamen, vt ecclesiastica immunitas nulla ex parte uioletur: neque propterea censeatur data facultas aliqua secularibus magistratibus & potestatibus lædendi immunitatem, aut aliquos de his, quæ diximus, locis extrahendi, contra quàm antea iure cõmuni statutum esset.

Ne occisorum cadauera à iudicibus vel notarijs maleficiorum in ecclesijs vilo modo inspiciantur; sed eò illata exportentur, & huiusmodi inquisitiones, & omnia quæ ad cædis cognitionem pertinent, à sacris locis reijciantur.

**Res sacræ ad profanos vsus non adhibendæ.** Nemo uasa, vestes vel alia ornamenta sacris addicta, aut omnino quidquam ex sacra suppellectili profanis hominibus, aut ad profanum usum commodare audeat; qui ita commodarit, graui ter arbitrio Ordinarij puniatur.

Sacræ campanæ usum, qui ad fideles præmonendos, vt ad diuina conueniant officia, est introductus, indignum est ad conuocandos homines ad spectacula suppliciorum adhiberi.

Quamobrem Principes ac magistratus etiam atq. etiã hortamur, vt campanis quæ ecclesiarum usui sunt addictæ, si consecratæ sint, ad pœnarum significationem quemquam uti ne patiantur.

#### De processionibus & supplicationibus.

Prou. 2. tit. 2. de cr. 7. 8. 9. & 18. Prou. 3. & Prou. 5. par. 3. De iis quæ ad diu. offic. pertin. in fine. Prou. 4. par. 2. de process. Prou. 6. quæ ad process. pertin.

**GENERALES** processiones à cathedrali, vel cuiusque loci maiori ecclesia proficiantur; & eodem reuertantur, nisi aliud Episcopo uideatur. In ijs supplicationibus generalibus, qui non venerit ante inuocationem sanctissimæ Trinitatis, pro absente habeatur, aut alia pœna ab Episcopo plectatur.

Eas canonici & alij clerici, etiam cuiusvis dignitatis sint, cum superpelliceis, & usitatis alijs sacris uestibus statuto tempore semper obeant. Præfectis ecclesiarum collegiatarum in urbibus præcipimus, vt cum suis quisque canonicis & beneficiatis vocatus, superpelliceo, vel

alijs sacris uestibus indutus, publicas processiones prælata cruce semper obeat. Quibus Episcopus locum arbitrio suo quamprimùm assignabit; neque eius rei effectus vlla appellatione retardari possit.

Ad huiusmodi processiones, Episcopi cum eis videbitur, ex Tridentino Concilio, vocent Regulares omnes, quamuis exemptos.

Si qua controuersia sit de priorè loco, ab Episcopo ex auctoritate eiusdem concilij tollatur. Cruces clerici ferant, talari veste & superpelliceo induti; ijq. eiusmodi sint, vt eam aptè & decorè ferre possint.

Omnes ordines graui ter & modestè procedant; colloquijsq. exclusis, psalmis, hymnis, & reliquis sacris precibus operam dent.

Nemo ordinem in processione deserat, antequam ad ecclesiam, vnde profecti sunt, redierint.

Laici à clericis, scemina à viris separatim prosequantur.

Videant Episcopi, vt in supplicationibus & processionibus quibuscunque, præsertim cum sanctissima Eucharistia circumfertur, & cum frequentior populus ad ecclesias indulgentiæ, festi diei, sacræ concionis gratia, vel alia de causa conuenire solet, ea modestia & reuerentia adhibeatur, quæ pijs & religiosis huiusmodi actionibus maximè debetur.

Ne inter viam inaniter spectandi gratia substat.

Ne petulanti facto, dictouè cuiquam molestia afferatur.

Ne quæ minus deceant, spectacula adhibeantur.

Neuè actiones pro foribus adium, aut in via represententur.

Qui secus fecerint, seuerè coërceantur.

Episcopi præficiant certos viros, quibus curæ sit, vt hæc omnia, quæ de supplicationibus præscripta sunt, seruentur; & vt res, ea quæ decet pietate, agatur.

Edendi ac bibendi consuetudinem, secum uè esculenta & poculenta deferendi, aut ea vendendi in sacris supplicationibus habendis, vineisq. lustrandis, & suburbanis ecclesijs visitandis, parochi tollere studeant; fideles sæpius admonentes, præsertim die Dominico, qui proximè sacras Rogationes antecedit, quàm dedecet, vbi pijs orationibus mens & lingua exercenda est, ibi ieiunium, quod ad alliciendam Dei gratiam magnam vim habet, tantisper seruare non posse.

#### De funere Episcopi.

Prou. 4. par. 2. de funerib. & exequijs. Prou. 5. par. 3. quæ ad diu. offic. pertin. in fine. Prouinc. 6. de Episcopo &c.

**PRIMUM** sanctorum Patrum institutum ad concelebrandas Episcoporum exequias, iamdiu intermissum reuocantes, statuimus.

Vt

**Vt** Episcopo mortuo, vel morti proximo, tres primi de Capitulo præsentis vicinorum Episcopum, vel eo impedito, alium inuitent: qui statim veniat; ac si uiuum Episcopum inuenerit, accuratissimè consoletur, & ea officia præstet, quæ ad animæ salutem tali tempore requiruntur. Mortuum verò unà cum seculari, & regulari clero solemnè ad sepulcrum prosequatur. Nihil autem Episcopus, pij huius officij gratia, impensæ, vel quouis alio nomine, à quouam exigat, vel spontè oblatum accipiat.

Eius tamen expectationis causa, corpus Antistitis ne amplius quadraginta horis insepultum iaceat.

Interea verò curet Capitulum, vt custodiatur corpus, & circum ipsum frequentes ex clero sint, qui pro eius anima preces Deo faciant. Eidem Capitulo hoc munus iniungimus, vt primo quoque tempore prouinciales Episcopos omnes de Episcopi morte faciat certiores: qui in ecclesijs Cathedralibus Missam solemnè caremonia pro eius anima celebrandam curabunt; & publicis supplicationibus ac precibus indictis, Deum piè sanctèq. deprecabuntur, vt orbatogregi Pastorem dare velit iuxta cor suum.

In exequijs eius plures viginti quattuor cereis non accendantur, idq. impensæ vacantis ecclesiæ; nisi extent defuncti bona, vel alius sit, qui de iure aut consuetudine sumptum facere debeat.

Episcopi negligètia in cõprouincialis Episcopi funere, à synodo prouinciali; canonicorum & cleri, à successore Episcopo graui ter puniatur.

Sacra Anniuersaria pro mortuo Episcopo quotannis fiant in cathedrali ecclesia, quamdiu proximus eius successor in Episcopatu vixerit, viuentis Episcopi & Capituli sumptibus.

#### De funeribus & exequijs.

Prou. 2. tit. 2. de cr. 11. 14. 15. 16. & 17. Prou. 3. quæ ad diu. offic. pertin. item de parochiis in fine. Prou. 4. par. 2. de funerib. & exequijs. Prou. 5. par. 3. quæ ad diu. offic. pertin. in fine. Prou. 6. quæ ad funera pertin.

**Vt** vetus Ecclesiæ institutum, mortuorum funus pijs precibus & officiis solemnè more prosequendi, multis locis auaritia, ambitione, vel negligentia deprauatum, ad pristinam pietatis rationem reuocemus; clericis quibuscunque cuiusvis dignitatis sint, etiam Canonicis cathedralium & collegiatarum ecclesiarum, cæterisq. omnibus hæc seruanda proponim.

**Hora funerum.** Ante Solis ortum, & post occasum, mortuum & efferri, & ad sepulturam recipi prohibemus. Inter maioris Missæ celebrationem, mortuorum corpora sepulturæ causa in ecclesiam ne inferantur.

**Cruces ferendæ.** Singularum cathedralium, collegiatarum & parochialium ecclesiarum clericis, qui in funus venerint, vna tantum suæ ecclesiæ crux præferatur; neque aliæ in funere deferantur, nisi quas suus quamque clerus subsequatur. Quod si alii quoque clerici inuitati fuerint, eius rectoris qui inuitarit, crucem prosequantur.

Ad tollendas controuersias, quæ magna populi officensione inter Regulares, qui beneficia curata obtinent, vel in eis curam animarum exercent, & parochos seculares in efferendis mortuis oriuntur; statuimus, vt cum ex parochia, cui secularis sacerdos præsit, mortuus efferatur, vt in parochiali ecclesia sepeliatur, cui Regularis sit præfectus, vel contra; tunc vtrique parochi, superpelliceo & stola induti, pares progrediantur. Reliqui verò Regulares eum locum teneant, quem in generalibus processionibus tenere consueuerunt, non obstante quouis consuetudine, vel pactione, quam inter se fecerint.

**Ordo funeris.** Cum mortuus efferendus erit, cuiusvis ecclesiæ clerus qui uocabitur, in unam proximam mortui adibus ecclesiam, congruo processions ordine conueniat; unde omnes ordine procedentes, bini canentes psalmos, aliatuè sacras preces, mortuum ab eius adibus ad sepulturam committentur.

Cum ad ecclesiam uenerint, omnes corpus suo item ordine circumstent, instituta officia celebrantes: nec prius discedant, quàm corpus in sepulcrum illatum fuerit.

Deinde singularum ecclesiarum clerici, eodem ordine quo uenerant, crucem præferentes, ad ecclesiam suam redeant, nisi aliquando aliud Episcopo iusta de causa uideatur.

Clerici ecclesiæ, in qua mortuus humatur, eius uestes hæredibus inuitis ne sumant; sed ijs ad quos pertinent, reddant.

Candelæ omnes, cerei, & quæ intortitia uocantur, quæ circum crucem & cadauer ad ecclesiam adferuntur, & alia quæ circa pheretrum, & in altaribus, ac reliquis in locis, dum diuina officia in funere celebrantur, hæredum impensæ accendantur, ita Deo oblata esse intelligantur, vt eius ecclesiæ sacrifiæ, in qua mortui corpus humandum erit, continuè addicta sint.

Rectoribus verò illas uedere nullo modo, sed ad Missam, cæteraq. diuina officia celebranda tantummodo uti liceat; nisi in alium ecclesiæ usum Ordinarii licentia conuertantur.

Excipimus autem ea, quæ clericis cuiusvis generis elemosinæ causa dari solent, & quæ funeralium nomine cathedralibus & parochialibus ecclesijs ex sacris canonibus debentur; quibus nihil obstat, quominus quartam funeralium, quæ solita esset persolui, ex decreto Tridentini concilij consequi possint.

Si mortuorum hæredes ita se impiè gesserint, vt religiosum exequiarum institutum negligentes, Cruci, clericis, & funeri debita lumina adhibere nolint; ab Episcopo ea cogantur commparare, quæ necessaria videbuntur.

Dent operam Episcopi diligenti cohortatione, vt in singulis parochiis, communibus eorum sumptibus qui sunt in parochia, comparetur pallium, quod mortuo imponi solet; idq. omnibus in funere gratis commodetur. quod si parochiani id



id recularint, singuli parochi, & alii ecclesiarum curatarum rectores pallium ad huiusmodi usum emant; pro quo mortuorum haeredes illis minimum aliquid Episcopi arbitratu largiantur.

Si vero nobiles homines aureo, vel serico, vel omnino pretioso pallio uti voluerint, pecunia sua faciendum curent; quod ad eiusmodi cadauerum usum nullo modo in posterum adhibeatur, sed illi ecclesiae, in qua mortuus sepultus fuerit, illico post funus acquisitum sit, & in eius ornamenta conuertatur.

**Merces pro funeribus.**

Statuat Episcopus in Ciuitate & diocesi sua pro modo laboris, quantum mercedis causa dandum sit curatoribus exequiarum, ceterisque qui dant operas in funere, & iis qui campanas pulsant; quibus etiam, quamdiu in exequiis campanas pulsare debeant, arbitrio suo praescribat.

Miserabiles personae, quibus mortuis aut nihil superest, aut ita parum, ut sua impensa humari non possint, a parcho sumptibus ecclesiae sepellantur.

Exequiarum, sepulturae, & anniuersariorum causa nemini quidquam pacisci, aut exigere liceat, neque etiam petere, vel quid aliud committere, quod simoniaca labis, aut fordida auaritia suspitionem habeat.

Pias tamen consuetudines in his seruari iubemus; cuius rei Episcopus curam suscipiat.

Pia etiam legata exigi volumus; neque ea, quae elemosinae causa vltro data fuerint, accipi prohibemus.

**Concio in funeribus qualis.**

Nemini quemquam in funere laudare liceat; nisi & eum quem laudare velit, Episcopus dignum censuerit, & laudationem scriptam ante probarit.

Liceat tamen in funere concionem habere, quae tota referatur ad humanam miseriam, fidelium oculis proponendam, omnesque ad vigilandum cohortandos; ne, cum venerit Dominus hora, qua non putarint, inueniat eos dormientes.

Caueant autem parochi & alij ecclesiarum rectores, ne quod pietate adducti suadere debent mortuorum haeredibus, ut anniuersaria officia illorum causa celebranda curent, id cupiditate impulsu, molestius flagitent; qua in re si peccarint, Episcopi arbitrio puniantur.

Quicumque laicus, vel secularis clericus in iis deliquerit, quae his decretis praescripta sunt, ab Ordinario loci graui poena afficiatur.

*De sepulturis.*

Prou. 4. par. 1. De sepulcris. Prou. 5. par. 3. quae ad diu. off. pert. in fine.

**N**ON est ferenda nostri temporis insolentia sepulcrorum, in quibus putida cadauera, tanquam sacrorum corporum reliquia, excelso & ornato loco in ecclesijs collocantur, circumque arma, vexilla, trophaea & alia uictoriae signa & monumenta suspenduntur; ut iam non diuina templa, sed castra bellica esse videantur.

Ambitiosam igitur hanc in mortuorum corporibus decorandis arrogantiam detestantes, & ecclesiarum decori consulentes, eiusmodi sepulcra excelso loco posita, & ea quae parietibus inclusa, vel adiuncta etiam in vna parietum parte eminent, nisi marmorea aut aerea sint, siue illis corpora contegantur, siue inania, & ibi tantum honoris causa sint constituta, & eorum omnis generis ornatum & apparatus ad tres menses amoueri, ac tolli omnino iubemus; ossaque ac cineres in sacro loco altius in terram defodi, ita conditos, ut sepulcrum a solo non emineat.

Monemus vero Episcopos, ut morem multis locis intermissum, mortuos in caem iterijs sepeliendi, restituendum curent, inde submotis, si qui ea usurparint.

Et si cui locus sepulturae deinceps dabitur in ecclesia, humi tantum detur; & sepulcrum, in quo condetur, opere fornicato cum reliquo ecclesiae pavimento aequatum sit.

Haec ut efficiantur, diligenter operam dabunt Episcopi, adhibito etiam, si opus erit, magistratum auxilio.

*Quae pertinent ad bonorum & iurium ecclesiasticorum conseruationem, rectam administrationem, & dispensationem.*

Prou. 2. tit. 3. Prou. 3. quae ad bona eccles. tuen. pert. Prou. 4. par. 2. quae pert. ad capit. Cathedr. & c. item de parochiis & c. Prou. 5. par. 3. de ecclesijs earum supellestiles & fructibus. Prou. 6. de bonis & iuribus ecclesiasticis.

**E**CCLSIARVM res quam plurimae aut destitutae defensoribus, aut etiam ab ijs, quibus earum procuratio credita erat, proditae, ita perierunt, ut monumentis vel interceptis, vel perditis, nulla spes iam reliqua videatur, illas in ius suum vindicandi.

Id ne deinceps accidat, neue quisquam, quod in Christi patrimonio negligentior sit, quam in suo, merito reprehendi possit, statuimus.

Ut Episcopi, & Capitula tam cathedralium, quam collegiatarum ecclesiarum, Hospitalium etiam, ac quorumcunque piorum locorum gubernatores, seu administratores, & alij quicumque, qui beneficia ecclesiastica quaecunque cura, vel sine cura, quocunque nomine nuncupentur, etiam commendata, nunc obtinent, ab huius decreti editione; qui vero in futurum quomodocunque obtinerint, ab adeptae possessionis die, quisque intra spatium sex mensium, edictis etiam interim publice propofitis, omnium & singulorum bonorum mobilium & immobilium, iurium, actionum, annuorum censuum, siue reddituum, nominumue debitorum, & aliorum quorumcunque ad eorum ecclesias, vel eorum administrationi commissas, Monasteria, vel beneficia, eorumue mensas quocunque iure pertinentium; rationem diligentissime conquirendam, & eorum omnium inuen-

Inuentarium bonorum & iurium ecclesiasticorum.

inuentarium, in quo locorum etiam fines, conditionesque omnes sigillatim describantur, per publicum notarium diligenter conficiendum curent; Episcopus quidem adhibitis duobus, a Capitulo cathedralis ecclesiae delectis; Capitulum coram Episcopo, aut alijs praefectis ab eo; alij vero coram fide dignis testibus.

Ex eo inuentario exempla duo, notarij publici auctoritate ad certam eorum fidem munita, conficiantur; quorum alterum Episcopi & Capitula ecclesiarum cathedralium in archiuio, quod vtrisque commune sit, asseruent; alterum ad Metropolitanum mittant. Praefecti vero & Capitula ecclesiarum quae collegiatae sunt, alterum exemplum in communi eorum archiuio retineant; alterum in archiuio cathedralis ecclesiae, intra cuius fines sunt, asseruandum tradant.

At vero in quibus ecclesijs vel cathedralibus, vel collegiatis archiuium eiusmodi non sit, ab Episcopo instituantur.

Ceteri autem singuli, qui beneficia quaecunque ecclesiastica quouis titulo obtinent, exemplis item duobus eodem modo confectis; vnum in ecclesia sua diligenter custodiant; alterum ad cathedralem ecclesiam perpetuo conseruandum mittant, vnde, si vsus postulabit, exemplum sumere eis liceat gratis.

Archiuij cura.

Archiuia singula duabus clauibus ocludantur. In ecclesijs cathedralibus, earum vnam Episcopus, alteram Capitulum custodiat; in Collegiatis, alteram praefectus, alteram Capitulum seruet.

Praeterea in visitationibus, eiusmodi inuentaria Episcopi secum adferant; & cum ijs quae seruant ii qui visitandi sunt, sigillatim conferant; perspiciantque diligenter, ne quid eorum, quae ibi descripta fuerint, desit, quod ecclesiae vel minimo detrimento esse possit; & si quae forte deerunt, ecclesiae restitui, omniaque eius damnata sarciri studeant. Ipsa quoque inuentaria, si eis videbitur, renouari iubeant. Et utique quaecunque accessio, vel immutatio facta sit, ea quotannis in inuentaria referatur.

Qui in his vel negligentia, vel contumacia, vel fraude peccauerint; si Capitula, & alij beneficia ecclesiastica obtinentes, Episcopi arbitrio; si Episcopus, primae prouincialis cuiusque synodi poenas dabit.

Vniones perpetuae recognoscende. Sess. 7. c. 6. Sess. 24. c. 13. Sess. 25. c. 9.

Caducitatis poena non remittenda.

Episcopi intra sex menses vniones perpetuas, etiam ecclesijs iuris patronatus factas, & ipsa patronatus iura, ex praescripto Tridentini concilij, recognoscant; & traditam eiusdem concilij decretis de illis rationem diligentissime seruent.

Si quae laicis concessa ecclesiarum bona, aliquo modo caduca facta sint; caueant Episcopi, & quicumque beneficia ecclesiastica obtinent, ne poenam caducitatis remittant; nisi seruatis ijs, quae in hoc genere iura praescribunt. si secus fecerint; Episcopi in synodo prouinciali poenas dabunt; ceteri ab Episcopo plectantur.

Qui bona ecclesiae feudi nomine obtinent, a suc-

cessoribus in eas, inuestituram intra tempus a iure praestitutum, renouandam curent; eiusdemque fidelitatis iusiurandum dabunt.

Feudorum inuestitura renouanda.

Pari etiam ratione haeredes eorum & inuestituram postulent, & iurent iis, qui ecclesiae praefuerint.

Qui id facere omiserint, constitutas legibus poenas pendant.

Ne autem res ecclesiasticae cum alijs confundantur; mandamus, ut feudatarij omnes in eiusmodi renouationibus omnia bona, eorumque fines sigillatim & nominatim publico instrumento describant.

Hanc vero curam praecipuam Ordinariorum esse volumus, ut illos cogant haec omnia exequi, propositis poenis eorum arbitratu.

Locationes bonorum eccles.

Nemini beneficiorum ecclesiasticorum bona propinquis suis intra tertium gradum in emphyteosim, aut ad cuiusuis temporis spatium, etiam per suppositas personas locare liceat; nisi euident & magna ecclesiae utilitas, iudicio Episcopi, praeter alia iuris requisita, aliud postulare videatur. si aliter factum fuerit, nulla sit locatio; & qui locarit, ab ordinario puniatur.

Sess. 25. c. 11.

Ex auctoritate sacri Concilij Tridentini negotiadamus Episcopis prouinciae nostrae, ut singuli vna cum Canonico a capitulo, & altero de clero, ab ipsis deligendo, recognoscant, etiam ex officio, quascunque locationes bonorum ecclesiasticorum, ad longum tempus a triginta annis factas; & si eas in damnum ecclesiae, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse ad iudicauerint, irritas & nullas declarent.

Alienationes fructuum beneficiorum prohibentur.

Nolumus cedentibus, aut decedentibus ijs, qui ecclesiastica obtinent beneficia, illorum fructibus fraudari successores, aut saltem eorum recuperationem litibus & controuersijs difficilem reddi; qua re fit, ut interim ecclesia debitis muneribus & officijs destituantur.

Idcirco sancimus, ne ecclesiarum rectores, aut quicumque beneficia ecclesiastica quomodolibet obtinentes, sine Ordinarij licentia, scripto permessa, pedentes beneficiorum fructus quouis praetextu vel causa alienent; nisi venditionis vel locationis nomine; & tunc dilata in id tempus pretij, vel mercedis solutione, quo fructus erunt a solo separati.

Quod si secus factum fuerit, contractus irritus sit & nullus; & qui fecerit, arbitrio Ordinarij poena afficiatur. quam etiam sustineat is, qui eo in suam rem uti voluerit.

Oblationes.

Cum pro cuiusque ecclesiae consuetudine populus ad oblationes inuitatur, id grauiter & modestè faciendum est.

Nec eo vasis, aut sacculi genere pecuniam accipiant, in quo quid quisque dederit, cerni possit; ut fideles pietate adducti, non pudore quodammodo coacti, elemosinam afferant.

Quae cum ad subsidium sacerdotum, vel aliorum pauperum, vel ecclesiarum reparationem & or-



De Meretricibus, & lenonibus.

Prou.2. tit.1. decr. 29. Prou.3. Prou.5. par.3. & Prou.6. in titulis de matrimonio vsupra.

VT meretrices ab honestis mulieribus omnino internoscantur; curent Episcopi, vt aliquem amictum palam induta sint, quo earum turpem conditionem & vitam omnes notam habeant.

Neue eisdem liceat, etiam si aduenae sint, in meritorijs tabernis, vel publicis cauponis pernoctare, vel commorari, nisi itineris causa, idq. vnum diem tantum.

Curent etiam in vnaquaque ciuitate locum eis adsignandum, ab hominum frequentia, & a maioribus ecclesijs remotum, vbi omnes habitent ea lege; vt, si extra eius loci fines domum, eiusue partem conduxerint, vel in quacunque domo quauis de causa amplius vnum diem habitauerint, & ipsae, & domini, seu locatores seuerius puniantur, Quam rem quamprimum efficiendam Principes & magistratus pro sua pietate suscipiant.

Ab ijs etiam petimus, vt huiusmodi impudicis mulieribus omni gemmarum, auri, argenti, & serici vsu interdican.

Omnesq., qui lenocinio quaestum faciunt, ex suis finibus exterminent.

De Histrionibus, Cingaribus, tabernis meritorijs, & aleatoribus.

Prou.5. par.1. quae ad fidei tuen. stud. pertin. Prou.6. quae ad matrim. pert. in fine.

DE his etiam principes & magistratus commonendos esse duximus.

Vt histriones & mimos, caeterosq. circulatores, & eius generis perditos homines e suis finibus eijciant; & in caupones, & alios, quicumque eos receperint, acriter animaduertant.

Vt vagum & fallax cingarorum genus arceat; nisi certis sedibus collocati, vitam honestis artibus, & in reliquis omnibus, vt christianos homines decet, agere velint.

Vt ganeas & tabernas meritorias, omnis nequitiae sentinas, e prouincia tollendas curent.

Quod si quae ferendae videbuntur; iubeant neminem in eis hospitio recipi, sed tantum vinum, & edulia venalia proponi.

Et quoniam vsu compertum est, ex aleae ludo, saepe furta, rapinas, fraudes, blasphemias, aliaq. id generis flagitia proficisci; prohibeant taxillis, aut alea ludi, & grauius in publicos aleatores, & in eos qui huiusmodi ludis interfunt, quiue domum ad recipiendos ludentes expositam habent, animaduertant.

Maxime vero efficiant, vt bonis artibus vel instituendis, vel renouandis, otia, quantum fieri poterit, e ciuitatibus tollantur.

De immoderatis sumptibus coercendis.

Copiosis & locupletibus illud semper propositum esse debet sancti Ioannis Apostoli; Si quis habuerit substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo; quomodo charitas Dei manet in illo? vnde facile intel ligunt, quam facultates suas ad pauperum difficultates & necessitatem subleuandam conferre debeant.

Quamobrem magnoperè cauendum est, ne subsidia pauperum in superuacaneos sumptus, & inanes delicias effundantur.

Proinde admonemus & enixè hortamur principes & magistratus, vt effusam impensam & omnem intemperantiam certis legibus coercentes, modum statuunt non solum quotidianis epulis atque conuiujs, verum etiam vestibus, equis, rhedis, famulis, alijsq. non necessarijs apparatus; & denique omni & domestico & externo ornamento & instrumento moderationem adhibeant. qua pecuniae effusione sublata, innumerabilibus malis, quae inde ortum habent, occurratur.

Quod facilius etiam fiet, si principes ipsi, quorum mores, & viuendi rationem populi plerumque imitari solent, non modò leges proponerint; sed etiam, quemadmodum legibus parendum sit, exemplo docuerint.

De vsuris.

Prou.2. tit.1. decr. 18. & 19.

Vsuram ad perniciem populorum latius manentem, pro nostri muneris cura reprimere cupientes, quaedam huius generis delicta ex sacrorum canonum & probatorum Patrum sententijs delegimus; quae quoniam frequentius in hac prouincia comitti animaduertimus; ea praecipue ac nominatim prohibenda duximus, eo consilio, vt si quis in alijs etiã eiusdem generis vetitis contractibus deliquerit; poenas à iure constitutas, sibi subeundas esse intelligat.

Ex mutuo, vel depositis, etiam apud Iudaeum factis, nihil praeter sortem à quouis homine percipi ex conuento, vel principaliter sperari possit; tamen si pecuniae ipsae sint pupillorum, aut viduarum, aut locorum piorum, vel etiã dotales, nisi quatenus id iure nominatim permittatur. Si quis oblatas re ipsa, loco & tempore pecunias, etiam dotales, sibi debitas accipere recusaerit; nihil praeter sortem, etiam ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, vel ex quacunque alia causa accipere possit.

Ne fiant cambia, cum literè ad destinatum locum verè non mittuntur, & ibi non fit solutio, sed vno & eodem loco pecunia datur & recipitur; vel quando dantur, & accipiuntur pecuniae cum eo pacto, vt habeatur recursus ad domum, vel ad respondentem dantis, aut accipientis, (quod pactum vulgo vocatur la ricorsa) atque ita impensae, aut alterius rei onus imponitur.

Ne

Alii contractus illiciti in pecunijs.

Ne cui liceat cum altero ita contrahere, vt is tota pecunia summam, ei qui dederit, soluat, cum ille partim pecunia dederit, partim nominibus quae difficile exigi possint, vel in rebus, pluris quam valeant, aestimatis.

Ne cui praesentem pecuniam quaerenti quidquam carius vendatur, vt statim ab venditore per se, vel per interpositam personam vilius emat. Ne quis rem aliquam ob dilatam solutionem carius vendat iusto pretio.

Ne ob anticipatam solutionem res minoris ematur iusto pretio, vel solvatur minus, quam debebatur.

Ne res vendatur, dilata in tempus solutione, ita vt pretium, quod interim rei accreuerit, venditori solvatur, si eiusdem periculo non sit diminutio.

Ne res modico pretio pignori detur, vel vendatur pacto redimendi intra certum tempus, vt si ad dictum tempus res redempta non sit, res libera sit emptoris, vel eius qui pignori accepit.

Contractus illiciti in rerum venditione.

Ne frumentum, vinum, oleum, aliudue detur, vt eo quod datum est, aliquid amplius exigatur, siue eiusdem generis, siue alterius quomodocunque, etiam si operae sint.

Ne quis mutuo det frumentum, vel id genus aliud corruptum, vt tantundem integri carioris reddatur; etiam si restitutio differatur in quodcunque tempus debitori commodum.

Societates in pecunijs.

Ne in societate, in quam alter pecuniam confert, alter operas, lucri distributio constituatur, nisi per quotas partes.

Nec ultra eas, certa pecuniarum summa, vel quid aliud conferenti pecuniam persolvatur.

Neque fiat pactio, vt fors salua sit, fructus vero communiter diuidantur.

In animalibus.

In societate animalium, quae in aestimata alicui datur ad custodiam, siue vt operas praestet, omnes casus, etiam fortuiti, semper sint periculo eius qui dederit; nisi id alterius socij dolo, vel magna negligentia accidisse constiterit.

Nec fiat pactum, vt fors sit semper salua, etiã ex primis foetibus.

Neue quidpiam certum, praeter sortem, ex fructibus animalium quotannis solvatur.

Et in locationibus animalium, quae fiunt certo pretio, si illa absq. dolo, aut negligentia eius qui conduxit, deteriora fiant, id semper sit damno eius, qui locarit.

Si autem animalia dentur aestimata, ita vt fors danti salua sit, nihil omnino percipi possit.

Venditiones & emptiones illicitae.

Ne fiant contractus, qui libellarij, seu ficti libellarij dicuntur, vbi non antecedit emptio certae rei immobilis pretio iusto.

Vel vbi venditor redimere cogatur; vel vbi non possit redimere, nisi post certum tempus.

Vel vbi annuus census, ad cuius solutionem res obligatur, superat estimationem fructuum, quos ex ipsa re dominus solet, aut potest percipere.

Et si loco pecuniae vinum, frumentum, vel quid aliud in singulos annos promittatur, illud ad

pecuniae, & iusti pretij rationem redigatur, pro consuetudine locorum.

Si qui autem in aliquo ex his casibus, aut alijs qui vsuram sapiunt, & à iure, vt iniqui prohibentur, contraxerint; ipsi contractus, etiam iure iurando muniti, nulli, irriti, & inanes sint. contrahentes vero, tabelliones qui instrumenta confecerint, proxenetae vsurarum, aut lucri participes, ministriq. omnes horum scelerum, & poenis iure statutis, & ecclesiasticis censuris puniantur.

Hortamur vero principes & magistratus, vt ipsi etiam huic pesti, quibus maxime poterunt, remedijs occurrant.

CONSTITUTIONVM PARS TERTIA.

Prou.2. tit.3. Prou.4. & 5. par.3. item Prou.6. quae ad pia loca pertinet.

De piorum locorum administratione.

VT pia loca omnia fideliter, diligenterq. administrantur; quae sacrum Tridentinum Concilium Episcoporum cura ac studio maxime commendauit; haec mandamus, quae illi ab omnibus seruanda curabunt.

Qui Hospitalia, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumue vsum praecipue instituta, in commendam, administrationem, aut quemcunque titulum, aut ecclesijs suis vnita obtinent; domos, & aedificia horum locorum ruinosa, vel disiecta sarciant, & restituant.

Quae ab alijs occupata, aut amissa, iniusteue alienata sunt, recuperent.

Impositum illis onus & officium omnino obeant. Hospitalitatemq. ex fructibus illi muneri attributis re ipsa exerceant.

Caeteraq. omnia praestent, quae à Vienenfi, & Tridentino concilio praescribuntur.

Quod officium, si moniti ab Ordinario non fecerint; vel per ecclesiasticas censuras, & alia iuris remedia ad sui muneris functionem compellantur; vel eiusdem Tridentini concilij praescripto, eos Episcopi ab illa administratione, curauit in perpetuum amoueant.

Quibus nullo modo condonent, aut remittant eos fructus, quos, contra Hospitalium institutionem perceptos, in foro conscientiae restituere tenentur.

Qui pecuniam ecclesiae, Confraternitatibus, aut quibuscunque pijs locis debent; illorum procuratores, syndici, ministri esse, aut vlla m denique in eis officij, aut negotij partem administrare non possint.

Administratores ecclesiastici, vel laici piorum locorum, siue Hospitalia, Montes pietatis, Confraternitates, Misericordiae, Charitates, Confortia, Disciplinae, siue alio quocunque nomine nuncupata sint, qui nunc sunt, intra



tres menses; qui deinceps deligentur, antequam ad administrationem accedant, iurent se fideliter & accurate munus suum executuros. Fructus qui pauperibus addicti fuerint, veris pauperibus tantum distribuant, quemadmodum cuiusque inopia, & eius voluntas à quo bona illa profecta sunt, postularit.

Qua in re ne vlla fraus fieri possit, ineatur aliqua ratio, Episcopo probanda, qua ei constare possit, in quas personas fructus illi erogati fuerint.

Quos autem compererit Episcopus, vel inique distribuendo, vel in suum commodum vertendo, vel inutilibus & superuacaneis sumptibus faciendis, male in administratione versari, eos pro modo culpae puniat, & ad restitutionem legitime compellat, & ab officio etiam, si ei vi debeat, amoueat.

Quod si contra, quam à Tridentino concilio decretum est, ne ratione administrationis reddant, tribunal Episcopi declinare voluerint, ecclesiasticis poenis ab eodem coarceantur.

Quis qui bona piorum locorum administrant, ea, si immobilia sunt, vel pretiosa mobilia, vendere, permutare, in emphyteosim dare, aut quouis modo alienare, nisi ijs seruatibus quae à sacris canonibus requiruntur, & ex consensu atque auctoritate Episcopi, nullo modo liceat. Qui contrafecerint, Episcopi arbitrio puniantur; & quod actum est, irritum, ac nullum sit.

Piorum locorum bona administratorum arbitrio ne locentur; sed publice locanda proponantur, facta omnibus conducendi potestate.

Quos pijs locis aliquid debere constiterit, ijs eorum locorum bona locari ne liceat.

Qui piorum locorum bona conducere uoluerit, det idoneum fideiussorem, cum quo iure agi possit aequè, atque cum ipso principali conductore. Alio facta locatio, & conductio irrita ac nulla sit.

Vt autem haec, caeteraque omnia, quae Tridentina synodus de Hospitalibus & alijs pijs locis statuit, facilius Episcopi praestare possint; praecipimus parochis, ut diligenter singula, quae in parochijs suis sunt Hospitalia & pia loca, eaque praesertim, in quibus re ipsa hospitalitas, caeteraque administratorum munera non exercentur, ad Episcopum quamprimum deferant; cuius arbitrio parochi huius officij praetermissi poenas dabunt.

Rogamus autem principes & magistratus omnes, ne Episcopos suo officio fungentes, & contra contumaces iure ageres impediatur; sed ea qua decet pietate, eos omni ope & auxilio iuuent.

In petendis elemosinis Hospitalium, & aliorum locorum piorum nomine, haec praecipue seruari iubemus.

Vt in illis Hospitalibus, & pijs locis re ipsa, quae debetur hospitalitas, & pia opera exercentur. Vt ea loca sint in illa dioecesi, in qua elemosina petenda sit: neque ea ad utilitatem eiusmodi locorum alienae dioecesis conuertatur.

Vt qui petet, sit eiusdem dioecesis.

Sit bonae existimationis. Non fuerit ex numero quæstorum, quos damnauit sancta Tridentina synodus.

Illud officium gratis, vel constituta certa mercede, praestet; nec ullo modo particeps sit elemosinarum.

Ab Episcopo eiusdem dioecesis scriptam licentiam, quotannis renouandam, impetrarit.

Qui contra, quam hoc decreto sancitum est, petierit; ab Episcopo grauiter puniatur.

Cui etiam curae erit, ut quae elemosinae collectae fuerint, verè in pium tantummodo eorum locorum usum, quorum nomine petita fuerint, conferantur.

In Hospitalibus, pijsque diuersarijs, ubi hospitalitas exercetur; maris cum foeminis, etiam specie matrimonij, nisi id certissime constet, uenari ne liceat; neue ea loca, quae bonorum subsidio sunt addicta, circulatoribus, aleatoribus, nebulonibus, & istiusmodi nequissimis hominibus pateant.

Mendici, morbum simulantes, moneantur, ut se in aliqua arte potius exercentes, inde sibi honestum uitae subsidium comparent, quam ignauiae ac desidiae dediti, ostentatiui, in truijs, & in templis miserimè mendicent.

Si id recusaerint, curent Episcopi, ut eiciantur; neque illis domorum hospitalium praeterea aditus pateat.

Summopere verò hortamur principes & magistratus, reliquosque omnes Christi fideles, ut mendicos verè aegrotos, unum in locum conducendos, ibique elemosinis sustentandos studiosissimè curent.

Poenam excommunicationis eo ipso subeundam proponimus notarijs, scribisque omnibus, qui testamenta, codicillos, aliasque tabulas de legatis ad pias causas, de rebus, quae pro male partitis, vel furto ablatis, relictæ sunt, quas ipsi rogati conscripserint, aut ab alijs scriptas apud se habeant, nisi ad tres menses Episcopo id significauerint; ijs verò, qui posthac eius generis negotia scripserint, nisi intra mensem, cuius initium fiat à morte testatoris, eidem Episcopo rem notam fecerint; eamque particulam de legatis, vel relictis rebus descriptam, & auctoritate publica munitam, debita mercede accepta, illi tradiderint. Quae omnia sic agantur, nisi iustum intercesserit impedimentum; quo sublato, ea quae supra scripta sunt, notarij exequantur.

Decretum autem hoc nostrum, bis quotannis ab omnibus parochis populo sibi commissio recitari volumus.

Curent Episcopi, ut retento piaelemosinae instituto, tollantur publicae illae comestationes, caeteraque huius generis, quae à sodalitatibus, quas confratrias vel confraternitates vocant, praesertim intra ambitum ecclesiarum die Petecostes, & die Coenae Domini, ac certis alijs solè nibus festis diebus, pietatis specie fieri solent, non sine bonorum offensione; proposita poena suo arbitratu.

Sefs. 21. decre. de refo. c. 9.

Conuersatio in hospitalib.

Arceudi à locis pijs.

Notarii legata pia non denunciantes.

Abusus confratriarum tollendi.

Epi-

Montes pietatis instituendi.

Episcopi omnem curam & operam suam conferant ad erigenda & instituenda ex auctoritate summi Pontificis loca pia, quae Montes pietatis appellantur, in singulis ciuitatibus & insignioribus oppidis, unde mutuas pecunias pauperes possint accipere.

Eaque, & quae iam constituta sunt, studiose & fideliter administranda curent.

Principes autem & magistratus obsecramus, ut ea in re Episcoporum studium & diligentiam omni ope adiuuent.

Nec in eis quidquam praeter sortem, nisi pro ministris & alijs necessarijs sumptibus, idque ex summi Pontificis auctoritate, accipiatur.

De Monialibus.

Prou. 2. Cap. quaed. ad mon. pertin. Prou. 3. Quaed. quae ad mon. &c. Prou. 4. & 5. par. 3. & Prou. 6. quae ad mon. pertin.

VT in monasterijs regularium mulierum, quae in religionem Deo se dicarunt, & integra conferuetur vetus disciplina, & si fortasse vltimam deprauata est, restituatur; ad eamque se ipsae conformantes, in rerum diuinarum contemplatione liberius conuiescant: nos has pie recteque viuendi formulas, partim concilij Tridentini decretis traditas, partim pro ratione horum temporum ad prouinciae nostrae utilitatem constitutas, ab omnibus in hac prouincia monialibus, etiam quae Regularium curae commissa, vel alia quauis ratione Episcoporum iurisdictioni subiectae non sunt, ex facultate à summo Pontifice Pio XI & XII nobis data, seruari omnino iubemus.

De Monialium numero.

Prou. 2. vtsupra. c. 1. de mon. Prou. 3. vts. initio.

Sefs. 25. c. 3. de Reg.

EX Tridentini concilij iussu, unicuique monasterio eum Superior monialium numerum constituat, qui pro modo & facultate loci, & consuetis elemosinis sustentari commodè possit, idque intra annum facere studeat; neque eum numerum, nisi facta monasterio annua quae satis sit, fructuum accessione, augeri villo modo liceat.

Monasteria, in quibus duodecim non sunt, quae professae velo vtantur, quaeque eum numerum proprijs fructibus, aut consuetis elemosinis alere non possunt, transferre, & cum alijs monasterijs eiusdem, aut alterius ordinis vnire studeat Episcopus diligenter, vocatis ad id Superioribus regularibus; si modo res agatur eius monasterij, cuius cura ad illos pertineat.

Si verò eiusmodi vnio minimè expedire videatur, eum numerum monialium tempore interire, & ad nihilum redigi sinat, adempta omnino illis monialibus facultate recipiendi nouitias.

Earum autem monialium monasteria, & monasteriorum fructus iam nunc alijs monasterijs,

aut locis, quibus ex legibus eius ordinis debentur, videbuntur, attribuantur.

De Praefectis & alijs Ministris Monialibus.

Episcopi ad duos menses, posteaquam haec constitutiones in lucem editae erunt, Abbatissas & quascumque praefectas, quae suum praefecturae officium perpetuum esse profitentur, edito etiam, si ita iudicauerint, moneant, proposita priuationis poena, quam ipso facto subeant, ut illae iura sibi à sede Apostolica concessa, ad alterum mensem ipsas, aut eorum vicarijs, ac simul illarum Superioribus, si Regularium curae commissa sunt, exhibeant: ut an rectè se habeant, cognosci, & de ijs, si opus erit, ad summum Pontificem referri possit.

Quod si eo praescripto tempore non exhibuerint; eo dignitatis gradu illas priuatas Episcopus declaret, detque operam earum Superior, ut aliae in earum locum ritè sufficiantur.

Nulla monialis ambiat, aut villo quouis modo, siue directè, siue indirectè, per se, aut per aliam, honores, officiaue cuiusvis generis sui monasterij quaerat; hac constituta poena, ut & ipsa, & quae sibi in ea re fauerint, in Capitulo per tres sextas ferias ad pedes singularum monialium terram deosculantes, suam accusent ambitionem. ipsaque praeterea, si id officium consecuta erit, eo, caeterisque muneribus priuetur, Superioris arbitratu.

Singulae, propria voluntate deposita, & ad obtemperandum paratae, sibique Dei gloriam & communem monasterij utilitatem tantummodo proponentes, ad honores & officia eas eligent, quas, omni remoto humanitatis affectu, spiritus sancti impulsu, ad id munus magis idoneas esse iudicauerint.

Praefectae, quocumque nomine appelletur, ex Tridentini concilij decreto, ne minor quadraginta annis eligatur; quae uè in uitae honeste laude vixerit octo annis, postquam professae est. Quod si in eodem monasterio non eiusmodi reperitur, ex alio eiusdem ordinis deligi possit. Sin autem Superiori, qui electioni praesert, hoc etiam incommodum esse videatur, Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur ex ijs, quae in eodem monasterio triginta annis maiores natu sunt, quae uè annis saltem quinque post professionem rectè vixerit.

In reliquis constitutiones singulorum ordinum monasteriorum seruentur. Huiusmodi praefectae, & eius vicaria, Discretariae etiam, quae alio nomine matres consilij vocantur, ubi ea à Capitulo eligi consueuerunt, tacitis suffragijs coram Superiore, aut eius ministro eligantur; qui extra monasterium ad cancellos, siue clatros stent, ex decreto Tridentini concilij.

Nequaquam autem ad haec officia deligi possint, nisi praefecta duas ex tribus partibus calculatorum tulerit, vel suffragijs, vel accessu; vicaria

Abbatissa & praefecta mon. perpetuae ne sint.

Honores & officia non petenda à monialibus.

Praefecta mon. qualis. Sefs. 25. c. 7.

Praefecta, Vicaria & discretaria electio.

c. cod.

Sefs. 22. c. 19.

Quae vèdi aut alienari non possunt.

Locatio bonorum ad pia loca pertinentium.

Seruanda in petendis elemosinis.

caria verò & Discretæ pluribus dimidia parte suffragijs creentur.

In quibus monasterijs plures germanæ sorores sunt, si earum vna monasterio præficatur, reliquæ sorores, neque vicariæ, neque Discretæ, neque ianitrices fieri; neque scribæ, aut celerariæ officio fungi possint.

Minora verò officia, veluti ianuæ, rotæ, sermonibus præpositarum, earumque quæ nouitias docent, sacristiæ præfectarum, & quæ iis præfunt quæ manuum industria se se exercent, illarum præterea, quæ scribæ, aut ratiocinatoris munere funguntur, & quæ ægrotis ministrant, ab eo qui electioni præest, vnâ cum cōfessore, præfecta, vicaria, & Discretis pro earum mentis conscientia, quibus opportunum videbitur, tribuantur. quo decreto nihil derogatum sit iis monasterijs, in quibus ad huiusmodi officia Capituli suffragijs moniales deligi solent.

Earum officia, quæ electæ fuerint, sint duorum annorum, aut, in quibus ea esset consuetudo, ad summum trium. illis cum perfunctæ fuerint, tantundem saltem temporis vacent ab officijs; nec in eisdem confirmari possint à monialibus, nisi grauis causa extiterit, iudicio Superioris probata; qui etiam eas ante tempus officio præfinitum, inde mouere possit, si id malè administrant.

Quæ delectæ fuerint, quemadmodum earum obedientia postulat, officia suscipiant, & eorum munera sine recusatione humiliter exequantur; quæ aliter fecerint sine iusta causa, quæ Superiori probata sit, iure suffragij priuentur, vt neque ipsæ alias eligere, neque ab alijs eligi possint, arbitrio Superioris.

**Præfectæ officium.** Præfecta monasterii, tanquam communis omnium monialium mater, ipsarum & corporis, & animæ saluti diligentissimè consulat; easque studiosè admoneat, vt puro corde sint, vitæque integritatem seruent, & ad perfectionem virtutum omnium contendant; si quidem quæ religionem susceperunt, nisi ad summum illud gradum pro viribus peruenire conentur, minus sanè efficiunt, quam debent, pro vitæ & ordinis instituto quod profitentur.

Meminerit autem sibi reddendam esse rationè iustissimo iudici, errorum quæcumque moniales eius negligentia, aut culpa admiserint. In primis verò curet, vt pax & concordia sororum conseruetur, sublatis, quantum ab ea fieri poterit, omnibus dissidijs ac discordiæ causis; vt quemadmodum debent, vnum corpus & vnus spiritus in earum spòso Iesu Christo, perfecto charitatis vinculo colligentur.

Studeat etiã, vt singulæ suo munere rectè fungantur; neque vlla alterius officium occupet, nisi auxilii causa, idque ipsius iussu; & vt omnia ordine perficiantur, in primisq. vt silentium horis ac locis præscriptis seruetur. si verò alicuius importunitas, aut re, aut verbo, sororum pace perturbata, charitatè violarit; acer-

rimè ab ipsa præfecta; & si opus erit, à Superiore etiam monialium puniatur, & eius animi elatio edometur.

Huic autem præfectæ, eiusque vicariæ, quæ illa absente, eius vim & locum obtinet, moniales omnes omnino obedientiam & obseruantiam præstent, quemadmodum earum votum postulat. Quæ verò eius iussa neglexerit, neque pœnitentiam sibi impositam adhibere voluerit, aut superbè & iniuriôsè responderit, nõ habita eius dignitatis ratione, aut contumaciter defendendo, vel excusando eam impedierit, quominus illas reprehendat, aut castiget quæ aliquid commiserint; vt suæ cõtumaciæ & insolentiæ graues pœnas pendat, apud Superiorem accusetur, ab iis quas Discretas appellauimus; quæ nisi id fecerint, flagella, disciplinæ nomine, sibi semel adhibere, & humi cibum capere cogantur.

Singulis etiam hebdomadis præfecta monialium conuentum, siue Capitulum habeat, corrigendi causa moniales pro erratis, quæ ipsæ publicè, vel in suorum officiorum munere admiserint; quorum veniam ipsæ spontè, atque humiliter coram omnibus petant, eisq. pœnitentiam imponendi, aliaq. adhibendi, quæ earum institutis tradita sunt, ad ipsas in humilitate, & sui contemptione continendas, atque ad virtutes omnes studiosè sectandas.

Caueant autem moniales, ne pœnitentiam sibi à præfecta impositam, pertinaciter recusent; neque superioris temporis delicta sibi inuicem iniquo animo obijciant.

Quæ hoc commiserit, ei hæc sit pœna, vt statim ad singularum monialium pedes terram exosculetur, sibiq. flagella nomine disciplinæ adhibeat.

In negotijs paulò grauioribus præfecta nihil decernant, nisi scientibus & consentientibus maiori ex parte Discretis, seu Matribus consilii.

In ijs verò quæ maioris sunt deliberationis, præfecta vniuersum monialium Capitulum conuocent; idque ipsis ratum sit, quod maiori monialium parti placuerit.

In omnibus autem tacitis suffragijs caueat moniales, ne suffragij pilas, vel calculos inter se tradant in manus; ijs quæ id commiserint, ea pœna sit, vt priuata Capitulo, neque eligere, neque eligi suffragio possint, arbitrio Superioris.

Ad suffragia autem de quacunque referenda non admittantur, nisi quæ triënum post emissam professionem in monasterio fuerint commemorata.

Discretæ, probitate & prudentia cæteris monialibus antecellant.

Neque sint pauciores quattuor, vbi moniales plures non sint quadraginta; quòd si plures sint, saltem sex creentur.

Moniales reliquarum sermonibus audiendis eiusmodi præponantur, quæ ætate matura, & spectata

Discretæ qualibus.

Sermonibus audiendis præpositæ.

Stata probitate sint. Hæc diligenter, fideliterque suo officio fungantur; & ita loquentibus reliquis adstant, vt quidquid tum intus, tum foris dictum, factumue fuerit, ipsæ audiant, ac studiosè animaduertant. nec enim quidquam aut ita secretò proferri, vt eas lateat; aut quod indignum sit Dei ancillis, dici, aut fieri patitur; in quo si quidquam secus commissum fuerit earum culpa, vel negligentia, grauissima pœna sui Superioris arbitrio puniantur.

**Magistra nouitiarum.** Nouitiarum curam sola magistra electa, loco à cæteris monialibus separato, habeat; alia præterea nulla.

Hæc nouitias in timore & cultu Dei, & in obseruatione religionis erudiat; coneturque & vitæ exemplo, quæ nullam habeat anam reprehensionis, assiduisq. admonitionibus, ita eas instituere in spiritualis & sanctæ vitæ ratione, vt progredientes, Deo adiutore, perfectæ eius ancillæ possint euadere.

Quæ autem sibi id temerè assumpserit, vt aliqua ex nouitijs erudiat; ius ei suffragij adimatur, vt neque eligere, neque eligi possit, quam diu Superiori placuerit.

**Ianitrices.** Ianuæ septorum monasterij die clausæ sint una saltem clauæ quæ ab antiquiore ianitrice custodiatur, vt cum opus fuerit, aperiri possit. Nequaquam autem aperiantur nisi duabus ianitrices presentibus. At noctu duabus clauibus diuersis claudantur; quarum altera asseruetur à præfecta; altera verò ab eadem ianitrice antiquiore.

Cum autem ianuæ aliqua necessaria causa aperiantur, moniales non audeant eò accedere, ut externum quidquam aspiciant, vel cum villo omnino, aut mare, aut scæmina colloquantur. Quæ id ausa fuerit; includatur in cellam, vbi tam diu sit, quam diu Superiori videbitur. quæ pœna etiam plectatur ea, quæ ianuæ præposita est, si aut id permisit, aut eiusmodi petulantiam statim ad Superiorem non detulerit.

**Præfectæ laborum.** Quo tempore mutantur officia, vna, aut duæ moniales maturæ ac prudentes præficiantur monialium laboribus.

Hæc ad rotam recipiant, quæ elaboranda sunt; ijsq. distribuant, quæ ad id opus faciendū sunt idoneæ; quibus perfectis, ea ex eadem rota restituant ijs quorum sunt, accepta mercede, semper ea præsentè quæ rotæ est præposita. Nulla præterea quidquam, quod elaborandum sit, ne cognatorum quidem, aut affinium accipiat. quæ contrà fecerit, singulis vicibus sibi flagella disciplinæ nomine adhibeat eo loco, quo moniales operibus elaborandis exercentur.

Si quæ vel morbo, vel iusta alia causa non impedita, pigritia, vel desidia, aut pertinacia quadam ab huiusmodi laboribus abstinerit; obsonio præueterum id tempus, quo labori non incubuerit.

In loco item, vbi moniales in laboribus exercentur, lectio quotidie adhibeatur; qua ab-

soluta, inter se conferant quæ audierint, certatimque electis vitijs, ad virtutes consequendas se ipsas cohortentur.

Curet laborum magistra, ne sermones, aut cantus profani, aut à monialium conditione, & instituto abhorrentes, inferantur.

**Præfectæ, etiam si earum officium sit perpetuū, Administratio bouorum monasterij.** scribæ, ac reliquæ, quæ monasterij bona quocunque modo administrant, fideliter & accuratè eorum rationem perscriptam habeant.

Singulisq. tribus mensibus ad Capitulum summam referant rationes accepti, & expensi; vt omnes, quomodo se res monasterij habeant, intelligere possint.

Verum quotannis rationem rerum omnium, quas administrarint, separatim Superiori reddant, aut eius vicario, ac si fuerint, monasterij curatoribus deputatis.

Quæ autem aut sibi vindicant, aut perperam perdidit monasterij bona, Superioris arbitratu acerrimè puniantur.

Vt autem nulla fraudis occasio relinquatur; in singulis monasterijs singulæ caplæ constituantur ad hunc usum, vt in illis communis pecunia collocetur: quæ duabus clauibus, ijs inter se diuersis clausæ sint; quarum altera à præfecta monasterij, altera à maiori Discreta asseruetur.

Nec verò caplæ aperiri, aut in ea poni pecunia, aut inde auferri possit; nisi & præfecta, & maior Discreta, & scriba monialis, quæ eius rationem ineat, interfuerint.

Duabus item clauibus, ijsq. diuersis, horrei, & eius loci vbi farina asseruetur, ostia concludantur: quæ singulæ à singulis matribus ei officio præpositis custodiantur. Eæ autem semper adsint, cum triticum, vel farina importatur, vel exportatur.

**Præfecta & moniales bona monasterij alienare,** permutare, locare, aut contrahere nullo modo possint; nisi sciente, consentiente, ac præsentè earum Superiore, aut eius vicario; seruatis item cæteris, quæ iure seruari debent; aliter contractus irritus, ac nullus sit.

Neque item ædificare, nisi consentientibus Superiore, ac ciuibus monasterij curatoribus; qui operam dabunt, vt id quàm minimo sumptu, commodè, ac decenter fiat.

**Quæ præpositæ sunt curæ ægrotantium, pias & Agrotantium monialium cura.** miserificordes se illis præbeant, quanta maxima possunt & patientia, & diligentia; ac tales se illis præstent, quales cæteras vellent, si ipsæ ægrotarent.

Ægrotis cibus, & medicamenta opportuna à præfecta, & ab electis ad id ministris ita adhibeantur, vt monasterij facultates tulerint.

Præfecta autem charitatis causa eas quotidie visitet, vt & solatio sit, & melius ab eis cognoscat, ac curet, quæ ipsis sint necessaria.

Si verò aliqua moritur, confessor cum comite, quem Superior approbarit, ingrediatur sepultura monialium. tunc cum eius corpus ad sepulturam

pulturam dandum fuerit; pieq. ac celeriter, quod eo tempore perfoluendum sit, officio fungatur.

*De puellis ad religionem admittendis.*

Prou. 3. quæ ad monial. §. Puellæ. Prou. 4. par. 3. de mon. §. cum puella. Prou. 5. par. 3. quæ ad mon. pert. in fine.

Puellæ non cogenda ad suscipiendum habitum monialium.

Sefs. 25. c. 18. de Reg. & Monial.

Quomodo recipiendæ mon.

**C**VM primùm puellæ ad suscipiendum sacrum habitum offeruntur; monialium præfecta parentes, vel eos quorum curæ commisitæ sunt, admonent excommunicationis, quæ proposita est à sacro Tridentino concilio, ijs qui suas puellas, vel alienas inuitas eum cogunt suscipere, aut profiteri religionem: idem ab earum Superiore fiat, cum eius consensus requiratur. In ijs monasterijs, in quibus moniales pauciores sint quinquaginta, duæ tantum germanæ sorores, aut tres, quæ sint vnus generis ac familiæ, recipi possunt.

Vbi verò plures sunt quinquaginta monialibus, ibi tres tantummodò sorores, aut quatuor eiusdem familiæ recipi liceat; si ita monialium Capitulo videatur.

Præfecta & moniales, de puella earum suffragijs ad suscipiendam religionem admittenda, quidquam polliceri, aut Capitulum cogere nõ audeant; priusquam libero loco ab Episcopo, aut ab eo cui ipse id munus delegarit, puella secretò examinata ac probata, facultatem suscipiendi in eo monasterio religionem scripto cõsecuta fuerit, consentiente etiam illius monasterij Superiore.

Ab ijs autem omnibus prius diligenter inquiratur de moribus, vita, ætate, quæ maior sit duodecim annis; ac de libera & pia voluntate puellæ.

Quæ anno saltem antequam examinetur, & monialium Capitulo admittenda proponatur; propositum religionis suscipiendæ in eo Monasterio, & Episcopo, & monialibus, earumq. Superiore patefecerit, vt interim huiusmodi inquisitio maturè fieri possit.

Quo etiam tempore ipsa confessori illius Monasterij, aut cui Episcopus eiusmodi munus puellas has audiendi commiserit, semel singulis mensibus peccata sua confiteatur, sacrosanctamq. sumat Eucharistiam, ac persæpè moniales in locis colloquutionum alloquatur; vt ab eis tum explorari accuratius, tum admoneri melius possit, de omnibus quæcunque illi agenda & ferenda erunt religionis causâ intrâ septa monasteriorum; ne vllò vnquam tempore cõqueri, & inscitiam excusare possit.

De puella admittenda ad suscipiendam religionem, ac mox etiam nouitia ad professionem, ferantur tacita suffragia; vt singulæ moniales, nullo affectu impeditæ, liberè suæ conscientiæ possint satisfacere.

Nec verò huiusmodi puella ad religionem, neuè nouitia ad professionem recipiatur; nisi duæ

ex tribus partibus suffragiorum tulerit.

Puellæ ad religionem admissio, aliter facta quàm præscriptum sit, irrita sit & nulla.

Præfecta verò, cuius culpa, vel negligentia id factum fuerit, ab officij administratione submota, velo etiam ad sex menses eo ipso priuata esse intelligatur.

Præfecta autem statim de suffragiorum exitu Superiorem admoneat; vt in librum ad huiusmodi vsum institutum, eius nomen quæ recepta sit, ab eo referatur.

Cum primùm suffragijs Capituli aliqua recepta est; statim omnes vestium delicias, & inanem ornatum deponat; & nigro, vel fusco vestitu, aut albo, at non serico induatur, ea modestia & submissione, vt omnes intelligant, eam mundo renunciaisse, vt Deo religiosè inferuiat. quo vestitu semper vtatur, donec in monasterium introeat, & interea à choreis & spectaculis inanibus abstineat.

Quæ verò eo modo, quo diximus, recepta fuerit, monialium vestibus in monasterio indui non possit; nisi sex mensibus postquam recepta fuerit, idq. concessu Episcopi, & monialium Superioris; quibus liberum sit, vel producere, vel contrahere illud semestre tempus, quemadmodum eis expedire videbitur.

Tumultus autem euitadi causa, deducatur manè ad monasterium ab intimis propinquis mulieribus, nulla pompa, nulloq. inuitatu aliorum; & sola introducat in ecclesiam interiorem Monasterij: Missaq. audita, & sumpta communionem, cæterisq. solemnibus ceremonijs adhibitis, coram reliquis monialibus à Superiore, aut monasterij confessore vestiat, qui illam adeò grauem sacramq. actionem aliquo pio sermone prosequatur. Quod etiam in professione feruetur.

Superior, siue confessor hanc cautionem adhibeat, ne puellæ nouitiæ nomen gentilium sceminarum imponat; sed sanctarum, quæ ab Ecclesia celebrantur.

Quæ puella postquam monialium vestem suscepit, amplius è monasterij septis exire non possit; nisi fortalsè nondum professam pœniteret in Monasterium introisse.

Si verò semel exierit, nulla illi in posterum facultas redeundi concedatur.

Nouitiæ causâ ante professionem, ex decreto Tridentini Concilij, nihil Monasterio detur; præter id quod necessarium sit ad victum & vestitum eius temporis, quo fuerit in nouitatu; quod totum repræsentari volumus, antequam puella in Monasterium ingrediatur.

*De nouitijs ad professionem recipiendis.*

Prou. 2. c. 2. de mon. Prou. 4. par. 3. de mon. §. puellæ, Prou. 5. par. 3. quæ ad mon. pert. §. cum nouitiæ.

**Q**VONIAM ex Tridentini Concilij decreto, professio antè decimum sextum annu expletum, & antè annum probationis post susceptum

Puellæ anteq. monasteriũ ingrediatur vestitus & reliqua.

c. 16.

sceptum habitum facta, nulla est, nullamq. parit obligationem; curent Episcopi, ne nouitia vlla ante illam ætatem & tempus ad professionem admittatur.

Præfecta autem monasterio triginta antè diebus Episcopo significet, quo tempore nouitia professura sit; vt vel ipse, vel si is abest, impeditur, alius cui ille id negotij dederit, nouitiæ voluntatem cognoscat; perspiciatq. an eiusmodi conditionibus sit, quas monasterij illius & ordinis regula postulat; an item monasterium idoneu; ei denique demonstrat, quàm grauis ea res sit, quam uè multas res tria illa religionis vota requirant; vt ea, antequam ad professionem recipiatur, vinculi vim intelligat, quo se obstringi vult. Si præfecta id facere neglexerit, eiusdem Tridentini concilij decreto ab eius officio tãdiu amoueat, quoad Episcopo videbitur.

Nouitia ne examinetur intrâ septa monasterij, sed extra, in publica eius monasterij ecclesia, vt liberè & fidenter suam voluntatem exponere possit.

Quod verò professione facta, elemosinæ gratia ad professam sustentandam monasterio datur; id quo tempore puella religionis habitum suscipiet, apud virum, monialibus, & earum Superiore probatum, deponatur; vt nullo impedimento tum monialibus præstò esse possit. Nulla autem renunciatio bonis à nouitia fiat; nisi quemadmodum à Concilio Tridentino iussum est, facultate ab Episcopo, vel eius Vicario permittitur, ad duos proximos menses antè professionem fiat.

Et quoniam quæ moniales, professione facta velum susceperunt quotidie suæ religionis diuinum officium dicere debent; nulla ad professionem admittatur, quæ congruè legere & officium dicere nesciat. id autem experiri debet is, cuius officium est eas examinandi, qui se præsentem eam legere iubebit.

Professionis autem, & diei, & anni quo facta est, in libro ad eum vsum confecto, memoria conseruetur, manu eius monialis quæ scribæ officio fungitur; adhibita subscriptione eius quæ professæ sit, si modò scribere sciuerit, & Superioris qui eam admiserit.

Quo die puella profitetur, vel monialem habitum induit, in foresterijs adibusq. monialium, ab eius propinquis & amicis contiuuianè fiant, neuè bellaria dentur.

*De diuinis officijs, precationibus & lectione Monialium.*

Prou. 5. par. 3. quæ ad mon. §. Moniales.

Moniales omnes ad diuina officia conueniant.

**C**VM ad sanctimoniales valdè pertineat laudare assidue DEVM Creatorem, conseruatorem & redemptorem mundi, eidemq. gratias agere, & supplicare, vt suam misericordiam omnibus hominibus ad salutem imperpetuat; idcirco moniales omnes die noctuq. cho-

rum frequentent; sacrisq. officijs distincte, at-tenteq. ab ipsis & voce, & pio animi affectu celebrandis, intersint; illis solum exceptis, quarum præfecta iusti impedimenti excusationem acceperit.

Ad sint autem singulæ initio diuinorum officiorum, congruenti sui ordinis vestitu induta, in suis ac proprijs locis, & vsque ad finem persistant; non prius inde discedentes, quàm præfecta, aut vice eius alia discessus significationem fecerit; nisi necessitate aliud postulante, id eadem permiserit.

Soni, cantus, qui honesti & spirituales non sint, colloquia etiam, risus, quidquid præterea indignum est domo DEI, & eius diuina maiestate, cum qua colloquimur in oratione, omnino amoueantur. Quæcunque autem contra hæc quæ iussa sunt, aliquid fecerit, præfectæ arbitrio pro modo culpæ acriter puniat. Et quia mentis oratio, tantò præstantior ea, quæ solum ore exprimitur, quanto anima est excellentior corpore; pijs incredibile solatiu affert & fructum, eorq. quotidie nouis cumulat muneribus, in Deum quodammodo conuertens: ideò moniales & Velatæ & Conuersæ, præter horas canonicas, aliasq. orationes quas ex officio habere debent, quotidie in chorum vniuersæ conuenientes, nisi necessariò impediuntur, saltem per horam mentalem orationem adhiheant; semihora videlicet post matutinum, itemq. post nonam, aut completorium, sublati ad Deum mentibus pijs & salutaribus rebus contemplandis: præsertim verò vitam, doctrinamq. D. N. I E S V CHRISTI, atque eius sancta mysteria studiosè meditabuntur, passionem videlicet, mortem, resurrectionem, ascensum in cœlum, extremum aduentum ad iudicium, beatorum gloriam, & damnatorum supplicia, aliaq. eiusmodi, quæ ad Dei gloriam, & propriam proximorumq. salutem pertineant.

Quoniam verò à Tridentina sancta synodo prohibetur, ne in choro, vel monasterij septis, sed in ecclesia publica sanctissimũ Christi corpus conferuetur; efficiant Superiores, vt eiusmodi decreto vbique obtemperetur.

Diebus festis, vt orium à quo mala omnia oriuntur, euitetur; moniales tempus, quod sibi à diuinis officijs & consuetis orationibus super fuerit, in sacra aliqua lectione consumant, quæ ad Dei, & sui ipsius cognitionem eas ducat, viamq. monstret perfectionis & æternæ vitæ; idq. vel separatim, vel coniunctim faciant: cum huiusmodi lectio suavis & fructuosa sit animarum oblectatio, vitia coërceat, ad virtutes inflammet; contra autem inanum librorum lectio mentes corrumpat.

Quod ne accidat, Superior, aut confessor omnes monasterij libros perspiciat, & recognoscat, singulas moniales in virtute obedientiæ suos proferre cogens.



De communi vitæ usu, ac de proprietate tollenda.

Prou. 4. par. 3. de mon. circa medium. §. communis. & seq.

c. 2. Communitas in victu & vestitu &c.

IN omnibus Monasterijs, quod ad cibum, potum, somnum, vestitum, cæteraq. res attinet, omnes communiter viuunt, vt à sacro Tridentino Concilio decretum est; neque quidquam inter eas differat, aut alia alij præferatur, aut posthabeatur, quemadmodum votum paupertatis postulat, vt tuum, & meum, atque omnis priuata rerum possessio & re, & verbo omnino tollatur, omnis etiam superuacaneus, & inanis rerum usus; neque vlla sit, quæ quidquam possideat, aut adhibeat vt proprium, etiam si ad necessitatem concessum sit. Omnes itaque monasterij prouentus, cuiuscunque generis sint, eleemosinæ etiam & quasus ex laboribus; liuelli præterea, legata & bona mobilia & immobilia, quæ testamento relicta, & quæ donationis, vel alia quauis causa obtinuerint, à singulis monialibus ad communem monasterij vtilitatem conferantur. præfecta verò pro sua prudentia & humanitate, ex illis ipsis bonis eius necessitati potissimum cõsular, ad quam pertinerent, nisi obstaret paupertatis votum.

Vtq. omnis proprietatis occasio tollatur de monasterijs; confessores, ac præfectæ, voci paupertatis accuratius seruandi gratia, monialibus suadere studebunt, vt curent omnes vestes lineas, laneas, vel pelliceas, aut cuiuscunque generis in cõmuni loco asseruandas; duasq. ex monialibus, quo tempore mutantur officia, ijs excutiendis, purgandis & sarcindis præficiendas; quæ etiam sororibus in singulas hebdomadas pro tẽpore, & vt usus feret, eas distribuunt; nullaq. vestes apud se habeat, præter eas quæ ad quotidianum usum sunt necessaria.

Agrotarum verò vestes, contagionis nomine suspectæ, separatim custodiantur, aut apud illas ipsas relinquuntur.

Dona quæ singulis mittantur, ad præfectam adferantur; nec vlla possit illa accipere, aut ad usum adhibere, nisi sciente & consentiente præfecta, quæ in id omnino incumbere debet, vt ex monasterio vitium proprietatis, tanquam multorum malorum causam euellat; neque cuique permittat, vt pecuniam apud se habeat.

Inquisitio à præfecta faciendâ.

Ter autem in singulos annos, Præfecta vnâ cum discretis, cellas & supellectilem singularum monialium diligenter inquirat; & scrutetur, ne vlla quidquam habeat propriam, aut plus quam quantum ei ad suum usum concessum fuerit.

c. 3.

Quod si quæ proprii aliquid tenere deprehensa, aut conuicta fuerit; ea biennio actiua & passiuâ voce priuata sit, ex Tridentini concilij decreto; atque etiam iuxta suæ regulæ & ordinis constitutiones puniatur; multoq. magis,

quæ ex cõmuni, aut ex eo, quod alicuius viuui tributum sit, furtim sibi aliquid vindicauerit. Si præterea speculum, catellus, vnguenta, aut suffimenta, & huiusmodi inaniũ rerum quidquam apud aliquam repertum fuerit; Superior statim id e monasterio auferendum, & eã apud quam inuentum fuerit, acriter puniendam curabit.

Monialis siue velata, siue conuersa sit, eleemosinam dare, largiri, aut vendere esculentas res, vestes, aut bona, cuiuscunque generis sint, etiam si ad usum ei attributa sint, aut etiam legare omnino non possit.

Eleemosina, donationes &c. prohibetur monial.

Quæ secus fecerit, velum ei per mensem adimatur; ac ter se verberibus ad disciplinam affigere cogatur.

In quo tamen integrum sit præfectæ concedere facultatem, cui concedi debere iudicari, aliquid deuotionis, ac religionis causa, vel aliud exiguum elargiendi propinquis, aut bene merentibus.

Ad sonitum minoris campanæ omnes conueniant ad benedictionem mensæ, quam præfecta, vel vicaria, vel ipsis absentibus, antiquior Discreta faciat.

Mensa monialium.

Deinde loco & ordine discumbentes nõ prius discedant, quam Deo gratiæ actæ fuerint. quæ non obediunt, vno die obsonio priuetur; ac postremo loco in mensa sedere cogatur.

Manè & vesperi, ad primam ac secundam mensam aliquis spiritualis liber, qui ad religionem incendat, quotidie legatur, omnibus discumbentibus cum silentio & attentione audientibus; vt vnâ cum corpore mens etiam recreetur.

Vno loco dormiant moniales.

Vniuersæ moniales, si fieri possit, vno loco dormiant, à præfecta, aut à vicaria optimè concluso; cuius clauis ab ipsa præfecta asseruentur.

Singulæ autem in singulis lectis omnino dormiant, & in singulis etiam cellis; si tanta ibi sit copia cellarum, vt omnes capere possint.

Cellæ verò diu, noctuq. apertæ sint; vt præfecta in singulas horas inspicere eas possit.

Dato autem signo eundi cubitum, locoq. vbi dormitur, clauso; præfecta, aut eius vicaria, aut aliqua ex discretis, omnes cellas visiter; vt an omnes suis dormiant locis, animaduertat.

De Clausura, & quæ ad eam tuendam aliquaratione pertinent.

Prou. 2. c. 3. de mon. Prou. 3. 4. 5. & 6. cum de monial.

MONIALIBVS nulla quidem nimia diligentia videri debet ad eius thesauri custodiam, cuius causa propinquis, rei familiari, ac terrenis omnibus rebus curisq. renunciantes, in septa monasterij se incluserunt.

Fenestellæ collocutionum.

Vt igitur sanctum earum propositum, ea ex parte, quæ diaboli insidijs maximè patet, cõmuniatur; curent Episcopi, vt ad omnes fenestellas, vbi colloquendum sit; duo ferrei clatri, seu cancelli construuntur; qui saltem palmo distent, alter ab altero.

Inter

Inter virgas ferreas, quibus singuli cancelli cõpacti sunt, non plus omnino, quam vnica interficit. Sint autem virgæ ita solidæ, vt neque facile frangi, neque flecti possint.

Intimo verò cancello, quò moniales ad colloquendum accedunt, ferrea lamina appingatur, quæ moueri nequeat; sitq. exiguis foraminibus, ad audiendi tantum commoditatem perforata, cui lineus pannus nigri coloris, ligneis tabellis affixus, instar fenestræ, quæ aperiri possit, cum erit colloquendum, apponatur.

In ea lamina fieri possit quadrata fenestellula nouem tantummodo vnciarum, cuius clauis à præfecta custodiat; neque eam fenestellulam aperire liceat, nisi quo tempore colloquendum sit cū Episcopo, vel ordinis Superioribus, aut cum parentibus, & fratribus monialium, & alij arcta propinquitate generis cõiunctis; aut cum instrumentum aliquod confici, vel sacrum sermonem audiri oporteat.

Quod verò ad huius fenestellulæ concessionem attinet, excepta sint monasteria, quorum moniales vel lege, vel cõsuetudine ab externis hominibus conspici nunquam solent.

Officia collocutionum.

Officia locorum, quæ collocutioni solum & intus, & foris sunt attributa, semper clausa sint; quorum clauis sint apud antiquissimam earum monialium, quæ audiendis sermonibus sint præpositæ; nec nisi cum opus sit longiori collocutione, aperiantur. cæterum ianatrix ex clatrata ianua fenestellula, ianua tamen clausa, rotariæ ex rota, respondebunt pulsantibus.

Loca autem intus, & foris collocutioni attributa; cum ibi sint, qui loquantur, semper pateant; vt quinam sint, videri possint.

Aditus, & prospectus à monasterio in ecclesiam externam tollendi.

Officia, per quæ à septis monasterij in exteriorem ecclesiam patet aditus, ad mensem muro obstruantur. Si quid in hoc præfectæ culpa, vel negligentia commissum fuerit; ea, & officio & velo, Superioris arbitrio priuetur.

Omnes fenestræ, & cancelli, & quicumque locus, per quem moniales externam ecclesiam introspicere possint, inædificentur; præter fenestrâ, in qua collocata est rota, & fenestellulam ad solum sacrosanctæ Eucharistiæ sumendam usum constitutam, ac illam fenestram, per quam corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, à sacerdote celebrante elatum, aspicere possint. Ea fenestra perpetuo lineo panno contecta sit, qui tantummodo cum sustollitur sacrosancta Eucharistiæ, amoueat. fenestræ autem ratio sit eiusmodi, vt sacerdos ex altari moniales intruere nequeat.

Prospectus è vicinioribus adibus in monasterium tollendi.

Curent Episcopi, & alij Superiores, ne è vicinioribus adibus, quicumque illi sint, monasteria inspiciantur; maximè verò si fratrum cuiuscunque ordinis, aut presbyterorum ædes illis imminerent: quo casu parietes altiùs tolli, & nouos ædificari iubeant eorum sumptibus, quorum Episcopi, & ii qui monasteriorum curatores sint, interesse iudicauerint, quacunque appellatione remota.

Quamobrem etiam sæcularium principum auxilium implorent, vt monialibus ab externorũ hominum aspectu, & auditu liberis, securè per monasterium ambulare liceat.

Regulares viri in posterum, ne in ea loca migrent; neue areas, monasterijs monialiũ proximis, ædificandi causa emant, vnde monialiũ aspectus fieri possit. Moniales item monasteriorum ædificatione vicina regularium virorum ædibus, aut iis locis, vnde ipsæ ab illis inspicere possint, in posterum prohibemus.

Ædes proximæ monasterijs sancti monialium, famosis mulieribus ne locentur.

Neue ibidem spectacula, cantus, saltus, ludi & huiusmodi profanæ res & inanes exerceantur, quæ eas à sacro officio auocare, aut ipsis offensionis causam præbere possint.

Quemadmodum à sacro Tridentino concilio sancitum est, moniali professæ nulla ratione è monasterio septis egredi liceat; nisi ex causa legitima, quæ ab Episcopo probata sit.

Egressus è monasterio monialibus prohibetur. Sess. 25. de reg. c. 5.

Huiusmodi verò licentia egrediendi nullo pacto permittatur, nisi id grauissima res, & summa necessitas postularit; neque iis monialibus, quibus, nisi ex summi Pontificis concessu, egredi fas est. Apostatæ, fugitiuæ, & delicti causa eiectæ è monasterijs, quæ cum sacro vestitu, aut sine eo vagantur, non sine scandalo religionis; ab Episcopis, cæterisq. earum Superioribus, petito etiam sæcularium principum auxilio, ad sua monasteria redire cogantur; vt ibi dignas pœnas pendant suorum scelerum.

Quod si Superioribus in monasteria restitui debere minimè videantur; in earum mulierum numerum, quas Conuertitas vocant, cum bonis quæ attulerunt ad monasterium, adscribantur. ea autem bona, illis mortuis, priori monasterio restituantur.

Si quæ monialis in monasterio septa marè, aut fœmina, cuiuscunque ætatis conditionisue, etiã si matris, aut sorores sint, introduxerit; tribus mensibus in carcerè cõcludatur; eiq. singulis sextis feriis ieiunanti, nihil præter panem & aquam ad cibum & potum adhibeat; atque ad annum velum adimatur. Eandem pœnam subeant, quæ rotæ & ianua prepositæ fuerint; præfectæ etiã, & quæuis alia, quarum consensu id commissum sit.

Ingressus in monasteria monialium prohibetur.

Quicumque verò clericus, siue sæcularis; siue regularis cuiuscunque ordinis; aut laicus cuiuscunque status, dignitatis, gradus, conditionis, ipsarum monialium septa interdiu, vel noctu introire ausus fuerit; præter excommunicationis pœnam, quam ex Concilij Tridentini decreto ipso iure subit; alijs etiam grauissimis pœnis, habita personæ, criminisq. ratione, puniatur. Et si ecclesiasticus sit, aut beneficia obtineat, suorum etiam ordinum munere; ex Ordinarii voluntate prohibeatur; suisq. omnibus beneficiis priuetur. quo decreto excipimus eos, quibus ob necessariam monasterio eorũ operam & industriam Superior septa ingrediendi facultatem, quotannis re-

c. eodem.

E nouan-

eodem.

nouandam, scripto permiserit. Is autem meminere sibi à Tridentino Concilio ius ademptum esse eiusmodi facultates concedendi, nisi in casibus necessarijs; ideoq. caueat, ne quæ in tus officia moniales obire possunt, ad ea præstanda externi in septa monasterij introducantur. atque vt in hac necessitate dignoscenda vna eademq. ratio vbiq. seruetur, & ille facile concedendi vsus coerceatur; Episcopus adhibitis in cõsiliu omnibus monasteriorum Superioribus, etiam regularibus, statuatur, ac præscribat, quæ opera in monasterijs necessarium externorum ingressum requirant. quam verò rationem in hac re præscripserit; ea ab omnib. etiam Regularibus, inuiolatè seruetur.

Pernoctare intra septa monasterii prohibetur.

Intra septa monasterij mares & fœminæ cuiusvis generis, etiam si ipsi monialibus inseruiant, vel sint ætate confecti, nulla de causa pernoctare possint, proposita pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam, & is qui pernoctarit, & præfecta quæ id permiserit, subeat; quibus addantur aliæ pœnæ Superioris arbitratu. Ne uentus in eisdem septis boues, equos, & iumenta cuiusvis generis alant. Si contrà fiet, præfecta tres menses ab officij sui munere amoueat.

Collocutio monialium cū externis quando &amp; quomodo liceat.

Moniales cum nemine externo omnino colloquatur; nisi is licentiam scriptam, & ob signatam à Superiore Monasterij, aut ab eo, quem is suo nomine substituerit, atque in Cancellaria Episcopali gratis descriptam attulerit.

Quæ contrà id fecerit, priuetur trium mensium facultate loquendi cum externis omnibus cuiusvis sexus, etiam propinquis; cogaturq. singulis sextis ferijs eius temporis, disciplinæ nomine, flagella sibi publice adhibere, & orare eo psalmo, *Miserere mei Deus*.

Licentiæ autem, scripto permissæ, accipiantur ab ijs, quæ rotæ sint præpositæ; priusq. ad præfectam deferantur, quam illæ accersantur, quæ scripto nominatæ sint. Præfecta vbi scriptum legerit, manumq. & signum eius agnouerit, cuius officium sit facultatem colloquendi concedere, benedictione adhibita, permittat ijs quæ scripto nominentur, vt cum illis tantummodò loquantur, qui nominatim descripti sint; idq. ad communem colloquutionis fenestellam, non ad ianuam, neque in ecclesia, aut alibi, præsentibus semper monialibus arbitris ei muneri præfectis.

Quæ verò ad colloquendum accesserint, breui finem loquendi faciant; caueantq. ne tempus, quo nihil est pretiosius, inani, aut inutili sermone consumant.

Non est ferendum, vt moniales, præsertim sacris diebus, aberrantes ab oratione, cæterisq. pijs exercitationibus, sermonibus minimè necessarijs tempus consumant: idcirco, quibus diebus sumitur sacrosacta Eucharistia, & quoties dies festi ex præcepto Ecclesiæ celebrantur, tempore etiam Aduentus & Quadragesimæ, in vigilijs præterea de præcepto, omni denique tem-

pore cum diuina fiunt officia, moniales cum externo nemine omnino colloqui possint, nisi necessitas ita postulet.

Moniales verò tam quæ audiendis sermonibus præpositæ sunt, quam illæ quæ loquentur, ne monasterium absurdis & inanibus rumoribus compleatur, cum nemine omnino communi-cent, quæ ab externis acceperint, nisi cum præfecta; si eis expedire videbitur, vt aliqua ad eam referantur.

Vigilent præfectæ, & quæ sermonibus audiendis præpositæ sunt, ne quiquam ad colloquendum cum monialibus accedat, simulato eius nomine, qui scripta licentia nominatur.

Quod si id à quoquam commissum fuerit, is ab Episcopo; quæ verò cum eo collocuta fuerit, & quæ scientes permiserint, à suo Superiore, harum constitutionum præscripto, graui pœna eorum arbitratu afficiantur.

Quicumque verò clericus siue secularis, siue regularis, cuiuscunque ordinis, aut laicus cuiuscunque status, dignitatis, gradus & conditionis ad monialium monasteria accesserit, & cum earum aliqua, non impetrata, vt præscriptum est, colloquendi facultate, sermonem habuerit, grauius puniatur.

Hoc autem edicto neque patres, neque fratres teneri volumus, quibus non impetrata illa colloquendi facultate, sed seruatis cæteris regulis, hac ipsa de re latis, cum filiabus & sororibus tantum colloqui, non tamen septa vnquam ingredi, licebit.

Nemini omnino, neque sacro, neque profano, neque mari, neque fœminæ liceat adire monasteria monialium docendi causa cantum, quem *figuratum* vocant.

In ijs tamen monasterijs, in quibus non in exteriori ecclesia à secularibus, sed intus à monialibus organo sonatur, permittere poterit Superior alicui viro, moribus & ætate ab Episcopo probato, vt foris ad fenestellam collocutionis monialem organistam tantum sonandi artem edoceat, si in eo studij genere plus proficere necessè habeat.

Hæc autem intus, ad ipsam fenestellam discēs, commorabitur; cui semper adsistent duæ ex ijs, quæ audiendis sermonibus præpositæ sunt. Quæ contrà fecerit, siue præfecta, siue alia; velle priuetur; alijsq. præterea pœnis afficiatur, arbitratu Superioris.

Organum autem in posterum ne constituatur, nisi locus in quo aptè locetur, Superioris iudicio antè probeatur.

Prohibetur etiam moniales ipsæ intus, aut per alios foris sonare musicis instrumentis, præter organa, & harpichordium, quo ars organo sonandi discitur.

Ne liceat monialibus depositi, aut custodiæ causa, in monasterio habere pecuniam, gemmas, vestes, aut eius generis res vllas cuiusvis personæ, nec vasa quidem florum, aut fructuum. Quod si quæ in præsentem habeant, vt ois incom-

vid. Cõc. Prou. 4. p. 3. de mon. §. Quod in cõcilio.

Aditus monasteriorum ad docendum cantum prohibetur.

Vid. Prou. 2. c. 3. de mon.

Pecunia gemmæ &c. depositi aut custodiæ nomine monialibus prohibetur.

moniales vestes secularium nõ induant.

Ne offulas con-ficiant.

Ne literas secretò scribant, aut accipiant.

modi causa tollatur, ad tres menses, quibus debent, ea restituant.

Contumacibus, aut negligentibus pœna sit; præfectis, officij; cæteris, veli spoliatio.

Moniales, ne animi quidem relaxandi causa, secularium virili, aut muliebri vestitu vtantur; cum dedecet Dei famulas, vestes ab earum professione alienas induere: verum, decoro semper seruato omnium & temporum, & actionum, permittente præfecta, honestè, & quemadmodum sacras Deo virgines decet, animum remittere licebit.

Moniales etiam, ne offulas, aut cætera huiusmodi conficiant donandi gratia, prohibemus, propter temporis iacturam, & sumptum qui in eas impenditur.

Quæ contrà decretum, aliud coramiserit, vel permiserit, Superioris arbitratu puniatur; maxime verò in præfectam animaduertatur.

Nulli moniali fas sit ad quemquam secretò literas scribere, præter Superiorem & Episcopum, si de aliqua graui re esset admonendus.

Neque ad se missas literas aperire, & legere, nisi præfecta prius eas coram vicaria legerit; aut se presente legi iusserit.

Quæ contrà hanc legem aut scripserit, aut accepit literas; per duos menses è sua cella pedè non efferat, & singulis sextis ferijs ita ieiunare cogatur, vt tantum pane & aqua vescatur.

Ac si ex literæ suspicionem aliquam criminis haberent, ea, ad quam scriptæ fuerunt, præter prædictam pœnam, sex menses & facultate loquendi ad fenestellam monialium collocutionis, & velo priuetur.

Verum ne præfecta falli possit, fictis ei literis ostensis, quæ alia sint ab acceptis, & ab illis, per quas responsum est; quæ rotæ præpositæ fuerint, omnes accipient literas, quæ ad monasterium peruenerint, eaq. statim ad præfectam afferent; à qua etiam literas, à monialibus scriptas, accipient claufas, & ob signatas coram eadem ipsa; quas deinceps nuncijs externis tradent.

## De Conuersis.

Prou. 2. c. 1. de mon. Prou. 3. quæ ad mon. &c. initio.

Conuersis, minimum quadraginta annos natis, & Superiori probatis, facultas sit exeundi è septis monasterij, propter negotia monasterij necessaria; permittente tamen præfecta, quotiescunque exeundum fuerit.

Cui etiam liberum sit, eas, si ita videbitur, intrà septa semper retinere. quod vt faciat, si modo possit, eam vehementer cohortamur.

Ad funera autem ne prodeant, nisi quæ ordinis sint mendicantium.

Exeuntes verò binæ prodeant; neque longius discedant, altera ab altera, quam vt se inuicè aspiciere, & audire possint.

Quibus si ex vrbe egressi contigerit, semper in eodem lecto somnum capiant.

Caueantq. ne in cuiusquam famosæ personæ domum introeant, etiam si illa de monasterio benè merita fuerit.

Ne uentus in domicilijs, vbi aliæ honestæ mulieres non habitent, pernoctent.

Ne uentus literas, aut mandata clam perferant. Aut quidquam inane monialibus renuncient, quod foris viderint, aut audierint.

Delinquentibus pœna sit carcer, aut etiam grauior arbitratu Superioris.

## De Puellis secularibus, quæ in Monasterijs educantur.

Puellæ seculares cuiusvis generis, conditionis & ætatis, quæ nunc in clausura monasterij, educationis, aliaue causa commorantur, post annum è monasterio exire cogantur; nisi omnibus ijs præditæ, quæ ad suscipiendam religionem, monasterij institutis, Tridentini cõcilio, & harum constitutionum decretis requiruntur, monachalè vestem sumere voluerint. Episcopis tamen facultas permittitur probabiliter de causa prorogandi tempus suo arbitratu, consentiente Superiore regulari, in ijs monasterijs quæ ei subiecta fuerint.

In posterum puellæ, educationis causa, in monasteria ne recipiantur sine licentia, scripto permissa ab Episcopo, ac Superiore regulari, si ei subiectum fuerit monasterium, cui etiam prius accesserit scriptus Metropolitanus consensus.

Hæc autem licentia non concedatur puellis, quæ habeant, à quibus regi, & educari comode possint; aut ijs, quæ decimum annum non cõpleuerint, aut maioribus quindecim annis.

Quæ semel exeunt è monasterio, amplius aut in illud, aut in vllum præterea aliud admitti non possint; nisi cū moniales fieri voluerint. Huiusmodi autem puellæ nigri tantummodò, aut fusci, vel albi coloris vestes, non sericas, adhibeant. nullo præterea exquisito ornamenti genere vtantur; ne sint cincinnatæ; ne uentus habeant in aures, nec monilia, aut eius generis inanes delicias.

Cum propinquis, alijs uentus externis ne colloquatur; nisi eisdem seruatis, quæ supra de monialibus eo in genere decreta sunt.

Dormiant, cibum capiant, versenturq. loco separato à monialibus, ijs exceptis, quæ ipsis regendis, & instituendis præpositæ sunt; cum nullaq. moniali consuetudinem habeant, præterquam in ecclesia, cum Missa, aut diuina officia celebrantur.

Puellarum alimenti & educationis causa quotannis monasterio non minus soluatur triginta aureis; cuius pecuniæ dimidiu in singulos sex menses representetur. quod si ea pecunia per ipsos sex menses non numerata fuerit; puellæ ad suos remittantur, quos magistratus monasterio omnino satisfacere cogant.

Quæcunque ex ijs puellis monialis fieri volue-



rit, ad propinquos suos mittatur, aut ad eos, qui ipsius curam habent, apud quos saltem per mensem maneat, priusquam ab Episcopo, aut ab eius ministris examinetur. idque, ut facilius, ac melius eius libera voluntas exquiri & explorari possit.

Puellas vero, domi suae foris viuentes, neque li teras, neque ullam omnino artem monialibus docere liceat, ne ad fenestellas quidem, aliaue colloca-tionis loca. quod si id monialium praefecta quouis modo permiserit; semestri admi nistrandi officio priuetur.

De Concionatoribus, Confessoribus, Visitatoribus, & Cappellanis.

Prou. 3. quae ad mon. & c. §. qui ordinarius. & c. Prou. 4. p. 3. de mon. §. Confessarij.

Concionatores Monialium.

VI Monasterijs praesunt, doctos, pruden- tes, ac pios concionatores adhibeant; qui bis ialtem in singulos menses ad cancellos col- locutionis Monialium, vel ad fenestellas eccle- siae, Dei verbum praedicent; easq. erudiant in omnibus, quae ad Dei cultum, & sempiternam salutem consequendam pertinent.

Concionatoribus autem ne liceat cum monia- libus separatim colloqui; nisi eis a Superiore Monasterij licentia permittatur.

Confessores.

Praesentantur etiam monialibus confessores & ae- tate prouecti, & prudentes, & Deum timen- tes; qui semel saltem in singulos menses aud- iant peccata monialium; eisque sacrosanctam Eucharistiam administrent, quemadmodum sacrum Tridentinum concilium debere censuit.

Sess. 25. c. 10. de Reg.

Nemo Regularis peccata monialium possit audi- re; nisi prius a generali Capitulo, aut sui ordi- nis Generali, aut eo absente, ab ipsius Vica- rio generali probatus fuerit; cuius rei fidem fe- cerit Episcopo eius loci, vbi fuerit monaste- rium, aut eius vicario.

Omnes monialium & saeculares, & regulares confessores, confecto biennio, aut ad summum triennio, mutentur; nisi iusta aliqua, aut ne- cessaria causa Episcopo, aut eius ordinis Gene- rali, si Regularibus subiectum sit Monaste- rium, postulare videatur, ut illis tempus pro- rogetur.

Iidem monasterij septa ingredi non possint; nisi id eis a Superiore aliqua de causa concessum fuerit; excepta causa administrandi sacra- menta aegrotis monialibus, cum graui & periculoso morbo laborant.

Quo tempore dum intra septa commorantur, eos duae, aut tres moniales, quae aetate caeteris praesent, comitentur.

Eademq. omnes prosequantur, quicumque sep- ta Monasterij introierint, etiam Superiores, ac visitatores, facta prius significatione soni- tu minoris campanae monialibus se recipiendi, quam consuetudinem nisi praefecta seruarit, officio moueatur Superioris arbitrio.

Confessores in Monasteriorum locis, quos fore-

sterias vocant, cibi capiendi causa ne moren- tur, nisi confessionis tempore.

Neque tum etiam ibi noctu cubent, nisi cum alicui ex monialium numero mors instaret, vt praesto esse possint administrandis sacra- mentis, & reliquis pietatis officijs; aut cum propin- quum monasterio domicilium non habent, vt in multis monasterijs, quae sunt in dioecesi.

Nemini autem confessori saeculari, aut regulari assidue habitare liceat foris in foresterijs, & a- dibus monialium, aut earum sumptibus ibi vi- uere, nec si in ijs locis dormitur, quae monaste- rium attingunt, fenestrae, aut rotae sint; & si sunt, statim muro obstruantur, vt nihil a mo- nialibus, quod in eo loco agatur, aut dicatur, aspici, aut audiri possit.

Clatri lamina, & linea tela fenestellulae eius lo- ci, vbi moniales confitentur, ita compactae co- haereant, vt remoueri non possint; & inde tan- tum audiri, aspici autem nullo modo possint.

Qui vero confessores in ijs deliquerint, statim & officio priuentur; & facultas tum adeundi illud monasterium, tum diuina administran- di eis arbitrio Superioris adimatur.

Eandem poenam subeant omnes Regulares, & a- lli cuiusvis generis clerici, qui cibum, aut som- num capient in locis colloca-tionum, ac foreste- rijs monialium; aut munera alicui moniali, quae secundo, arctioriue cognationis gradu co- iuncta non sit, dederint, aut ab ea acceperint. Superiores tamen, suo arbitratu, cum illis col- loqui, & in foresterijs vesci, & cubare pos- sint, quo tempore visitant monasteria, si ta- men ibi fratrum sui ordinis monasteria non habeant.

Quae si sunt, apud eos diuersari debent, ne- que graues esse monialibus.

Iidem pecuniam, munera, aut praemia a mo- nialibus ne accipiant, quod illae aperte intelli- gant, in eiusmodi visitatione tantummodo ab eis consuli Dei gloriae, & monialium saluti.

Liceat vero iis Superioribus, qui praemuntur inopia, sumptu monialium viuere, cum eas vi- sitant, aut adeunt alia de causa, quae ad ipsa- rum utilitatem spectet.

Regularibus, qui fratres sint monialium, permis- su Superiorum, quemadmodum supra dictum est, semel in singulos annos cum sororibus mo- nialibus tantum colloqui liceat; idq. praesen- tibus ijs, quae colloca-tioni propositae sunt. quod si illi aliquos secum adduxerint, ij cum monialibus omnino ne colloquantur, propo- sita ea poena, quae superius colloca-tibus sine licentia est constituta.

Socij confessorum Regularium sint aetate proue- cti, & Superiori suo probati; neque cum vlla moniali colloqui possint, nisi cum praefecta, & rotae, aut foresteriae praeposita, si quid opus sit confessoribus tum, cum peccata audiunt, eiusdem poenae periculo.

Praeterea Superiores ex decreto sacri Triden- tini concilij quotannis idoneum confessorum ex- traor-

Sess. cad. c. 10.

traordinarium monialibus sibi subiectis exhi- beant. cui curent vt vniuersae confiteantur; vt quae huiusmodi indigent medicina propter aliquem occultum animi morbum, neque ipse eam postulare, aut accipere ab vsitato confes- sore vnumquam auderent, liberius mederi suis malis possint, ac diaboli laqueos euadere, vna cum reliquis confessori nouo sua peccata con- fitendo.

Cappellani.

Sacerdotes, qui in monialiū ecclesijs publicis re- diuinam facturi sunt, bene audiant, & bonis moribus sint, & ab eo etiam approbati, qui monasterio praesidet.

Ex quibus, qui a monialibus mercede condu- cuntur, non ab illis, sed a Superiore, aut eius iussu a confessore monialium deligantur.

Qui, nisi ei facultas scripto concessa sit, cum monialibus ne colloquantur; nisi cum ijs, quae sacristiae praesunt; quibuscum ad rotam eccle- siae quam breuissimè loquantur de his tantum modo rebus, quae ad Missae sacrificium sint necessariae.

Ne magnifici, & sumptuosi apparatus fiant, cum dies festus ecclesiae monialium celebratur, sed pij, ac modesti, & qui religionem, non inanè aliquam speciem, praesferant.

Quo non admittantur musici, figuratum can- tum, aut quoduis musicum instrumentum ad- hibentes.

Famuli, & pro- curatores.

Praefecta monialium neminem ad Monasterij fa- mularum, & procuracione admittat, cuius aetas & mores earum Superiori probati non sint. Eiusdem etiam Superioris sit approbatio eo- rum, qui nunc monialibus inseruiunt. quo in numero medici, tonsores, furno, aut pistrino praepositi, caeteriq. omnes intelligatur, quibus in monialium septa introeundum sit.

Qui Monasterij res procurant, quotannis suae administrationis rationem reddant iis, quos di- ximus; & ad duos menses bonis praedibus ca- ueant cancellarijs Episcoporum, se fideliter ra- tionem reddituros suae administrationis. q. si facere neglexerint, officio priuati censeantur.

Sess. 7. c. 7. Decr. de refor.

In parochialibus ecclesijs, quae Monialium Mona- sterijs annexae sunt, perpetui Vicarij, ex formu- la Tridentini concilij praescripta, ab Episcopis constituantur.

De propria regula, & constitutionibus his assidue legendis.

QVIA moniales, quae professae sunt, non so- lum Dei, & sanctae Ecclesiae praepcepta, quae christianis omnibus praescripta sunt, sed etiam suae regulae, & ordinis leges & instituta serua- re debent; operepretium erit, illis suae voca- tionis, & professionis debitum officium in me- moriam quam saepissimè reuocare.

Ideo in virtute sanctae obedienciae praecipimus, vt in singulis Monasterijs ab aliqua moniali, caeteris professis audientibus, quotidie legatur saltem caput vnum constitutionum regulae, aut

ordinis, cui adstrictae sunt. cuius lectionis ini- tium fiat a primo, & ita procedatur ad extre- mum; ac deinceps ad primum caput redeatur: vt eodem ordine, ac progressionem seruata, nun- quam sacrae huius exercitationis vsus inter- mittatur.

Praeterea has etiam constitutiones frequenter legi iubemus, vt crebra salutarium praepro- rum commemoratione, moniales in obeundo suo munere diligentiores euadant.

Qua in re praefectam monemus, vt caeteras ad summam legum obseruationem non minus ex- plo suo inuitet, quam auctoritate compellat. Denique praecipitur omnibus monialium con- fessoribus, vt illis vniuersis semel legant, & ex- plicent omnia haec decreta, quae in vulgare ser- monem conuersa, ad communè prouincia vti- litatem primo quoque tempore curabimus eden- da; eaq. vt omnino, quae admodum debent, seruent, vehementer cohortentur.

Quae moniales arctioribus constitutionum, regu- laeq. vinculis adstrictae viuunt; non is est ani- mi nostri sensus, vt ab illis susceptae vitae insti- tutis discedant, sed vna cum ijs haec quoque decreta ab illis seruari iubemus.

De Iudaeis.

Prou. 5. par. 1. quae ad fidei tuen. stud. pertin. Prou. 6. quae ad fidem tuen. pert. in fine.

VT quantum possumus, Iudaeis corrupen- di christianorum mores, & eis bona per frau- dem auferendi occasionem adimamus; ipsosq. ad viam salutis traducere studentes, ex sacrorum etiam canonum decretis, edicimus.

Vt iudaei semper, & quocunq. iter faciant; vi- ri pileum, seu birretum crocei coloris; mulie- res impositum reliquo capitis integumento, pannum eiusdem coloris ferant.

Consuetudo in- dazorum Chri- stianis fugienda.

Ne christiani ad conuiuia, nuptias, vel dies fe- stos, & synagogas iudaeorum accedant; aut cum eis ludant; vel, quod detestabilius est, choreas cum iudaeis agant.

Ne iudaeis christiani in famulatu esse possint. Ne christiani, si in diem, vel horam iudaeis ope- ras suas locauerint, apud illos cibum capiant. Ne christianae mulieres, iudaeorum nutrices in eorum domibus esse villo pacto possint.

Nec vero extra eorum domos, nisi cum neces- sitas, Ordinatio probanda, postularit.

Ne christiani iudaeos medendi causa ad se ac- cerfant.

Ne in coniungendis inter se matrimonijs eo- rum opera vtantur.

Ne christianae mulieres, iudaeas fuci, pigmen- torum, aut ornandi se causa adhibeant.

Agros, praedia ecclesiastica iudaeis locari; vasa, vestes, aliaue sacra, vel ad vsum ecclesiae desti- nata, vendi, aut pignori dari ne liceat.

Contractus cu- Iudaeis prohibe- tur.

Ne in aedibus, quae ecclesijs vicinae sint, iudaei habitent; & si qui in eis nunc habitant, intra certum tempus omnino migrare cogantur.

Ne christiani cū iudæis in diebus festis, emptio-  
nis, venditionis, vel alio nomine contrahere  
audeant.

Ne tribus ante Pascha diebus iudæi in publi-  
cum prodeant; neque quidquam palam, vel  
secretò in contempionem christianæ religio-  
nis facere audeant.

Ne dignitatem, vel publicum officium, quod  
ad christianos pertinere aliquo modo possit,  
iudæi obtineant.

Hæc, & reliqua, quæ de christianorum cum iu-  
dæis consuetudine sacris canonibus constitu-  
untur, curent Episcopi, & principes, ac magi-  
stratus, pro suæ quisque auctoritatis munere,  
pœnis contra christianos & iudæos acrioribus  
constitutis, vt inuolatè seruentur.

Iudæi separa-  
tim à Christia-  
nis viuant.

Vehementer etiam à principibus petimus, vt in  
singulis ciuitatibus certum locū constituant,  
vbi iudæi separatim à christianis habitari con-  
ueniant. Et si quas proprias ædes iudæi in ciui-  
tate habent; intrà sex menses eas uerè, nō autè  
simulato contractu, christianis vendi iubeant.  
Illud præterea pro sua pietate principes statue-  
re debebunt, vt iudæi in quibusuis contracti-  
bus, & negotijs, quæ cum christianis habue-  
rint, in libris suis conscribendis, literis, & lin-  
gua vulgari nostra, non autem sermone, aut  
characteribus hebræis vtantur. si secus fece-  
rint, seuerè puniantur, nullumq. inde ius eis  
esse possit agendi, vel excipiendi.

Omni denique diligētia illos in eo eniti æquū  
erit, vt fraudulentam, & infideliam iudæo-  
rum cum christianis contrahendi rationem,  
& eorum facultatibus inhiantem auaritiam  
comprimant, & coërceant.

Conciones Iu-  
dæis habendæ.

Monemus verò Episcopos, vt ab hominibus pijs  
ac peritis linguæ hebraicæ, & rituum iudæo-  
rum, vel si huiusmodi nō reperiantur, ab alijs  
doctis, ac bonis viris curent fidem, ac doctri-  
nam christianam iudæis prædicandam.

Ad eas conciones iudæi omnes iussi conueni-  
ant; sed pueri, ac puellæ seorsum à parentibus  
atque alijs maioribus natu, concionatorem au-  
diant: qui ipsos familiariter instruat, & inter-  
rogantibus benignè satisfaciatur.

Catechumeno-  
rum cura.

In quo signum aliquod conuersionis cognitū  
fuerit, is ab alijs separetur; & in domum ali-  
quam catechumenorum, ad id paratā, dedu-  
catur; vbi diligētius omnia, quæ scire christia-  
num oportet, doceatur.

Catechumeni ne baptizentur, nisi prius dili-  
genter instructi, & examinati fuerint, præfer-  
tum si grandiores sint.

Baptizatorum  
ex iudæis edu-  
catio.

Baptizati cura: alicuius probi viri, saltem per an-  
num committantur, qui vitam illorum ijs ra-  
tionibus regat, ac moderetur.

Vt diebus festis Missam, conciones, ac Vespere-  
ras obeant.

Alijs diebus aliquo artificio, quo victum que-  
rere possint, vtantur.

Ne cum iudæis vllam omnino consuetudinem  
habeant.

Neuè cum christianis, quorum vita flagitio-  
sa sit.

Curet Episcopus, vt iudæus, qui ad fidem se con-  
uerterit, omnia bona sua habeat; ac si filius  
familias sit, legitima, & quæcunque alia bo-  
norum pars ei iure debita, à patre, etiam vi-  
uente detur; vel si mulier fuerit, ei dos à ma-  
rito restituatur, vel à patre constituatur, vnde  
ali possit, ex præscripto constitutionis Pauli  
Tertij summi Pontificis, præsertim in ijs, quæ  
ille statuit de ijs facultatibus, quæ ex vris  
comparatæ sunt.

Die 21. Martij  
1542.

De pœnis, & alijs, quæ generatim ad has consti-  
tutiones pertinent.

**Q**uibus pœnis, nostris in hac prouinciali sy-  
nodo decretis, delicta coërceamus, nihil de  
illis animaduersionibus derogamus, quas ve-  
teres canones, & sacrum Tridentinum Conci-  
lium in eadem peccata constituerant. quare ne-  
gligentes, vel contumaces, & illis, & ijs pœ-  
nis puniendos decernimus.

Quotiescunque delicti causa clerici multan-  
di sunt; quæ ab illis exigenda erit pecunia, nul-  
lo modo ad Episcopum perueniat, in eiusuè  
commoda quauis ratione conuertatur; sed idè  
Episcopus parte pecuniæ, quæ tertiam non su-  
peret, assignata delatori, reliquam pijs operi-  
bus, aut locis quibus ei videbitur, omnino  
attribuat.

Quam pecuniam, si qui piorum locorum, aut  
operum administratores intrà mensem ab eo  
die, quo solui debet, numerandum, non exe-  
gerint, ea Seminario iam nunc adiudicata in-  
telligatur.

Notarius autem, qui attributionis instrumen-  
ta confecerit, triduo ea de re loca pia, quorum  
intererit, admoneat; alioqui eis sua pecunia  
satisfaciatur.

Multas verò, quæ ob delicta ecclesiastica vel  
mixti fori, laicis, à iudicibus ecclesiasticis ir-  
rogabuntur, ad hunc modū diuidi volumus.  
Vt tertia parte pijs locis, aut operibus, eadem  
qua supra diximus, conditione addicta, tertia  
ad fiscum principum sæcularium pertineat, re-  
liquum accusatori detur.

Quibus verò, tum clericis, tum laicis pecuniæ  
multa imponenda fuerit, si sint soluendo, ne  
eis pœnam remittant Episcopi, nisi graui de  
causa (quod iudicium eorum conscientia per-  
iculo sit) sin inopes sint, pecuniam aliqua alia  
salutari pœna commutent, quæ eius generis  
sit, vt peccatorum vulnera contrarijs reme-  
dijs curentur.

Quidquid consensus, approbationis, senten-  
tiæ, vel alio huiusmodi nomine, Episcopi ex fa-  
cultate, in hac synodo eis permiffa, concesserint,  
& ab ipsis, & ab eorum quibusuis mini-  
stris, gratis omnino detur.

Quamcunque facultatem ex decretis in hac sacra  
synodo editis habent Episcopi, eam ipsos per  
suos

suos Vicarios exequi posse volumus; nisi in  
ijs, quæ propriè ad ordinem Episcopalem per-  
tineant; aut in quibus Vicarij à sacris canonibus,  
aut à Concilio Tridentino, vel à nobis  
expressè exclusi sunt.

Si in his decretis, ante alterā Mediolanensis pro-  
uincia synodum, vlla difficultas orta fuerit;  
eius, & omnium, quæ ipsis decretis continen-  
tur, interpretationem & explicationem Me-  
tropolitano referuamus, salua semper sedis  
Apostolicæ auctoritatè.

Quidquid de sacramentorum administratione,  
Missæ celebratione, diuinorumq. officiorum  
modo, & ratione in hac synodo decreuimus;  
id neque ad Mediolanensem ecclesiam, quæ  
sancti Ambrosij præscripto & instituto pro-  
prios ritus, ac cæremonias habet, neque ad cæ-  
teras, quæcunque eodem iure, ac modo ex an-  
tiquissimo tempore sacra facere contueuerūt,  
in ijs quæ eius institutis, ritibus, & cæremo-  
nijs expressè aduersantur, pertinere volumus.  
Cæteris verò & Mediolanensis ecclesia, & quæ  
eiusdem ritibus vtuntur, æquè teneantur, atque  
aliæ, quæ in prouincia nostra sunt, ecclesiæ.

Episcopi, duobus adhibitis de Capitulo illius ec-  
clesiæ, cuius res agitur, quorum alter suo, al-  
ter Capituli iudicio deligatur, statuta, consti-  
tutiones, priuilegia, & indulta ecclesiarum ca-  
thedralium, & collegiatarum recognoscentes,  
accuratè videant, an in illis quidquid sit, quod  
ab ipsis sacri Concilij Tridentini decretis sit  
alienum, ad quorum præscriptum omnia, &  
ex constitutione Sanctiss. D. N. Pii III. & ex  
eodem concilio corrigant, & emendent.

Edita 7. Calen.  
Febr. 1563.

Quod si Episcopo & Canonicis aliqua de ijs ac-  
ciderit dubitatio, ad Metropolitanum referat,  
qui à summo Romano Pontifice explicatione  
eorum postulet, quæ difficultatem habere vi-  
debuntur.

Vt nemini, eorum quæ in hac sancta synodo de-  
creta sunt, ignorantiam excusare liceat; edici-  
mus, vt ex quo primum die edita, in valuis  
Metropolitane ecclesiæ proposita fuerint, ad  
duos menses, omnes se & his decretis, & si cō-  
trà fecerint, pœnis quæ eis continentur, teneri  
intelligant.

Ab eo etiam affixionis die, eorum decretorum  
temporis initium sumēdum decernimus, qui-  
bus aliquid intrà certum tempus præstari iu-  
bemus.

Iubebunt præterea singuli Episcopi, si eis ex-  
pedire videbitur, ea omnia, suæ quoque ca-  
thedralis ecclesiæ valuis affigi; & proxima  
sua diocæsana synodo legi, ac recitari: quo  
studiosius eorum præcepta omnium animis  
inculcentur.

Singulæ etiam cathedrales, & collegiatae, &  
parochiales ecclesiæ huius prouinciæ, has cō-

stitutiones certo aliquo loco collocatas, per-  
petuò asserunt.

Episcopi singulis quattuor anni temporibus, si  
id opportunum contulerint, legi iubeant corā  
se, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, & Colle-  
giatarum omnia ea, quæ de vita & honestate  
clericorum, deq. diuinorum officiorum cele-  
bratione in hac nostra prouinciali synodo sta-  
tuta fuerunt; vt ea crebrò repetita, facilius in  
mores inducantur.

Maximas Deo gratias agere debemus, quòd quæ  
pro communi prouincia salute hoc tempore  
statuenda videbantur, ad optatum exitum per-  
ducta sint; quòdq. eiusdem beneficii princi-  
pes vniuersæ prouinciæ ij obtigerunt, à qui-  
bus omnem opem, auctoritatem, & auxilium  
in eis exequendis, quæ sancita sunt, iure opti-  
mo sperare, & expectare liceat. quod vt ex  
animo, ac summo studio præsent, pro nostri  
officij munere, eos vehementer hortamur, &  
per viscera Domini nostri Iesu Christi obse-  
cramus.

Ex præcepto sacri Tridentini concilij collegimus,  
& cognouimus abusus omnes, qui in indul-  
gentias ex superstitione, ignorantia, irreue-  
rentia, aut quauis causa in prouincia Mediola-  
nensi irrepererunt, vt Metropolitanus de ijs, ex  
sententia synodi, ad summum Romanum Pon-  
tificem referat. cuius auctoritate, & pruden-  
tia constitutis ijs, quæ huic prouinciæ nostræ  
expedire videbuntur, fideles salutarem indul-  
gentiarum fructum piè & sanctè percipiant.

Actum est diligenter à nobis ex præscripto sacri  
Tridentini concilij, quæ ratio iniri posset, vt  
aliquæ ecclesiæ cathedrales prouinciæ nostræ  
Mediolanensis, quarum sunt tenues fructus,  
ita nouis prouentibus auerentur; vt & ad il-  
larum necessitatem, & ad Episcopalem dignita-  
tem satis essent. eam autem rationem nomine  
synodi Metropolitanus ad Sanctiss. D. N. refe-  
rat; qui cognita rei necessitate, pro sua pru-  
dentia & pietate, & Episcopis, & ecclesijs con-  
sulere poterit.

Quia multa à summo Romano Pontifice & publi-  
cæ totius prouinciæ Mediolanensis, & priuatæ  
singularum ecclesiarum utilitatis causa peten-  
da sunt; decernimus, vt quidquid ab eius San-  
ctitate cōmunibus nostris, & qui ad sunt, pro-  
uincialium Episcoporum literis postulabitur,  
id huius synodi nomine, & auctoritate ita  
factum intelligatur, perinde ac si in sessione  
publicè postulatum esset.

Omnia & singula, quæ in hac sacra synodo decre-  
ta, actaq. sunt, quæ debemus obedientia, ac  
reuerentia, auctoritati, ac iudicio sanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ, omnium ecclesiarum matris,  
& magistræ, semper emendanda, & corrigenda  
subijcimus.

L A V S D E O.  
Finis Concilij Prouincialis Primi.

ORATIO

# ORATIO CAROLI CARDINALIS TIT. S. PRAEDEXIS

ARCHIEPISCOPI.

*In Concilio Prouinciali Primo habita.*



**D**E summo erga nos beneficio factum est, Patres Reuerendissimi, vt Tridentinum œcumenicum concilium, triginta ante annis inchoatum, sed variè intermissum, singulari Pij Quarti, Pont. Max. pietate, ac prudentia reuocatum, insigni frequentissimorum patrum virtute, atque doctrina, superiore anno mirabiliter absolueretur. Quo in concilio cum omnia præclarè constituta sint, quæ ad explicandam fidei veritatem, & ad restituendam ecclesiasticæ disciplinæ integritatem pertinebant; diuinitus profectò, Patres, illud decreuistis, vt Conciliorum Prouincialium, quæ iamdiu haberi desierant, vsus aliquando renouaretur, ex quo certissimum est, christianam rempublicam vberimos salutis fructus esse percepturam. Et quidem natura, & ratione ipsa ducimur, vt in grauioribus rebus deliberandis aliorum consilia exquiramus; vel quòd cautior deliberatio est, si ad nostrum iudicium multorum sententia accesserit; vel quia apud illos, quibus consulere maximè cupimus, maiorem auctoritatem, & pondus habet consultatio, in quam plures consenserint. Est huius in ecclesia instituti auctor Christus Dominus, magistriq; Apostoli. nam eius certa sanè est illa promissio, cum suam opem, suumq; auxilium, se denique ipsum, eiusmodi patrum conuentibus, ritè celebratis, pollicetur, & defert. *Ubi fuerint, inquit, duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum: itemq; Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à patre meo.* Apostoli autem & si doctore spiritu sancto vberem omnium rerum cognitionem singuli acceperant: tamen si quid grauius, publicè præsertim, agendum esset, hac consultandi ratione vti consueuerunt, quam vt cæteri etiam conseruarent, lege sanxerunt, vt bis in annos singulos concilia ab Episcopis haberentur. Innumerabiles deinceps sanctiones sunt constitutæ, decretaq; promulgata & ab summis Pontificibus, & à Concilijs tum œcumenicis, tum prouincialibus de retinenda, aut certè repetenda hac synodorum consuetudine, quemadmodum temporum ratio postulabat. Atque vtinam quæ à sanctissimis illis viris culta, & posteritati ad salutem ecclesiæ tradita ratio est, prouincialium conciliorum, eam nos ad hanc diem piè constanterq; retinuissimus; & quantum illi consilij, & voluntatis ad pro-dendum posteris optimum institutum, tantum nos pietatis & diligentia ad tuendum adhibuissimus. Huius enim consuetudinis intermissio, difficilè est dictu, quantas calamitates in christianam rempublicam inuexerit. nam iudicij metu sublato, cum præter summum Romanum Pontificem nemo esset, qui à Dominici gregis pastoribus Depositi custodiam, tritici dispensationem, vineæ cultum, & villicationis suæ functionem recognosceret, sortem cum fœnore exigeret, & à singulis grauisimi, multiplicisq; officij, more maiorū, rationem exposceret: tum miserabiliter prolapsa est institutio ecclesiasticæ disci-

disciplinæ; tum qui alios in officio continere debebant, maximè ipsi ab officij semita declinauerunt. Hic nota sunt vobis, Patres, ecclesiæ Dei vulnera, quæ libenter prætereo, quia sine acerbissimo doloris sensu nec à me commemorari, neque à vobis audiri posse existimo. Ergo singulari virtute, ac prudentia vestra grauisimis malis remedium inuentum est, hac renouatione prouincialium conciliorum reliquum modò erat, vt sapienter excogitata medicina, ægrotis prouincijs salutariter adhiberetur. Cui nos officio pro nostri Metropolitanis muneris ratione, proq; amore in hanc urbem, quæ apud nos, & pietatem parentis, & charitatem filia obtinere libentissimè profite-mur, si per debitam obedientiam licuisset, primo quoque tempore satisfacere studuissimus. Cum primùm igitur huius rei data est facultas, eam illam summo studio amplexi sumus, eo animo, atque consilio, vt Deo auctore, vobis adiutoribus, obeundi muneris tarditatem, actionum grauitate, & diligencia compensemus. Itaque huc omnes conuenimus, vt ex hac quasi specula singulis prouinciæ nostræ partibus circumspèctis, Ezechielis Prophetæ voce diuina admoniti, *Quod periit requiramus; quod abiectum est, reducamus; quod confractum est, alligemus; quod infirmum est, consolidemus; quod pingue & forte, custodiamus.* Id omne vt præstare possimus, petendum à Deo in primis est summis precibus, summaq; vitæ integritate & innocentia, atque in proximos charitate, vt nobis suo lumine præluceat, consilia & actiones nostras sua gratia prosequatur. Quemadmodum autem neminem nostrum, vt cuiusque conditio tulit, aut ætas, aut labor, aut valetudo, aut itineris longitudo retardauit, quo minùs in hunc locum frequètes ante statutum diem conueniremus, qua in re priuata commoda communi officio posthabuimus: sic ad ipsam consultandi, & decernendi rationem curandum est, vt integram optimamq; mentem, ac voluntatem afferamus, vim publici muneris priuatis comodis anteponamus, eorum vtilitati, quibus præsumus, non nostris rationibus seruiamus. Hoc sanè enim est, non quæ nostra, sed quæ Dei sunt, quærere. Hoc munus pastoris, hoc ducis officium, hæ gubernatoris partes sunt, vt gregi, militibus, nauì potissimum prospiciant: nã subditorum salute, præfecti incolumitas continetur. Et quia tria præcipuè sunt, quæ ex Tridentini Concilii auctoritate in prouincialibus concilijs agi, & confici oportet, vt delicta corrigantur, mores ad optimam disciplinam reuocentur, & tollantur, dirimanturq; controuersia: primum illud erit iaciendum tamquam firmissimum totius ædificij fundamentum, vt omnibus, & singulis, quæ à Sacro Tridentino cõcilio definita, ac statuta sunt, palàm receptis, detestantes hæreses omnes, quæ à sacris Canonibus, concilijsq; œcumenicis, præsertim verò Tridentino, damnatæ sunt, veram obedientiã summo Romano Pontifici spondeamus, fidemq; *Sine qua impossibile est placere Deo,* Hebr. 11. ex præscripto eiusdè concilij, ac sanctis. D. N. rone & formula profiteamur: & ad eius in prouincia nostra tuendã integritatem, id quod ad hanc diem nobis præstitisse videtur Dei benignitas, opportuna præsidia, summamq; diligentiam & vigilantiam, pro locorum & temporum periculo adhibeamus. Deinde in delictis corrigendis illa nobis ineunda ratio est, vt pro vi & modo morborum, ægrorumq; natura, medicinam accomodemus: nunc leuibus admonitionis & obiurgationis remedijs errata castigantes; nunc acriori curatione vtentes; denique exulceratis partibus ferrum & ignem admouètes, quemadmodum mali ratio, & cõtationis periculum postulat, memores semper nos esse patres, non dominos. Morum autem disciplinã faciliè restituemus, si, quæ ratione, quibusuè factis primùm constituta, diuq; conseruata est, eandem nos in restituenda adhibebimus, illorum vestigia persequentes, qui hanc bonorū ampli-



amplitudinem nobis, Deo auctore, sua virtute pepererunt. Proponamus nobis quaeso, Patres, illorum vitae sanctitatem, & in administratione sui officij sapientiam. Erant integri, casti, simplices, modesti, humiles, bene morati, in oratione, & lectione assidui, sui despicientes, in alienae salutis cura & cogitatione defixi, consilio, & opera benigni, hospitales, in domestico cultu & victu parci, in alios benefici & liberales. *Erant vigilantes super gregibus suis, vineam Domini summa diligentia, & labore colentes, & custodientes.* Pascebant assidue oves: sibi commissas, triplici salutis cibo: verbo, exemplo, & sacramentis: memores quoque, & imitatores summi pastoris Christi, qui pro vniuerso grege suo sanguinem, & vitam profudit, ipsi pro suarum ouium incolumitate quemuis excipere laborem, subire omnes casus, omnem vim, atque iniuriam perferre, denique ut bonus ille pastor euangelicus, animam suam pro ouibus ponere non dubitabant, nullum inde huius vitae fructum expectantes, ut maximos caelestis retributionis fructus consequerentur. Haec, si ut debemus, Patres, ante oculos habebimus, facile intelligemus, quid in restitutione ecclesiasticae disciplinae nobis sit hoc tempore agendum. in quo illud etiam animaduertendum erit, ut, quemadmodum in conformanda, & constituenda ecclesiastica ratione, Christus Dominus ab ipsis Apostolis, quos christianae vitae magistros esse voluerat, initium fecit: sic nos a nobis ipsis pastoribus, quos viuendi exempla & praecipua alijs tradere oportet, in conformanda restituendaque morum disciplina exordiamur. Haec officia, si quo debemus studio praestiterimus, parui profecto negotij erit sedare controuersias, id quod nobis Trid. syn. faciendum proposuit. Nam sublata cupiditate, *quae est omnium radix,* & semen dissensionum, facile praesentis temporis discordias componemus: nullumque in posterum dissidendi locum cuiquam in prouincia nostra relinqueamus. Quare ad piam hanc, necessariamque muneris nostri curam, ac diligentiam, Patres, toto pectore incumbamus: hoc acceptabili tempore, hac die salutis, quam fecit Dominus, enitiamur, ut quantum consilio, opera, actionibusque Spiritu Sancto duce, & moderatore possumus, tantum ad constituendam communis prouinciae incolumitatem afferamus. Amplissima haec, & nobilissima ciuitas Mediolanensis, charitatem & sapientiam vestram implorat: hanc singuli vniuscuiusque vestrum greges incredibiliter requirunt: tota prouincia re magis, quam voce deposcit. Hoc optimus & maximus rex Philippus, in cuius regia dignitate, ut verbo complectar, sacerdotalem animam licet agnoscere, hoc caeteri huius prouinciae principes, de populorum salute solliciti, a nobis desiderant: quorum studia, atque officia non vereor ne nobis sanctisque huius synodi decretis semper adsint, eamque potestatem, quam a Deo acceperunt, ad Dei & cultum, & voluntatem libentissimè conferant. Postulat sacrosancta Tridentina synodus, ut ne tot, tanti que labores, a sanctissimis patribus in ea suscepti, breui tempore intereant. Hoc vehementer expectat Pius Pontifex Maximus, ex illo praesertim die, quo nos ab administratione consiliorum suorum, & procuratione ecclesiae, ad vos dimisit. Cui date quaeso, ut & perfectionis nostrae, & vestrorum laborum vberes fructus deferre possim: praeclearas scilicet salutareque huius concilij actiones. Hoc ipsum exigit vestra virtus, quam in publico orbis terrarum conuentu spectatam, & cognitam, nunc in vestrorum populorum vita, ac salute tuenda debetis exprimere. Hoc denique flagitat a nobis Christus Iesus, ut constet sibi ratio officij nostri erga oves, quas, precio sanguinis sui redemptas, nostrae fidei prudentiaeque commendauit, & concredidit: ne quando sanguinem illarum de manu nostra requirat, si (quod Dei benignitas prohibeat) culpa, aut negligentia nostra eas diripi, aut dispelli patiemur.

59

**C O N C I L I V M**  
**P R O V I N C I A L E**  
**M E D I O L A N E N S E I I.**

Quod

**C A R O L V S B O R R O M A E V S**  
**S. R. E. C A R D I N A L I S**  
**T I T. S. P R A X E D I S**  
**A R C H I E P I S C O P V S.**

**Habuit an. à Chr. nat. M. D. LXIX.**  
**Pio Quinto Pontifice.**

## CAROLVS BORROMAEVS

S. R. E. tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis,

Dei &amp; Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Mediolani.

Vniuersis Prouinciæ nostræ fidelibus salutem in Domino.



UPERIORI proximo anno prouincialem Synodum, tribus post alteram annis, ex Tridentini concilij præscripto, habuimus. Quæ in Synodo de Episcoporum prouinciæ cõsilio, atque assensu, hæc decreta confecimus, quæ, typis impressa, in lucem emitti iussimus. In ijs nihil sanè quidem aliud propositum nobis fuit, nisi vt

CHRISTI Domini gloriæ in primis seruiremus; & salutem vestram, quantum in nobis fuit, paterna cura prospiceremus. Quo igitur maximo potestis, & quo certè debetis, studio pietatis, ea vos suscipite, atque obedientiæ spiritu ita seruate; vt ijs pastorum vestrorum vocibus excitati, ad omne Christianæ pietatis officium in dies vos, adiutrice Dei gratia, longius progredientes, tanquam filij lucis, ambuletis, & fructum afferatis in omni iustitia & bonitate. Bene valete in Domino, à quo vobis precamur pacem, & salutem sempiternam.

## Edictum de Concilio Prouinciali II.

In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

Carolus Borromæus S. R. E. tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, Vniuersis Prouinciæ nostræ fidelibus. Salutem in Domino.

QVOS cælestis sapientia pastores & esse, & dici voluit, eorum tanta, tamq̃, grauis, atque acè sancta sollicitudo esse debet; vt in ijs quæ ad castissimum Dei cultum, ad Ecclesiæ auctoritatem ac dignitatem, & ad cleri, populiq̃, disciplinam non conseruandam solùm, sed augendã etiã pertinent, non voluntas, non diligentia, non pietas denique illorum vlllo loco desideretur. cum igitur ad morum emendationem, & ad christiana pietatis restitutionem, amplificationemq̃, Tridentini patres, duce spiritu sancto, optimorum cõsiliorum auctore, veterem illam rationem, alijs concilijs decretam, renouandam statuerint, vt tertio quoque anno prouincialis Synodus celebretur; tertiusq̃, is annus iam abierit, quo primùm Mediolani Synodum eiusmodi habuerimus; id propter nos, qui Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopalem hanc curam gerimus, pro ea, quam populis fidei nostræ commissis debemus, sancta sollicitudine, volumus iterum Prouinciæ nostræ Episcopos, literis unicuique illorum scriptis, in Metropolitanam nostram Mediolanensem Ecclesiam ad concilium euocare, huiusq̃, inchoandi diem certum perscribere, nempe qui erit

24. Aprilis proximè sequentis. Ut autem ceteris omnibus, atque singulis, qui possunt, debent, ne iure, aut consuetudine, aut priuilegio eidem interesse, pernuclata sit ac nota huius nostri Concilij inditio; neue cuiquam vel rei ignorantia ad excusationem vti, vel se contemptum, neglectum esse, dicere liceat; ijs ipsis vniuersis, ac singulis, tum ceteris, qui sua interesse quauis ratione putarint; tum illis etiam, qui liberi sunt, atque exempti, quiq̃, nullius diocesis, intra Prouinciæ nostræ fines continentur, hoc edicto publicè proposito, illud idem significamus, indicimus, ac denunciamus; iubemusq̃, item illos ipsos omnes, & singulos, qui interesse debent, huc in concilium conuenire ad constitutam eã diem, pœnis illis propositis, quæ canonicis sanctionib⁹ decreta sunt.

Monemus præterea, ac per viscera IESV CHRISTI Domini hortamur omnes Prouinciæ nostræ fideles, vt assiduis precibus, reliquisq̃, christianæ pietatis officijs à Deo misericordiarum, & patre totius consolationis, nobis, negotium tam salutare tractantibus, auxilium implorent; quod facilius nos, eius ope adiuti, in conspectu animi habentes exemplum grauissimæ & sanctissimæ disciplinæ, quæcumque ad eam restituendam accommodata, necessariaq̃, sunt, ea sine vllis hæsitationibus decernamus, tum ad Dei ipsius gloriam, tum ad eorum qui in nostra fide, curaq̃, conquiescunt, salutem. In quarum rerum omnium fidem hoc edictum confici, auctoritateq̃, nostra imprimi, & nostro signo muniri, tum Cellarij nostri manu signatum, in vulgus publicè proponi volumus. Dat. Mediolani die 16. Martij 1569.

## DECRETA

DECRETA CONDITA  
IN CONCILIO PROVINCIALI  
MEDIOLANENSI SECVNDO.

In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti.



OS CAROLVS BORROMAEVS, S. R. E. Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, de consilio, & assensu Reuerendiss. Patrum, Coepiscoporum nostrorum, in Prouinciali nostro concilio Mediolanensi secundo, hæc quæ sequuntur, constituimus ac decernimus.

## TITVLVS I.

Quæ ad fidem tuendam, Sacramenta ministranda, & alia Pastoralia munera pertinent.

Vide Conc. prou. 1. par. 1. & 2.

## Decretum I.

Prou. 1. par. 1. de fidei profess. &c. pag. 1.

Edicti contra hereticos promulgatio quotannis.

EPISCOPVS edicto quotannis publicè proposito, omnes & singulos suæ diocesis homines, etiam quauis dignitate, gradu, honoreuè præditos moneat, eidemq̃, in virtute sanctæ obedientiæ, ac pœna excommunicationis lata sententiæ proposita, id iubeat, vt si eorum quispiam iam scit cuiusvis sectæ hæreticos homines, eouè nomine suspectos, aut infames, aut quouis modo à fide catholica aberrantes, aut qui verba hæreticalia protulerint, aut q̃ hæreticorū libros, scriptauè, quæ quouis modo auctoritate Sedis Apostolicæ prohibita sūt, legunt, vel apud se habent; decem ad summum diebus post edicti promulgationem; si verò in posterum sciet, decem diebus postquam id norit, illos omnes & singulos, vel ipsi Episcopo, vel hæreticæ prauitatis Inquisitori denunciât.

Parochis autem suis iubeat, vt edictum eiusmodi in singulos annos, semel Quadragesimæ initio, iterum ineunte Domini aduentu, publicè in sua quisque Parochia, cum in Missa frequentior populus adest, de scripto ipsi pronunciet & promulgent.

## Decretum II.

Prou. 1. par. 1. de fidei initijs. &c. pag. 2.

Sodalitas doctrinæ christiana institueda.

QVO studiosius Parochi in eam curam, quæ constitutione de fidei initijs, à Parocho tractandis, superiori concilio præscripta est, in-

cumbant; id etiam curet Episcopus, vt in singulis diocesis suæ oppidis & vicis doctrinæ Christianæ sodalitas instituat, quæ in eo munere ipsos Parochos adiuuet.

Cuius rei causa, libellus quem vnusquisque Episcopus in suæ diocesis scholis eo nomine institutis adhibere poterit, iussu nostro edet. Quibus autem locis sodalitas eiusmodi institui non poterit, in ijs duo, tresuè homines saltem deligantur auctoritate grauiore; qui pro Christiana pietate id sollicitudinis suscipiant, vt pueros, adolescenteuè ad parochum inducant, à quo in Ecclesia illi fidei rudimentis imbuantur.

## Decretum III.

Prou. 1. par. 1. de blasphemia. pag. 5.

VT detestabile blasphemæ scelus, quam diligentissimè fieri potest, tollatur; præter ea quæ superiori cõcilio Prouinciali sancita sunt, id Episcopi studeant, vt in sua quisque vrbe & diocesi, hominum qui zelo religionis accensu sint, sodalitates Dei nominis instituant, præscriptis eidem sodalitati regulis vnà cum Indulgentijs in Bulla expressis, quam fe. recor. Pius Quartus eius rei causa confecit.

Sodalitas nominis Dei ad tollendâ blasphemiam. Part. 1. tit. de blasphem.

Bulla edita idibus Apr. 1564.

## Decretum IIII.

Prou. 1. par. 1. de profess. fidei &c. in fine.

QVAE de quauis scientia problemata, vel axiomata, vel alia quæuis eius generis publicè exercendi ingenij causa, aliaue ratione proponi solent; curet Episcopus, ne in posterum antea proponantur, quam ab ipso, aut ab ijs quos huic rei præfecerit, cognitum sit, nihil in ijs subesse, quod doctrinæ fidei, & pietati Christianæ repugnet.

Cõclusiones in publicum proponendæ à quibus probandæ.

## Decretum V.

Prou. 3. quæ ad Episcopale forum pertinet. §. summorum Pontificum. itè quæ generatim. &c. §. quibus prouincialium. Prou. 4. par. 3. de foro Episcopali, §. quod de pontificiarum.

SVMMORVM Pontificum Bullas, quæ quotannis de quauis causa ab illis edentur, Episcopus p̃ duobus saltem post mensibus, quam illas Romæ editas cognouerit, in sua diocesi eas potissimum promulgandas curet, quas promulgari in ijs ipsis iussu erit, tum illas item,

F. quas

quas ad Ecclesiam suam gubernationem pertinere aliqua ratione posse iudicabit. Quorum omnium Bullarum librum confici, & in Episcopali Archiuo asseruari iubeat. Metropolitanus autem cura sit, eas omnes, cum primam acceperit, ad singulos Prouinciae Episcopos mittere.

Decretum v i.

Prou. i. par. 2. de visitat. pag. 23.

Visitatores sacerdotes sint. EPISCOPVS cum ad visitationis munus Sacerdotes idoneos adhibere potest, ne alijs inferioris ordinis clericis utatur.

Decretum v i i.

Prou. i. par. 2. quae ad sacr. admin. §. epi. pag. 7.

Episcopi officium in consecrationibus & benedictionibus. QVO magis fideles ad rerum diuinarum cultum excitentur, Episcopus non in sacramentorum solum administratione, verum etiam cum consecratione, quae cuiquam Ecclesiae Altariue adhibetur, vel benedicendae Campanae, vel velandae Monialis, vel alterius cuiusvis rei consecrandae munus in conspectu populi aggre ditur, illius mysterij quod tractat, vim & rationem pie explicet.

Decretum v i i i.

Stipendium Vice curato Cathedralis Collegiae tenue ecclesiae at tribuendum. QVAE Ecclesiae vel cathedrales, vel collegia te peculiarem parochiam habent, neque eius parochiae curatio ad certas personas ex officio pertinet, in ijs curet Episcopus, ut quibus ea ipsa cura committetur, certum stipendium aut emolumentum ad eorum vitam honeste sustentandam, ipsius Episcopi arbitrio, a Capitulo, vel ab ijs ad quos spectat, attribuat.

Decretum i x.

Prou. i. par. 2. de bapt. §. cum oleum. pag. 7.

Liber distributionis sacrorum oleorum & quis ea deferat. CVI in Ecclesia cathedrali id muneris datum est, ut oleum, aut chrysuma sacrum Plebanis, alijsue distribuatur; is in librum eo nomine compositum, illarum Ecclesiarum nomina referat, quibus dederit. Pari ratione Praepositi, Plebaniue libro notent eas Ecclesias parochiales, quibus singulis annis sacra olea distribuunt. Si vero omnes ne illa alijs deferenda dent, nisi ijs qui sacris ordinibus initiati sunt. Hoc ipsum etiam feruetur, cum Parochus ad sacrum oleum aegris ministrandum accedit, ut ipse scilicet, non laicus homo illud in itinere deferat.

Decretum x.

Prou. i. vtsupra. §. fideles.

Compatres rudes ne adhibeantur. CVM id nostra superiori Prouinciali Synodo de compatribus praescriptum sit, ut illi tales deligantur, qui suscepti muneris partes explere possint; id autem ipsi praestare non queant, sed

si ne rudimenta quidem fidei norint: idcirco ea cura sit Parochis, ut quos compatres ita im peritos nouerint, ut Symbolum fidei, siue ea quae in Symbolo continentur, ignorent, illos eo officio suscipiendi de Baptismo infantes, fun gi ne patiantur.

Decretum x i.

Prou. i. par. 2. quae pert. ad sacr. Euch. in fine, pag. 8.

Quod superioris concilij Prouincialis decreto, de duabus Eucharistiae particulis ad agrum deferendis constitutum est; id quoniam non sine difficultate ubique, & semper obseruari potest: ideo ubi Episcopi iudicio, vel loci distantia, vel itineris, temporisue difficultas, vel alia causa impedit, quo minus illud praestari possit, tum licebit sacerdoti, eam sanctissimam Eucharistiae particulam solum deferre, quam aeger percipiturus est; ita tamen ut cum inde Parochus redit, non superpelliceo, non stola indutus sit, neque tintinabulum pulsatur, neque umbella adhibeatur, extinctis etiam luminibus, non palam vasculum deferatur.

Decretum x i i.

Prou. i. par. 2. vtsupra initio.

Parochi Paschae tempore sanctissimae Eucharistiae sacramentum ijs tantum ministrat, qui non modo tunc in parochiae suae finibus habitant; verum etiam maiorem anni partem, aut sex saltem menses in ea habitauerint; nisi sint, qui paucioribus ante diebus mensibusue illuc habitatum venerint eo animo, ut in ea domicilium habeant; nisi item qui ab Episcopo propriouere Parocho facultatem scripto concessam exhibuerint alio loco communicandi; tum praeterea nisi peregrini sint, & aduenae homines, idque in parochia aliqua dioecesis; quod si in vrbe, tum in cathedrali Ecclesia Eucharistiae sacramentum percipiant. Horum autem peregrinorum & aduenarum Eucharistiae sacramentum percipientium, nomina, cognomina, originis, seu domicilij locus vno in libro fideliter asseruando a Parocho, ante omnia adnotetur, Quare singulis diebus cum in Pascha Resurrectionis Domini nostri IESU CHRISTI sacramentum Eucharistiae administrabunt, antequam illud cuiquam praebant, ad populum conuersi denuncient, ut si quis eorum qui ad sunt, Parochiae suae incolae non est, ad suam quisque parochialem Ecclesiam abeat, ubi, quemadmodum canonum sanctionibus iussum est, eo tempore sacramentum Eucharistiam sumat. Parochi vero vrbei aduocent, atque hortentur crebro eos, qui rus ire saepius solent, ut festis diebus illis solemnibus, nempe die Natali Domini, in Quadragesima, & hebdomada sancta potissimum, Paschae tempore, Ascensionis Domini die, in celebritate Corporis Domini, in die Pentecostes, ruri non habitent, sed

Duae particulae eucharistiae quae non deferenda. Par. 2. tit. Quae pert. ad Sacra. Euch.

Communio Paschalis.

Decretum xv i i.

Prou. i. par. 2. de vsuris. pag. 40.

Usurarii manifesti non sepeliantur. NE Parochi usurarium manifestum, ut Gregorii Decimi constitutione sancitum est, etiam si in testamento, aliaue quadam vltima voluntate ipse mandarit ea restitui, quacumque vsurae nomine acceperit, in sepulturam Ecclesiasticam tradant; nisi pro eorum facultatibus, re ipsa illis satisfactum sit, a quibus vsuras exegerit; aut si ij absint, Episcopo, Vicarioque eius, vel Parocho, intra cuius Parochiae fines ille dum vixerat, habitabat, vel Notario publico de restitutione cautum sit pignorum, aut idonea sponsonne facta. Qui vero Parochus id generis hominem sciens sepelierit, is nouerit se excommunicationis poena affectum esse, ex Clementis Quinti constitutione, in concilio Viennensi edita.

Decretum x i x.

Prou. i. vtsupra.

Superioris Prouincialis concilij constitutione, & si contractus depositi, ex quibus aliquid vltra fortem percipitur, tum rei venditionis, quae modico precio fit, adhibita redimendi pactione; tum alios praeterea quosdam contractus, ex sacrorum canonum iure, & probatorum Patrum sententijs, tanquam manifeste usurarios improbauimus: tamen quoniam saepe facto meri depositi, & liberae emptionis nomine, quasi liciti contractus specie vsurae occultantur; idcirco & cum eis, qui eiusmodi contractuum, aliorumue specie qui vetiti sunt, vsuram commiserint, & cum Notarijs qui scientes rogati conscripserint, prout iuris est, agatur.

Decretum x x.

Prou. i. par. 2. de ieiunio. pag. 12.

Ob infirmam valetudinem, aut ob aliam iustam causam permissum erit. Quia quadragesimae diebus, carne, aut alijs eo tempore vetitis cibis vesci; eos Parochi pie illud admo neant, ne publice, neue etiam cum domesticis, sed separatim in remotiori adiuu loco, eius generis cibum capiant; ut ob corporis imbecillitatem, aut morbum potius quolaborant, quam ob ingluuiem facere cognoscantur.

Decretum x x i.

Prou. 3. quae ad Sacra. pert. Prou. 4. par. 3. de foro Episcopali, Prou. 5. par. 3. De Episcopis, & c. §. Non solum.

Excommunicationis poena affecti sunt, in sanctae matris Ecclesiae gremium restitui, ac ne alij eorundem commercio consuetudineue per imprudentiam vtantur; nos veterum canonum auctoritate

fed in vrbe, atque in frequentioribus oppidis, ubi a rusticatione feriati, sacris, & diuinis officijs intersint; de verbo Dei conciones audiant; caeteraque Christianae pietatis munera praestent; quae ab vnoquoque Christiano homine debita, solemnes & stati illi dies maxime requirunt.

Decretum x i i i.

Prou. i. vtsupra.

Interdictum, & denunciatio non communicantiu. QVI Paschae tempore Eucharistiae sacramentum non sumpserint, si postquam ter, aut vnicam monitione, quae vna pro tribus facta sit, etiam generatim moniti, in contumacia perseverauerint; iubeat Episcopus, eos ipsos Ecclesiae ingressu, & Ecclesiastica sepultura interdictos, in propria parochiali Ecclesia denunciari; tum eorum nomina descripta ad cathedralis, & parochialis Ecclesiae valuas affigi: si vero in contumacia perseverauerint, in eos praeterea, prout iuris est, animaduertat.

Decretum x i i i i.

Prou. i. vtsupra.

Mendici vagantes in paschate communicent. EPISCOPVS de vita, & moribus mendicorum vagantium diligenter inquirat; initaque aliqua ratione curet omnino, ut sacro Paschae tempore illi communicent.

Decretum x v.

Prou. i. vtsupra. item quae pert. ad extr. vnt. pag. 12.

Preces in deferenda Euchar. vel extrema vntione. PAROCHVS cum vel sacrosanctam Eucharistiam, vel extremam vntionem sanctum oleum ad agrum defert, in via septem psalmos ex animo, pieque dicat, vel alias religiosas preces.

Decretum x v i.

Prou. i. par. 2. quae pert. ad Sacra. Euch. §. Ut oratio pag. 8.

Oratio 40. horarum. ORATIO, quae quadraginta horarum dicitur, ne vlla in Ecclesia extra ordinem constituitur, sine Episcopi concessu. Idque eam ita sancte geri curet, ut pij illius instituti ratio exigat.

Decretum x v i i.

Prou. i. par. 2. quae pert. ad Sacra. poenit. adm. pag. 10.

Constitutio Pij V. a medicis seruanda. Bulla edita 8. Mar. 1566. QVOD summus Pontifex PIVS Quintus, propositis excommunicationis, alijsque poenis iussit, medicos ab egrotantis curatione post triduum abstinere, nisi eo tridui spatio de peccatis suis confessus ille sit; id Episcopus curet quam diligentissime obseruari. Rationemque praeterea aliquam statuatur, qua medicis ipsis facilius exploratum esse possit, agrum peccata sua vere confessum esse.



ritatem secuti, id iubemus; vt Episcopus, cum excommunicationis sententiam contra aliquem tulerit, eumq. excommunicatum palam denunciari iusserit, eius nomen, & cognomen tum ad cathedralis, & propriae parochialis Ecclesiae valuas affigi, tum descriptum mitti curet Parochis, & vrbis & diocesanis: qui primo saltem cuiusque mensis Dominico die illum populo excommunicatum denuncient; neque hoc agere desistat, quoad ipsi Episcopus significarit, eundem matri Ecclesiae reconciliatum esse. Quod si tres menses is excommunicationis vinculo irretitus permanferit; illius nomen, & cognomen Episcopus tum reliquis huius Prouinciae Episcopis, tum illis praeterea denunciet ac significet, quorum dioeceses sibi finitimae sunt. Cum autem ille ipse ad matri Ecclesiae gremium redierit, quibus antea illum excommunicatum Episcopus denunciauerat, ijs eundem absolutum quamprimum significet. Quod si quis per annum in excommunicatione permanferit; ad Episcopum Parochus eum deferat, vt contra illum agatur, quemadmodum & canonum iure, & summorum Pontificum sanctionibus decretum est.

Decretum XXI I.

Prou. I. par. 2. quae ad Sac. ord. admin. pertin. pag. 12.

processiones ante sacros ordines.

IVBEAT Episcopus, vt Dominico illo die, qui quatuor stata ieiunij tempora, quibus ordinis sacramentum ministratur, proximè antecedit, Parochi non solum solemne illud ieiunium huius rei causa institutum denuncient, verum etiam in sua vnusquisque eorum parochiali Ecclesia supplicationes, litaniasq. pie ac religiose vel intus habeat, vel prosequente fidelium multitudine, foris Ecclesiam, sicut moris est, obeat: vt Dei, Sanctorumq. ope implorata, tum Episcopus in eorum delectu, quibus ordines conferet, spiritus sancti lumine illustretur; tum illi, quibus conferuntur, in vitae sanctitate, doctrina, religiosiq. virtutibus proficiant.

Decretum XXI I I.

Prou. I. vtsupra.

Clericus regul. quando sacris ordin. non adscribendus. Bulla edita pridie Id. Octobr. 1568.

VT quod summus Pontifex PIVS Quintus in explicatione decreti Tridentini, quod est Sessioe 22. cap. 2. constituit, executionem habeat; Episcopus ne clericum vllum regularem, neque saecularem, qui regularium more in comuni vita disciplina sit, beneficiumq. Ecclesiasticum non habeat, ordinibus sacris adscribat, nisi a Superiore fidem ille attulerit, se religionis, cui adscriptus est, professionem confecisse; iuratusq. affirmet, scripto manu sua subsignato, coram Episcopo se id spontè fecisse, aut ratum habuisse. Illud autem scriptum in Archiuo asseruandum Episcopus curet.

Decretum XXI I I I.

Prou. I. vtsupra.

clerici certè ecclesiae adscribendi. Sess. 23. cap. 16

QUICVNQUE aliquem Ecclesiasticum ordinem suscipit, is, vt Tridentino concilio iustum est, certae Ecclesiae adscribatur, in qua functiones, quas ei Episcopus praescripserit, obeat: nec verò alius eidem ordo ante conferatur, quam ipsi Episcopo fidè testimoniumq. ille attulerit, se in Ecclesia, cui adscriptus est, praestitisse praescriptas sibi functiones. Si verò aliqua de causa eodem tempore, ex sacrorum canonum permisso, plures ordines minores clerico Episcopus contulerit; eidem praescribat arbitrato suo functiones, ad vnumqueque minorem ordinem, quem ille susceperit, pertinentes.

Decretum XXV.

Prou. I. par. 2. quae ad sac. matr. pert. pag. 39.

Matrimonia quomodo in haereticorum finibus contrahenda.

ILLVD maximè Episcopus interdicit, ne animarum curatores, qui in haereticorum finibus, vel in locis finitimis habitant, vbi vniciue liberum est, publicè, & impunè haereticorum more viuere, matrimonij, quod inter Parochiae suae, & illorum locorum incolas contrahendum est, secundam denunciationem faciant; neque eos matrimonio coniungant, aut denunciationum, quae de matrimonio celebrando factae erunt, fidem, ac testimonium ad ea ipsa loca, vbi illud ineundum est, mittant; nisi prius eius, qui in locis haereticorum, aut haereticis nomine suspectis habitat, nomen, & cognomen Episcopo denunciauerint; ab eoq. impetrarint facultatem alias denunciationes faciendi, matrimonijq. celebrandi, vel fidem denunciationum illuc mittendi, quae eo nomine factae sunt. Quam facultatem Episcopus ne det, nisi prius de fide catholica illius hominis cognouerit, qui ea loca incolit; aut nisi item sibi omnino exploratum sit, matrimonium eiusmodi non contrahi cum haereticis.

Decretum XXVI.

Prou. I. vtsupra.

Quaedam ad Matrimonium pertinentia. Sess. 24. c. 7.

TRIDENTINA constitutio de matrimonijs, quae cum vagabundis hominibus iniri quandoque solent, seruetur à Parochis vel diligentissimè. Nec verò ipsis Parochis facultatè, vt illos vagos homines matrimonio iungant, Episcopus antè det, quam norit eos & solutos esse, & à catholica comunione non alienos. Matrimonij denunciationes à Parochis tum demum fiant, cum vir, & mulier, eorumque parentes, vel ij qui puellae curam habent, id postularint; siq. ambo diuersis in Parochijs habitant; rum in vnus, & alterius item Parochia fiant. Eas autem denunciationes ne vlla quidem ex parte remittere eis liceat, nisi proprii Episcopi concessu, idq. causis iure permisis.

Caueant

Caueant autem Parochi, ne alienae Parochiae sponsum, sponfamue antè matrimonio iungant, quam testimonium ab illius, qui intrà Parochiae suae fines non habitat, Parocho, si eiusdem, vel finitimae, aut non nimis longinquae dioecesis ille sit, scriptum acceperit; cuius testimonij fide sibi testatum fiat, ex Tridentini concilij praescripto, denunciationes quae necessariae sunt, aut Ordinarij sui voluntate omittas esse, aut factas quidem, nullumq. legitimum impedimentum ab vilo homine significatum, quominus tale matrimonium contrahi liceat. Illud verò testimonium si à Parocho alienae dioecesis fieri; ab Ordinario loci, aut ab eo, cui hoc ille delegarit, subscriptione, ac sigillo comprobatum sit.

Decretum XXVII.

Prou. I. vtsupra.

Sponsorum ante celebrationem matrimonij coeuntium absolutio referuata.

QUI sponsalia contraxerint, si vna antè coierint, quam coram Parocho, & testibus matrimonium inter eos celebratum sit, illius peccati, quoniam in eo saepe delinquitur, absolutioem Episcopo referuatam esse volumus; grauemq. illis poenitentiam imponi.

Decretum XXVIII.

Prou. I. vtsupra.

Matrimonia vbi, & quomodo celebranda.

NE Parochus vilo alio loco, quam in Ecclesia ipsa, quae sacramentorum proprius locus est, sponfos matrimonio iungat, nisi ex facultate ab Episcopo permessa. Sponsi autem, cum in Ecclesiam conueniunt, vel ad matrimonium contrahendum, vel ad accipiendam benedictionem, ne Parochus vlla cuiusuis generis musica instrumenta adferri patiantur. Quod si ab ipso moniti, id facere contempserint; tandiu eis matrimonij celebrationem, aut benedictionem differat, quoad sanctè, vti debent, ob id ad Ecclesiam accesserint.

Decretum XXIX.

Concubinariorum poena. Sess. 24. cap. 8.

CONCUBINARIJ legitime admoniti, si concubinas non eiecerint; abduxerintq. se omnino ab earum consuetudine, contra eos Episcopus, etiam Tridentini concilij auctoritate, excommunicatione, tum alijs praeterea poenis seuerè agat.

TITVLVS II.

Quae ad Missam, diuina Officia, Ecclesiae cultum, & ad Ecclesiasticos homines spectant.

Prou. I. par. 2.

Decretum I.

Clericorum alienae dioecesis comprobatio. Sess. 23. cap. 16.

QUI patrui decretis, & Tridentino concilio sancitum est, vt ne alienae dioecesis

clerici absque commendaticijs literis ab vilo Episcopo recipiantur; quò facilius illud executionem habeat; Parochus quispiam, vbi primum cognouerit in Parochia sua Ecclesiasticum hominem alienae dioecesis, vel domicilium constituisse, vel apud aliquem diuertisse, vel in caupona hospitio exceptum esse, vt aliquot dies commoretur; quam citissimè poterit, octo ad summum dierum spatio, eius nomen, & patriam, si in vrbe est, Episcopo, eiusue Vicario; sin autem in dioecesi, foraneo Vicario illius regionis denunciet. Eorum autem cuiusque cura sit, illum ad se accersere; mandareq. literas commendaticias sibi ab eodem ostendi; quas tamen Vicarius foraneus non comprobabit, nisi consulto Episcopo. In ijs autem comprobandis ea seruentur, quae superiori item Prouinciali Synodo hoc de genere constituta sunt.

Par. 2. §. clerici. tit. quae pert. ad Miss. celeb.

Decretum II.

Prou. I. vtsupra.

QUAE Missae celebrandi facultas sexto quoque mense ex superioris concilij decreto renouanda est; ea vel longiori temporis spatio arbitrato Episcopi concedi, vel semel concessa, prorogari possit.

Facultas celebrandi. Par. 2. tit. cod. §. Nemo.

Decretum III.

Prou. I. vtsupra.

NE in Monialium Ecclesijs, ac ne in ijs quibus, quae Episcopi curae subiectae non sunt, saeculari cuiquam sacerdoti, etiam si vbique celebrandi facultas generatim, nisi à Sede Apostolica ei data esset, Missae sacrum facere liceat, praeterquam cui nominatim id ab Episcopo concessum est. Qui contra admisit, à Missae celebratione suspensus sit eiusdem arbitrato.

Facultas celebrandi in monial. ecclesijs.

Decretum IIII.

Prou. I. par. 2. de ijs qui dignitates. &c. pag. 27.

ECCLESIASTICA dignitate, aut canonicatu praeditus, si in Ecclesia, vbi eam eumue obtinet, Missas conuentuales pro ratione ipsius aut dignitatis, aut canonicatus ad Episcopi, ex Tridentini concilij auctoritate, praescriptum, celebrare contempserit, vel neglexerit; non solum tridui distributionibus, vt superiori Synodo Prouinciali sancitum est, mulctetur, verum etiam ab ordinis sui munere suspendatur, ipsius Episcopi arbitrato.

Missas conuentuales celebrare negligentis poena.

Par. 2. c. 1. C. cõstituitur. tit. de ijs qui dig. &c.

Decretum V.

Prou. I. par. 2. quae pert. ad celebr. Missae. vtsupra.

QUI Ecclesiasticum beneficium obtinet, cui id oneris iniunctum est; vt Rector vel toto anno, vel certis diebus Missam celebret;

Missae pro mortuis à quibus celebranda.

is singulis mensibus saltem semel Missam, quæ de defunctis dicitur, p illis mortuis celebret, qui vel illud dotarint, vel aliquid ei legarint, vel donarint; idq. nisi sapius pro mortuis celebrare debet, vel ex institutione, vel ex alia oneris sibi iniuncti ratione.

*Decretum v i.*

Prou. 1. vtsupra. item de Missa solemnè, pag. 32.

**C**AMPAÑE pulsatio in eleuatione Corporis Domini. **C**VM Corpus IESV CHRISTI Domini sus tollendum est in Missa conuentuali, & in ea item Missa, quæ in vnaquaque parochiali Ecclesia à Parocho celebratur, tum signum sono campanæ detur, cuius soni significatione, fideles qui in Ecclesia Missæ sacrificio tunc nō interfunt, admoniti, ad tanti tamq. magni mysterij, ac beneficij recordationem animum excitantes, mente supplici religiosas preces piè adhibeant.

*Decretum v i i.*

Prou. 1. par. 2. quæ pertinet ad Sac. Euch. pag. 8.

**P**ROCESSIONES in celebratiōe corporis Domini. **Q**VAE processiones post solemnem illā, quæ manè in celebritate Corporis Domini fit, vel eodem die, vel reliquis sequentibus septē diebus obiri solent, ex ne fiant, nisi quibus Ecclesijs Episcopus concesserit, isq. facultatem tantum det, vt manè, non à prandio habeantur, nisi temporis iniuria impediret, quo minus manè obiri possent.

*Decretum v i i i.*

Prou. 4. par. 2. de conc. prou. itē de synodo diocesana. Prou. 5. par. 3. quæ ad synodū. Prou. 6. de conc. prou.

**P**RECES INDICTA prouinciali aut diocesana synodo faciendæ. **C**VM primū Metropolitanū literis, concilij Prouincialis celebrandi dies Episcopis significata erit; illud ipsi curent, vt in omnibus & vrbis, & diocesis suæ parochialibus Ecclesijs, quinta quaque feria, in singulas hebdomadas, quo ad illud de more absolutum, ac dimissum erit, Missa de Spiritu sancto celebretur; in cathedrali autem, & collegiatis Ecclesijs processionum præterea munus singulis diebus Dominicis obeatur, ex animoq. preces fiant pro optimo ipsius concilij euentu. Hoc idem planè seruetur, vbi à proprio Episcopo diocesana Synodi celebrandæ dies indicta erit.

*Decretum i x.*

Prou. 1. par. 2. de process. & supplicat. pag. 34.

**Q**UOMODO clericus ad processiones & funera conuenire debeat. **C**LERVS cū in aliquam Ecclesiam, vel ad processiones, vel ad stationes obeundas, vel ad funus conuenierit; illud meminerit, se esse in Domo Dei sancta, quæ domus est orationis. quare nullus cuiusvis ordinis Clericus aut Sacerdos in Ecclesia deambulet, nec in confabulationibus, & congressibus eo loco indi-

gnis versetur: sed vnusquisque, aut solus, aut comitibus, socijsq. alijs adiunctis, religiosas preces Deo in causa adhibeat, quamobrem Clerus vniuersus conuocatus est.

Cū autem statio celebratur, ne vllus item clericus extra Ecclesiam maneat; sed omnes intus sint, omniq. pietatis confessione, Deo statas illas preces canant.

*Decretum x.*

**S**EXTA quaque feria in singulas hebdomadas, paulò ante horam nonam, signū in vnaquaque ecclesia campanæ sono detur, quo fideles admoniti, eadē hora IESV CHRISTI Domini passionem omni intima mētis pietate recolant; terq. orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam ex animo pronunciantes, quadraginta dierum Indulgentiam, quam in sua quisque Episcopus diocesi concedet, consequantur.

*Decretum x i.*

Prou. 1. par. 2. communia de ratione diuin. off. pag. 30.

**E**PISCOPUS curent, in sua quisque diocesi, vt officia diuina, quæ singulis canonicis horis præstari debent, & publicè in Ecclesia, & priuatim à singulis Sacerdotibus, Clericis in ferioris ordinis, qui illa obire debent, celebrantur, & peragantur ad præscriptam Breuiarij Romani nuper editi rationem: nisi tamen Ecclesiæ eiusmodi sint, in quibus ex veteri consuetudine, vt summi Pontificis PII Quinti literis eo nomine confectis cautum est, alius ritus, aliaq. ratio adhibeatur. Si verò secus à quibusdam factum erit, cū isti, vt eisdē summi Pontificis literis nominatim sancitum est, horarum canonicarum officio, quod debent, non satisfaciant; eos ipsos Episcopi pœnis ijs mulctent, quæ Lateranensi concilio, à Leone Decimo, & Prouinciali Synodo superiori, contra clericos constitutæ sunt, qui canonicarum horarum officium intermittunt.

*Decretum x i i.*

Prou. 1. par. 2. quæ pertinet ad celebr. Missæ. §. Magister, pag. 9.

**I**N vnaquaque Plebe, Episcopus duos, vnumque saltem Sacerdotem, ecclesiasticorum rituum vsu peritum constituere curet; qui alios Sacerdotes & clericos, cæremoniarum quæ in Missa, & in diuinis officijs ritè obeundis requiruntur, disciplina instruant diligenter. qua in re libellus de Missæ cæremonijs adhibeatur, qui nostra cura conscriptus in lucem prodibit.

Magistri cæremoniarum in plebe.

vile infra in actis.

*Decretum x i i i.*

Prou. 1. par. 2. de iis qui dignitates, &c. §. Canonici, pag. 28.

Capituli à canonicis habendum.

**I**N singulas hebdomadas canonici cuiusvis Ecclesiæ capitulum habeant; in quo cum quaratur an superioris concilij decreta de diuinorū officiorum ratione seruentur; an si qui itē errores in sacrarum cæremoniarum ritu commisi sint; tum legatur pars aliqua earum rerū, quæ de vita & honestate clericorum nostris constitutionibus præscriptæ sunt; vel illarum, quæ Cathéchismo Romano, aut alijs item libris expressæ, ad Christianæ pietatis doctrinam, vitæq. ecclesiasticæ disciplinam, & rationè pertinent; tum etiam in alijs spiritualis vitæ exercitationibus ipsi versentur; idq. omne pro ut Episcopo, Capituliue Præfecto visum erit.

Quo in Capitulo ne quidquam aliud, quod ad rerum temporalium curam, ac procuracionem pertinet, prius agatur geraturque, quam ea tractationis ratio habeatur, quæ tota in rebus spiritualibus posita sit.

*Decretum x i i i i.*

Prou. 1. par. 2. de funerib. pag. 35.

Funus canonicum mortui.

**C**ANONICI mortui funus, eiusue qui eiusdem Ecclesiæ, in eadē dignitate obtinebat, Capituli sumptibus à reliquis canonicis fiat, tum pro eius animæ salute Missa conuentualis celebratur; & vnusquisque item canonicus, ministeriū eiusdem Ecclesiæ, qui Sacerdos sit, Missam itidem pro eo celebret.

*Decretum xv.*

Prou. 6. De Parocho.

Parochi ægrostantis cura, & mortui funus.

**P**AROCIVM vrbis ægrostantem, & is qui vicinior est Parochus, & cleri in illa regione, vbi æger est, Præfectus; diocesanum verò itidem & vicinior Parochus, & Plebanus, vel Archipresbyter, vel Præpositus in cuius Plebania, aut Archipresbyteratus, Præposituræque finibus ægrotus habitat, statim inuisant, cū eius ægritudinem, morbumque acceperint; tū post crebrò ad eundem veniant, illaq. omnia officia præstent, quæ ad animæ salutem ei tum maximè necessaria sunt; sacram Eucharistiam, & cū opus erit, sacram extremæ vnctionis oleum idem Parochus vicinior eidē ministrat; & illius morientis animam Deo religiosis precibus commēdet. Eius mortui funus vniuersi illius regionis, in qua ille habitabat, Præposituræque, Plebanatus, aut Archipresbyteratus Parochi obeat; nisi foraneus illius regionis Vicarius minorem numerum statuendum celsuerit. Primo item post eius obitum die, eorum vnusquisque pro ipsius animæ salute Missæ sacrificium faciat. Quòd si eo die pro mortuis fieri ex Ecclesiæ instituto vetitum sit; alio proximo die, quo interdictum non sit, omnino fiat.

Decem præterea ad summum dierum spatium omnes in Ecclesiam conueniant, quæ eis à clericorum regionis Præfecto, aut Vicario Foraneo præscribetur. qua in Ecclesia pro mortuo Rectoris Missam conuentualē solemnè ritu celebrent: tum supplicationibus, & precibus Deū piè, sanctèq. orent, vt orato gregi Rectorem dare velit iuxta cor suum.

Quicumque verò eiusmodi pietatis officia præstiterint, eorum nomine causaue nihil neque exigant, nec petant.

Is verò, cui vacantis ipsius Parochialis Ecclesiæ administratio commissā est, fideles illius Parochiæ incolæ sepè hortetur, vt omni intima animi pietate, à Deo Rectorem precentur, qui illius Ecclesiæ curationem gerere rectè possit.

*Decretum x v i.*

Prou. 1. par. 2. de funerib. pag. 35.

**C**ANDELAÆ, cerei, & quæ intortitia vocantur, in mortui funere adhibita, superioris concilij decreto Sacrificiæ illius Ecclesiæ ad dicta, in qua funus fit, aut mortui corpus in sepulturam traditum est, si quæ in Missarum celebratione, & reliquis diuinis eiusdem Ecclesiæ officijs supererunt; ea omnia vel ipsius Ecclesiæ Rectori, vel ijs, ad quos ante illius decreti promulgationem eiusmodi candelæ, cerei, & reliquiæ pertinebant, in alium eiusdem Ecclesiæ vsu, vel ad suam etiam vitam sustentationem, arbitrato suo conuertere liceat.

Interpretatio decreti conc. 1. de candelis & intortitiis.

*Decretum x v i i.*

Prou. 1. vtsupra.

**Q**VAE superiori Prouinciali Synodo decreta sunt, ad tollendas Rectorum Ecclesiarum in exequijs, & funere pactiones, & exactiones illicitas, aut quæ symoniacæ labis, vel sordidæ auaritiæ suspicionem afferrent; ea à plerisque in eam partem accipi animaduertimus, vt, occasione inde sumpta, Ecclesiæ, non seruato piarum consuetudinum vsu, debitis elemosinis defraudentur. quare Episcopus, habita & locorum, & personarum ratione, in funeribus & exequijs, quæ pia instituta & consuetudines laudabiles sibi videbuntur, arbitrato suo seruari iubeat sacrorum canonum auctoritate; contumacemq. compellat omni iuris remedio.

Interpretatio alterius decreti de pactionibus in funere.

*Decretum x v i i i.*

Prou. 1. par. 2. de ecclesijs, & earum cultu. pag. 33.

**C**VM Christiana pietatis rationi illud alienum sit, ad ornatum templorum adhiberi ea, quæ non modò religionem non excitant, sed intuentium mētēs facillè illiciti in fœdas, turpesq. cogitationes, id propterea, ne quis ad illa ornanda peristromatis, aulæq. vatur, quæ obscœnis figuris intexta sint; neque item pictas

Ornatus in templis & processionibus.

pictas imagines, & signa adhibeat, quæ vel ethnicorum hominum, vel aliarum rerum, loci sanctitati repugnantium, formam, ac speciem præferant.

In omni præterea publicarum supplicationum, processionum apparatus, quæ obsecrationum rerum speciem ostendunt, ea ne adhibeantur.

*Decretum xix.*

Prou. i. vtsupra.

Indumenta facta ad quæ apparatus non adhibenda.

**Q**UAE pallia, aliaque sacra indumenta Altarium vsui, & ornatui addicta sunt; ea ad Sedis Episcopi, alteriusve hominis Ecclesiastici, vel Laici quavis dignitate præditi apparatus, aut ad funeris, exequiarumve pompam, aut aliarum rerum quæ profanæ sint, vsuum, siue ornamentum ne adhibeantur.

*Decretum xx.*

Prou. i. vtsupra.

Vestes pro diuinis officiis benedicendæ.

**Q**UAE vestes, & ornamenta cuiusvis generis, ad vsuum sacrum comparata, Ecclesiæ instituto benedici debent, ea in Missæ sacrificio, cæterisque diuinis officiis ne prius adhibeantur, quam solennibus precibus ab Episcopo, vel ab alio qui auctoritatè habeat, benedicta sint.

*Decretum xxi.*

Prou. i. vtsupra.

Libri sacri ne ad fordidum vsu auertantur.

**L**IBRI sacri veteris, & noui testamèti, volumina item sanctorum Patrum, nostræ fidei interpretum, tum scripta etiam Ecclesiastica, quibus & res, & verba diuina consignata sunt, etsi temporis vetustate omnino consumpta; ad rerum tamen vilium ac fordidarum vsuum ne villo pacto conuertantur, sed in ignem potius conijciantur.

*Decretum xxii.*

Prou. i. vtsupra.

Laicorum ædes ecclesiam ne attingant.

**L**IBER curet Episcopus, vt ne laicorum hominum ædes in posterum ædificentur, quæ Ecclesiarum parietes vlla ex parte attingant. Si quæ verò fenestra, siue Ecclesiasticarum, siue laicorum ædium in ipsis Ecclesiarum parietibus insunt, vnde in Ecclesias conspectus sit, efficiant, vt duobus saltè post huius concilij promulgationem mensibus obstruantur.

*Decretum xxiii.*

Prou. i. vtsupra.

Parlamenta, & alia profana in ecclesiis prohibentur.

C. 2 de immu. eccl. in 6.

**N**E in Ecclesia laici homines de rebus profanis, aut de iis, quæ ad ipsam Ecclesiam non pertinent, congregationes, concilia, vel, quæ parlamenta publica dicunt, habeant. Quæ verò Lugdunensi concilio olim à Gregorio Decimo, & nuper à summo Pontifice PIO

Quinto ad tollenda in ipsis Ecclesiis colloquia, congressus, deambulationes, & ad earum cultum sancta sunt; in iis præstandis Episcopus omnem vel maximam diligentiam adhibeat. Canonicos verò, Ecclesiarumue Rectores, & alios item, ad quos spectat, in munere, quod ad eam curam attinet, obeundo negligentes, vel contumaces pœnis afficiat, quas illi eadem summi Pontificis sanctione subeunt.

Siq. præterea in ijs ipsis exequendis Regulares negligentes esse animaduertit; illos ad ad eiusdem summi Pontificis in eadem Bulla præscriptum grauissimè corripiat.

*Decretum xxiiii.*

Prou. i. vtsupra.

**I**LIVD interdicit Episcopus, ne in vllis elemosinarum oblationibus, quæ cuius Ecclesiæ sunt, musica instrumenta, organo excepto, in Ecclesia adhibeantur; neue alia fiant, vel gerantur, quæ domo Dei indigna sint.

Ne item puellæ elemosinas Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorum hominum nomine queritè, id quod non sine earum pudicitia discrimine quibusdam in locis introductum erat.

*Decretum xxv.*

Prou. i. par. 2. de Seminar. pag. 13.

**E**PISCOPVS ipse, tertio quoque mense saltem, nisi iusta causa impeditus sit, Seminarium visitet: in eoq. visitationis munere, adhibitis etiam, si modò ei videbitur, alijs doctis, & pijs viris, tum de magistrorum diligentia, tum de progressibus, quos & in vitæ disciplina, & in literarum studiis Seminarij clericus habuerit, accuratè inquiret. Idem certas Seminarij clericis constitutiones præscribat, quas frequenti eorum conuentu in singulos menses legi curet; quò sæpius repetitæ, illorumq. mentibus impressæ, feruentur diligentius.

*Decretum xxvi.*

Prou. i. par. 2. de frequenti diu. sacrif. oblat. pag. 16.

**D**IACONI, Subdiaconi, & reliqui clerici inferioris ordinis confessionem, & communionem frequentent, vt superiori Synodo Prouinciali præscriptum eis est. Confiteantur autem iis tantum Sacerdotibus, quos ad audiendas eorum confessiones idoneos Episcopus, & in vrbe, & diocesi comprobabit: dummodò talis sit numerus eiusmodi Sacerdotum, vt confiteri volentes delectum habeant inter illos.

Sacræ verò Eucharistiæ communionem in propria Parochia, vel in alia ecclesia, quam Episcopus statuet, diebus festis percipient, idq. in Missa solenni, si modò eo loco, eoq. die celebrabit. Illius autem rei fidem, tertio quoque mense Episcopo exhibebunt.

Bulla edita 6. Calend. April. 1566.

Vitanda in oblationibus elemosinarum.

Seminarij visitatio, & constitutiones.

Confessiones Clericorum.

De-

*Decretum xxvii.*

Prou. i. par. i. de præd. verbi Dei, in fine pag. 4.

Canonici, & clerici qui concioni non interfunt puniendi.

**S**UPERIORI concilio iussum est; Canonicos, & alios Clericos sacris concionibus interesse, quod cum ab eisdem non ita præstetur, vt debet; pœnis propositis id efficiendum censuimus, quod iussu, & cohortationibus non potuit. quare Canonici cathedralium, tum collegiarum etiam Ecclesiarum, & reliqui præterea Clerici, si tempore concilij superioris constitutione præscripto, non interfuerint sacris concionibus, aut ad eas sacrarum literarum interpretationes, lectionesue non accesserint, quas ipsis Episcopus præscripserit; mulctentur eiusdem Episcopi arbitratu.

*Decretum xxviii.*

Prou. i. par. 2. de function. min. ord. pag. 30.

Clerici ad diuina officia conueniant.

**C**VRET Episcopus, vt qui Clerici certæ Ecclesiæ ministerio adscripti non sunt; ij Dominicis, festisque singulis diebus in Parochiali Ecclesia, in cuius finibus eorum quisque habitat, Ecclesiasticum beneficium obtinet, quod residentiam non requirit, aut in ea, quæ Episcopo videbitur, Rectori operam, atque adiumentum nauent ad diuina officia celebranda. Qui verò certis Ecclesijs adscripti sunt, in ipsis diebus ad eas conueniant, & in ijs functiones eas præstent, quæ vnicuique eorum ab Episcopo præscriptæ erunt. Si tamen ijs diebus aliquando ad diuina officia obeunda, ad funeraue in alias Ecclesias vocabuntur, eò illos accedere permittat Episcopus.

Rector autem, in cuius Ecclesiam illi conueniunt, tertio quoque mense Episcopo referat, vel literis significet, non solum an huic decreto ab illis obtemperetur; verum etiam an ea præstentur, quæ superiori Prouinciali concilio illis præscripta sunt, tum de habitu, tum de tonsura clericali, tum de eorum vitæ consuetudine.

Par. 2. tit. de vest. cler. pa. 18

*Decretum xxix.*

Prou. i. par. 2. de vita & honest. pag. 15.

Cleri inferioris institutio, & conuocatio.

**E**PISCOPVS Sacerdotes aliquot vitæ integritate, & scientia probatos in vrbe deligat, à quibus Clerici inferioris ordinis sæpè conuocati, vitæ ecclesiasticæ moribus instituantur. Eos autem ipsos Clericos vniuersos semel, atque iterum saltem quotannis Episcopus ad se item conuenire iubeat, vt progressionem intelligat, quas quisque eorum ad literarum cognitionem, tum ad vitæ spiritualis disciplinam fecerit.

*Decretum xxx.*

Congregationes Prou. i. par. 2. de Vicar. for. pag. 22.

diocesanae. Par. 2. tit. de Vic. for.

**V**T quæ de Sacerdotalibus conuentibus in diocesi habendis, semel superiori concilio

præscripta sunt, ea, quoad eius fieri potest, rectè atque ordine gerantur; hæc ei addenda censuimus.

Ne Sacerdotum conuentus festis ijs diebus habeantur, quos coli Ecclesiæ præcepto institutum est; nec verò illis diebus, quorum præcipua celebritas in locis agitur, vbi is conuentus iis ipsis diebus futurus esset.

Parochus verò Ecclesiæ, in qua eiusmodi congregatio futura est, die Dominico qui illam proximè antecedit, eius habendæ tempus populo significet, eumq. hortetur, vt illo ipso die ad Ecclesiam conueniat, tum vt orationum, quæ & pro viuus, & pro mortuis ibi fient, particeps sit, ac indulgentiam dierum quadraginta consequatur, quam ab vnoquoque Episcopo in sua diocesi illis concedendam decernimus, qui diuinis officiis tunc celebrandis intererunt; tum etiam vt sacram concionem audiat, quæ eo tempore in Missæ celebratione habebit.

Quæ verò quæstionum explicationes singulis mensibus habitæ in ijs ipsis conuentibus erunt, & si quæ præterea quæstiones in illis ipsis disputationibus inciderint, quæ non satis tum explicatæ sint; eas omnes literis consignaras, Vicarij foranei quamprimum ad Episcopum mittant: cuius iudicio illæ, vel explicatæ, vel comprobatæ, in codicem eius rei nomine confectum, quem Vicarius foraneus custodiat, referantur. Ex eorum conuentuum progressu si Vicarij foranei animaduertent, Sacerdotes quosdam ad doctrinæ studia, in quibus maxime versari debent, desidiam quandam, vel negligentiam adhibere; eos ad Episcopum deferat, cuius auctoritate illorum culpæ, vt opus erit, occurratur.

Vt autem in ijs studiorum exercitationibus vnus quisque Sacerdos maiores progressus habere possit; in qua Parochia quinque saltem Sacerdotes erunt, eos in singulis hebdomadas bis ad priuatas inter se studiorum disceptationes Parochus conuocet; in quibus vel aliquam Catechismi Romani lectionem tractent; vel quæstiones aliquas de conscientia casibus explicent; vel huius, superiorisue Concilij prouincialis, aut diocesanae Synodi, quam eorum Episcopus habuerit, partem aliquam studiosè legant.

Quòd si ei Parochia propè erit aliquod Regularem Monasterium, vbi aliquis sit, ad sacrarum literarum, ecclesiasticarumq. rerum explicationem aptior, curent etiam illius opera, atq. studio adiuuari.

Ad has priuatas Sacerdotalis studij exercitationes, clericos etiam, qui intrâ illius Parochia fines habitant, adhibeant; vt eos rerum ecclesiasticarum cognitione instructiores in Ecclesijs habeant.

Quicumque verò huic priuato conuentui interesse recusarit, eum Parochus ad Episcopum deferat; qui, quo maximo poterit studio, curet, vt huic decreto obtemperetur.

De-



Decretum xxxi.

Prou. i. par. 2. de cler. vestitu. pag. 18.

Mantelletti vsu quibus interdicitur. Par. 2. tit. de cler. vest.

VT quod de mantelletti vsu alijs prouincijs li Synodo per nos decretum est, executione habeat; decernimus, vt ne quibus alijs, nisi Abbatibus, Referendarij, & Protonotarij eo breuiori vtantur, quam tunica talaris interior sit. Metropolitanæ autem nostræ, & aliarum huius Prouinciæ cathedralium Ecclesiarum Canonicis, Præpositis item, & alijs clericis, ecclesiastica, aut Doctoratus dignitate præditis, exterioris tunicæ, seu mantelli vsu concedimus; quod tamen interiorē tunicam talarem longitudine adæquet. Reliquis autem clericis, qui hoc decreto nominatim expressi non sunt, mantelletti, & mantelli vsu interdiciamus.

Decretum xxxii.

Prou. i. par. 2. De negotiis secul. à cler. fug. pag. 20.

Clerici mulieres ne doceant.

CLERICI in eo officio ne se exercent, vt vllas mulieres, etiam quauis dignitate illustres, doceant legere, scribere, aut canere, a liouè cuiusvis generis musico instrumento sonare: nisi ij sint, quibus ætate, moribus, & vita probatis, Episcopi iudicio id permissum est, facultate ab eodem scriptis data. Ne libris item de musico cantu obscenè, vel parum pudicè conscriptis, illi vtantur.

Decretum xxxiii.

Prou. i. par. 2. de armis ludis. &c. pag. 20.

Part. 2. tit. de arm. Numerus clericorum in mensa tempore sacrorum.

QVONIAM superioris concilij constitutio ne vetitum est, quo tempore vel sacrorum vel funeris exequiarum causa in vnum Clerici conueniunt, non plures ad mensam, quam sex, eosq. clericos adhiberi; id cum multis locis facile præstari non queat, propterea quod Ecclesiæ sæpè longius inter se distent, graueq. sit Clericis de itinere fessis, manè ad Ecclesiā suam reuerti; ideo liberum sit Parocho tot cōniuas habere, quot sanè in mensam adhibere par esse iudicatur; & pro temporis ratione laicum etiam hominem, quem Christianæ pietatis studiosum, & Sacerdotali conuictu, consuetudineq. dignum norit, à mensa non excludere; modò ea seruentur, quæ in Parochialibus conuentibus, de frugali, clericali. modestia nostris constitutionibus præscripta sunt; tum sacra item lectio in mensa perpetuò adhibeatur.

Part. 2. tit. de Vic. for. c. Hi autem §. cōfectis. pag. 23.

Quod verò de mensæ frugalitate, & ferculorū numero alijs superiori concilio decretum est; id omnino sic seruetur, vt etiam si vel vniuersitati, vel cuius alijs, pacto consuetudine, aut vltima quauis voluntate certis quibusdam diebus cibum à Sacerdotibus parari oporteat; in eo ab illa decreti ratione ne vllō modo discedatur, nec sacra lectio in mensa desit.

Decretum xxxiiii.

Prou. i. vsupra.

IN quibus Ecclesiarum ædibus ad Rectoris vsu, & domicilium constitutis, & ipse, & laici præterea facultate impetrata habitant; in ijs, ne propter nuptias quidem saltetur, ne uè comediar, aut spectacula agantur.

In ædib. eccles. spectacula ne fiant.

Decretum xxxv.

EPISCOPVS Clericum alienū, qui in propria diocesi deliquerit, & ad suam diocesim confugerit, proprio illius Episcopo petente, & sibi de Clerici qui deliquit, citatione, & contumacia, aut condemnatione fidem mittente, comprehendit, & ad illum mitti curet, idq. sumptibus petentis.

Clericus alieni diocesis reus.

Decretum xxxvi.

Prou. i. par. 2. de resid. pag. 20.

QUI impetrata ab ecclesia discedendi facultate aliquandiu abfuerit, mensis saltè spatium postquam redierit, Episcopum de suo ad ecclesiam reditu certiore faciat; quod si neglexerit, perinde censeatur, ac si non legitime abfuerit.

Clericus post absentiam reuersus, Episcopum admoneat.

TITVLVS III.

Quæ ad bona, & iura Ecclesiarum, piorumq. locorum attinent.

Decretum i.

Prou. i. par. 2. quæ pert. ad collat. benef. pag. 14.

QUI deinceps Ecclesiastici beneficij possessionem adipiscetur; eius beneficij titulum is etiam antè non monitus ad mensam Ordinario suo ostendat: quod si secus fecerit, dimidia parte fructuum, & prouentuum vnius anni mulctetur, qui ex eo beneficio singulis annis percipiuntur; tum omnibus iuris remedijs titulum exhibere cogatur.

Titulus beneficii exhibendus.

Decretum ii.

Prou. i. vsupra.

CAVEANT Episcopi, ne passim, atque indistinctè omnes beneficiorum Ecclesiasticorum cessiones admittant; sed in ijs solùm casibus, qui summi Pontificis PII Quinti literis expressi sunt, meminerintq. excommunicationem, quæ earundem literarum sanctione contrahitur, Apostolicæ Sedi referuari.

Beneficiorum cessiones. Bulla edita Calen. Apr. 1568.

Decretum iii.

Prou. i. vsupra.

SACRI Tridentini concilii auctoritate, ea cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum statuta,

Sess. 24. c. 14. Probatio sex mensū tollitur.

statuta, constitutionesque quascunque, etiam iure iurando, & quauis auctoritate communitas, consuetudineq. illas, etiam immemorabiles, quæ & si minùs expressam symoniam, at sordidam tamen auaritiam præ se ferunt, antiquamus, abrogamus, atque rescindimus, quibus illud inductum est, vt qui nuper in Canonicorum capitulum, aliorumue Ecclesiasticorum hominum Collegium adscriptus, Capituliq. aut Collegii iudicio ad ea canonica, aut alia quæ ad eos pertinent, obeunda munera idoneus comprobatus est; sex tamen mensibus, qui probationum nomine vocantur, choro inseruire antè debeat, quam distributiones quascunque, etiam quotidianas percipiat, alijsq. canonicis, vel alijs eiusdem Collegij hominibus accrescat, quæ portio sibi eo temporis spatii inseruienti iure obueniret. Illudq. in perpetuum iubemus, vt in alicuius Ecclesiæ canonicorum Capitulum, aliudue Ecclesiasticum Collegium cooptatus, cum admissus, comprobatusq. erit ad muneris sui functiones, is statim particeps sit residentiar fructuum, quotidianarumq. distributionum, quæ ab ijs ad quos spectat, eidem præstentur pro ratione Canonicarum horarum, quarum officium deinceps in Ecclesia ille obierit. Quicumque illas constitutiones, statuta, & consuetudines hoc decreto abrogatas seruarint; contra eos symoniæ pœnis, quæ canonum iure, & summorum Pontificum constitutionibus statutæ sunt, ad Tridentini concilij præscriptum agatur. Ne huic autem decreto fraus fiat, hoc statuimus; vt quoties is qui in eiusmodi Collegium cooptandus erit, eiusdem Collegij Præfectum conuenit ad se probandum, huius probationis examen intra octo dies de eo habeatur; alioquin probationis ius Episcopi sit. Quod si octo illis diebus habito examine is probatus non sit, sibiq. persuadeat id iniuste factum esse, ad Episcopum confugiat; qui habitis de eo examinis quæstionibus, si iniuste repulsam illum tulisse animaduertit, Capitulum, Collegiumue compellat ad eum recipiendum.

Decretum iiii.

Prou. i. vsupra.

Solutio fructuum præbendæ quomodo faciendâ in admissione.

QUIBUS in Ecclesijs ea vel constitutio, vel consuetudo est, vt Canonicus nuper creatus, quos fructus præbendæ suæ primo anno percipiet, eos omnes, vel aliquam eorum partem Fabricæ ecclesiæ, aut Sacristiæ, alijsue pio loco soluat; in posterum illa ita seruetur, vt si ei præbendæ onus pensionis, vel reservationis fructuum omnium, alicuius partis eorum impositum est, is pro rata solùm fructuum quos liberè percipiet, soluat; fideiussore tamen caueat, se reliquam item fructuum illius præbendæ partem soluturum, quamprimum vel morte, vel concessu, remissioneue eius cui fructus

reseruati sunt, quieuè pensionem obtinet, adipiscetur. Eam verò fructuum partem, quam soluere debet, ne soluere prius cogatur, quam illorum percipiendorum dies venerit; sed aut fideiussorem det; se eo ipso tempore statim soluturum; aut Episcopus apud aliquem illos sequestri nomine asseruari curet, donec quod pijs illis locis debebitur, persolutum erit. Curet autem Episcopus, vt fructus, & cuiusvis generis proventus, ad Sacristiam pertinentes, ne in alios sumptus, nisi in ipsius Sacristiæ vsu erogentur; ideoq. quotannis cognoscat, quo modo distributi, & quas in res erogati illi sint. Liceat tamen eidem Episcopo de Capituli consilio eos fructus in Fabricæ, vel rei alterius ad eam ipsam Ecclesiam spectantis vsu aliquando conuertere; si modò Sacristiæ minùs tunc opus esse iudicari.

Decretum v.

Prou. i. par. 2. quæ pert. ad bonorum eccles. conferu. pag. 36.

NE Ecclesiasticorum beneficiorum bona patronis, neuè item eis, quorum cessione ea beneficia obtinentur, neque illis præterea, qui eisdem iuncti sunt, ne per suppositas quidem personas, ac ne ad breue sanè tempus locari liceat, idq. nisi cognita prius Ecclesiæ utilitate, Episcopus data scriptis facultate concesserit. Quicumque secus fecerit, fructibus vnius anni mulctetur, quos ex eorum beneficiorum prædijs bonisue capit. Inquirat præterea Episcopus diligenter, an aliqua symoniæ labes contracta inter eos sit.

Eccles. bona quib. non locanda.

Decretum vi.

Prou. i. ibidem.

SI Canonicorum, aliorumue Ecclesiasticorum hominum Collegium, aut Moniales, aut alij quouis homines, nulla legitima superioris auctoritate, bona Ecclesiastica permutarunt, vel alio quouis pacto alienarunt, aut in posterum id committent; cogat Episcopus tum eos qui alienarunt, contra illum agere qui talia bona derinet, vt ea restituat; tum detinentem compellat, vt ipsa vnà reddat cum fructibus non iure perceptis. Quicumque hac in re sibi non obtemperarint, eos anathemate feriat, aut interdicit, ex canonumq. sanctione alijs præterea pœnis afficiat; ac permutationem item eam, aliamue quamcunque alienationem irritam, planeq. nullam declaret.

Eccles. bonorū locatio.

## Decretum VII.

Prou. I. vtsupra.

**B**ONORVM Ecclesiarum quauis alienatio ea lege confecta, vt Superioris auctoritate muniatur, si is cui alienata sunt, antequam contracta alienationi eiusmodi auctoritas accesserit, in eorum possessionem ingressus est, irrita & nulla ab Episcopo declaratur; & qui ea possidet, à possessione statim amoueat; & qui praterèa alienarit, ex canonum sanctione puniatur.

## Decretum VIII.

Prou. I. vtsupra.

**E**CCLIASTICA bona quouis nomine alienata, quacunq; ratione ad Ecclesiam redierint, etiam si reliquis Ecclesiarum bonis incorporata non sint, ne tamen amplius ad longum tempus locentur, neque quouis nomine alienentur, nisi illud verè tunc Ecclesiarum utilitati, aut necessitati sit.

## Decretum IX.

Prou. I. vtsupra.

**L**OCATIO bonorum ecclesiasticorum ad longum tempus facta, cum ex Tridentini concilii auctoritate recognoscenda erit, ne Episcopus qui bona ipsa locarit, quicquid eius locationis commissarius aut executor fuerit, causam diiudicet, sed huius locationis recognitio ad Episcopum viciniorum pertineat, tum ad eos qui his locationis causis recognoscendis in eiusdem Episcopi viciniorum diocesi praefecti fuerint.

## Decretum X.

Prou. I. vtsupra.

**V**T bonorum ecclesiasticorum, quae vel in emphyteusim tradita, vel ad longum tempus alio quouis nomine data sunt, memoria quoad eius fieri potest, conferuetur; ecclesiasticus quouis homo, cui aliquid in singulos annos eo quouis nomine soluitur, cum primum id exiget, notarium adhibeat, à quo instrumenti fide testatum fiat, quidquid ab eo qui soluere debet, ille acceperit; & cuius fundi, vel vineae, vel prati, vel aedium, aliarumque rerum ecclesiasticarum nomine exegerit, idque nisi qui ea ecclesiastica bona conductionis nomine nunc possidet, illum tanquam directum illorum bonorum dominum Notarii publici fide recognouerit, eadem diligenti vt supra descriptione praediorum adhibita. Quod si quis Clericus cuius hoc interest, in huius rei cautione adhibenda negligens erit, dimidia parte fructuum vnius anni mulctetur, quos ex eo beneficio consequeretur. Quae autem huius rei causa, vel confessiones, vel recognitiones instrumenti fide conficien-

tur; earum exemplum ille Clericus ad quem spectat, spatio mensis Episcopo tradat in Archiuio alleruandum.

## Decretum XI.

Prou. I. vtsupra.

**V**SV & diuturna consuetudine compertum est, quantum Ecclesijs detrimenti, damniq; saepe importet illa praediorum ecclesiasticorum locatio, quae ad certum tempus actionibus ijs iniri solet, vt meliora reddi liceat; ac interdum ea conditione, vt qui sumptus facti sunt, ne possint nisi in ipso extremae locationis tempore recuperari; & qui item conduxerint, eiici, amoueriue à possessione ne possint, nisi quidquid in illis melioribus reddendis pecuniae erogarint, quidquid sumptus fecerint, id omne receperint: quare nos Ecclesiarum utilitati consulentes, & huic rei, vnde tantum detrimenti, tantumq; incommodi ipsis Ecclesijs accedere saepe solet, quantum in nobis est occurrere volentes, ita statuimus.

Quaecunq; Ecclesiasticorum praediorum locationes ad certum tempus in posterum eo pacto fient, vt illa meliora reddi liceat, & quidquid in illis faciendis, restituendisue erogatum sit, id ei qui conduxit, solui oporteat; haec in locationum pacto ne ius tribuat faciendi impensas in quouis aedificij genere utiles, nisi eas quae maiorem summam non excedant, quam illa sit, quam conductor retinendo singulis annis quibus firma est locatio, tertiam partem eius quod locationis nomine soluere debet, recuperare possit. Eam autem ipsam tertiam partem quolibet anno retineat, quoad quidquid erogarit, ipse recuperet.

Si quae verò impensae ad vsum necessarium pertinentes factae sint, ad quamcunq; summam perueniant, tum ob eiusmodi impensas conductor eadem ratione partem tertiam sibi in singulos annos retineat. Sin autem ad sumptus qui necessariò facti sunt recuperandos, non satis fuerit ea tertia pars; ne completa etià locationis die, à praediorum possessione, is qui conduxit, antequam ei satisfactum sit, amoueat: sed Ecclesiae Rectori liberum sit atque integrum, aut comparata aliunde pecunia, aliaue quauis ratione ipsa praedia de conductore redimeret, aut eadem illi ipsi conductori iterum consentiente Episcopo locare; idque tot annis saltem, vt tertiam partem ad minimum in singulos annos eius rei retinendo, quam locationis nomine soluit, id omne firma adhuc locatione recuperet, quod ipse erogarit.

Si verò qui his conditionibus conduxerint, tertiam ipsam partem quotannis non retinuerint, ne ius sit eis ab Ecclesia, nec à Rectore qui succedet, partem quam non retinuerint, repetendi; sed eorum culpa adscribatur.

In ijs etiam locationibus, quae à Rectoribus iam ad tempus ita initae sunt, vt conductores praedia

Locationes cum pacto de praedijs melioribus reddend.

praedia meliora faciant; huiusque actionis vi, atque ratione aedificia facta, rectaque sunt, vel in posterum conductoris sumptibus meliora reddentur; hos sumptus, quos fecerit conductor, ea ratione recuperet, quae à nobis hoc decreto praescribitur: nisi id conuentum sit; vt breuiori tempore soluantur, quae à nobis statutum est.

Quod si is, qui iam conduxit, & praedia meliora fecit, tertiam eam partem retinere nolit; sed vna tantum solutione sibi restitui velit id omne, quidquid iam erogarit; partem illam, quam sibi retinere licet, apud hominem aliquem, cui tuto committi possit, quolibet anno deponat, vt sperari aliqui possit, praedia ipsa ecclesiastica recuperari aliqua ratione posse.

Si verò conductor eam tertiam partem non deposuerit, sed Rectori Ecclesiae soluerit; Rector qui succedet, illa ab eo repetere possit, aut in rerum quae meliores factae sunt, ratione referre. Rector autem, qui tertiam hanc partem temere receperit, dimidia parte fructuum, quos quolibet anno ex ipso beneficio ecclesiastico percipit, singulis annis mulctetur.

Si qui praterèa ob sumptus in praedijs quibus ecclesiasticis factos creditores sunt, eaque praedia non ipsi, sed Ecclesiae Rector quauis ratione possidet; ne ea hypothecae diutius sint, id quod mutua quadam collusioni aliquando factum est, in hac ipsa re id curet Episcopus, vt eadem tertiae partis annua solutione, quidquid in sumptus erogatum est, etiam fructibus sequestri nomine depositis, aut alia ratione eis restituatur.

Liberum tamen sit Episcopo in his omnibus, si quando pro beneficii tenuitate, aliaue iusta causa, aliquid minus tertia parte praescripta in singulos annos solui, aut retineri censuerit, id arbitrio suo scriptis concedere.

Vt verò hoc decretum omnibus notum sit, ac plane perspectum, illud nostra auctoritate vultgariter redditum; ab omnibus & singulis vrbis, & diocesis Parochis, festo primo die, postquam ipsi acceperint, publice in eorum Ecclesijs legatur, ac populo frequenti recitetur.

## Decretum XII.

Prou. I. par. 2. De Notar. &amp; scribis. pag. 24.

Cancellarij episcopalis munus

**Q**UIBUS Cancellariae Episcopalis munus commissum est, ipsimet in ea officij exercitatione versentur; si negotiorum tamen multitudo postulat, alios Episcopi iudicio comprobatos, sibi in auxilium adhibere liceat.

## Decretum XIII.

Prou. I. par. 2. de Iudic. foro Episcopi. pag. 24.

Subsidij charitativum, quomodo exigen.

**E**PISCOPVS, qui causis iure permissis, subsidium charitativum exacturus est, antequam illud sibi perfolui curet, Clerum, eiusque procuratores, aut negotiorum gestores conuocet, eiusque cum causam exponat, quam obrem il-

lud petere atque exigere cogatur, tum humaniter eisdem cohortetur, vt sibi sponte subueniant. Ne verò maiorem summam sibi solui curet, aut patiat, quam Benedicti XII. constitutione, cuius initium est, VASELECTIONIS, praescriptum est; idque nisi consuetudinis ratione aliud obseruatur. Qui contra fecerit, haec ei poena sit, vt & restituat quod perceperit, & aliam praterèa poenam iure expressam luat, Superioris arbitratu.

Extrau. pri. de censib.

## Decretum XIII.

Prou. I. par. 2. quae pert. ad bon. eccles. conferu. pag. 36.

**C**VM primum aliquis huius Prouinciae Episcopus mortem obierit, Archiuus Episcopalis clausis Notarii publici fide, vna Capituli Vicario, altera vni de Capitulo, ad quem vel officij ratione, vel consuetudine pertinet; sique nemo talis est, alij antiquiori residenti tradatur; ab eisdemque vna, & item altera asseruetur, quo ad alius Episcopus creabitur, cui illas restituat; & rationem de scriptis in inuentario notatis, eorumque custodiam commissis, eidem reddant.

Archiuus clausus quibus traden. mortuo Epo.

## Decretum XV.

Prou. I. vtsupra.

**N**ONNULI homines ad id temeritatis saepe veniunt, vt Clerici mortui bona inuadant, vnaque cum ijs illa saepe, quae etiam Ecclesiae ministris in mortui locum succedentibus debita sunt, & Ecclesiae item, cui, dum in vita ille esset, inseruierat, bona sacrilegè subripiat. quare poena excommunicationis latae sententiae vetamus, ne Clerici mortui, qui dum viuere, ecclesiasticum beneficii obtinebant, bona ad Ecclesiam eiusque ministros pertinentia, quicquam temere inuadat, atque auferat. Hoc autem decretum semel saltem quotannis Episcopus in sua diocesi promulgandum iubeat.

Inuadentes bonorum clericorum mortui.

## Decretum XVI.

Prou. I. par. 3. De pior. locor. admin. pag. 41.

**H**AERES, vltimarumque voluntatum executor, si quae piarum causarum nomine legata, relictaue sunt, ea anni spatio ad summum, aut tempore ab ipso testatore praescripto, non praestiterit; ab Episcopo, vt ratio iuris postulat, poenis ipso iure constitutis, omnino cogatur piarum testatoris voluntatem explere. Nec verò praescriptum illud, vel à iure, vel à testatore tempus ab Episcopo prorogetur, nisi sibi constiterit, quae earum causarum nomine relicta, aut legata sunt, verè praestari non potuisse. Episcopus verò in Parochijs, vbi opus erit, duos probatae vitae homines, pietatis amantes, & auctoritate praeditos deligat, quorum opera, studio, atque adiumento ad piorum locorum, piarumque causarum iura persequenda vtatur, quo ad expeditur visum sibi erit.

Legata piarum causarum.

Decretum xvii.

Prou. i. vtsupra.

Notarij legata pia non denunciantes.

NE Notarij, qui testamenta, codicillos, aliaque tabulas de rebus, quae piarum causarum nomine legatae, relictae sunt, vel ipsi rogati conscripserunt, vel ab alijs conscriptas apud se habent, magnos nimis labores in ijs omnibus conquirendis sustineant; neue si id quod ipsis superiori concilio praescriptum est, omiserint, excommunicationem eodem concilio propostam subeant; idcirco illam sanctionem, piarum causarum nomine a nobis editam, ita interpretamur ac moderamur, quod faciliorem etiam executionem illa habeat.

Par. 3. tit. de prior. loc. adm. §. poenam. pag. 42.

Quicumque Notarij sciunt, se rogatos, testamenta, aliaque ultimae voluntatis tabulas de rebus piarum causarum nomine relictae confecisse, nisi sex mensium spatio, postquam testatoris mortem scierint, illa Episcopo significarint, quaeque in ipsis tabulis a se conscriptis legata pia facta sint; ij excommunicationis poenam ipso iure incurrant. Qui vero in posterum eius generis tabulas testamentariae scripserint, eandem poenam ipso facto subeant; nisi tribus post mensibus, quam testatoris mortem cognoverint, pia legata relictae Episcopo denunciarint. Hoc autem de sex, & trium mensium spatio decretum vim tantum habere statuimus, cum primum concilium hoc in lucem emissum erit, ac promulgatum.

Vt autem Notariorum, qui iam mortem obierunt, exemplaria, & quavis alia scripta, quibus res piarum causarum nomine relictae, aut legatae, notatae, ac descriptae sunt, conquiri possint; Episcopus propositis etiam poenis, & censuris, eam, quae sibi facilius videbitur, in eam rei perficiendae rationem.

Qui Notarij praeterea ex superioris concilij decreto excommunicationem subierunt, Episcopus eos absolutionem humiliter petentes, a censuris absoluat, si modò ipsius Episcopi arbitrato ante satisfecerint, ad decreti huius praescriptum.

Decretum xviii.

Prou. i. par. 2. quae pert. ad bon. eccl. conferu. pag. 36.

Bona fabricarum ecclesiarum.

PROHIBEAT Episcopus, ne bona, census, prouentus, aliaque eius generis, quae ad Ecclesiarum Fabricas quavis ratione pertinent, ab earum Praefectis aut ministris ad alios vsus auertantur, quam institutum est, aut certe debent. Idem praeterea ex Tridentini concilii praescripto, Fabricarum redditus in vsus Ecclesiarum necessarios, atque viles, vt expedire magis visum fuerit, erogari curet.

Decretum xix.

Prou. i. par. 3. De piorum locorum admin. pag. 41.

Administratores bonorum eccles. ea ne emant.

VI bona Ecclesiarum, Hospitalium, aliorumque piorum locorum, siue solus, siue vnà cum alijs administrat; si vel ipse, vel per interpositam

personam ea emerit, aut emphyteusis, locatio, nisiue nomine conduxerit, ab eo administrationis munere statim amouetur; nec dignus in posterum censeatur, cui talium rerum procuratio, administratione demandetur; cum eoque praeterea ex iuris praescripto agatur.

Decretum xx.

Prou. i. vtsupra.

EPISCOPVS id sedulo prohibeat, vt quae Fabricae, Hospitalia, Sodalitates, & quae alia cuiusuis generis pia loca instituta non sunt ad pecuniam mutuo dandam; eorum administratores ne vlla causae specie cuiquam homini, nec etiam vniuersitati loci, aut vicinijs det mutuo. Quod si ipsi administratores mutuo vel dederint, vel quod grauius est, ab ijs locis sumptuerint, ab earum administratione statim amoti sint, indignique censeantur, qui per sex annos illorum, aliorumque piorum locorum administrationem gerant. Tum etiam illorum Praefectus, quouis nomine vocetur, qui huic rei consenserit, excommunicationis poenam subeat.

Quae sodalitates & pia loca mutuo ne det.

Decretum xxi.

Prou. i. vtsupra.

NE quisquam pecuniam apud Montes pietatis deponat, vel eidem mutuo det, vt inde aliquid, ne minimum quidem, lucri, aut eius quod interest, nomine percipiat. Qui vero ex pacto quidquam ea causa perceperit, quod Montis pietatis pecuniam vel mutui, vel depositi nomine dedit; cum eo tanquam cum vsurario homine agatur ad iuris praescriptum. Quae praeterea de Montibus pietatis decreta superiori concilio sunt, ea Episcopus obseruari curet vel diligentissime. Compellatque illorum institutiones sibi ab administratoribus ostendi, atque exhiberi.

Vsurae a montibus pietatis ne exigantur.

Par. 3. c. Epi. tit. de prior. loc. adm. §. episc. pag. 43.

Decretum xxii.

Prou. i. vtsupra.

SODALITATES quascunque, seu Confratrias, quae Disciplinatorum nomine vocantur, Episcopus, vt Tridentino concilio iussum est, visitet; librosque, vel constitutionum, vel meditationum, orationumque, si qui in eis dem extant, studiosè recognoscat, ne quid falsum, commentitiumque, aut apocryphum in illis sit; et si quae inuenerit, quae emendationem desiderant, illa vel omnino tollere, vel emendare curet. Efficiat praeterea vt confratres, etiam nominatim non vocati, ad statas & solemnes processiones accedant, easque rectè atque ordine obeant; vtque non mercede conducti, sed pietatis gratia flagella sibi adhibeant.

Sodalitates Disciplinatorum. Sefs. 22. decret. de refor. c. 18.

Easdem item Confratrias in eam pristinam Disciplinatarum regulam redigere curet, quae iussu nostro recognita, & emendata, & huius temporis rationi accommodata, ad communem earum Sodalitatum vsum edetur.

Infra in actis.

i quae verò hoc decreto praecipua illi vel continentem-

Quae generatim ad haec decreta pertinent.

Decretum i.

QUAE CVNQUE his nostris, alijsque superiori Synodo prouinciali editis constitutionibus, decretis sancita sunt, ea omnia in sua quisque Episcopus diocesis diligenter obseruet; & ab alijs quorum interest, seruanda curet omnibus iuris remedijs. Vt autem quae in hac Prouinciali synodo decreta sunt, ad ea praestanda vlla ignorantiae excusatione nemini huius Prouinciae homini vt liceat; illud edicimus, vt quo primum die in lucem emissis, ad nostrae Metropolitanae Ecclesiae valuas affixa erunt, tunc duorum mensium spatio, omnes se & his decretis, & si contra quidquam admiserint, poenis, ac multis, quae in eis constitutae sunt, obstrictos esse sciant.

Obseruatio & Promulgatio horum decretorum

Ab eo etiam affixionis, & promulgationis die, tempus eorum decretorum inchoari decernimus, quibus certo praescripto dierum spatio aliquid praestari iussum est.

Vnusquisque praeterea Episcopus ea omnia in proxima diocesana Synodo legi, ac recitari iubebit, & si ita expedire censuerit, suae etiam Cathedralis Ecclesiae valuis proponi; quò studiofius omnium animis praecipua eorum tradantur. Singulae item & Cathedrales, & Collegiate, & Parochiales Ecclesiae haec ipsa decreta, certo loco recondita, perpetuò asseruari curent.

Decretum ii.

SI quae in his decretis difficultas orta ante erit, quam alia Mediolanensis Prouinciae Synodus habeatur; eius difficultatis, tum omnium, quae ipsis decretis tradita sunt, interpretationem, & explicationem nobis referuamus, salua semper Sedis Apostolicae auctoritate.

Interpret. ad quem spectet.

Decretum iii.

QUAE debemus humilitate, & obediencia, sanctae Sedis Apostolicae, omnium Ecclesiarum matris, & magistrae iudicio, atque auctoritati omnia, & singula quaecunque in hac Prouinciali Synodo sancita, decreta, actaque sunt, semper emendanda, & corrigenda subijcimus.

Decretum iiii.

QUONIAM denique ob publicam huius Prouinciae & priuatam etiam vniuersiusque Ecclesiae vtilitatem a Summo Romano Pontifice multa petenda sunt; decernimus, quidquid ab eo communibus nostris, & qui ad sunt Episcoporum literis petetur, illud omne concilij huius nomine, atque auctoritate ita factum intelligi, ac si publicè in sessione postulatū esset.

LAVS DEO.

Finis Concilij Prouincialis Secundi.

tempserint, vel neglexerint; aliaque non obierint, quae ad eorum Sodalitatis officium pertinent, pro rei grauitate seuerius ab Episcopo corripiantur; sin autem emendari nulla alia ratione poterunt, eorum Sodalitates extinguantur, eisdem Episcopi iudicio.

Capita quaedam ad Moniales pertinentia.

Prou. i. par. 3. de Monial. pag. 43.

Caput i.

Monial. numerus & clausura. Sefs. 25. c. 3. de refor. Reg.

Bulla edita 4. cal. Iunii 1566.

QUOD de certo Monialium numero, singulis Monasterijs constituendo, Tridentina Synodus decreuit; quodque item Summus Pontifex PIVS Quintus, de Monialium, etiam earum quae Conuersae dicuntur, clausura, literis editis sanxit: id vtrūque Episcopus, quam diligentissime potest, exequi curet. Quod si aliquid obtulerit, quo minus illud a se praestari queat; ipsum summum Pontificem sex mensium spatio consulat, idque exequatur, quod sibi ea de re ab illo rescriptum erit.

Hancque ipsam in ijs exequendis diligentiam a Regularibus praestari idem sedulo studeat.

Caput ii.

De puella ad religionem admitenda. Sefs. 25. de Refor. c. 16.

VT Tridentinae constitutioni, quae est de Reformatione Regularium cap. xvj. fraus nulla fiat; illud Episcopus, poena anathematis & datibus, & recipientibus proposita, interdicit, ne Moniales a puella, quae regularem habitum in earum Monasterio suscipiatur est, parentibus, vel consanguineis, vel curatoribus, nec verò ab alijs, quibus ipsi ob id sponsione caueant, pecuniam mutuo, aut depositi, alioque quouis nomine sumant, antequam illa professionem regularem confecerit.

Episcopus praeterea tum impensas aestimet, quae & in religionis ingressu, & tempore professionis fieri solent pro vestitu, aut pro alijs rebus, ad ipsius puellae, vel Monasterij vsuum commoditate pertinentibus; tum pecuniam etiam summam praescribat, quam puella alimentorum nomine Monasterio det; nisi census, aut alia bona immobilia, quorum annui fructus eiusdem iudicio, ad ea alimenta satis sint, Monasterio attribuatur. Ea autem omnis pecuniae summa, eo nomine ab Episcopo decreta, na ipsa apud certum hominem, & virum bonum deponatur, qui professione confecta, illam statim Monasterio tradat, vt decretum est superiori concilio.

Caput iii.

Par. 3. tit. de nouit. ad profels. recipi. §. quod vero. pag. 47.

Par. de moni. tit. de claus. c. Nemi. pag. 48. Mon. musica arte ne instruant.

FACTAS superiori concilio permissa, vt Monialis organista sonandi artem Episcopi concessu docere possit, abrogata sit; atque ita, vt nemini, nec viro, nec feminae, etiam cuiusuis Superioris facultate, ad Monasterium quoduis accedere fas sit eius rei causa: sed quae Monialis vel organo sonandi, vel musicae artis perita est, alias Moniales instruere poterit.



# ORATIO CAROLI CARDINALIS TIT. SANCTAE PRAXEDIS, ET ARCHIEPISCOPI,

*Habita in Prouinciali Concilio Secundo.*



**E**t si, quod duce Spiritu sancto, à Tridentinis patribus decretum est, vt tertio quoque anno prouinciales synodi habeantur; hæc causa, Patres Reuerendissimi, satis explorata est, & ea quidem iustissima, quam obrem iam tribus post primum nostrum congressum annis, huc iterum conueniremus: tamen si quis rem ipsam attentè intuetur, facilè animaduertet, hoc iterati concilij officium, non solum Tridentino iussui debitum, verum etiam & temporum conditioni, & pastoralis nostri muneri, & inijs quæ proximo superiori concilio iecimus, consequens, ac planè necessarium. Iam cognoscitis, iam scitis, quæ in perturbatione Reipub. christianæ status versetur: quàm funestæ hæresum faces in finitimis prouincijs iam diu excitatæ, quàm turbulenti inde in Gallia motus, quàm multæ strages, quot pugnae editæ sint. quid? quod templa vel augustissima diruta, delubra religiosissimis imaginibus, & signis, & ornamentis spoliata, vasa sacra erepta, reliquæ sanctorum dissipatæ, sacerdotes & religiosi viri interfecti, sacrae virgines iniuriosius tractatæ, diuina polluta, omnia denique prostrata iacent. Quousque tandem irascere Domine? quousque tandem vineam, quam plantauit dextera tua, & populū Christi Iesu filij tui sanguine expiatum, videbimus ita crudeliter, ita foede diripi, vastari, dissipari? quousque cibabis nos pane lacrymarum, potum dabis nobis in lacrymis, & in mensura? Hæc autem mala; quæ pestifera sunt, quæ perniciosa, & si à nobis interiecto quodam spatio abesse videntur, ita tamen vndique nos circumstant, & in foribus ipsis propè adsunt; vt in singulas horas, vel momenta potius timendum sit, ne hæc aquarum vis in hanc prouinciam erumpat, totamq; fluctibus suis euerat, nisi Dei ope, & pastorum summa vigilantia occurratur. Verum alia incommoda sunt, & ea quidem non leuia; quæ, cum in visceribus prouinciæ nostræ hæreant, nos valde admodum commouere debent. nam & si superiori nostro cōuentu, multa auctore Deo decreuimus, multaq; post pastoralibus nostris vigilijs egimus, vt benè constituendæ huius prouinciæ signū aliquod sustulisse videamur: tamen multi adhuc sunt inueterati morū errores, & alia item, quæ à nobis cum emendationem planè desiderent; in ijs corrigendis nostræ curæ, ac sollicitudines hoc tempore euigilare debent. ea est enim horum temporum conditio, vt homines, alij mundi potius, quàm Dei amatores, animum ijs rebus adiungant, quæ ad diuitiarum in primis, & carnis sollicitudinem curamq; spectant; alios verò alijs illecebris, alijs fallacijs, quasi vinculis quibusdam irretitos teneat perpetuus ille humani generis hostis, qui tanquam leo rugiens, mortales circumit, quærens quem deuoret. Si denique prouinciā vniuersam lustramus, omnia ad carnis occasionem, reclamante Apostolo, traducta, in eo statu esse cernimus, vt adumbrata quædam, non solida illa, veraq; pietatis christianæ species retineri videatur. Hæc mala quidem intestina cum sint,

Psal. 79.

1. Petri 5.

sint, & si illis, quibus finitimas prouincias afflictas diximus, genere inferioras eiusmodi tamen sunt, ex quibus cum argumenti cuiusdam species, vulgi iudicio, hæreticis subministrari videtur ad suos tuendos errores: tum etiam (id quod Deus auertat) fieri facilè posset, vt hominibus nostris, si in conscientia prauo habitu eos obsordescere patiemur, quasi fores aperirentur, aditusq; patefieret ad nefariam hæresum labem. idq; cum ex multis alijs, peneq; innumeralibus exemplis, tum vel ex hoc vno potissimum cognosci licet, quod populus Israeliticus cum in conuiujs, & comestationibus, viuendiq; licentia versaretur, impura conscientia inquinatus, procliuius quidem delapsus est ad perniciosissimum idolorum morbum. hoc ipsum Apostolus Paulus cum animaduertisset, Timotheum discipulum propterea illis verbis admonuit: *Conscientiam bonam habe, quam multi repellentes, in fide naufragauerunt.* Vnde tandem, Patres, tot veteres hæreses, quæ olim restinctæ in hæc tempora inciderunt, nisi ex deprauatis, contaminatisq; gentium moribus? vt enim vetus aliquis morbus recrudescit, si recenti vel leuissimo malo corpus afficitur: sic hæresum pestem, quibus iam ecclesia varijs temporibus vexata est, antiquorum patrum virtutibus, tanquam salutaribus remedijs olim compressam, nostrorum temporum corruptela, quasi veterem morbum iterum ingrauescere videmus. In hoc igitur rerum discrimine videte, quanta nobis, qui christiani exercitus antesignani, & animarum medici sumus, necessitas imposita esset, vt concilium iniremus; quò plures, & ad propulsanda pericula, & ad sananda vulnera, in vnum Spiritu sancto duce conuenientes, à Deo misericordiarum, & patre consolationis, auxilium facilius implorarem; tum etiam quò cautiùs res multorum iudicio, & consensu constitutæ essent, eò promptiori animo, propensioriq; ad obediendum voluntate ab ijs susciperentur, quorum saluti maximè consulere debemus. Hoc nostrum munus est, hoc nostrum officium, Patres. etenim si in episcopalis dignitatis excelsa sede collocati sumus; tanquam in specula quadam pericula prospicere, eaq; propellere nos oportet, si quæ ijs imminent, qui in nostra fide, nostraq; cura conquiescunt; si parentes item, filiorum incolumitati paternam curam adhibere; si pastores, ab ouibus, quas sacrosancta sua morte Iesus Christus ex inferi faucibus atque ore eripuit, nunquam oculos deijcere; & si quæ impura vitiorum labè extabescunt, salis acrimonia sanare; si quæ demum in morum tenebris aberrantes sunt, ijs præluce re debemus. nam vt summus ille rerum opifex, principio cum cælum quod intuemur, effecit, stellarum multitudine ornauit, quæ solis splendore illustratæ, in nocte super terram lucerent: sic in spirituali huius sæculi renouatione, prout in ecclesia, tanquam in quodam cœli firmamento, Prophetas, & Apostolos, Pastores, & Doctores, qui quasi stellæ, sempiterni illius solis Christi Domini lumine illustrati, huic tenebricosi sæculi caligini præessent, & ab humanis mentibus tenebras depellerent, quodā illustris, sanctæq; disciplinæ splendore. Hos igitur, quos cœlestis sapientia pastores esse, & in Apostolorum tanquam in parentum locum succedere voluit; *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij,* inquit Propheta; quid est, cur eos parentes, eos duces, eos magistros non imitemur? illi in cōstituenda nascente tunc christiana Reipub. in maximisq; rerum difficultatibus, hac conciliorum ratione vsi, cum confusam illam, errorumq; tenebris implicitam mundi faciem, euangelicæ disciplinæ lumine illustrarint; tum ad eam restituendam exemplum nobis præbuerunt, vt in tanta scilicet rerum perturbatione, & in hac terra peccatorum caligine, nos qui eorum locum tenemus, *osq; Domini sumus, & e quorum labijs, tanquam ab Angelis Domini exercituum, populi legem requirunt;* à fonte lucis Spiritu sancto, in cuius nomine hodierno die congressi sumus, salutare vitæ leges haurientes, doceamus prouinciæ nostræ homines, *ambulare vt filios lucis, & asserre fratres*

Exodi 32.

1. Timoth. 1.

Psal. 44.

lucis in omni iustitia, & bonitate, & veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo, nec communicantes operibus infructuosis tenebrarum. Nec verò existimemus, Patres, muneris nostri partes omnino expletas à nobis esse in ijs, quæ tribus antè annis hoc ipso in loco multa constituimus. quoniam si rem omnem ita spectamus, quemadmodum sanè debemus; opus ministerij nostri inchoasse quidem, sed perfecisse certè non videbimur: at verò est cur expleamus; ita rerù status postulat, ita sæpè multis locis vnumquemque nostrum Apostolus monet: *Vide, inquit, vt ministerium quod in Domino accepisti, expleas. dedit enim Pastores, & Doctores in consummationem sanctorum, in opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi.* Ergo si ad consummationem, & ad perfectam quandam sanctitatis disciplinam tota ministerij nostri ratio spectat; inanes profectò conatus nostri, frustra; suscepti essent labores, iactis primùm illis fundamentis; nisi reliqua, quæ ad ædificij constructionem, & consummationem desunt, perfici contendamus omni summo studio. Nam quo tempore huc primò in concilium cõuenimus; populis nostris, *tanquam paruulis, aut certè infirmioribus, si præter lac escam dedimus*, at solidiorem cibum tum præbere vix potuimus; idq; Christo Domino magistro, qui multa cùm haberet quæ Apostolis diceret, non omnia tamen vno tempore eos docuit, propterea quod ad ea portanda tunc sanè essent minus idonei. Et quemadmodum is longo temporis progressu, tum excitatis sanctorum Patrum mentibus, tum sacrosanctis habitis concilijs, ecclesiam suam doctrinæ splendore in dies magis atque magis illustrare voluit, cùm vel momento temporis id ipsum præstare potuisset: sic nobis qui matrem ecclesiã colimus atque obseruamus, illud ab eius benignitate sperandum est, vt & nunc, & in posterum, prout temporum ratio requiret, ea patefaciat, atque aperiat, quæcunque superioris nostri concilij temporibus non opportuna, ipsius Dei spiritus nobis non suggessit, vt illa fidelibus nostris tunc traderemus. Illud præterea accedit, quod quemadmodum agricolis vsu sæpè venit, vt postquam semel agrum benè coluerint, eumq; à rubis, inutilibusq; herbis purgauerint, vites putarint, & arbores interlucarint, nisi crebrò eandem culturam adhibuerint, ager qui illorum studio enituit, horridus incultusq; fiat; sic fideles qui *agricultura Dei sunt*, vbi nostris vigilijs, ac studijs, quæ superiori concilio adhibuimus, ad aliquem nitorem adducti sunt, nisi sæpius ad ea quæ post succreuerunt, amputanda redeamus, facilè ille pristinus cultus temporis progressu horrescit: tum si quæ etiam deprauata consuetudo diuturnitate fulcitur, ita altè radices egit, vt velut hedera latè sese diffundens, sæpe vix, aut ne vix quidem euelli queat. itaque cùm in perpetua quadã agri dominici colendi ratione, nostrum munus penè totum positum esse debeat, diligentes agricolas vnicuique nostrum imitandos Deus apud Hieremiam proponit his verbis: *Ecce constitui te super gentes, super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.* Quod si fortasse pauca erunt, quæ nostris alijs constitutionibus addi oportere videbuntur, vtilitas tamen non parua, neque exiguus fructus ex hoc ipso concilio existet; si nos superiora decreta in conspectu, quasi in speculo quodam habentes; contemplabimur, si quæ, vel nostra qui iussimus, vel aliorum quibus iussum est, culpa contracta est in illis exequendis; aut si quæ sunt, quæ certis quibusdam causis nec per nos, nec verò per illos præstari adhuc licuit: hocq; pacto, tum si quid culpæ admissum est, quoniam officio nostro ante defuimus, id sedulò emendemus, tum difficultatum ratione hoc ipso in loco agitata, & diligenter explicata, adhibeamus quæ opportuna erunt remedia. Habetis igitur, Patres Reuerendissimi, causas, quare huc iterum conuenimus, tum etiam intelligitis, quàm grauis rerum tractatio nobis proposita sit; quæ tota ad sananda huius prouinciæ vulnera, ad pericula animarum propulsanda; ad disijciendas morum tenebras, ad agri denique

dominici

dominici cultum pertinet. idq; planè omne, quantum in nobis est, ita præstare debemus, vt primùm quæ semel per nos decreta sunt, ea nos quo maximo possumus, & quo certè debemus studio exequi contendamus: deinde si omni pietate, certaq; animi deliberatione in hoc ipso conuentu supplere studeamus, quæcunque superioris concilii decretis desunt, ad restituendum illum propè deflorescentis christianæ pietatis cultum: post si quæ vitiorum zizania tribus ab hinc annis subdolos ille operarius Satanas in hac Prouincia cõseuit, operam demus, vt eorum stirpes studiis nostris omnino conuellamus. Iam hic duce Spiritu sancto adsumus, Reuerendissimi P. P. vt prouinciale nostrum Concilium iterum celebremus. in qua muneris tractatione, nos pro rei grauitate, animo mèteq; reputemus, quæ nobis potissimùm proposita esse debeant. Ac primùm quidem perspicuum est, quàm turpe, quàm detestabile sit, in eo quod *Christi legatione fungimur*, Deiq; ministri sumus, si non Christum ipsum, non quæ Dei sunt, sed quæ nostra queramus. oportet igitur nos, depositis cupiditatù nostrarum perturbationibus, oculisq; mentis in cœlum coniectis, non vtilitates nostras, non commoda, non hominum honores spectemus, non rebus nostris, non popularibus studijs, non laudi, non gloriæ nostræ, sed Christo seruiamus, cui omnem gloriam, omnem laudem, omnem honorem debemus. Neque enim est, cur aut nobis ipsis, aut hominibus placeamus; siquidem quis inde fructus, si nos ipsos amantes, animæ nostræ iacturã faciamus? ecquæ vtilitas nobis existet, si iram Dei in nos concitantes, hominum beneuolentiam populari quadam indulgentia conciliemus? Audiamus Pauli clamantem: *si hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Dissipat autem Deus ossa eorum, qui hominibus placent, inquit Propheta. Ergo ad Dei voluntatem, tanquam certã normam, consilia, cogitationes, studia, & actiones nostras dirigamus. Deinde hic eo animo, eaq; mente adesse debemus; vt non coacti, sed spontè, liberaq; voluntate; non vt in plerisque actionibus fieri solet, aut cõsuetudine, aut quadam officij specie, nec fictè, nec simulatè; sed vera, solidaq; rerum agendarum deliberatione rem omnem tractemus: ita vt non adumbratam quandam, sed expressam illam disciplinæ christianæ formam, afflante Spiritu sancto, decretis nostris restituere curemus, quam nascète ecclesia instituit *uiuus sermo Dei, & efficax penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingēs vsque ad diuisionem animæ ac spiritus*, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. nam si vitiorum femina non funditùs tollere studeamus, sed satis id esse putamus, vt externa quædam tantùm, quæ oculis offensionem in vulgus præbent, quasi leui manu emendemus; id nobis eueniet quod agricolis: qui dum herbas inutiles radicitùs euellere negligunt, quæq; solum è terra extant, amputant, ne agrum quidem à stirpibus noxijs purgãt; sed etiam, quod planè nolunt, id sanè efficiunt, vt vberiores paucis post diebus emanent. Nec verò est, cur à muneris nostri ratione deterreamur; vel quia his pastoralibus nostris studijs, actionibusq; animos eorum exulcerari videamus, qui filij sunt perditionis; vel quia populares illæ, quibus quasi ficus foliis deformes, prauiq; mores contegi solent, voces audiantur. Non ferunt hæc tempora veterum canonum seueritatem; sic iamdiu viximus, sic vixerunt, ita egerunt qui ætate antecesserunt; vitæ institutum nihil est quod mutemus. At nos hæc, atque ad eò alia eiusmodi contēnamus, proponamusq; nobis ob oculos libertatem illam spiritus & virtutē, qua armati Patres nostri Apostoli, qua muniti Martyres, qua instructi nostri ordinis sanctissimi homines, Athanasius, Chrysoctomus, Ambrosius huius Ecclesiæ antistes, qua affecti alii religiosi viri, apostolico quodam animorum ardore flagrantes, nullis nõ minis, non hominum clamoribus, non furoribus quasi tribunitijs fracti nec debilitati, pro Dei gloria, pro gregis commisi salute, forti, constantiq; animo adhibuerunt,

buerunt, illam quasi censoriam virtutem, acerrimam peccatorum vindictam. Eorum ferè exemplo, adducti nos quoque apostolica illa constantia, & euangelica virtute, qua vna nihil est in ecclesiasticis pastoribus illustrius, nihil magis necessarium; sine metu, & constanter certè agamus, atque adeò perficiamus quod Euangeliū docet, quod Christus iubet, quod ratio præcipit, quod gregis salus, quod Ecclesiæ auctoritas, dignitasq; postulat. Nam si contra à nobis fiet, in formidoloso illo Dei iudicio, cum animarum, quæ in fidem & curationem nobis traditæ sunt, rationem reddemus; tum aliorum nos accusantium vociferationes, & irati iudicis; nos item acerbè obiurgantis, eas voces audiemus: si speculatores eratis; cur cæci? si pastores; cur gregem vobis commissum errare permisistis? si sal terræ; quonam modo euauistis? si lux eratis; cur *sedentibus in tenebris, & umbra mortis* non illuxistis? si Apostoli; cur apostolica virtute non vsi, cuncta egistis ad hominum oculos? si os Domini; cur muti? si vos huic oneri impares esse sentiebatis; cur tam ambitiosi? si pares; cur ita desides, ita negligentes? nihil vos Prophetarum voces, nihil Euangelij leges, nihil Apostolorum exempla, nihil pietas, nihil religio, nihil Ecclesiæ labentis status, nihil hic formidolofus iudicij dies, nihil præmia, nihil supplicia, æterniq; cruciatus mouerunt? Has horribiles irati iudicis voces nobiscum, Patres, animo menteq; reputemus; vt ijs, atque adeò alijs excitati, in hac sacrosancta tam grauium rerum tractatione, non remissè, non leniter, non timidè, non negligenter, non dissimulanter; sed syncerè, & constanti sanctaq; sollicitudine, Deum solum spectantes, quod in nostro officio, nostroq; munere positum est, agamus, & perficiamus duce Spiritu sancto, omnium actionum, & consiliorum moderatore. Cui gloria sit & honos sempiternis ætatum sæculis. Amen.

CAROLVS

CONCILIUM  
PROVINCIALE  
MEDIOLANENSE III.

Quod

CAROLVS BORROMAEVS  
S. R. E. CARDINALIS  
TITVLI S. PRAEDEXIS  
ARCHIEPISCOPVS.

Habuit añ. à Chr. nat. M. D. LXXIII.  
Gregorio XIII. Pont.



## CAROLVS BORROMÆVS

S. R. E. tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis.

Dei &amp; Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Mediolani.

Vniuersis Prouinciæ nostræ fidelibus salutem in Domino.



**P**RIORIBVS nostris duobus prouincialibus concilijs, benè iuuante Deo, initia fecimus conformandæ in hac prouincia ecclesiastica, christianæq; morum disciplinæ. Quibus sanè initijs non solum insistendum nobis est, sed longius progrediendum, ac perpetuò quidem; cum & nullus nobis pastoribus definitus videatur progrediendi terminus, & perennis proposita sit pastoralis officij sollicitudo. Quamobrem pro nostri muneris cura, vt ad opus, quod iam pridem illis concilijs inchoauimus, progressum aliquem faceremus, tertiam Mediolani prouincialem synodum habuimus ad Tridentini decreti præscriptum. qua in synodali tractatione, Dei munere & gratia, vnde, velut ex vberissimo fonte omnis sanctorum actionum ratio manat, nos de Coepiscoporum nostrorum consilio & assensu, aliqua constituimus & decreuimus, quibus adiuuari posse censuimus vestras in via Domini progressiones. Ea igitur vt vobis vniuersis, ac singulis, quorum interest, nota sint ac peruulgata, in lucem emitti iussimus. In ijs autem sicut paternam nostram erga vos pietatem, & debitam aliquam pastoralis officij religionem animaduertere potestis, ita in ijsdem accuratè amplectendis præstare vos debetis, quod vestrum est. Quare efficit, vt quanto maximo potestis, amoris obedientiaq; studio, illa ipsa non suscipiatis solum; sed seruetis accuratè omnino: quo magis in dies, & nostrarum Episcopaliū vigiliarum laborumq; fructus constet in vobis, quibus in Christi visceribus sollicitè ministramus; & prouincia hæc, salutaribus aucta disciplinæ institutis, fructus afferat vberiores in Domino: à quo vobis assiduè precamur Christianarum virtutum perfectionem, & salutem sempiternam.

Edictum de Concilio Prouinciali III.

In nomine sanctæ, &amp; indiuiduæ Trinitatis, Patris, &amp; filij, &amp; Spiritus sancti. Amen.

Carolus Borromæus S. R. E. tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ,  
Vniuersis Prouinciæ nostræ fidelibus salutem in Christo Domino.

**D**IVINAE pietatis abundantia perfectum est, vt cuius disciplina vestigia olim à sanctissimis Patribus impressa non leuiter, sed fixa ad sempiternam rei Christianæ benè gerendæ rationem, vix in tantis morum erroribus, vlla reliqua vsquam apparebant; ea quasi ex tenebris in lucem reuocata sit, grauissimis & diuinis sacrosancti Concilij Tridentini sanctionibus. quibus cum omnes sanè quidem obtemperare oporteat;

tum eos in primis, quos auctor vita nostræ, & magister salutis æternæ, Christus Dominus, Episcopos, & Pastores gregis esse voluit, quem is sanguine suo, in ara crucis profuso redemit. Itaq; Pastoralis curæ nostræ ratio, quæ in Tridentinis illis iussis, ijsq; sanctissimè exequendis versari debet, nos commonet, atque ad eò commouet, vt hoc anno, qui tertius est, quo Mediolani alteram Prouincialem Synodum habuimus, eam ad eiusdem Tridentini Concilij præscriptum tertio conuocemus: idq; eo consilio, vt nos, qui Metropolitanico iure Prouinciæ huius curam gerimus, pro debito Archiepiscopalis speculationis nostræ officio, sedulo primùm perquiramus, si quæ sunt, quæ Tridentinis decretis, aut eorum auctoritate, canonumq; iure à nobis in vna, atque in altera item Synodo ad restituendam pristinam illam Ecclesiasticam disciplinam iam pridem sancita, nondum ab ijs quorum interest, in hac Prouincia præstita sunt; in his exequendis duce Spiritu sancto, qui Spiritus est intellectus, sapientiæ,

&amp;

Prorogatio Synodi, &amp; Prouincialis, &amp; Diocesanae.

Carolus Borromæus S. R. E. tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ,  
Vniuersis Prouinciæ nostræ fidelibus salutem in Domino.

**A**LIIIS nostris literis, Edicti nomine inscriptis, Prouincialem Synodum, quam hoc anno die xxiiij. huius mensis Aprilis habere statueramus, paucis ante diebus de more indiximus, Sed cum per inuoluntatem nostram, vt per literas etiam prouinciæ nostræ Episcopis significauimus, id ad constitutam diem præstare nobis non liceat: eam ad diem differimus & prorogamus, quem illi hoc ipso anno celebrandæ certum, volente Deo præscribemus, atque indicemus alijs nostris literis.

Diocesana præterea Synodum, quam indiximus ad diem xiiij. huius etiam mensis Aprilis, ob eam ipsam causam differimus, & prorogamus in diem quem alijs nostris literis certum significabimus, & constituemus arbitratu nostro. In cuius rei fidem has necessaria prorogationis nostræ literas confici, & publicè affigi iussimus.  
Dat. Mediolani die 9. Aprilis 1572.

Edictum alterum de Concilio Prouinciali III. quod ob causas prorogatum fuerat.

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Carolus Borromæus S. R. E. tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ,  
Vniuersis Prouinciæ nostræ fidelibus salutem in Christo Domino.

**A**ETERNVS Pontifex, vniuersus Dei filius Christus Iesus, qui è sinu Patris in terram missus, fidelium animas redemit per effusionem immaculati sanguinis sui, eam nobis Pastoribus animarum curam proposuit, vt omni sollicitudine oues fidei nostræ commissas, à vallibus ad montes, à terrenis scilicet rebus ad caelestes, ab humanis ad diuinis, à caducis ad aeternas reuocare studeamus. Hæc sanè cura, plena studij, plena diligentia, refertaq; omni labore, cum in cæteris Pastoralibus muneribus, tum in ijs etiam exequendis nos valde sollicitos habere debet, quibus Tridentina Synodus & ipsi Pastorum officijs, & animarum saluti, & prouinciarum utilitati consultum esse voluit. In ijs verò cum illa sit prouincialium Synodorum ad usum reuocata ratio; nos superiori anno, qui tertius erat, quo Mediolani alteram prouincialem Synodum habuimus, tertio prouinciæ nostræ Episcopos

& consilij, Pastoralis studio, & diligentia incumbamus: tū præterea videamus, si quæ alia sunt, quæ subdolo operario Sathana, morum corruptelis, vel inueterata, vel nuper prauè introducta, vllam emendationem, vel in controuersijs prouincialibus iudicium à nobis desiderent. Quam obrem omnes & singulos huius nostræ Prouinciæ Episcopos, tum literis eo potissimum nomine vnicuique eorum scriptis, tum hoc etiam publico edicto, ad Prouincialem Synodum Mediolanum conuocamus: cuius etiam Synodi inchoandæ certum diem, nempe vigesimum quartum mensis Aprilis proximè sequentis; quo statuto die Mane in Metropolitanam nostram Ecclesiam conueniant, præscribimus. Vt autem cæteris omnibus atque singulis, qui possunt, debent iure, aut consuetudine, aut privilegio eidem interesse, peruulgata sit ac nota huius nostræ Prouincialis Synodi tertiæ indictio, ne uel cuiquam vel rei ignorantia ad excusationem vti, vel se contemptum, neglectum esse dicere liceat; ijs ipsis vniuersis, ac singulis, tum cæteris, qui sua interesse quauis ratione putarint, hoc edicto publicè proposito, illam eisdem significamus, indicimus, ac denunciamus: iubemusq; item illos ipsos omnes & singulos qui interesse debent, huc in Prouincialem Synodum conuenire ad constitutam diem, pœnis illis propositis, quæ canonicis sanctionibus decretæ sunt.

Curent autem Comprovinciales nostri Episcopi, id quod posteriori Prouinciali Concilio sancitum est, vt cum primùm hoc edictum acceperint, quo Prouinciali Synodi celebrandæ certa dies indicta est, in omnibus & Urbis, & diocesis sua parochialibus Ecclesijs, quinta quaque feria in singulas hebdomadas, quoad illa de more absoluta, ac dimissa erit, Missæ sacrum de Spiritu sancto fiat: In cathedrali autem, & Collegiatis Ecclesijs processionum præterea munus singulis diebus Dominicis obeatur, precationibus adhibitis pro optimo Conciliarium rerum tractationis euentu.

Omnes præterea Prouinciæ nostræ fideles monem, & per viscera misericordiæ Christi Domini hortamur, vt omni pietatis Christianæ studio, & religiosi precibus, ijsq; assiduis, à Deo consolationis, & misericordiarum Patre, nobis negotium tam salutare tractantibus auxilium implorent: quo nos adiuti, in hac tractatione omnia consilia, sermones, & actiones nostras in finem dirigamus, nempe in CHRISTVM IESVM, cui in omni iustitia, & sanctitate seruire debemus. In quarum rerum omnium fidem hoc edictum confici, auctoritateq; nostra imprimi, & nostro signo muniri, tum nostræ etiam manu signatum, in vulgus publicè proponi, eidemq; à Synodali Secretario nostro subscribi volumus. Dat. Mediolani die xx. Februarij M. D. LXXII.

scopos ad concilium conuocauimus. quod quidem concilium à nobis de more indictum, cum ob causas conciliaribus nostris literis expressis, celebrare non potuerimus; officij nostri ratio, quæ progressionibus suis tota ad præstantissimam illam curam spectare debet, nos comonet, atque aded commouet, ut quod proximo superiori anno à nobis intermissi oportuit, id hoc anno omnino præstemus. Quamobrem omnes, & singulos huius nostre Prouinciæ Episcopos, tum literis eo potissimum nomine unicuique eorum scriptis, tum hoc etiam publico edicto ad prouincialium Synodum Mediolanum conuocamus: cuius etiam Synodi inchoanda certum diem, nempe nonum Aprilis proximè sequentis, quo statuto die manè in Metropolitanam nostram Ecclesiam conueniant, præscribimus. Ut autem cæteris omnibus, atque singulis, qui possunt, debentur interesse, per uulgata sit ac nota huius nostre Prouincialis Synodi tertiæ indictio; neue cuiquam vel rei ignorantia ad excusationem uti, uel se contempnum, neglectum esse dicere liceat; ijs ipsis uniuersis, ac singulis, tum cæteris, qui sua interesse quauis ratione putauerint, hoc edicto publicè proposito, illam eisdem significamus, indicimus, ac denunciamus: iubemusq; item illos ipsos omnes, & singulos, qui interesse debent, huc in prouincialem Synodum conuenire ad constitutam diem, penis & censuris illis propositis, quæ

Canonicis sanctionibus decreta sunt. Curent autem prouinciales nostri Episcopi, id quod posteriori prouinciali Concilio sancitum est, ut cum primum hoc edictum acceperint, quo prouincialis Synodi celebranda certa dies indicta est, in omnibus & urbibus, & diæcesis suæ parochialibus Ecclesijs, quinta quaque feria in singulas hebdomadas, quo ad illa de more absoluta, ac dimissa erit, Missæ sacrum de Spiritu sancto fiat: In Cathedrali autem, & Collegiatis Ecclesijs processionum præterea munus singulis diebus Dominicis obeatur, precationibus adhibitis pro optimo conciliarium rerum tractationis euentu. Omnes præterea Prouinciæ nostræ fideles id moneamus, & per viscera misericordiæ Christi Domini hortamur, ut omni pietatis Christianæ studio & religiosi precibus, ijsq; assiduis, à Deo consolationis, & misericordiarum patre, nobis, negotium tam salutare tractantibus, Spiritus sancti lumen implorent; quo lumine adiuti, nos ijs inijs insistentes, quæ superioribus annis iecimus, nostros, gregisq; nostri gressus dirigamus in uiam salutis æternæ. In quarum rerum omnium fidem hoc edictum confici, auctoritateq; nostra imprimi, & nostro signo muniri, tam nostra etiam manu signatum, in uulgus publicè proponi, eidemq; à Synodali Secretario nostro subscribi uoluimus. Dat. Mediolani die 16. Ianuarij 1573.

# DECRETA CONDITA IN CONCILIO PROVINCIALI MEDIOLANENSI III.



In nomine sancte, & Indiuidue Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.



OS CAROLVS BORROMÆVS, S. R. E. Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, Dei & Apostolica Sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, de consilio, & assensu Reuerendiss. Patrum Coepiscoporum nostrorum, in prouinciali nostro Concilio Mediolanensi tertio, hæc quæ sequuntur, constituiimus ac decernimus.

### De festorum dierum cultu.

Prou. 1. par. 1. de fest. dier. cultu. pag. 6.

Sess. 25. decr. de inuocat. sancti.

SACROSANCTA Tridentina synodus, cum statuit fideles religioso festorum dierum cultu abuti non debere ad comestiones, ad luxum & lasciuiam; tum pastores omnes uehementer in domino obtestata, debitam sanctamq; eorundem obseruantiam pastoralis diligentia magnoperè commendauit. Quamobrem primo prouinciali concilio de illorum cultu quamuis à nobis sancitum sit: tamen hac constitutione eo ipso de genere diligentius decernendum censuimus; cum ex sint inorum corruptelæ, is deprauatus usus, ab omni & diuina & humana lege alienus, ut Deo dicati dies, sanctisq; rerum officijs consecrati, ac spiritus sancti doctrina instituti, tum ad recolenda diuina beneficia, tum ad honores debitos sanctis tribuendos, ad eorumq; uitæ imitationem excitandam, non modo ut oportet, sancte non colantur; sed quod grauissimum est, nefarie uolentur, operibus, officiis, rerumq; actionibus, ab eorum cultu, & pietatis Christianæ studio alienis. Itaque in maxima hac offensione, nos sacre illius synodi auctoritate, canonum iure, summorum Pontificum sanctionibus, & Pij Quinti Pontificis constitutione eo nomine edita, Patrum item institutis, tum ipsi imperatorijs legibus adducti, edicimus; ut ne quid feruili operis factis diebus, qui sanctæ matris Ecclesiæ instituto, aut uniuersisq; loci consuetudine, uotouè publico coluntur, fiat; nec quidquam deni-

Bulla edi. Cal. Apr. 1566.

que, quod in illis agi, geri, fieri uè non liceat. Et quoniam in ijs quæ sequuntur, maxime peccatur, hæc nominatim uetamus. **Prohibitio feruili operis.** Ne ijs diebus nundinæ, emporia, mercatus uè agantur: ne quidquam præterea fiat, exerceatur uè, quod ad earum nundinarum uel mercatus apparatus pertineat, etiam si in diem proximè sequentem illæ cadant. Ne contractus ulli, cuiusuis generis sint, ne uè ullæ rerum executiones fiat; nisi cum iure nominatim permissum est. Ne collectæ, taleæ uè in oppidis, pagis, vicis, ut ex deprauata consuetudine quibusdam locis factum est, festis diebus exigantur; præsertim quo tempore, uel sacra fiunt, uel concio habetur, uel processionibus, uel alia diuina officia celebrantur, uel scholarum doctrinæ Christianæ exercitationes aguntur. Nec uè uero ullo præterea unquam die, in Ecclesia, in cimiterio atriuè Ecclesiæ illas exigi liceat. Ne libri, imagines, signa, & alia id genus uelquam uenalia proponantur, aut circumferantur. Ne quæ ad aleæ lulum pertinent, neque larum iridem, nec vestes ad personatorum hominum usum vendantur, uel locentur. Ne quas res ad victum necessarias uendi licet; illæ propè Ecclesias, in earum uè conspectu uenales proponantur. Neque earum ipsarum rerum, præterquam panis à Sole aut pluuia defendendi causa, in foro locis uè publicis tentoria rastro uè sint, quibus illæ exponantur. Neque earundem rerum occasione causauè officinæ apertæ uero modo sint: sed earum ostium paruulum patens sit licet, reliqua omni parte clausa. Quo in genere præterea Episcopus, illarum rerum uenditioni certam horam & modum præscribat; ne ex uenditione aliquid existat scandalum, offensionis uè, aut occasionis, qua distrahanur homines à diuinis officijs. Tentorijs præterea, uentoribus, furoribus, calcarijs, alijsq; eiuismodi, & reliquis item operibus, quibus præterea oportet, Episcopus certas regulas præscribat, ne deinceps dierum festorum cultum uolent, in quo maxime peccare plerique solent. Quoniam autem usum iam hac in prouincia ni-

Prohibitio ebri-  
H mis

rearum & saltationum.

mis compertum est, deprauatis his temporibus & moribus, ad choreas, tripudia, saltationes, & id genus alia nunquam ferè conueniri sine multis, & ijs quidem grauissimis Dei offensionibus, idq. cum ob turpes cogitationes, obscenè dicta, inhonestas actiones, morum corruptelas, & perniciosas ad omnia opera carnis illecebras illis perpetuò coniunctas, tum propter cædes, rixas, dissidia, stupra, adulteria, aliaq. mala plurima inde consequentia quam sapissimè: his offensionum & peccatorum seminarijs locum dari, ijs præsertim diebus, qui dies propiciationis sunt; & ijs ipsis diebus fideles pleròque nefarijs istis Satanæ blanditijs illectos, à diuinis officijs, religiosis supplicationibus, lectionibusq. sacris abduci; auertiq. rudes à percipiendis fidei rudimētis; aliosq. ab alijs Christianæ pietatis officijs, in quæ eo tempore religiosè incumbendum est, abstrahi & amoueri; hoc certè grauissimum est in conspectu Dei, & Ecclesiæ. quare festis ijs diebus, saltem horis quibus diuina celebrantur officia, interdicens ne saltationes, tripudia, choreæ ducantur, aut fiant.

Ne item comediarum, ludi scenici, vel theatralis, hastiludia, & alia cuiusuis generis spectacula agantur. Ne circumforanei, circulatores, & id generis nebulones, præstigas suas, inaniaq. ea spectacula agant; neque quidquàm omnino vendat, ne medicamentum quidè prætextu. Vt autem hæc omnes de festorum cultu leges ab omnibus seruentur; contra eos qui non paruerint, Episcopus agat pœnis, & alijs item re medijs arbitrato suo.

Quæ præstada fidelibus die festo. Vid. Prouin. 1. quæ pert. ad celeb. Missæ. §. Mo neant. pag. 10.

Festis diebus sacrosancto Missæ sacrificio fideles omnes intersint. Neque verò excusentur puellæ nubiles, neque deinceps viduæ, ne permissu quidem primi nostri concilij, ob recentem mariti mortem, neque vlllo alio cuiusuis consuetudinis prætextu.

Vt verò ij dies omni pietate, & religiosius colantur; hæc crebrò populum Parochi, & Concionatores admoneant atque hortentur.

Vt illorum dierum tempus, quod Deo eiusq. cultui debetur, in ijs actionibus totum consumant, in quibus sanctè consumendum est.

Vt concionem manè, & sacram lectionem à prandio, vbi explicari solet, audiant.

Vt diuinis vesperarum præsertim officijs præfentes piè religiosèq. adsint.

Vt in Christianæ doctrinæ rudimētis ac præceptis, vel percipiendis vel recolendis versentur.

Vt in operibus etiam officijsq. pietatis se exercent, ægros homines visitando, merentes piè consolando, & alia eiusmodi præstando.

Vt denique ab illis actionibus, vnde omnis peccandi materia atque occasio existit feriat, in ea opera incumbant, ob quæ sunt illi sacri instituti dies.

Episcopi igitur cura sit, vel litaniarum proces-

siones, vel orationis, aliarumq. Christianarum virtutum exercitationes instituere; in quibus per festos dies occupati fideles, abducant se à profanis actionibus.

Sicut Principes & Magistratus qui gubernationi præfunt, dignitate præcellunt; ita præluce- re debent exemplo, quo reliqui incenduntur ad perpetuum piè agendi studium.

Quamobrem pro muneris sui officio, eos paternè cohortando & admonèdo Episcopus curet, vt ipsi per annum solemnibus diebus, & in quibus potissimum humanæ redemptionis mysteria peraguntur, in Natiuitate scilicet Domini, die Circumcisionis, & Epiphaniarum, in hebdomada sancta, Pascha resurrectionis, Ascensione, Pentecoste, in solempni die Corporis Domini, ad Cathedralem Ecclesiam conueniant; Episcopaliq. Missæ sacrificio, quod solèni ritu fit, diuinisq. vesperarum officijs intersint. Idem prætereà efficiat, cum ob Iubileum, vel ob aliam publicam causam generales processiones & supplicationes aguntur.

Episcopus id curæ, diligentiaq. adhibeat, vt tum ex Ecclesiæ suæ libris veteribus, manuq. scriptis, tum ex publicis Ciuitatis scriptis, monumentisue, atque aliunde peruestiget, si qui dies sunt, quibus colendis, vel veteri instituto vsuq., vel publico voto Ciuitas adstricta est; aut alius item cuius diœcesis suæ locus.

Cultus festorum ex voto aut consuetudine.

Quæ prætereà diligentia vtatur in conquirendis reliquis, tum votis, tum piæ consuetudinis institutis. Si quæ verò eiusmodi monumenta comperit; ea diligentius conscripta, in Episcopali Archiuo asseruanda curet.

Certosq. illos dies festos ijs monumentis notatos coli, & alia huiusmodi pia instituta præstari iubeat.

Vigilia autem, & festi dies Sanctorum, qui publico Ciuitatis voto, aut consuetudine coli debent, diœcesanæ synodi constitutione ab Episcopo decernantur; & in calendarium quotannis relati, die Dominico, prout vniuersi- que eorum Sanctorum festus dies in aliqua hebdomadam incidit, populo à parochio denuncientur.

Monimenta verò festi diei, vel piorum institutorum, quæ in aliquo solo diœcesis oppido locouè, voti publici, aut consuetudinis ratione seruari oportet, in eius etiam loci parochiali Ecclesia asseruentur: cum autem dies ille festus, vel quo pium institutum seruari debet, incidit; parochi sit, die Dominico proximè præcedenti, illum populo indicare ac denunciat.

Prohibeat verò diligenter Episcopus, atque omnino efficiat, vt non modò non saltationes & choreæ, verum etiam ne comestationes in honorem sanctorum, ludi, aliaue profanæ actiones, ab eorum festorum dierum, & piorum institutorum cultu alienæ, vlllo quouis modo, etiam illorum prætextu occasioneue introductæ, publicè ijs ipsis diebus fiant.

Vitanda in festis sanctorum.

In Septuagesima & c.

Studeat etiam Episcopus, vt quo tempore in Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ hebdomadis Ecclesia mater, & officiorum ritu, & hymnis, canticisq. fidelium mentes ad mœstitiam, atque ad pœnitentiam excitantibus, & omni denique tum vestimentorum, tum aliarum rerum apparatu populum Dei instruit, ac præparat tot antè diebus ad sanctè recolendam CHRISTI Domini passionem & crucem; eo potissimum tempore fideles sibi in curam traditos, spectacula, ludos scenicos, & alia, quæ gentilitatis speciem præ se ferunt, tunc præsertim morum corruptelis introducta, illa ipsa tanquam à sanctissimis Ecclesiæ institutis abhorrentia omnino fugientes, ad pietatis christianæ studia, & ad orationè attentiores sint, proposita omni Christianarum actionum exercitatione.

Festus dies sancti patroni quo colentur.

Quò religiosius incolæ vniuersiusque parochiæ festum diem colant illius sancti, sanctæue, cuius patrocinio parochialis Ecclesia dicata est, cohortationibus agat Parochus, vt pridie eius diei illi sanctè ieiuent, animo piè repetentes, tum ieiunia, tum religiosas alias eius sanctorum virtutum exercitationes: quarum meritum in cœlum ille vocatus, cum sempiterna gloria perfruatur, pro charitate qua abundat, eorum, quorum salutis patrocinium suscepit, preces Deo offert, ieiunia item & lachrymas. Tum idem illos admonere, atque vehementer in Domino cohortari nõ desistat, vt pietatis Christianæ officijs, sanctis operibus, debitaq. veneratione sancti illius diem festum colant; vtq. ab omni seruilii opere abstinerentur.

Prou. 1. par. 2. Communia de rat. diu. off. in. pag. 30.

Eodem prætereà die sancti, qui parochiæ patronus est & custos, quò ad illius imitationem magis fideles inflammentur, id parochus præstet, vt peracto vesperarum officio, cum frequentior in Ecclesia populus adest, aut ipse, aut alius in suggestu, aliove loco superiori, de libro, quo illius vita verè expressa continetur, res eius sanctè, admirabiliterq. gestas, religiosæ vitæ instituta, morum disciplinam, pietatis studia, virtutes pronunciet.

Sacrarum reliquiarum veneratio, & cultus. Vid. prou. 1. p. 1. de sanct. reliq. vener. pag. 5.

Quoniam verò sanctissimis summorum Pontificum constitutionibus, & prouincialis Concilij primi nostri decreto sancitum est, vt quæ apocrypha sunt, in Ecclesia ne legantur: de vitis Sanctorum, qui in vnaquaque huius prouinciæ vrbe, diœcesiuè certis potissimum locis coluntur, liber ab Episcopo conficiatur, doctis, & pijs viris adhibitis, tum ex probatis auctoribus, tum certis suæ Ecclesiæ scriptis, ac traditionibus.

Sanctorum, qui in Domino dormierunt, sacris sepulcris, & reliquijs colendis & venerandis, eò maxime augetur gloria Dei, quò religiosius illa coluntur. Quò igitur die sancti alicuius dies festus agitur, si in aliqua vrbe, diœcesiuè Ecclesia sancti alicuius corpus reconditum est, sacraue eius membra, vel alia insignes

reliquiæ asseruantur; eo die, & significatio detur frequenti campanarum sonitu; & ille Ecclesiæ locus, vbi ea sunt, sacrarum vestium apparatu, & candelarum lumine ornetur; tum ad maiorem cultum diuina officia solemnè celebrentur.

De Scholis Doctrinæ Christianæ.

Prou. 1. par. 1. de fidei init. à par. trad. pag. 2.

Quò maior in dies concursus, & progressio fiat ad doctrinæ Christianæ scholas, ad earumq. studium vehementius excitentur iam instituta, & in posterum Deo iuuante instituentur eius rei nomine sodalitates: Indulgentiarum, quæ, & à Pio Quinto, & nuper à sanctissimo D. N. Gregorio XIII. earum sodalitarum hominibus concessæ sunt, donum quotannis per Parochos duobus antè calendas Maij diebus Dominicis proximis promulgetur, cum frequens populus adest.

Publicatio Indulg. doct. Christianæ.

Bulla edita die 6. Octob. 1567. Bulla edita die 30. Octob. 1572.

Illis autem constitutis calendis, earum sodalitarum homines, vt indulgentias consequantur, confessi, sacram Eucharistiam sumant; ac processionem prætereà agant solempni ritu.

Si verò sapius id promulgari, vel alijs potiùs certis diebus hæc ab illis agi Episcopus censerit; id constituat arbitrato suo.

Quibus in oppidis, vicis, ac locis, quæ ad suam diœcesim pertinent, Episcopus has necessarias doctrinæ Christianæ scholas & sodalitates, vt altera prouinciali synodo iussum est, non ad hoc instituit, illas quamprimum, & quam diligentissimè institui curet.

Institutio scholarum doctrinæ Christianæ & sodalitates, Prou. 2. tit. 1. de cr. 2. pag. 1.

Studeat verò quamplurimos cuiusuis conditionis, status, & ætatis homines probatos, tum mares, tum fœminas, ijs scholis iam institutis, vel instituendis adscribi, adscriptosq. operam illis nauare, vt concessi Indulgentiarum muneris participes sint.

Eas verò iam institutas, vel in posterum instituendas scholas & sodalitates, ad illas præscriptas regulas dirigi curet, quæ iussu nostro ad communem earum vsum edentur in lucem.

Infra in actis.

Scholas prætereà quam sapissimè visitari, tum ab earum Præfctis, tum ab alijs etiam iubeat, quibus id negotij dederit.

Visitatio earum dem.

Ijq. diligenter ei referant, cum de omni instituta earum ratione, frequentiaq. illorum qui conueniunt, tum de reliqua earundem sodalitarum spiritali progressionè.

Confessarij.

Eisdem quò plures poterit, constituat Confessarios sacerdotes, & in concionibus habendis exercitatos, quorum & ministerio adiuuentur, & salutaribus monitis, crebrisq. cohortationibus inflammentur in dies magis, ad illud scholarum, & piarum exercitationum institutum, atque studium.

Si quam aliquando concionem sacram à prandio populo haberi contigerit, ei certa hora ab Episcopo statuatur; ita vt neque concionator

Concione squa hora habent.



à doctrinæ Christianæ scholis, neque hæ ab illo impediuntur.

Institutio scho- larum in hospi- talibus.

Episcopus præterea eam ineat ratione, vt & in ho- spitalibus, & in alijs pijs locis, vbi plures vel mares vel fœminæ curantur aut aluntur, hoc tradendæ doctrinæ Christianæ institutum in- troducatur: quò illi pascantur hoc præterea spirituali cibo.

Quæ ad concionatores pertinent.

Prou. 1. par. 1. de præd. verbi Dei. pag. 2.

Publicatio so- lemnitatum.

ANNIVERSARIA festorum solemniumq. dierum quadam quasi vicissitudine, & stas pro solemnitatum temporumq. ratione sacris ceremoniarum ritibus Dei ecclesia à Spiritu sancto instructa, redemptionis nostræ mysteria, & sacras alias actiones in anno, tanquam vno libro descriptas, fidelibus proponit; qui si minus ad ea instructi sunt, nec quæ sanctè religioseq. aguntur, intelligunt, non eum fructum, quem alioqui perciperent, capiunt.

Quò igitur diligentius illi instruatur, indiesq. magis accendatur ad publicas sacras actiones, & mysteria colenda, quæ stas anni solemnitatibus & temporibus Ecclesia Dei celebrat; Episcopus tum ipse aliquando, tum concionatores & Parochi, certis iis diebus, quibus illa agi celebrariue contigerit, populum doceant, cum sacrosancta ea mysteria, tum religiosum eorum anniversarium cultum, tum sanctiores statarum in iis colendis sacrarum ceremoniarum ac rituum rationes, & significationes.

Processionum & supplicatio- num &c.

Itidem, cum solemnnes aliqua statæ processionem, vel alia supplicationes aliqua publica causa indictæ aguntur, vel Iubileum in vniuersa Ecclesia indictum celebratur; conciones ab eisdem habeantur: quibus præter cætera explicentur causæ, quamobrem aut Iubileum celebratur, aut illæ supplicationes fiant; tum excitentur, atque admoneantur fideles, quam religiosè incumbendum sit ei sanctæ actioni, quidq. ab illis præstandum, vt illius Iubilei spirituales diuitias ipsi consequantur.

Vt autem religiosa animi præparatione hi solemnes dies à fidelibus colantur; non satis illi id esse putent, mysteria illa à se sermonibus concionibusue, ijs ipsis diebus quibus celebrantur, explicari, sed festis etiam aut Dominicis diebus, eas sacras vel solemnitates vel actiones proximè præcedentibus, eosdem concionibus instruunt, & eorum animos mentesq. præparare, atque inflammare studeant, cum ad omnem religiosum mysteriorum, quæ sanctè agentur, cultum; tum maximè, pro solemnitatum ratione, ad pœnitentiæ sacramentum, & ad sacram Eucharistiam sumendam.

Id verò etiam seruetur, cum stata ieiuniorum tempora, aduentus Domini, Septuagesima, & eiusmodi instant.

De sacramento etiam Chrysinatis populum instruunt in illis Pentecostes diebus, quibus potissimum ab Episcopo id sacramentum solemniter ministrari solet.

Parochi autem id omne instruendi populi officium præstent ad præscriptum instructionis, quæ eo nomine cura nostra cõficietur ad communem prouinciæ vsum.

Ne patiatur Parochus, cuiusvis ordinis regulares in ordinis sui Ecclesiis intrâ fines parochiæ suæ sitis concionem habere, nisi ex scripto testimonio perpexerit, eos muneris eiusmodi in illis Ecclesijs obeundi causa, se ad Episcopum cum concionandi facultate, quam à Superioribus suis ipsi obtinuerint, contulisse; & benedictionem, vt Tridentino Concilio cautum est, ab eodem petiisse; neque itidem in alienis eiusdem parochiæ Ecclesijs, nisi ibi concionandi facultatem sibi ab Episcopo literis concessam illi ostendant.

Concionatores regulares approbandi ab ordinario.

Quæ in Concilio prouinciali primo de prædicatione verbi Dei, & quacunque item alia concionatoribus à nobis præscripta sunt; ea quò diligentius seruentur, illam cautionem adhibeat vnusquisq. Episcopus, vt cum eorum cuiquam in sua diocesi concionandi potestatem faciet, vel benedictionem impartiet, illa omnia, & alia eo de genere in nostram concionatorum instructionem, ad communem prouinciæ vsum simul redacta, & quæ item Episcopus Ecclesiæ suæ rationibus accommodata, ab illis seruanda censuerit; illis literis describi iubeat, quibus vel concionandi facultas permittetur, vel præsentationis postulataq. benedictionis testimonium fiet.

Sefs. 5. c. 2. dec. de refor.

Parochi concionante, nonnulli parum salutis suæ memores, cum ad illius concionem conueniunt, sæpè discedunt ea non absoluta; ideò debiti in hoc genere officij sui eos crebrò Parochus admoneat; prout necessarium esse viderit.

Parochi concioni qui non interfuerint puniendi.

Quòd si quos aliquando monitos, ex verbi Dei, vel Parochi concionantis contemptu, in contumacia perseuerare animaduertent, illos ad Episcopum deferat: qui pro culpæ grauitate eisdem afficiat, tum alijs pœnis, tum si opus est, sacramentorum communionem priuet, ad Carthaginensis Concilij præscriptum.

c. Sacer. dist. 1. de consec.

Parochus, & concionator sæpè, prout opus esse animaduertent, illam decem annorum Indulgentiam edicat ac denunciât, quam Summus Pontifex Leo X. in Lateranensi Concilio toties cuius concessit, quoties aliquem blasphemantem accusarit.

Vid. Prouin. 1. par. 1. de blasphemia. pag. 5. Sefs. 9.

Quæ ad fidei tuendæ studium pertinent.

Prou. 1. par. 1. de profess. fid. pag. 1.

Quos oportet sacri Tridentini, prouincialisq. nostri Concilij primi iussu in diocetana Synodo Canones, & Decreta Tridentina reci-

Fidei professio præstanda. Part. 1. tit. de prof. fid.

recipere, fideiq. professionem præstare; nisi illos id præstitisse Episcopus perpexerit, in ea quæ proximè futura est synodo, ab illis præstari iubeat.

In aliquem verò certum librum, qui in Episcopali Archiuio asseruetur, eos omnes, ac singulos Cancellarius Episcopalis ordine referat, tum qui antea præstiterunt, tum qui in posterum præstabunt in singulis synodis deinceps sequentibus.

Quicumque literas, & liberales artes quouis nomine, vel publicè, vel priuatim docent, ij quales quales sint, & reliqui præterea, quibus Pii Quarti Pontificis Max. cõstitutione, vel eiusdem prouincialis Concilij decreto fidei professionem facere iussum est, trium mensium spatium illud ad formulam ab eodem Pontifice præscriptam, aut iam præstitisse ostendant, aut re ipsa præstent.

Bulla edita Id. Nou. 1564. par. 1. tit. cod.

Qui verò in posterum illud legendi, interpretandi, docendiq. munus suscepturi sunt, fidei professionem ad idem præscriptum antè præstent, quàm id suscipiant, exerceant.

Hiq. & illi omnes libro notentur.

Parochus ne villo modo patiatur, in suæ parochiæ finibus id vt supra munus à quoquam deinceps suscipi, aut iam nunc susceptum exerceri, nisi scripto Episcopi testimonio non ostenderit, se fidei professionem præstitisse: immo verò si ita testatum non fecerit, ei illo munere interdicit; si non paruerit, ad Episcopum deferat, qui in eum, prout iuris est, animaduertat.

Quædam de ludi magistris. Vide prou. 1. par. 1. de ludi pag. pag. 2.

Et quoniam ad Christianam pietatem hoc valde interest, vt instituendæ pueritiæ, atque adolescentiæ munus committatur viris, non scientia solum, sed fide, ac moribus, vitæq. probatis: eam ob causam à quo fidei professionem Episcopus recepturus est, antè ab eo cum vitæ suæ rationes perquirat; tum si quod testimonium fidei morumq. à probatis viris habet, afferri iubeat.

Quòd si ea, vel non afferuntur, vel eiusmodi sunt, quibus ipsius Episcopi conscientia ac iudicio non satisfaciat; id ipsum aliunde Episcopus quærat, ab ijs præsertim, apud quos ille diu fuerat; hocq. diligentius inuestiget, si vel è longinquis, vel hæresis nomine suspectis, vel morum corruptela inquinatis locis illum esse, aut venire animaduertit.

Hoc præterea diligentia adhibeat, vt posteaquam aliquis, fidei professione ad præscriptum facta, docendi curam susceperit; eius etiam vitæ morumq. ratio, & puerorum institutio aliquando obseruetur; idq. in ijs potissimum ludi magistris, qui certa pacta mercede in disciplinam suam traditos pueros domi educant.

Quorum librorum lectione, explicationeue puerorum, aut adolescentium animi deprauantur, & mores facillè corrumpuntur, quo in genere ij sunt, qui res obscenas & turpes continent: eos, vt Indice Tridentino sancitum est, à ludi magistris prælegi explicariue Episcopus non

Reg. 7.

patiatur: ac planè vetet ab illis quidquam exponi, quod bonis moribus repugnet, quodq. impietatem inducat, vt Lateranensi vltimo Concilio decretum est.

Iubeat Episcopus pueros, ad adolescentiæ ludi magistris Christianæ religionis præcepta atq. fidei rudimenta doceri, adhibitis ijs solum libris, quos Episcopus ipse præscripserit, prout ad illud instituendi munus eos idoneos esse iudicauerit. Dominicis verò, & festis diebus, nullo alio præterea doctrinæ genere illos instrui liceat: quod omne eo ipso Concilio Lateranensi præscriptum est.

Illud etiam eisdem præscribat, vt diebus festis scholæ suæ adolescentes, puerosue, aut ipsi conducant, aut frequentes illos conuenire iubeant ad solemne Missæ conuentualis sacrum, ad verbi Dei conciones, ad diuina vesperarum officia, ad sacrarum literarum interpretationes, ad doctrinæ christianæ scholas, & ad alia denique vitæ spiritualis studia, atq. exercitationes. Hæc omnia an ab ijs præstentur, Episcopus visitando aut ipse, aut alius eius nomine inuestiget diligenter; tum maximè, an libros isti apud se habeant, vel ob fidei doctrinam, vel ob morum institutionem damnatos, improbatosue; tum præterea, an qui in eorum disciplinam traditi sunt, honestè educantur.

Profecturus aliquis ad ea loca, vbi & si catholico etiam more à multis viuunt, impunè tamen, & publicè ab alijs predicatur, aut creditur, quod à Romanæ Ecclesiæ doctrina, & fide alienum est, professionem scriptam facultatem ab suo Parocho, vel ab eo quem Episcopus constituerit, antè impetret, quàm abeat.

De iis qui ad hæreticorū loca proficiscunt.

Quibus facultatis literis caueatur, vt & reuersionis tempore, & si diutius illis in locis fuerit, singulis annis testatum faciat, se catholico more, & vixisse, & viuere: vtq. id testimonium scriptum sit ab illius loci, vbi fuerit, Episcopo, aut Parocho, si ibi Parochus est, aut à catholicis viris probatis hominibus illorum locorum incolis.

Hocq. is, cui eò proficisci concessum erit, præstet omnino.

Quicumque autem sanctæ Inquisitionis officium, statum, res, & ministros aliquo modo læserit, & violariue, contra eum, vt Pij V. constitutione sancitum est, Episcopus agat ad illius sanctionis præscriptum.

Contra violatores S. Inquisit. Bulla edita cal. Apr. 1569.

Quam grauissimam sanctionem aliquando cum expedire censuerit, promulgari iubeat.

Perniciosorum, & falsorum librorum cum perpetua quodammodo pestis sit, cui remedium semper afferre oporteat, de ijs sæpè, & summorum Pontificum constitutionibus, & factorum Canonum iure cautum est. Postremò autem multa tum Concilij Lateranensis vltimi decreto, tum nuper Tridentino Concilio, & Indice vtiliter constituta sunt. Quæ vt Episcopi studio, à Bibliopoli, Impressoribus, & reliquis item omnibus quorum interest, dili-

Seruanda in librorum venditione euulgatione &c.

Sefs. 10. Sefs. 4.

gentius, quàm hactenus factum sit, vbique præsentur; illa ferè omnia, aliaq. nonnulla eodem spectantia, quæ addenda censuimus, simul complexi, prouinciali hac constitutione toto eo de genere sic edicimus, propositis eodem Lateranensi, & Tridentino tum Concilio, tum Indice, & Pij Quarti constitutione de eo Indice lata, pœnis sancitis, & aliis prætereà Episcopi arbitrato.

Vt quicumque artem librariam exercet, ab eo ne patiat Episcopus libros venales proponi, nisi confecto librorum suorum indice, cui ab se, aut ab eo, à quo eam curam in recognoscendis libris geri is voluerit, & ab Inquisitore etiam subscriptum sit: neque facultate sibi ab eisdem non permiffa, vt illos alios cuiusuis generis libros ille habeat, aut vendat, aut quauis ratione tradat, illo indice non notatos.

Ne loco publico, portorijs mercibus importandis constituto, libros ministri publici eius loci exportari patiantur, nisi qui illos importarint, aut Bibliopolæ, aut alii quorum sunt, scriptum eorundem manu signatum attulerint, quo exportandi potestas fiat.

Libri, non publico mercium loco expositi, sed aliò in urbem inuecti, ab eo qui inuexerit, vel inuehi iusserit, eisdem denuncientur: nec libri à quouis inuecti, vel in urbem introducti alijs commodentur, aut quauis alia ratione tradantur, a nequam is qui introduxerit, illis ad quos recognitio pertinet, indicem eorum ostēderit, ab eisdemq. item facultatem obtinuerit: idq. nisi libri id generis sint, vt eos omnibus permiffos esse perspicue constet.

Ne quis opuscula, libros, commentarios, aliaue id generis, quouis titulo & nomine, quæ manu scripta sunt, euulget; nisi ab Episcopo, aut ab alio eius iussu, & ab Inquisitore recognita sint, atque approbata subscriptionibus.

Ne prætereà quis librum, scriptumue cuiusuis generis imprimat, imprimiue curet, nisi ab eisdem Episcopo, & Inquisitore recognitum, & scripto comprobatum.

Quod recognitionis, & comprobationis scriptum, libri imprimendi principio recognitionis manu notatum, principio item libri imprimatur.

Libri exemplum auctoris manu, & nomine notatum, vbi primùm impressum est, recognitionibus tradatur asseruandum.

Libris impressis, apposito imprimantis nomine, adscribatur item annus, quo impressi sunt. Libri, quos typis mandari concessum est, in codice à recognitoribus referantur, notato concessæ facultatis anno, & die; descriptis etiam nominibus eorum, quibus eos imprimendi potestas facta est.

Ne hæredes, vltimarumue voluntatum executores, libris à defuncto relictis vtantur, aut alijs vtendos dent, vel vendant, aliaue quauis ratione tradant, antequam illos, aut eorum indicem ipsis Episcopo, & Inquisitori attulerint,

facultatemq. obtinuerint. De Biblijs autem vulgariter redditis; & de Testamento nouo, in vulgarem etiam sermonem conuerso; de libris prætereà, qui de rebus inter catholicos, & hæreticos controuersis, communi item lingua conscripti sunt, ea diligens cautio adhibeatur, vt illorum vsus iis tantum concedatur, quibus Episcopus, aut Inquisitor de consilio Parochi, aut Confessarij permittendum iudicarit.

Libri de officio, & precibus horarijs B. Mariæ Virginis vulgariter, vel Italicè, vel Hispanicè, vel Gallicè, vel Germanicè, vel partim latino, partim vulgari sermone expressi, venales ne proponantur, neque vendantur.

Si qui verò eos adhuc habent, ad sacræ Inquisitionis officium statim deferre compellantur, vt edita à Pio Quinto cōstitutione sancitū est.

Cauet Episcopus, ne libri illi paruuli, quibus preces variæ continentur, falsis superstitionisq. titulis aspersi, habeantur, aut vendantur; nisi suo, aut Inquisitoris, aliorumue Theologorum, quos huic muneri præfecerit, diligenti studio primùm recogniti, & purgati sint.

Adhibeat idem aliquando aliquot suæ Ciuitatis peritissimos homines, quorum opera & studio accuratè cognoscat, si qui pestiferi libri sunt, Indice Tridentino non notati, quorum vsu & lectione interdendum sit, eiusdem Indicis auctoritate.

Quos libros id generis cognouerit; ne in urbem, aut in diocesim suam illi inuehantur, caueat quam diligentissimè: eorumq. nomina cū ad sacræ Romanæ Inquisitionis Patres deferenda curet, tum alijs prouinciæ Episcopis significet; quò diligentius pesti obstruatur aditus.

Qui per vrbes prætereà, vicos, oppida, aliaue loca libros venales circumferunt; eorum etiam indicem habeant, cui ab Episcopo, & ab Inquisitore, aut ab iis, quibus librorum recognitio ab illis delegata est, subscriptum sit.

Hos Parochus, in cuius Parochiæ finibus illi venales libros exponunt, circumferuntue, de improviso aliquando visitet.

Ac si aut illorum indicem nō habere, aut alios prætereà eo indice non descriptos uendere, habereue compererit; tum eos Episcopo, aut Inquisitori denūciat; tum libros omnes sequenti nomine, donec aliter ab eo cui denunciabit, iussum erit.

Si libros Indice Tridentino damnatos improbatosue apud eos deprehenderit; illos etiam comprehendi, aut sponfione saltem facta sibi ab illis caueri curet, vt ad certum diem sistant in iudicio Episcopi, aut Inquisitoris.

Quæ ad Sacramentalia, & sacramenta generatim pertinent.

Prou. I. par. I. quæ seru. sunt in sacr. imag. pag. 4.

CHRISTIANÆ pietatis ornamētum, in quo populum fidelē gloriari oportet, altare Crucis erectio in cuius est

Vulgares libri.

Bulla edit. 5. Idib. Mar. 1570 Libri superstitiosi.

est cœlestis holocausti, sacrosancta illa arbor Crucis, in qua auctor humanæ redemptionis pependit Christus Dominus. Quamobrem ad Christianæ religionis gloriam insignis admodum fuit ea veterū pietas, vt Crucis signū non in templis solū, sed domi, forisq. in parietibus ac vestibulis, passimq. in vrbe expressum appareret, tanquam & præclarum populi Christiani trophæum, & clarissimum diuinæ misericordiæ monimentum, & sempiternum denique testimonium, quo palàm fieret, fideles cum inimicis Crucis Christi, Iudæis, Ethnicis, & Hæreticis nihil habere commune; sed contra eos omnes liberè profiteri, quem colūt Dominum Iesum, & hunc Crucifixum.

Hoc igitur maiorum religioso exemplo, atque instituto, cuius etiam vestigia in hac prouincia aliquot locis perspicui licet, excitatus Episcopus, illud curet, vt hoc sacrosanctæ Crucis insigne, vel ligno, vel lapide, vel vbi commodè per facultates fieri potest, marmore expressum, in vrbe, & Diocesi sua, vbi triuia frequentiora sunt, publicè proponatur, atque erigatur: quò crebrius perspecta ea sacræ Crucis arbore, fideles sese erigant, tum ad summi mysterij in ea peracti gratam memoriam, tum ad veram illā gloriam, ad quam Christo duce populus fidelis, qui populus est acquisitionis, contendere debet.

Quod prætereà alias sancitum est, id pro sacro sanctæ Crucis cultu & veneratione seruari Episcopus iubeat, vt ne ea humi exprimatur, neue fordidis, & aliqua labe inquinatis locis.

Singulis diebus Dominicis sacerdos Missæ parochialis sacrū factururus, antequam illud inchoet, aquam sale aspersam benedicendo renouet, eamq. vt moris est, aspergat.

Sanctissimi D. N. Gregorij XIII. Pontificis constitutio, qua excommunicationis pœna proposita ipso facto incurrenda, interdictum est, ne innocentissimi Agni imagine figuratæ certæ illæ formæ, & per Romanos Pontifices statis temporibus consecratæ, minio, auro, aut villo colore inficiantur, neque venales proponantur, promulgetur in Ecclesia eo anno, quo illas consecrari moris est in pascha; & quoties item Episcopus opus esse censuerit.

Quod pietatis, & Dei honoris causa ab sancta Matre Ecclesia institutum est, vt festo die Purificationis B. Mariæ Virginis candelæ, & palmæ, aut oliuæ, prout locorum consuetudo est, Dominico die, qui de palmis dicitur, in Ecclesia solemniter benedicantur: eaq. candelæ accēsæ statis illo tempore processionibus circumferantur, non sine sanctissima mysteriorum significatione; id vt instituti ratio postulat, ita religiosè celebrari debet.

Quamobrem edicimus, ne alio loco nisi in Ecclesia, neque dum manibus laicorum tenentur, sed constituto loco positæ, solemnibus ceremoniis benedicantur; & singulæ singulis distributæ, tum palmæ, tum candelæ accensæ

manibus per eos qui acceperint, gestentur ex Ecclesiæ instituto, dum statis illis diebus processiones, & sacræ aliæ actiones habentur.

Vtq. prætereà introducto ei vsui occurratur, quo multis locis in hac prouincia fit, vt illæ vel candelæ, vel palmæ oliuæq. sacro eo ritu benedictæ, non in Ecclesia à quibusdam sumantur, sed ad eos domum deferantur; & quod grauius est, à laicis quibusdam quasi tributum quoddam sibi à parochis, vel ab alijs quibusuis debitum, illæ exigantur; decernimus, vt (saluo si quod patronus aliquis beneficii habet illas exigendi iure) ijs solū, qui in Ecclesia intererunt, & illis item tantum tradi liceat, qui ijs ipsis diebus ad illam Ecclesiam conuenire solent; sed nō potuerunt, vel quia ægroti, vel alia legitima causa impediti.

Ad preces, quæ supra puerperam funduntur, cum post prolem emissam, illa actura gratias ad Ecclesiam se confert, parochus puerperæ domum ne ingrediatur, etiam si mulier ob aduersam valetudinem Ecclesiam adire nequeat. Fœminis prætereà post puerperium ad Ecclesiam venientibus, panis benedictus sub hostiæ forma ne præbeat.

Fons baptismalis, ne vsquam in alijs Ecclesijs, quàm in Parochialibus sit, vel Episcopi consensu in illis locis, vbi propterea quod parochialis Ecclesia longius distat, idem populi commodo magis consulendum esse censuerit.

Ad sacri chrysmatis oleum accipiendum, quotannis ante Pascha mittantur, qui accipiant, vt veteri canone decretum est.

Sancti item chrysmatis, & sacri cathecumenorum olei vascula, ne alibi, sed in Ecclesia religiosè asseruentur, in ciborio, alioque eiusdem Ecclesiæ certo constituto loco, quem Episcopus comprobarit.

Sacrum prætereà oleum infirmorum, in Ecclesia itidem custodiatur, vase ab aliorum sacrorum oleorum vasculis distincto; nisi quibus parochis Episcopus, propter eorum domiciliū à parochiali Ecclesia distantiam, illud domi tūc aliquando solū asseruari concesserit, cum in parochiæ finibus grauius ægrotantes habent, quibus vsu venire potest, vt quam celerrimè succurrendum sit illius sacramenti administratione.

Moneat sapè parochus, hocq. tum maximè, cum Sacramenta ministrat; vt fideles quibus ea ministrantur, & qui compatres ad Sacramenta Baptisimum, & Confirmationem adhibentur, eandem, pugionem, & eiusmodi deponant; memores se in omni spiritu humilitatis, sanctæq. pietatis studio adesse oportere sacris illis mysterijs.

De Baptismo Infantum expositorum.

Prou. I. par. 2. quæ pert. ad bapt. admin. pag. 7.

INFANS expositus, licet appensum collo scriptum habeat, quo ille baptizatus significetur;

Puerperæ benedictio.

Fons baptismalis.

Chrysmatis, & cathecumenorum oleum. c. omni tēpore de consec. dist. 4

Recipientes sacramenta & leō patres arma deponant.

tur; si tamen re diligenter perquisita, quem- admodū catechismo Romano expressum est, adhuc dubium sit eum baptizatum esse, ea con- ditionis formula baptizetur: si tu es baptiza- tus, ego te iterum non baptizo; & si nondum ba- ptizatus es, ego te baptizo &c.

De ijs, quæ ad sacram Eucharistiam pertinent.

Prou. 1. par. 2. quæ pert. ad Sac. sanct. Euch. pag. 3.

Fideles adhor- tandi ad freq. S. Euch. vsum. Par. 2. quæ ad Euch. sac. pt.

**A**D saluberrimum illum sacræ Eucharistiæ frequenter sumendæ vsum, parochi, vt primo prouinciali Concilio iussum est, & concio- natores item quàm sapissimè populum cohorte- tur, nascens Ecclesiæ institutis atque exē- plis, & grauissimorū Patrum vocibus, & vber- rima hoc ipso de genere Catechismi Romani doctrina, & sententia denique Tridentinæ syn- nodi, quæ optaret quidem fideles in singulis Missis, non solum spiritali affectu, sed sacra- mentali etiam Eucharistiæ perceptione com- municare.

Sefs. 22. cap. 6.

Quod si quis concionator, etiam regularis, ali- quid contra directè, indirectè dixerit, aut concionatus sit, Episcopus, in cuius vrbe, diœ- cesiue hoc ille admiserit, ei tanquam scanda- lum disseminanti, Tridentinæ eiusdem syno- di auctoritate interdicit prædicatione verbi Dei.

Sefs. 5. cap. 2.

Ad cuius prædicationis munus ne idem resti- tuatur, nisi primùm eiusdem Episcopi iudicio satisfecerit eo ipso loco, vbi ea in re scdalum, & offensionem præbuerit.

S. Euch. exposi- tio cum tempe- states imminēt.

Idem pro ratione culpæ corripiantur, corri- gantur, & satisfacere quoque compellatur, quicumque vel sermonem habendo, vel collo- quendo, hoc in genere offenderint.

S. Euch. quomo- do ad ægros de- ferent.

**C**um nimbi, procellæ, turbines, aut grandines impendent; ne sacerdos ad tempestatis procel- lam arcendam vasculum adhibeat, in quo san- ctissimum Eucharistiæ sacramentum asserua- tur: sed tabernaculum, vbi illud in Altare re- conditur, patefaciat licet: tumq. in eius con- spectu litanias, aliasq. religiosas preces eius rei causa institutas, piè, sanctèq. pronunciet.

Sacerdos cum Corpus Christi Domini ad ægros interdum in vrbe, alijsq. frequentibus locis de- fert, non superpelliceo solum, sed pluuiiali præ- terea indutus incedat, vbi per facultates, & per loci, temporisq. rationem commodè fieri po- test: tum præterea, vbi etiam potest, aliqui clerici adhibeantur, clericali habitu & super- pelliceo induti, qui comitantes vnà cum defe- rente sanctas religiosasq. preces recitent.

Perfunctus deferendi Sacramenti munere sa- cerdos, vbi ad Ecclesiam redierit, fidelibus qui in eo deferendo præsentibus adfuerant, quæ ex illo pietatis officio consecuti sint indulgen- tiam denunciari, paucis verbis eos cohortans, vt in religioso eo instituto sanctè perseuerent; tū pronuciata orōne, quæ est de sanctis. Sacra- mēto illos demittat in pace cum benedictione.

Indulgentia autem à Paulo tertio Pōtifice Ma- ximo corporis Domini sodalitatibus concessa, sæpè promulgetur; crebrisq. cohortationibus fideles incendantur, quò frequentiores illæ vbi- que locorum instituantur, institutæq. debitū munus obeant.

Sodalitates cor- poris Domini.

Quæ præterea sodalitates eo nomine, vt aliàs pri- ma prouinciali synodo iussum est, institutæ iā sunt, & in posterum instituentur; regulis vtā- tur ad communem illarum huius prouinciæ sodalitatū vsum nostro iussu edendis.

Part. 1. quæ ad Euch. pert.

Quibus Episcopus addat, quæ pro vrbis, diœ- cesisq. suæ ratione expedire videbuntur.

Infra in actis.

Parochus ijs omnibus, qui intrā Ecclesiæ suæ fi- nes habitant, in Pascha sacram Eucharistiam ip- se, non sacerdos alius præbeat; nisi ob frequen- tem multitudinem, necesse sit alterum etiam sacerdotem adhibere.

Communio pa- schalis.

Quicumque in Pascha ab diœcesi abfuerit, is reuer- sus, se eo tempore sacram communionem sum- plisse, testatum faciat scripto sacerdotis, à quo sumpserit.

Quod testimonij scriptum, manu, vel sigillo ordinarij, aut eius cui id curæ ille dederit, mu- nitum sit: alioquin vt Ecclesiæ præcepto pa- reat, confessus in propria parochiali Ecclesia sacram Eucharistiam suscipiat. Quod nisi fe- cerit, prout iuris est, pœna afficiatur.

Ad communicantium purificationem vasa adhi- bita, ne alterius rei vsui sint. eaq. propterea in sacristia seruentur.

De ijs, quæ ad pœnitentiæ Sacramentum pertinent.

Prou. 1. quæ pert. ad Sac. poen. admin. pag. 10.

**Q**VI ad confessarium, etiam regularem, in aliena diœcesi commorantem dedita ope- ra te conferens, peccata sua sit confessus; nisi confessarius ille, & ab Episcopo loci, & à confi- tentis Ordinario ad confessiones audiēdas pro- batus erit, ei tanquam inconfesso parochus. Eui charitatis sacramentum ne præbeat: illius præ- terea ordinarius, cuius confessionem ille sa- cerdos confessarius non probatus audierit, ne eum patiat in sua Diœcesi confessiones per biennium audire, neque itidem concionari. Quod decretum Quadragesimæ initio à paro- cho promulgetur, quibus locis Episcopo vi- debitur.

Pœna confiten- tium extra diœ- cesim.

Episcopus id confessarios sacerdotes interdum ad moneat; vt si quando quauis facultate, aucto- ritate eis licebit pœnitentium vota commu- tare; ne ea illi commutent, nisi in alia maiora pietatis opera, vel Deo gratiora, vel saltem quæ tantidem valeant.

Votorum com- mutatio.

Qua in re iudicanda, rationem habeant, & sum- ptuum, & laborum, & molestiarum, & om- nium deniq. incommodorum quæ pœnitentes perpessuri erant, si votum quod sanctè con- ceperant, re ipsa præstitissent.

Ne confessarii sacerdotes, cum sibi facultate, vel

ex

Dispensatio ir- regularitatis te- pore Iubilæi.

ex Iubileo, vel ex alijs Apostolicis literis con- cessâ, pœnitentium confessiones audire, eos- demq. à peccatis etiam grauioribus, quæ admi- serunt, & à pœnis item, ac censuris, quibus ir- retiti sunt, absolueri licet, cum eo qui in ir- regularitatem incurrerit, dispensent, nisi eius rei facultate illis literis nominatim expressâ.

Confessarii ne pecuniam acci- piant.

**S**i pœnitentibus pœnitentiæ præscribenda est ali- qua pecuniæ ratione, ne sibi sacerdotes confes- sarij eam pecuniam, sed locis pijs attribui cu- rent, vt in officia operaq. pietatis erogetur. Neque verò huius pecuniæ distribuendæ curâ ipsi villo planè modo suscipiant.

Neq. præterea sibi dari curent, si quid eleemo- sinæ causa pœnitenti erogandum est in Missæ sacris faciendis.

Regulares Ca- sus Episcopore seruatos ne ab- soluant literis Card. S. Sixti. 10. Sept. 1572.

Ne Confessarii regulares eorum peccatorum, quo- rum absolutio Episcopo reseruata est, vinculis irretitos pœnitentes absoluant, quemadmodū à sancta sede Apostolica declaratum est, id eis non licere, quauis priuilegiorum suorum au- ctoritate.

Instruções confessariorum in literis facul- tatis includan- tur.

Cōfessarii sacerdotibus præscriptæ è nostris prouincialibus synodis instruções ad prouin- ciæ vsum, aliæq. item, quas eisdem pro vrbis diœcesisq. suæ rationibus addi Episcopus cen- fuerit, in literas includantur, quibus vel pro- bationis testimonium, vel facultas dabitur il- lius muneris gerendi.

Pœnitentiæ pu- blicæ & solēnis. c. pœnitentes, & c. in capite cum seq. dist. 50. Sefs. 24. cap. 8.

Studeat Episcopus ad sacrorum Canonum, & Tri- dentini Cōcilij præscriptum, pro publicorum delictorum grauitatis ratione, & publicam, & solemnem pœnitentiam in vsum reuocare.

Quos verò ita solemniter pœnitere oportet, mē- se antè Quadragesimæ initium ad se per paro- chos deferri curet; vt primùm ineunte Qua- dragesima illi pœnitentiæ affici, tum die cœ- næ Domini Ecclesiæ reconciliari possint sta- to solemni ritu.

Cōstitutio Pij V. de Medicis promulgan. Bulla edi. die 8 Martii 1566.

Gravissima illa à Pio Quinto summo Pontifice de Medicis edita constitutio, quotannis semel sal- tem de more promulgetur, si id opus esse Epi- scopus censuerit.

Quædam de in- terdictis in pa- schate.

**S**i quibus Ecclesiæ ingressu, christianaq. sepultura publicè interdictum est, quoniam confessi, vt est sanctæ matris Ecclesiæ præceptum, sacro Paschæ tempore corpus Domini non sumpse- rint; eorum interdicti vinculum non relaxe- tur, nisi primùm cauerint, se tempore eis à pa- rocho præscribendo, & de peccatis cōfessuros, & sacram Eucharistiam sumpturos esse, & in posterum sanctæ Ecclesiæ præceptis, & huic præcipuè obediētes fore, quod est de confes- sione, & de communionem Paschæ tempore su- menda.

Quædam de ex- communicatio- ne cauēda.

Parochus deinde populo significet, illos ipsos quos iam interdicti vinculo irretitos denūcia- rat, eodem solutos.

Quò diligentius fideles caueant, ne excommuni- cationis vilius vinculis irretiantur; hoc paro- chi sæpè præsent, vt eos sæpè doceant, quàm grauis excommunicationis pœna sit; & quàm

valdè omni studio cauēda: idq. ad præscri- ptum faciant instructionis, quæ cura nostra ad prouinciæ vsum conficietur. Idem illi efficiant ex præscripta similis instru- ctionis formula, ad ea peccata detestanda, quæ frequentius à suæ parochiæ hominibus com- mitti animaduertit.

Quæcumque excommunicationum sententiæ, vel à summis Pontificibus, vel Tridentini, alio- rumq. generalium, & prouincialium Medio- lanensium Conciliorum decretis, vel diœcesana- rum cuiuscunq. vrbis synodorum constitu- tionibus lata sunt, quibus ipso facto, vel iure homines irretiuntur; hæc omnes summam vulgari sermone expressæ, & in tabellam ali- quam ordinæ relate, die primo Dominico Qua- dragesimæ in singulis cathedralibus Ecclesiis, de suggestu frequenti populo de scripto legan- tur; quò fideles meminerint, diligenter ab il- lis cauendum esse.

Idq. etiam fiat in parochialibus illis Ecclesiis singulis, vbi id fieri Episcopus expedire cen- fuerit.

De ijs, quæ pertinent ad Sacramentum extremæ Vnctionis.

Prou. 1. par. 2. quæ pert. ad extr. vnct. admin. pag. 12.

**P**AROCIVS in sacramento extremæ vn- ctionis ministrando, ex Catechismi Roma- ni doctrina, ægro, ceterisq. præsentibus expli- cet illius vim & vtilitatem, tum ad animæ salu- tem, tum etiā ad corporis valetudinem, si hæc ad æternam gloriam profutura sit.

Par. 1. tit. de Ex- tr. vnct.

Quod Concilio primo decretum est, vt dum æger integris est sensibus, extremæ vnctionis sacramentum ei ministraretur: si tamen vel cu- rantium negligentia, vel morbi vi, vel repen- tino aliquo casu sensum omnem amiserit, vt nihil planè intelligat; illius decreti sententia vetitum non esse declaramus, quin hoc extre- mæ vnctionis sacramentum ei ministrari li- ceat, si modo adhuc viuat, & dum vsum ratio- nis haberet, pij animi significationem dederit, vt inde iudicari possit, eum hoc sacramentum periturum, si adhuc integra mente esset.

De ijs, quæ partim ad ordinis Sacramentum, par- tim ad Clericorum honestatem, ac Stu- dia pertinent.

Prou. 1. par. 2. quæ ad sacram. ord. admin. pert. & dein- cept, pag. 12.

**C**ONSTITVTIONE Pii secundi Pontifi- cis Max. Quicumque clerici sine Canonica di- spensatione, extra stata tempora, vel antè legiti- mam aetatem, vel abique dimissorijs Ordini- narij sui literis, se ad aliquem sacrum ordinem promoueri fecerint, ab suorum ordinum quos susceperint, executione ipso iure suspēsi sunt; siq. suspensione durante, illorum ordinum mi- nisterium, functionesue obierint, statim irregu- lantur.

Bulla edita. 18. cal. Decē. 1461. Promulgatio bullæ de illegi- time promotis.



gularitate subeant; ob qua, praeter alias poenas contra istos canonum iure sancitas, beneficiis etiam Ecclesiasticis priuari possunt. His igitur penis ne quis facile illigetur, illam constitutionem quotannis, tum in dioecesana synodo promulgari, tum pridie illius diei, quo sacrae ordinationes habebuntur, edici clericis iubemus qui initiabuntur.

Quae seruanda in dimissorias litteris concedendis.

Infirmi valetudine, aliaue iusta causa impeditus Episcopus, si statas sacras ordinationes habere non potest, & aliquem propterea clericum suum ad alium Episcopum mittere velit, a quo alicui Ecclesiastico ordini adscribatur; testimonialibus litteris ei datis haec adscribat, & testata faciat; vita in primis & morum probitatem; doctrinam, qua idoneus examine habito iudicatus est; Ecclesiasticum ordinem, quo est proximè initiatus; tum praeterea natales, aut dispensationem, si quam super illis obtinuerit: si verò maiori ordini adscribendus est, aetatem item & titulum, sufficiensque censum beneficii, vel pensionis, vel patrimonii, quod ille habet.

Quicumque Clericus non huiusmodi litteras attulerit, quibus ea omnia adscripta testataue fiat; ordini, cui adscribi vult, ne adscribatur, perinde ac si nullas Episcopi sui dimissorias litteras impetrarit.

Promulgatio bullae de confidentiis.

De confidentiis constitutio, quam summus Pontifex Pius Quintus tulit, quotannis in Dioecesana synodo de scripto recitetur, ac promulgetur, loco illius a Pio Quarto confectae ea de re sanctionis, quae tota posteriori hac continetur.

Canonice horas non recitantes.

Quod ex Concilio Lateranensi ultimo à nobis provinciali prima synodo contra clericos iustum est, qui Ecclesiastica beneficia obtinentes, canonicarum horarum officium intermiserint; id ex Pij etiam Quinti Pont. Max. constitutione, qua hoc diligentius cautum est, contra eorundem Episcopus agat.

Prou. 2. tit. 2. Decr. 28. Clerici in parochiali ecclesia ad diuina officia & ad alia munera conueniant.

Ad cuius etiam constitutionis praescriptum, eum item mulctet, qui pensionem habens, canonicarum horarum officium de B. Maria Virgine dicere omiserit.

Quod altera provinciali synodo decretum est; ut clerici certae Ecclesiae ministerio non addicti, festis diebus in parochialem Ecclesiam, in aliamue Episcopi arbitratu conueniant ad diuina officia celebranda; id praestent omnes diligenter, etiam qui sacerdotes sunt: idque tum maximè in solemnibus Missae sacro, itidemque in vesperarum officio.

Quo praeterea tempore in eadem Ecclesia sanctissimum Eucharistiae sacramentum, vel in altari adorandum fidelibus publice exponitur, vel inde in tabernaculo receditur, vel processionis ritu per Ecclesiam circumfertur; adsint, munusque suum, & operam praestent.

Idque omne, nisi aliquando Episcopi concessu, ei alio loco tunc ministrare inferuireue licuerit.

Habitus clericali Ne cuiquam, antequam prima tonsura is initia-

tur, clericalem habitum sumere liceat sine Episcopi concessu, eoque scripto dato.

Episcopi, qui aut priuata monitione, aut edicto publice proposito, ut ex Tridentini Concilii auctoritate à nobis provinciali prima synodo mandatum est, eos non monuerint, qui Ecclesiastica quauis beneficia obtinent, aut factis ordinibus initiati sunt, ut clericalem habitum induerent; mense post huius concilii promulgationem, propositis edicto etiam publico penis, quae ipsis conciliis sancitae sunt, eos moneant, ut etiam si extra prouinciam, & in gymnasiis publicis sint, mensis spatio clericales vestes ordini suo congruentes decenter induant, ac deferant.

Quos autem ad id temporis non sumpsisse, aut semel sumptas, deinde abiicisse cognouerint; illos penis in monitione expressis afficiat, eosque iterum monitos, si in contumacia permanserint, beneficijs Ecclesiasticis quae obtinent, omnino priuent.

Episcopi verò, qui iam eos beneficia Ecclesiastica obtinentes, semel atque iterum monuerint, si in praescripto tempore clericalem habitum non induerunt, vel indurum deposuerunt; penam in monitione edictam omnino exequantur, eosque etiam beneficijs Ecclesiasticis priuent, aut priuatos declarent.

Ne sacerdos, neue clericus cuiusvis ordinis professoribus Ecclesiae stet, aut officinas obeat, aut via incedat, aut extra Ecclesiam exeat, superpelliceo indutus; nisi cum processiones, aut aliud Ecclesiasticum munus & officium obit, quod superpelliceum requirat.

In hortis, aedibus, alijsue Ecclesiarum aut Ecclesiasticorum hominum locis, si signa, imagines, aut picturae sunt, quae procaces, vel villo alio modo aliqua obscenitatis, turpitudinisue speciem praeserunt; ita recocinnentur, ut offensionem oculis ne praebere possint, aut tollantur, deleaturue ex omni loco, vbicunque extat; neque in posterum eiusmodi aliquo modo effingantur, aut pingantur.

Et quoniam christianorum hominum mentes facile corrumpuntur, peccandi libidine inflammatae ob rerum turpium atque obscenarum imagines, ideò illas effingi vetitum est Constantinopolitanae synodi canone. itaque curet Episcopus, ut quicumque laici homines id generis imagines habent, vel tabulis, vel parietibus expressas, pro pietatis christianae, cui addicti esse debent studio, eas abijciant, vel plane deleant, vel ad honestatem reconcinnent.

Qui in aedibus canonicalibus habitat, si foris pernoctauerit, non probata causa ab Episcopo, aut ab eo, cui is id curae dederit; vnus diei distributione mulctetur; praeter penam, qua pro culpa ratione ab ipso Episcopo afficitur, cui decreto ne in iis locus sit, qui ab vrbe, oppidoue, vbi canonice domicilium est, absunt.

Qui in sacerdotio sancto constituti sunt, ad offerendum illud Deo acceptabile Corporis Domini facri-

lis ne sumatur sine licentia.

Edictum de habitu clericali. Par. 2. de cler. vest. pag. 18.

Clerici ne cum superpelliceis extra ecclesiam maneant.

Picturae obscene amouendae ab aedibus ecclesiasticorum, & aliorum. Prou. 1. de cler. aed. pag. 19.

Canonici extra canonicales aedes pernoctantis poena.

Sacerdotes quo se gerere deant.

sacrificium, sicut eam functionem gerunt, qua nulla maior excogitari potest: ita in omni sacerdotalis vitae officio sic se gerant, ut morum etiam praestantia & splendore, alios alliciant atque excitent, ad debitum sacerdotio honorem illis praestandum.

Episcopi officium erga sacerdotes

Episcopus autem, cuius in primis est sacerdotalem dignitatem tueri, ut laici homines discant illos tanquam parentes ab ipsis vnice in Christo diligi & coli etiam debere, cum hoc saepe, prout vsu venerit, monendos fideles sibi commissos curet; tum efficiat, ut vbi eunq. vel publico, vel priuato loco sint, semper illis à laicalis ordinis viris debitus tribuatur locus, & honor.

Idem domi praeterea suae ne patiat sacerdotem quemquam abiectius se gerere, quam sacerdotis dignitas postulat.

Sacerdotes verò morbo, senectutisue incommodis affectos, qui sacerdotale munus praestare nequeunt, inopiaque premuntur, in locum aliquem cogi curet, aut alio modo eis consulat & prouideat: vbi victus ex fidelium elemosinis, aliaue ratione suppeditetur, ne ostium miserimè mendicent, non sine sacri ordinis contumelia.

Episcopus clericum studia, & disciplinam promoueat.

Magna, & salutaris populo fideli utilitas ex eo existit, cum clerus is est, qui & doctrina, & vitae moribus praeleat. quare in praecipuis curis Episcopi cum haec esse debeat; eius tum ad studia, tum ad Ecclesiasticae disciplinae cultum progressiones, omni paterna sollicitudine ille adiuuare studeat.

Itaque Episcopus, inferioris ordinis clericos adolescentes, qui spem aliquam praebent, posse eos longius progredi ad doctrinarum eruditionem, ne patiat, aetatem quae ad discendum apta est, frustra consumere; sed in ijs literarum initijs, ac studijs tempus ponere iubeat, quibus aditus eis & progressio fiat, vel ad Theologiae scientiam, vel ad sacrorum canonum peritiam, ad Ecclesiasticarumque rerum cognitionem.

Parochos verò, & alios prouectiori aetate Clericos qui apti sint, ijs studijs atque exercitationibus adscribat, ut & in sacrosancti Evangelij sensibus ijs potissimum cognoscendis ac percipiendis versentur, qui ad populum Christiana disciplina moribusque informandum pertinent; & in comparanda etiam doctrina se exercent, quae in explicandis est conscientiae casuum quaestionibus.

Reliquos autem, de quibus aut ob ingrauescentem aetatem, aut ob ingenij tarditatem, ob aliamue causam, ad literarum doctrinam capeendam exigua progressio spes est, in id saltem incumbere iubeat, ut in Romano, vel alio breuiori probati auctoris Catechismo, pro eorum ingenij captu instruantur: ijque si rudiores iam olim Sacerdotio, alicuius sacro ordini adscripti sint; in sacrificij Missae mysteriorum, & sacrorum rituum, statarumque caeremoniarum cognitione, & in sanctoribus earum significa-

tionibus, atque in sui ordinis Ecclesiasticarum functionum disciplina, breui aliqua institutionis ratione erudiantur.

Hanc autem diligentiam & in vrbe, & in dioecesi Episcopus exequatur, tum omni qua poterit ratione, tum aut opera publice docentium, theologorumue, seu magistrorum, qui in singulis Cathedralibus, collegiisque insigni oppidorum Ecclesijs ex Tridentino decreto iam instituti, instituendique sunt; aut adiumento regularium in monasterijs sacras literas interpretantur; siue hoc ipsum munus bonarum artium disciplinis Clericos erudiendi suscipiunt, aliqua illis studio suo erogata, attributaue elemosina, vel si opus erit, ab iisdem etiam Clericis contributa; aut saecularium Sacerdotum, quos in sua vrbe, dioecesiue peritiores, probatioresque habuerit, studio.

Quorum Sacerdotum charitati, ac diligentiae Clericos imperitiores, aut singulos, aut complures simul, litteris, & Clericalium virtutum disciplina instituendos commendabit.

Diligentiae huius fructus quò vberior existat; is aliquando per annum, doctis adhibitis viris, illorum singulorum ad studia progressiones, prout expedire existimari, recognoscat omni paterna sollicitudine, & diligentia ratione, institutis etiam per Sacerdotes homines doctos pro studij ratione, disciplinarum, quibus se eorum quisque dederit, interrogationibus. Cognoscat etiam aliquando progressum, què in sacrarum caeremoniarum, rituumque disciplina iisdem fecerint; opera adhibita Sacerdotum ecclesiasticarum caeremoniarum vsu peritorum; à quibus eos ex alterius provincialis synodi decreto instrui iusserit.

Prou. 2. tit. 2. de decret. 12. pag. 66. Recognitio clericorum per Episcopum.

Deinde ut non solum in literarum studijs atque exercitationibus, verum etiam in disciplinae morum officijs clerus se studiosius contineat, indiesque magis ad Clericales virtutes progrediat; idem & inferioris ordinis Clericos, ut altera provinciali synodo iustum est, & Sacerdotes praeterea, modò vnuerfos, modò partem eorum, modò certos aliquos singulos ad se aliquando conuocet: illorumque vnus cuiusque vitae rationes, christianarum virtutum exercitationes & progressus cognoscat; adhibitis Sacerdotibus, in vitae spiritualis, clericaliumque virtutum disciplina exercitatis.

Ibid. decret. 29. pag. 69.

Conuocato praeterea saepe per annum, ut alias iustum est, ad se Clero, aut ipse, aut Sacerdos aliquis vir doctus, in Ecclesiasticaque disciplina versatus, eius nomine ad illum remotis laicis sermones concionesue habeat, de ordinis eorum praestantia & sanctissimis officijs, de virtutibus quibus Clericalis ordinis homines praecellere debent, de vitijs quibus in populo offensionem praebere possunt, de omni denique Clericali morum disciplina, virtutumque perfectione.

Idem quoque praestet pridie eius diei, quo statas sacras ordinationes habebit, conuocatis il-

lo die, tum clericis qui postridie Ecclesiasticis ordinibus adscribendi erunt, tum alijs quos de Clero urbano tu accersendos esse censerit. Idq. praestetur praeter officiu, quod ipse Epus ex prouincialibus nostris decretis die sequenti praestare debet sermone, in explicanda Clero populoq. doctrina rituum, sanctiori q. significatione mysteriorum, quae tunc in Ecclesia publice ipse agit.

Cleri autem sui, & doctrinae, & disciplinae ratio omnis quod sibi explorator sit, singulorum tu sacerdotum, tum inferioris ordinis Clericorum nomina, vitae rationem, studia, exercitationes, progressiones, statum omnem denique certo libro notari mandet.

Facultas absentiae studiorum causa.

Ne a Diocesi Clerico cuiquam, neque ab Ecclesiae suae residentia alij Ecclesiasticum beneficium obtinenti, quod quacunq. ratione personalis residentiae munus iure, vel consuetudine requirit, studij causa abesse liceat, nisi eius rei facultate literis ab Episcopo permiffa.

Quibus sane literis haec Episcopus nominatim adiungat ac praescribat, ijs qui ad locum alienae diocesis studij causa proficiscuntur.

Vt & regulas nostro prouinciali primo, & secundo Concilio de habitus ratione, frequentiq. sacramentorum vsu Clericis praescriptas, & reliqua nostris item prouincialibus, ac suis diocesanis synodis decreta, ad honestam Clericalis vitae disciplinam pertinentia, & alia si qua praeterea sibi eo in genere illi praescribenda videbuntur, seruet diligenter.

Vt de ijs praescriptis rebus ab eo praestitis, scriptum testimonium ab Episcopo loci quod studij causa profectus est; de literarum autem progressionem, ab Doctoribus quos audit, ad tempus primo nostro prouinciali Concilio praescriptu, sibi exhibeat.

Vt dimissorias eiusmodi literas decem post diebus, quam ad gymnasij locum venit, eiusdem loci Episcopo exhibeat: de qua exhibitione ad mensis spatium sibi testatum faciat.

In ijs sic praescriptis rebus, si is nulla legitima causa impeditus defuerit, ne dimissoriae literae ei suffragent, sed irritae plane sunt, ac nullae. Quidquid praeterea prouinciali prima synodo de parochis studij causa literas dimissorias ex petentibus, constitutum est, id etiam omne inuiolate seruetur.

De ijs, quae pertinent ad Missae sacrificium.

Prou. 1. par. 2. quae pert. ad celebr. Missae. pag. 8. item de Missa solemni. pag. 32.

Missae conuentualis.

MISSAE conuentualis sacrum pro diei festi feriae uel ratione, ne in Cathedralibus, collegiatisq. Ecclesijs omittatur, propterea quod eodem die a Capitulo, etiam pro mortuis, vel ex decretis nostris prouincialibus, vel ex legatis defunctorum, vel alia de causa fieri debeat: sed tunc, ut Honorij Tertij constitutione cautum est, & semel pro feriae festiue diei ratio-

ne Missae conuentualis sacrum fiat, & iterum eodem die pro mortuis.

Quod ad Episcopalis ordinis obseruantiam in Ecclesia institutum est, id deinceps seruetur, ut quo in altari Episcopus Missae sacrificium fecit, ne illo die in eodem alius quouis Sacerdos faciat, nisi illius concessu.

Quo in altari Episcopus celebrat ne eo die alius celebret.

Quod primo prouinciali Concilio interdictum est, ne peregrino Sacerdoti sine dimissorijs testimonialibus uel literis Missae sacrum facere liceat, id ei veritum sit in regularium etiam cuiusuis ordinis Ecclesijs.

Sacerdotes alienae diocesis ne celebrent sine dimissorijs literis.

Sacerdotem in monialium Ecclesijs sine Episcopi concessu Missae sacrum in posterum facientem, propositam altero nostro prouinciali Concilio suspensionis censuram, non ipso facto subire, ut tunc constitutum est, sed ab Episcopo illi infligendam decernimus.

Facultas celebrandi in monia l. cul.

Prou. 2. tit. 2. decr. 3. pag. 65.

In Missae conuentualis sacro, introitus, gradualia, offertoria, & alia id generis canantur, quae Ecclesiae instituto, ad eam sacrificij Missae actionem quae fit, proprie accommodata sunt.

Quaedam de Missa conuentuali.

Si quando autem, quo tempore Sacerdos secreto agit, aliquid canendum videtur, ne quidquam canatur, quod etiam illi actioni apte conueniens, Episcopo non antea probatum sit.

Itemque quod ad probationem attinet, in alijs diuinis officijs seruetur. Symbolum uero fidei torum a choro, non alternatim organo canatur.

Missae intra parochiae fines qua hora celebrand. Par. 2. tit. quae pert. ad celebr. Missae.

Quod prouinciali primo Concilio a nobis decretum est, ut in Ecclesijs, quae intra parochialis Ecclesiae fines sunt, Dominicis, & festis diebus Missae sacrum ne fiat, nisi absoluta parochi coactione, quae manet inter sacrificium Missae habetur; id seruari iubemus, nisi Parochus antea fieri permittat, certa praescripta hora.

Facultas celebrandi primam Missam. ibid.

Primam Missam sacerdos celebraturus, a caeremoniarum magistro, ut iussu est primo prouinciali Concilio, institutus sacrarum caeremoniarum disciplina, Missae sacrificium antea ne faciat, quam illum Episcopus, aut is cui ipse id curae dederit, illis rite obeundis caeremonijs satis instructum nouerit, ac probarit.

Ne patena, cum oblatio fit, sed crux, aut facia aliqua imago offerentibus fidelibus ad osculandum praebatur.

Patena ne praebatur ad osculandum.

Episcopus efficiat, ut qui publice, notorieq. criminosi sunt, sacris ne intersiat, ut Tridentino decreto sancitum est; idq. uel monendo agat, uel iubeat a Sacerdotibus Missae sacrum illis praesentibus non inchoari, quoad ipsorum admittu se inde abduxerint, vel alia quouis ratione seuerius agat, ut illius decreti executioni sit omnino locus.

Quaedam de ijs qui Missae intersunt. Sess. 22. decr. de obseruan. & cult. in celeb. Missae.

Tum praeterea, nisi vitae emendatione suscepta, isti confessi in sacro Pascha sanctissimum Eucharistiae sacramentum susceperint, contra eosdem agatur, prout canonico iure in illos agi sancitum est, qui in Pascha non communicant.

Cum audienda Missae rationem populum Parochus

ehus docet, quo ex propitiatorio illo sacrificio ueriores ille fructum capere possit, hoc cum saepe admoneat, ut campanae signo dato, quo fideles ad Missae sacrum uocentur, se se quisque colligens, si sibi alicuius mortiferi peccati conscius est, summo ex eo dolore affectus, uitaeq. emendandae certo, stabiliq. proposito suscepto, supplex a Deo veniam petat.

Ne uero quis, uel uir, uel mulier, gradibus altaris haereat, aut propere altare sit, dum sacrum fit. Ideo sacerdos celebraturus, haerentes inde se longius abduci iubeat; quo celebrante, hoc ministrans Clericus praestet.

Missae ita fideles intersint, ut in omni eius partibus flexis sint, nisi cum Euangelium pronuntiat; quo tempore stent omnes; ac ne mulieribus etiam tunc sedere liceat.

De ijs quae ad diuina officia pertinent.

Prou. 1. par. 2. de min. ecclesiae, & diuin. offic. pag. 26. & deinceps.

Chori praefectus.

NE in choro, Ecclesia, Sacristia, quod ad diuinorum officiorum rationem ritumue pertinet, quicquam alius iubeat, nisi Chori Praefectus, uel is, cui pro officij quod gerit, ratione, id muneris competit, poena ei constituta Episcopi arbitrio.

Canonicus hebdomadarius ne gligens puniendus.

Prou. 1. par. 2. De ijs qui dignit. &c. Prou. 2. tit. 2. decr. 4.

Quae hoc de genere nos primo, & altero prouinciali Concilio statuimus, id praeterea decernimus; ut quicumque Canonicus hebdomadarius sua, alio uel tempore, quo uel suo nomine, uel hebdomadarij uice, ubi legitime per alium potest obiri munus, aliquod officium praestare debeat, in tempore non conuenit, aut officij sui munus, neque ipse, neque eius nomine, si legitimo impedimento distinetur, alius eius Ecclesiae Canonicus praestiterit; uel Praefectum de impedimento certiorum in tempore non fecerit; aliqua distributionum portione mulctetur, Episcopi arbitratu.

Communio canonicorum & clericorum. Feria 5. in Coena Domini.

Quo decreto astringi etiam eos omnes uolumus, qui etiam si Canonici non sint, aliquod in Ecclesia munus obire debent.

Feria quinta in coena Domini, singuli, qui in Cathedrali, collegiata uel Ecclesia, uel dignitate, uel canonicatum obtinent, tiam qui sacerdotals ordinis sunt, & reliqui item singuli eiusdem Ecclesiae Clerici, corpus Domini in solemni Missae sacro, quod illo die in ea Ecclesia fiet, sumant. Idque nisi ex ijs aliqui sint, qui eo ipso die debitum Missae sacri faciendi munus alio loco praestituri sint.

Antiphona de B. Virgine in sabbato.

Religiosis christianae pietatis institutis, in usum introductis, cum ad sancte agendi studium, adiutrice in primis Dei gratia, progressio maior indies esse solet; curet Episcopus, ut singulis sabbatis, sanctissimae Virgini, Deiq. Matri Mariae dicatis diebus, stata illa & solemnis, quae ueteri Ecclesiae instituto, perpetuoq. vsu de ea dicitur Antiphona, Salue Regina, uel alia pro ratione temporis, in parochiali,

tum Urbana, tum diocesana unaquaque Ecclesia a Parocho, & reliquis illius parochiae Clericis, quibus ab Episcopo iussu erit, sub uesperum ante crepusculum scilicet, pie religioseq. canatur: conuocatis etiam certo campanae signo fidelibus.

Plena sanctissimis mysterijs cum sit consecratio Episcopi, praeter multa, quae de tempore, loci, & formula eius, patrum institutis praecipua sunt, illud a felice Quarto Pontifice Max. constitutum etiam est, ut anniuersarius eius consecrationis dies celebraretur.

Anniuersarius dies consecrationis episcopi.

Vid. Prouinc. 4. par. 2. quae pert. ad sanctiss. Miss. sac. & diuin. offi. 5. quod ex felicis.

Quod institutum iamdiu intermissum, ut in hac prouincia ad usum reuocetur; statuimus, ab unoquoque Episcopo anniuersarium consecrationis suae diem solemni ritu agi.

Si uero in consecrationis diem festus dies incidit, cuius festi diei officium ex instituto Ecclesiae transferri non liceat, consecrationis celebritas in alium diem transferatur, quo agi liceat.

Sacerdotes uero, quo die eorum unusquisque Sacerdotio initiatus, est, illum etiam quotannis recolant Missae sacrificio, & precibus.

Quo die aliqua Ecclesia uel cathedralis, uel collegiata, uel parochialis consecrata est, is singulis annis solemni ritu agatur, & Missae sacrificijs, & diuinis officijs, & decenti illius Ecclesiae ornatu.

Anniuersarius dies consecrationis ecclesiae.

Quod si certus consecrationis dies ignoratur, non est tamen de consecratione dubitatio; illius diem certum Episcopus statuatur.

Qui constitutus dies consecrationis Ecclesiae Cathedralis, in Calendarium quotannis referatur, stataq. eius celebritas ab uniuerso Clero agatur.

Collegiatae uero, & parochialis Ecclesiae dedicationis dies celebretur ab illius Ecclesiae Clero.

Curet autem Episcopus ne eo die, manet saltem, quo tempore diuina fiunt, si Ecclesia parochialis sit, fideles quicumque in illius Ecclesiae, cuius anniuersarius consecrationis dies celebratur, finibus habitant, seruilis operis quicquam faciant; neque tabernas, officinae uel aperiaut, quod frequentiores conueniant ad illius officij celebritatem.

Officium pro mortuis episcopis, & canonicis.

Postridie illius diei, quo omnium fidelium defunctorum commemoratio fit, ex antiquo Ecclesiae instituto, & diuinum officium, & Missae sacrum pro mortuis ritu solemni in Ecclesia cathedrali ab Episcopo, & Capitulo fiat pro sua urbis Episcopis qui mortem obierunt. reliqui praeterea singuli sacerdotes pro iisdem illo ipso die sacrum faciant.

Die proximae sequenti, pro mortuis Canonicis, & alijs de Capitulo Ecclesiae suae a singulis Capitulis, & Cathedralis, & Collegiatae Ecclesiae fiat.

Regulares processionibus intersint.

Sess. 5. cap. 13. de Reg.

Tridentini Concilij auctoritate, Episcopus cum regularibus agat, propositis etiam centurijs, & poenis, ut tum in urbe, tum in diocesi, ubi uicium

que ij Monasteria habent, vnà cū reliquo Clero seculari processiones publicas, ad Tridentini Concilij præscriptum, ipsi obeant, ijsq. interfiunt.

Tabella erratorum in diu. off. ab episcopo statuenda.

Vt erratis, quæ in diuinorum officiorum cultu committi solent, non in collegiatis solum, sed in alijs etiam quibusuis Ecclesijs, & alibi occurratur, vbi vel festi diei, vel funeris, vel anniuersariorum, vel processionum, vel aliarum rerum causa plures Clerici conueniunt, Episcopus certas tabella descriptas eorū omnium leges, quæ à Clero in illorum officiorum, & processionum functionibus, aut caueri, aut præstari debent, diligenter præscribat. Quæ leges videntur, eam ineat rationem, vt quibus in Ecclesijs, vel officijs Præfectus est, & Punctator item; hic si in eorum cultu erratur, errata noter; ille errantes mulctet; vbi verò non est, cum illa officia, processionefue ibi obiri contigerit, aliquis ex Clero, qui ad ea obeunda conuenierit, certus & punctator sit, qui in eo officiorum cultu errantes noter; & alius Præfectus, cui hæc errorum ratio, errantiumq. mulcta sit commissa.

De Parochis.

Prou. 1. par. 2. de dilig. ab episcopo adhib. & c. pag. 22.

Iuramentum à parochis præstatum.

QUI CUM QUÆ parochiali Ecclesiæ præficiendus erit, is primùm Episcopo, vt ià in nonnullis huius prouinciæ Ecclesijs consuetudo est, iuret se sanctæ sedi Apostolicæ, & Episcopo, eiusq. item successoribus obedientem fore.

Tum præterea se, ad Tridentini Concilij præscriptam rationem, residentem in Ecclesia futurum quam obtinuerit.

Tum iura etiam illius Ecclesiæ se pro viribus conseruaturum, ac defensurum esse.

Bona denique eiusdem se absque legitima auctoritate non alienaturum: quæ verò antea ab ijs, qui illius curam gesserunt, iniuste vel vendita, vel alio quouis modo alienata sunt, ea, quantum in se est, recuperaturum.

Residètia & habitatio parochorum.

Quicumque Canonicus, parochialem Ecclesiam obtinet, etiam si vnionis iure, non quidem perpetuo, sed tantùm dum ipse viuit, canonicatus, vel præbendæ quam obtinet, coniunctam teneat: in ea tamen parochiali Ecclesia, vt Summi Pontificis Pij Quinti constitutione sancitum est, resideat, nulliq. parochiali muneris desit.

Bulla edi. 8. Id. Iulii 1568.

Si quis Parochus, etiam vrbanus, parochiale domicilium non habet, vbi habitet; intrà illius fines domum conducatur, quàm proximè potest Ecclesiæ, cuius curationi præest: si intrà fines domus non est, quam conducere possit, extra, vbi propius Ecclesiæ potest, conducatur; idq. iudicio Episcopi.

Parochus, cui ob imperitiam, aliamuè ob causam Sacerdos alius socius, & coadiutor adiunctus est ad parochialem curam gerendam, ipse etiã

in propria Ecclesia residens adfit: & officia, quorum munus ei interdictum non sit, gregi sibi commissio is etiam præstet.

Parochus ne vllum testificationis genus è libris suis parochialibus descriptū, cuiquam tradat, nisi Episcopi concessu.

Id verò nisi scriptum aliquod sit, quo, petenti testificatio fiat de eius ætate, vel natalibus.

Dominicis diebus, Parochus non solum festos dies populo denunciatur; sed etiam illum sæpe doceat, quæ officia tum in illis, tum in eorum vigilijs colendis ab eo religiosè præstari oporteat. Eidem præterea significet, atque indicat Stationes, & Indulgentias, quæ Episcopi iussu promulgandæ erunt; & publicam, si quæ aliquando ob aliquam causam indicta est, orationem, & processiones, & officia mortuorum in sua parochiali Ecclesia obeunda, si quæ eius modi in eam hebdomadam inciderint; vt fideles Parochi sui voce moniti, aut illis interfiunt; aut si minus possunt, facta sanctorum illorum officiorum significatione campanarum sono, cum iam ante ammoniti intelligant, quæ precationes, quæuè officia in Ecclesia fiant, ipsi etiam quamuis absint, vel domi, vel alio loco, vbicunque sint, piè Deum precentur.

Testificatio è libris parochialibus quò concedenda.

Festi dies vigiliæ, Stationes, orationes &c. à parochis diebus dominicis eunt gaudæ.

Et quoniam præcipit Apostolus, vt fiant omnium primùm obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate; ideò Parochus, fideles ijs ipsis Dominicis diebus hoc moneat, vt antequam ab Ecclesia discedant, pro omnibus infra descriptis, ter orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam sanctè precando dicant.

Pro fidei Christianæ, & sanctæ Ecclesiæ propagatione, & pro summo Pontifice Romano. Pro Episcopo suo, & reliquis pastoribus animarum. Pro Principibus & Magistratibus. Pro peccatoribus, vt flagitiorum suorum penitentes, à Deo veniam petant, & à malè agendo auersi, ambulent in via Domini. Vt hæretici redeuntes ad sanitatem, catholicæ Ecclesiæ præceptis erudiantur. Vt infideles ab impietatis errore liberentur; & Christi Domini fidem amplectantur. Pro defunctis, præsertim quorum corpora in illa parochiali Ecclesia quiescunt, vt à pœnis purgatorij liberentur.

Tum præterea, si quod malum, vel calamitas impendet, itidem faciat.

Tum denique si quid est, quod vel Episcopi admonitu, iussuue, vel suæ parochiæ hominū aliquo incommodo laborantium, rogatu, vel alia eiusmodi causa, tunc maximè sanctis orationibus opus esse animaduertent.

Parochus, in sua quisque parochiali Ecclesia, singulis festis diebus, itata hora vesperarū officium peragat: idq. ea ratione, vt si vnum, pluresuè habeat:

1. Tim. 2.

Vesperæ à parochis festis diebus canen.

habeat, quibus adiutoribus vtatur, illius officij psalmos, & preces, vt ritus est, canat. sin minus quempiam adiutorem habet, voce alta, & clara ita recitet, vt ab ijs qui præsentibus in Ecclesia adsunt, exaudiatur.

Clericus parochialis. Cap. 3. de vita & honestate cler.

Parochi regulares. Sels. 5. c. 2.

Preces faciendæ cū quis moritur.

Id verò caueat, ne quidquam vel minimum, quod ad statam illius vesperini officij ratione pertineat, vlla causa omittat.

Clericus, quem apud se Parochus habuerit, eiusmodi sit, vt non solum Missæ inseruire, sed alia etiam omnia præstare possit, quæ veteri canone decreta sunt.

Tridentini Concilij auctoritate Episcopus regulares, ad quos animarum cura quouis iure pertinet, compellat, vt in Ecclesijs in quibus animarum cura exercenda est, Dominicis, & alijs diebus eodem Concilio præscriptis, sacram cõcionem habeant, doctrinæ Christianæ pueris rudimenta tradant, tum alia Parochorum mu nera præstent.

Cum nullum pietatis officium Parochus in eorum, qui fidei, curaq. suæ commissi sunt, salute adiuuanda prætermittere vllò vnquam tempore debeat; tum hoc etiam, audita parochialis cuiuspiam incolæ morte, præstet, vt statim psalmum, De profundis, sanctè dicat, & omni animi pietate, menteq. supplici, orationem ad hoc officij genus pertinentem habeat, vt dicitur in misericordia sua Deus, illius animæ miseretur, cuius etiam ipse in die iræ rationem est redditurus.

Vt verò à fidelibus pro mortuo oratio fiat; idè signum det campanæ sono, quo significetur, Ave Maria.

De ijs, quæ ad Capitulum pertinent.

Prou. 1. par. 2. de ijs qui dignit. & c. pag. 27.

Oratio ante & post congregationem recitanda.

Episcopus aliquando ad capitulum accedat: & quæ ibi præstet.

IN omni clericali conuentu, quem vel publicè, vel priuatim Episcopus, aut alij quouis Ecclesiastici homines habuerint, à stata illa oratione, quæ de Spiritu sancto dicitur, aut ab alia, ad congregationis vsum accommodata, ille, aut is qui conuentui præest, initium faciat: neque conuentus dimittatur, nisi perorata ab eodem altera eiusdem generis oratione.

Quò facilius Episcopus in Ecclesia, sibi commissæ, & diuinum cultum augere, & Canonicorum concordiam, mutuamq. charitatem conseruare, & canonicalem disciplinam tueri possit; singulis mensibus, aut saltem sæpe in anno, canonicali Capitulo interesse studeat, vel eo loco, vbi haberi solet, vel alio, quo illud is ad se conuocare maluerit: conuocet autem cuiusuis rei causa, ob quam expedire iudicabit.

Quo in Capitulo aliquando videat, an quæ de diuinorum officiorum cultu præscripta sunt, rectè, ritè, ordine, atque cum dignitate gerantur.

An item, si quæ in Capitularium rerum, tum spiritualium, tum temporalium tractatione

irreperint, quibus pastorali sua cura consulendum sit.

An inter Canonicos controuersia sint, an dissidia.

An præscriptæ Capitulo leges inuiolatè seruentur.

Tum denique moneat, agatue, quæ & pro muneris sui officio, & pro rerum agendarum ratione expedire censuerit.

Quòd si capitulum exemptum sit, possit Episcopus ex decreto Concilij Tridentini, illud conuocare arbitrio suo, eo solo casu, quando ipse vult aliquid Canonicis proponere, in re quæ ad suum suorumuè commodum non spectat; & tunc in loco illo duntaxat, in quo antea solitum fuit capitulum conuenire.

Sels. 25. c. 6. de refor.

Canonici ad Capitulum statis diebus accedant, & alijs item diebus extra ordinem eò vocati conueniant omnes; neque cuiquam, illo per Præfectum non dimisso, antè discedere liceat, nisi ex causa Præfecto probata, missioneq. ab eodem impetrata.

Ratio habendi capitulum.

Qui cõtrafecerit, arbitrio Præfecti mulctetur. Si quis Canonicus in Capitulo non suo loco, & ordine sedere, sententiamuè dicere, aut dicentem alium interpellare auferit: hæc ei mulcta sit, quam Præfectus ei irrogarit: & præterea ne ius eidem sit in illo, neque in duobus deinceps sequentibus Capitulis sententiæ dicendæ. Neque verò cuiquam locus sit, iocose, & scurriliter in Capitulo loquendi.

Si rixa, & contumeliæ inter aliquos Canonicos, vel Ecclesiæ ministros, altercationesuè obortæ sint; eos Præfectus, adhibitis si opus fuerit alijs duobus, tribusuè de Capitulo, statim reconciliare studeat.

Quos tamen, & alios item omnes, qui aliquem eiusdem Ecclesiæ Canonicum, aliumuè ministrum, quouis modo contumeliosis verbis in Capitulo, aut in Ecclesia affecerint; idem, & Punctator Episcopalis, aut eorum alter ad Episcopum referat, qui pro culpæ ratione, illos qui deliquerint, plectat arbitrato suo.

Si autem Præfectus, Punctatoruè huic referendi officio defuerit; eiusdem etiam arbitrio puniatur.

Canonicis, quibus in Ecclesijs alia non est, eaq. probata consuetudo, hæc sit sedendi, publiceq. & collegialiter incedendi præscripta ratio: Primū locum post eos, qui in illis aliqua præditi dignitate sunt, teneat Canonici qui presbyterales; secundum, qui diaconales; tertiu, qui subdiaconales præbendas, canonicatusuè obtinēt. Qui ordo seruetur, etiam si presbyter Canonici aliquis præbendam, canonicatusuè presbyteralem post obtinuit, quàm Diaconus quispiã, aut Subdiaconus Canonicus.

Itidem iuris sit Diacono, ratione Subdiaconi. In canonicis autè presbyterales præbendas obtinentibus, is loco prior sit, qui tempore etiam prior, canonicatus, præbendæuè possessionem adeptus est.



Hæcque ordinis ratio à Diaconis teneatur; eademque præterea à Subdiaconis.

Officia quomodo non recusanda, & à capitulo imponenda.

Ne cui officium quod sibi Capitulum commiserit, recusare liceat, nisi legitima de causa, quæ latè occultè suffragijs Capitulo probetur.

Qui aliter recusarit, quantum pecuniæ caperet, per sex menses Ecclesiæ assidue inferuendo, tantumdem amittat.

Qui verò sibi iniuriam à Capitulo fieri putat; ad Episcopum confugiat, qui rem omnem cognoscat, & definiat.

Vbi autem hoc in genere Episcopus plus iuris habet; ne propterea hoc decreto quicquam ei detractum sit.

Quæcunque aut Theaurarij aut Custodis, & aliorum id generis officia, muneratè à Capitulis vel Cathedralis, vel Collegiatae Ecclesiæ, aut ab alijs, siue Canonicis, siue inferioribus eiusdem Ecclesiæ ministris committuntur, ne plus biennio ab illis, quibus illorum cura, procuratorie commissæ est, geratur: nisi de Episcopi consensu, Capitulum quædoque aliter iudicarit. Hoc autem decreto ne quidquam propterea illius Ecclesiæ priuilegio, aut probata, institutaque consuetudini derogatum sit; quæ à Capitulo ea munera longiori tempore alteri committere liceat.

Canonici archidiaconi præficiendi. Vid. Prouin. 1. par. 7. Quæ per tin. ad bon. &c. §. Archidia. pa. 37.

Canonici duo à Capitulo constituentur, qui Capitularis Archidiaconi curæ præsent: hi quoque singuli clauis singulas habeant, inter se differentes, ita ut vni sine altero Archidiaconum ingredi non liceat.

In illis autem constituendis ea ratio ineatur, ut in illa cura gerenda duo semper versentur: quorum vnus, qui biennio gesserit, creato in eius locum altero, ab illius curæ munere abeat; alter autem, qui vno solum anno: sicque perpetuo deinceps seruetur.

Archidiaconi præfati, scripta omnia in Archidiacono recondita, periculo suo asseruanda accipiant; idque publici instrumenti testimonio.

Si quid verò fortuito casus acciderit, id obseruetur quod iure cautum est.

Quam quisque eorum clauem Archidiaconi habet, eam & scripta fidei suæ commissæ, munere suæ curæ biennalis confecto, successori eadem ratione tradat, idque Canonico aliquo præfati à Capitulo delecto.

Nihil tamen derogatum sit hoc decreto consuetudini illi, si vquam est, ut vnus tantum, vel plures Canonici Capitularis Archidiaconi curam gerant; neque item decreto primi prouincialis nostri Concilij, ut in ijs Archidiaconis, quæ communia sunt Episcopo, & Capitulo, altera clauis penes Episcopum custodiatur.

Vbi supra.

Quæ scripta in Archidiacono asseruanda.

Instrumenta, & reliqua scripta, ad singulas cathedralis, aut Collegiatae Ecclesiæ præbendas pertinentia, quæ apud vnumquemque, qui vel dignitatem, vel canonicatum in ea obtinet, aut illorum exempla, Notarij testimonio roborata, in Capitulo Archidiaconi mensis spatium deferat.

Sin autem aliqua, quo tempore is dignitatè, aut canonicatum obtinet, confecta alij habeat, is suis, eorumque qui ad id se obstinuerunt, aut alijs iure tenentur sumptibus, illa in Archidiaconum referat.

Quæcunque autem instrumenta, aut scripta ad præbendam aliquam spectantia in posterum conficiuntur; Canonicis, vel dignitatè, personatumque obtinentes, ad cuius præbendam illa quacunque ratione attineant, ea, illorumque exempla, publico Notarij testimonio munita, mense postquam confecta erunt, in idem Archidiaconum deferat.

Quæ autem instrumenta, scriptaue singulorum, qui præfati Canonice, dignitatè, personatumque obtinentium tempore confcripta ad eorum præbendas spectantia, Episcopus pro Ecclesiæ utilitate exscribenda censuerit, Capituli sumptibus descripta eodem deferantur.

Quod si Capitulum, ad illos qui ijs successerunt, qui instrumenta illa, aut scripta confici curarunt, aliqua ratione id pertinere asserat, iudicet Episcopus, cuius sumptibus id præstari debeat.

Qui huic decreto, à Capitulo præfato admonitus non paruerit, arbitrio Episcopi mulctetur, & mulctatus etiam compellatur id ipsum præstare.

In eo itidem Capitulo Archidiacono liber vnus sit, in quem instrumenta, & scripta cuiusvis generis, quibus singulorum canonicatum, præbendarumque bona, iuratum notata sunt, referantur.

Scripti alicuius exemplar ex Archidiacono promi, describiuè ne liceat, nisi Capituli consensu.

Si verò alicuius scripti exemplum aliquando exscribi oportet; id in Archidiacono, si potest; alijs in loco Capituli, aliquo ex præfatis Archidiaconi præfate, describi liceat, neque vilo alio præterea modo.

De fructibus canonicatum, & præbendarum vacantium à Canonicis, aut à Capitulo recipientibus, constitutio à Pio Quinto Pontifice Maximo edita, ab ijs quorum interest, seruetur omnino.

Constitutio de fructibus præbendarum vacantium edita.

Vtque in vsum, consuetudinemque introducatur, ac planè seruetur, id Episcopus pœnis mulctisue agat.

Neque quo minus id præstetur, vllum obstat priuilegium, vllum statutum, neque vlla planè consuetudo, ut ea ipsa constitutione cautum est.

De ijs, quæ pertinent ad ornatum & cultum ecclesiarum.

Prou. 1. par. 2. de eccles. & earum cultu. pag. 33.

Si qua in cathedrali Ecclesia Episcopalis cathedra loco depresso est, vel ita collocata, ut in populi conspectu non sit; id curet Episcopus, ut quod & à patribus, & à beatissimo patrono nostro

Cathedra episcopali eminenti loco constituenda.

nostro Ambrosio institutum est, & ab Urbano primo Pontifice Max. declaratum, illa ponatur conspicuo, & eminentiori loco, ut inde velut à throno speculationis suæ, ipse populum intueatur, rursusque ab eodem conspiciatur.

Quædam de fabrica, & ornamentis ecclesiarum.

Ne in Ecclesia quæ consecrata sit, nisi Episcopi consensu, ædificijque forma ab eodem præscripta, quidquam noui ædificij fiat; non Capellæ ite, non Altaria, ut canonum iure sancitum est.

Quæcunque ad Ecclesiarum, Capellarum, Altarium ædificationem, & ornatum, ad sacrorum indumentorum, vestimentorum apparatus, ad omnem sacrorum vasorum suppellectilem, & ad alia eius generis pertinent; ea ædificentur, constructantur & fiant ad præscriptam formam, quæ instructionibus nostris, eo nomine ad commanem prouinciae vsum conficiendis, exprimitur. Id verò omne seruetur, quantum per facultates præstari licet; nisi aliquando Episcopus aliqua de causa aliter censuerit.

Infra in actis.

Ædificia ecclesiarum proxima qua ratione permittenda.

Si quæ ædes, ædificiaue cuiusvis generis à laicis constructa sunt, quæ vel Ecclesiæ, vel Oratorij parietibus continentia, innixaque hæreant; quæ auctoritate quoque iure ædificata sint, cognoscat Episcopus: idque sibi ostendi ab eis iubeat, qui ædificarint, ædificariue curarint.

Si quæ autem iure ædificata non demonstrarint, ea asportari, amoueri, diruiue mandet; nisi Ecclesiæ cui continentia hærent vsui, domorum consensu attribuenda potius censent.

Sin autem iure constructa sunt, eaque ædificia, aut stabula, aut loca fordido vsui accommodata, addictaue sunt; ea disiectis & amotis foribus, ad honestiorem vsum conuerti Episcopus iubeat; hocque ipsum à Parochijs item, & alijs præstari mandet, etiam in ædibus Ecclesiasticis.

Neque in posterum à laicis ita ædificari, aut ædificata ad fordido vsum à quibusvis adhiberi Episcopus permittat.

In atrio verò Ecclesiæ villo modo ædificari à laicis ne permittat, ut canonum iure interdictum est.

Mulieres velate in ecclesiam conueniant.

Gravissimis rationibus hoc Paulus Apostolus monet, ac præcipit, ut mulieres in Ecclesiam conueniant velato capite: hoc ipsum docet princeps Apostolorum Petrus; cuius etiam iussu sanctissimus Pontifex, qui in eius locum successit, Linus decreto idem sanciuit.

Quare Apostolicis ijs institutis nos adducti, & animaduertentes præterea, ab antiquis illis sanctissimarum Mulierum exemplis, veterique benè institutarum Ciuitatum disciplina, atque vsu, ab omni denique ratione, ut ab Ecclesiæ patribus explicatum est, hoc valde esse alienum, ut capite aperto illæ incedant, illud admonemus, ut Episcopi, vbicunque est in suis vel vrbibus, vel diocesis, is deprauatis moribus introductus vsus, quo maximo possunt, ac debent, pastoralis sollicitudinis officio illum eripere studentes, hoc in consuetudinem introducere curent, ut velo caput ipsæ induant. idque

præsertim cum vel sacras processiones processantur, vel in Ecclesiam conueniunt.

Episcopus ex Tridentini decreti iussu, singula Monasteria, in quibus non viget regularis obseruantia, aliaque Ecclesiastica beneficia quæ commendata sunt, quocunque nomine nūcupata, intra diocesis suæ fines posita, quotannis visitet; idque opportunis omnibus remedijs, facta etiam fructuum ad illa pertinentium sequestratione, prouideat, ut quæ reconcinari, aut instaurari oportet, ea omnino, vel reconcinentur, vel restituantur; tum indumenta præterea, ornamentorum suppellex, & sacra vestes comparentur; ac ministeria, quæ ad diuinum cultum spectant, rectè, ordine, & cum dignitate in illis præstentur.

Quæ præfata Epi in visitatione monasteriorum, & beneficiorum, & benedictione commendat. Sess. 21. cap. 8. de refor.

De ijs, quæ ad bona ecclesiastica tuenda pertinent.

Prou. 1. par. 2. quæ pert. ad bonor. & iur. vel consuetud. &c. pag. 36.

Episcopus Procuratorem, Aduocatūque constituere omni ratione curet, qui in bonorum, iuriumque Ecclesiasticorum recuperationem incumbat; ut illis succurratur Ecclesijs, quarum Rectores, Administratoresque, aut præinopia non possunt, aut præ metu, & opibus aduersariorum illa recuperare non audent, vel alia de causa negligunt.

Procurator & Aduocatus bonorum ecclesiarum episcopo constitutus.

Horum vtrique ab illis certam mercedem in singulis causis quas egerit, persolui iubeat, si per Ecclesiarum, quarum patrocinium illi susceperunt facultates, Episcopi iudicio potest: sin minus, gratis interea omnia ab vno, & altero item agi curet: ita tamen, ut pro illorum laboris operæ ratione, causis in quibus elaborarint peractis, si quid vel iuris, vel emolumentum Ecclesijs illorum opera acquisitum sit, de eo illis arbitrio suo satisfieri mandet: Si verò contra acciderit; vberius illi à Deo bonorum omnium remuneratore præmium exspectent.

Si quis Clericus, aut Sacerdos vlla cuiusvis generis scripta ad Ecclesiæ rationes pertinentia occultarit, suppresseritue dolose: is pœna afficiatur, quæ Agathensi, & Aurelianensi synodis contra Clericos huius culpæ reos sancita est.

Clerici occultantes scripta ecclesiarum puniendi.

Quod prouinciali secundo Concilio pœna excommunicationis proposita contra eos sanciuimus, qui Ecclesiastici hominis mortui bona, vel temere inuadunt, vel surripiunt, eo decreto illos item astringi volumus, qui vel nulla inuisione, aut vi facta, ex illius mortui Clericalis hominis ædibus suppellectilem, remoue vllam, seu scripta ad Ecclesiam, cui ille Rector præerat, pertinentia, antè asportant, aut euehunt, quàm ab illo, cui id curæ ab Episcopo commissum est, in indicem relata sint illius mortui bona mobilia, libri, & scripta, ceteraque eius generis, quæ in hæreditatem caderent. Hoc itidem decretum ut illud quotannis de more promulgetur.

Ampliatio Dec. 15. tit. 1. Prou. 2. de surripiendis bonis clericorum mortui.

**Hæredes clerici** mortui scripta ecclesie successori tradat. Episcopus, ubi Clerici cuiusvis, qui Ecclesiasticum beneficium obtinuerit, mortem audierit, eius hæredes compellat, ut quæcunque scripta, instrumenta ad illud beneficium pertinentia, quæ in mortui Clerici bonis inveniuntur, alteri Clerico qui in beneficium successerit, ab eis tradantur gratis, ac ne villo quidem vel minimo precio pacto aut exacto; etiam si Clericus qui decessit, in illorum exemplis describendis aliquid sumptus erogarit.

**Quædam de decimis.** Decimarum Ecclesiasticarum inuestituras, quæ Laicis hominibus in perpetuum factæ sunt, Episcopus pro officij sui munere, diligenter accurateque recognoscat: quod si eas legitima auctoritate minus confirmatas esse compererit; irritas illas, ac planè nullas declaret & decernat.

**Si quibus in locis generatim ab omnibus, fructu qui ex prædijs colliguntur, decimæ parochiali Ecclesiæ solvuntur, in ijs quispiam forte est, qui illas exsoluere recusat, quoniam sibi persuadet, alicuius priuilegij, aut causæ prætextu immunem se esse: huic Episcopus certum breue tempus præscribat, quo præscripto tempore, is aut priuilegium exhibeat, aut causam afferat immunitatis suæ.**

Quod si ille quidquam quod leue sit ad illius immunitatis ius tuendum, vel nihil planè attulerit; id Episcopus curet diligentissimè, ut is illas quamprimùm præstet; quippe cum in decimis quæ eius generis sunt, præscriptioni non sit locus.

**Ne cuiuspiam bona decimarum iure Ecclesiæ obstricita, è solo asportare liceat, nisi ad asportationem, aut ad descriptionem vocato Ecclesiæ Rectore, Parochouè cui illæ solvuntur.**

Itaque qui decimas debet, ea bona domum suam, aliove asportaturus, id biduo antè eidem Rectori significet, vel literis, vel certo nuncio; ut præsens illis vel asportandis, vel describendis adesse, si velit, vtrique possit.

Quod si ille tunc aberit, id vni de eius familia nunciandum curet; aut illius Ecclesiæ, domusue parochialis valuis scriptum affigi iubeat, quo asportatio ea denunciatur.

Quod si diutius illa bona in solo essent, eis detrimentum, damnumque immineret; tum, vel absente Rectore asportari liceat.

Hoc verò nostrum prouinciale decretum habere locum declaramus, quibus in locis non aliter expressè cautum sit aliqua singulari constitutione, aut priuilegio, aut conuentione.

**Quædam de pijs legatis.** Prou. 2. tit. 3. decret. 17. Notarijs legata pia non denunciatis decretum in altera prouinciali synodo editum, quotannis die Dominico Aduentus vltimo, & Quadragesimæ secundo, in vnaquaque parochiali Ecclesia promulgetur.

Quæcunque verò ad pios vsus, vel legata, vel relicta, vel donata sunt; ea sibi iam denunciata, aut alio modo cognita, Episcopus triu mensium spatio in librum certum ordine referri curet.

Quo præterea libro quamprimùm eiusdem iustul notentur, quæ deinceps quouis modo scie-

rit, ad eos vsus legata donataue. Testatorum piæ voluntati ne fraus fiat, Episcopolis cura est. Quamobrem quæcunque vel res, vel pecunia cuiuspiam sacerdotum conuentui, vel alij cuiuspiam homini legata eo nomine est, ut pauperibus in eleemosinam conferatur; ea neque tota, nec verò pars cuiquam eiusdem conuentus sacerdoti, neque vniuerso etiam illorum conuentui, nec ab illo sibi ipsi, ne paupertatis quidem causa, vel vlla egestatis specie distribuat, nisi huius rei facultate ab Episcopo, eaq. scriptis data.

Quæ legati nomine relicta sunt certo pio vsui, ea ne necessitatis quidem causa, nec verò hæredum eius qui reliquerit consensu, ad alterius rei, quæ æque item pia sit, vsum conuertantur; nisi Episcopus re tota primùm cognita, illius commutationis potestatem fecerit, quæ iuris permissu ab eo fieri possit.

*De ijs, quæ ad Matrimonij Sacramentum pertinent.*

Prou. 1. par. 2. quæ ad Sac. matrim. pert. pag. 39.

**RELIGIOSAM** animi præparationem requirit matrimonij ratio, & sanctitas: quam cum minus intelligant laici homines, sit, ut sæpè grauius in re peccent, quam sanctè inire debent. Crebrò igitur cum vsu venerit, Parochus hoc ipsum populum doceat; ad idq. adhibeat Catechismi Romani locos, & doctrinam.

Episcopus diligenter perquirat, an in singulis suæ Ciuitatis, & diocesis parochialibus Ecclesijs, Tridentini decreti de matrimonijs clandestinis promulgatio facta sit: & vbi factam esse intellexerit; eius, quæ primò in quacunque parochiali Ecclesia facta sit, si scripto testata esse potest, exemplum manu Notarij signatum ad se deferri iubeat.

Quod si minus scripto, sed solum testibus probari potest, eo Notario adhibito examinari mandet.

Si verò de promulgatione facillè constare non potest, aut illa omnino facta non est; illud decretum duorum mensium spatio in singulis eorum parochialibus Ecclesijs, Notario & testibus adhibitis promulgari omnino iubeat; & quidquid ad illius decreti promulgati probationem pertineat, id Notarij testimonio munitum, in Episcopali Archiuio asseruetur.

Matrimonij denunciations in posterum à Parocho ne fiant, nisi ijs ipsis petentibus, aut consentientibus, de quorum matrimonio contrahendo agitur.

Quod si diuersis in parochijs illi habitant, vtri usque item Parochus hoc ipsum seruet.

Neque matrimonium alter Parochus denunciaret, nisi ab altero Parocho certior factus sit de postulatu, aut consensu illius, qui suæ est curæ subiectus.

Inuestiget etiã ipse Parochus diligenter, aut alius sacerdos, cui facultas data est in matrimonium iun-

Parochus matrimonij sanctitatem explicet.

Promulgatio decreti de matrimonio clandest. Sefs. 24. decret. de reform. matrim. c. 1.

Denunciations matrimonij quò facien.

Quædam de impedim. matrim.

iungendi sponfos, an quod denunciaturus est matrimonium, in eo aliquod subsit impedimentum, quò minus contrahi liceat. quòd si in aliqua probabili coniectura extiterit, qua existimet illud inire non licere; Episcopum antè consulat, quam vltius in denunciationibus progrediatur, sponfosue iungat, quos dubitat matrimonio non licere copulari.

Qui falsum aliquod impedimentum malitiosè attulerit, quo futurum legitime matrimonium impediatur, si prudens sciensq. hoc fecerit; præter alias iuris pœnas, excommunicationis etiã pœna afficiatur.

Ne Parochus matrimonio quempiam iungat, qui illud clam contrahere attentarit sine Episcopi concessu; ut de eo debitas antè possit sumere pœnas ex Concilij Tridentini decreto: id autem, nisi delictum hoc iam est occultè admissum, ut nullum eius rei indicium legitimum extet.

Sefs. 24. cap. 1. decret. de reform. matrim.

Matrimonia quando & vbi celebranda.

Ne solemnnes nuptias liceat celebrari, nisi post diluculū postridie illius diei, qui postremus est temporis, quo Tridentina constitutione nuptiarum celebritas interdicta est.

Quo die de matrimonio contrahendo denunciatio vltima facta est, ne eo ipso die, nisi impetrata ab Episcopo facultate, illud celebretur: id autem præterquam si postrema ea denunciatio facta sit pridie illius diei, quo initium est Quadragesimæ vel Aduentus; ac nisi item Parochus populo antecedente denunciatione significarit, eo die quo postrema denunciatio fiet, matrimonium esse contrahendum.

Prou. 2. decret. 28. tit. 1. Matrimonium, quod in Ecclesia celebrari debere sancitum est altera prouinciali synodo; in ea tantum Ecclesia celebretur, quæ parochialis est. Celebretur verò manè, non à prandio: Idque omne, nisi cum Episcopo alio vel loco, vel tempore fieri concesserit.

Coadiutor parochi ad matrimonij celebranda, in librū de matrim. referatur.

Si Parochus Sacerdotem alium coadiutorem habet, cuius etiam ministerio, facultate eidem Sacerdoti concessa, vtiur ad matrimonia contrahenda inter parochiam suam incolas: is illam cautionem adhibeat, ut in libro qui est de matrimonijs, illius nomen, & cognomen, tum præterea diem, & mensem, & annum notet, quo illæ parochialis curæ socius atque coadiutor adiunctus, facultatem à se, vel ab Episcopo consecutus est, matrimonia celebrandi.

Ne autem matrimonij celebrandi potestatem Parochus faciat alij Sacerdoti, qui Episcopi iudicio nondum probatus est, ut Sacramenta ministraret.

Diligentia parochi in coniugibus ex aliena diocesi in suam parochiam commigrantibus.

Ne patiat, quempiam cuiusvis gradus & conditionis hominem, qui sibi ignotus, in suam parochiam ab aliena diocesi commigrat, cum muliere, quam secum coniugis nomine duxerit, in ea habitare; si modò vel ex infamia, vel alia legitima suspitione conijcere possit, illam habere in Concubinam: nisi Parochi, à cuius parochia discessit, literis, certo præscripto tempore testatum ille fecerit, sibi il-

lam legitimo matrimonio iunctam esse. Quod testimonij scriptum ubi attulerit, id in vrbe Episcopo, in diocesi Vicario Foraneo exhibeat: qui si probandi vim illud habere perspexerit, à Parocho, in cuius parochia fines is venit habitatum, illud, eiusuè exemplum in matrimoniorum codice asseruari iubeat.

Si verò Vicarius Foraneus de eo scripto aliquid habet, quod sibi difficultatem, ancipitemq. deliberandi curam afferat; illud ad Episcopum quam diligentissimè mittat, ut eius iudicio declaretur, an illi fides adhibenda sit.

**Quædam de prouincialibus & familiaribus institutione.** Sicut vberimum ab optima institutione præmiū pater familias capiet, quicumque liberos, familiamq. suam ad Dei cultum, & ad pietatis, christianarumq. virtutum disciplinam erudierit: ita quicumque debitum hoc paternæ curæ officium neglexerit, vel prætermiserit, is expectet, ut in die Domini sibi durissimum iudicium fiat.

De familia igitur suæ salute in primis sollicitus, tum bonorum operum exemplo, tum crebris cohortationibus se ei magistrum præbeat ac ducem, ad piè sancteq. agendum.

Curet autè, ut nemo quisquam de familia sua sit, qui christianæ fidei rudimentis instructus non sit, siue filij filiaq. sint, siue serui & ancillæ, siue alij in famulatu suo.

Quam ob causam ad illius scholas, quos de familia sua rudes norit, conuenire iubeat; siq. eam ampliorem habet, domi etiam instrui studeat; Idq. ad præscriptas interrogationes parvuli libri, eo nomine editi ad prouinciæ vsum. Ut stata hora, datis institutæ orationis communis signis campanarum sono, illa omnis certo loco congregata, ad præscriptum temporis spatium sanctè oret, & precetur.

Vt frequenter illa vniuersa confiteatur, & sacræ Eucharistiam sumat.

Vt singulis diebus Missæ sacrificio intersit; aut saltem in vigilijs, statis ieiuniorum temporibus, Quadragesimæ diebus id præstet: festis autem diebus, ut ne quis de sua familia interesse villo modo omittat.

Vt festis præterea diebus ad sacras conciones, lectiones, supplicationes, diuina officia, aliasq. pietatis Christianæ exercitationes conueniat. Ut ne quis iis sacris diebus opus seruire faciat. Ut vigilijs, & quatuor temporum, & Quadragesimæ & alia stata ieiunia illi in familia seruent, quibus Ecclesiæ præcepto iussum est.

Quo autem tempore, vel iubileæ celebrantur, vel supplicationes publicæ processionibus fiunt, familiam sæpè moneat, illis sanctis actionibus piè interesse.

Certis item piorum hominum institutis sodalitatibus vnumquemque de familia sua adscribi admoneat; quò se quisque ardentiori studio exerceat in operibus pietatis.

Ne patiat, in familia esse quempiam, qui blasphemus sit, qui periurus; qui item corruptis moribus vtatur, qui obscenè quidquam, vel

loquatur, vel agat; qui aleis ludat, qui denique cateris turpis vitæ exemplum præbeat. De vitæ præterea spiritualis ratione, & pijs exercitationibus, aut de vitis Sanctorum probatos Sacerdotis confessorij iudicio libros, in quorum lectione familia aliquando versetur, domum suam introducat, exclusis obcenè, turpiter, iocosè conscriptis, alijsq. id generis libris, vnde morum, institutionisq. corruptela existere possit.

Vt autem in domesticæ disciplinæ, institutionisq. officijs illa omnis accuratiùs se cõtineat; eam aliquando paterfamilias recognoscat, inspiciatq. in primis, quæ vniuersæ suæ domus Christiana institutio, qui singulorum mores, quæ ad pietatis, vitæq. spiritualis progressio. Quicumque verò mercaturam, artemq. aliquã exercent non domi solùm, sed in suis officinis, & tabernis Christianæ vitæ rationes has operarijs, institutoribus suis constituant.

Has domesticæ institutionis regulas Parochus per annũ aliquando, prout è re esse viderit, frequenter populo explicet: tum sapissimè, & publicis sermonibus, & priuatim colloquijs, patres familias parochiæ suæ incolas, id moneat atque hortetur, vt quæ eorum propria officia sunt & munera in familia institutione, ea præstare velint paternæ curæ studio.

Quod cohortationis officium etiam concionatores, & confessorij Sacerdotes quàm frequentissimè, prout opportunum esse celsuerint, charitatis zelo præstent.

Parochus præterea, vbi aliquando in artificum, mercatorumque officinis, quæ intra fines parochiæ suæ sunt, ab operarijs, alijsq. qui illic artem exercent, aliquid committi intellexerit, quod deprauata, dissolutaq. disciplina sit, quod offensionè in parochia præbeat, quodq. à Christianæ institutionis moribus alienum, id officinarũ dominos admonet, vt quicquid illis locis corruptelarum est, inde eripiantur.

promulgatio in dalgentiæ eorũ qui orationi cõmunicauerint.

Vna omnium optima indigentia nostræ interpretis, & conciliatrix eorum, quæ necessaria; tum ad animæ, tum ad corporis bona à Deo patre expetuntur, est oratio sancta. cuius studium, vt proprium fidelium est, sic necessarium, atque omnino iussu diuino debitum: id cœlestis magister, Christus Dominus exẽplo docuit, verbo præcepit, crebris cohortationibus monuit. Eo igitur studio fideles quo vehementiùs exardescerent, se seq. quotidie singuli certa hora colligentes, id quod Christianarum mentium est, vitæ à se illo die actæ rationes inspicerent, malæq. actæ pœnitentes, ardenti oratione veniam præcarentur, & Deo gratias agerent de beneficijs quæ acceperint; instituta est in hac prouincia orationis cõmunis exercitatio: quæ ad Christianæ pietatis progressionem introducitur, vt & perpetuè conseruetur, & augeatur item, id cum omni studio Episcopus curet, tũ propositis spiritualis gratiæ muneribus, Sedis Apostolicæ benignitate, eius rei causa concessa.

itaque à Parochis suis singulis sanctissimi D.N. Gregorij XIII. literas de indulgentia huius prouinciæ hominibus concessa, qui in orationis cõmunis instituto se se exercuerint, ter in singulos annos descripto, vel summatim pronunciari iubeat, semel ineunte Aduentu, iterum Dominico die Quadragesimæ primo, tum solempni die Pentecostes.

Bulla ed. die 24 Octob. 1572.

Episcopus præterea pro temporum ratione certam horam statuatur, qua datis huius rei causa cãpanarum signis patresfamilias suæ quisque domi, vnà cum reliqua familia certo loco ad orandum conueniant.

Vt autem, qui in eo precandi instituto se exercuerint, Indulgentiæ concessæ donum consequantur, diem itidem Dominicum Quadragesimæ proximè præcedentem is constituatur, quo illi confessi omnes simul sacram Eucharistiam sumant.

Imminentibus verò calamitatibus, quo tempore cum nullum certius præsidium sit, quàm illud, vt fideles ad Deum patrem misericordiarum assiduis precibus confugiant, certam aliquam præterea rationem is diligenter ineat, vt & à Clero, & à populo sine intermissione, ac religiosiùs in orationem incumbatur.

De ijs, quæ ad Episcopale forum pertinent.

Proti. r. par. 7. de iudic. foro Episcopi. pag. 24.

EPISCOPVS anni spatio ad summum, fori sui iudicijs, causis, & iudicijs, aduocatis, procuratoribus, notarijs, & ministris quibuscunque, etiam infimis, quibus in rebus opus fuerit, certas constituat leges, ad vrbes, diocesisq. suæ vsum accommodatas.

Fori leges & taxæ ab Episcopo præscribendæ.

Illisq. omnibus certam etiam taxam præscribat, quam pro sui, vel operis, vel officij, vel laboris mercede, proq. causarum, & iudiciorum ratione exigi ab vnoquoque liceat.

Quæ fori præscriptæ leges, atque taxæ, in cancellaria publicè propõsitæ semper sint, vt notæ sint, & peruulgatæ omnibus.

Causæ, quæ decem aureorum nummum summam non excedunt, summarie, simpliciter, ac de plano, sola rei veritate perspecta, sine forma iudicij cognoscantur, id quod ab huius prouinciæ Episcopis agi licet, ex facultate à Pio Quinto Põtifice Maximo eisdem Episcopis cõcessa.

Quædã de certa mercede in causis accipienda.

Nullum neque munus, neque donum, neque cuiusvis generis xenia, ne esculentia quidem, poculentauè Vicarij ab ijs accipiant, qui corã eis causas vel habent, vel agunt.

Ne pecuniæ item quidquam Ordinarius, Delegatusve Iudex accipiat pro recognitione, aut vt vocat, visione scripturarum, ad causas quæ apud se aguntur, pertinentium.

Pro singulis literis dimissorijs, quæ pro suscipiendis pluribus, omnibusve minoribus, vel etiam maioribus ordinibus concedentur; itemq. pro singulis liretis, quibus Notarius testatum faciat, plures, omnibusve ordinibus alicui collatos esse.

esse, decimam partem aurei nummi tantum ad summum à Cancellario accipi liceat; ac si ex literæ de vno tantum ordine suscipiendo, vel suscepto essent datæ; Idq. si modò nullum ei salarium pro officij sui munere exercendo constitutum sit; neque ad Episcopum ex Notarij commodis aliquid emolumentum ex eisdem ordinum collationibus, literisue dimissorijs, directè, vel indirectè peruenire possit, alioqui gratis omnia dentur, vt est Tridentino Concilio sancitum.

Sess. 21. de re. de re. c. 1.

Quædã de actis scriptisq. not. & fori.

Acta omnia Notarij in codicem, non in pagellas referant, quamuis eas cordula infigant: idq. præstent, mensè saltem postquam rogati illa confecerint.

Certus in Archiuio Episcopali locus cõstituatur; vbi causarum, ac iudiciorum codices, instrumenta, acta, scriptauè alia, à Cancellario, & Notarijs fori Episcopalis ad ipsum forum pertinentia, singulis annis confecta, quotannis recondantur, ita vt inde cum vtu venerit, promitti possit, quicquid in Ecclesiastico foro vnquam agitatum erit.

Is certus Archiuij locus duabus clauibus claudatur; quarum vnã Episcopus, alteram eius Cancellarius habeat.

Notario autem instrumentorum, quæ cõfecit, exemplum, idq. sumptibus suis habere, aut retinere liceat.

Si Cancellarius, Notariusue aliquis decesserit; vel ab officio se abdicarit, amarusue sit, quæcunque ille vel instrumenta, vel scripta, vel acta eiusmodi confecit, statim Episcopi iussu in eundem locum deferantur: Quod si processus alicuius causæ nondum sit completus, & causam ob quam confectus est, partes prosequantur, eius in Archiuium delatio deferri poterit, quo ad causam sit peracta.

Ex Archiuij tabellis, exemplaribusue, si quæ vnquam acta, aut instrumenta, quæ Notarij manu, signoq. munita fidem faciant, exscribi contigerit; is qui rogatus Notarius illa confecit, si viuit, vt operis sui emolumenta consequatur, eorum exemplum, modò edi liceat, ipse conficiat si præsens est; si verò abest, id seruetur, quod iure cautum est; sin autem obiit, id Episcopalis Cancellarius præstet: mercedem autem inde capiant notarij hæredes, nisi aliter inter Episcopum, & notarios conueniatur.

Testium dicta, & attestations, in causis ciuilibus ne scribantur ab alio, quam ab ipso causæ Notario, siue actuario, vel ab alio eius nomine.

Quæ attestations ipsi Notario causæ, siue actuario consignentur, & afferuntur, vt post in Archiuio vna cum toto processu recondantur, vbi custodiuntur aliorum actorum monimeta. Idem decernitur de instrumentis, actisue dictæ causæ, quibus decretum iudicis adscribi contigerit.

In alijs verò omnibus, quibus auctoritas, decretumue Episcopi sit interponendum, Cancellarius tantum Notarius adhibeatur.

Vicarius Foraneus, atque alij, quibus Episcopus processum aliquem aliunde, seruata iuris formula cognoscendum, agendumue mandauerit, si in processu conficiendo Notarium non habent, quem adhibeant, duos sibi morum, vitæq. integritate homines, qui acta conscribãt, ad præscriptam iuris formam asciscant.

Iisq. mercedis taxa maior ea ne sit, quæ Notarijs fori præscripta est, sed aut æqualis, aut minor, pro illius loci ratione.

Procurator, qui causam iniquam in foro Ecclesiastico sciens defenderit; quiuè quidquam negauerit, quod verum scierit, fori Ecclesiastici auctoritate, adituue interdicitur, nisi is legitime se purgauerit.

Qui procurator & notarij a foro arcendi.

Qui præterea in publico cõcubinato, aut adulterio viuunt, alijsq. publicè criminosis, à foro Episcopali ita arceantur, vt nec Notarij, nec Procuratoris, nec Aduocati officium, ne in vilo quidem causarum genere gerant.

Inferiores quoque ministri in Christianæ vitæ officijs contineantur: curentq. Episcopi, vt à ganeis, à Meretricibus, à ludo cuiusvis generis, ab improbatis quæstibus abstineant: ne blasphemii sint, nec vitæ morib. reprehendèdis. Si quos deliquisse compertum erit, in eos animaduertatur.

Quotannis fori sui tribunal Episcopus visitet; inquirentq. an præscripta fori ratio, an præfinita taxa seruetur: tum præterea, an si quæ corruptelæ, si quiuè abusus irrepserint; an si quid deniq. vel institui, vel emendari, oporteat: idq. sollicitè in primis curet, vt eripiantur abusus, tum restituantur quæcunque ad rectam iudiciorum formam attinent.

Episcopus tribunal visitet.

Episcopus non solùm per certos homines, vt primum à nobis constitutum est, sed etiam ipse aliquando in anno carcerem visitet: in eoq. in clusos paterna charitate consoletur, pieq. in Domino adhortetur.

Idè visitet carcerum. Prou. 1. vsup. de carc. custod. & vis. pag. 20.

Videat item, vt eis ad corporis sustentationem, & ad iustum patrociniũ non desit quidquã; tum in primis non libri spiritualis lectio, non crebræ religiosorum hominũ cohortationes, tum ne denique aliquid ad animæ salutem. Curet etiam, vt qui in liberiori custodia sunt, festis saltem, & Dominicis diebus Missæ sacræ audiant, aliquo vbi fieri potest, exadificato propè carcerem sacello, tum doctrinæ christianæ rudimentis instituantur.

Idq. officium iis præterea præstetur, qui in laicalis fori liberiori carcere sunt.

Vt omnes in Pascha confessi, sacram Eucharistiam piè, & salutariter sumant.

Quod vt die Natali Domini, & alijs anniuersarijs redemptionis nostræ solempnitatibus, indicisq. publicè Iubileis, ac Indulgentijs faciant, eosdem cohortetur.

Pupillorum, Viduarum, & egentium hominum cura, Episcopo communi omnium parenti, sacrosanctis canonum legibus, potissimum commendata, & commissa, negligi non debet: ne

Episcopus pupillorum viduarum & pauperum curã suscipiat.

silæ



si ledantur, vociferentur ad Dominum, qui ex auditu clamorem eorum. quam obrem pro sui muneris officio, Episcopus aliquem constituat Ecclesiasticum, vel alium pium hominem, christianae charitatis operibus, atque officijs deditum, qui misericordiae viscera indutus, id generis hominum patrocinium in omni causa suscipiat. Quod si aliqui iam huic pio operi praefecti sint, id agat Episcopus, ut ijs munus sibi creditum exequantur quam diligentissime.

Episcopus civitatis suae mores nosse studeat.

Promulgatio summ. Pontif. quo facienda.

Episcopus ecclesiarum suarum res gestas inquirat.

Episcopus fraternae correctionis sodalitatem instituat.

Idem Disciplinatorum sodalitates instituat.

Episcopus in vrbe sua viros aliquos auctoritate praestantes, spiritualis vitae studiosos deligat, quorum adiumento, & opera uti possit, & in ijs cognoscendis, quae ad Civitatis, diocesisque suae morum institutionem pertinent, & in adiuvandis christianarum virtutum exercitationibus, & in alijs denique, quibus populi sibi commisi progressio fiat ad sancte agendi studium.

Summorum Pontificum constitutionibus promulgandis haec ratio servetur, ut si earum perulgationi praefinitus in illis est modus, is adhibeatur; si vero nullus, ad perulgationem satis sit affixio, quae ut moris est, fiat certis publicis locis. Cuius affixionis, & perulgationis relatio, testificatioque, ab eo qui affixerit, fiat Cancellario fori Episcopalis, cuius sit illa in librū referre.

Episcopus, id quod vel ab initio nascentis Ecclesiae institutum fuit, ut rerum Episcopali studio curaque gestarum monumenta existerent, conquiri diligentissime curet, tum singulorum Episcoporum, qui praecesserunt, nomina, genus, & pastorales eorundem actiones.

Quae omnia literis consignari, ordineque conscripta, in librum certum referri curet, ut eorum memoria conservetur, & quae ab iisdem, vel acta, vel instituta sunt ad aliquam Ecclesiasticam disciplinam normam, perpetuo usui esse possint, atque adiumento in illa Ecclesia bene gerenda.

Quaedam quae ad sodalitates pertinent.

Prouin. r. par. 3. de pior. loc. admin. in fine. §. Curent episcopi.

**M**VLTA mala existunt ex praetermissis, & valde his temporibus neglecto, fraternae correctionis officio debito, ac necessario, quā obrem curent Episcopi, in sua quisque non solum vrbe, sed in diocesi etiam, aliquam hominum, qui moribus, vitaeque innocentia grauiores sint, Sodalitatem constituere, quae in hoc fraternae correctionis officium Christiana charitate incumbat: aut hoc ipsum officij munus alteri sodalitati adscribi studeant, quae id recte praestare possit.

Cui sodalitati certas fraternae corrigendi regulas praescribant, studio, & opera probatorum Theologorum.

Quo maior in dies ad Christianae pietatis studium progressus sit fidelium; id curet Episcopus, ut cum disciplinatorum poenitentiumque Sodalitates, aliasque eiusmodi frequentes instituat;

tum institutas omni pastoralis studio adiuet, & ad conservandas illas disciplinae, ac poenitentiae rationes, & ad alias excitandas spiritualium virtutum progressionem.

Id quo facilius fiat, ardentiorque studio; quotannis aliquando, prout e re esse viderit, literas promulgari iubeat, quibus Sanctissimus D. N. Gregorius XIII. praecelsum spiritualis Indulgentiae donum liberaliter in domino illis concessit, qui ijs sodalitatibus adscripti, sibi flagella, disciplinamque certis statutis diebus adhibuerint.

Praescribat item diem certum, quo in singulos annos illarum sodalitarum homines qui in vrbe sunt, vno loco omnes; qui in diocesi, omnes ite suo quique in Oppido, locumque in vnum conuenientes, primū contriti, & confessi sacrae Eucharistiam sumant; tum solemne processionem agant, perpetua gratiaque memoria prosequentes concessi sibi spiritualis doni gratiam.

Quaedam, quae ad Moniales, & alios regulares pertinent.

Prou. r. par. 3. de Monial. pag. 43.

**Q**UOD Sanctissimus D. N. Gregorius XIII. de monialibus sancit; id Episcopus exequatur quam diligentissime; praesertim quod de certo earum numero constituto decreuit, quod de elemosinis praestandis, quod de ostio lo obstructuendo, quo aditus est Monasterio pariter ad exteriorem Ecclesiam; quod de clausura ab eisdem non violanda; & a conuersis etiam seruanda praescripsit.

Idque omne efficiat omnino, ut executionem habeat, cum in Monasterijs quorum curam gerit, tum in illis Regularium curationi committis; idque eiusdem constitutionis auctoritate.

Si quae autem Moniales, conuersaue non ijs paruerint, quae eadem sanctione de clausura statuta sunt, pena violatae clausurae plectantur.

Quae monialium Monasteria, extra vrbes, aut oppidi incenia sita, Episcopus Tridentini decreti auctoritate, in vrbes, vel oppida, quae frequentiora & tuta sint, transferri oportere, aut expedire censuerit: ne ea in Ecclesias seculares transferat, vbi animarum cura geritur.

Puellae, quae regularem habitum induere voluerint, ne eo habitu induantur, antequam confirmationis Sacramentum susceperint; si facultas sit breui illud suscipiendi.

Qui ordinarius confessor, in aliquo monialium Monasterio constitutus aliquando fuerit, ne idem ad earum confessiones extraordinarie audiendas mittatur; si modo non aliter quandoque Episcopus censuerit.

Confessarij monialium ab eis, aut singulis, aut vniuersis, aut ab earum Praefecta, ne Monasterij quidem nomine, quidquam etiam minimum dono accipiant: nisi si quid eis annuae certae portiois Episcopi iussu dat ad vitae sustentationem.

Con-

Bulla edita die 12. Decembr. 1572.

Episcopus exequatur Bullam Gregorij XIII. edita die 3. Calend. Ianuarij 1572.

Translatio monial. quomodo facianda.

Puella ad religionem admittenda confirmandae.

Quaedam de confels. monial.

Promulgatio bullae Pij V. editae die 24. Octo. 1566.

Constitutio illa, quae a Pio Quinto summo Pontifice interdictum est, omnes cuiusvis ordinis Mulieres, etiam generis splendore, aut dignitate illustres, Monasteria ingredi, quotannis semel, atque adeo saepius, certis festis diebus arbitrio Episcopi promulgetur.

Quae generatim ad haec decreta, & ad alia pertinent.

Promulgatio & lectio horu decretorum.

**Q**VAE CVMQVE vel ad Cleri, vel ad populi conformandos mores, ad Ecclesiasticamq. omnem disciplinam retinendam provincialibus, aut diocesanis synodis a nobis, aut a Coepiscopis nostris sancita sunt, ex illis eo vberior Deo iuuante fructus exister, quod saepius vel promulgatione, vel certo lectionis festo inculcata, ijs notiora fiant, a quibus illa, & lecti, & animo comprehendit, reque ipsa praestari oportet.

Episcopus igitur, praeter alia quae hoc de genere alias decreta sunt, & Canonice, & Parochis, & reliquis Clericis certum tempus statuat, quo omnia, quaecumque ijs provincialibus, diocesanisque decretis de ijs constituta sunt, illis legantur; ita ut quae decretorum partes ad canonicam disciplinam pertinent, Canonice; & quae causa sua constitutiones latae sunt, Parochi; & Clerici itidem, & ij omnes, quae ad vniuersam Clerum spectant, illas lectione repetita animo comprehendentes, praescriptas munerum suorum partes singuli studiose exequantur.

Si quis autem eorum aliquando Episcopi iussu interrogatus, illas per negligentiam, aliamve culpam ignorarit, pro eius culpa, & personae ratione illum Episcopus corripiat, aut alias praeterea cum eodem agat.

In Seminario quoque itidem seruentur, ut eorum vel institutis, vel monitis, vel praecipis Clerici informentur.

Quae vero decretorum partes ad Laicos attinent, illas summam vniuersi sermone explicitas, & certis anni temporibus distributas, prout vni venerit, a Parochis denunciari iubeat, quo saepius inculcata, seruentur diligentius.

Quibus Prouincialium nostrorum Conciliorum est aliquis adscriptus dies, quo vel summorum Pontificum sanctiones, vel Tridentinas, prouincialesque constitutiones promulgari iussu est; illis decretis certum praescriptum diem ad eam promulgationem iurati ab Episcopo liceat, certumque aliam constitui: quo die singulis annis in sua diocesi id opportunius praestari posse censet.

Multra quibus locis attribuentur.

Quibus in decretis multa ijs nominatim constituta sunt, qui dignitates, aut canonicatus obtinent, nec certis locis attributa, vni Sacrificae, aut Fabricae illorum Ecclesiae ab Episcopo attribuantur.

Neque vero eas ad alium usum conuertere, neque easdem remitti, nec praeterea de ijs ipsis,

etiam ab vniuerso Capitulo transigi liceat, nisi Episcopi auctoritate.

Aliaque haec generalia.

Quod de sacramentorum administratione, Missae celebratione, diuinorumque officiorum modo, & ratione in hac synodo decretum est, id tunc ad Mediolanensem Ecclesiam, quae Sancti Ambrosii praescripto, & instituto, proprios ritus & caerimonias habet, inique ad caeteras, quaecumque eodem iure, ac modo ex antiquissimo tempore sacra facere consueverunt, in ijs quae eius institutis, ritibus & caerimonijs expressè aduersantur, pertinere volumus. Caeteris vero, & Mediolanensis Ecclesiae, & quae eiusdem ritibus veniunt, acque tenentur, atque aliae, quae in prouincia nostra sunt Ecclesiae.

Si in his decretis ante aliorum Mediolanensis prouinciae synodum vlla difficultas orta erit, & omnia quae eisdem decretis continentur, in interpretationem, & explicationem nobis referuamus, saluo semper Sedis Apostolicae auctoritate.

Quamuisque facultatem, ex decretis in hac tertiana prouinciali synodo Mediolanensi a nobis editis, habent Episcopi, eam ipsos per suos Vicarios generales exequi posse volumus, nisi in ijs, quae proprie ad ordinem Episcopalem pertineant, aut in quibus Vicarij a sacris canonibus, aut a Concilio Tridentino, vel a nobis expressè exclusi sunt.

Vt nemini eorum, quae in hac tertiana prouinciali nostra synodo a nobis decreta sunt, ignorantiam excusare liceat, edicimus, ut ex quo primū die edita, in valuis Metropolitanae Ecclesiae proposita fuerint, ad duos menses omnes se, & his decretis, & si contulerint, penitus quae eis continentur, teneri intelligant.

Ab eo etiam affixionis die eorum decretorum temporis initium sumendum decernimus, quibus aliquid intra certum tempus praestari iubemur.

Vniquisque praeterea Episcopus ea omnia, & singula in proxima diocesana synodo legi, ac recitari iubebit. Et si ita expedire censuerit, sine quoque Cathedralis Ecclesiae valuis proponi: quod studiosius omnium animis eorum praecipua fixa inhaereant.

Singulae etiam Cathedrales, & Collegatae, & parochiales Ecclesiae huius prouinciae, has nostras constitutiones certo aliquo loco collocatas, perpetuo attinent.

Omnia, & singula, quae a nobis in hac tertiana prouinciali synodo decreta, atque sunt, quae debentur obedientia, ac reuerentia, auctoritati, ac iudicio Sanctae Romanae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum Matris & magistrae semper emendanda, & corrigenda subiicimus.

Quia nonnulla a summo Romano Pontifice, & publica totius prouinciae Mediolanensis, & prouinciae singularium Ecclesiarum utilitatis causa petenda sunt; decernimus, ut quicquid ab eius Sanctitate communibus nostris, & qui ad sunt Coepiscoporum literis postulabitur, id huius synodi

synodi nomine, & auctoritate ita factum intelligatur, perinde ac si in sessione publicè postulatum esset.

INDICTIO  
Futuri Concilij Prouincialis  
Quarti.

CAROLVS miseracione diuina tit. S. Praxedis S. R. E. Presbyter Cardinalis, Borromæus nuncupatus, sanctæq. Mediol. Ecclesiæ Archiepiscopus.

OMNIBVS & singulis Reuerendissimis dominis Episcopis qui hic adsunt, & synodo Prouinciali Mediolanensi, quacunque ratione interesse debent, omnibusq. item Capitulis, & Ecclesiarum Cathedralium Procuratoribus qui presentes intersunt, indicimus, significamus, denunciamus, & intimamus proximam sequentem synodum Prouincialē Mediolanensem quartā, Deo omnipotente auctore, & ad eius laudem,

L A V S D E O.

Finis Concilij Prouincialis tertij.

hac eadem in Vrbe, hoc ipso loco, anno 1576. die decimo mensis Maij, qui dies erit feria quinta Dominica secundæ post Resurrectionem D. N. Iesu Christi, inchoandam, & celebrandam esse. Quamobrem eos omnes, & singulos Reuerendissimos dominos Episcopos qui hic presentes adsunt, monemus; Procuratores vero Ecclesiarum Cathedralium inuitamus, vt eo die ad synodum prouincialem quartam iuuante Deo Mediolani celebrandam, constituto, hic omnino intersint; nisi diem celebrationis ipsius synodi aliqua ex causa à nobis prorogatum fuisse nostris ad eos datis literis intellexerint. Quod si ipsorum Reuerendissimorum Episcoporum nostrorum aliquis legitimo tunc detentus erit impedimento, nuncium ad se excusandum, atque ad id impedimentum probandum ad nos mittat, cui etiam facultas ab ipso detur, ea omnia, & singula nomine suo, & Ecclesiæ suæ recipiendi, quæ Spiritu sancto duce, in ipsa synodo à nobis de consilio, & assensu Reuerendissimorum Episcoporum nostrorum decernentur aut constituentur.

ORATIO

ORATIO  
CAROLI CARDINALIS  
TIT. SANCTAE PRAXEDIS,  
ET ARCHIEPISCOPI,

Habita in Prouinciali Concilio Tertio.



ERTIO iam adsumus, Patres sanctissimi, hoc ipso loco, vbi superioribus annis semel atque iterum spiritu sancto duce congressi, in eam curā incubuimus, vt in hac prouincia, pastoralibus nostris studijs succurreremus animarum saluti, & opitularemur pietatis cultui, iam penè deflorescenti. Quo in genere & si à nobis vel plurimum elaboratum esse videtur; tamen si animaduertimus, prouinciæ huius status, quem vos etiam optimè nostis, is est, vt multa adhuc desint ad operis à nobis inchoati consummationē & perfectionem. Primum enim superioribus nostris decretis non omnis erepta est morum corruptela; neque planè omnis instituta christianæ disciplinæ ratio; quæ vobis, qui adestis, vnà mecum expectanda est. Deinde, vt est hominum genus ad carnis sensum procliuē; sæpeq. præceps fertur ad peccandi licentiam, alij post priores illos congressus nostros sensim in dies irrepserunt morum errores. Præterea quæ olim à nobis sancita sunt; ita se habent, vt vel nostra, vel aliorum culpa, illa executi sumus non planè omnia. Si quæ autem executionem habuerint, vel pauca, vel multa illa sint, vereor, vt libere dicam, ne ea externa potius quadam specie attigerimus, quàm intimi animi sensibus, vereq. amplexi sumus. Atque hic quidem est rerum nostrarum status. Videte igitur quæ illa sint, quibus auctore spiritu sancto, qui spiritus est veritatis & consilij, hoc ipso conuentu nos tum mente optima, tum salutaribus deliberationibus consulamus oportet; vt aliqua ex parte exsoluamus, quod & Christo domino, & nobis, & clero, & populo nostro debemus. Propositum igitur nobis sit, Patres optimi, magnum quiddam esse, ac perfectum, quod præstare debemus: idq. nos vix, aut ne vix quidem inchoauimus, ne dum absoluimus, cum certè non licuerit. nam quemadmodum reliquis in rebus nihil potest statim esse perfectum, sed necesse est, vt initium fiat ab aliquo rudimento, atque paulatim ad summū perueniat; ita opus, quod superioribus annis aggressi sumus, non potuit eo tempore statim peruenire ad eam, quam quærimus, & debemus, necessariam perfectionem. Quod si quis nostrum secus fortassè existimat; quoniā in hac prouincia aliquod maius pietatis christianæ studium elucere videt, quàm antea solebat, quàmq. in alijs fortassè quibusdam locis apparet: nã iste planè quidem fallitur, non est enim cur nos vel cum ijs quæ proximè antecesserunt, temporibus, vel cū aliorū, siue mali illi sint, siue aliquo christianæ virtutis gradu præditi, factis, actiones nostras expendamus: sed comparemus oportet cū ea sanctè agendi formula, nobis diuinitus præscripta; quæ si ob oculos versabitur, facilè cernemus, quàm longè ab ea distemus. Procul certè absumus, Patres. Est igitur cur properemus; & ita properemus, vt quod semel aggressi sumus, perficiamus, aspicientes, in auctorem, & consummatorem operis, nobis commissi, Christum Iesum. Is, quid non attingit, quid non egit, quid non perpeffus est, vt quod ei pater cœlestis dedit, opus consummaret? quid illa crucis ara, in qua redemptionis mysterium peractum est, loquitur?

K

Ioan. 19.]

Ephes. 4.  
Hebr. 1.]

quitur? quæ mens, qui sensus Christi laborum? quorsum illa verba, *Consummatum est?* an non operis, quod susceperat, perfectionem? an non consummationem indicant? Num Christi magistri exempla, num voces nos commouent? an commouent potius? certe quidem. Ergo pergamus ad consummationem: & quod operi nostro deest, perficiamus; ac ita quidem, vt cum nos *Episcopus Deus dederit ad opus ministerij in consummationem Sanctorum, tamquam angeli eius, & missi in ministerium propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, non modò purgemus, & illuminemus, sed perfectos reddamus eos, qui in custodia nostræ fidē traditi sunt.* Altera præterea causa est, Patres, quamobrē huc tertio nos conuenire oportuit. nam ea est satanæ fraus, ea deprauata hominum natura, eæ mundi illecebræ, vt si quid superioribus nostris sanctionibus communiuimus, in altera eiusdem rei parte violari soleat ecclesiæ disciplinæ institutio; ita vt alio rursus opus sit præsidio. quemadmodū enim fluuius, ab vna parte aggeribus munitus, in alteram sæpe erumpit; itidem vsu venit in sciendis morum legibus. Si qua igitur parte, vel clero, vel populo, superioribus rerum sanctionibus obstructus aditus est ad peccandum, alia tamen inuenitur via, quā præcludamus oportet hoc nostro synodali studio; quod cum in hoc genere multum esse debet, tum plurimum etiam in eo, quod tertio loco à me propositū, iam breui exponam. Scitis, Patres, quæ superioribus concilijs præscripsimus nobis de frequenti sacrificij oblatione, de dignitate ab Episcopo retinenda, de supellectili, frugalitateq. Episcopali, de pastoralibus officijs, de familiæ nostræ institutione, de cleri disciplina, de gregis commissi gubernatione: illa omnia vt acta sunt à nobis fortasse diligenter; sic certè nostrum fuit, & est, eadem exequi vel diligentissimè. parū est enim optimo consilio decernere; nisi quod decretum est, sedulò præstetur. nam vt scientia debet esse cum virtute copulata; sic decretorum constitutio, cum executione in primis coniuncta: alioquin paruam affert vtilitatem, vel certè nullam. itaque cum operis nostri suscepti ratio conficiatur & quasi cōfletur duabus his partibus, legum scilicet optimarū, & sanctione, & executione; in hac nos fideles esse oportet, in illa prudentes: si prudentiam in sciendo præstitimus, fidem in exequendo præstemus necesse est; vt & prudentes, & fideles serui inueniamur. Executio autem nostra omnis sit oportet, Patres, tum perfecta, tum vera; perfecta quidē, vt decreta omnia, vel ad nos, vel ad alios pertinentia, exequamur: exequamur autem verè, non externa sola specie, sed ea fixa animi deliberatione, vt in veritate nos ambulantes, & ad Dei gloriam, & ad animarum salutem vberimū fructum afferamus ex ijs rebus, quas solido agendi studio exequimur. Alioqui si contra quidquā agimus, id quoniam non vlla quasi radice fixum hæret, statim diffluit, statim euanescit. Quare agite, Patres sanctissimi, munus nostrum expleamus, vt quam debemus sanctam sollicitudinem, quantum in nobis est, præstemus, tum ad operis nostri inchoati perfectionem, tum ad omnem ecclesiæ disciplinæ rationem in hac prouincia communiendam, tum ad superiorum nostrorum decretorum leges, easq; verè, atque omninò exequēdas: *Spiritus autem Dei habitat in nobis; is spiritus veritatis, quem in Euangelio, quod modò recitatum est, se Dominus missurum esse promisit, mentibusq. nostris lumen præferat, quo omnes muneris nostri pastoralis partes dirigamus in perfectionem & finem, quò spectamus, Christum Iesum. Cui laus & gloria sempiternis ætatum sæculis. Amen.*

CON.

C O N C I L I V M  
P R O V I N C I A L E  
M E D I O L A N E N S E I I I .

Quod

C A R O L V S S . R . E .  
C A R D I N A L I S  
T I T V L I S A N C T A E P R A X E D I S  
A R C H I E P I S C O P V S .

Habuit an. à Chr. nat. M. D. LXXVI.  
Gregorio XIII. Pont.

K 2 CARO.



CAROLVS  
S. R. E. TIT. S. PRAXEDIS  
PRESBYTER CARDINALIS,

Dei & Apostolicæ fedis gratia Archiepiscopus Mediolani.

Vniuersis Prouinciæ nostræ fidelibus salutem in Domino.



**A**NNVS ferè quartus est, quo pro Archiepiscopalis muneris nostri ratione, synodum prouincialem quartam Mediolani de more habuimus, ad sanctionis Tridētinę præscriptum. Decreta porro in ea confecimus; quibus prouinciæ nobis commissæ salutaris in via Domini progressiones, quantum in nobis fuit, adiuuare studuimus. Sed dimisso Episcoporum, qui in synodo aderant conuentu, cum diligentia à nobis in eo ponenda esset, vt illa recognita, & disposita quam primum ederemus; tunc illico pestilentia contagio, quæ iam ad aliquot vrbes Italiae nobilissimas, permultaq. oppida dimanarat, longè ac latè serpens, demum Mediolanum, eiusq. diocēsim propè omnem inuasit. Quo afflictissimo tempore, pro officij nostri cura, proq. paterna charitate, qua regem nostrum vnice in Christo diligimus, necesse habuimus multiplicem sollicitudinem suscipere, multos labores subire, ac multas functiones exequi; quæ officium maximoperè impediunt, quod synodi huius editioni præstandum nobis erat diligenter. Atqui postea verò pestilentia Dei beneficio mirabiliter restincta, occupationes præterea aliæ permultæ (vt est cura pastoralis plena, refertaq. omni labore) consecutæ statim sunt; in ijsq. ipsis præter ceteras, hæc vna longè maxima, maximeq. necessaria fuit, quòd sollicitudine in primis atque vigiliis, oportuit, & quæ christianæ vel pietatis, vel disciplinæ officia, ac studia pestifero morbo languerant, excitari; aut quæ intermissa fuerant, restitui; & omnem denique rem spiritualem, quæcunque damni, detrimentiue aliquid ob pestem fecerat, quam accuratissimè resarciri. Ad quam sanè rem vniuersam conficiendam, opus fuit non diligentia solùm, sed temporis etiam diuturnitate. His igitur, & aliis item, quæ in dies inciderunt causis, protracta est diutius, quam cupiebamus, hæc editio decretorum. Nunc verò ea edimus, & damus vobis. Vestrum est ita accipere, vt ad illa ipsa exequenda nusquam desit prompta vestra voluntas, studium, obedientia, atque omne officium. Hoc planè non optamus solùm, sed certè speramus de vobis, qui synodalibus studiis ad omnem benè agendi partem quò frequentius excitati estis, eò splendidius & virtutum exemplis, & rectè factis disciplinam christianæ vitæ, iam in hac prouincia Dei dono ac munere aliqua ex parte florentem, ornatis, abundantes vos in omni opere Domini semper: ita vt de progressibus vestris gratias perpetuò agamus Deo. Dat. Mediolani, tertio calend. Aprilis 1580.

Edictum

EDICTVM  
De Concilio Prouinciali IIII.

In nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen.

Carolus S. R. E. tit. Sanctæ Praxedis presbyter Cardinalis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ,  
Vniuersis Prouinciæ nostræ Christi fidelibus salutem in Domino.

**P**RO Archiepiscopalis officij nostri ratione, quæ progressionibus suis tota ad optimam Pastoralis muneris curam spectare debet, nos in synodo prouinciali tertia, quam ex præscripto Tridentino, anno M. D. LXXIII. habuimus; decreto edito, Concilium prouinciale quartum indiximus, quod hoc anno, die decimo mensis Maij, auxiliante Dei misericordia celebraturi sumus. Ut autem omnibus, atque singulis quibuscunque, qui iure, aut consuetudine, aut privilegio, aut alia quauis ratione Concilijs prouincialibus nostris interesse possunt, vel debent, hæc Synodi quartæ prouincialis indictio, planè nota atque euulgata sit; nè cuiquam vel rei ignorantia ad excusationem uti, vel se contemptum, neglectumue esse dicere liceat; ijs ipsis vniuersis, & singulis, ac cæteris item, qui sua interesse quauis ratione putarint, hoc edicto publicè proposito, eandem quartam prouincialem Synodum, in superiori illo prouinciali tertio Concilio iam decreto promulgato indictam, significamus, indicimus, ac denunciamus.

Quamobrem cum vniuersos, & singulos Reuerendissimos Episcopos prouinciæ nostræ, tum ceteros quosuis omnes, qui vt supra, in Synodo Prouinciali Mediolanensi quacunque ratione interesse debent, præter illud indictionis decretum, & literas nominatim, sigillatimq. eisdem Reuerendissimis Episcopis per nos scriptas, hoc etiam

edicto illud monemus, vt eo ipso à nobis præscripto & constituto decimo mensis Maij proxime sequentis die, Mediolanum in Ecclesiam nostræ Metropolitanam conueniant; & in concilio, quod illo ipso die summo mane iuuante Domino inchoabimus, præsentis ipsi adsint; penes & ceteris suris propositis, Canonum iure sanctis.

Curent verò singuli prouinciales nostri Episcopi, vt quod Concilio prouinciali secundo sancitum est, cum primum edictum hoc acceperint, in omnibus & vrbes; & diocēsis suæ ecclesijs parochialibus, quinta quaque feria in singulas hebdomadas, quoad concilium de more dimissum atque absolutum erit, Missæ Sacram de Spiritu sancto fiat: in Cathedrali autem, & Collegiatis Ecclesijs, processionum præterea munus singulis diebus Dominicis intus obeatur; ex animoq. preces fiant, quibus à Deo totius consolationis, & misericordiarum patre, nobis tam salutare negotium tractantibus, Spiritus sancti lumen imploretur.

Sciunt præterea vniuersi & singuli prouinciæ nostræ Christiani fideles, conciliarem banc actionem à nobis indictam, præcipuum quoddam caritatis, & pietatis studium ab ijs ipsis postulare; cum illa omnis eò spectet, vt per nos illorum gressus dirigantur in viam salutis. Quare paterna cohortatione eos vehementer in Domino admonemus, vt & sua, & nostra causa, orationis precumq. studium vnà nobiscum adhibeant: dieq. Dominico Concilium id prouinciale proxime præcedente, qui dies sextus Maij erit, primum verè penitentes & confessi, sacram communionem sumant; hoc piè precantes, vt adiutrice Dei gratia, nos ea, quæ ad nostram, suamq. salutem pertinent, diligenter, sanctaq. sollicitudine agamus. In quarum rerum fidem hoc edictum confici, auctoritateq. nostra imprimi, & sancti Ambrosij sigillo Archiepiscopali nostro muniti, tum nostra etiam manu signatum, in vulgus publicè proponi, eidemq. à Synodali Secretario nostro subscribi volumus. Datum Mediolani in ædibus nostris Archiepiscopalibus, Calen. Martij 1576.

# CONSTITUTIONES ET DECRETA CONDITA IN PROVINCIALI SYNODO MEDIOLANENSI III.

In nomine sanctę, & Indiuidę Trinitatis, Patris,  
& Filij, & Spiritus sancti. Amen.



**O**S CAROLVS S. R. E.  
Tit. Sanctę Praxedis Presbyter  
Cardinalis, Dei & Aposto-  
licę Sedis gratia Archiepiscopus  
Mediolani, ad Dei omnipotentis,  
beatę Marię semper virginis,  
ac S. Ambrosij confessoris patroni nostri lau-  
dem, hęc pro christiana morum disciplinę con-  
formatione, qua clerum, populumq; fidei nostrę  
concreditum præluere totis in CHRISTO  
visceribus expetimus, de consilio, & assensu Re-  
uerendiss. DD. Coepiscoporum nostrorum, in  
Concilio provinciali Mediolanensi quarto, de-  
cernimus, statuimus, ac sancimus.

*De fidei professione.*

Prou. 1. par. 1. de fid. profess. pag. 1.

Professio fidei  
præstanda.

Formula pro-  
fessionis fidei.

**Q**UOD ex Pij quarti Pont. Max. sanctione,  
in primo, & tertio Concilio provinciali  
nostrō, de ijs qui fidei professionem facere de-  
bent, deq; illorum ipsorum vita & moribus  
antè inquirendis, & probandis, decretum est;  
id Episcopus omninò efficiat, vt præstetur: tū  
compellat præterea ad idem omnes, ac singu-  
los, sicut etiam à sancta sede apostolica decla-  
ratū est, quicumque arithmeticā, & musicam,  
vel artes cuiusvis generis liberales profitetur.  
Formula verò, ad cuius præscriptum fidei profes-  
sionem præstari oportet, pontificia illa san-  
ctione conceptis verbis tradita, hæc sanè est.  
Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, &  
singula, quę continetur in symbolo fidei, quo  
sancta Romana ecclesia vtitur, videlicet.  
Credo in vnum Deum patrem omnipotentem,  
factorem cęli & terrę, visibilibus omnium  
& invisibilibus. Et in vnum Dominum Iesum  
Christum, filium Dei vnigenitum, & ex pa-  
tre natum ante omnia sæcula; Deum de Deo,  
lumen de lumine, Deum verum de Deo ve-  
ro; genitum non factum, consubstantialem  
patri, per quem omnia facta sunt; qui propter  
nos homines, & propter nostram salutem de-  
scendit de cęlis, & incarnatus est de spiritu  
sancto ex Maria virgine, & homo factus est;  
crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato,

passus, & sepultus est; & resurrexit tertia die  
secundum scripturas; & ascendit in cęlum, se-  
det ad dexteram patris; & iterum venturus est  
cum gloria iudicare viuos, & mortuos; cuius  
regni non erit finis. Et in spiritum sanctum  
Dominum, & viuificantē, qui ex Patre filioq;  
procedit; qui cum patre, & filio simul adora-  
tur, & cōglorificatur; qui locutus est per Pro-  
phetas. Et vnam sanctam catholicam, & Apo-  
stolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma  
in remissionem peccatorum: & expecto resur-  
rectionem mortuorum, & vitam venturi sæ-  
culi. Amen.

Apostolicas, & ecclesiasticas traditiones, reli-  
quasq; eiusdem ecclesię obseruationes, & Cō-  
stitutiones firmissimè admitto, & amplector.  
Item sacram scripturam iuxta eū sensum, quę  
tenuit, & tenet sancta mater ecclesia, cuius est  
iudicare de vero sensu, & interpretatione sa-  
crarum scripturarum, admitto; nec eam vn-  
quam nisi iuxta vnanimem consensum Patrū,  
accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse verè, & propriè  
sacramenta nouę legis, à Iesu Christo Domino  
nostro instituta, atque ad salutem humani ge-  
neris, licet non omnia singulis necessaria; sci-  
licet Baptismum, Confirmationem, Eucharis-  
tiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem,  
Ordinem, & Matrimonium; illaq; gratiam  
conferre; & ex his Baptismum, Confirmationē,  
& Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.  
Receptos quoque, & approbatos ecclesię ca-  
tholicę ritus, in supradictorum omnium sa-  
cramentorum solemnī administratione recipio,  
& admitto.

Omnia, & singula, quę de peccato originali,  
& de iustificatione in sacrosancta Tridentina  
synodo definita & declarata fuerunt, ample-  
ctor, & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum,  
propriū, & propiciatorium sacrificium pro  
viuis, & defunctis: atque in sanctissimo Eu-  
charistię Sacramento esse verè, realiter, &  
substantialiter corpus, & sanguinem, vnà cum  
anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Chri-  
sti, fieriq; conuersionem totius substantię pa-  
nis in corpus, & totius substantię vini in san-  
guinem, quam conuersionem catholica eccle-  
sia transubstantiationem appellat.

Fateor

Fateor etiam sub altera tantum specie, totum,  
atque integrum Christum, verumq; sacramen-  
tum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animaq;  
ibi detentas fidelium suffragiis iuari; simili-  
ter & sanctos vnà cum Christo regnantes, ve-  
nerandos, atque inuocandos esse, eorūq; oratio-  
nes Deo pro nobis offerre, atque eorum reli-  
quias esse venerandas.

Firmissimè assero, imagines Christi, ac Deipa-  
rę semper virginis, necnon aliorum sanctorū  
habendas, & retinendas esse, atque eis debitū  
honorem ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem, à Christo  
in ecclesia relicta fuisse, illarūq; vsum chri-  
stiano populo maximè salutarem esse affirmo.  
Sanctam catholicam, & Apostolicam Roma-  
nam ecclesiam, omnium ecclesiarum matrem,  
& magistratam agnosco: Romanoq; Pontifici,  
beati Petri Apostolorum principis successori,  
ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiā spō-  
deo, ac iuro.

Cetera item omnia à sacris canonibus, & œcu-  
menicis Concilijs, ac præcipuè à sacrosancta  
Tridentina Synodo tradita, definita, & decla-  
rata, indubitanter recipio, atque profiteor:  
simulq; contraria omnia, atque hæreses qua-  
scunque ab ecclesia damnatas, & reiectas, &  
anathematizatas, ego pariter damno, rejicio,  
& anathematizo.

Hanc veram catholicam fidem, extra quam ne-  
mo saluus esse potest, quam in præsentī spon-  
tè profiteor, & veraciter teneo, eandem inte-  
gram, & inuiolatam, vsque ad extremum vi-  
tę spiritum, constantissimè Deo iuuante, reti-  
nere, & confiteri, atque à meis subditis, vel  
illis, quorum cura ad me in munere meo spe-  
ctabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum  
in me erit, curaturum.

Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro. Sic me  
Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

*Quæ ad sanctorum cultum, sacrorumq; temporum  
celebritatem pertinent.*

*De sacris reliquijs, miraculis,  
& imaginibus.*

Prou. 1. par. 1. de sanct. reliq. ven. pag. 5.

De sanct. reliq.  
ven.  
Prou. 3. de fest.  
dic. cultu. 9.  
sanctarum.

Recognitio sa-  
crarū reliquia-  
rum.

**A**D ea, quę de sacris reliquijs, per nos pri-  
mi, & tertij Concilij provincialis decretis  
sancita sunt, hæc pro religiosa, illas & recon-  
dendi, & exponendi, & transferendi, & as-  
seruandi ratione, piaq; earundem veneratio-  
ne, atque cultu adiungenda censuimus.

Sanctorum corpora, & sacras reliquias, Epi-  
scop⁹ à religiosis, peritisq; Sacerdotibus, quos  
eo potissimum nomine deligat, tum in vrbe,  
tum in diœcesi sua, quibuscunque in ecclesijs,  
locisue illa sint, recognosci quamprimū iu-  
beat. Qua in recognitione hæc præstentur.  
Primò, vt scripta, tabulę, literę, certi anna-

lium codices, aliaue cuiusvis generis monimē-  
ta, quę in ijs ipsis ecclesijs, earumue atrijs, at-  
que ædibus, aut alijs locis extant, schedulęq;  
vasculis, arcibusue sacrarum reliquiarum affixę,  
inclusæue, recognoscantur accuratè & diligen-  
ter; vnde illarum vel translatio, vel colloca-  
tio ibi facta, cognosci, au. alia eiusmodi noti-  
tia earundem haberi queat. Testes præterea  
conquirantur, si qui sunt qui testimonium  
dent, antiquę, constantisq; traditionis. ex qua  
certa earū cognitio constet: aut alia, sicut opus  
erit, id generis diligentia ad rei perspicientiā  
adhibeatur.

Deinde vt singulę ipsę sacrę reliquię, quas  
extare compertum est, re ipsa cernantur; ita  
tamen, vt vbi sub altaribus, alijsue subterra-  
neis eiusmodi locis, corpora sanctorum col-  
locata, reconditæ sunt, nec ostium, neque  
fenestra insit, vnde inspicere queant, non aper-  
riantur, aut effodiantur; nisi ob causam aliter  
Episcopus aliquando faciendum censuerit.

Qua omni recognitione facta, diligentiaq; ad-  
hibita, librum præcipuum, certumq; confici  
Episcopus curet: in quo singulę, quę in eccle-  
sijs, & vrbis, & diœcesis sunt reliquię sacrę,  
rectè, atque ordine describantur; notatis etiā  
diligenter non solum ijs ipsis ecclesijs, vbi re-  
conduntur, sed scriptis etiam, annalibus, ta-  
bulis, alijsue monimentis, è quibus illarum te-  
stimonium constet. Is verò liber in archiuio  
Episcopali, certo loco custodiat, & asseruetur  
perpetuò.

In eo item libro rectè referantur, si quas dein-  
ceps sacras reliquias comperiri, aut aliunde a-  
sportari contigerit; vbi primū ab Episcopo  
illæ recognitæ, & probatæ sunt.

Nec verò sine scripta Episcopi probatione, etiā  
Regularibus, & alijs exemptis, villas nouas re-  
liquias euulgari, aut populo exponi, veneran-  
dasue proponi patiat, Episcopus, antequam  
à se recognitæ, & probatæ illæ sint.

Qua in probatione seruet is omnino formam,  
à Tridentino Concilio ea de re præscriptam.

Reliquiæ sanctorum ne in priuatis ædibus, ne-  
ue apud laicos homines, sed in ecclesia, loco  
conspicuo, benè sepro, atque vndique ornato  
collocentur, & asseruentur.

Atque ita eo loco decenter, ac piè, vel arcis,  
vel capsulis, vel valibus, loculisue reconditæ  
includantur: vt & pro illarum ratione, ac pro  
ecclesiarum dignitate, & facultatibus, formę  
instructionibus nostris præfinitæ, omni ex par-  
te respondeatur.

Is porò locus duabus saltem clauibus, ijsq; di-  
uersis, claudatur: quarum vnam Episcopus,  
alteram Rector ecclesię vbi sunt, custodiat di-  
ligenter.

Vbi verò consuetudinis est, ab vniuersitatis,  
sodalitatisue hominibus, aut à Syndicis laicis  
hominibus clauem etiam teneri, illam tertiam  
illis pmittere poterit Episcopus arbitrauo suo.  
Licet tamen aliquando, quibus Episcopus ra-  
tionabili

Reliquiæ vbi &  
uè apud laicos homines, sed in ecclesia, loco  
conspicuo, benè sepro, atque vndique ornato  
collocentur, & asseruentur.

tionabili, & pia causa id concedendum censue-  
rit, asseruari in priuato oratorio, tuto, ornato,  
ac decenti, eiusdem Episcopi iudicio.

Corpora sanctorum, quae non sub altari, sed sub  
ecclesiae pavimento collocata sunt, nisi decen-  
tiori ecclesiae loco recondenda Episcopus cen-  
suerit, saltem cratae ferreae politae, ornataeque con-  
fecta, ne pedibus eorum locus in reuerentius  
tractetur, vndique sapiantur, atque obtegantur  
ex instructionum praescripto.

Quae reliquiae inscriptionem habent, non vetusta  
te consumptam, sed integram, & ex praescri-  
pto instructionum nostrarum confectam, ita ut  
est, illa inscriptio retineatur, & conseruetur.  
Quarum vero inscriptiones aliqua ex parte e-  
xelae sunt, aut alias non ad praescriptum factae,  
ex in charta pergamena recte exaratae, reno-  
uentur.

Quae nihil inscriptum habent, sed tamen con-  
stat, quorum sanctorum, sanctorumque illae  
sint; ijs singulis nomina propria inscribantur,  
ad instructionum praescriptum.

Sanctorum reliquiae, praesertim insignes, & sa-  
cra corpora, sacraque membra, quae ex certis  
monimentis in vlla quavis ecclesia recondi co-  
stat, in tabula area, aut marmorea, lapidea-  
ue literis incisa, quod accuratius memoria per-  
petuo conseruetur, diligenter, ordineque. Epi-  
scopi cura describantur: tum praeterea in Cap-  
pellae maioris columna, latereue, aut in gremio  
ecclesiae, loco aperto, ac perspicuo, ea tabella  
parieti calce conglutinata in omnium conspe-  
ctu sit.

Scripta, tabulae, & antiqua monimenta ad il-  
las spectantia, in earundem ecclesiarum sacristia,  
archiuuque reponantur, vbi tuto asseruentur.

Vniuscuiusque sancti, sanctaeue, cuius corpus,  
vel sacrae reliquiae, praesertim insignes, asserue-  
tur, vitae, aut martyrij historia, ex probatis  
auctoribus breuiter collecta, ab Episcopo ante  
recognita, & comprobata, in tabellam, aut in  
aliquem certum codicem, charta pergamena  
exarata referatur.

Qui codex in ecclesiae Sacristia certo loco dili-  
genter asseruetur. In illa autem vitae breui nar-  
ratione ex certis monimentis, antiquaue tradi-  
tione, omniq. alia quae constet ratione, expo-  
natur deinceps, in extrema scilicet parte, ac  
paucis item verbis, quo tempore, quouero modo  
sacrae illae reliquiae eo translatae, vel recondi-  
tae sint.

Sacris autem reliquijs, si sanctissimo Eucharis-  
tiae Sacramento non ita propere quidem ea col-  
locatae sunt, vt illius lampade harum cultui sa-  
tis fiat; lampas propria assidue praeleuat: nisi  
hanc impensam, nimia & ecclesiae, & populi  
egestas Episcopi iudicio non patitur.

Ceterum corporibus sanctorum, & reliquijs  
Episcopi iudicio insignibus, lampas omnino  
vna semper colluceat.

Vbi vero plures, aut ex legato, seu alia obliga-  
tione, viuere adhibentur, aut pro reliquiarum

ratione, vel ecclesiae amplitudine, facultati-  
busue adhiberi Episcopus iusserit, id etiam ser-  
uetur.

Ne sacra reliquiae per laicos, etiam cuiusvis ordi-  
nis dignitatis homines vilo modo tractentur:  
nec verò tangantur, cum hoc sacrilegum, ac  
minus propterea ferendum esse, S. Gregorius  
Pont. scribat.

Cum vero ab ecclesiastici ordinis hominibus  
illae cum suis loculis, vasculisue suscipiuntur,  
vt vel populo ostendantur, vel in altari expo-  
nantur, vel in processibus ferantur; primum  
illis thurificatio adhibeatur; siq. in via feran-  
tur, tunc Acoluthus sacerdoti illas ferenti praee-  
eat, qui item thurificet.

Ne passim omni tempore, sed certis tantum fe-  
storum dierum celebritatibus, vt potè in Nati-  
uitate Domini, Epiphania, Pascha Resurre-  
ctionis, Ascensione, Pentecoste, & eiusmodi,  
festoq. ipso die exponantur, ostendanturue,  
quo illius sancti cuius reliquiae sunt, vel eccle-  
siae in qua reconditae sunt, celebritas solemn-  
i festoq. officio agatur; tum praeterea quo die  
ob aliquam causam Episcopus iusserit, conce-  
seritue.

Nulla autem modo vnquam illae ab operimen-  
tis, aut à velis nudae ostendantur, exponaturue.  
Cum in altari autem exponuntur, haec seruentur.  
Primo in illis exponendis processio per eccle-  
siam vbi illae sunt, ab eiusdem clero agatur,  
certo luminum numero adhibito. Rursus idè  
praestetur, cum reconduntur.

A Sacerdote, qui post Episcopum in illa eccle-  
sia digniorem sacerdotale locum obtinet, nisi  
aliquando Episcopus ipse id munus sibi obe-  
dum censuerit, exponantur, & recondantur.

Isq. superpelliceo, & stola, vel pluuiiali etiam,  
pro reliquiarum, ecclesiaeue ratione indutus sit.  
Dumq. exponuntur, & item cum reconduntur,  
hymnus, vel de Apostolis, vel de martyribus,  
vel de confessoribus, vel de Virginibus cana-  
tur, prout sunt sancti sanctorumque reliquiae,  
quae exponuntur; tum antiphonae, & alia eius-  
modi ad rem accommodata, vltimoq. loco ora-  
tio de sanctis illis; si vero sanctus, sanctaeue est  
cuius proprius hymnus, antiphona, orationeue  
extet, illa canantur.

Cum item exponuntur, de stato eo libro, ta-  
bellaeue supra praescripta, vniuscuiusque mar-  
tyrium, aut vitae historia breuiter explicata,  
vulgari sermone grauiter in populi frequentia  
pronuncietur: ad quam rem praeterea sacerdo-  
tis, de diuinis illorum sanctorum virtutibus,  
caelestiq. vita, & rebus per eos fortiter, ac mi-  
rificè gestis, grauiter, breuiq. tractantis offi-  
cium, vbi potest, adhibeatur: quod ardentius  
populi sacras reliquias spectantis animi, ad om-  
ne pietatis studium inflammentur.

Dum in altari expositae sunt candelae saltem  
quattuor grandiores accensae ibi colluceant:  
ad earumq. custodiam adhibeatur qui semper  
assistat, vnus, duouero sacris maioribus ordini-  
bus

A quibus tra-  
ctandae & quo-  
modo exponen-  
dae.

bus initiati, ijq. moribus probati, ac superpel-  
liceo induti.

Horum vero clericorum, non laicorum opera,  
ministerioue adhibito, liceat fidelibus pieta-  
tis & religionis causa, calculorum coronis sa-  
crarum reliquiarum vascula loculosue attinge-  
re, qua hora Episcopus concesserit.

Cum reliquiae sanctorum non in altari expo-  
nuntur, sed è loco superiori, aliouero in quo re-  
conditae sunt, populo ostendantur; omnis ea-  
dem ratio plene seruetur, processione excepta.  
In quibus autem processibus, illas, vel per  
ecclesiam, vel extra portam contigerit; debito  
cultu apparatusue ferantur ab ijs, qui in sacer-  
dotio constituti, post Episcopum ecclesiastica  
sacerdotali dignitate, canonicatuue alijs in illa  
ecclesia praestant, nisi Episcopus id munus ip-  
se obeat.

Quando & quo Sacras porò reliquias de vno in aliud locum tras-  
ferendae. ferri ne liceat sine iusta ac legitima causa, & fa-  
cultate scriptis ab Episcopo permiffa.

SI C V T sacrarum reliquiarum translationis me-  
moriā, festa, solemnitate celebrata fieri, re-  
ligiosè iam ferè ab initio vsque nascentis eccle-  
siae institutum, perpetua ecclesiae consuetudi-  
ne sanctè retentum est; ita si quando sanctorum  
corpora, membraue, aut sacras reliquias Epi-  
scopi iudicio insignes transferri contigerit, vel  
ab vno oppido, vrbeue ad aliam, vel in ea ipsa  
etiam vrbe, oppidouero ab vna ad aliam ecclesiam;  
id ritu solèni, religiosq. cultu praestari oportet.  
Itaque haec decernimus.

Primum aliquot ante diebus, si opus erit, aut  
certè omnino pridie illius diei, quo sacrae reli-  
quiae transferendae sunt, ab Episcopo, aliouero,  
vbi adhiberi potest, ecclesiastica dignitate praee-  
dito, cui nominatim is id muneris dederit, ac-  
curatè diligenterq. recognoscantur, testibus a-  
lijs sacerdotibus grauioribus adhibitis.

Quae recognitio fiat vsupra, diligenter conqui-  
sito omni monumentorum genere.

Recognitae vbi sunt, ordine componantur; tū  
in arca duabus saltem ac diuersis clauibus, qua-  
rum altera ab Episcopo, aut ab eo quem ipse  
maluerit, asseruentur: inclusaeq. signo Episco-  
pali obsignentur.

Dies translationis, tum in loco vnde transferun-  
tur, tum ad quem transferuntur, tum etiā qui-  
bus locis transeundum est, per parochos Epi-  
scopi iussu, dominico die, vel festo, proximè  
praecedenti nunciatur.

Idemq. illis locis iubeatur coli, manè saltem,  
vt dies festus.

Significetur etiam proximis ante diebus fre-  
quenti sono campanarum illius ecclesiae, ad qua  
translatio facienda est.

Pridie vero translationis, vespere significatio ce-  
lebritatis detur solemnibus campanarum omniū  
vtriusque loci sono.

Eo die ieiunium à clero ecclesiae ad quam tran-  
sferendae sunt, seruetur: noctuq. item arca cū  
sacris reliquijs, si commodè potest, super al-

tari ecclesiae vnde transferendae sunt; si verò nō  
potest, alio decenti loco collocata, & adhibitis  
praeterea ad earum venerationem sex saltem lu-  
minibus, ab eodem clero, & alijs item eccle-  
siasticis hominibus, quibus Episcopus id iusse-  
rit, vigiliae fiant: statoq. tempore nocturna iti-  
dem ritè de sanctis decantentur, quorum reli-  
quiae transferuntur.

Manè quo die transferuntur, processio solemn-  
is, psalmis, hymnis, & canticis, omniq. prece aga-  
tur, ad ecclesiam in quam translatio fit: vbi  
iterum illis recognitis, tum de eorum vita, deq.  
historia sanctorum reliquiarum olim eo loco  
reconditarum, de causis item translationis, ab  
Episcopo, vel ab alio eius iussu, sermo apposi-  
tè habeatur; nisi commodius censuerit Episco-  
pus postea habendum inter Missarum solemn-  
ia. Deinde adhibita primum illis thurificatio  
ne, clero & populo ostendantur, ab illisq. ijs-  
dem debitus cultus & veneratio tribuatur.

Transferantur autem inclusae in arca, pro earū  
ratione, proq. ritu ecclesiae decenter ornata, &  
vmbella praeterea adhibita, vt Episcopus cen-  
suerit.

Arca verò humeris portet à sacerdotibus, qui  
digniores sint, & in toto clero, & in ea eccle-  
sia ad quam translatio fit: illiq. viciffim prout  
Episcopus iusserit, id onus tubeant, sacris ve-  
stibus induti, tum capite aperto: praeeant ve-  
rò duo Acoluthi semper thurificantes.

Clerici praeterea aliquot superpelliceo amicti,  
qui capite item aperto sint, lumina deferant  
hinc inde congruo numero & ordine accensa:  
haecq. praeter cereos, quos accensos reliquos  
etiam clerus & populus, laicorumq. hominum  
sodalitates, & caeteri earum arcam pie profe-  
quentes, pro sua pietate manibus gestarint.

Verum si Episcopus in loco adest; ipse quoque  
cum sacerdotibus, qui in cathedrati ecclesia sa-  
cerdotali dignitate praediti sint, canonicatuue  
sacerdotalem habentes, digniores sunt, hume-  
ros sacrae arcae portandae subiciat; idq. saltem  
paululum, tum initio, tum in fine processions,  
quae translationis causa agitur.

Cum verò arcam non portat, eam proximè sub-  
sequatur, reliquo omni clero praeeunte.

Vasculo, quod ab vno ferri possit, reconditae  
sacrae reliquiae, ab sacerdote item portentur  
qui dignior est, caeteris etiam seruatis, supra  
mox praescriptis.

Vbi ad ecclesiam ventum est, in qua collocan-  
dae recondendaeue sunt, per Episcopum, aut  
per alium sacerdotem, eius iussu Missarum so-  
lemnitate celebrentur, de sanctis quorum transla-  
tio facta est: idq. solemn-  
i ritu, nisi horae tarditas  
impediat.

Praeterea Missarum solemnibus, certo loco be-  
nè septo & clauso, vt ne populus propius acce-  
dat, in altari exponantur, vbi per illum diem  
sint, accensis saltem sex luminibus, & adhibi-  
tis ad custodiam duobus sacerdotibus, vel vno  
saltem, alioq. clerico in sacris ordinibus con-  
stituto:



stituto: quorum sacerdotum cura sit, sacras reliquias custodire, & earum arcam aut loculos precatorij fidelium coronis quæ porrigentur, religiosè tangere.

Confecto translationis die, sub occasum solis, constituto loco ab Episcopo, vel alio quem miserit, cum thurificatione, psalmis, hymnis, canticis, antiphonisue religiosè recondantur.

Translationis tabulæ, publicè à notario confectæ, in librum in sacristia illius ecclesiæ asseruandum referantur; tñ rei gestæ literæ, in ære, vel marmore incisæ, in eo reliquiarum loco ad perpetuitatem collocentur.

Corpora sanctorum, sacrauè membra, aut insignes sacræ reliquiæ, cum aliunde è loco longè remotum transferuntur, si vel nauigio, vel curru vehuntur; illius locus, parsuè, vbi pro unctione collocantur, piè ornentur, vna etiam, vel duabus pluribusuè lampadibus accensis.

Si ad unctionem iumentum adhibetur, decenter item sternatur.

Quacunque illis transferendis iter sit, per vrbes, siue per oppida, obuiam solemnius procedatur: ita vt psalmis, hymnis, & canticis, illas, cum clerus vniuersus sacris vestibus indutus religiosè excipiat; tum populus item, lumen numero, portarum & viarum publicarum apparatu, religioso ornatu, pièq. uenerationis studio, & spiritualis lætitiæ significatione.

Dies translationis in vrbe, oppidoue, aut saltem in ecclesia, in qua collocantur, vt Episcopus iusserit, annuntiaro canonicarum horarum officio de sanctis celebretur, quorum sacra corpora, reliquiaruè, eiusdem Episcopi iudicio insignes transferuntur.

Quod officium vt solemnius cumulatè præstetur, id prospiciatur, vt dies quo celebritas translationis agenda est, in feriam certam cadat, quæ sanctorum, quorum reliquiæ translatae sunt, cultui dicari possit, vniuersè, vel in ea saltem ecclesia.

**Miracula noua** & nouè itè reliquie quo approbantur & recipiunt. Sess. 25. decre. de inuocat. ver. & c. & sac. imagin.

Formam à sacra Synodo Tridentina, miraculis nouis approbandis, & nouis reliquijs recipiendis traditam Episcopi seruent diligenter in omnibus, etiam regularium, & alijs exemptis ecclesijs.

Nec verò patiantur, causa à se non cognita, & scripto probata, altare propereà erigi, aut imagines vllas extra morem ornari, vtiuè aut oblationes suspendi, aut quidquam noui ea in re omnino geri.

Sed quia plerumque sit, vt vulgi concurfu, populiq. clamore, aliquid pro miraculo, aut sacra reliquia euulgetur, quod re vera non est; studeant hoc summoperè, vbi eiusmodi occasio se obtulerit, vt primis illis vulgi clamoribus piè obstant, donec rei veritas legitimè comprobata constet.

Si quis verò dubius, aut difficilis abusus sit extirpandus, vel omninò aliqua de ijs rebus grauior quæstio incidat: Episcopus antequam cõtrouersiam dirimat, Metropolitanis, & prouin-

cialium Episcoporum in Concilio prouinciali sententiam expectet; ira tamen, vt quemadmodum ab eodem Tridentino Concilio præscriptum est, nihil inconsulto Sanctissimo Pontifice, nouum, aut in ecclesia hactenus inusitatum decernatur.

Quod de sacrosanctæ crucis effigie, in Concilio prouinciali tertio per nos sancitum est; itidem interdictum sit, sacras alias scilicet imagines, ac sanctorum sanctorumue historias, sacrorumue mysteriorum figuras & significationes, in vlllo quouis humi strato pavimento, aut loco sordido, etiam extra ecclesiam insculpi, pingi, effingiue.

Effigies iumentorum, canum, aliorumue brutorum animalium in ecclesia ne fiant: cum aliquid inhonestum, aut profanum in ea apparere nefas sit, ex Tridentini Concilij sanctione; idq. planè etiam septima Nicæna Synodus œcumenica vetitum sit.

Si verò historiæ sacræ expressio, ex sanctæ ecclesiæ matris consuetudine, aliter quandoque fieri postulat, hoc sanè non vetatur.

Pictoribus & sculptoribus grauis multa ac pœna, etiam interdicti ab ecclesia, Episcopi arbitratu proposita sit; si quid inordinatè, aut præposterè, aut tumultuariè accommodatum, si quid profanum, aut inhonestum pinxerint, aut effinxerint, contra eiusdem Concilij Tridentini decretum.

Rectoribus etiam ecclesiarum, qui vllam sacræ imaginem insolitam, contraq. illius Concilij sanctionem, suis ecclesijs etiam exemptis permiserint, pœna etiam excommunicationis, multauè constituta sit arbitratu Episcopi, pro ratione culpæ irroganda.

Cruces, & sanctorum imagines solemnius, statisque precibus, ex ecclesiæ ritu benedicantur. Imaguncula illæ paruulæ, fictili opere effectæ, si ita fuco, alioq. apparatu concinnatae sint, vt Episcopi iudicio, vanitatem præ se ferre, aut offensionem præbere videantur, ad altare ne adhibeantur in posterum.

Si quæ sacræ tabulæ, imagineuè pictæ, nimia vetustate, carie, situ, aut sordibus penè deletæ, indecenti aspectu sunt; eas Episcopus pia religiofaq. pictura, ab ijs quorum interest, renouari iubeat; aut si id nõ potest, omnino deleri. Ne tabulæ sanctorum imaginibus expressæ vetustate consumptæ, in vilem, & sordidum, profanumq. usum conuertantur: sed vt de altaris pallis, ac velis, temporis vsura pene confectis, beati Clementis pont. & martyris decreto sancitum est, in ignem conijciantur: tum cineres prætereà, ne pedibus inquinentur, in pauimentis fossis collocentur.

Imagines quoque sacræ sculptæ, si deformatae sint, amoueantur; & sub pavimento ecclesiæ, aut saltem sub cœmiterij solo collocentur.

Curet prætereà, atque adeo efficiat Episcopus, vt & per se, & per alios theologiæ scientia peritos, ac illos in primis, qui illius interpretandæ,

Quid seruandū in pingēdis imaginib⁹. Prou. 3.

Sess. eadem. Conc. Nicæn. 2.

Epistola 2. Cle. ad Iacob. sum. feni.

aut populi docendi munus in vlla quauis ecclesia quouis modo sustinent, fidelibus accuratè, enucleatèq. exponantur, quæcunque & de sanctorum intercessione, inuocatione, atque cultu, & de sacrarum reliquiarum, imaginumq. ueneratione, & de historijs mysteriorum nostræ redemptionis, pictura, aliadè similitudine expressis, eos instrui doceriq. Tridentina œcumenica Synodus iussit.

#### De Indulgentijs.

**D**E sanctis indulgentijs tractatio, prout vsu venerit, accuratè in sermonibus item habeatur: vt & earum cœlestem vim, & pietatis officia ad illas consequendas necessaria populus intelligat: seq. propterea omni intima mentis animiq. religione, & christianæ charitatis actionibus atque operibus, ad vberimas salutaresq. earum vtilitates assequendas diligenter pareat.

Id autem omne officium per parochos, & alios quorum interest, præstari Episcopus iubeat, ijs præsertim instructionibus, quæ eo de genere, nostra in Concilio prouinciali auctoritate confectæ, ad communem prouinciæ huius vsu in lucem emittentur.

Quæcunque indulgentiarum, quæ olim, vel nuper cuius, etiam regularium, aut aliter exemptorum ecclesiæ perpetuè concessæ sunt, tabulæ, scripta, monumentauè alia omnis eiusdem generis extant; ea vbi illa sint, siue in vrbe, siue in diœcesi, Episcopus studiosè conquirenda curet; tum illa conquisita, indeq. summam exscripta, in librum certum eo nomine cõfectum, qui in archiuo Episcopali asseruetur, diligenter rectèq. referri iubeat.

Quæ prætereà indulgentiæ vrbis, diœcesisq. suæ ecclesijs in posterum perpetuè, vel ad certum tempus concedentur, vbi primùm ad se, aut ad Vicarium Episcopalem, qui illas recognoscat, delatae sunt; eodem, aliouè libro notentur, ordineq. deinceps describantur.

Singulæ autem ecclesiæ, quibus vel concessæ sunt, vel concedentur, proprium eiusdè generis codicem, in quo illæ exscribantur, accuratè confectum, aut tabellam eiusdem generis in factilia habeant; illarum exemplari in archiuo, vel in sacristia asseruato.

#### De Superstitionibus.

Prou. 1. par. 1. de mag. art. & c. pag. 5.

**Q**UANTVM in religione stabilita, atque augenda laboris ponendum est, tantum in superstitione ex hominum mentibus euellenda, curæ ac diligentia est impendendum.

Quare parochi diligenter ei rei inuigilent: ac si quod superstitionum genus in suæ parochiæ hominibus animaduertat; id semper antè proximam Synodum, in tempore quod Episcopus præstiterit, ad illum in scriptis deferant; vt ei malo occurrere opportunè possit.

Confessarij quoque diligentes in eo genere se præstent; inuestigentq. num penitentes aliquod remedium valetudini, aut vulneribus adhibeant, quod non à medica arte & cognitione, sed à superstitione proficiatur: tum prætereà, num tempora, aut loca, aut quid eiusmodi superstitiosa opinione obseruent: & quos ea in re peccare nouerint, grauius obiurgent; & ab eiusmodi vano sensu, atque errore deterrere & auertere conentur.

#### De sacris quattuor temporibus.

Prou. 1. par. 2. de Ieiunio. pag. 12.

**S**A C R A quattuor ieiuniorum tempora, ex sancti spiritus doctrina salutariter instituta, sicut olim & frèquenti fidelium conuentu, & solemni celebritate, & religioso supplicationum officio colebantur: ita ad illorum cultu, pastoralis cura eruditissimè fidelium mentibus, in vsu antiquæ pietatis reuocanda sunt.

Quare in omni prouinciæ nostræ ecclesia, vel cathedrali, vel parochiali, non solum die Dominico illa tempora præcedenti, sed etiam vbi populus erit frequens, feria quarta proximè sequenti, eo de genere concionem sacram haberi statuimus: qua fideles excitati, solemnius his ferijs, quarta scilicet, sexta, & Sabbato, pro antiquæ deuotionis consuetudine, frequentiores Missæ sacro, diuinisq. officijs, vt in Moguntino Concilio primo cautum est, intersint: orationes, ieiunia, elemosinas, cæteraq. pietatis opera præstent: quibus quò specialius illæ feriæ præstitutæ sunt, eò vehementiori christianæ virtutis contentione ad illa paratos esse oportet.

Ad quam diligentiam parochi prætereà fidelium charitatem omni religioso proposito ita præparare studeant, vt vnanimiter auxiliante Christo, statarum illarum feriarum solemnitate religiofa piorum operum sollicitudine celebrantes, Sabbato sub vesperum frequentissimi ad ecclesiã, vt piæ consuetudinis fuit, conueniant: vbi sanctis precibus, cū pro sacra ordinatione, tū pro his cõmodis, quæ singulorum annorum reuolutione consequimur, omnium bonorum largitori Deo gratia habeatur, sicut & instituta illorum temporum ratio, & christianæ religionis cultus deposcit.

Idem statim ijs temporibus populo denunciãdis, formulam hanc, ex sanctissimi Pontificis Leonis primi verbis conceptam adhibeant: cuius sententiam, etiam vulgari sermone explacent vberius.

*Formula denunciationis ieiunij quattuor temporum.*

**Q**UOD sacrarum temporum ratio, & deuotionis christianæ admonet consuetudo, paterna vobis, dilectissimi, sollicitudine denunciãmus; mensis. N. Sacrum celebrandum esse ieiunij.

ieiunium, diuinitus inspirata doctrina præcepti, ac statis mensuris curriculis distributum: ut lege abstinentiæ omnibus adscripta temporibus, & alijs christianæ militiæ præsidijs, ad mentium nostrarum, corporumq; sanctificationem diuine institutis, stato dierum interuallo sine cessatione renouatis, nos ardentiori cura, maioriq; studio in salutis cursu progrediamur, quod specialius præstituti sunt dies ad pietatis officia. Quarta igitur, sexta feria, & Sabbato ieiunemus: frequentes in cathedrali, parochialiq; ecclesia ad litanias, orationemq; conueniamus; & quod saceris illis feriis à cibo abstinentiores esse debemus, eò abundantiori eleemosinarum liberalitate erga Christi pauperes effusiores simus: tum Sabbato sub vesperum orationem parochialem communem celebremus, qua, & pro spe felicitatis æternæ, ad quam per fidem currimus, & pro sacra ordinatione, quam eo die à Reuerendissimo Episcopo haberi solemne est, & pro ijs commodis, quæ singulorum annorum reuolutione cõsequimur, Deo omnipotenti gratias agamus; eademq; religiosis supplicationibus oremus, qua tenus sanctorum, quorum patrocinia imploramus, suffragantibus meritis, eius misericordiã in omnibus impetremus, per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre. &c.

## De feriis.

Prou. I. vsupra. item par. I. de fest. dier. cultu pag. 6.

**Q**VO tempore ad salutem animæ toto corde, totaq; mente, atque omni christianæ pietatis officio incumbendum est; in iudiciali foro tunc aditus patefieri nõ debet ad iudicia, ad lites, & ad causas, quibus sæpè distrahuntur homines à pietatis officijs: ne aliquando Isaia prophete illis vocibus nos Dominus grauius arguat; *Ecce in die Ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis: ecce ad lites, & contentiones ieiunatis.* Quare ne quadragesimæ, quattuor temporu, & aliorum ieiunioru diebus, id quod & Liberij pontificis maximi, & Concilij Triburiensis canone sancitum est, in aliquo foro, manè, quo tempore Missæ sacro, diuinis officijs, & verbi Dei prædicationi christianos homines interessè potius oportet, ius dicatur, iudicia exercentur, aut quidquam agatur, quod ad iudicij forensis ordinem pertineat.

Id verò pro pastorali gregis Dei cura, quam suscepit Episcopus, ab omnibus præstari quam diligentissimè studeat.

Rei ne festis diebus diuino cultui dicatis torqueatur; si modò criminis atrocitas aliud non postulet.

Ac ne testes quidem ijs diebus testimonium dicant, etiam si feriali die iurati id sint, nisi in causis, in quibus licet eisdem diebus iurandum illis deferri.

Id omne sanè Episcop<sup>o</sup>, cū in Episcopali foro, tum in secularibus iudicij caueat, vt seruetur.

## De sancto Ambrosio.

Prou. I. vsupra.

**D**EVOTIONE congrua, & debitis honoribus beatus Christi confessor Ambrosius Episcopus, sanctæ ecclesiæ Metropolitanæ Mediolanensis pater pariter ac patronus, cuius doctrina etiam tota illustratur ecclesia, vt à prouinciæ nostræ fidelibus colatur; eius & diem festum, qui septimo idus Decembris agitur, sicut reliquos dies festos, quos coli præceptum est, quotannis à clero, populoq; celebrari, & commemorationem de eo, quibus diebus ex ritu ecclesiæ eiusmodi commemorationes fieri licet, in vespertino, matutinoq; officio antiphona, & oratione à clero fieri perpetuò pro suæ pietatis studio Episcopi omni etiam adhortatione curent.

## De clericorum ad festorum dierum celebritates conuentu.

Prou. I. vsupra.

**N**E diebus festis, qui præcepto ecclesiæ, aut consuetudine, votuè coluntur, ad alienam ecclesiam Missam celebraturus parochus accedat; nisi ab eo, cui id curæ Episcopus dederit, facultatem scripto exaratam impetrarit.

Quam facultatem ille tantum ijs det, quos omnibus benè consideratis, ad Missarum solènia, diuinæ officia, in ecclesia, vbi celebritas in vrbe, diocesiue agitur, ritè concelebranda necessarios esse viderit.

Qua in celebritate, cum ab alijs ecclesijs sacerdotes euocandi sunt, ne villo prætextu plures euocentur, quàm quattuor, vel sex ad summum: id verò nisi vel legati pij, vel foundationis iure aliquando plures adhiberi necessarium sit.

Item diligenter hoc Episcopus caueat, vt si ad celebritatem sacerdotes alij, quàm parochi adhiberi possunt, ne parochos à suis ecclesijs auocari, abesseuè ea de causa ijs diebus villo modo patiatur: si verò aliter fieri non potest, viciniorib<sup>o</sup> solùm parochis, pauciorumq; populi multitudinem habentibus eam facultatè permittat. Tum præterea videat, vt qui parochus festo die ad celebritatem euocatus abfuturus est, sacerdotem alium vel ordinarium vel conductum habeat: qui illo die Missæ sacrificium in ecclesia parochiali faciat; quiq; cætera, vt ipse, si præsens adesset, omnino præstet, antè ab Episcopo in ijs functionibus obeundis probatus.

Si verò sacerdotem eiusmodi quandoque habere nõ poterit; festo die, celebritatem ad quã vocatus est præcedenti, populo suo significet, se ob eam causam in ecclesia parochiali Missam celebraturum non esse, sed in ea, ad cuius celebritatem vocatus est; proinde illu moneat, vt ad eam ipsam ecclesiam, aut aliam propinquiorum, vbi Missæ sacrificio interfuit, se conferat.

Sin autem pro ecclesiæ, in qua celebritas agitur,

tur, amplitudine, & dignitate, aliquando ad solemnitatem concelebrandam sacerdotibus pluribus opus esse cõsuerit; alijs item aliquot sacerdotibus, etiam parochis hoc det, vt in ecclesijs suis primùm Sacro peracto, siq; parochi sint, habita etiam concione, ac alijs præstitis, quæ inter Missarum solemnias ab ipsis pro parochialis curæ munere præstari debent, tum ad ecclesiam vbi solemnitas celebratur, profiscantur, illius rectorem in diuinis concelebrandis officijs adiuturi; nec verò desint ecclesiæ suæ reliquis eo die obeundis parochialibus muneribus & officijs.

In euocandis quidem admittendisue sacerdotibus, & clericis ad dierum festorum celebritates, ratio atque ordo seruetur, infra in decreto de exequijs, eorundem euocationi præscriptus ad funera concelebranda.

Illi porrò omnes qui euocabuntur, in choro diuina officia fiunt, superpelliceo munda decenter induti semper adsint.

Nec verò præter clericum illius ecclesiæ, alius sacerdos, clericusue, qui ad celebritatem vocatus non sit, in chorum quouis prætextu asciscatur recipiaturuè: ne uè eleemosinaru, quæ in ea celebritate tributæ sunt, aut tribuuntur, particeps villo modo sit; nec præterea in mensa excipiantur.

Neque rursus quisquam à Præposito, Archipresbytero, parochouè missus, plus capiat, quàm si proprio solùm nomine esset vocatus. Quicumque præter constitutum numerum aliquem ascierit, qui itè minimè vocatus, quiuè sine præscripta facultate accesserit, ac rursus qui admiserit, quiuè exceperit, qui denique plus acceperit; mulctetur arbitratu Episcopi.

## De religiosis peregrinationibus.

**V**T ex sanctorum patrum institutis fideles prouinciæ nostræ sanctas peregrinationes suscipiant, salutisq; vberiore fructum, diuina auxiliante misericordia inde capiant: hæc illis seruanda proponimus: ac primò ecclesiastici ordinis hominibus; tum laicis item.

Ne quisquam sacerdos, clericusue cuiusuis ordinis peregrinaturus, itineri peregrinationis causa sine literis dimissorijs ac testimonialibus Episcopi se committat, vt canone veteri sancitum est: tum præterea nec sine benedictione, quam Episcopus sacerdoti clericouè peregrinaturu statis precibus libro sacerdotali, ritualiue præscriptis impartiet.

Iis sanè literis à cællario adscribatur hæc singula capita, sacerdoti clericouè peregrinanti infra præscripta, quò accuratius ab eo illa seruentur.

Peregrinationis comites quos sibi adiunxerit, cum in viam se daturus est, Episcopo, aut Vicario exponat, quorum comitum nomina à cancellario literis dimissorijs adscribantur.

Si quis item peregrinaturus, ecclesiam parochialem, aut cappellam, aliudue cuiusuis no-

minis beneficium ecclesiasticum obtinet, cui ministerium aliquod debeat; is, vt Episcopus opus esse censuerit, sacerdotem, vel clericum, qui eidem Episcopo, Vicariouè probatus sit, pro ratione ministerij antè substituat, quàm iter suscipiat, ne ecclesia debito ministerio cultuq; careat; cuius rei per se præstita, testimonium scriptum, aut Episcopo, aut Vicario exhibeat. Ei verò què substituerit, aut alij què Episcopus maluerit, si aliquot dierum peregrinationem facturum est, vestes sacras, ornamenta, libros, scripta, omnemq; ecclesiasticam supellectilem committat, indice eorum omnium sigillatim ac diligenter confecto, eo scilicet præsentem, cui hoc munus Episcopus dederit, ne ex eius absentia aliquod detrimentum ecclesia patiatur.

Deinde is vel sacerdos vel clericus, antequam peregrinationi se cõmittat, peccata primò confessus, tum si sacerdos est, Missæ sacrificium, quod est *pro iter agentibus*, offerre; si clericus inferior, sacram Eucharistiã sumere studeat.

In itinere, clericali habitu contractiori ad Conciliorum præscriptum omnis sacerdos & clericus, dum in peregrinatione est, vti possit: pileum autem induat clericali ordini congruentem, & à laicali vestitu distinctum.

Tonsuram clericalem perpetuò habeat.

Ne itineris causa canonicas horarias diuini officij preces omittat, ac tum etiam stata de præcepto ecclesiæ ieiunia seruet, nisi cum legitime excusatus est.

Si sacerdos est, vbi probatus fuerit, Missam quotidie celebrare curet: at verò Dominicis & festis diebus id facere non omittat.

Singulis verò diebus, siue sacerdos, quando ipse non celebrat; siue clericus, Missæ sacrificio interessè studeat.

Manè singulis diebus præter officium diuinu debitum, preces etiam illas piè recitare curet, quæ *itinerarij* nomine appellantur.

In omni denique itinere, quod sanctæ peregrinationis causa suscepit, eum se vitæ moribus, omniq; actione præstare studeat, vt piè religiosèq; peregrinandi exemplum laicis præbeat: quorum si aliquem socium, & comitem habet, sanctis peregrinationis exercitationibus, atque rebus ad salutem instruere curet.

Hebrais, & mulieribus comitem non se adiungat, neque eodem curru cum eisdem vehatur; neque item eodem nauigio, vt scandalum euitetur, si aliter sibi consulere poterit.

Ne ijs etiam se adiungat in via, nisi necessitas coegerit, qui dum iter faciunt, profanis cantionibus, cytharis, alijsue musicis instrumentis vtuntur.

Abstineat item ipse à profanis canticis, & colloquijs eiusdem generis, quorum vsu, pietatis in peregrinatione suscepta studium refrigescit.

Psalmis, hymnis, canticis, precariæ coronæ beatæ Mariæ recitationi, ac reru diuinaru meditationibus vacet; & spiritualibus itè sermonibus

si comites habet quibuscum loquatur, corporis vel animi lassitudinem subleuet.

Ne mendicet, ostentatimue victum quaerit, nisi ex voto, vel alia causa ab Episcopo probata, & facultate nominatim scriptis impetrata.

Cum ad aliquem locum vespere perueniet; Ecclesiam quae eo loco est, antequam ad hospitium diuertat, religiosè adeat, si potest; vbi supplex litanias, vel alias religiosas preces recitet.

Si apud religiosos homines, vel apud alios viros honestos diuersari potest, ab hospitij publicis absteat.

Ad cauponas verò si diuertere necesse habet; nec vnà cum eisdem hebraeis, aut mulieribus accumbat in publico hospitio, aut alio omni loco & tempore.

Antequam discumbat, mensae benedicat: tum pransus, aut cenatus, gratias agat: ceteraque obseruet, quae de temperantia, frugalitate, & modestia clericali decretis provincialibus praescripta accuratè praestare debet.

Cum primum ad peregrinationis locum peruenerit, confessario probato confiteatur, & Missam sacerdos celebrare, & sacram communionem clericus sumere curet: totusque peregrinationi susceptae intentus, non rerum nouarum curiositates, non loci antiquitates, non quidquam aliud à peregrinandi proposito alienum conseruetur; sed religiosa animi preparatione, Ecclesias, sacrasque reliquias, quas potissimum deuotionis votiuè causa visitatum venit, tum alias etiam sollicitè visitet; qua visitationis sollicitudine, pietatis sibi ardorem excitare studeat, vt maximè potest.

Nec verò vbi sanctam peregrinationem absoluerit, aliò longius vagetur.

A peregrinatione reuersus, Episcopum primò, aut Vicarium cum literis dimissorijs, quas dedit, conueniat: sanctaeque suae peregrinationis testimonium ab ordinario loci, aut saltem à perfecto Ecclesiae afferat, ad quam peregrinationis causa iter suscepit; nisi literis dimissorijs alius nominatim ab Episcopo exprimat, cuius alato scripto id testatum facere debet.

Laici item antequam peregrinationem suscipiant, suum quique parochum conueniant: à quo sanctae peregrinandi consilium capiant; & literas habeant ab Episcopo canonicas, vt canone expressum est; quarum etiam fide testimonio eis liceat vbi que, & cuius confessario ab ordinario loci approbato peccata confiteri.

Deinde benedictionem ab eodem parochi petant, qui superpelliceo, & stola indutus, illis bene precetur, & benedicat stans religiosè pationibus, quae ex Ecclesiae instituto peregrinis adhibentur.

Peregrinationis verò iter suscipiant, vbi ritè confessi, sacram Eucharistià religiosè sumpserint. Peregrinando omnia fugiant, quae deuotionis studium perturbant aut impediunt: & illa amplectantur, quibus illud excitari solet.

In itinere stata praescepto Ecclesiae ieiunia seruēt, nisi cum legitime excusati sunt.

Singulis diebus Missam sacro interesse studeant: Dominicis verò & festis ne villo modo desint, tum factam communionem sumere curent.

Manè preces quas *itinerarium* vocant, piè recitare studeant, qui legere nouerint.

Eleemosinas, si per facultates possunt, largiantur. Instent potissimum orationi, psalmis, hymnis, canticis, precariè coronae beatae Mariae recitationi; & rerum spiritualium meditationibus & sermonibus lassitudinem subleuent.

In curru, nauigio, & hospitio, cum hebraeorum maximè, tum mulierum etiam, nisi quas cognatione affinitateue iunctas, aut etià ex familia sua sanctae peregrinationis socias habeant, omne consortium vitent, nisi necessitas aliud coegerit. At sanè verò in hoc sancto peregrinationis proposito, ac studio, ad vsum reuocari cupimus, quod olim factum esse ex sacris literis, patrumque monumentis animaduertimus; vt scilicet, qui etiam eiusdem familiae essent, cum templum, locaque sacra visitatum irent, viri à foeminis iter separatim facerent. Abstineant item à profanis canticis, colloquijs, cytharis, alijsque musicis instrumentis, atque adeò ab eorum societate, qui in itinere ijs, alijque eius generis actionibus operam dant, quibus pietatis studium in peregrinatione suscepta languescat.

Ne mendicatum eleemosinam quaerant; nisi ex voto, uel necessitate, aliaue causa Episcopi literis & testimonio probata.

Ad loca vbi primum vespere diuertunt, Ecclesiam precandi causa prius adeant, quam in hospitium veniant; si temporis tarditas, aliudue non impediit.

Ad sacra loca, quae religiosè visitaturi sunt, cum peruenerint, nihil aliud sibi propositum habeant, quam vt aut iubileum indulgentiamue consequantur, aut vota sanctè persoluant, sacras reliquias, & sacra loca piè visitent, ab omni curiositate, peccandi que occasione abstinentes. Itaque primò confessi, cum sacram Eucharistià sumpserint, tum religiosè sanctorum statas Ecclesias visitent; ita ut ex ipsorum locorum admonitione maior affectus in ipsis resurgat ad excitandam pietatem, & sanctorum quorum auxilium implorant, orationibus adiuentur.

Reuersi à peregrinatione, primò parochum conueniant, à quo benedicantur, adhibitis ex Ecclesiae instituto praescriptis sanctis orationibus.

#### De sacris locis eorumque cultu.

Prou. 1. par. 2. de Ecclesijs, & earum cultu. pag. 33.

#### De Ecclesiarum fabrica.

**N**oua Ecclesia ne aedificetur inconsulto Episcopo, & scripta facultate ab eo non impetrata: qui praeter alia, quae in nouis eiusmodi

modi aedificationibus requiruntur, videat in primis diligenter, an situs decens honestusque sit; an capax populi; an item disunctus ab aedibus, vt possit circumdari; curatque omnino ita illam aedificari, ne ab antiquo more, probataque traditione discedatur, vt sacerdos in altari maiori Missam celebrans, orientem spectet.

Crucifixi imago in cappella maiori.

Crucis, & Christi Domini in ea affixi imago, ligno, alioque genere, piè, decoreque expressa, sub ipso cappellae maioris fornicato arcu, in omni Ecclesia, praesertim parochiali, ponatur, atque collocetur. Vbi autem praesertim huic, huicque; fornicis structurae eo loco ponere decorè non potest; alia ratione in ipso cappellae maioris ingressu omnino statuatur.

Infra in actis.

In vniuersisque item Ecclesijs, praesertim parochialis frontispicio, à superiori scilicet parte ostij maioris, sacrae imagines exprimentur ad praescriptum instructionum, quas de fabrica ecclesiastica edidimus.

Porticus extra Ecclesiam.

Qua in parochiali Ecclesia porticus non est, neque item praesertim inopia exstrui potest; hoc in ea omnino curetur, vt ante ianuam maiorem vestibulum exstruatur, quod duabus tantum columnis, aut pilis aliquantulum ab ea distantibus exaedificatum, parochi in baptismi administratione vsui esse possit.

Fenestrae.

Quo in vestibulo nemo tamen consistat ad Missam audiendam, qui in Ecclesia esse possit.

Nulla in Ecclesia fenestra permittatur, è qua foris stans, Missam quis possit spectare. Fenestrae in Ecclesijs praesertim parochialibus clathratae existant, nisi praesertim exstructae ita sunt, vt sine clathris etiam, ab omni violento, aut furtiuo, alioque per eas ingressu tutè admodum sint; vitro etiam vel tela saltem muniantur.

Vas aquae benedictae.

Labrum, seu vas aquae benedictae intus in Ecclesia, non foris existat; atque ad ostium Ecclesiae, à latere verò ingredientis, vbi potest, dextero. E marmore autem, lapideue solido, non lateritio, neque spongioso constat: aspergillumque decens appensum habeat, non spongia, sed è fetis confectum, aliaue forma in earundem instructionum libro demonstrata.

Sacrarium.

In vnaquaque Ecclesia, in qua Missa celebratur, sacrarium vnum sit, in cappella maiori, aut prope sacristiam, aut in ipsa sacristia, si Ecclesia frequens est, opportuno loco exstructum. In parochiali verò, praeter illud quod fontis baptismalis vsui est, alterum etiam loco eiusmodi; nisi vbi pro reddituum tenuitate, proque exiguitate populi, illud vnum satis esse Episcopus censuerit.

Suggestus.

In vnaquaque item Ecclesia parochiali suggestus decenter ad instructionum praescriptum exstruatur: unde parochus alioque concionatores sacram concionem, vel lectionem populo frequenti habere possint.

Lampas.

Lampas quocunque in altari collocata sit, non à latere, sed è regione posita colluceat. E vitro

autem constet, nisi è ferro, aut stanno constare aliquando necesse sit, vt in locis alpinis accidit, alijsque; vbi ob frigoris rigorem vitrum frangitur: vtraque autem auricalchi opere omnino decorè tegatur. Frequenter autem abstergantur lampades, vt nitidae, ac perlucidae, & ab omni sordè munde appareant.

#### De Cappellis, & Altaribus.

**C**appellatum, & altarium locus, ne in vlla quauis Ecclesia quouis nomine cuiquam absque Episcopi auctoritate detur.

Altaria omnia amoueantur, quae subter suggestum, aut organum exstructa sunt; aut columnarum, pilaeue haerentia; aut aduersa altari maiori; aut Ecclesiae ianuis nimis propinqua: aut alias quauis ratione incommoda, aut periculosa Episcopi iudicio sunt.

Oblationes autem, & onera, emolumentauè, & iura altarium quae amoueantur, ad altaria eiusdem Episcopi sententia transferantur.

Nec verò deinceps in eiusmodi locis, vlla quauis causa altaria construi Episcopus permittat: neque alio modo liceat.

Altare vnumquodque exstruatur, aut si iam exstructum est, ad rationes infra praescriptas ex forma instructionibus constituta ornetur, & accommodetur, ac reconcinnetur.

Lapideum sit, vel saltem lateritium, cum tabula lapidea, si consecrandum est.

Neque in eo fenestella, foramenuè vlla ex parte sit, vbi quidquam asseruari, aut recondi possit; nisi forte reliquiae sanctorum sint.

Si verò columellis suffultum erit; ne quidquam item subtus ponatur.

Altitudine sit à scabello ligneo, seu bradella altaris, cubitis duobus, & uncijis octo: longitudine verò ad minimum cubitis quattuor, latitudine item cubitis duobus.

Scabellum verò ligneum habeat, quod à fronte altaris cubitos saltem duos productum late pateat.

Tegmen omnino habeat, vel fornicatum, vel saltem ex asseribus, aut è tela caerulea decenter picta, vel è serico, aut panno pretiosiori confectum; vbi scilicet fornix non est, quae totum altare, ac praeterea sacerdotem celebrantem tegat; aut si fornix est, ab altari tamen ita distet, vt ea saepe purgari facile & commodè non queat.

Fenestella sit in pariete à parte epistolae constructa, & lapide transuersali distincta; ita vt pars superior vsui sit ad peluim cum urceolis, dum Missae sacrificium fit, reponendam; inferior ad aquam ablutionis manuum sacerdotis celebrantis proijciendam.

Ad sit tintinnabulum appensum; uel certè cum ibi faciendum est Missae sacrificium, è sacristia deferatur.



Sepiatur omnino altare vnumquodq; septo ferro, uel lapideo, aut quibus locis ob inopiam Episcopus id permittendum censuerit, ligneo; quod septum ab altari congruo spatio distet, ad instructionum praescriptum. Nec vero illud septum laicus ingrediatur.

Petra sacra ita mensa altaris inferatur, ut nullum offensionis calicis periculum adeatur: tactu tamen digiti possit dignosci.

Quae quidem petra longitudine ne minor sit vnciarum viginti; latitudine sexdecim.

**Indumenta Altarium.** Habeat vnumquodque altare propria indumenta, ac ornamenta, & supellectilem omnem, decretis prouincialibus, aut nostris etiam instructionibus praescriptam, tum ad eius cultum & usum, tum ad Missae sacrificium in eo religiosè decoreq; peragendum.

Nec vero quisquam, etiam canonicus, aut alius maiori gradu dignitate uel in Ecclesia vlla praeditus excusetur, quo minus altare suum, cappellam uel quam obtinet, instruat, ornentq; ac propriam illis indumentorum, & reliquam omnem supellectilem comparet ad idem praescriptum; etiam si in eadem Ecclesia sit altare, in qua ipse canonicatus, aut dignitatem obtinet; aut etiam eidem canonicatus, vel dignitati, eius uel praebendae, unionis iure, vel alio quouis annexa sit cappella, vel altare illud.

Ad cappellas, & altaria construenda, vel ornanda, vel reconcinnanda, vel alijs rebus, tum supellectili etiam opportuna; instruenda, ex praescripto instructionum nostrarum, si redditus debiti ministerij, & aliarum rerum necessariam impensam superabunt; Episcopus totum illud quod superest, aut partem arbitrato suo transferat; nisi aut alij sint, qui iure debeant haec omnia praestare; aut alia Episcopi iudicio opportunior ratio videatur unde id fiat, qua ipse iubeat: atque ut id efficiatur quod praescriptum est, omni iuris ratione eos qui debent, compellat.

Si vero alia ratione id praestari, aut absolui, ac perfici posse Episcopus non viderit; subtrahat interea per aliquod tempus aliqua ex parte, vel etiam si opus erit, totum seruitium; redditum vero, vel pecuniam seruitio attributa impensae applicet, quae necessaria est ad illud seruitium, religiosè decoreq; explendum.

**Iura Altarium quomodo conseruanda.** Episcopali cura diligenter cauendum est, ut cum altarium, onerum, iuriumq; ad ea pertinentium, tum etiam titularum, qui interdum plures vni solum altari attribuuntur, memoriae consultum sit perpetuo. ea enim quemadmodum saepe euenisse compertum est, & breui, & facile periret; non solum quia ob varias causas illa aliquando amouentur, transferuntur; verum quonia ob accessiones, diminutionesq; ijs aliquando factas, onera etiam eisdem adiuncta nonnunquam commutantur, & crebro item de ijs ipsis oneribus ab Episcopo interdum ob alias causas, etiam ex decreto Tridentino statuitur decernitur. Quamobrem Episcopus

Seff. 25. decr. de refor. cap. 4.

librum, eumq; certum ac perpetuum confici, illumq; in archiuo Episcopali diligenter asseruari mandet. Quo in libro anni spatio, altarium omnium, quae in singulis vrbis, & diocesis Ecclesijs, iurisdictioni suae, aut visitationi, etiam si quouis modo illae alijs exemptae sint, subiectis, collocata sunt, tituli, & emolumenta item, iura, onera si quae habent, sigillatim ordine recteq; describantur.

Altaria praeterea omnia, & singula notentur, non solum quae vel ex hominum memoria, vel ex alijs monumentis, scriptis uel ad illa ipsa iam alijs translata esse cognosci aliquo modo potest; verum etiam quae in posterum quauis de causa eodem transferentur, descriptis pariter illorum titulis, iuribus, atque oneribus.

Tum etiam accuratè suo loco notetur, si quid deinceps emolumentum, aut oneris ex legato, alio uel nomine accesserit.

Rursus onerum commutationes, diminutiones uel, si quae fient, nominatim describantur; ac denique quaecunq; de ijs ipsis ob Missarum numerum, obq; eleemosinarum tenuitatem, etiam ex decreto Tridentino, ab Episcopis, alij uel decerni statuiq; contigerit. Tum praeterea certi illi dies, quibus eo Tridentino decreto, ob illam causam commemoratio pro mortuis faciendae est, qui eo nomine pia legata reliquerunt.

Onera vero hoc libro notata, singula in tabellam referantur; quae ex decreto prouinciali de Ecclesiarum oneribus in vniuersumq; Ecclesiae illa habentis sacristia affigi debet.

Hoc ipso libro altaria etiam singula, quae ex concessa ab Episcopo facultate in posterum exstruentur, cum suis titulis, iuribus, emolumentis, atque oneribus accuratè describantur; facultate etiam illa in eum ipsum librum relata. Ideoq; qui ita exstruxerit, & rector Ecclesiae cancellario Episcopali mensis spatio aedificationem iam absolutam denunciet.

#### De Sepulcris.

Prou. 1. par. 2. de Sepulcris pag. 36.

**N**E sepulturae locus quouis nomine cui quae detur; ne uel sepulcra fiant, construuntur uel in vlla quouis Ecclesia, sine Episcopi concessu scriptis exarato.

In choro autem, vel cappella maiori nullo modo.

Nec vero in alijs Ecclesiae locis propè altaria, nisi tam longè sepulcra distent, ut sepulcrale os à scabello, seu bradella altaris procul absit, spatio saltem cubitorum trium. Quae autem propius exstructa iam sunt, omnino amoueri obstruunt decernimus.

Fornicato opere sepulcra fiant: quaeque è solo Ecclesiae nullo modo extent, emineant uel; sed illud planè adaequent.

Ab utroque Ecclesiae latere, dextero scilicet, ac

ac sinistro eo ordine disposita exstruantur; ut è regione sibi singula respondeant.

Operiantur, ne villo vnquam tempore forteant, duplici integumento; quod forma quadrata è lapide solido sit; ita tamen ut inferius integumentum è rudi, illud autem superius è polito lapide struatur, ecclesiae pavimento aequale, quod itè sepulcrali ori vndique aptè cohaereat. In quo superiori integumento, ne crux, sacraq; alia imago sculpatur.

Nec rursus imago alia, vel litera, aut aliud omnino quidquam, quod extet atque emineat; neque quod ab Episcopo prius probatum non sit, vel ab eo cui ille id munus dederit.

Quae sepulcra modò sunt, marmore, vel petra solida non recta, nisi trium mensium spatio aptè tegantur, humo oppleantur adaequato solo; ac nemo praeterea in illis deinceps sepeliatur.

#### De Cæmeterijs.

Prou. 1. vtsupra.

**C**OEMETERIA ut muro, vel alijs tutè vndique saepiantur, & eorum ingressus bestijs occludatur; curet Episcopus diligenter.

In eorum medio crux firmiter erecta sit; quam aliquo etiam decenti integumento operiri, conueniens erit.

#### De Campanis.

**P**AROCIALIS ecclesia, si campanas tres, grandiores scilicet, mediam, & minimam habere non possit; saltem duas, vbi fieri potest, habeat; easq; distincto soni concentu inter se rectè consentientes, pro varia diuinorum officiorum quae fiunt, ratione, & significatione. Simplex ecclesia, oratorium uel, vnam tantum campanulam habeat, ut Ioannis XXII. Pont. constitutione sancitum est.

Campanis autem ipsis res nulla profana deinceps insculpatur, incribatur uel; sed crux, & sacra aliqua imago, utpotè sancti patroni ecclesiae, pia uel inscriptio.

Neque rursus ea in turrim campanilem sustollantur, antequam ab Episcopo ritè precibus, ac benedictione consecratae sint.

#### De ornatu, decore, ac nitore sacrorum locorum.

**N**E animalia, pisces grandiores, eorum uel membra in ecclesijs appendantur; nisi quae voti, aut pia significationis causa Episcopus permittenda censuerit.

Consecrata altarium mensa tota, licet aliqua ex parte lateritia sint, tela cerata ita contegantur, ut facile à mensa tela non possit amoueri.

Cum ecclesiae fores patent; tunc altaria singula, & mappis tribus mundis, vna oblonga, quae ad imam eorum partem pertingat, duabusq; reliquis breuioribus vestita sint; ita ut gradus

etiam ille ligneus super altari à tergo collocatus, ab indumento nudus non sit, sed in mappa munda totus sternatur; & pallio item coloris, quoad eius fieri potest, pro festi diei, feriae uel ratione decenter eadem ornata, ac tela viridi, ne mappae puluere, alia uel sorde inquinentur, constrata; & praeterea cruce in medio collocata, & candelabris duobus, vno scilicet ab dextera, altero ab sinistra parte posito, instructa atque ornata semper sint.

Idq; quotidie in ecclesijs quae frequentantur, in caeteris vero ecclesijs, festis saltè diebus.

Tabella secretorum in vnoquoque altari sit item, ea tamen ratione, ut peracta Missa, non erecta sit, sed depressa sub tela, mappae recondatur.

Quibus in ecclesijs feria quinta hebdomadae sanctae sepulcrum ornatur, aut constituitur, vbi Corpus Christi Domini asseruatur, cum illud gloriosum fore, Isaías praedixerit, sicut pretioso ornatu decorari debet; ita in ijs cauendum est, ne profanus, & parum decens sit ornamentorum apparatus.

Ne igitur cubiculis stragula, cortinae, conopaea, seu tentoria ad usum profanum adhibita, ad illud circumuestiendum atque exornandum vsui sint: nisi ecclesiae oblata, eius iam propria facta, & sacro vsui dicata sint.

Idem sancitur de vestibus, & ornamentis, quibus sacrae sanctorum, sanctorumq; imagines induuntur.

Ne ecclesiae, oratoriae, situ, puluere, aut alio squallore obsolescant.

Vbi praeterea inter altare maius, & parietem qui à posteriori eius parte est, locus non multi spatij datur relinquitur, quamuis exiguus, qui chorum non capiat, is etiam locus ab omni situ, squallore, ac sorde purus mundusq; conseruetur.

Ne in ecclesia, aut pro foribus eius, ne uel in oratorijs, alio uel sacro loco colligenda eleemosinae causa, ne ipsius quidem ecclesiae, aut eius fabricae, rectoris uel nominae, capsula, vasculum, mensa, aliud uel eius generis, etiam extraordinarie collocetur; aut iam collocatum in posterum permittatur, nisi Episcopi concessu literis exarato: tuncq; ei capsulae, vel rei aliae ad id paratae, duae claues apponantur, diuerso fabili opere fabricatae; quarum altera teneatur ab eo quem Episcopus nominarit; altera ab ijs, quorum nomine eleemosina colligetur. Si contra fieri, poena sit arbitrato Episcopi; tum eleemosina collecta locis pijs addicatur illius item arbitrio.

Si quae capsulae Episcopi concessu in ecclesia constituantur, aut collocabuntur, in quas à fidelibus, ut plerisq; in locis pietatis studio sit, vel frumentum, vel legumina, vel alia quauis eleemosinae nomine conijciantur: ea ne intrà cappellae, altaris uel, quo fidelium eiusmodi res offerentium concursus sit, cancellos, aut clathra ferrea ita ponantur, ut in ipsis fidelibus eleemosinas collaturis, necesse sit cancellos ingredi.

Vt & ecclesiarū nitori consulatur, & strepitibus, ac rixis, quæ ex sedium muliebrium, quas bradellas vocant, in Ecclesijs collocatarum situ existerè sæpe solent, occurratur; vtq; simul in ijs Ecclesijs, quæ præsertim angustæ admodum sunt, populi frequentia spatium maius detur: eæ sedes omnes, vbi constitutæ sunt, amoueantur; nec verò in posterum vllæ vnquam collocentur: communes autem aliquas, easq; humiles, simplici fabrili opere confectas, modo & forma in nostrarum instructionum libro præscripta, collocari constituiq; liceat concessu Episcopi.

Eæq; sedes communes, aut confratriarum, quæ in Ecclesijs constitutæ sunt, sumptibus; aut pecunia à populo contributa fieri poterunt, aut alia quauis ratione, quæ Episcopo potior videbitur.

Altaria item, sacra tabulæ, & imagines, ac parietes ipsi perpetuò eniteant: tum fenestræ non subobscuræ, sed perlucidæ sint: pauimentum autem saltem octauo quoque die diligenter verratur.

Hæc omnia præstari, cura sit rectoris cuiusvis Ecclesiæ.

Adhibeatur item diligentia, & graui pœna mulctaq; agatur, vt & Ecclesiæ, & oratorij, & cœmiterij parietes, ab vrina, alijfue cuiusvis generis sordibus mundi conferentur.

Arbores, stirpes, aliaq; eiusmodi arbuta, ab Ecclesijs, & oratorijs quibusuis remota sint; vt ne radices dilatata, parietibus officiant; aut rami diffusi tecta operiant, vnde detrimentum ipsis tectis existat.

Si qui verò rami eiusmodi tectis iam officiant, amputentur omnino.

Vites præterea, hederæ, aliaq; id generis herbaræ, quæ succrescentes exterioribus Ecclesiarū, aut oratoriorum parietibus adhærent, prorsus conuellantur.

A rubis præterea, & spinis, & alijs id generis, quæ adnasci solent extrinsecus, ijdem parietes mundi, & à cœmientorum item, lapidumq; cōgestu remoti custodiantur.

Ex cœmiterijs porrò vites, arbores frugiferæ, & alia etiam infrugiferæ cuiusvis generis, aut arbuta, stirpesue omnino conuellantur, atque excidantur.

Neuè in posterum in his sacris locis quidquam conferatur, nec verò feratur.

Ne scœnum ex his succidatur, neuè herba item virescens, quæ bestijs pabulo sit, vel detur.

Neuè in earum fines res vlla abiiciatur, cuius grauis, teterue odor sit; aut aliud quidquam sacris ijs locis inhonestè fiat.

Stabula etiam armentorum, & cuiusvis generis animalium inde procul sint.

In iisdem ne lignorū strues fiat, ne tigna congerantur, ne cœmientorum, lapidumue aceruus sit, nec deniq; quidquam loci illius decori nitoriuè, ac religioni sanctitatiue repugnans.

*De profano usu à sacris locis tollend.*

**N**E ædium, agrorum, rerumq; aliarum eiusmodi, quæ vel locandæ, vel vendendæ proponi, aut profcribi publicè solent, neuè omnino rei cuiusquam profanæ schedulæ, scriptaue vllis Ecclesiarum, oratoriorumue, aut cœmientiorum foribus, valuis, parietibusq; aut in quouis sacro loco in posterum affigantur.

Nè item res venales, in Ecclesiarum, & oratoriorum, cœmientiorumue parietibus appendantur; neque intrà loci spatium, quod aqua sacra aspergitur, cum Ecclesiæ consecratio fit; aut intrà stillicidij fines, aliudue loci maius intervallum, Episcopi iudicio præscribendum.

Neuè item officinæ, tabernæue, quouis materiæ genere, etiam tabulis, asseribusue confectæ, vel ipsis parietibus inhærentes, vel in cœmientijs, sacrisue locis, aut omnino intrà illius spatij, aut interualli fines, vllò modo construantur, aut collocentur.

Quæ verò iam constructæ, collocatæue sunt, inde quamprimùm penitus amoueantur.

Ne Ecclesiæ, aut cappelle, aut etiã oratorij, in quo Missæ sacrificium aliquando peragitur, tecta palearum aceruis, neuè aliqua lignorum strue onerentur: ne item à parte superiori, vel cœnaculum, vel cubiculum, vel omnino locum habeant, vbi aut dormiatur, aut habitetur, aut quidquam profani fiat.

Quæ verò loca iam eiusmodi sunt, omnino amoueantur.

Ne frumentum, milium, hordeum, vllumue tritici, aut leguminum genus, ne poma item, ne instrumenta ad prædiorum rusticorum vsum comparata, ne cuiusvis generis supellectilem profanam, vt ab Innocentio I I I. Pontifice in concilio Lateranensi sancitum est, ne denique quidquam à domo Dei alienum, in Ecclesiâ, etiam non consecrata, aut in oratorio, aut in cœmientio recodi, aut asseruari ab vllò quouis homine liceat. vetitumq; præterea sit, nisi cum interdum aliter Episcopus faciendum censuerit, clauem illius Ecclesiæ aut oratorij, etiam diœcesani, ruralisue, laicis hominibus, præsertim verò colonis, vel conductoribus eiusdem Ecclesiæ ædium, vel prædiorum, committi, aut ab illis custodiri seruariue.

Ne campanæ in eis conflentur; neuè aliquid ferruminetur; neuè fabrile quidquã, aut aliud huius generis fiat, nisi quæ ad eiusdem Ecclesiæ, aut oratorij vsum ornatumue alibi fieri non possint.

Ne in cœmientio frumentum, quasi in area ventiletur; ne tritura fiat: ne palea, frumenta, fruges expandantur: nec verò tele, panniuè linei, lixiuio aquaue madefacti, Soli ibidem exponantur: neq; in eo femina, maresq; colo quidquam neant, neuè suant, aut aliud præterea opus faciant, eorum sacrorum locorum rationi alienum.

Ecclesiæ ostia, cœmientia item, aut rectori, aut alijs

alijs vsui ne sint, res profanas, oneraue asportantibus, hacq; & illac per Ecclesiam, sacraq; loca, quasi per viam publicam transeuntibus: cui rei vt plenè occurratur, cautionem omnem Episcopus adhibeat.

Ne grammaticæ, humanarumq; literarum rudimenta, quæ sæpè inanibus gentiliū fabellis traduntur, aut aliæ omnino literæ præter sacras, in Ecclesiâ tanquam in ludo literario pueris aperto exponantur; sed rudimenta solum doctrinæ Christianæ, & cætera quæ in illis scholis pueris tradi consueuerunt.

Si quo tamen in loco ex causis hoc concilio præbatis, parochio permillum erit alia docere, non vetamus; si dom<sup>o</sup> parochialis angustia necessariò postulet, hoc officium ab eo præstari ferilibus diebus in Ecclesiâ permillum eiusdem Episcopi.

Quæ permissionis facultas scripto detur; tum præterea locus certus, ac quam longè fieri poterit, ab omni præsertim maiori altari remotus, ad id muneris deligatur: extra cuius loci fines pueri ne vagentur; nec verò ob eam causam in Ecclesiâ morentur, nisi cum parochus, qui eos in disciplinam suscepit, præsens adest.

*De religiosa in sacris locis conuersatione.*

**N**E sacris mysterijs dicata, & à Deo electa templa sancta, pateant iniquitatibus hominum, quo præsertim tempore peractis diuinis officijs nemo adest clericus custos, id curet Episcopus, vt Ecclesiæ, & vrbanae, & diœcesanae, certa pro ratione locorum constituta hora claudantur, & aperiantur item. Quòd si ob causam aliquando diutiùs, aut per totum diem eas patere oportet; caueat tamen, efficiatq; Episcopus, vt quo tempore patentes sint atque aperta, custos aliqui clericus adhibeatur, qui semper adsit; & quæ loco illo sacro indigna sunt, ibi peragi prohibeat.

Vbi vetus illa consuetudo, cum ab alijs, tum ab sancto Chrysolomo in primis testificata, eaq; non sine aliqua mysterij significatione instituta, vt separatim scilicet in Ecclesiâ viri à mulieribus essent, in prouincia nostra intermissa, aut nulla est; Episcoporum cura planè restituatur, quemadmodum & adhuc in cõpluribus eiusdem prouinciæ Ecclesijs retinetur, & olim in vsu fuisse cognoscitur ex antiquis earundem Ecclesiarum exædificationibus; in quibus separationis ac distinctionis huius vestigia his etiam temporibus extant.

Qua in cõsuetudine restituenda, modus & forma illius distinctionis exstruendæ, munieræue, per eos quorum interest, seruetur, ad præscriptum instructionum nostrarum de fabrica ecclesiastica editatum.

Vniuscuiusq; autem Ecclesiæ rectoris cura sit; locū in Ecclesiâ, ostiaq; pro ingressu, & egressu separata, sexui vtrique assignare, ac præterea quibus in Ecclesijs opus est, plura ostia lo-

co opportuno aperire, ad præscriptum Episcopi ex instructionibus fabricæ.

Ad loca illa sub gradibus, altariq; maiori exstructa, quæ *martyria*, *confessione* sue ab antiquis vocantur, magna cautio adhibenda est, ne viri, & fœminæ ingrediantur eodem tempore, præsertim in populi frequentia.

Quare in illis Ecclesijs, in quibus ingressus ad eiusmodi loca mulieribus omnino interdictus non est, si diuidi commodè ea non poterunt, vt viri à fœminis separatim sint; saltem quod ad illa attinet, quæ obscuriora, aut non satis ampla sunt, certus dies, certa q; hora ab Episcopo constituantur, qua ad illa alteri sexui separatim pateat ingressus.

Ne quis, ne in atrij quidem Ecclesiæ finibus, ne dum in Ecclesiâ, aut cœmientio, rixas, simultates, aliaue qualisue res, quæ offensionè scandalumue pariant, vllò pacto excitet; neuè gladiū, vt Concilio Triburiensi sancitum est, armaq; stringat, aut ijs quemquam aggrediatur. Si quis contrafecerit, postquam spatio, quod ei Episcopus præstituerit monitus, facti sui excusationem, defensionemue iustam nullam attulerit, communionem eiusdem arbitrio priuetur.

Pro foribus, atriuè Ecclesiæ, præsertim quo tempore sacra diuinaq; officia celebrantur, ne pilaludatur, aut aliud quidquam fiat agaturue, vnde strepitus clamoresue excitantur, quibus diuinæ officiorum preces interturbentur.

Qui secus fecerit; pœnam mulctamue subeat Episcopi arbitrio. Illud parochus sedulo agat, vt mulieres lenocinio meretriciouè quæstu infames, ne domiciliū habitent, quod vel Ecclesiæ, vel ædibus parochialibus, aut virorum, mulierumue monasterijs continens, aut propè inhæreat.

*De Ecclesiarum, & altarium consecrationibus, aliarumq; rerum benedictionibus.*

**E**Cclesiæ saltem parochiales non consecratæ, infra annum in Ciuitate, per diœcesim verò infra biennium omnino consecrentur: item parochialium Ecclesiarum maiora altaria quæ consecrata non sunt, quamprimùm poterunt. Cum parochialis Ecclesiâ consecranda erit, ieiunium in vigilijs cum supplicationibus populus suæ quisque parochia seruet: tum in die et ipso quo consecratio fiet, abstineat ab omni serui opere; eumq; diem festum colat & celebret; idq; vtrumque præterea à parochio antè denunciatur.

Liber Episcopo curante conficiatur, idemq; in archiuo Episcopali asseruetur; in quem Ecclesiarum, altarium, cœmientiorumq; consecrationes, & campanarum benedictiones ordine relatae, ad perpetuitatemq; posteris proditae extant.

In Ecclesiâ item vniuscuiusque sacrificia liber eiusmodi sit, aut certè aliud scripti generis publica auctoritate munitum, de illius Ecclesiæ, suiq; cœmi-

Cap. 6.

Cap. 19.

cœmi-

cœmiterij, & altarium consecratione, & campanarum benedictione.

Quò firmiter verò, magisq; perpetuum consecrationis Ecclesiarum, & altarium monumentum posteritati prodatur, vniuscuiusque Ecclesiæ consecrationis diem, annumq; literis, etiam in marmore incisus rectè notari, tabulamq; marmoreâ, in qua tota consecrationis narratio exareatur, in pariete ab Ecclesiæ fronte, non longè à ianua primaria, loco illustri bene affixam, collocari mandamus. Idem iubetur de altarium maiorum consecratione. Aliorum verò altariū cuiusvis Ecclesiæ consecratio, pictura saltem aliqua, vel alio signo exprimitur, vel in altari ipso, vel loco proximo.

Antiquus ille benedictionis ædium, quæ vel recenter ædificatæ sunt, vel immūdis spiritibus, aliaue ratione vexantur, ritus, vbi in vsu esse desijt, Episcopi cura restituitur. In illa porrò benedictione parochus ritum, preces, psalmos, orationes, in libro sacerdotali ritualiue præscriptas adhibeat.

#### De ratione adhibenda in Ecclesijs, altaribusq; profanandis.

**E**cclēsia si quæ aliquando quavis auctoritate profananda est, vt ne vario cœrimoniarum vsu, sed certa, & vna eademq; ratione profanatio fiat, ita vt infra præscribitur, profanetur. Primò si quæ sacræ reliquiæ, corporauè sanctorum in ea reconduntur, aliquot ante profanationem diebus diligenter recognita, ad Ecclesiam in quam trāsferri Episcopo placuerit, ritè ex præscripta ratione transferantur. Ad quam sacrarum reliquiarum translationem illius viciniam, Ecclesiæq; clerus in primis conueniat, in quam deferuntur, conuocato etiam præsertim eiusdem viciniam populo.

Sacræ etiam imagines eò transferantur.

Deinde Ecclesiæ altaria per sacerdotem, cui Episcopus profanationis facultatem scripto exaratam nominatim dederit, hac cœrimonia amoueantur.

Primùm aliquantisper genibus ad altare profandum flexis, tacitè orans, orationem dominicâ, salutationem angelicam, & orationem de sancto dicat, cuius nomine altare illud dicatū est: tum ubi orauerit, illud ab omni parte detegat; lapidem consecratū ita aptè euellat, vt ne confringat; tum manibus suis lauet, atque abstergat; deinde aquam in sacrarium effundat: lapide ita amoto, diligenter, religiosèq; perspiciat, si quæ sacræ reliquiæ insunt, quas inuentas certò honestoq; loculo clausas atque obfirmatas asseruet; & vbi Episcopo denunciari, in Ecclesia ad quam translatio fit, ad Episcopi præscriptum recondendas & asseruandas tradat; tum reliqua altaris pars ab operarijs amoueat. Idq; omne in singulis altaribus amouendis ritè seruetur.

Præterea alio post altarium amotionem die,

per homines quos Episcopus adhibere voluerit, fidelium ossa exhumentur; vnoq; loco collecta reponantur, præsentē eodem sacerdote: qui antequam exhumationis initium fiat, tacitus item vt supra ad altare maius, precetur; cū processione cleri, & populi viciniam, infra cuius fines Ecclesia profanata est, ossa efferentur ad locum, vbi reponenda sunt; dumq; efferuntur, vt pro mortuis sit, precum officium dicatur; tum in Ecclesiæ loco, vbi reponentur viciniori, pro mortuis itidem Missæ sacrificium fiat.

In Ecclesijs autem dirutis, ad vsuq; profanum conuersis, crucis insigne figatur, ex Tridentini Concilij sanctione, quod signum facile amoueri non queat.

Altaris item vnus, quod sine Ecclesia profandum est, ratio vt supra de altaribus in Ecclesia profanandis præscripta seruetur. Cœmiterij præterea profanandi modus, vt Ecclesiæ, idem teneatur.

#### De Sacristia.

**S**acristia vnaquæque habeat, quæ sequuntur. Primò armarium, vel vestiariū vnum, plurauè ad indumenta conseruanda, instructa suis capsulis, aut loculis, aliove modo, opereuè multipliciter, ordineq; distincta, pro Ecclesiæ ratione, vel suppellectilis copia.

Tum præterea oratorium, separato quantum possit loco positum atque distinctū: vbi possit sacerdos in solitudine se colligere, & orare antè, & post Missæ celebrationem.

Labellum item cum manu tergio appenso, ad manus abluendas, & abstergendas.

Tabulam etiam de orationibus, sacro vniciuiq; indumento accommodatis.

Tabellam quoque appensam, ad Concilij primi prouincialis præscriptum, in qua tabella, & Missæ, & anniuersaria singula ordine notata sint; quæ vel ab vniuerso illius Ecclesiæ clero, vel ab vnoquoque in singulos dies, hebdomada suè peragi præstariue debent.

Ac reliquas item tabellas ex instructionū præscripto, alia suè Episcopi iussu consecras.

Sit in sacristia item tabella, in qua singuli Episcopi, qui Ecclesiæ illi præfuerunt, notata temporum ratione descripti sint; vt frequentius sacerdotes cōmeminerint pro illis preces, & sacrificia offerre.

Vestes autem sacræ, cæteraq; ornamenta, volumina item Ecclesiæ vsui ministerioq; addicta, ac reliqua ecclesiastica supellex, & parochiales item codices, in sacristia certis armarijs rectè atque ordine asseruentur. Nec verò sordibus, siliu, squallore, puluereq; obsordescant; sed quoad eius fieri potest, ab omni sorde, & inquinamento pura omnia & singula sint, ac integra: ac nullo præterea modo lacera, sed facta, recta, nec malè compacta.

Baptisterij, sacrarij, tabernaculi, lunulæ, vestium, aliarumq; eiusmodi rerū forma, instructionum

Sess. 24. decret. de refor. cap. 7.

tionum nostrarum libro demonstrata, in omni Ecclesiæ cathedralis sacristia ponatur: ad cuius similitudinem reliquæ, quæ in alijs Ecclesijs adhibentur, rectè confici possint.

In sacristia ipsa silentium seruetur accuratè: neq; in eam pateat aditus laicis, nisi necessariò.

Caueant Ecclesiarum rectores, alijue ministri, ne aula, peristromata, tapetia, aliaq; suppellectilis, & ornamentorum genera, Ecclesiæ aut sacristiæ addicta, ad domesticum vsu villo modo vnquam adhibeant: nec uerò alijs vtendant.

Vestes autem sacræ, aliaq; indumenta, Missæ, diuinorumq; officiorum cultui dicata, in vulgus cuiquam exposita ne sint; sed armario, vestiarioq; inclusa, clauè obseruentur; neq; laicorum manibus contrectentur, ut antiquo canone cautum est.

#### De Bibliotheca.

**S**icut in libris sacris, voluminibusq; sanctorū, & alijs Ecclesiasticis cuiusvis generis codicibus copiosè sumptuosèq; comparandis, diligens fuit accurataq; maiorum industria: ita in ijs ipsis asseruandis, illorum qui successerunt non negligens studium, nec verò cura minor esse debet: cum ex ijs manu scriptis, rectèque exaratis voluminibus, in tanta librorum corruptela, his præsertim temporibus per hæreticos introducta, plurimum adiumenti rebus Ecclesiasticis publicis afferatur, & ad catholicæ doctrinæ veritatem tuendam, & ad coarguendam illorum vitiosè illa deprauantium temeritatem.

Bibliotheca igitur Ecclesiæ, vbi ecclesiastica volumina, alijq; codices sunt, certus locus, vbi nullus constitutus est, in Episcopaliibus, aut in canonicalibus, alij suè Ecclesiæ arduibus, curante Episcopo constituatur.

Quo in loco armaria aliquot extruantur, eaq; sitibus distincta, in quibus codices & volumina, quæcunque ibi extant, non acruatim, sed ordine disponantur.

Index præterea fiat, in quo pro disciplinarum genere, aut pro alphabeti ratione, volumina singula notentur.

Isq; index certo loco in perpetuū asseruetur, notatis etiam deinceps ordine alijs libris, quicunque in posterum eidem Bibliothecæ quouis modo accesserint.

Volumina, quæ pro vetustate, carie, situuè obsordescunt, librario opere poliantur.

Dissoluta & malè compacta conglutinentur. Ab operculo nuda, asseribus coriouè tegantur. Vetustate, aliove modo consumpta, reconcinentur, & ad perpetuitatem opere recenti, nouisq; librarijs integumentis instaurantur.

Si præterea quo anno vnumquodque volumen manu exaratum sit, animaduerti potest, id èt breuiter in eo indice notetur; tum præterea quo caractere scriptum, vt ex ijs antiquitas

colligi possit, quæ aliquando vsui & vtilitati ecclesiasticæ publicæ esset, ad emendatam voluminum impressionem.

Episcopus de consilio Capituli, canonicum aliquem vsu peritum, literarum studiosum, instruentem augendamq; Bibliothecæ cupidum constituat: qui illius curæ diligenter præsit. Illius verò officium duret eiusdem Episcopi arbitratu. Si qua tamen in Ecclesia probata cōsuetudinis est, à Capitulo Bibliothecariū deligi, ab eodem deligi non uetatur.

Cura verò Episcopi omninò sit, Bibliothecam aliquando inuisere; siq; per eum, & per canonicos ratio aliqua iniri potest, qua in Bibliotheca librorum ecclesiasticorum vni copia augetur; id sollicitè curetur, vt eiusmodi librorū apparatu, publicæ Episcopali, canonicali, clericali; commoditati atque vsui consultū sit.

#### De oratorijs in via sitis.

**O**ratoria, vbi Missæ sacrificium non fit, in vijs, & eiusmodi locis posita, altare nullū omnino habeant.

Valuis, & clauè ab ostio muniantur. Quæ clauis à parochia custodiat, intrā cuius parochiæ fines posita illa sunt.

Exstruantur non in campis, sed in via publica; vt iter faciēs, eorum locorum prospectu pie commoti, paululum precando consistant.

Quæ oratoria si ita angusta sunt, vt ne ostij quidem valuas intus patentes capiant, cancellis ligneis à parte anteriori sepiantur.

Et quoniam sacræ imagines, quæ in exteriori pariete oratorij exprimi solent, cum ita expositæ sint, luto sordetè inquinari, vel indecentius, iniuriōsiusq; tractari possunt; ne extrinsecus in ipsis oratorij parietibus pingantur, aut alio modo exprimantur; nisi edito loco fiant, vbi ab omni labe integra conseruentur.

In ipsis verò oratorijs intus aliqua omninò sacra imago sit.

Quorum oratoriorum ostium, si è solido asserere constabit, nec verò cancellis erit compactū; fenestella in eo, ac duæ præterea, in pariete anteriori scilicet, ab utraq; ostij parte sint, clathris ligneis saltem munitæ, vt intro à prætereuntibus possit sacra ipsa imago inspicere, ac venatione coli.

Pilæ quædam struictiles in vijs publicis constructæ cum sancta aliqua imagine, vel Cruce, edito loco picta, aliove modo expressa, à superiori parte tectæ conseruentur, ne corruant.

Cureturq; item, ut aliæ eiusmodi pilæ ad hominum pietatem excitandam certis congruis locis ædificentur.

#### De Oratione.

**O**rationis vespertinæ olim in hac prouincia institutæ signum, distinctis campanæ ictibus, vt Episcopus præscripserit, detur.

vbi



Vbi verò in vicis & pagis, ob campanæ exiguitatem sonus ita difficilius exauditur; nò intermisso, sed continenti sono per horæ quadrantem illius significationem fieri, si ita cœserit, iubeat Episcopus.

Rursum qua in Ecclesia parochiali, diœcesis præfertim, ob vacationem, vel ob aliam causam, nullus vel sacerdos, vel clericus aliquando est, qui huius orationis signum campana det; alia per Episcopum, vel Vicarium foraneum ratio ineatur, qua illius significatio fiat, campanæ item sono.

Vbi domicilia inter se proxima, aut continentia sunt; in Ecclesia, tum maximè diebus festis, illam à populo fieri conuenientiùs est: quem frequentem conuenire omni officio parochus curet.

Ipse verò si adesse neglexerit, intermiserit; mulctetur Episcopi iudicio. Curet autem parochus, vt in Ecclesia non tardiùs multò ducatur, quàm ad statam horam, qua sub crepusculum noctis salutationis Angelicæ signū datur. Si ex pagis, & vicis præfertim frequentiorib⁹, in Ecclesia parochiali fideles difficiliùs cōuenire possunt, quoniam ab ea aliquantum illa loca distant; constituat Episcopus Ecclesiam, aut cappellam, oratoriumuè illis singulis propinquior, aut commodior; aut deniq; crucem, sacramuè aliam imaginem in triuio erectam; quò etiam sub dio ad orationem vespertinam conuenire liceat.

Quæ orationis ratio in cappella, in oratorio, vel in Ecclesia, quæ parochialis non est, etiam adhiberi poterit.

Si quando præterea alijs etiam diœcesis locis, pluuiæ vis, niues, aliaue temporis grauitas itineris difficultati adiuncta, difficiliorem fidelium conuentum ad Ecclesiam parochiale faciat, ne ob vllam causam à tam salubri orationis instituto, & multiplicibus Apostolicæ Sedis priuilegijs commendato, vllò die populus desistat. Quo in officio in ijs locis adiuuetur maximè opera sacerdotum, & clericorū quorumcumq; illius pagi, lociuè.

At vbi neque his rationibus fieri poterit, vt fideles omnes vniuscuiusque loci in vnum cōueniant ad hanc orationis communis exercitationem; domi saltem ab vnoquoque, qui ad Ecclesiam non conuenerit, cum familia sua certo loco fiat.

Norint porrò fideles, quod etiam concilio Aurelianensi quarto olim iussum est, sibi sapiùs singulis diebus orandum esse: quòd si aliquando frequentius non possunt, saltem non vespere solum, sed etiam manè id à se præstari oportere. Quare Episcopi cura sit, illum vespertinæ orationis quotidianæ communis vsum, mane etiam, paulò scilicet antè auroram, aut sub ortum solis, id quod in plerisque huius prouinciæ locis iam seruari ceptum est, vbique locorum, cum in vrbe, tum in diœcesi sua paulatim introduci, atque ea ratione institui, vt

vel in Ecclesia, vel suæ quique domi cum familia certo loco, vel in officinis tabernisue, vel in ipsis etiam agris, atque adeò in itinere, vel in alijs denique locis, vbicumque, vt illo concilio cautum est, ea matutina hora sunt, & patres fami. & liberi, & famuli, & artifices, opificesue, & operæ, institoresue, & cæteri quicumque sunt, siue mares, siue fœminæ, huius matutinae orationis officio, antequam artificium, negotiū, remuè ullā aggrediantur, precibus, litanij, omniq; ratione, ac toto animo, mētēq; vacent, sicq; quotidianarum actionum, operum, & negotiorum initium à Deo faciant, finemq; itidem.

Nimbis procellisue imminentibus, sicut Ecclesiasticæ consuetudinis est, campanis sonetur, tum ad tempestatem vi diuina, quæ ex solēni prece, sacraq; benedictione illis inest, depellendam, tum ad Dei misericordiam implorandam Christianæ pietatis orationibus: ita fideles earum sono tunc excitati, in Ecclesiam, vel cathedralem, vel parochialem, uel in aliā saltem propinquior, ad orandum conueniant: si minùs possunt, saltem vbicumque sint, siue domi, siue foris, supplices Deum orent; tum clerici, psalmis, litanij, precibus, & orationibus, quæ ex ritu sanctæ matris Ecclesiæ ad arcedendam tempestatem dicuntur, Dei misericordiam deprecantur.

Parochi verò in primis sit, cum in Ecclesia sua hoc officium religiosè præstare ad præscriptū libri ritualis, aut sacerdotalis: tum sollicitè conuocare clericos, & populum; vt ob eam causam Deum sanctè precaturi, ad Ecclesiam frequentes concurrant. Idq; ipsum prout in concionando vsu venerit, aliquando fideles paternè, diligenterq; monere meminerit.

#### De verbi Dei prædicatione.

Prou. i. pag. 2.

Verbi Dei prædicatione tractatione multiplex illa quidem & magna, nos hoc admonet, vt præter illa, quæ superioribus concilijs nostris prouincialibus eo de genere constituta sunt, hæc etiam pro dignitate rei, proq; vtiliori, ac faciliori illius muneris præstandi ratione decernamus.

Illud proprium, ac peculiare sit, non solum Episcopi, sed etiā parochi genus docendi, vt beati Pauli Apostoli exemplo, sigillatim cuiuscūq; status homines vterque instruat, & præcipua virtutum officia demonstrat; modò filios, modò parentes: nunc seruos, nunc dominos; nunc viros, nunc vxores; nunc senes, nunc inuenes erudiens, ac diligenter quæ cuiq; propria sunt, præscribens, paterna charitate, & sollicitudine, fideles sibi commissos à vitij deterrat; tum ad virtutes accendat, & testimonijs diuinarū literarum, & sanctorū patrum doctrina atque exemplis, & sacris Ecclesiæ traditionibus, & similitudinibus, & sanctioribus etiam figuris. Quod sanè officium, si graui oratione, & ab omni,

Genus docendi Episcopi, & Parochi.

omni, vel artificij, vel hominis sua spectantis suspitione aliena tractabitur; maiorem inde fructum iuuante Domino fore sperandum est. Nec verò minùs in publicis sermonibus, quàm in priuatis etiam colloquijs, & secretis cōfessionibus, Apostoli præceptum vterque implere studeat, *arguendo, obsecrando, increpando, in omni patientia, & doctrina.*

Id planè sibi proponat, optimè nosse, quæ in populo vitia peccataue potissimum euellenda, quæ rursus virtutes in primis disseminandæ sint; eoq; intendat maximè omnem vim prædicationis suæ. Nec verò semel atque iterum, sed sæpè prout vsu venerit, in eodem vnus, vel virtutis suadendæ, vel vitij detestandi studio versetur; quoad quantum in se est, perenni quadam doctrinæ perseverantia, & perpetua quasi pugna & contentione, id quod olim sanctissimos Episcopos, Ambrosium, Augustinum, & Chryostomum fecisse constat, fidelium animos, etiam in malè agendo penè obfirmatos expugnet, deprauatosq; viuendi mores iam inueteratos, radicitus iuuante Deo euellat.

Quod ipsum vt concionator omnis præstet atq; exequatur, cum ad aliquem locum mittitur; tunc & Episcopus, & loci parochus, & Vicarius foraneus, si ad locum diœcesis mittitur, conquisitas collectasq; paulò ante diligenter morum corruptelas, tunc frequentiores eo loci, vbi concio habenda erit, verbi Dei concionatori tempestiuè significabit; rursusq; eundè admonet, si quod pietatis opus est, quod in illa parochia locouè, eo tempore vel institui, vel vehementius excitari velit.

Parochi præterea, vt & concionando, & docendo fideles sibi commissos salutaribus institutis, sanctaq; disciplina instituere possint; eos sibi libros, cum per facultates possunt, comparare studeant, qui à probatis auctoribus pie & doctè conscripti, viam & rationes aperiant, partim ad sanctissimam sacrarum literarū explicationem, optimamq; concionandi normā; partim ad spiritualis vitæ institutionem, virtutumq; Christianarum exercitationes, tum denique ad parochialis Ecclesiæ curam sanctè, & religiosè gerendam.

Eorum autem in pascendo populo verbi Dei prædicatione, industria, & doctrina, & in eo genere salutaris progressus ab Episcopo cognoscatur; vel illis in Episcopales ædes, alioquò aliquando coram se ad concionandum euocatis; vel etiam ex sermonibus quos habuerint, aliquando ad ipsum Episcopum missis, vt prouinciali decreto olim sancitum est, vel alia omni ratione, quam inierit idem Episcopus.

Concionis habendæ hora. Curent Episcopi, quod veteris Ecclesiæ institutum est, sermonem, sacramuè concionem vbique intra Missarum solemniam potissimum haberi, siue ab illo eodem sacerdote, qui Missam tunc celebrat canituè, siue ab alio habeatur: idque præterea etiam si Missæ sacrificium promor-

tuis fiat; nisi sermo aliquando Episcopi concellu de mortui laudatione in Ecclesia habeatur, qui nullo modo in Missa, sed ea peracta pronuncietur.

Cū verò concionis sermonisue munus in Missæ sacrificio præstatur; id fiat semper statim, postquam Euangelium recitatum est, vt ecclesiastici ritus ratio postulat, non in alia Missæ parte, alioquò tempore.

Episcopi vestitus in concione. Episcopus cum in Missæ solemnibus sacrificio sermonem aut concionem habet, mitra, Episcopaliq; sacro omni vestitu, quem in Missa adhibet, indutus sit.

Cui concionanti, ministri ecclesiastici sacris vestibus ritè induti, septem, vt antiquo canone iussum est, vbi potest; si minùs, pauciores ab vtroque eius latere assistant.

Adsit etiam vel dignitate præditus, vel canonicus, vel alius denique, ad quem ex probato instituto spectat baculi pastoralis sustentatio, pluuiali indutus; qui antè ipsum à latere sinistro baculum manu sustineat.

Si verò sermonem in Missæ sacrificio non solemniter habet, sacris item vestibus Missæ sacrificio dicatis vtatur, & mitra, & cum baculo item adsit minister.

Eiq; assistant præterea ministri duo ad minimum, superpelliceo, aut si canonici, vel dignitate præditi sint, suo in chori officijs statò habitu quotidiano induti; nisi pro aliqui celebratis, solemnibus actionis, ac populi concursus ratione, alijs sacris vestibus eos amictos esse aliquando iusserit.

Id porrò muneris obeat sedens in medio altari, in faldistorio, aut in sede loco eminentiori collocata, aut in cathedra Episcopali; aut etiā suggestum ambonemue ascendat: vbi itidem sedens, & mitra item ornatus, cæterisq; vsupra adhibitis, commodiùs à populo conspiciatur, & audiatur.

In alia verò actione, quàm in Missæ sacrificio, alioquò tempore, prout actio solemniter, populiue frequentia est, sermonem iisdem vsupra locis arbitrato suo habet, pluuiali, & mitra et indutus, adhibitis quoque, vel pluribus, vel duobus saltem, qui digniores alijs in Ecclesia sint, vbi de more illius Ecclesiæ Episcopo in sacris actionibus assistere solent, vel Archidiacono, & altero diacono qui digniori loco sedet, aut demum duobus, ut Episcopo videbitur canonicis diaconis, sacro diaconali amictu vestitis.

Quòd si cappa Episcopali, & stola potiùs, quàm pluuiali, & mitra vti maluerit; illi duo assistentes, non sacro diaconali amictu, sed & ipsi, & alij ministri superpelliceo, alioquò sui canonicatus dignitatibus in chori officijs insigni induantur: adhibeaturq; præterea non solum qui pastorem baculum, sed alter etiam qui mitram à dextero latere teneat.

Cum verò sermonem aut concionem minùs frequenti populo, aut in actione minùs solemniter,

ni, vel in Ecclesia non insigni habebit; poterit rochetto, & mozzeta indutus id prestare, stola etiam adiuncta. Nec verò propterea omittet, quominus si per temporis & loci opportunitatem liceat, & assistentes, & alios ministros visupra adhibeat, cum insignibus Episcopalibus. Si quando autem tunc duo illi canonici, cum superpelliceo, vel cum indumento habitu uè canonicali non assistent: Ecclesiastici tamen ordinis homines aliquot grauiores presentes adesse conueniens erit.

Triplex porrò hæc ratio vel pluuiali, vel cappâ Episcopali, vel rochetto mozzetaq; cū stola utendi, cum sermonem non in Missæ sacrificio, sed in alia functione, aliouè tēpore Episcopus habet, non ita ei præscripta est, quin modò vnam, modò alteram, modò tertiam putauerit, & temporis, loci, personarum uè ratio tulerit, adhibere possit. Nec præterea prohibetur ex tempore, vt aliquando vsu venerit, vbiq; etiam sine stola gregem suum verbo Dei & salutaribus monitis pacere p munere suo pastorali; cum eius & dicta & facta, quasi perpetuam quandam prædicationem ministrare, præbere uè debeant.

Habitus aliorū Parochi verò, Prapostiti, & alij Episcopo inferiores, cum in altari id munus obibunt; tunc capite aperto stare debebunt ad sacerdotalis libri præscriptum.

Quò autem facilius à frequenti populo audiantur, suggestum eos ascendere opportunius erit; tuncq; casulam deponere, si maluerint, licet: quam statim sermone habito ad altare reuersi induant.

In suggestu concionem aut sermonem cum habent, operto sint capite; & sedeant, aut stent, prout maluerint.

Cum non is sacerdos, qui sacrificium Missæ facit, sed alius intrà Missæ celebrationem, sermonem, concionem uè habiturus est, is suggestum ascendat; interea verò sacerdos celebrans, loco à laicis segregato, & ab altari paululum remoto, nò extra tamen cappellæ fines, in qua Missa celebratur, sacris vestibus indutus, cum duobus ministris, scilicet diacono, & subdiacono, si illi in Missa tunc adhibiti sunt, ab vtroque latere confidentibus sedebit.

Episcopi & parochi modus alius concionandi.

Episcopus, Parochus uè sacrum Euangelium, aut etiam scripturæ sacræ partem coram populo, etiam è loco superiori tractans, collocatū antè se aliquando cū viderit expedire, habeat Euangelij, aut sacræ scripturæ librum: de quo ipse, aut etiam minister, cum Episcopus est, p membra, clausulas, & sententias distinctè eiusdem Euangelij, sacræ uè scripturæ verba pronunciet: quæ ipse scilicet, vel Episcopus, vel Parochus concionando, quo ordine leguntur, sigillatim populo explicet.

Minister verò in hoc munere legendi Episcopo, Archidiaconus sit, vel diaconus canonicus, alius uè denique quem Episcopus elegerit; isq; antè illum capite aperto stans, de libro verba

distinctè pronunciet. Quod à Clemente quinto Pont. Max. in concilio Viennensi de prædicatione verbi Dei constitutum est, id omnis ecclesiastica ratio suadet ad vsu vel reuocari, vel introduci.

Qua igitur hora Episcopus, cuius præcipuum munus est prædicationis, id officium præstat; ne quis alius, cuiuscunque ordinis est, illa ipsa hora, in ea vrbe, oppido, vico, loco uè, vbi ille prædicat, etià in ecclesia regularium, aut aliàs exempta, sermonē, concionem uè habeat, nisi facultate ab illo impetrata.

Ne parochi, sacerdotese uè alij intrà Missarum solemniam quidquam, quod profanū sit, quodq; ad rerum huiusmodi enunciationem attinet, de altari populo pronuncient, aut euulgent.

Parochis non idoneis ad munus suum obeundū, in pascendo sibi commissum populum verbo Dei, coadiutor eo in onere sustinendo, tum toto temporis anno, vt est à Tridentino concilio sancitum, & primo etiam prouinciali nostro decretum, tum maximè in Quadragesima detur ab Episcopo; cum ea mercede, aut elemosina ad eius sustentationem à parochia persoluenda, quæ eidem Episcopo videbitur congrua.

Populus, & vniuersitas detrectans subministrare victum, vt antea consuevit, concionatori, solitam uè elemosinam ad eiusdem vitæ congruam sustentationem, omni iuris ratione, etià interdicti pœna ab Episcopo ad id cōpellatur.

Dum vel Episcopus, vel parochus, vel alius sermonem concionem uè habet; ne eo ipso tempore in ecclesia vbi habetur, in eius uè aliquo sacello, aut in alia eiusdem parte, ac ne in ea quidem, quæ subterranea scuroli nomine vocatur, Missæ sacrificium ab vilo quouis sacerdote fiat.

Canonici, & alij item dignitate præditi, ac reliqui præterea quicunque sint cuiusuis ecclesiæ clerici, cum in sua ecclesia, concionibus, lectionibus uè sacris interfunt, superpelliceis, eoq; clericali, canonicali uè habitu, quem in choro, canonicarumq; horarum officijs obeundis vestiunt, induti omninò sint.

De Doctrina Christiana.

VBI CUNQUE in diocesis pagis, aut vicis præsertim frequentioribus, quoniam ab ecclesia parochiali aliquantulum ea loca distet, aliam uè ob causam Episcopus expedire censuerit, scholas doctrinæ christianæ institui, erigi uè, præter eas quæ parochialis ecclesiæ loco institutæ sunt, Vicarij foranei diligentia, & parochi cura quamprimum illæ instituantur, in ecclesia, cappella, oratoriouè illis propinquiori aut commodiori, tum maximè opera & adiumento sacerdotum, & clericorum quorumcunque illius pagi, vici, loci uè.

Si quando præterea in diocesi per pluuia vim, nives, aliam uè temporis grauitatem, viæ, aut itineris

Cōcionste Episcopo ne quis alius concionetur eadē hora.

Nihil profanū in Missa euulgandum.

Concionatores delegati à quibus sustentandi.

Sess. 21. de cr. de refor. cap. 6.

Dum concio habetur nemo celebrēt.

Canonici & alij quo habitu interfunt cōcioni.

neris difficultati adiunctam, ad eiusmodi scholas in parochiali ecclesia, qui debent conuenire difficilius possunt; eiusmodi Vicarij, & parochi cura sit, vt tunc in oratorijs, vel cappellis propinquioribus, aut saltem si id non potest, alio honesto loco, per clericum idoneū, seu per alios scholæ sodales, & vitæ & doctrinæ christianæ studio instructiores, aliqua tum tradendæ, tum percipiendæ eiusmodi doctrinæ exercitatio fiat, ne ob vllam causam statis diebus hoc institutum, atque pabuli spiritualis vsus illis desit.

Clerici quicunque Dominicis festisq; diebus, qua hora in choro diuinis officijs concelebrandis adstricti non sunt, parochum intrà cuius parochiæ fines habitant, in doctrinæ christianæ scholis vbicunque loci intrà fines illius parochiæ constitutis adiuuent, idq; in vrbe, & diocesi ad præscriptum eorum quibus id curæ ab Episcopo datum erit.

CONSTITUTIONVM PARS SECVNDA.

Quæ ad sacramentalia, vel ad sacramenta communiter pertinent.

Prou. 1. par. 2. pag. 6.

Quædam de obseruatione sacrorū oleorū.

VNA QUAEQUE parochia vascula duo sacrorum oleorum chrisimatis & cathecumenorum, vascula item duo extremæ vnctionis habeat: quæ confecta & ornata sint ad formam in libro instructionum præscriptam. Idq; vt die sacro cœnæ Domini illa vacua diligenter antè absterfa ac bene parata, nec verò ampullæ, aut alia eiusmodi ad olea sacra recens consecrata ferenda adhibeantur; aliaq; rursus retineantur ad asseruandum quod reliquum est sacrum oleum vetus quod vsui esse possit, si in sua parochiali cura opus esset, dum illa recentia apportantur.

Vbi verò plures parochi animarum uè curatores, aut alij sunt qui parochialis curæ portionem vel officium habent, totidem vasa olei sacri infirmorum sint.

Parochus vbi primū olea sacra noua acceperit, vetera statim comburat in lampade, quæ antè sanctissimum sacramentum collucet, bombice in sacrario planè exusto.

Vascula autem vbi anno proximo asseruata sunt, diligenter politèq; absterfa accuratè in sacristia conseruet, vt anno sequenti vsui sint, quibus afferantur itidem olea sacra.

Parochi singuli quattuor ad summum mēstrū spatium librum rituale sacramentalem uè habeant, qui ab Episcopo probatus in ecclesia cathedrali adhibetur; vt ne, quod prouinciali concilio primo cautum est, vlla ex parte inferiores ecclesiæ à cathedrali ea in re discordent.

Rituales autem libri qui ab eo cathedrali dissimiles ac diuersi erunt, statim Episcopi cura amoueantur.

Sacro oleo deficiente, si tempus non patitur vt aliunde haberi possit; illa ratio inenatur canone præscripta, vt cum oleo consecrato misceatur non consecratum: id verò non consecratū guttatim ita infundatur, vt semper quod infunditur minùs sit oleo consecrato, quod vel exiguum in vase reliquum est.

Et tabernaculi, vbi sacratissimum corpus Domini asseruatur; & armarij item, vbi sacra olea statis vasculis inclusa custodiuntur; & fontis præterea Baptifimalis, clauis Rector ecclesiæ aaimarum uè curator diligenter cauteq; apud se custodiat; ac ne clerico quidem ministro illas vllò modo committat.

Nec verò prohibetur, quominus easdem muneris alicuius præstandi causa aliquando sacerdoti committat, quem in officij parochialis cura coadiutorem habet.

PRIMO prouinciali concilio aliqua de exorcistis constituimus, quibus ad illius muneris rectè gerendi rationem hæc præterea præscribenda cēsuiimus. Ne igitur sacerdoti, clericouè seculari aut regulari exorcismū energumenis adhibere liceat, nisi is exorcizandi facultatem scripto exarata ab Episcopo impetrarit.

Quædam de exorcistis, & exorcizandi ratione. Prou. 1. par. 2. De exorcista. pag. 30.

Quam facultatem vbi quis probatus obrinuerit, hæc quæ mox infra ordine præscribentur, accuratè seruet atque exequatur.

Antequam exorcizare aliquem aggreditur, perquirat in primis energumenæ energumenæ uè vitam ac mores; tum exploret actiones; & medicum, si expedire censuerit, consulat adhibeatur: vt videat, an quod ab illo illauè agitur, fiat morbi alicuius, aut bilis atræ vi; an verò spontè ac dissimulanter; an denique demonis, malorumq; spirituum vexatione. Videat item, an ille excommunicationis vinculo irretitus vnquam fuerit; anq; absolutio nem ritè acceperit.

In hoc exorcizandi munere, eius uè occasione, non modò quæstū fugiat; sed ne doni aut muneris quidquam vel minimum capiat.

Ne in ædibus laicalibus, locis uè priuatis, sed in ecclesia, loco aperto & conspicuo; neque in omni quauis ecclesia, sed in ijs solū, quas certas Episcopus statuerit.

Neque in conspectu multitudinis: non remotis tamen arbitris; sed præsentibus viris honestis atque ætate grauibus, in ijsq; vno saltem vel duobus ecclesiasticis hominibus.

Mulieri autem energumenæ cum exorcismū adhibet; id præstet duobus ætate vitæq; probatis viris, tum fœminis etià itidem probatis præsentibus, ijsq; omnibus si fieri potest, energumenæ consanguineis aut affinibus.

Mares autè alios presentes adesse ne oīno patiantur, nisi vnum ecclesiasticum ordinis hominē. Ne antè ortum, nec verò post occasum solis quæquā exorcizet. Ne duos simul eodē tēpore, sed vnūquenque sigillatim ac separatim.

In huius muneris functione, grauiter, piè & religiosè in primis se gerat.

ni, vel in Ecclesia non insigni habebit; poterit rochetto, & mozzeta indutus id præstare, stola etiam adiuncta. Nec verò propriè omittet, quominus si per temporis & loci opportunitatem liceat, & assistentes, & alios ministros vsupra adhibeat, cum insignibus Episcopalibus. Si quando autem tunc duo illi canonici, cum superpelliceo, vel cum indumento habitu uè canonicali non assistent: Ecclesiastici tamen ordinis homines aliquot grauiore præsentés adesse conueniens erit.

Triplex porrò hæc ratio vel pluuiali, vel cappa Episcopali, vel rochetto mozzetaq; cū stola vtendi, cū sermonem non in Missæ sacrificio, sed in alia functione, alio uè tēpore Episcopus habet, non ita ei præscripta est, quin modò vnam, modò alteram, modò tertiã put maluerit, & temporis, loci, personarum uè ratio tulerit, adhibere possit. Nec præterea prohibetur ex tempore, vt aliquando vsu venerit, vbiq; etiam sine stola gregem suum verbo Dei & salutaribus monitis pascere p munere suo pastorali; cū eius & dicta & facta, quasi ppetuam quandam prædicationem ministrare, præbere uè debeant.

Habitus aliorū Parochi verò, Prapostiti, & alij Episcopo inferiorum, cū in altari id munus obibunt; tunc capite aperto stare debebunt ad sacerdotalis libri præscriptum.

Quo autem facilius à frequenti populo audiatur, suggestum eos ascendere opportunius erit; tuncq; casulam deponere, si maluerint, licebit: quam statim sermone habito ad altare reuersi induant.

In suggestu concionem aut sermonem cū habent, operto sint capite; & sedeant, aut stent, prout maluerint.

Cū non is sacerdos, qui sacrificium Missæ facit, sed alius intrà Missæ celebrationem, sermonem, concionem uè habiturus est, is suggestum ascendat; interea verò sacerdos celebras, loco à laicis segregato, & ab altari paululum remoto, nō extra tamen cappellæ fines, in qua Missa celebratur, sacris vestibus indutus, cum duobus ministris, scilicet diacono, & subdiacono, si illi in Missa tunc adhibiti sunt, ab utroque latere confidentibus sedebit.

Episcopi & parochi modus alius concionandi. Episcopus, Parochus uè sacrum Euangelium, aut etiam scripturæ sacræ partem coram populo, etiam è loco superiori tractans, collocatū antè se aliquando cū viderit expedire, habeat Euangelij, aut sacræ scripturæ librum: de quo ipse, aut etiam minister, cū Episcopus est, p membra, clausulas, & sententias distinctè eiusdem Euangelij, sacræ uè scripturæ verba pronunciet: quæ ipse scilicet, vel Episcopus, vel Parochus concionando, quo ordine leguntur, sigillatim populo explicet.

Minister verò in hoc munere legendi Episcopo, Archidiaconus sit, vel diaconus canonicus, alius uè denique quem Episcopus elegerit; isq; antè illum capite aperto stans, de libro verba

distinctè pronunciet.

Quod à Clemente quinto Pont. Max. in concilio Viennensi de prædicatione verbi Dei constitutum est, id omnis ecclesiastica ratio suadet ad vsu vel reuocari, vel introduci.

Qua igitur hora Episcopus, cuius præcipuum munus est prædicationis, id officium præstat; ne quis alius, cuiuscunque ordinis est, illa ipsa hora, in ea vrbe, oppido, vico, loco uè, vbi ille prædicat, etiã in ecclesia regularium, aut aliàs exempta, sermonè, concionem uè habeat, nisi facultate ab illo impetrata.

Ne parochi, sacerdotè uè alij intrà Missarum solemnias quidquam, quod profanū sit, quodq; ad rerum huiusmodi enunciationem attinet, de altari populo pronuncient, aut euulgent.

Parochis non idoneis ad munus suum obeundū, in pascendo sibi commissum populum verbo Dei, coadiutor eo in onere sustinendo, tum toto temporis anno, vt est à Tridentino concilio fancitum, & primo etiam prouinciali nostro decretum, tum maximè in Quadragesima detur ab Episcopo; cum ea mercede, aut elemosina ad eius sustentationem à parochia persoluenda, quæ eidem Episcopo videbitur congrua.

Populus, & vniuersitas detrectans subministrare victum, vt antea consuevit, concionatori, solitam uè elemosinam ad eiusdem vitæ congruam sustentationem, omni iuris ratione, etiã interdicti pœna ab Episcopo ad id cōpellatur.

Dum vel Episcopus, vel parochus, vel alius sermonem concionem uè habet; ne eo ipso tempore in ecclesia vbi habetur, in eius uè aliquo sacello, aut in alia eiusdem parte, ac ne in ea quidem; quæ subterranea *scuroli* nomine vocatur, Missæ sacrificium ab vilo quouis sacerdote fiat.

Canonici, & alij item dignitate præditi, ac reliqui præterea quicunque sint cuiusuis ecclesiæ clerici, cū in sua ecclesia, concionibus, lectionibus uè sacris intersunt, superpelliceis, eoq; clericali, canonicali uè habitu, quem in choro, canonicarumq; horarum officijs obeudis vestiunt, induti omninò sint.

#### De Doctrina Christiana.

V B I C V N Q V E in diœcesis pagis, aut vicis præsertim frequentioribus, quoniam ab ecclesia parochiali aliquantulum ea loca distet, aliam uè ob causam Episcopus expedire censuerit, scholas doctrinæ christianæ institui, erigi uè, præter eas quæ parochialis ecclesiæ loco institutæ sunt, Vicarij foranei diligentia, & parochi cura quamprimum illæ instituantur, in ecclesia, cappella, oratoriuè illis propinquiori aut commodiori, tum maximè opera & adiumento sacerdotum, & clericorum quorumcunque illius pagi, vici, lociuè.

Si quando præterea in diœcesi per pluuiæ vim, nives, aliam uè temporis grauitatem, viæ, aut itineris

Cōcionante Episcopo ne quis alius concionetur eadē hora.

Nihil profanū in Missa euulgandum.

Concionatores delegati à quibus sustentandi.

Seff. 2 r. decr. de refer. cap. 6.

Dum concio habetur nemo celebrat.

Canonici & alij quo habitu intersint cōcioni.

neris difficultati adiunctam, ad eiusmodi scholas in parochiali ecclesia, qui debent conuenire difficilius possunt; eiusmodi Vicarij, & parochi cura sit, vt tunc in oratorijs, vel cappellis propinquieribus, aut saltem si id non potest, alio honesto loco, per clericum idoneū, seu per alios scholæ sodales, & vitæ & doctrinæ christianæ studio instructiores, aliqua tum tradendæ, tum percipiendæ eiusmodi doctrinæ exercitatio fiat, ne ob vllam causam statis diebus hoc institutum, atque pabuli spiritalis vsus illis desit.

Clerici quicunque Dominicis festisq; diebus, qua hora in choro diuinis officijs concelebrandis adstricti non sunt, parochum intrà cuius parochiæ fines habitant, in doctrinæ christianæ scholis vbicunque loci intrà fines illius parochiæ constitutis adiuuent, idq; in vrbe, & diœcesi ad præscriptum eorum quibus id curæ ab Episcopo datum erit.

## CONSTITVTIONVM P A R S S E C V N D A.

Quæ ad sacramentalia, vel ad sacramenta communiter pertinent.

Prou. 1. par. 2. pag. 6.

Quædam de obseruatione sacrorū oleorū.

V N A Q V A E Q V E parochia vascula duo sacrorum oleorum chrisimatis & cathecumenorum, vascula item duo extremæ vnctionis habeat: quæ confecta & ornata sint ad formam in libro instructionum præscriptam. Idq; vt die sacro cœnæ Domini illa vacua diligenter antè absterfa ac bene parata, nec verò ampullæ, aut alia eiusmodi ad olea sacra recens consecrata ferenda adhibeantur; aliaq; rursus retineantur ad asseruandum quod reliquum est sacrum oleum vetus quod vsui esse possit, si in sua parochiali cura opus esset, dum illa recentia apportantur.

Vbi verò plures parochi animarum uè curatores, aut alij sunt qui parochialis curæ portionem vel officium habent, totidem vasa olei sacri infirmorum sint.

Parochus vbi primū olea sacra noua acceperit, vetera statim comburat in lampade, quæ antè sanctissimum sacramentum collucet, bombice in sacrario planè exusto.

Vascula autem vbi anno proximo asseruata sunt, diligenter politèq; absterfa accuratè in sacristia conseruet, vt anno sequenti vsui sint, quibus afferantur itidem olea sacra.

Parochi singuli quattuor ad summum mēsiū spatium librum rituale sacramentalem habeant, qui ab Episcopo probatus in ecclesia cathedrali adhibetur; vt ne, quod prouinciali concilio primo cautum est, vlla ex parte inferiores ecclesiæ à cathedrali ea in re discordent.

Rituales autem libri qui ab eo cathedrali dissimiles ac diuersi erunt, statim Episcopi cura amoueantur.

Sacro oleo deficiente, si tempus non patitur vt aliunde haberi possit; illa ratio in eatur canone præscripta, vt cum oleo consecrato misceatur non consecratum: id verò non consecratū guttatim ita infundatur, vt semper quod infunditur minù sit oleo consecrato, quod vel exiguum in vase reliquum est.

Et tabernaculi, vbi sacratissimum corpus Domini asseruatur; & armarij item, vbi sacra olea statis vasculis inclusa custodiuntur; & fontis præterea Baptismalis, clauis Rector ecclesiæ animarum uè curator diligenter cauteq; apud se custodiat; ac ne clerico quidem ministro illas vilo modo committat.

Nec verò prohibetur, quominus easdem muneris alicuius præstandi causa aliquando sacerdoti committat, quem in officij parochialis cura coadiutorem habet.

P R I M O prouinciali concilio aliqua de exorcistis constitutum, quibus ad illius muneris rectè gerendi rationem hæc præterea præscripta bēda cēsumus. Ne igitur sacerdoti, clericouè seculari aut regulari exorcismū energumenis adhibere liceat, nisi is exorcizandi facultatem scripto exaratam ab Episcopo impetrarit. Quam facultatem vbi quis probatus obtinuerit, hæc quæ infra ordine præscribentur, accuratè seruet atque exequatur.

Antequam exorcizare aliquem aggreditur, perquirat in primis energumeni energumenæ uè vitam ac mores; tum exploret actiones; & medicum, si expedire censuerit, consulat adhibeatur: vt videat, an quod ab illo illauè agitur, fiat morbi alicuius, aut bilis atræ vi; an verò spontè ac dissimulanter; an denique demonis, malorumq; spirituum vexatione. Videat item, an ille excommunicationis vinculo irretitus vnquam fuerit; anq; absolutio-nem ritè acceperit.

In hoc exorcizandi munere, eius uè occasione, non modò quæstū fugiat; sed ne doni aut muneris quidquam vel minimum capiat.

Ne in ædibus laicalibus, locis uè priuatis, sed in ecclesia, loco aperto & conspicuo; neque in omni quauis ecclesia, sed in ijs solum, quas certas Episcopus statuerit.

Neque in conspectu multitudinis: non remotis tamen arbitris; sed præsentibus viris honestis atque ætate grauibus, in ijsq; vno saltem vel duobus ecclesiasticis hominibus.

Mulieri autem energumenæ cū exorcismū adhibet; id præstet duobus ætate vitæq; probatis viris, tum fœminis etiã itidem probatis præsentibus, ijsq; omnibus si fieri potest, energumenæ consanguineis aut affinis.

Mares autè alios præsentés adesse ne oīno patiantur, nisi vnum ecclesiastici ordinis hominē. Ne antè ortum, nec verò post occasum solis quæquā exorcizet. Ne duos simul eodē tēpore, sed vnūquenque sigillatim ac separatim.

In huius muneris functione, grauitè, piè & religiosè in primis se gerat.

M Quam-



Quamobrè pridie illius diei, quo alicui exorcismum adhibere inceperit, se ieiunio & oratione præparare studeat.

Tum confessus, conscientia ab omni culpa pura ac munda, magna cum humilitate & fide, memor potest atis quam à Domino accepit expellendi dæmones, ad id munus obeundum accedat.

Si sacerdos autem est, antequam exorcismum inchoet, Missæ sacrum faciat, si id commode præstare potest.

**E**nergumenis verò exorcismum ne adhibere incipiat; nisi illi primùm confessi sint: ad hocq. eos cohortetur, vt omnis antea vitæ peccata diligenti conscientia discussione cōfiteatur. Tum sapè moneat, vt precibus, orationi, & sanctis meditationibus, & pietatis studijs atque exercitationi se dent; religiosas ecclesias vbi sanctorum reliquæ reconditæ sint, certis diebus piè visitent; ieiunia præterea, & in sex ta quaque in primis feria, quo die passionis **I E S U C H R I S T I** Domini memoria recollitur, religiosè amplectantur.

**C**aveat dum exorcizat, ne energumena mulieris capiti corporiue, nisi cum magna honestate atque cautione manum adhibeat: neue energumenam energumenumue altari imponat; neue quidquã aliud agat, quod offensionè præbeat. Ne alijs verò exorcismis, precibus, ritibusq. ad id munus vtatur, nisi ad libri Episcopi iudicio comprobati rationem præscriptam.

Cui nihil ab eo addi, detrahi, aut mutari fas sit. Præscriptas has regulas quò diligentiùs seruet, tabella descriptas eo loco sibi proponat, vbi potissimùm id munus geret.

*Quæ pertinent ad Sacramentum Baptismi.*

P. ou. 1. pag. 7.

Fons baptismalis qua ratione contruendus.

**F**ons baptismalis è marmore, aut è solido lapide constet: qui si præ rimulis, aliaue rōne eiusmodi est, vt inde aqua sensim effluat; lapis alius benè firmus, solidus, ac tutus quā primùm comparetur.

Interea verò ad aquam baptismalem tutò continendam, dum ille alter paretur, non vas fitile alteriusue generis, sed æreum, stamno ab interiori parte illitum, tãta magnitudine quãta lapidis vacuitas est ita ponatur, vt intrinsecus illum vndiquè strictim attingens, benèq. compactum eidem coherescat.

Habeat operimentum vel ciborium ad sacra olea tutò decenterq. conseruanda, in eo ipso fonte accommodatum, nisi vbi ex instructionibus nostris aliter exstruendum est.

Conopæo etiam è tela saltem opertum sit.

Tabellam habeat item intrinsecus, quæ dimidia tantum aperiatur, fontisq. ostium cōpressè claudès, aquam à puluere & alijs sordibus cautiùs tueatur.

Quæ tabella in omnibus fontibus sit, in quib. per infusionem baptizatur: in ijs verò in quibus

immersio adhibetur, si petra ipsa pro eius magnitudine id patietur sine impedimento immersionis.

Sepiatur omninò vnunquodque baptisteriū, si ferro vel lapide Episcopi iudicio non poterit, saltem ligneis cancellis.

Præterea si extra fornicatam cappellam, aut parietis concauitatem hemicycli instar constructam totum, aut ex parte sit; tum tegmen habeat, quod ex marmore, vel ex asseribus constet, aut saltem è tela decenter picta.

Decebit etiam in cappella, aut in pariete proximo, S. Ioannis imago Christum Dominum baptizantis.

**I**n ecclesiæ ingressu collocatus sit fons baptismalis, isq. à sinistra ingrediētium parte, nisi quibus in ecclesijs pro situs ratione illū ab altera parte potius collocandum Episcopus iudicauerit. Quæ verò baptisteria in ecclesijs, cappellisue eo potissimùm nomine exstructis, cathedrali, vel collegiata, vel parochiali ecclesiæ ferè adhaerentibus extant, illa non amoueantur; sed ecclesiæ, aut cappellæ vbi illa sunt, instaurentur, aut reconcinnetur: vbi verò in ecclesijs præsertim insignioribus non sunt; in posterum eas vel ecclesias vel cappellas ædificari, in illisq. baptisterium construere idem Episcopus curet.

**I**n baptismali fonte, vbi per infusionem baptizatur, id planè caueatur, vt ne aqua capiti infantis infusa in eundem fontem recidat, sed in sacrarium profluat: idq. propterea sacrarium è marmore solidouè lapide propè fontem construatur, ad præscriptum instructionum.

**I**n baptismali fontis ciborio, mantilia duo, eaq. candida, ab omniq. sordè munda asseruentur, quæ infantis capiti abstergendo vsui sint. Pluraq. ideò in sacristia id generis mantilia certo loco conseruentur.

Si verò vel mantilia vel sudariola ad eū vsum aliquando afferuntur; ea nisi noua ne adhibeantur: tum noua adhibita, ne in profanum, sed in ecclesiæ vsum cui rectè accommodari possint conuertantur: alioqui comburantur.

**V**etus illa consuetudo, quæ adhuc in compluribus huius prouinciæ locis retenta talis est, vt & sabbato sancto, & sabbato item pētecostes, frequenti sacerdotum conuentu, ac solemnè ritu, cum in cathedrali ecclesia, tum in diocesis etiam locis ecclesijsue plebanis fontis baptismalis benedictio fiat; vbi in prouincia nostra hoc tempore non seruetur, omninò introducatur; in vsuq. vbi intermissa est reuocet. Quibus stas solemnibusq. sabbatis, ad illius solemnè benedictionis officium omnes singuliq. ecclesiarum quarumcunque, quouis etiã dignitatis nomine titulouè insignium rectores, quibus animarum curationis munus incumbit, qui in vrbe sunt, in cathedralem; qui in diocesi, ad suam quique plebanam ecclesiam frequentes conueniant.

Si verò exēptionis nomine, aliaue ratione quæ

Fontis baptismalis benedictio.

à plebanæ ecclesiæ iure liber atque immunis sit, non tamen expressè ex priuilegio apostolico, huius solemnè benedictionis officij celebrandi causa in eam plebanam ecclesiam conueniat, intrā cuius fines habitat, aut cui propior est, vt Episcopus potius censuerit.

Nec verò propterea in cæteris quidquam illi immunitati, libertatiue derogatum sit.

Hoc autem decreto adstrictos non teneri statuimus illarum ecclesiarum, etiam quæ parochiales tantum sunt, rectores, quibus vel ob locorum longinquitatem, vel ob aliam iustam causam Episcopus facultatem scriptò exaratā daret, fontis baptismalis in illorum ecclesijs solemnè benedicendi.

At verò ea facultate, ne propterea ecclesiæ plebanæ iuri quidquam præiudicij villo vnquam tempore allatum censetur.

**I**n ijs porò ecclesijs, quibus hæc baptismalis fontis solemnè benedicendi potestas aliquādo fiet stas illis duobus sabbatis, is benedictionis ritus celebretur sacerdotibus tribus saltem præsentibus ad illum adhibitis.

Id præterea, de tribus scilicet sacerdotibus adhibendis, locū in omni ecclesia habeat; si quando per annum in aliqua ecclesia extra illa stas duo sabbata, illius fontis aqua baptismalè ob extraordinariã causam renouari necesse erit.

Ille verò, vbi nullus fons baptismalis est, introductus in aliquot locis mos aquæ benedicendæ consecrandæue, quo tempore baptismū ministrari oportet, tum baptismò celebrato in sacrariū projiciendæ, tollatur in posterum omninò.

**F**ontis baptismalis, quem stas illis solemnibus diebus in ecclesia cathedrali consecrari solemnè est, consecrandi officium atque munus, nisi Episcopus legitima causa impeditus sit, ipse obeat.

Quædam in baptismo à parochis obseruanda.

Videat parochus, vbi primùm infans baptismi causa ad se delatus est, an suæ parochiæ sit: quem si alienæ esse norit, eum, nisi instante necessitate ne baptizet, sed ad parochum proprium, à quo baptizetur, deferri iubeat.

**S**i qui infantes intrā alicuius vrbanæ parochialis ecclesiæ fines, à sabbato sancto vsque ad sabbatum in albis, & à sabbato item vigilia pētecostes vsque ad sabbatum proximum nati, baptizandi sunt; ad cathedralem ecclesiam, cui pro obseruantia officio, proq. veteris instituti vsu, stas illis hebdomadis hoc tribui debet, deferantur; si modò cuiquam ob mortis periculum, in parochiali ecclesia quæ propius abest, baptismū statim ministrare necesse nō sit. Baptizatorum verò eiusmodi nomina, & cætera id generis præscripta, in libro tum cathedralis, tum propriæ parochialis ecclesiæ, vt Tridentino, & prouinciali primo Cōcilio iustum est, notentur.

Sess. 24. decre. de reform. c. 2.

Parochus antequam baptizet, accuratè in primis videat, an qui adhibendi sunt in baptismò compates, tales sint, quales eos esse debere, Concilijs prouincialibus nostris præscriptum est:

ac si quos aliunde certò non scit, orationem dominicam saltem, salutationem angelicam, & si dei Symbolum tenere, eos experiendo cognoscat. quā ob causam ea doctrinæ christianæ rudimenta sibi ab illis antè recitari mandet.

Baptizandi ritus accuratè seruetur: nec verò villo modo confundatur; ita scilicet, vt pro ecclesiæ vsu per Episcopum probato, vel aquæ infusione, vel immersione baptismus ministraretur.

Ad aquam baptismalem infundendam, ne manus, sed vas, quod ob eam causam paratum in fonte baptismali eiusue ciborio asseruari debet, adhibeatur.

Parochus, sacerdosue baptizans, caueat, ne infantem baptizandum alio chrisimate vtatur, quàm eo quod illo ipso anno consecratū est, vt veteri canone cautum est.

Curet idem, vt infantibus proprio nomine in baptismò appellandis, ea nomina non imponantur, quæ turpia, aut ridicula sunt, quæue gentilium, atque adeò impiorum & impiorum hominum memoriam referat; sed illorū, qui ob veræ pietatis, ac sanctæ religionis, virtutisq. christianæ laudem, sanctorum numero adscripti sunt: vt & in ipso vitæ ingressu, cum ethnicis ne nomen quidem commune fideles habere velle protestentur; & ipsi infantes eū cum ætate processerint, nominum similitudine, ad eorum à quibus illa accepta sunt, imitationem excitentur; & præterea quos imitari studeant, eosdem quoque frequentius precentur, ac sperent eos potissimùm sibi ad salutem, tum animi, tum corporis aduocatos fore.

Baptizandi formulam ipse non solū, vt primo Concilio prouinciali iustum est, populo generatim, sed etiam priuatim, ac præcipue obstetricibus, in ecclesia tamen planè ostēdat ac tradat: quam etiam an illæ rectè teneant aliquando eodem loco accuratè videat, ac diligenter quærat.

Infantis, qui domi ob necessitatem baptizatus est, baptismus in libro baptizatorum à parochio de more referatur; notato patrini nomine, & qui domi ad baptismum, & qui in ecclesia ad catechismū, exorcismūq. adhibet est.

Quod pij instituti, sanctaq. consuetudinis est, id ad vsu vbi que restitui introduciue nos in Domino cupientes, monemus à parochio, vbi primùm parochiæ suæ pueri in ecclesiā introducuntur, illis pia precatione benedici; ad sacerdotalis ritualisue libri præscriptum.

Hoc autem vt diligentius præstet; aliquando put vsu venerit, parochialis suæ Ecclesiæ fideles instituti huius, & cōsuetudinis admoneat.

Græue, atque immane facinus est, infantes per impudentiā illorū suffocari, qui eos ne annū quidem natos, in cubili nulla cautione collocant.

Qui quoniam neque alia ratione, neque rei grauitate qua Deus in primis offenditur, nec verò immanitate nefaria in officio continerihactenus potuerunt, nos tale facinus pœnis coerceri censuimus.

Benedictio infantum eū primū in ecclesiam introducitur.

Cautio adhibenda, ne infantes suffocentur.

Itaque quæcunque mulier infantem anno ætatis non expleto secum in lecto iacentem non ea cautione tenuerit, quam ab Episcopo præscriptam parochus vnusquisque ei sigillatim demonstrarit; excommunicationis pœnam ipso facto subeat: cuius vinculo irretita non absoluetur, nisi graui atque insigni imposita pœnitentia, quæ cæteris ex emplo sit.

Parochus verò tum sæpè populum moneat, ne huiusmodi infantes secum in lecto vnquã teneat, tum etiam euulget decretum istud, pœnamque in decreto sancitam.

*Quæ pertinent ad sacramentum confirmationis.*

Prou. 1. par. 2. pag. 7.

Præparatio ante sacramentum confirmat.

**P**AROCCHI, animarum curatores qui in vrbe sunt, die dominico pentecostis solemnitate præcedente, populum doceant, quanto religionis studio suscipiendum sit cõfirmationis sacramentum, cuius ministrandi solus Episcopus ordinariam potestatem habet.

Videant item, ne quis eorum qui sibi in curã traditi sunt, illud suscipere negligat.

Quare prænoneant, quod etiam Concilij Vornatiensis canone sancitum est, vt quicunque intrã parochiæ suæ fines habitant, neque confirmati adhuc sunt; illud omnes suscipiant, qui ætate sunt, qua Episcopus eos duxerit esse debere, qui ad hoc sacramentum tunc accedant. Si quis verò neglexerit, canonicis subiaceat disciplinis.

Elaborent præterea iidem, vt qui adulta ætate confirmandi sunt, primò de peccatis confiteantur; tum etiam admoneant, vt ieiuni illud suscipiant, cum manè ministratur.

Reliqua etiam diligenti cohortatione denuncient, quæ ad hoc sacramentum rectè sanctèque suscipiendum pertinentia, monitionum tabella comprehenduntur, quæ ad communem prouinciam vsu per nos edetur.

Quibus monitionibus, pro ratione locorum suæ diocesis, ab Episcopo addi, tum detrahi, rursusque easdem mutari liceat.

Quæ cuncta diocesani item parochi præstabant; ita scilicet, vt singuli parochi vnus cuiusque loci, vbi sacrum Chrisma Episcopus ministraturus est, dominico die hebdomadam illam proximam qua ministrabit antecedente, cum populum omnia & singula doceat, ac moneat, mox supra parochis in vrbe commorantibus præscripta; tum etiam præstari curent.

Quæ ab Episcopo in confirmatione obseruanda.

Sacrum autem Chrisma Episcopus, cum id ministrare proprium Episcopalis curæ munus sit, ne stata pentecostis solennitate id præstare præmittat; tum ad singulas vniuersæ diocesis partes, parochiasque, & loca vel infima visitando accurrat, vbi illud ministrari necesse sit.

Caueat porro, ne cum huius ministrations munus obit, alienæ diocesis hominibus de iure non exemptis, qui in sua diocesi domiciliũ iam non constituerint, hoc sacramentum mi-

nistrat, nisi proprij illorum Episcopi concessu, aut assensu scripto.

Quo igitur tempore ministrat; populum ea ipsa de re parochos præmonere iubeat.

*Quæ ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum pertinent.*

Prou. 1. pag. 8.

**T**ABERNACVLVM ligneum, aliaue materia constans, in quo sanctissima Eucharistia conseruatur, panno serico intrinsecus circumuestitum vndique sit: conopæo etiam decenti pro ecclesiarum facultate, locique dignitate contextum; ac benè præterea tutoque clausum, atque ita quoque aptatum, vt inde sanctissimum sacramentum commodè depromi possit, neque super altare propterea ascendi necesse sit. Vacuum etiam sit à reliquijs, vasculo olei infirmorum, atque inani alio vase; vt omnino sacra Eucharistia cum suo vase in eo duntaxat conseruetur; aliud præterea nihil.

Tabernaculum autem, quod agendis processionibus, vel exponendæ sacræ Hostiæ vsui est, pellucido vitro, vel chrystallo, vndique circumdandum sit; lunulamque forma instructionibus supellectilis ecclesiasticæ præscripta, huiusmodi habeat, vt aperiri commodè possit, & fragmenta colligi, si quæ fortè ibi relicta sunt. Ipsa autem lunula saltem cum supposito paruo scuto, ex argento confert.

Duas pixides vnaquæque parochialis ecclesia saltem habeat; alteram forma maiori, ad vsu sacrae communionis populo in ecclesia ministrandæ; alteram minori, qua sanctissimum sacramentum ad infirmos deferatur.

Pro hac pixide ad ægros deferenda, sacculus sericus ab vnoquoque diocesis parochio habeatur ornatissimus, cum opus erit, adhibendus.

Quinque saltem particulae consecratae seruentur assidue, vbi sanctissimum sacramentum conseruatur; quæ octauo quoque die renouentur.

Idque fiat ex hostijs non antè viginti dies ad summum confectis.

Parochus autem, cum ad eum frequentissimum sacramentorum vsu parochiæ suæ fideles cohortetur, vt prouinciali tertio Concilio sanciuimus: tum crebris monitis illud quod Siluerius Pont. Max. statuit, in consuetudinem reuocare studeat, vt qui sapius non communicant, singulis saltem dominicis diebus in Quadragesima corpus Domini sumant, ac præterea diebus dominicis Aduentus.

Cum frequenti populo Sanctissima Eucharistia ministratur, licet eius vis atque virtus explicetur, non facile tamen tota huius generis explicatio, sermoque percipi, audiriue ab omnibus potest; nec præterea omnes ministrations initio interesse solent: id propterea magnopere Episcopus curet, vt vel per se, vel per alium in adhortandi munere exercitatum ac probatum, etiam inter communicandum, verborum pondere, & sententiarum quasi iaculis,

oppor-

Sacræ Eucharistiæ asseruatio.

Cap. 31.  
Cap. 17.

opportuna aliqua, & crebra, breuique cohortatione, populus collectus, cum ad frequentem sanctissimi sacramenti sumendi vsu excitetur; tum etiam commonefiat, quàm periculosum exitiosumque sit, ad sacram diuini illius cibi mensam indignè accedere; ac rursus quàm valde admodum in omnes partes vile, ac fructuosum, pabulo illo cœlesti salutariter, ac frequenter vti.

Hocque ipsum omne, die festo frequentem populi communionem proximè præcedente, aliquando longiori, publica que concione omnino præstetur.

Quod & Toletano quarto, & Braccarensi primo, Concilij sancitum est, id de sacra communionem ministranda religiosè seruetur, vt diaconis scilicet & clericis, ad altare aut in choro illa præbeatur; populo autem, loco à choro, altariue aliquantò remotiori.

Vt & quod sacrorum canonum iure statutum est seruetur, & parochi certam rationem inire eorum possint, qui curæ suæ commissi, sacram communionem in Pascha resurrectionis Domini sumpserint; ne eo tempore, etiam in ecclesia cathedrali, ijs qui intrã alterius parochiæ fines in vrbe aut in diocesi habitant, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum ministratur, nisi aliqui sint, quibus iusta de causa Episcopus, aut proprius eius parochus, facultatem scripto exaratam nominatim dederit.

Peregrinis autem, aduenisue hominibus, ex secundi Concilij prouincialis præscripto præberi, ministrariue liceat.

Ne occasione sacræ communionis, etiam in Pascha ministrata, vel ministranda, elemosina, peluicula, aut vasculo exposito, vllouè alio modo directè aut indirectè quaeritur.

Cum sacra communio, diebus præsertim solemnioribus, aut frequentiori fidelium multitudini ministratur; ex veteri instituto antiphona, *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum*; & psalmus, *Benedixisti domine*; & psalmus item, *Dominus regit me &c.* & alia in rituali libro præscripta, aut alias ab Episcopo præscribenda, à clero canantur, cum id per illius frequentiam fieri potest.

Psalmus 84.  
Psalmus 22.

Quomodo ad ægros deferenda.

Ad ægrum parochus ipse, nisi inualeudine, aliaue necessaria causa impeditus sit, corpus Domini deferat: si verò aliquando in hoc ministerio necesse habet alio sacerdote vti; ne alio si potest vtatur, nisi quem ad confessiones audientias, concessa scriptis facultate Episcopus probauerit, idoneumque iudicauerit; cum sæpè cõtingat, ægrum, cui sanctissimum Corpus Domini deferatur, iterum confiteri velle, propterea quod post peractam confessionem aliquid commiserit, vel antè commissum meminerit. Aegrotantibus, etiam sine mortis periculo, sacræ Eucharistiæ frequentius sumendæ desiderio flagrantibus, ijs præsertim, qui dum integra valetudine sunt, frequenti sacramentorum vsu se religiosè, salutariterque pascunt, ne paro-

chus quantũ per alias necessarias in parochiali munere occupationes sibi licet, spirituale illam consolationem, salutaremque adiuuentũ, religiosa præparatione ab eisdem adhibita, de neget. Quod de indulgentia à Paulo Tertio Pont. Max. corporis Domini sodalitatibus concessa, sapius promulganda, concilio prouinciali tertio sancitum est, id in ijs sodalitijs præstetur, quibus illa tributa concessaue est.

Indulgentia verò à sanctissimo D. N. Gregorio XIII. omnibus, & singulis, quæ in hac prouincia instituta, institutaue sunt, corporis Domini sodalitatibus data, cuius concessæ indulgentiæ exemplum typis impressum in vltima huius libri parte extabit, vbique in illis, sæpèque promulgetur, ad excitandos in salutari instituto, eiusque munere sollicitè obeundo fidelium animos.

**O**RATIO quadraginta horarum religiosè instituta, vt perpetuè sanctissimè, cum salutarique animarum fructu retineatur, hæc etiam præter cætera eo de genere aliàs sancita, constitutus, & decernimus.

Expositio 40. horarum.

Primò in ijs solum ecclesijs siue secularibus, siue regularibus fiat, celebreturque, in quibus sanctissimum sacramentum asseruatur: nec verò in ijs omnibus, sed in illis tantummodo, quas Episcopus statuerit.

Fiat autem in conspectu sanctissimi sacramenti: quod è tabernaculo expositum, in maiori, alioque, si Episcopus ita censuerit, altari propalam collocetur.

Quod vt cum dignitate, decorè, religiosèque agatur, altaris, vel cappellæ, vbi ex ponetur, collocabiturque, ornatus decens sit, ac religiosus. Cerei præterea in altari accensi ad summum decem, minimum verò sex decenti crassitudine, ac longitudine colluceant: lampades item ne plures, quàm duodecim, aut tredecim, nec verò pauciores, quàm tres.

Licebit tñ Episcopo ob causam permittere, vt maior luminũ numerus aliquando adhibeatur.

Orationis initio, cum sanctissimum sacramentum palam proponendum est, primùm datis solemniter de more pridie illius diei, vesperi, & iterum eo die paulò ante campanarum signis, præfatus adsit, cum sacerdos pluuiali indutus, qui illud religiosè proponat; tum illius ecclesiæ, vbi oratio futura est, aut totius parochiæ, si ecclesiæ parochialis est, clerus superpelliceo vestitus, qui in hac functione illum adiuet.

Si verò qui conuenerint clerici, vel parochiæ, vel ecclesiæ, pauciores sunt quàm sex; alij aliu de euocentur, vt ne eo numero pauciores adsint; hiq. cum luminibus accensis, tum homines itide parochiæ, in cuius ecclesia, vbi illud oratio exponitur, præsertim sanctissimi sacramenti sodalitates adieciunt.

Processio in exponendo sanctissimo sacramento per ecclesiam agatur litanijs, stansque antiphonis, precibus, & orationibus, tum cereis accensis: iudeumque in eo reponendo seruetur.

M 3 Dum

Dum illud in altari propositum est; interdium clerici duo superpelliceo induti, capite aperto ad altare semper assistant: quorum alter diaconus saltem sit, noctu verò saltem vnus, isq. in sacro ordine constitutus.

Ad altaris verò, cappellæ, vbi proposito sanctissimo sacramento oratio fit, cancellos, affixæ sint tabulæ precum & orationum, quæ pro temporum, calamitatumq. ratione, orantium vsui ex sanctæ matris ecclesiæ instituto accommodata, eaq. literis grandiusculis exscriptæ, loco perspicuo sint.

Ad excitandam præterea populi in stata hac oratione versantis pietatem, hoc curetur, vt aliquando, quo præsertim tempore, quæ hora frequens est fidelium ad eam concursus, sermo, isq. breuis, ad piæ meditationis studium inflammandum appositè habeatur.

Vt autem ad huius constitutionis præscripta, omnia quæ ad huius statæ orationis vsum sanctè retinendum pertinent, decorè, rectè, ordineq. agantur; vnicuique vrbs regioni ab Episcopo aliquot viri graues, pietatis spiritualisq. vitæ amantes, & in ijs saltem vnus ecclesiastici ordinis, qui alijs præsit, constituentur: qui in sua quique regione orationis huius curam gerant, quo tempore illa celebratur.

Eorum præter cætera munus erit, cum videre, vt ad huius sanctionis præscriptam normam illa fiat celebretur; tñ quibus in ecclesijs proximè ea futura est, illarum ministris ipsam significare, ac prænunciare.

Porro ad oratum atque apparatus huius orationis celebrandæ, ne quid ob sumptus necessarios desit; à parochiæ incolis, parochi in cuius ecclesia illa fiet, adhibitis simul aliquot parochialis vicinæ viris Episcopo probatis, eleemosinam eo nomine quaritare, & colligere liceat.

Quæ eleemosina, si quæ vnquam ex impensis illis reliqua erit, Episcopi arbitrio, in vsu & ornatu, qui ad cultum spectet sanctissimi sacramenti, erogetur in illa ecclesia, vel in alia, vbi magis necessaria sit.

Nec verò hoc vel alio prætextu, illo orationis tempore ad eleemosinam excipiendam colligendam pelues, aut vasa eiusmodi patula exponantur: sed Episcopi permisso concessiuè, capsulas proponi liceat.

Orationis huius curatores videant, vt per quadraginta ipsas horas continenter fiat; ac ne ad momentum quidem temporis, nec diu, nec noctu intermittatur.

Cui rei quò cautiùs prospiciant; supputata parochialis vicinæ incolarum, tum marium, tñ feminarum ratione, illisq. in certas ob eam curam classes congruenter distinctis & dispositis, horas stata orationis pro supputatione inita, & populi partitione facta, ita separatim, ordineq. assignent, vt sua hora classes singulæ ad orandum conueniant; & intermissionis nullū spatium relinquatur.

Hoc orónis tēpore, in ecclesia vbi illa celebratur, femina à maribus separata, tabulato instructionum præscriptum interiecto, aut alio intersepto adhibito orent.

Ne noctu feminis orandi stata hora aditus in ecclesia detur.

Quòd si noctu orantes deerunt, sanctissimum sacramentum in tabernaculo reponatur.

Quòd si fortè ex hac, vel alia causa Episcopi iussu aliquando noctu intermitti contigerit; interdium compensetur cōtinenti orandi spatio. Cùm oratio noctu celebratur, ne propterea ecclesiæ ostia pateant; sed clausa, pulsantibus, & ad orandum conuenientibus, etiam singulis aperiantur.

In ecclesijs monialium, cùm oratio hæc celebratur, nemo prorsus noctu in illam ad orandum intromittatur. Verùm ibi sanctissimum sacramentum per noctem in tabernaculo maiori repositum, moniales solum ab interiori ecclesia adorantes, nocturno eo tempore per stas horas in oratione perseuerent; summo verò manè iterū è tabernaculo illud deponatur.

Præfinito illo quadraginta horarum tempore, nec verò diutius, in ecclesia vbi concessum est, oratio hæc celebretur.

Id verò temporis prorogari ne liceat, nisi Episcopi concessu.

Tamen cùm noctu terminari contigerit, ad lucem produci eiusdem iussu licebit, si quando huius orationis initium, & finem noctu fieri, minùs decenter ille animaduertit.

Per horam, antequàm in vna ecclesia oratio hæc terminetur, in altera vbi proximè futura est, de more ritè inchoetur.

Quæcumque de loco, ecclesiæ in qua exponenda sit sacra eucharistia pro oratione quadraginta horarum, hac constitutione supra præscripta sunt, aut de alijs ad cultum, & venerationem sanctissimi sacramenti, aut ad altaris, cappellæ, vbi illud palàm proponetur, apparatus atque ornatu pertinentibus; ea cum in ordinario orationis huius instituto & vsu, tum etiam si quando extraordinariè idem adhiberi petitum, aut concessum erit, inuiolatè accurateq. seruentur.

In ecclesia cathedrali, quoties oratio quadraginta horarum, vel inchoatur; vel peracto in alijs ecclesijs illius cursu, in eadem iteratur, alia ratione exponitur, indicitur; omnis ratio suadet, vt splendidiori luminum apparatu, & maiori cleri frequentia, maioriq. populi concursu habeatur, atque celebretur.

Quare illius orationis initio quod in ea ecclesia fit, rursusq. in eiusdem fine, vt Episcopo videbitur, cum illius ecclesiæ clerus, populusq. si quem pro parochiæ ratione peculiarem habet, tum etiam vniuersus vrbs clerus, tam secularis, quam regularis, qui supplicationibus publicis interesse solet, ac sodalitates omnes, & cunctus præterea populus, suis parochialibus sanctorum insignibus distinctus, in illam

ma-

matricem ecclesiam generatim, vniuersèq. ad orationis celebritatem conueniat.

Sigillatim verò pro vniuersiusque parochiæ, vicinæ in classes distinctæ ratione, quam Episcopus certam statuerit inierit, idè tum clerus secularis ac regularis, tum populus, stas horis sibi ordine speciatim attributis, ad eam basilicam concurrat more solemnium processionum, cruce scilicet prælata, & precum, antiphonarum, psalmorumq. pio ac religioso cantu: indeq. quo ordine processerit, eodem piè deuoteq. redeat.

**Processio in festo Corporis Christi Domini**  
In solemnibus illa processione, in qua sanctissimum Domini corpus per urbem religioso cultu defertur, ne reliquiæ vllæ, sed illud solum, vt veteris instituti, ecclesiæq. Romanæ matris consuetudinis est, pio religiosoq. apparatu, solemnèq. celebritate feratur.

Canonici singuli, & qui dignitates obtinent, cùm processiones publicas, illam præsertim solemnem, quæ in celebritate sacri diei corporis Domini agitur, atque aliàs item in portando sanctissimo sacramento singulis mensibus constitutas obeunt; intortitium accensum in manibus capite aperto ferant.

Capitulum autè decenti magnitudine & craftitudine habeat, quot canonicorum numero fatis sint.

Reliqui chori ministri cereos item accensos habeant, eosq. forma conuenienti.

Quò autem religiosius prouinciæ nostræ fideles sanctissimi corporis Christi Domini solemnitatem colant: pietatisq. operibus, quæ sacro illius solemnitatis tempore præstanda sunt, indulgentias à summis Pontificibus, Urbano Quarto, Clemente Quinto, Martino Quinto item, & Eugenio Quarto concessas consequantur; parochorum cura sit, die Dominico solemnitatem præcedenti, hæc paterna charitate, grauiq. sermone illos præmonere, atque hortari.

Primò, vt confessi, vel in solemnitate, vel intra octauam, sacram communionem sumant. Vt pro facultatibus eleemosinam dent.

Vt purè, casteq. in orationibus frequentes atque assidui sint, in pietatisq. christianæ exercitationibus versentur.

Vt pridie solemnitatis ieiuent.

Vt & in solemnitate, & reliquis deinceps septem diebus ad vespertinum, & matutinum, aliarumq. canonicarum horarum officium, & Missæ solemnem sacrum frequentissimi conueniant, processionemq. solemnem item supplices obeant.

Vtq. ad ea christianæ pietatis officia fideles magis inflammentur; per eosdem parochos, indulgentiæ vt infra exponuntur, ab eisdem Pontificibus vnicuique verè pœnitenti & confesso data, euulgentur.

Ieiunantibus pridie solemnitatis, indulgentia concessa annorum centum.

Præsentibus in vespertinis primis, indulgentia

annorum etiam centum.

Iis qui in solemnitate Missæ solemnem sacro intererunt, indulgentia annorum totidem.

Qui in matutino aderunt, ijs indulgentia annorum totidem.

Qui in secundis vespertinis intererunt, ijs quoque data indulgentia totidem annorum.

Qui primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, completorij officijs aderunt, indulgentia ijs datur quadraginta annorum pro singulis horarum officijs.

Qui intra octauam vespertino, matutinoq. officio, & Missæ solemnem sacro aderunt, indulgentia item datur annorum centum.

*Quæ pertinent ad sacramentum pœnitentiæ.*

Prou. I. par. 2. pag. 10.

**E**CCLESIA parochialis, eiq. itè annexa, in confessionalia quæ confessiones audiri aliquando solent, in ecclesijs confessionale vnū habeat, forma in instructionum libro demonstrata constructum; duo verò eadem forma & modo, vbi quingentarum animarum, & amplius cura geritur.

Ecclesia autem quæ plures habet confessarios, totidem confessionalia, quot confessarios habeat, siue parochialis illa sit, siue collegiata, siue cathedralis.

In confessionali hæc affixa sint; sacra scilicet imago, literæ processus die cœnæ Domini quotannis editæ, tabella casuum sibi Episcopus reseruarit, forma absolutionis, & orationes præterea præparatoriæ ad sacram confessionem audiendam impressæ.

Ne capsulæ loculiue colligendæ eleemosinæ causa, siue confessarij vsui, siue ecclesiæ vtilitati ea sit, ac ne ob pium quidè vllum aliud opus, loco confessionalibus proximo, nedum ipsis confessionalibus affigantur apponantur.

Excommunicationis pœnam concilio prouinciali primo sacerdotibus sine approbationis facultate ab Episcopo data, pœnitentiæ sacramentum ministrantibus propositam, ipso facto eos qui contrafecerint, subire decernimus & declaramus.

*Quædam de cōfessionarij probatione.*

Confessionis sacræ audiendæ munus sacerdotibus regularibus, quamuis ad illud ob peritiã scientiamq. idoneis ne committatur; nisi à monasterij præfecto testatum literis fiat, eos vitæ disciplina, moribusq. probatos esse; ac dignos propterea quibus id muneris imponatur.

Quo in testimonij genere ipse videat, ne quid testificando admittat, quod religiosæ conscientiæ suæ fraudi sit, labemue afferat.

Vniuersusque monasterij regularis præfectus bis quotannis, semel scilicet ineunte aduentu, iterum quadagesimæ initio, confessionariorum sacerdotum sui monasterij probatorum nominata in folio exscripta ad Episcopum deferat; vt cum regulares ex vno in aliud monasterium commigrare frequenter soleant, eamq. ob causam illorum numerus interdum minuatur, aliunde ipse Episcopus alios in eo munere geren-

do



do idoneos ac probatos opportunè habere possit.

Sacerdotum confessoriorum qui probati sint nomina, in tabella ordine descripta, ad valuas sacristiæ ecclesiæ, vbi complures illi habitant, affixa in omnium conspectu sint.

Confessarij ab Episcopo quando & vbi conuocandi, & qua de re admonendi.

Episcopus & in vrbe, & quo tempore etiam visitationem obit in frequentioribus diocæsanis locis, confessorios sacerdotes etiam regulares, aliquando ad se, tum singulos, tum vniuersos conuocet. Iisq. primò, cum ceteras munetis quod susceperunt partes, grauitè accurateq. ostendat; tum præcipuè moneat, quantum, quamq. graue, vel ad salutem, vel ad perniciem animarum onus sustineant; proinde demonstret item, & quam benè notos casus ipsi habere debeant, in quibus absoluedi auctoritatem nullam habent, & quam studiosè propterea caueant, ne in messe aliena falcem ponant, & quam cautè item in pœnitentium absolutione agant, cum præsertim vel de restitutione, vel de occasionibus, quibus ad mortalia peccata aditus fit, abijciendis agitur.

Nè verò faciliè in eodem peccati genere fideles offendant, hoc etiam illos ipsos confessorios admonet, quàm prudentes, quàm cautos, quàm diligentes in pœnitentijs salutaribus imponendis eos esse oporteat: tū prospicere etiã, vt non solum viuã, peccataq. fideles fugiãt; sed virtutes, christianãq. vitã officia, opera, & actiones, tum christiani nominis splendore congruentes suscipiant, ac præstent; maioresq. in via Domini progressus in singulos dies habeant, proposita vnicuique pro eius ingenio, & conditione ac statu, benè sancteq. agendi ratione.

Demonstret denique, quàm sedulo caueant, vt ne eorum dicta, sanctarum cohortationum, paternarumq. obiurgationum plena, à factis vilo modò dissentiant; ac ne item audiendis factis confessionibus, vllam ne minimam quidem auaritiæ in primis suspitione præbeant.

Instructiones ad eorum vsum editæ seruandæ.

Instructiones ad sacramentorum, & pœnitentiæ, & sacræ communionis ministrandorum vsum, cultumq. pertinentes, à nobis concilij provincialis tertij decreto confectas atque editas, in sua quisque vrbe, diocesiq. Episcopus seruari omni diligentia curet.

Medici iurent de seruanda constitutione Pij V.

Medici quicunque vel in vrbe, vel in diocesi sunt, duorum mensium spatio, per singulos Episcopos, si id ante non præstiterint, iureiurando obstringantur: quo spondeant se, quod Pij Quinti Pont. Max. sanctione de medicis edita præscriptum est, integrè inuiolateq. seruatos esse.

Qui iusurandum præstiterint; ne excommunicationis pœna concilio provinciali primò decreta, sed ijs tantum pœnis illa Pontificia constitutione sancitis irretiti teneantur, si contra fecerint.

Nec verò confessorius sacerdos confitendi tempus ægrotanti proroget; nisi primùm re cum

Episcopo, eouè cui ille id curæ dederit, comunicata, prorogationis facultatem scripto exaratam ab illo impetrarit.

Casus restitutionis rerum, quæ incertum est quibus restitui debeant, Episcopo deinceps referuati sint.

Casus restitut. incertæ referuatus.

Confessorius sacerdos quicunque sit, etiam regularis, ne auditæ sacræ confessionis testimoniū scriptum aut impressum, manu sua suoq. sigillo signatum, sibi peccata confessis dare omitat; tum in Pascha, vt parochis; tum ægrotationis tempore, vt medicis quod debent, eos præstitisse planè constet.

Confessionis testimonium datum.

Confitentium præterea Paschæ tempore nomina, & cognomina, vt fraudi multiplici occurratur, in librum certum, notato etiam die & mense referat: quem librum Episcopo petenti, pro debito charitatis studio non modò non deneger, sed promptè ostendat atque exhibeat, tradatur; testimonij verò formula certa ab Episcopo præscribatur, cuius exempla, vbi ars impressoria fit, & vbi opus est, typis impressa, quàm plurima vnicuique sacerdoti confessorio tradantur.

Nomina confitentium in librum referenda.

Quæ pertinent ad extremam vñtionem, & reliqua erga morientes officia.

Prou. i. pag. 12.

QUIBUS parochis concilio provinciali tertio permittitur, domi aliquando habere sanctum oleum infirmorum, ij fenestellam in ipsa domo loco decenti ac tuto construant; panno serico circumuestiant; valuis, & claue claudant, vt & in honore, & rectè custodiantur.

Olei infirmorum asservatio. Prou. 3. quæ ad sacr. gener. pert. §. sacrum pag. 91.

Parochus extremæ vñtionis sacramentum, sicut his ministrare debet, adultis scilicet, periculose ægrotantibus, propeq. moribundis, senio confectis etiam non ægrotis in diem morituris; ita istis ne ministret, nempe pueris rationis vsu carentibus, mulieribus in partu laborantibus, ad bellum proficiscentibus, nauigantibus, peregrinantibus, & ijs qui mox vltimo supplicio mulctandi sunt.

Extrema vñtio quibus, & quomodo ministrant.

Idem cum pro agris parochialis viciniae suæ semper oret, sacrificiumq. offerat; tum si quæ ex ijs periculose ægrotare viderit, hoc curet diligenter, vt die, noctuq. ad extremam vñtionis sacramentum ei ministrandum præsto sit, & paratus.

Cum autem is ad agrum, qui à parochiali ecclesia longius abest, grauitè, ac non sine periculo mortis, febri morbouè laborantem sanctissimum corpus Domini deserit; ne vbi ad parochiale domicilium ipse redierit, mortem ille prius obeat, quàm ad extremam vñtionis sacramentum eidem ministrandum reuertipossit; vasculum etiam sacræ illius vñtionis secū ferat, illam ei, postquã corpus Domini præbuerit, ministraturus: si ita pro morbi ingrauescentis ratione, mortisq. periculo faciendū cõserit.

Id

Id extremæ vñtionis sacramentum ministraturus, quot commodè potest, presbyteros, & clericos adhibere studeat, superpelliceo indutos; qui ipsum, & ministrantem, & precantē, pietatis orationisq. studio in eo ministerio adiuuent.

Quòd si plures habere non potest, vnum saltè omninò adhibeat clericum sibi ministrantem. Accedat autem illud ministraturus, stola, & iu perpelliceo indutus.

Vas sacri olei ne sinu brachiouè comprehensum, sed sacco serico aptè inclusum, cordula serica à collo pendens, piè reuenterq. ferat. Cum accersitur, propè ægrotantis lectum mensam paruulam, vbi commodè fieri potest, parari, mappauè candida sterni curet; super qua, & vas sit, vbi bombix, seu stappa ad abstergendas vñtiones, micaq. panis ad absterfionem digitorum preparata, & vas alterū aquæ ad manus lauandas, & candela ceræ itè parua. Qua in mensa vas sacri olei à parte lecto viciniore ponatur; à laico autem hominæ ne manu teneatur.

Mulieribus ministraturus, renes ne inungat. Vbi sacramentum ægro ministrarit, dum ille sermonis & sensuum vsum nò amisit; cum breuibus, & suauibus, ardentibusq. verbis excitare ad desiderium vitæ æternæ, & ad spem de diuina misericordia concipiendam, ne opportunè desistat; tum cum propè moribundus est, in illius animæ commendatione, quàm maxima potest intima animi pietate, itas religiosas, sanctasq. preces recitet.

Curetq. toto eo tempore, vt domestici simul omnes qui adsunt, pro eo Deum piè precetur. Vbi hoc officium piè, accurateq. præstiterit, si æger adhuc viuat, aut animam agit; ne eidem præsens adesse, omniaq. salutaria officia præstare omitat.

Reliqua erga morientes officia.

Si verò adesse aliquando non potest; vel quia alijs grauitè ægrotantibus sacramenta ministrare necesse habet; vel quia necessarijs parochialis curæ occupationibus alijs impeditur: tunc ea pietatis officia illi à sacerdote, si quis alius eo loco est, sollicitè præstari curet.

Ad quod etiam officium, sibi hoc subsidium, cum opus est, comparet; vt confratriæ sanctissimi sacramenti, aut doctrinæ christianæ homines aliquos, parochiali sua diligentia, ad consolationis & spei excitandæ officia, aliaq. eiusmodi instructos adhibeat.

Hoc etiã parochus domesticos, qui ægroti curam habent, moneat, vt ne post extremæ quidem vñtionis sacramentum, quod ei ipse ministrauerit, corporis curam deferant.

Singulis mensibus in diocesi vnusquisque Vicarius foraneus, & in vrbe præfectus regionalis, aut alius cui id muneris Episcopus dederit, à suæ regionis parochis de illis perquirat, qui obierint; ijsq. animam agentibus an ipsi præsentés adfuerint; an curæ, & pietatis officia omnia eisdem moribundis præstiterint; tū

Episcopi diligentia ut superius decreta seruentur.

vbi opportunè in mortuorū agnatos, affinesuè incidit, parochialium sacerdotum debitum officium ab illis diligentius recognoscat.

Quòd si eos negligentiores esse animaduertent, vbi primùm illos, vt par est reprehenderit, tum eorum negligentia culpam ad Episcopum deferat.

Idē ægrotos alio loco in quo ipse sit, cum ægros grauitè laborantes, præsertim vitæ spiritualis amantes, pietatisq. laude insignes paterna charitate aliquando visitare studeat; tum Episcopalem benedictionem moribundis impertiat.

Hoc officium quoque diligentius, cum potest, sæpè parochis, sacerdotibus, religiosis viris, ægrotantibus, & moribundis item præstare idem piè curet.

Parochus verò fidelibus propè morituris suggerat, vt ex hoc sacculo antequam migrēt, qui præsertim in vrbe sunt, aut alio loco in quo Episcopus sit, ad illum certum hominem mittat, qui eis Episcopalem benedictionem petat.

Quæ pertinent ad sacramentum ordinis.

Prou. i. pag. 12.

VBI primùm Episcopus, aut parochus aliquid adscribi velit, vel à parentibus adhuc infans destinetur; hoc sedulo curet, vt ille quò diligentius clericalis disciplinæ, vitæq. religiosæ institutis primùm imbuatur, ecclesiã frequentius adeat; functiones quas clerici obeunt, ceteraq. id generis ministeria cernat; ipsiq. parochus, vel alij sacerdoti quæ idem Episcopus maluerit, in disciplinam curamq. traditus, ecclesiasticorum hominum cõsuetudine vtatur. Sicq. multiplici ratione, cum paulatim, & clericalis vitæ officijs obeundis, & laboribus suscipiendis assuefiat; tum discat etiam atque animaduertat, quod vitæ genus, si ordinis sacramento initiari vult, sequi debeat; proindeq. de re tota maturius antè deliberet.

Quo instituendi qui postmodū clerici fieri debent.

Parochi verò sit, illiusuè cuius curæ Episcopi iussu traditus est, eum quæcunque clericalis vocationis institutionisue sunt, aliquando moneat ac docere diligenter.

Vt ad ecclesiæ ministerium complures instituantur, qui ab ineunte pœnè ætate ad pietatē, vitæq. innocentiam cum literarum doctrina coniuncta, accuratè instructi, ei sanctè vtiterq. post inseruiant; illud vnusquisque parochus valdè studeat, vt quamplurimos potest pueros præsertim pauperes, bona indole præditos, qui spem afferant, se sacris initiatos ecclesiæ ministros vtiles fore, ad ecclesiasticæ vitæ normam accuratè erudiat, eosdemq. præterea cū antè, tum etiam in primis post susceptam clericalem tonsuram, ac deinceps minoribus ordinibus adscriptos, pro paternæ charitatis studio, optimis moribus clericali religioni congruentibus, clericaliumq. functionum disciplina

plina bene informet; literisq. item instruat, eos præsertim, qui ab alijs probatis viris artem literariam profitentibus, ob inopiã aliamuè causam, commodius diligentiusq. erudiri non possunt.

Eorum autem singulorum mores, studia literarumq. progressionem Episcopo parochus aliquando significet; vt suo tempore, vel in seminario cooptati, vel alia quacunq. via adiuvi, pro ætatis ratione, proq. ingenij captu, studijs grauioribus se dedere queant.

Sacræ ordina-  
tiones quando  
habendæ.

Sacræ ordinationes, tum statis solum quattuor anni temporibus, nisi ob vrgentem causam illas alio tempore aliquando facultate à sede Apostolica literis data, haberi necesse sit; tum in ecclesia cathedrali ritu solemniori, canonicisq. præsentibus habeantur.

Si verò quandoque in diœcesano loco habentur, in illius loci ecclesia primaria celebrètur, clerico eiusdem præsentem, vt decreto Tridentino cautum est.

Sess. 23. decre.  
de refor. c. 8.

Quid seruandū  
in literis dimis-  
sorijs & testim.  
concedendis.

Sepè illud, facileq. euenit, vt vel hominis mores mutentur, vel quod de illius vita minus antea notum atque exploratum erat, id postea aliquo modo patefiat; quò fit, vt quem Episcopus superioruè aliqui probavit, dignumq. existimavit, aliquo etiam sacro ordine initiari, illum ipsum post inueniat indignu, neque idoneum esse, cum idẽ aut maior ordo cõferatur.

Quare vt & erroribus multipliciq. fraudi occurratur, & planè seruentur decreta illa Tridentina; vnum quo vetatur ad superioris ordinis gradum illos ascendere, qui in inferiori aliquo diu Episcopi iudicio versati nõ sint, quiq. cum ætate, vita etiam merito, doctrinaq. maiori non processerint; alterum quo cauetur, nemini licere ab alio Episcopo primam tonsuram, aut ordinem aliquem suscipere, nisi eius probitas & mores ordinarij sui testimonio primu commendentur; Episcopus aliusuè superior, prout pro sua prudentia pietateq. expedire cõserit, in primis videat, ne cuiquã antequam sacræ ordinationis tempus proximè instet, literas eiusmodi testimoniales dimissoriale pro ordinibus ab alio Episcopo suscipiendis, sine necessaria causa vnquam concedat.

Ibid. c. 17.

Cap. 8.

Neque item iisdem literis facultatem det plures ordines suscipiendi, quàm illos ipsos tantum, quos vno eodemq. tempore ab eo suscipi voluerit, ac per factos canones conciliaq. licuerit.

Præfinitat præterea in illis ipsis certum suscipiendi ordinis, cui quisquam adscribendus est tempus, menstruum scilicet, vel bimestre, vel longius, vt pro loci distantia, pro aliaue eiusmodi causa opus esse viderit.

Quo præstituto tempore transacto, eas literas illo nomine à se concessas, ei in posterum nihil suffragari, nihilq. roboris habere iisdem literis declarat: quas etiam cancellario Episcopali, ab illo cui concessas sunt, reddi decernat. Nec verò alienæ diœcesis clerico seculari, ne-

que vlli omninò regulari, literarum auctoritate, quas dimissorias testimonialesuè, hic ab superiore, aut ille ab ordinario suo habet, Episcopus ordinem aliquem vel minorem vel maiorem, ac ne primam quidem tonsuram tempore illarum literarum præterito conferat.

Quòd si nullum iisdem literis spatium temporis præscriptum sit; ne itẽ in sacra ordinatione quemquã promoueat, nisi eas recenter aut scriptas, aut renouatas confirmatasuè is afferat; atque ita recenter quidem, vt nõ amplius duobus, tribusuè mensibus antè sacræ ordinationis qua ille proximè initiandus est tempus, data, confirmatauè sint; si modò aut loci distantia, aut eius qui ordinem susceptorus est, diuturna ab suo Episcopo, superioreuè absentia, aliaue id generis causa vetustiores literas eiusdem Episcopi iudicio admitti probariue non postulet. Id ipsum quoque Episcopus in testimonialibus moru literis cauebit, quas suæ etiam diœcesis clerici, aliuè quicunque eo de genere afferent.

Literas autem eiusmodi de moribus testatum facientes, ab alienæ diœcesis clericis, regularibusuè item, qui ab sua diœcesi, monasteriouè proximè aliquandiu absuerint, sibi afferri exhiberiue curer, non solum ab eorum Episcopo superioreuè, sed ab illo etiam, apud quem proximè maserint, eiusuè auctoritate scriptas atque obsignatas.

Quòd idem à suis clericis præstari iubeat, qui in aliena diœcesi aliquo temporis spatio proximè fuerint.

Si verò quis eo spatio in literis præfinito, aut si nullum etiam præfinitum sit, duobus aut tribus post datas renouatasuè literas mensibus, ordines non susceperit; tunc literas illas vel dimissorias vel morum testimoniales, eo nomine sibi ab suo ordinario, vel superiore primu datas, vel receter cõfirmatas renouatasuè, quàm primu per loci distantiam potest, eidem per se, vel alium restituat reddatue.

Cum autem deinceps ordines suscipere vult, iterum recentes illas ab eo impetret.

Qui item ab suo Episcopo eos susceptorus est, quod ad morum suorum testificationes attinet, à quibus debet, iterum recentes illas ei afferat exhibeatue.

Quinam impe-  
diatur ab ordi-  
nũ susceptione

Si quis vna aliqua culpa, impedimentouè vt infra irretitus tenetur, ne ad sacram ordinationem, contra sacrorum canonum, & conciliorum præscriptum accedat; vt ne censuras pœnasuè canonico iure, illis qui tales ad eam accesserint constitutas subeat.

Rursus diligentiam Episcopus adhibeat, ne fraude vel dolo quispiam sacræ ordinationi se ingerat.

Impedimento irretiti hi sunt.

Minores natu.  
Sacramento Chrismatis non confirmati.  
Rudes & ignari.  
Criminosi.

So-

Solemniter pœnitentes.

Neophyti.

Ebrietati & gulæ dediti.

Impudici.

Lapsi post ordinem susceptum.

Periuri.

Vsurarij manifesti.

Infames.

Ratiocinijs obligati.

Serui.

Corpore vitati.

Insigniter deformes.

Illegitimè nati.

Peregrini & ignoti.

Bigami.

Irregulares quouis alio modo.

Suspensi.

Interdicti.

Excommunicati.

Amentes.

Morbo caduco laborantes.

Energumeni.

Non examinati & probati.

Exercitia spiri-  
tualia ante sub-  
diaconatum, &  
presbyteratũ.

Subdiaconatum susceptorus, quò diligentius vitæ perpendat rationem, cui se illum suscipiendo sanctè obstringit; ac proinde re tota accuratius deliberata, puriori mente, ardentiori q. animi voluntate ad rem tanti momenti accedat, priusquam eo sacro ordine initiatur, aliquem semorũ locum adeat, vbi ab oibus curis & occupationibus liber, cum omnis antea vitæ suæ peccata diligenti conscientia discussione ritè confiteatur: tum in salutaribus meditationibus, alijsq. spiritualibus exercitationibus totus versetur, duce & moderatore sibi adhibito religioso viro earum vsu perito, quẽ Episcopus in primis probavit.

In illis autem, vel mense, vel longiori breuioriuè tempore persistat, prout de moderatoris consilio Episcopus expedire censuerit.

Quas item exercitationes, eodem præscripto & modo & tempore, diaconi cum ad sacerdotij gradum accessuri sunt, pie in eant ac præstent.

Titulo non sus-  
ficiẽti nemo ad  
scribendus.

Nemo titulo seminarij sacris maioribus ordinibus adscribatur, neque titulo item beneficij, aut pensionis, alteriusuè census, quem ei ad victum Episcopi iudicio satis esse non cõstet.

Maiores ordi-  
nes aut primã  
tonsuram susce-  
pturi, ad Episco-  
pum se cõferat.  
Sess. 23. decre.  
de refor. c. 5.

Qui maioribus ordinibus initiari volũt, ij, quod Tridentino decreto iustum est, inuolantè planè seruent; vt mense scilicet, aut longiori antè statam sacræ ordinationis diem temporis spatium, prout edicto Episcopali præfinitum erit, ad Episcopum se conferant.

Quoniam verò prima tonsura, vt catechismi etiã Romani literis traditur, ad ordines suscipiendos quædam præparatio ijs est, qui Dei ministerio dicandi sint; permultum propterea refert, omnem in illa conferenda & suscipienda diligentiam studiosè adhiberi.

Quamobrem id quoque ab ijs qui prima tonsura initiandi erunt, omninò seruari ac præ-

stari decernimus, nisi aliquando Episcopus aliud ob causam faciendum censuerit.

Præstituto igitur tempore, omnium ac singulorum, tum qui prima tonsura, tum etiam qui maioribus ordinibus initiandi ad Episcopum accesserint, nomen, cognomen, parentes, patria, ecclesia parochialis intrã cuius fines quisque ortus, atque illa item vbi proximè habitabit, rectè notentur Episcopi iussu.

Ac præterea beneficium ecclesiasticum, pensionuè, aut patrimonium, illiusuè generis census, cuius nomine titulouè quis sacros ordines susceptorus est.

Hęc verò ipsa literis exarata, à parochio, ab eouè cui Episcopus id negotij dederit, publicè de illis proponentur die festo inter Missarum solemnias, in ecclesia & cathedrali & propria parochiali, & in illa quoque in cuius finibus postremò domicilium habuerit, & vbi præterea Episcopus censuerit.

Ac quod ad censum attinet, in ea omninò parochiali ecclesia, intrã cuius limites maior eius census siue ecclesiastici siue alterius generis pars posita est, vt denunciari queat, si quæ vel confictio sufficientis census, vel alia fraus subest, vel aliud quamobrem illud beneficium aliamuè censum non pacificè possideat; vel si quæ census illius pars ære alieno alioquẽ modo obstructa teneatur, vnde is deinde initiatus sacris non habeat satis vnde viuat, cogaturq. propterea turpiter victum quærere.

Hac adhibita ratione, inquirat diligenter is cui id muneris Episcopus dederit, de eorum qui prima tonsura, vel sacris maioribus ordinibus initiandi sunt, natalibus, ætate, vita, & moribus, ac cæteris quæ oportet, à viris spectata probitate.

Nec verò is testimonialibus solum, quæ eorundem qui ordinibus initiandi sunt nomine fient vel afferentur, contentus omnino sit; sed aliunde etiã pro officij sui munere ea omnia de illis studiosè indagat, vt sibi hoc de genere toto veritas omni ratione constet.

Quinimmo quod ad mores illorũ inquirendos attinet, testificatio ab ijs nulla conquiratur, quos suæ vitæ testes ipsi attulerint nominariuè, si id testimonij genus ab alijs spectata integritate viris rectè haberi queat.

Alia præterea omnis diligens cautio ac ratio in hac ipsa tum indagatione tum testificatione, ab eo quem huic muneri Episcopus constituerit, adhibeatur.

Literæ porrò, quibus tota hæc inquisitio ac testificatio continetur, ad Episcopu rectè obsignatæ ab eo mittantur, cui id ille curæ mandauit.

At verò ne propter eiusmodi aliamuè diligentiam, quam pro sui muneris officio Episcopus in eorum qui ordines susceptorus sunt, natalibus, ac moribus, cæterisq. id genus perquirendis adhibuerit, eorum quisquam excusetur, quominus præscriptas sibi de se, suisq. con-

conditionibus, qualitatibusve testimoniationes certas infra constitutas afferat.

Quas testimoniationes afferendi id tempus illi praestitutum sit, quo examen subituri ordinis suscipiendi causa ad Episcopum conuenient. Quod sane tempus Episcopali etiam edicto significandum, illis qui in vrbe sunt, feriã scilicet secundam hebdomadae statam sacrae ordinationis diem praecedentis; dioecesanis autem, alijsue ante feriam quartam hebdomadae, in quam ipsa sacra ordinatione incidit, constitutum: id vero, nisi vel pro dioecesis exiguae aut amplioris ratione, vel pro numero eorum de quorum agetur promotione, breuius, aut longius conueniendi tempus edicto suo Episcopus praescribendum censuerit.

Literae testimoniales de vita & moribus &c.

Omnis quicumque vel primam tonsuram, vel ordines minores, maiore sue susceptor est, ea singula quae mox infra ordine statuuntur, de se literis legitime restata suo Episcopo faciat. Primum se legitimo matrimonio nauum esse; aut ob natalium impedimentum secum dispensatum esse.

Sess. 23. decre. de refor. c. 5.

Praeterea se vel origine, vel beneficio ecclesiastico quod in dioecesi obtinet, vel decennali domicilio, vel alia quauis legitima ratione dioecesanum esse.

Tum a parcho, a ludiq. magistro, vt Tridentina synodus Oecumenica iubet, aut ab eo quem in quouis studiorum genere audit, aut si in seminario adscriptus est, ab illius rectore, aut ab alijs quos Episcopus maluerit, obsignatas literas afferat, quibus de vitae suae disciplina, moribusq. testatum fiat.

Doctrinae item christianae scholas se frequentasse, id testimonij afferat, vel a praefecto illarum in parochiali vicinia sua constituto, vel ab eo qui omnium id generis scholarum curae praest.

Hac praeterea testimonia afferet, qui se prima tonsura initiari vult.

Sacro chrysmate confirmatum esse.

In ecclesia frequentius, religiosiusq. versatum esse.

Spe esse, se in clericali ordinis disciplina per mansurum; hoc vero testimonium a parcho, aut ab eo sacerdote habeat, cui ab Episcopo in disciplinam traditus est, postquam clericali ordinis suscipiendi animum voluntatemq. ei patefecit.

Sacram item communionem crebro per annum sumpsisse.

Licebit tamē Episcopo etiam sine testimonio, tum sumptae communionis, tum frequentatae scholae doctrinae christianae ob causam admittere.

Qui vero aliquo minori, maioriue ordine initiatus est, testimonium praeter ea quae mox supra praescripta sunt, afferat etiam de his quae sequuntur.

De prima tonsura, aut de ordine quem proximē suscepit.

De illius ordinis functionibus a se praestitis; idq. testimoniationis habeat a praefecto ecclesiae, cui adscriptus est.

Nec vero etiam regularis cuiuscunque ordinis sit, admittatur, qui hoc testimonium non attulerit a suo superiore.

De habitu clericali ad prouincialium dioecesanorumq. conciliorum praescriptum, post ordinem proximē susceptū a se assidue gestato. Quam testimoniationem a parcho afferat.

De confessione frequentiori ex decretorum prouincialium praescripto, cuius rei testimonium obsignatum ab aliquo confessario sacerdote probato ad audiendas confessiones clericorum afferat.

De sacra communione, vt decretis prouincialibus iussum est, crebrius sumpta.

Hoc autem testatum afferat, vel a parcho, vel a praefecto ecclesiae in qua adscriptus est, vel ab alio sacerdote qui Episcopi iussu ministrarit.

Qui subdiaconatum, aliumue sacrum ordinem suscepturus est, scripta praeterea afferat, quibus praeter caetera testetur.

De se ex praescripta formula denunciations in ecclesia cathedrali, & in alijs locis per Episcopum constitutis, publice die festo inter Missarum solemnia facias esse.

Sess. 23. decre. de refor. c. 12.

Aetatem item sanctione Tridentina praescriptam; annos scilicet viginti duos, si subdiaconatum; viginti tres, si diaconatum; viginti quinque annis, si sacerdotium suscepturus est. Centum item, vel ecclesiasticum, vel laicale, quem & pacifice possideri, & tantum esse constet, quantum ad vitam eius sustentandam usum satis esse Episcopus censuerit, secundum prouinciam, vel loci qualitatem.

De censu praeterea denunciations praefinitis supra locis factas esse, atque ad huius concilij praescriptum.

Quicumque vero subdiaconus, aut sacerdos creatus est, id praeter alia testimoniationis afferat, se spirituales exercitationes ad decreti in hoc prouinciali Concilio editi praescriptum praestitisse.

Vt & Episcopo sacram ordinationem habituro, & ijs qui ordinis sacramento initiandi sunt, satis temporis detur, quo praestare possint, quae cunctae vel sacri Tridentini Concilij decretis, vel nostris etiam prouincialibus constitutionibus ante stata illius sacrae ordinationis tempora, in ijs praesertim qui maiores ordines suscipiunt, praestari iussum est; primo Episcopus stans illis temporibus eam de more solenniter celebraturus, duobus ante mensibus, aut amplius minusue pro dioecesis amplitudine, illius habenda diem literis indicat; tum edictum certa verborum formula conscriptum publice proponi, ecclesiaeq. cathedralis valuis, alijsq. vt consuetudinis est, locis affigi, idemq. praeterea a singulis parochis promulgari iubeat.

Quo edicto omnes quicumque vel primam tonsuram, vel ordines minores, maiore sue suscipiunt

Indictio, & edictum de sacra ordinatione habenda.

pturi sunt, ad sacram ordinationem euocet.

Certum praeterea, vel menstruum scilicet, vel, quod ad dioecesanos attinet, longius etiam pro dioecesis amplitudine spatium praestituat, quo ad se omnino illi singuli, qui prima tonsura, aut aliquo sacro ordine initiandi sunt, ante stata ordinationis tempora conueniant.

Certam item diem sacrae ordinationi proximam edicat, qua primo qui in vrbe sunt, rursus alteram; qua dioecesani, qui prima tonsura, aut aliquo ordine initiandi sunt, cum praescripta testimonia afferant, tum stata examina subituri, praestant.

Reliqua praeterea omnia & singula edicat, & commoneat, quae vel a clericis qui initiandi sunt, vel a parochis, sacrae ordinationis causa praestari debent.

Praestanda parochis postquam edictum acceperint.

Proximo autem post illam edicti promulgatione die dominico, parochi qui in vrbe sunt, tum vero dioecesani vbi primum literas indictmentis diei sacrae ordinationis celebrandae acceperint, dominico die proximē sequenti, in sua quique ecclesia illas publice proponant, atque affigant, vna cum edicto de sacra ordinatione, & Episcopi etiam literis pastoralibus, ex praescripta formula per nos edenda, aut alia ratione argumentoue, cum re, quae sancte agenda est, consentaneae, prout Episcopus aliquando expedire censuerit.

Quo dominico promulgationis die, ob sacram ordinationem proximē futuram, in singulis ecclesijs parochialibus, vt alijs decretum est, processio de more agatur, litanijs, supplicationibus publicis, quibus vnusquisque secum mente reputans, quam pauci operarij in messe multa sint, hoc Deum toto corde exoret, vt, qui dominus est messis, ipse mittat operarios in messem suam, ac lumen Episcopo praebet, vt in ijs deligendis, quos ordinibus adscribat; quos vero Episcopus delegerit, ope diuina illi adiuti, in sanctitate, & iustitia ei seruiant, eiusdem gloriam omnibus in rebus sibi proponentes.

Quod, vt eo nomine Deum populus supplex saepius oret; id illum singulis diebus dominicis per mensem ante sacrae ordinationis tempus, crebra cohortatione parochi intra Missarum solemnia praemoneant; at dominico die illam proximē praecedenti, pastorales etiam illas Episcopi literas descripto accuratē iterum recitet; tum praeterea admonitione populum ad illud excitent, vt non modo supplicationes ob eam causam altero Concilio prouinciali decretas, pie, religiosēq. tunc obeat; sed illis ipsis statim qui sequuntur sacrae ordinationis diebus, frequens in oratione pure sanctēq. versetur, vt Dei sanctorumq. ope pijs fidelium precationibus impetrata, & Episcopus ordines ijs conferat, quos viles operarios ecclesia Dei postulat; & qui ordines suscipient, in dies progressus maiores habeant, in vitae morumq. sanctitate, religione, doctrina, ac prudentia.

Episcopus adfit praestant Id Episcopus quantum sibi per occupationes Episcopi

scopales licet, maximē curet, vt cum experimētum, examē de ijs instituitur, qui ordinibus praesertim maioribus initiandi, quique ecclesijs parochialibus praeficiendi sunt, ipse praesens in eo examine adfit.

Quicumque ecclesiasticum aliquem ordinem suscipiturus est, de eo periculum, experimentūue fiat, non solum in literarum scientia; verum etiam in cantus peritia, ad ordines quos suscipiet functiones ritē rectēq. obeundas necessaria; tum praeterea si sacro ordini adscribendus est, in vsu ac notitia, quam in recitandis diuini officij horarijs laudibus, precibusq. habeat.

In testimonialibus ordinis ab vnoquoque suscepti literis, fiat testimoniatione etiam ecclesiae, lociue pij, cui is tum adscriptus est, ex Tridentino decreto.

Praestanda in examine.

Nec vero propterea quominus alij vel ecclesiae, vel loco pio, eundem etiam postea ab Episcopo adscribi liceat, vetitum sit.

Sess. 23. decre. de refor. c. 6.

Stata illa temporum interualla, ordinibus tum minoribus tum maioribus suscipiendis Concilij Tridentini decreto praescripta, ne facile, ac passim sine vilo delectu praetermittantur, omittantur.

Temporum interualla seruantur.

Sess. 23. decre. de refor. c. 11.

Quod si de ijs aliquid ab Episcopo remitti, dispensariue contigerit, id in literis dimissorijs, testimonialibusue ordinum, adscripta etiam dispensationis causa, testatum planē fiat.

Clericus, qui ab suo Episcopo literis testimonialibus, dimissorijsue impetratis, ordinem ab alio Episcopo suscepit; mense post illum susceptum, aut longiori pro loci distantia temporis spatio in eidem literis praescripto, testimoniationem ordinis quem suscepit scriptam suo Episcopo afferat: si vero legitima causa impeditus est, id per alium praestet.

Ordinatus ab alieno Episcopo suum adeat.

At vbi primum poterit, ipse quoque Episcopum conueniat, vt & in eorum, qui ordinibus adscripti sunt, librum referatur; & certae ecclesiae, si nondum adscriptus est, ex Tridentino Decreto adscribatur.

Ibidem. Functiones minorum ordinum qua ratione ad vsum reuocandae.

Vt & minorum ordinum functiones ad vsum reuocentur, & per eos tantum praestentur exercantur, qui in illis constituti adscriptiue sunt ad Tridentinae constitutionis praescriptum; haec decernimus.

Vbi fabrica ecclesiae, capitula, monasteria, vniuersitates, confratritiae, collegiaue item cuiusuis generis, ac alij praeterea quibus homines, laicum custodis, aut monachi, vel alio nomine, certis etiam olim huic muneri attributis bonis, fructibus, redditibus, aut alio quouis modo nomine, etiam pro libito suo constituta mercede, habere adhibereue solent, qui ecclesiam custodiat, aperiat, claudatur, campanas pulset, aliasue huiusmodi ecclesiasticas functiones obeat, aut alius census est, quauis ratione huic sustentationi attributus; ei laici hominis loco clericus deligatur: qui pro ratione ordinum minorum quos suscepit, earum functionum munus praestet; atque is constitutam illi mercedem, aut

N attri-



attributos fructus, redditusue capiat: qui si fatis non sint; illa vel capitula, vel monasteria, vel collegia, vel alij vsupra, ad quos villo modo pertinet, quod deest, suppleant.

In omni vero parochiali ecclesia clericum talem parochus habeat, vt est canonum iure, & prouincialibus nostris Concilij præscriptum: sin autem parochus præ parochialis ecclesiæ tenui redditu, clericum sibi in altari ministrantem sustentare non potest, neque alij sunt qui sustentent; populi sit, totam sustentationem, aut partem que deest, subministrare.

Quibus etiam in cappellis altaribusue, quocunque, vel tituli, vel deuotionis & legati nomine Missæ sacrificium fit, in jis item singulis certum aliquem clericum, qui sacerdoti Missam celebranti inferuiat, sustentari iubemus. Quamobrem vbi non confratres, scholæue, non monasteria, ecclesiasticæue fabricæ, aut locorum piorum curatores, neque alij sunt, qui hoc clericalis sustentationis munus ibi præstare vltro velint, aut qui iure debeant; pro earundem cappellarum, altariumue ratione præstetur: si ex tituli nomine in ijs Missæ celebratur, eorum sumptibus qui titulum gerunt: si ex legato, cuius certa summa sit; mercede ex eo detracta: si ex deuotione, aliouè nomine, illorum impensis id præstetur, quorum nomine illud Missæ sacrificium fit; siue locorum piorum homines illi sint, siue sodalitates, siue vniuersitates, siue priuatus aliquis. Si vero cappellæ, altaris, aut legati centus vsque adeo exiguus, ac tenuis est, quo clerici sustentandi onus sustineri non possit; ea ratio ab Episcopo ineatur, vt contributione vndique ex ijs cappellis, altaribusue, quæ in eadem ecclesia, vel si ita necessè sit, etiã quæ in parochiæ finibus sunt, pro ratione reddituum vel muneris facta, huic clerici sustentationi satisfiat.

Qui clericus omnibus illarum cappellarum, & altarium sacerdotibus in Missæ sacrificio ministrat.

Quibus autem clericis ita vsupra prouisum erit, pro ratione minorum ordinum quos susceperint, ecclesiasticas functiones ijs in ecclesijs, vbi sustentationem capiunt, ipsi præstent.

Quibus vero in Ecclesijs tempore ab Episcopo præstituendo non erit constitutus clericus, clericali habitu indutus, qui sacerdoti Missam celebranti ministrat, quiq. ecclesiasticas minorum ordinum functiones illarum ecclesiarum vsui & cultui necessarias, pro ratione ordinis à se suscepti obeat; in ijs à nullo sacerdote celebretur: nisi rei facultatem ex vrgenti causa concedendam Episcopus iudicarit.

Ne vero laici, neue disciplinatorum confratres, alteriusue cuiusuis confratris homines, ne moniales item, vt canone vetitum est, benedictionem, thurificationemue sibi mutuo, neque vero alijs impartiantur.

Functiones ecclesiæ non exer Clericus ne sacerdoti in altari ante ministrat, q. in illius ministerij functione ritè instructus sit;

& ab eo probatus, qui in vrbe, aut etiam in singulis vrbs regionibus, & in vnaquaque plebe cæremoniarum muneri, ex secundi prouincialis Concilij decreto, præfectus est.

Nec vero etiam ecclesiasticus homo, cantor, sacristæ, custodis, clerici in Missæ sacrificio ministrantis munus, aliamue ecclesiasticam functionem in quauis ecclesia suscipiat; nisi illius vnusquisque muneris in ea ecclesia gerendi, ab Episcopo facultatem scriptam quorundam reuouandam, vita etiam ac moribus ab eodem probatus impetrarit.

Qui aliter susceperit, obieritue, qui item aliter quam præscriptum est, conduxerit, aut receperit; pro modo culpæ arbitrato Episcopi puniatur.

De organista itè, vel laico, vel ecclesiastico homine, idem constitutum sancitumue sit.

Minorum ordinum functiones ac munera à singulis clericis, pro eorum quibus initiati sunt ordinum ratione præstentur, quæ non solum Concilio nostro prouinciali primo præscripta sunt, verum etiã cætera, quæcunque ex sacrorum canonum legibus, & comprobatis ecclesiasticæ disciplinæ monumentis, & ecclesiarum huius prouinciae rationibus, vberius & copiosius expressa, ordineq. tradita, ad totius prouinciae vsum à nobis edentur.

Idq. pter functiones, quas Episcopus ad eos quauis ratione pertinere decreuerit, vel ad cuiusque ecclesiæ dignitatem, vtilitatemue illis imponendas, tribuendaue censuerit, vt est eodem primo Concilio decretum.

Tabella vero ex earum omnium functionum præscriptarum ratione, in omni ecclesia cathedrali, collegiata, & parochiali sit: quæ in sacristiæ loco certo, perspicuoq. proponatur, vt clerici adscripti, suas quique functiones nosse, atque exequi ritè possint.

Clericos quoscunque, certæ ecclesiæ, piouè loco adscriptos, si ab Ecclesiæ cui adscripti sunt, clericali statione, sine Episcopi facultate, eaq. literis exarata, discesserint; ordinum suorum munere, ex eiusdem Concilij, Tridentini functione, Episcopus interdicit.

Nec vero propterea quidquam derogatum alijs decretis, pœnisue sit, quæ de parochorum, aliorumue curam animarum gerentium, cæterorumq. residentia præstanda, vel absentia caudæ, puniendæ, Tridentinis decretis, ac nostris prouincialibus constitutionibus, & edictis præterea Episcopalis constituta sunt; quinimmo illis etiam pœnis, mulctisue cõtra eos agat Episcopus omni iuris ratione.

Episcopus, cum clerum, vt in Concilio prouinciali tertio iustum est, recognoscet; hoc præter cætera videat; an in alicuius clerici titulo, censuue ecclesiastico, vel etiam laicali, cuius nomine is ordinibus adscriptus est, quidquam innouatum sit.

Siq. vel beneficij ecclesiastici cessionem, vel patrimonij alienationem, vel pensionis extinctionem,

cendæ sine facultate.

Tit. 2. decr. 12. pag. 66.

Functiones minorum ordinum præstantur, edendæ ac in tabellam redigendæ.

Prou. 1. par. 2. de funct. minorum ordinum. pag. 30.

Sess. 23. dec. de refor. c. 6.

Episcopus inquirat an aliquid sit in titulo clerici in nouatum. Prou. 3. pag. 95. S. Conuocato.

Sess. 20. decret. de refor. c. 2.

tionem, aut remissionem factam esse comperit; canonum iure, sanctioneq. Tridentina agat, vt iuridicè recuperetur, restituaturue quod vel cessum, vel alienatum, vel remissum, extinctumue, ipsi clerico præiudicium adfert ad vitæ sustentationem: aut si quid alia ratione, pactouè commissum, actumue est, quod vel decreto Tridentino ea de re edito, sacrifue canonibus repugnat, vel fraudem facit: cõtra quoscunque verò, qui tale quippiam admiserint, idem pœnis agat iure canonico cõstitutis, iisdemq. ab synodo etiã Tridentina renouatis.

De beneficiorum collatione, ac prouisione.

Prou. 1. par. 1. pag. 14.

Beneficia curata cuiuscunque generis, vt parochiales ecclesiæ habenda. Sess. 24. dec. de refor. c. 18.

Quæ ad examinationem, & approbationem, & collationem, prouisionemue rō, omnisq. alia diligens cautio, in ecclesijs parochialibus, cuiquæ ex decreto Tridentino sancta, adhiberi debet; illa ipsa omnis in cappellanij, cæterisq. beneficijs ecclesiasticis, quocunque nomine nuncupatis, immo verò in ipsis et ecclesijs, vel cathedralis, vel collegiatae portionibus, quibus ab institutione, vel consuetudine, aliouè quouis iure, & nomine, onus, munusue, animarum curæ, vel exercendæ, vel coadiuandæ incumbit, aut coniunctum est conferendis, in aliouè prouisionis eorum modo, teneatur, ac seruetur omnino.

Quod Tridentinis decretis de eo, qui presentatus est, per Episcopum comprobado, etiam si ad inferiores institutio pertineat, cõstitutum est; id in beneficijs item, vel simplicibus, vel curatis, vel alijs cuiuscunque generis, in quibus etiam electionis, præsentationis, institutionisue ius, monachus, alijsue cuiuscunque ordinis regulis, cæterisue comperit, locum habere Episcopus meminerit.

Presentati etiã à regularibus ab episcopo comprobandi cõ examine. Sess. 25. dec. de refor. c. 9.

Quare si quæ hactenus institutio sine Episcopi cõprobatione facta cõperitur; eam irritam, inanem, ac planè nullam declaret. Ac ne in posterum ita fiat, caueat quàm diligentissime.

Sess. 25. vsup.

Pro auctoritate, canonum iure, & à Concilio Tridentino sibi tradita, Episcopus si idoneos non compererit à patronis etiã quibuscunque presentatos, ne probet, admittatue, neue instituat; nec verò eis villo quouis nomine prouideat; sed planè illos repellat. Idoneos porrò ne censeat, quos experimento examinis interrogationibus diligenter factis, & doctrina, & cantus peritia, & alijs qualitatibus, ad rectè ritèq. obeunda munera, ei beneficio ad quod presentantur, incumbentia, coniunctaue necessarijs, præditos esse non viderit.

Beneficia virtutis & madorum

Neque illos item, quos pro illius beneficij ratione, legitima ætate, sacrorum canonum iure, Concilioq. Tridentino præscripta, esse ex legitimo documento testificationeue non cognouerit.

Fraudes sæpè per eos committi animaduersum est, qui mandati literas Apostolicas, quas vocant

de prouidendo in forma, Dignum, impetrarint, ad duos, qui illas deinceps exequantur, scriptas, ita vt si vnus præstituto tempore nõ exequatur, alter exequi debeat.

Ij enim ab vno, quoniam idonei non sint, reiecti, ad alium tacita quam tulerunt repulsa confugientes, beneficij quod sibi conferri volunt, collationem non idonei aliqui surripiunt. Quamobrem omnibus, singulisq. notarijs, cancellario, actuarijsq. prohibitum deinceps sit, ne si eiusmodi delegatæ executionis acta confecerint, eorum partem, nisi de prioris iudicis exequentis consensu, concessiue, ad canonum præscriptum edant: sed temporis in mandati literis præfiniti spatio confecto, acta omnia, & singula ab se ob eam causam cõscripta, illis ipsis ad alterum istiusmodi executionis iudicem dent, pœnis propositis arbitrato Episcopi irrogandis: vt hic, quid à priore iudice actum, decretumue sit, scire possit, ne in beneficio conferendo surreptio, obreptiouè indubitè insit: indeq. propterea lites existant. Ecclesia parochialis ne deinceps cuiquam per sex menses commendetur; sed vel titulo conferatur; vel si iuris patronatus est, presentatus, electusue, qui ad illius curam gerendam idoneus, disquisitione de more facta repertus est, ad Concilij Tridentini præscriptum instituat. Intererã verò dum vacat, ex eiusdem Concilij decreto, Vicarius constituatur, qui illã regat.

Sess. vsupra.

Liber officiat, isq. in omni Episcopali archidiacono asseruetur. In quo libro diocesanorum beneficiorum cuiusuis generis, cum vacationis certa dies, ratio, modulq. describatur; tunc collationes, ac prouisiones, vt vocant, quæcunque sint, vel à Summo Pontifice, vel ab Episcopo, vel ab villo quouis alio factæ, literarum, diplomatumue exempla, vel sententiæ summatim explicatæ, prout potius esse Episcopus cõfuerit, in eundem referantur.

Beneficiorum vacationes & prouisiones certo libro notandæ.

Itidem seruetur de literis ordinum, quibus singuli eiusdem diocesis clerici initiantur.

Capitula verò, & quicunque sint, qui cuiusuis generis dignitates, canonicatus, aut alia quæcunque beneficia obtinent, literas, diplomata, tabulasue ipsas beneficiorum, quæ quouis etiã vnionis iure possident, Episcopo etiam priuatum postulanti sine mora exhibeant.

Beneficiorum literas Episcopo nõ negandæ ab obtinentibus.

E quibus tabulis tum si quid oneris obligationisue illis inesse apparuerit, tum quidquid aliud expedire idem Episcopus censuerit, id distinctè, explicatèq. exscribi iubeat.

Hocq. omne vt ab ijs ad quos spectat, planè præstetur, idem omni ratione efficiat.

Nemo, cui beneficium parochiale, alteriusue cuiuscunque generis confertur, approbationis de se, etiam institutis examinibus interrogationibus factæ, literas, testimoniumue scriptum exhibere ab ordinario cancellariouè cogatur, cum qui beneficium collaturus, aut cuiusuis prouisionis nomine daturus est, ille ipse ordinarius est, qui eum approbauit.

Testimonij approbationis suffraganeus quibuscunque beneficiatus quibuscunque non cogendus exhibere.

In collatōe be nef. an aliquid accipien.

Vt auaritiæ omnis non modò labes, sed suspicio vel minima ab Episcopi domo, atque ab omni etiam ecclesiastico foro tollatur; ne deinceps in beneficijs conferendis, aut quauis prouisiō ne dandis quidquam vllò cuiusvis generis, ne sigilli quidem nomine accipi exiguè ab vllò liceat, omni prorsus, si quæ huic decreto repugnet, consuetudine, & superiorum Conciliorum decreto antiquato, & abrogato.

Notario tamen, cui pro muneris laboribus certa merces nulla constituta est, aliquid pro opera, quam in literarum scriptiōe ponit, accipere liceat, ad taxam ab Episcopo præfigendæ præscriptam: ita tamen vt pro omni vniuscuiusque beneficij collati, vel prouisionis nomine dati scriptura à se confecta, alioue quotius nomine vel prætextu, plus aureo nummo ad summum ne capiat.

Beneficij possessiōe capiēda.

Ne pro beneficij ecclesiastici possessiōe adipiscēda, plus quàm par est impensæ quis in compluribus instrumentis eo nomine conficiendis vel exscribendis faciat, cum eius bona varijs locis sita sunt; id propterea decernimus & declaramus, liberum esse vnicuique, cui beneficium aliquod collatū, aut quotius prouisionis nomine datum est, illius solum ecclesiæ, altarisuè, in quo beneficij titulus est, & illorum tantum eiusdem beneficij prædiorū, bonorumuè quæ ipse maluerit, possessiōem capere: modò eā capiat tabulis publicè à notario cōfectis.

Beneficiorum pluralitas.

Beneficium etiam simplex obtinenti, quod ad vitam sustentationem satis est, si alterū simplex, aut ecclesia etiam parochialis, aliudue beneficium cuiusvis generis cōferatur, vbi is alterius beneficij, cuiuscunque generis illud sit, possessiōem pacificam adeptus est, aut si per eum steterit, quominus duobus mensibus, quos à die, quo alterum collatum est, præstitimus, illam adipiscatur; primum ipso iure vacare censetur: cui vacanti prouideatur; cum ex Tridentini concilij sententia vnum, & alterum itē ab illo simul retineri nullo modo liceat.

Sess. 24. decre. de refor. c. 17.

Beneficij quacunquē auctoritate deinceps collati, vnde satis ad victum sumitur, possessiōem pacificam quis adeptus, si nulla sibi facultate, dispensationeuè legitima concessa, beneficij prioris quod obtinebat, censum exegerit; ea pœna illi sit, vt quod exegerit, illius duplum ad Ecclesiæ vsum restituat; tum alia ratione et mulctetur plectaturuè Episcopi arbitratu.

Beneficij à minore obtēti ad ministratio nemini committēda sine Episcopi permissu.

Vt prædiorum ecclesiasticorum conseruationi cōsulatur, ac simul occupationibus, vsurpationibus, alijsq. fraudibus occurratur, ne clericus quispiam minori ætate, beneficium ecclesiasticum obtinēs, cuiquam, etiam quocunque sanguinis cognationis uel vinculo vel arctissimo sibi coniuncto, illius beneficij bonorum administrationem, procurationem uel, nisi Episcopi concessu literis exarato committat.

Prou. 1. par. 2. Quæ pert. ad bonorum &c. pag 36.

Idem prætereà clericus minor natu, beneficij quod obtinuerit, prædiorum, bonorumuè omnium inuentarium, ex formula in Cōcilio pro

uinciali primo præscripta, aliquo viro adhibito conficiat, quem Episcopus ei constituerit. Alioquin pœnam luat, eiusdem Episcopi arbitratu irrogandam.

Quæ pertinent ad sanctissimum Missæ sacrificium, & diuina officia.

Prou. 1. pag. 8. & 32.

**D**V M in ecclesia Missæ sacrificium siue cantu, sine absque cantu Episcopus facit, ne interea ab alio sacerdote in ea fiat, quoad ille sacro peracto de more benedixerit, nisi aliqui scilicet ob vrgentē causam permittendū duxerit. Quod institutum, cum Missæ conuentuales ab alijs celebrantur, præsertim festis, solēnibusq. ecclesiarū dieb<sup>9</sup>, vbiq. tū maximè in oppidis pagisue in vsum introduci idē Ep<sup>9</sup> curabit.

Episcopo celebrante nemo in ea ecclesia celebrat.

Episcopus omnibus Missam in oratorio priuato celebrandi facultatibus hætenus concessis, certos limites, modumq. præfiniat; ita vt præter causas, quas magnas & vrgētes is iudicauerit, in ipsis priuatis oratorijs missam celebrari ex facultatibus illis deinceps non liceat, nisi hoc fuerit à sede Apostolica indultum.

Facultates celebrandi in priuatis oratorijs abrogantur.

Quam moderationem diligenter adhibeat itē, si quando in posterum eiusmodi facultatē cōcedendam censuerit.

Ne in oratorio, ecclesiæ, quæ vel nuper extructa est, vel in posterum extruetur, Missæ celebrandæ facultas detur, permittaturuè; nisi saluo iure, ac planè sine præiudicio ecclesiæ parochialis, nisi ob eam Ep<sup>9</sup> quicquid aliter videat.

Populus ad parochialem ecclesiam conueniat.

Curandum est omni diligentia, vt salutarem fructum capiat fidelis populus ex laboribus, & officijs, quæ à parochis diebus dominicis, & festis inter Missarum solemnias, aut diuina officia, vel alia quacunquē occasione præstari, etiā ex Tridentino Concilio, debent.

Sess. 24. decre. de refor. c. 4.

Quamobrem Concilij etiam Tridentini auctoritate, vt in ecclesiam parochialem frequenter, saltem dominicis, & maioribus festis diebus si des conueniant, Episcopus eos quorū pastoralē curam gerit, diligenter, ac sapius moneat. Literas propterea eo de genere ab eodem Episcopo edendas, ac etiam instructiones nostræ cura ad communem prouinciæ vsum conficiēdas, sæpè populo prout vsu venerit, parochus de scripto recitabit.

Episcop<sup>9</sup> in facultate quauis Missarū celebrandarū cōcedenda, prorogandauè, videat ne ab vllò sacerdote plus muneris, q̄ ab eo p̄stari possit, suscipi cōcedat, aut permittat; tum maximè petendat, si parochus est, qui sibi eam facultatem dari petit, an per hebdomadā possit, & suscipiēdo nouo celebrandarū Missarū muneri, & ei, quod in ecclesia parochiali, ex Tridentini, aut primi nostri prouincialis Concilij præscripto, aliaue quacunquē obligationis causa iā debet, satisfacere, & alia prætereà officia obire, quib<sup>9</sup> diebus, aut ad festorum celebritatem, aut ad funus, exequiasue euocatum eò illum conuenire, Missasq. celebrare contigerit.

Facultates missarum celebrandarum quomodo concedendæ.

Sess. 23. decre. de refor. c. 14. Prou. 1. de frequē. diu. sacr. oblat. pag. 16.

Quod

Quod si per ipsum hæc omnia, singulaq. præstari non posse viderit, ne potestate ei faciat noui muneris eo nomine suscipiendi, nisi ob inopiā in ecclesia parochiali diebus ferialibus rariùs aliquantò parochialis muneris nomine, quàm Concilio prouinciali primo iussum est; ideoq. in alia, vel in eadē ecclesia parochiali, alio nomine per hebdomadam, ijs ipsis scilicet ferialibus diebus celebrandi facultatem permitti necessarium Episcopus duxerit, cuius religioſæ conscientia id relinquimus.

In literis concessæ prorogatauè facultatis, suscipiendi vel retinendi muneris Missam singulis vel certis statis diebus, aut ex certa obligatione celebrandi, exprimentur, & altaris cappellauè, & Ecclesiæ vbi illud situm est, nomen & locus, & elemosinæ emolumentum quod inde capitur; statim item dies, & numerus Missarum, quas ibi celebrare stas illis diebus debebit, ex onere à testatoribus, alijsue, aut ab Episcopo imposito, pro facultate quam is à iure communi, vel Tridentino Concilio habet.

Tum etiā exponatur, si quo alio prætereà nomine ipse adstrictus sit, Missam alio loco celebrandi; idq. etiam à parochialis curæ munere legati, alteriusue obligationis causa; qua in ecclesia item & altari, quibus item certis vel stas diebus illud præstare debeat, & quantum inde emolumentum, elemosinæ uel cōsequatur. Tum postremò certum ei facultati concessæ vel prorogatae tempus præfiniatur.

Nec verò in illo celebrationis munere ei perseuerare liceat, expleto temporis spatio Episcopi literis præscripto; nisi facultas iterum confirmata renouataq. sit, aut prorogata ad aliud certum tempus, literis item, & ad præscriptum etiam superiorum Conciliorum nostrorū prouincialium.

Sacerdotes muneris celebrandæ Missæ suscepto satisfaciunt.

Quilibet sacerdos, quod suscepit, muneri Missæ sacrificij faciendi satisfaciat omnino.

Nec verò cuiquam, qui quotidiano eo munere adstrictus quouis modo est, ne semel quidem in hebdomada vt alibi Missam celebret, id prætermittere vllò prætextu liceat; nisi aliquādo eius cui id curæ Episcop<sup>9</sup> dederit, aut si ne mini dederit, rectoris præfatiuè ecclesiæ consensu sacerdotem aliū ante in locum suum substituerit, qui id præstet, quod in ea ecclesia ipse debet.

Sin autem certis hebdomadæ diebus, sacerdotes complures in eadem ecclesia ob aliquā cuiusvis generis causam rationem uel Missæ sacrificium facere debent; id vt stas certisq. ijs ipsis diebus illi omninò præstent, curet planè rector ecclesiæ, aut si præsertim ecclesia collegiata, vel aliàs frequens est, alius quem ei cura Episcopus præfecerit.

Quod si alij item sacerdotes sunt, qui in illa ecclesia incertis tamē diebus munus impositum habent Missæ celebrandæ: tunc idem rector, præfatusue, cappellanis sacerdotibus vocatis,

req. cū eis tractata, certos vnicuique dies præscribat, quibus in ea ecclesia Missam celebrēt: vt singulis si fieri potest hebdomadæ diebus, Missarum celebrationes rectè atque ordine distributæ peragantur.

Cappellani per se non per alios satisfaciunt.

Qui cappellas obtinent, ipsi per se, non alij eorū nomine, Missæ sacrificium, diuinaq. officia, quæ illarum rectores præstare debent, in illis celebrent; si modò vel aliud ecclesiasticū beneficium, quod residentiæ personale munus requirat, non habeant; eoq. impediti, debita ijs cappellis officia gerere non queant; vel eandem institutione, dotationeuè, aut legato, aut donatione, aut facultate ab Episcopo impetrata, in illis obeundis Cappellani officijs aliena opera, ministeriouè vt possint, vel alia quauis ratione causauè impediti sint.

Singula verò, ob quæ cappellanus aliquis se à debito cappellani officij munere immunem putet, asserat, quominus per se ipsum præstet, ab Episcopo cognoscatur, ac probetur itē. Quicumque sacerdos in altari certo Missam celebrare debet, si in alio celebrarit; ne, quod debet, præstitisse censetur; nisi Episcopi, alteriusue, cui ille id curæ commiserit, iussu, concessu, permissuè aliquando fecerit.

Si eodem tempore, & in eadē ecclesia Missæ plures aliquando etiam pro mortuis celebrandæ sunt, in altaribus ita inter se disinctis celebrentur, vt sacerdos alter ab altero non perturbetur, neque si fieri potest audiatur; sin autem hac de causa tempus non patietur, eo die Missas omnes quæ debent celebrari, in alium potius diem aliquæ differantur, vt huic decreto pareatur, quod ad religioſum cultū illius sanctissimi sacrificij spectat.

Missæ parochialis & aliæ item qua hora celebrandæ.

MISSÆ parochialis sacrificium die festo, circiter duabus post solis ortum horis, alijs etiam diebus ea hora, quæ populo vniuerso pro loci ratione Episcopi iudicio magis accommodata erit, in omni ecclesia parochiali celebretur, datis semper antè stas campanæ signis, ijsq. horæ dimidiæ interuallo distinctis, vt in tempore populus conuenire possit.

Si præter parochum alius etiam sacerdos est, qui in ea ecclesia Missæ sacrificium facere debet; id omni die in aurora celebret, vt qui iter facere, vel aliud quidquā ruri præsertim agere necesse habent, interessè possint, neque propterea omittant.

Si verò plures sunt sacerdotes, qui ibi, aut in eiusdem parochiæ finibus Missam celebrent, tunc vt decretum est prouinciali primo Concilio, vnā in aurora, reliquas deinceps debito interuallo distributas, postremam verò quò tardius potest, prout populo commodius erit, celebrent ad præscriptum tabellæ à rectore parochialis ecclesiæ, vel ab alio conficiendæ, cui Episcopus id munus dederit; nisi dies fest<sup>9</sup> sit, quo excepta illa prima quæ in aurora celebratur, nullam omnino celebrent ante peractum Missæ parochialis sacrificium, etiam in

Prou. 1.

N 3 eccle-

ecclesijs, cappellis, oratorijs, seu secularibus, etiã scholarum & confratriarum etiam laicalium, intrã fines vniuscuiusque parochiã constitutis, nisi parochus ob causam, certa præscripta hora, ante facere concesserit.

Quod si die festo etiam, per illud Missæ sacrificium quod in aurora fit, populus à parochiali Missa auocetur; tunc Episcopus illud etiam festo die post Missam parochialem fieri celebrari iubeat.

Episcopi verò facultas, & iudicium sit, id omne quod ad Missæ celebrandæ horam spectat, pro temporum, locorum, causarumq. ratione aliter statuere, permittere, ac iubere.

Proinde tabella, in qua certa omnis illa celebrationum distributio, dies scilicet, hora, & altare, tum sacerdos qui celebrare debet, aptè descripta appareat, in sacristia loco conspicuo proposita, atque affixa sit.

Liber Missarum celebratarum in Sacristia habendus.

Quò citius, atque exploratius Episcopus sciat, eorum qui sacri faciendi causa aliquid piè vel legarunt vel dederunt, voluntati, per illos quorum interest, verè satisfactum esse; ac rursus si quid ea in re neglectum, aut omissum, prætermisum est, id opportunè vt fiat, prospicere, cauereq. possit; hæc decernimus, ac statuimus.

In vnaquaque ecclesia liber deinceps singulis annis, vel alio certo tempore renouandus, perpetuò sit; in quo, & anno, & mensè, & die primùm notato, vnusquisque siue parochus, siue cappellanus, siue alius sacerdos, qui quouis obligationis nomine in ea ecclesia Missæ sacrificium fecerit, in singulos dies, vbi id perfectum, manu sua subscribat; & nominatim breuiter exponat, se illud præstitisse, aut parochialis ecclesiæ, aut cappellæ, legatiuè pij, aut anni uersarij, aut funeralis officij nomine.

Cui præterea libro singulis diebus subscribat is, quem in qualibet Ecclesia Episcopus statuerit: qui item, si ipse est, qui Missæ sacrificium eo quouis nomine fecerit, ipse item manu sua subscribat, quoties aliquo eo nomine Missam celebrarit.

Is liber tuto sacristiæ loco asseruetur.

Quibus verò locis, ecclesijs, seu Missæ plures, quam tres quotidie celebrantur, Episcopus præter has cautiones punctatorem etiam secretum, vbi opus esse viderit, constituit, etiam poterit; idq. secretò etiã, si ita expedire videbitur, qui iuratus in singulos dies notet, si qui erunt, qui debito Missæ celebrandæ muneri defuerint.

In vrbe verò aliqui ecclesiastici viri, ab eodem Episcopo probati, in diocesi item, Vicarij foranei, alijs ab Episcopo etiam constituti, libros Missarum celebrationibus notandis præscriptos, sæpè etiam de improbitate recognoscant: inspicientq. præterea notaciones per punctatorem occultè factas: ac singulis mensibus, aut tertio quoque mensè, cum vnoquoque cappellano præstiti muneris sui rationes inibunt; tum etiam illius testimonium scriptum in itæ rationis dabunt.

Nec verò cuiquam cappellano nō titulari, qui munus celebrandi certis statutis diebus, aut ad certum tempus, aut in perpetuum susceperit, quidquam mercedis, elemosinæ, ex legatis pijs, alijs quavis ratione à quibusuis solvatur; neque id exigat absque Episcopi, eiusuè cui id curæ ille dederit, mandato, eoq. scripto: quod ne detur, nisi pro ratione præstiti muneris, cuius testimonium scriptum ab eo de quo supra re ipsa exhibuerit.

Anno autem expleto, vel breuiori temporis spatio, quidquid ob prætermisum celebrandarum Missarum munus cappellano tribui nō debet; id omne fabricæ ecclesiæ præfectis, aut corporis Domini confratribus in ea ecclesia constitutis, vbi ille Missarum muneri defuerit, aut alijs depositarijs solvatur ab Episcopo constitutis: vt quot Missas celebrari ab eo prætermisum est, totidem eo nomine ab alio sacerdote celebrentur; aut ad ipsum in ornamentorum, quæ eidem altaribus, cappellis, seu vbi sint, apparatus erogetur, prout Episcopus expedire existimauerit.

Vt autem & hoc diligentius præstetur, & sacerdotibus consulatur, qui ob Missæ celebrandæ munus susceptum ac præstitum, elemosinas sibi debitas magno cum negotio, sæpèq. cum detrimento ab ijs qui tribuere debent, consequuntur; Episcopus, vbi expedire viderit, certos aliquos, probatosq. homines depositarios deligat; quorum munus sit, illas exigere, custodire, tū statim temporibus pro ratione supra præscripta cappellanis sine mora soluere.

Et quoniam qui cappellas, altaria, alijs beneficia ecclesiastica in titulum obtinent, quibus Missarum munus aliquod incumbit, nō ab hæc redibus eorum, qui legata pia reliquerunt, vel ab alijs eiusmodi, sed ipsi per se fructus cappellarum, altarium, seu suorum exigere solent; cum ijs sequestri ratione, omniq. alio modo Episcopus agat; vt si muneri suo illi celebrandis Missis defuerint, fructuum restitutio locum habeat, eaq. ad præscriptam vsupra rationem, piè, vtiliterq. erogetur.

Quam sequestri, & multæ rationem omnes adhibere debent, vt opus fuerit, cum cappellanis quoque illis, qui etiam legati nomine, vel alia eiusmodi causa Missas celebrandas ad certum tempus, vel in perpetuum suscipiunt.

Qua in ecclesia, pro frequentiori, qui ob festi diei, indulgentiæ, celebratorem, aut ob perpetuum populi, ac præcipuum deuotionis studium sit, ad eam concursu, elemosina & crebrior & vberior Missæ celebrandæ nomine datur; in ea ne cuiquam sacerdoti eiusmodi elemosinam ob Missæ celebrationem villo modo aut prætextu Hagitare, ac ne spontè quidem oblatam accipere liceat.

Verum vnusquisque sacerdos illam in capsula certo ecclesiæ loco, aut pro sacristiæ foribus eo nomine collocata, deponendam curet.

Cui capsulæ statim illis frequentioris concursus

qua ratione distribuenda elemosina, à populo festi diei, aut indul. occasiõe erogata.

sus diebus, rector ecclesiæ, aliusuè cuius interest, aut is cui Episcopus hoc munus dederit, certum aliquem clericum spectata probitate præficiat; cuius sit illis diebus apud capsulam assidere, tum sigillatim ordineq. notare, quæ Missarum, aliarumq. precū nomine elemosina detur accipiaturuè, vt pro illius notationis ratione rector, aut sacrista, aut ille quem Episcopus constituerit, sacerdotibus illius ecclesiæ, alijsuè ad diuina officia concelebranda eo celebritatis nomine euocatis, statim præscribat; quid pro elemosina oblata vnusquisque eorum illis diebus præstare debeat, quò plenius eorum qui obtulerint, voluntati satisfiat.

Peractis autem diuinis officijs, quæ elemosina eo nomine in capsulam coniecta est; illam idem vel ecclesiæ rector, vel alius vt mox supra, sacerdotibus ita distribuatur, vt eorum vni cuique partè pro ratione ministerij, officij, seu præstiti, ex Episcopi præscripto congruam tradat.

Quidquid autem supererit è capsula depromptum, apud virum probum, quem Episcopus delegerit, deponatur; vt aut in aliam, quæ in eadem ecclesia fiet, celebrationem Missarum piè conferatur; liceat tamen in alias res erogari, necessariò comparandas ad Missæ sacrificij cultu decentius in ea ipsa ecclesia peragendū; si ob ecclesiæ inopiã ita Episcopus cõcesserit.

Cuius etiam iussu in tabellam sacristiæ referantur, si quæ commemorationes eo nomine, pro ijs qui piè contulerunt elemosinam, deinceps faciendæ erunt ab ijs, qui in ea ecclesia Missæ sacrificium facient.

Qui verò parochi propè eas ecclesias habitant; ij iubente Episcopo, populum suæ curæ commissum, diebus præsertim qui proximè præcedunt, illos certos dies frequentioris elemosinæ moneant, vt hac constituta elemosinas eiusmodi recipiendi ratione, quas elemosinas Missarum celebrationi dare quisque velit, eas non sacerdotibus, aut clericis tradat, vel alijs, sed in capsulam deferat eo nomine constitutã.

Missæ initio psalmus, *Iudica me Deus*, & in fine euangelium sancti Ioannis euangelistæ, in principio erat &c. dici ne vnquam omitatur; nisi cum aliter in Missarum rubricis notatū est. In cæteris item ne quid addatur, nec verò detrahatur, ac ne quidquam mutetur: sed ad vnumquem id omne dicatur, quod in Missali nuper Pij V. Pont. Max. iussu edito præscriptū est.

Si quem parochum, aliumuè sacerdotem Missali Romano quod item Pij V. Pont. Max. iussu editum est, Episcopus ad Missæ sacrificium deinceps non vti compererit; à Missæ celebrandæ munere illum arbitrato suo suspēdat; tum pro culpæ contumaciæ ratione, alijs præterea pœnis afficiat.

Vt exploratum sit, an sacerdotes statarum ceremoniarum vsu, peritiãq. teneant; ipse Episcopus, cum aliquando Missæ sacrificio quod illi faciunt, alios peritos sacerdotes præ-

sententes adesse iubeat; tum aliquando singulos euocer, eorumq. in Missæ sacrificio ritè faciendõ exercitationem ac peritiã per examè experiendõ cognoscat.

Quod prouinciali secundo Concilio iussu est, in Missa conuentuali, & parochiali, cum corpus Domini eleuatur, signum sono campanæ dari; in alijs Missis id ita præstetur, vt tunc paruulum tintinnabulum, aut à latere altaris appensum, aut è sacristia allatum, à clerico ministro certis distinctis ictibus pulsetur.

Cum sacerdos ad altare accesserit, Missæ sacrificium facturus; clericus qui tunc illi ministraturus est, vbi alius non sit qui tunc hoc officium præstare possit, circumspiciat modestè astantes; & si quempiam animaduenerit mar-

em, vel fœminam incomposito corporis habitu, aut alijs contra præscriptas regulas prouincialibus nostris Concilijs, cum iniuria vel irreuerentia sanctissimi illius sacrificij interesse, moneat grauitè, vt opus erit: neque sacerdos ante Missæ initiũ faciat, quàm omnes qui adsunt, quemadmodum etiam Tridẽtino Concilio curæ Episcopi commissum est, decenter composito corporis habitu declarauerint, se mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non solum corpore adesse.

Missæ verò in inchoata, si quid eiusmodi fiat; hoc idem officium admonendi itidem ille minister clericus præstet modestè, & grauitè.

Si quis verò ab ijs de eiusmodi monitis non resipuerit, quàm primum eorundem cura deferatur ad Episcopum, vt iure cum eo efficacius agatur.

Clericus sacerdoti Missam celebranti ministrans, semper indutus sit superpelliceo puro & mundo, eoq. nō lacerato, neque vlla alia ratione indecenti: si contra fecerit, tum ipse, tum sacrista, tum ecclesiæ præfectus, tum sacerdos etiã qui sibi ministrare permisit, plectatur arbitrato Episcopi.

Hostias pro sacra Eucharistia conficienda non laicus homo, nec verò fœmina faciat.

Vrceoli qui ad sacrificij vsu adhibentur, quò distinctius, atque certius aqua à vino dignosci possit, ne è stamno, argento, aliouè metalli genere sint; sed planè è vitro, eoq. perlucido, aut è chrystallo confecti: itidem operculum oris habeant.

Caueatur, cum in Missæ sacrificio, quod etiam si ne cantu sit, Missalis, aut Euangelistarum liber, aut pacis instrumentum cuiquam, vel Principi, vel Magistratui, vel alij ad osculandum præbetur, ne id munus per laicum hominem, sed per clericum præstetur.

Quædam de missis pontificalibus.

Quædam de missis pontificalibus.

Quædam de missis pontificalibus.

Innoc.

Tit. 2. decre. 6. pag. 66.

Sess. 23. decre. de obseruan. & euit. in celebr. Missæ.



Innoc. Tertius Pont. Max. vehemēter doluit. Cui sanē rei, in prouincia nobis commissa prospiciendum, atque consulendum est pastoralis cura nostra, iam sanctionibus Tridentinis, auxiliante Christo Domino excitata ad reuocandam, restituendamq. ac studiosē retinendam pristinā pietatis disciplinam, atque vsum.

Et si igitur multiplicibus alijs Episcopalibus curis, ijsq. varijs, & quæ etiam ad continendos in obedientiā, disciplināq. Christianā officijs populos attinent, pluribus hoc tempore Episcopi distinentur; at solemnioribus tamen diebus, quibus religionis Christianæ mysteria celebrantur, in diuinis officijs, sacrisq. solemniter faciendis, illos frequētius, ac studiosius versari oportet.

Itaque his solemnibus, festisq. diebus infra ordine præscriptis, quibus, & patrum monumentis, & veteri rituum, cæremoniarumq. Romanarum codice, eoq. comprobato, & antiqua, religiosaq. nonnullarum huius prouinciæ cathedralium consuetudine, ab Episcopis, prout etiam ipsa Christianæ religionis mysteria postulant, solemniter fieri traditum est, Missæ sacrificium solemniter, pontificali q. cæremoniarum ritu ab eisdem celebretur.

In sanctissima Natiuitate Domini nostri IESU CHRISTI.

Die solemniter Circumcisionis, quæ est octaua Domini.

Die solemniter Epiphaniarum.

Feria quinta in Cœna Domini.

Die sanctissimo Paschæ Resurrectionis.

Die sanctissimæ Ascensionis.

Die sanctissimo Pentecostes.

Die solemniter sanctissimi corporis CHRISTI Domini.

Die natalis S. Ioannis Baptistæ.

Die festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli.

Die Assumptionis Beatissimæ semper virginis Mariæ.

In solemnitate omnium Sanctorum.

Die festo sancti, sanctæque, cuius nomine ecclesia cathedralis dedicata est: & die præterea festo præcipui patroni ciuitatis.

Die consecrationis ecclesiæ anniuersario.

Die item consecrationis suæ anniuersario.

Die primo synodi diocesanæ.

Diebus stans, quibus sacras ordinationes solemniter Episcopus habebit.

Diebus præterea alijs pro consuetudine suæ ecclesiæ, tum alijs item, quibus ex graui præsertim causa Missæ sacrificium solemniter ritu celebrare eorum vnusquisque censuerit.

Quo studiosius autem religiosa sua sollicitudine, sanctissimāq. pietatis exemplis fidelium animos, atque mentes ad religionis Christianæ officia Episcopi inflamment; hoc etiam pro pastoralis officij munere curent, vt quibus diebus Missarum solemniter in basilica cathedrali concelebrant; iisdem, quod antiqui instituti, consuetudinēq. fuit, & vesperarum officium,

& matutinum solemniter ipsi obeant.

Tum præterea ijs diebus, vt religiosi cultus exemplo, sic sacra pastoralis concione, aut sermone intrā Missarum solemniter fideles sibi commissos pascere nullo modo omittant.

Fideles verò quò magis à pastoribus suis religiosæ vitæ exemplis, consilio, spectatisq. virtutibus adiuuantur; eo vehementius se in omnem bene, sancteq. agendi partem excitare, cum cumulatius Christianæ disciplinæ officia præstare eos oportet.

Quare festis his diebus, cum frequentissimi ad Missarum Episcopaliū solemniter conuenire studeant; tum è sacra benedictione Episcopali aliquem salutarem fructum, largiente Domino consecuturi, ne antè inde discedant quàm ab Episcopo illam demisso humiliq. animo, & genibus flexis de more acceperint.

Vt id sanè omni studio illi præstent; cum eos crebrò præmonere, tum graui sermone cohortari parochi sollicitè curent.

Missæ sacrificium cum solemniter, præterquam pro mortuis fit, cui Episcopus præsens adsit, canonici, & aliqua illi ecclesiæ dignitate præditi quo tempore hymnus, *Gloria in excelsis*, & symbolum item, & alia eiusmodi canuntur, ad Episcopum ordine veniant, in cuius conspectu corona facta, tunc simul cum eo singulas illas Missæ partes dicant, pro cæremoniarum ritu, ac ratione.

QUIBUS in Ecclesijs cathedralibus dum vesperarum, aliarumq. canonicarum horarum officia, Missarumq. solemniter ab Episcopo solemniter fiunt; canonici item, quiq. dignitatem obtinent, pluuialia, aliaue sacras vestes pro libri pontificalis Romani ratione non induunt; in ijs ex eiusdem, & aliorum item de cæremonijs ritè cõscriptorum, probatorumq. librorum præscripto ad vsum introducatur, aut intermissus reuocetur ille Episcopalis officijs conueniens, pluuialia, aut dalmaticas, aliumq. sacrum vestitum, vt pote planetas, certis stans diebus induendi mos.

Itaque vbi illa indumenta totidem non sunt, quot pro induentium numero esse deberent, quam primum ad officiorum, pontificio solemniterq. ritu, vt decet, celebrandorum vsum comparentur communi vniuersi Capituli sumptu: nisi iure, aut consuetudine, aliaue ratione à sacristia, vel à fabrica, vel à singulis canonicis eum sumptum præstari oportere Episcopus censuerit; tuncq. à quibus debetur, planè præstetur temporis spatium, quod idem Episcopus præscripserit.

In cæteris quoque omnibus, quæ ad cæremoniarum rationem, ritumq. pertinent, regulæ in libro pontificali, cæremoniali q. item probato de diuinis officijs, pro temporum ratione ritu Romano præscriptæ, diligenter, & accuratè omnino seruentur.

Id autem omne præstari, atque in vsum omnino introduci, Episcopi cura sit.

Peracto

Peracto Missæ conuentualis sacrificio, vesperarum officijs in Ecclesia absolutis, in quibus Episcopus præsens aderit, diebus dominicis, ac festis, & alijs item, quibus ex cæremoniarum Romanarum vsum, ritumq. moris est, solènter ipse benedicat.

Quod sanè etiam præstet peractis solemnibus processionibus, alijsq. id generis officijs.

CVM Episcopus stans præscriptis diebus quibus debet, vel quia abest, vel morbo, aliaue causa occupatus distinetur, Missam, vesperarum, aut alia diuina officia solemniter non celebrat, tunc eius loco hoc præstet, qui in ecclesia cathedrali primam sacerdotalem dignitatem obtinet.

Hic verò si aliquando abest, aut impeditus est; is qui post illum sacerdotalem item dignitatē, vel canonicatum obtinens, alijs dignior non impeditus adest, id munus obeat.

Episcopo in vrbe etiam extra ecclesiam cathedrali pontificalia munera obeunt, vt pote consecranti, vel reconcilianti ecclesias, cæremoniarum, aut ordines factos, aut confirmationis sacramentum, aut sanctissimam Eucharistiam frequenti populo ministranti, aut alia huiusmodi munera pontificalia exercenti, cum is iusserit, assistant, inseruiant, ministrentq. quicumque ex ijs qui dignitates obtinent, & de capitulo, ac reliquo ecclesiæ clero eidem Episcopalia munera in ecclesia cathedrali exercenti, inseruire, assistere, ministrareue solent, aut debent.

Archidiaconus etiam si sit sacerdos, vel præbendā etiam sacerdotalem præter Archidiaconatum obtineat, Missæ sacrum solemniter Episcopo celebrante, vt & in Metropolitana, & in alijs huius prouinciæ ecclesijs compluribus moris est, suiq. muneris, euangelium canat; vel vbi ex consuetudine id non feruetur, omnino vt Diaconus diaconalibus vestibus indutus, Episcopo assistat.

Archipresbyter autem officio assistentis ad librum inseruiat, nisi ex consuetudine, Præposito, vel alteri dignitate sacerdotali præditi id competat.

Cui muneri qui sine legitima causa ab Episcopo approbata defuerit, distributionibus illius diei sibi debitis, & grauius ex cõtumacia eiusdem, Episcopi arbitratu mulctetur.

Quod religiosi instituti, piæq. consuetudinis fuit, & in compluribus adhuc huius prouinciæ ecclesijs aliqua ex parte retinetur, pontificali q. libro antiquo traditur, de diaconi, alteriusue ministri, & chori officio in episcopali benedictione; id ad vsum vbique reuocari, pastoralis curæ est: cum præsertim ad inflammandam fidelium pietatem, præparandamq. in ea episcopali benedictione attentionem attineat.

Itaque diebus Dominicis festisq. cum Episcopus benedictionem de more impartiet, diaconus, vel alius minister, ad quem de more pertinet, cuius Episcopus iusserit, ad populum conuersus, his cantu solemniter pronuntiandis

uocibus præeat. *Humiliate vos ad benedictionem.* Tum à choro respondeatur. *Deo gratias.*

In maioribus autem solemnitatibus aliquantò id solemniter præstetur; ritu scilicet, qui in antiquo libro pontificali ita præscriptus est, vt chorus primò dicat: *Princeps ecclesiæ pastor ouilis, tu nos benedicere digneris.* Tum diaconus respondeat: *Humiliate vos ad benedictionem.* Post clerus humili voce concinat. *Deo gratias semper agamus.* Demum episcopus solènter benedicturus, dicat præscriptas pro temporum ratione orationes, quæ ex libro antiquo pontificali descriptæ edentur.

QUOD ex Felice Quarti Pontificis Maximi Anniuersario sanctione in Concilio prouinciali tertio decretum est, episcoporum prouinciæ consecrationes quotannis solemniter celebrari; id ita deinceps præstari decernimus.

Die anniuersario consecrationis, si Dominicus vel festus sit, Episcopus solemniter celebrante de eo Dominico, festiue die Missam celebret, ad iuctis pro se orationibus in Missali Romano nuper edito præscriptis.

Si verò consecrationis anniuersarius dies in feriam, aut festum simplex cadit, Missæ sacrificium solempne de consecratione, prout in Missali Romano faciat.

Quo consecrationis die Episcopus exemplum etiā sequatur atque amplectatur sanctissimorum episcoporum, pontificumq.; qui suscepti muneris curam, onus, & sollicitudinem in memoriam reuocantes, anniuersario eo die non solum sacrificio religiosiq. precibus diuinæ bonitati gratias agere non desiterunt; sed cõcionibus pastoralis charitate plenis, clerum populumq. expositis multiplicis suæ curæ partibus, excitare voluerunt, cum ad opem sibi à Deo implorandam, tum ad omnia religiosæ pietatis officia colenda.

Vtq. consecratio Episcopi à sacerdotibus etiam sacrificijs, & à reliquo clero pijs precibus recolatur; in calendario anniuersario die suo notetur: tum populo etiam vt moris est, denuncietur, vt is quoque sanctius illum diem veneretur: tum pro charitatis officio, quo erga Episcopum & patrem esse debet, vehementius excitetur ad preces pro illo pie adhibendas.

QUOD pij religiosiq. instituti in ecclesia fuit, quemadmodum ex sanctorum patrum monumentis, ex antiquo cæremoniali codice accepimus, vt nocte Natalis Domini, Missa quæ in aurora celebratur, sicut illa in media nocte, & altera in die ipso Natali caneretur; eadem in omni prouinciæ nostræ cathedrali, & collegiata ecclesia sub auroram etiam canatur, præsertim omni clero, qui diuinis officijs interesse solet, aut debet.

Quicumque defuerit, illa distributionis medietate mulctetur, legitimo impedimento cessante, quæ proportionabiliter amitteret, si à Missæ sacrificio solemniter, quod media nocte fit, abesset.

Idem

Idem quoque præstetur in parochiali quacun-  
que ecclesia, ubi alia duæ eiusdem diei Missæ  
canuntur.

Quibus diebus ex Missalis Romani rubricarum  
præscripto, in ecclesijs cathedralibus, & colle-  
giatis Missas duas conuenticales celebrari oportet,  
ex ambæ canantur; tum cantu item cele-  
bretur, si quæ præterea alia Missa eodem vel  
alio die, ex consuetudine, legatouè pio, aut a-  
lio iure ibi cani debet.

Quod si capitulum præstare omiserit, neglexe-  
rit; non solum illius diei, in quo huic mune-  
ri defuerit, verum alterius etiam diei distribu-  
tionibus mulctetur; & alio die suppleantur  
omissa.

**Quædam de ritu diuinorum officiorum.**  
DIEBUS Dominicis, festisq. alijs, quibus of-  
ficiu duplex peragitur, canonicus hebdoma-  
darius, dum vesperarum officium obit cele-  
bratue, pluuiiale induat; tum etiam duo eccle-  
siæ ministri pluuiialibus indui adsint, eaq. mu-  
nera præstent, quæ præstari moris est.

Idem præterea diebus, diuina singulari horarum  
canonicarum officia, psalmi scilicet, hym-  
ni, antiphonæ, responsoria, & reliquæ hora-  
riæ preces, non verbis recitentur, sed stata mo-  
dulatione canantur.

In matutino tamen officio, & prima, si ita Epi-  
scopo videbitur, præterquam in anniuersarijs  
festorum dierum solemnioribus celebrati-  
bus; canora, distincta tamen vocum pronun-  
tiatione psalmos dici liceat; at hymni, anti-  
phonæ, responsoria, & reliqua eiusmodi, tum  
præterea psalmi ad laudes, stata omni cantus  
modulatione omnino pronuncientur.

Vbi verò vel instituti, vel consuetudinis est,  
festis diebus, matutini etiam, vel primæ psal-  
mos, aut alijs præterea ferialibus diebus reli-  
quarum horarum psalmos, & omne officium  
cantu præstari: illud institutum, consuetudi-  
nem perpetuò retineri iubemus.

Si verò quid aliquando inciderit, quamobrem  
diuina officia diutius, quam temporis ratio po-  
stulat, protracta sunt; tum Episcopi concessu,  
iussuè, horaria sextæ & nonæ officia, si mi-  
nus stato cantu possunt, verbis solum, distin-  
ctè tamen, & in choro pronuncitari, & præsta-  
ri licebit.

Festis verò, Dominicisq. diebus, & alijs, qui-  
bus concio, aut solemnis processio, aut sacra  
ordinatio habetur, si matutinum officium me-  
dia nocte non dicatur, ita saltè anticipata Epi-  
scopi iudicio hora inchoetur, vt & aliarum de-  
inceps horarum officia, & Missas singuli sacer-  
dotes, & Missam conuenticalem collegiatam,  
tempore suo ex instituto peragant, & concio-  
ni interesse possint.

Quod de Assistente pluuiiale induto in concilio  
prouinciali primo decretum est, ita duntaxat  
locum habere decernimus, vt Episcopo, & alijs  
episcopalibus vtenti is adhibeatur; alijs præte-  
rea nemini.

Dominicis, & festis, & alijs item diebus, quibus

officiu duplex peragitur, canonici duo, vnus  
qui diaconale, alter qui subdiaconale ministe-  
rium præstet, canonico sacerdote Missam con-  
uenticalem celebranti ministrent.

Sicubi verò alijs etiam diebus per canonicos  
id præstari solet, id deinceps etiam seruetur  
perpetuò.

Vbi verò præ paucitate canonicorum, illis ca-  
nonicis duobus in Missæ conuenticalis sacrifi-  
cio ministrantibus, numerus eorundem qui in  
choro adsint, congruus Episcopi iudicio non  
erit; liceat eidem Episcopo alios duos non ca-  
nonicos statuerè, qui illis duplicis officij die-  
bus, qui tamen ex præcepto, consuetudineuè  
non coluntur, loco canonicorum, diaconale,  
& subdiaconale ministerium obeant.

Omnino autem diebus etiam ferialibus dia-  
conus, & subdiaconus dalmaticis induti, Missæ  
inseruiant in cathedralibus, & collegiatis ec-  
clesijs quibuscunque; nisi vbi Episcopus cen-  
suerit ministrorum numerum adeò exiguum  
esse, vt id fieri non possit.

Cuius item Episcopi ius sit decernere, qui mu-  
nus huiusmodi præstare debeant, si modò il-  
lud iam attributum perpetuò ex institutione,  
vel consuetudine non sit.

Dignitatem obtinenti, & canonico item, & alijs  
cuiusque chori officijs adstricto, almutiam,  
superpelliceum, cappam, aut aliud canonica-  
le, aut proprium sui ordinis vestimentum, pro  
temporis, vel diuini officij quod obit, vel pro  
sui in ecclesia, chorouè muneris ratione non  
induto, distributio statæ canonicæ horæ ne de-  
tur, in qua hic, illeuè sine eiusmodi indumen-  
to adfuerit.

Ne quis canonicus, dignitateuè præditus, aut ec-  
clesiæ cuiusuis minister, clericusue quicunque,  
dum horarijs diuinarum precum officijs inte-  
rest, aut processiones, funera, vel functiones  
ecclesiasticas obit, superpelliceo, alioque sacro  
indumento indutus, chyrothecis etiam ma-  
nus induat.

Horæ sextæ, & nonæ item officia diuina, antè,  
aut post Missæ conuenticalis sacrificium, pro  
ratione temporum, & officij diuini, ad præ-  
scriptum rubricæ Missalis Romani celebren-  
tur; nisi aliquando vrgens causa incidat, quam  
obrem illa alio tempore, quam præscriptum  
est, in choro tamen celebrari, peragiq. Epi-  
scopus iusserit.

Quibus in ecclesijs diuinum canonicarum hora-  
rum officium de beata Maria Virgine recitari,  
aut solet, aut debet, earum clerus vniuersus  
illud in choro præfens pariter recitet, atque of-  
ficiu quod de Domino dicitur; id verò ita,  
vt singulas horas canonicas vnus officij, cum  
singulis alterius, ex Breuiarij Romani præscri-  
pto ordine coniungat.

Quicumque ab vnus horæ officio de beata Ma-  
ria abfuerit, distributione illius horæ perinde  
mulctetur, ac si ab horæ eiusdem officio, quod  
de Domino recitatur, abfuerit.

Ca-

Calendarium, quod ex Concilij prouincialis pri-  
mi decreto pro certa diuini officij recitandi ra-  
tione, quorannis edi oportet, si minus constar,  
à quo confici, ediuè debeat; Episcopus deligat  
constitutuè qui hoc præstet, neque id cuiquæ  
recusare liceat.

Ita verò à quo debet, in tempore conficiatur,  
vt & mense saltè antè Natiuitatem Domini  
in lucem emissum sit.

Antè verò quam prodeat, Episcopo tradatur,  
qui recognoscat, aut ab aliquibus, quos eius rei  
peritos delegerit, recognosci iubeat.

De sancto, cuius sacrum corpus, aut caput, aut  
brachium, aut crus, aliæue sacræ reliquiæ Epi-  
scopi iudicio insignes asseruantur, duplex offi-  
cium fiat in ea tantum ecclesia, vbi recondu-  
tur: nec verò in alijs, nisi regulis Breuiarij Ro-  
mani id præscribitur; aut alia causa grauis Epi-  
scopi iudicio insit.

De sanctis item, quorum altaria in aliqua ec-  
clesia sunt, duplex in ea tantum ecclesia fiat;  
idq. tunc solum, quando scilicet ex antiqua,  
probataq. consuetudine, vel iusta alia causa Epi-  
scopus censuerit faciendum.

De ijs qui beati dicuntur, neque sedis Apосто-  
licæ auctoritate in sanctorum numero adscri-  
pti sunt, horarum diuinarum precum officiu  
ne fiat; nisi consulta eadem sede Apostolica, fa-  
cultateq. literis pontificijs concessa.

Episcopus pro temporum ratione, ac vicissitudi-  
ne, certam horam, certumq. interuallum pul-  
sands campanis præscribere curet, quibus di-  
uinorum officiorum significatio detur.

Quæ certa, interuallisq. distincta pulsationis  
ratio in tabella edita ordine notetur; vt & vr-  
banis, & diocesanis ecclesijs vsui rectè accom-  
modata, vbique eadem ad præscriptum eius-  
dem Episcopi seruentur.

Officia diuina, sicut alia semiduplicia sunt, quæ-  
dam duplicia, alia simplicia: ita pro eorum ra-  
tione, certam regulam in ijs singulis celebra-  
dis adhiberi oportet.

Quare Episcopus duobus de Capitulo, quorū  
alter ab ipso, alter à Capitulo deligatur, alijsq.  
ecclesiasticis hominibus ritu sciētia & vsu  
peritis, quos ipse delegerit, in consilium adhi-  
bitis, cantus modulationem, luminum nume-  
rum & qualitatem, vestium apparatus, cam-  
panarum sonum, ministrorumq. rationem pro  
illorum ritu præscribat, in ijs scilicet, quæ ad-  
huc concilijs prouincialibus præscripta non  
sunt; donec alio tempore in concilio prouin-  
ciali certa eorum ratio statuatur, vt & ritè, &  
diuino cultui congruenter omnia præstentur.  
Quæcunque verò aut in hoc, aut in superiori-  
bus concilijs prouincialibus de festis duplici-  
bus seruari iussu est; ea in ecclesijs ritu Am-  
brosiano vtentibus, cum pro illius ritus ratio-  
ne nulla sit simplicis, aut semiduplicis, aut du-  
plicis officij distinctio, sed tantum solemn-  
is, aut non solemn-  
is, in festis ijs locum habeant,  
quæ licet ex præcepto, consuetudineuè non

colantur, officio tamè solemn-  
i celebrari in ca-  
lendario, aut breuiarij rubricis præscribetur.  
Sicut sancta mater ecclesia pro temporum offi-  
ciorumq. ratione, sacrarum vestium apparatus  
ornatumq. coloribus distinctum esse voluit;  
ita quemadmodum etiam Missalis Romani ru-  
brica præscribit, in omni ecclesia, & altare, &  
sacerdos celebrans, siq. solemniter sit, diaconi  
etiam & subdiaconi, & alijs eiusmodi mini-  
strantes, sacro vestium amictu, vt pro ecclesia-  
rum facultatibus fieri potest, induantur: qui  
colore distinctus, diuinorum officiorum ritui,  
& temporum rationi conueniat.

Cum clerici desunt, qui cantorum in diuinis offi-  
cijs partes præstent, ita vt laicos homines ad  
id muneris aliquando mercede conducere, adhi-  
beriuè necesse sit; tunc ij non solum in Missa  
solemni, & diuinis officijs, id quod in com-  
pluribus huius prouinciæ ecclesijs vsu serua-  
tur, sed & in processibus, & in funeralibus;  
& in alijs ecclesiasticis actionibus, ad quas vel  
in ecclesia, vel foris adhibetur, cum id munus  
gerunt, habitu clericali superpelliceoq. decen-  
ti, ad Conciliorum prouincialium præscriptū  
vtantur: vita præterea, & moribus ab Episco-  
po scripto ante probari sint.

Nec verò contra quam præscriptum est, cui-  
quam laico in ecclesia, musici cantoribus mū-  
nus illis diuinis ecclesiasticisue officijs, aut in  
ecclesia, aut foris concelebrandis committa-  
tur; nec rursus ille suscipiat, geratue, pœnis  
multisue propositis arbitram Episcopi.  
Eas autem pœnas luat, tum qui susceperit, tū  
qui commiserit, dederit, conduxerit, permi-  
seritue; quicumque sit, siue Capitulum, siue fa-  
brica administratores, siue rector ecclesiæ, si-  
ue confratriæ præfecti, siue alius quispiam,  
ad quem id pertineat.

Triduo illo hebdomadæ sanctæ, quo ex sanctæ  
ecclesiæ Romanæ consuetudine strepitus, &  
fragor fieri solet ad significandam in Iesu Chri-  
sti passione illarum rerum omnium commo-  
tionem, is semel tantum post extremam matu-  
tini officij orationem adhibeatur, ad rubricæ  
Romanæ præscriptum.

Cura verò sit eorum qui ecclesijs præfunt, ca-  
uere, vt à populo religiosa pij mœrentisq. ani-  
mi meditatione ille fiat.

**PRÆFECTVS** chori, vbi ex antiqua, pro-  
bataq. ecclesiæ institutione nominatim nemo  
est, neque alius item, quem huic muneri Epi-  
scopus præfecerit; eiusmodi officio fungatur,  
vt primo Concilio prouinciali cauetur, qui di-  
gniori chori loco sedet: id verò, quoad alium  
ei muneri Episcopus arbitrato suo pposuerit.

A quo officio quandocunque eum amouere,  
tum rursus confirmare Episcopo liberum sit.  
Qui autem ex antiquo probato instituto gerit,  
si ei curæ, ac vigilantiæ minus aptum, aut ne-  
gligentem, aut aliàs non rectè, vt illeuè mu-  
nus suus præstantem animaduernerit, illum  
amouendi, & eidem muneri illius loco alium  
præ-

Præfectus chori  
ab Episcopo de-  
ligendus.

Par. 2. De offic.  
cuius qui choro  
præfides. pag. 27.

præficiendi, ius item, & facultas omnis eidem Episcopo liberè competat.

*De processionibus.*

Prou. 1. par. 1. pag. 34.

**C**VM supplicationes publicas, solennesq. fieri opus erit; primùm earum causa processio nes agantur; deinde Missa solemniter celebretur; nisi aliter ob causam Episcopus aliquado iusserit.

Clerus etiam regularis, piarumq. confratiarum homines, populus denique omnis, cum ad ecclesiam ubi supplicandi causa statio fiat, processerint, inde ordine item redeant ad ecclesiam, vnde discesserint, vt etiam primo Cõcilio prouinciali decretum est; nisi Episcopi prescripto, in ecclesia ad quam ventum est, processio absolueda & dimittenda sit: tuncq. inde ad suas quique ecclesias, benedictione Episcopali, aut missione de more facta, collegiatim cruce præcedente abeant licet, peractis autè supplicationum, prout ritus est, solemnibus precibus, atque orationibus.

Quæ verò in hoc supplicationis munere, precum & orationum officia, in ecclesia ad quam itum est, quæcunque illa sit, peragenda sunt; à Capitulo cathedralis: in diocesi autem, à clero primariæ secularis ecclesiæ, non illius ad quam supplicandi causa processum est, ritè præstentur; nisi antiqua cõsuetudo aliud suaserit.

Missæ item sacrificium, cum ibi faciendum est, illud à Capitulo, clerouè cathedralis; & in diocesi, primariæ secularis ecclesiæ solènitè fiat. Quo tempore reliquus clerus discedat licet, missione solemniter facta, vt in suis quique ecclesijs conuentualem parochialemuè Missam cõcelebret: nisi aliter quæque Episcopus iusserit.

Clero ad ecclesiam conuenienti, processio nis, supplicationis, alteriusuè eiusmodi officij causa, locus aliquis ecclesiæ illius, amplè quantum potest patens constituatur: vbi simul vniuersus, si potest; alioqui collegiatim saltem vnusquisque ordo conueniat, & tacitè precando consistat, donec illas obeat; ne per ecclesiam vegetur, aut quidquã aliud admittat, quod Cõcilio prouinciali secundo vetitum est.

Clericorum verò sit ostiarij functiones in ecclesia cathedrali obeuntium, ecclesiasticos homines, supplicationum, processionumue causa in eum certum locum congressos, si quos va gantes, deambulantes, colloquentes uè animaduertent, Episcopi auctoritate prohibere: tum èt contumacium nomina ad eundem deferre.

Cõstituat Episcopus certos homines, qui clerum ad supplicationes procedentem dirigant; tumq. aliquando cum opus est, eundè subsistere moneant: tum etiam qui populum in ordine consistere, mulieres velatas incedere, aliaq. eiusmodi opportunè in ipsa etiam via moneat, præcipiant, atque vt seruentur, efficiant omni sollicitudine.

In omni processione, in illa præsertim quæ solemni die corporis Domini agitur, clerus sæcularis superpelliceo mundo candidoq. indutus vt adit, præmoneatur.

Cum ad processionem clerus vocatur, quid psallendum, quid canendumuè ei sit, vt opportunum erit, significetur.

Canant omnes: cum verò aliquot canentibus, alijs canere non licet; qui bini incedunt, submissa voce psalmum, hymnum, antiphonam, precemue piam inter se dicant, supplicationi quæ sit, mysteriouè conuenientem.

Clerici omnes sæculares, & regulares, & qui in basilica cathedrali dignitates obtinent, bini semper procedant: neque item inter eos villo modo laici homines, quocunque gradu sint, interiecti incedant; neque item inter Episcopum & eosdem laicos locus sit.

Quicunque in processione erratum contra tabellæ præscriptum commiserit; pro præscripta ratione punctator sigillatim nominatimq. illum notet.

Sacrarum imaginum insignia, vexillaue cleri, ne laicus homo in processione præferat; vbi clericus quisquam est, qui hoc munus præstare possit.

In omni ecclesia, vnde ad statas processiones clerum, populumq. egredi solemne est, vbi primùm procedendi initium fit, campanarum omnium pulsationes solemniter tamdiu adhibeantur, quoad inde clerus vniuersus in processio nis munere egressus sit.

Idemq. cum à processione reditur, præstetur. Itidem in ecclesijs fiat, quæ in vicinia sunt, vbi processio agitur.

Muscis verò cuiusuis generis instrumentis in processio nibus sonari ne villo modo permittatur.

In supplicationibus, processio nibusue, quæ summi Pontificis Episcopiuè iussu, in exteriori aut interiori ecclesiæ circuitu aguntur, canonicis, & alijs chori ministris, qui distributionum quouis modo participes sunt, tantum ex communi residentia censu distribuatur, quantum ipsis dari solet, cum in choro præsentibus horæ tertiæ officio adsint.

Si verò pro feriæ, festiq. ratione, quo processio agitur, non in circuitu ecclesiæ, sed per urbem, oppidumue illa fiat agaturuè; triplum detur.

Quæ omnis distributionum portio detur ijs tantum scilicet, qui illas præsentibus obeunt.

Quod ad alios autem clericos attinet, qui processio ni, supplicationiuè interesse debent, nec verò distributionum participes sunt; cum ijs Episcopi arbitrato certis mulctis pœnisiue agatur.

Quod in multis huius prouinciæ locis religiosæ consuetudinis est, retinere, aut sicubi nõ est, introducere Episcopi studeant; vt omnes tum mares tum fœminæ sacro solemnitate sanctissimi Corporis Domini, religiosoq. die, eã processio nis celebritatem non è fenestris, neque

omnino è superiori loco inspiciant, sed eam prosequantur omni piæ religiosæq. veneratio nis studio.

Itidem præterea curent de alijs publicis processio nibus, cum illas omnes populum supplicem prosequendo, piè obire institutum sit.

Si quæ eleemosinæ panis, aut vini, aut aliorum ciborum, certo constituto tempore, pijs etiam legati iure, alioque quouis nomine distribui debent; earum distributio ne processio num supplicationumue tempore fiat: quo minus illa commensationibus, crapulisue occasio præbeat: sed illis peractis id agi liceat.

Vnusquisque Episcopus pro solemnium processio num, & eiusmodi actionum ratione decernat, tũ qui è clero, tum quibus diebus pluuiæ illis obeundis induant.

Interea verò mos & vsus Metropolitanæ ecclesiæ hoc in genere seruetur.

In Missæ etiam solemnium sacrificio, processio nibus, & alijs eiusmodi sacris actionibus cautio sit, vt ad ecclesiasticas functiones quas in illis præstari oportet, cuiusmodi sunt, & cum corpus Dñi in Missa eleuatur, cereorum accensio, & sustentatio, & cleri in processio nibus item dirigendi, dirigendiue ratio, & id generis alijs, laicorum hominum opera, ministeriumue ne adhibeatur: sed in ijs, alijsue eiusmodi generis functionibus obeudis præsto sint sacristia custodes; clerici, tũ magistri chori, vel ceremoniarum adiutores, alijsq. ecclesiastici ordinis homines, quorum ministerium ecclesiasticarum rerum vsui functioniuè addictum est, tum alij item clerici, quibus ea munera Episcopus assignarit.

*De funeribus, & exequijs.*

Prou. 1. par. 2. pag. 34. & seq.

De episcopis.

**S**ICUT Episcopus dum in vita est, sanctæ pastoralis sollicitudinis studio debet salutem animarum inuigilare; ita illud cum omni ratione coniunctum est, vt post eius obitum ecclesiastici ordinis homines, & laici itè, quorum curæ, gubernationiq. pastorali præfuit, grata piaq. memoria episcopales vigilias ac labores, quibus ille in eo munere gerendo perfunctus est, prosequatur pro illius anima in primis Deum religiosè precantes.

Tit. de fun. epi.

Quamobrem præter ea, quæ de Episcoporum exequijs primo Concilio prouinciali sancita sunt, hoc èt decernimus, vt parochi, & sacerdotes singuli, tũ urbani, tum diocesanii, vbi primùm de obitu Episcopi sui nunciatum est, nouè singulis post eum nuncium diebus, quibus per ecclesiastici officij ritum potest, Missam de mortuis pro illius anima celebrent; aut saltem statim pro defuncto Episcopo orationem dicant, vt in aeterna recipiatur tabernacula. Capituli verò sit, de Episcopi obitu diocesanos parochos certiores quamprimum facere, eosdemq. huius officij monere.

Populus itidè pro paternæ sollicitudinis, charitatisq. officijs, quæ ille viuus pro omnium

salute præstitit, hoc communi parenti mortuo reddat, vt religiosis precibus, alijsq. pijs suffragijs illius animam adiuuet.

Ad quam sanè rem suam quisque populum parochus cum vsu venit, ijs præsertim nouè diebus hortetur accuratè, ac diligenter.

**N**E cuiquam ex vlla cuiusuis ordinis ecclesia mortui cadauer perpetuè sepultura traditum asportari liceat, nisi facultate ab Episcopo impetrata, eaq. literis nominatim exarata.

Parochus intra cuius parochiæ fines, aliquis alienæ parochiæ occisus est, eius cadauer liberè a hõ transferri nullo prætextu prohibeat: nihilq. ea de causa accipiat. Si verò trãslatio ea cum funere sit, liberum ei sit vt iure suo.

Funeribus, defunctorum officijs anniuersarijs concelebrandis, cum rector ecclesiæ præter clericum ministrum suum, alios etiam sacerdotes, clericosue, quorum ministerio operauè vtatur, accersere adhibereue necesse habet, hoc ordine, nisi aliud defunctus hæredesue illius voluerint, illos euocet; primò scilicet, si quos habet illius animarum curæ gerendæ quouis modo socios, collegas, adiutoresue, tum illius ecclesiæ titulares, vel canonicos, vel chori ministros, vel demum cappellanos itè; deinde clericos alios ecclesiasticæ functioni, officiuè in ea ecclesia addictos adscriptosue; tum præterea alios, quos mortui hæres, aut is cuius interest, accerseri, euocariue maluerit.

Nec verò plures adhiberi villo prætextu etiam huius decreti liceat, quam ille velit, vel sacerdotis, vel alios, etiam clericos tantum, puerosue clericali vestitu indutos, etiam quos illi euocati secum duxerint; neque rursus ad eleemosinæ, emolumentiuè cuiusuis generis eo nomine percipiendi partem vllam, neque denique vllum non vocatum admitti.

Illud Præpositi, Archipresbyteri, parochi, rectoris, & alij quicunque clerici caueant, ne ad funus ducendum, aut officia pro mortuis celebranda alios pro se mittant, emolumentum, aut eius partem ipsi percepturi; neque secum pueros, aut clericos ea spe perducant, mittantue, vt eleemosinæ quæ illis data erit, participes ipsi sint; nec sanè verò vllam eius partem villo quouis prætextu etiam sponte oblatam capiant; neque item qui mittuntur plus capiant, quam si proprio solum nomine vocati essent.

Funeris ducendi certa hora constituatur, qua omnes quicunque euocati sunt, conueniant, vt nulla interposita mora ad illud procedatur.

**CA**VTIO sit, vt ne simplices homines quidquam superstitionis causa apud mortuum in feretro, aut in eius manibus ponant; aut aliud quod superstitionis speciem præferat, aut suspicionem habeat, committant.

**V**BI ex nostra in Cõcilio primo prouinciali edita constitutione palliu ad cadaueris feretriuè regendi vsum quacunque ratione comparatum est, omnibus illud gratis accommodeur: vbi verò paratum nõdum est, parochialis vicinæ

Trãslatio cadauerum quomodo liceat.

Qui vocandi ad funera, & qua ratione.

Qua rone mortui efferendi.

Tit. de fun. & cetera pag. 35.



hominum, non ecclesiæ rectoris sumptibus comparari decernimus.

Sin autem neque illi parent, neque mortui hæres item; sine pallio cadaver efferatur, quoulsque id præstetur.

Cadaver cum effertur, via procedatur, quæ à domo ad ecclesiam recta, ac breuis sit: si verò vlt que adeo breuis, & compendiosa est, vt ordines eorum qui funus comitantur, intrà illius fines contineri non queant, tunc via paulo longiori funus ducatur, idque iussu concessiuè sacerdotis, qui funeri præest.

Omnes, tum qui dignitates obtinent, tum canonici, etiam Metropolitana & cathedralis ecclesiæ, tum alij præterea quicunque clerici, quibus in funere candelæ, aut cerei, intortitiuè dantur, eas, eandem accensa in funere manibus ipsi deferant.

Sermo si quis in funere habebitur, non domi, aut alio eiusmodi loco, sed in ecclesia habeatur.

Ne cœnotaphijs, aut quas vocant, tumbis, pallia altarium adhibeantur.

Quarone eleemosina clero diuidenda in funeribus.

EL E E M O S I N A, quæ clero ob funus, aut defunctorum officium datur, ne in ecclesia, cœmiteriuè, aut spectante populo, sed eo remoto, locoque separato, factis exequijs officijsuè distribuatur.

Ne pactioes de funere, aut de exequijs pro mortuo celebrandis cum defuncti hærede, aut alio ad quæ pertineat, à parcho, alioquè ea cõditione fiant, vt certa cera pars, quæ exequiarum officijs supererit, ipsi hæredi, aut alteri restituat. Ne parochi, alijue clerici, neque item exequiarum curatores, alijue quicunque in funere operam ponunt, pignora capiant, quibus sibi caueant de funerali eleemosina, aut de eorum opera in funere præstite mercede.

E C C L E S I A E Metropolitanæ, vel cathedralis, vel Collegiatae Capitulum, ac singuli de capitulo, in funere, funeri suè officio contenti eleemosina sint, quæ generatim ipsi vniuerso Capitulo, aut sigillatim vnicuique de Capitulo dari solet.

Idem parochi, rectores, sacristiæ custodes, & alij clerici inuiolatè seruent ad Episcopi præscriptum.

Pro crucibus autem, & quæ circa cadaver aut cœnotaphium disponuntur, pro campanis itè, lampadibusuè, alioquè prætextu, aut nomine, nihil præterea capiat, exigatuè, nec Capitulum, nec quisquam de Capitulo, nec rector, nec sacrista, cultos, alijue clerici quicunque, nisi si quid est, quod fabricæ, aut sacristiæ, campanarum nomine dari piæ consuetudinis Episcopus esse censuerit; idque verè in eum vsum cedat; at pro crucibus nihil omnino, quouis èt fabricæ, vel sacristiæ nomine accipi liceat.

Quantum clericorum vltato nomine dari solet, tantum custodibus, qui in minoribus ordinibus constituti sunt, detur; si in sacris fuerint, habeant quantum sacerdotum nomine datur. Qui verò custos, vel crucem prætulerit, vel

campanas pulsauerit, tunc ille accipiat, quod eo nomine tantum dari statutum est.

Qui funeris curationem aliquam habere solent, vt pote antiani, alijque quocunque nomine vocati, qui item corpori sepeliendo operam nauat; eos accipere nõ vetamus, quod pro officij sui quod ipsi præstiterint, opera dari cõsueuit. Crucis verò, vel campanarum, alioquè quouis nomine, ne ab ijs quidem quidquam in funere, vel funeris, vel exequiarum causa exigi accipiue liceat.

Eius verò generis homines, & alij qui in funus se ingerunt, nec quidquam operæ ponunt, nihil omnino consequantur.

Quod primo Concilio prouinciali sancitum est, id explicatius nunc vetamus, vt ne scilicet clerici, neuè alij quicunque sint, qui aliquam in funere curam ponunt, vestes, indumenta, ornamentauè cadaveri adhibita, nisi à sponte offerentibus accipiant, sed gratis, ac sine mora, ijs ad quos pertinent, omnia planè restituant reddantue.

Pro loco in quem mortuus infertur, à nemine, ne sacristiæ quidem, aut fabricæ ecclesiæ, aut confraternitatis alicuius, alteriusuè pij vsus nomine quidquam prorsus exigatur: pias tamen & laudabiles consuetudines, vt primo Concilio prouinciali iussum est, in hoc etiam Episcopus seruari iubebit.

Capitula, canonici, & alij ministri quicunque sint ecclesiarum, ne cœnotaphij quod in officijs pro mortuis ex tabulis struitur nomine, quidquam capiant.

Qui in funere, officijsuè funeralibus, vel exequijs quidquam vt infra peccarit, eius funeris, officijsuè funeralis omni eleemosina, emolumentoque careat omnino; pœnaque sit Episcopi arbitrio, tam ei si acceperit, quam præfecto, rectori uè, qui dari curarit, consenserit, permisseritue. Quicunque à funere, funeralibusuè officijs eiusmodi abfuerit.

Qui item antè temporis, vel officij punctum ab Episcopo præstitutum non adfuerit.

Qui funere, officiuè pro mortuis non peracto discesserit, quod fit, dũ corp⁹ sepulture tradit. Rursus qui non peractis funeralibus officijs discesserit.

Qui item habitu, prout Episcopus præscripserit, non conuenerit, interfueritue.

Qui contra decretorum prouincialium præscriptum quidquam in illis peccarit.

Qui item alia commiserit ex ijs, ob quæ Episcopi iussu pro absente habendus sit.

Qui item funeris, exequiarumue curatores, vt pote antiani, vel alio vocati nomine, per se funeris sui partes non obierint.

#### De distributionibus.

Prou. 1. par. 2. de off. punct. itè de off. Thesaur. pag. 29.

Q V I B V S in ecclesijs tertia pars fructuū reddituū, dignitatibus, personatibus, officijsque.

Distributiones tenues quò augendæ.

Sess. 2. decr. de refor. c. 3.

eijsque obuientium, nondum ex Tridentino decreto in distributiones diuisa est; id Episcopus, vbi expedire censuerit, præstet.

Diuisione verò facta, quicunque ex Episcopi præscripto functiones ministeriumque debitum quoslibet statuto die non expleuerit, distributionem illius diei amittat, quæ Tridentini Concilij iussu, fabricæ ecclesiæ, aut piorum locorum vsui, Episcopi arbitratu attribuatur.

De distributionibus item quotidianis ex tertia illa parte fructuum decreto Tridentino præscripta, vel constituendis, vel augendis, vbi nondum illud actum est, quamprimum Episcopus præstet.

Quibus etiam in ecclesijs, vel cathedralibus, vel collegiatis, quamuis reliquis diuinis officijs congruus quotidianarum distributionum census assignatus sit, aliquibus tamen canonicis horis aut cæteris officijs, etiam extraordinarijs, quauis auctoritate institutis, nullæ quotidianæ distributiones adscriptæ attributæue sint, aut si attributæ sint, exiguæ illæ quidè, atque vsu adeo tenues, vt verisimiliter negligantur; in ijs Episcopus vel de communi residentia distributionumque quotidianarum censu, si amplius sit, certam portionem, arbitrio suo congruam, Capituli, ac reliquorum, qui eiusdem census participes sunt, consensu detrahat, eamque ipsam statim vnicuique ex illis canonicis horis, officijsuè attribuat adscribatue perpetuè; vel omnino ipse auctoritate, & facultate sibi eodem Tridentino Concilio data, quemadmodum etiam à sancta Sede Apostolica declaratum est, decretum itidem illud Tridentinum exequatur, vt scilicet è fructibus, redditibusuè cuiusvis generis, qui dignitatibus, canonicatibus, personatibus, alijue obueniunt, congruam partem, quæ tamen tertiam non excedat, arbitrio suo statuatur; quæ in quotidianas distributiones conuersam, singulis his diuinis officijs, horisue canonicis, quibus nulla, vel tenuis tributa est, certam distribuendam perpetuè assignet, vt stata ea, congruaque portione constituta vel adiuncta, illæ deinceps verisimiliter non negligantur.

In distributionum autem tenuitate dignoscenda, ratio semper habeatur tum canonicorum tum aliorum omnium, quibus illas percipiendi, si residentes munus suum obeant, ius competit: siue illi modò præsentis residentia munus, verè præstent; siue absentes ob legitimam etiam causam impedimentumue, residere ea celsante deberent, aut possent.

Parochus verò, qui canonicatum, dignitatemue, ac simul ecclesiã parochialem legitime obtinens, residentia parochialis munus obit, vt literis Pij Quinti Pont. Max. sancitum est, illius vel dignitatis, vel canonicalis præbendæ fructus, redditusue capiat: at tertia eius partis ne particeps sit, quæ eiusdem Tridentinæ sanctionis auctoritate in distributiones conuersa, sibi absenti obuonire nõ potest, nec debet, sed alijs

Bulla edita 8. Id. Jul. 1568.

præsentibus, choriq̄ officia obeuntibus accretat; aut Episcopi arbitratu, fabricæ ecclesiæ, pijsue locis attribuatur, ad eiusdem Concilij Tridentini præscriptum.

V T diuinis officijs obeundis, quoad eius fieri potest, apti, & idonei ministri adscribantur, cum aliqui deinceps in cathedralibus, aut collegiatis ecclesijs se in canonicorum residentiu collegium cooptari, & ad ius distributiones percipiendi admitti petunt, hæc seruentur.

Primò vt ab ea re omnis ambitio abfit, qui cooptandus erit, hoc iureiurando obstringatur. *Ego N. Per hæc Sancta Dei Evangelia inro me neque precibus, neque pretio, neque alia ratione egisse, aut aliis curasse, quo minus hoc experimentum integrè, fideliterq̄, fieret: sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

Deinde periculum, experimentumue fiat; an qui se cooptari petit, ad omnia ea rectè in cantus modulatione præstanda idoneus sit, quæ aliquo modo, aut tempore ad eius munus pertineat pertinere possunt, hocque pro ratione, & diuersitate presbyteralis, diaconalis, & inferioris etiam functionis.

Id verò fiet in conuentu capitulari, duobus ex Capitulo adhibitis, qui primò iurati, se nihil fraudis in ea re sibi commissa facturos esse, hoc præstent; vt ei, de cuius cooptatione agitur, certos locos, scriptauè, quæ cantu enuncient, primò assignent; tum propius assistendo videant, num is modulatione, alioquè modo erret. De eodem autem approbando postea agatur, resque occultis suffragijs permittetur: quibus statim deliberetur, ac decernatur.

Cum de mansionarij, aut alterius ecclesiæ ministri, qui canonico inferior est, cooptatione agatur; is etiam præscripta canonicis cooptandis ratione à Capitulo canonicorum probetur. Cui probationi quattuor, pluresue eiusdem ordinis ministri, à præfecto Capituli peritiores delecti interesse possint; quorum de eo cooptando sententiam Capituli præfectus rogabit: tũ illis remotis de approbatione, aut reiectione Capitulum decernet, suffragijs occultè latis.

De eo autè, qui in ecclesia cathedrali post Episcopum, aut etiam in collegiatis primam dignitatem obtinet, experimentum, periculumue fiat ab Episcopo solum, eiusue vicario, adhibito in consilium præfecto chori, & canonico vno ex Capitulo illius ecclesiæ; in qua is de quo agitur, dignitatè habet, & alijs præterea peritis viris, quos aliudè adhiberi Episcopus maluerit. Quibus verò in ecclesijs antiqui, probatiq̄ instituti est, de eo etiam à Capitulo examè experimentumue fieri; id huius decreti auctoritate non abrogetur; sed Capitulo præscripta supra in Canonicis probandis ratio, in ipso etiã probando seruetur.

Si cooptatio, probatiouè vlla fiet, illis supra præscriptis rationibus non seruatis, irrita sit, ac planè nulla.

Canonici & alij ministri, quò ad distributiones percipiendū admittendi.

In ipso probationis examine, in primis ecclesie magis minusve insignis ratio aliqua habeatur. Non solum de ea facultate periculum fiat, quae ab arte, & ab ea exercitatione proficiscatur, sed de ea quoque, quae est a natura: videndumque, num cuiquam natura alicui impedimento sit, quo minus obire munera sua, si non per se, at saltem aliquo modo possit.

Porro moderatio adhibeatur, ut in ijs quidem modulationum generibus, qui cooptari vult, se ex tempore peritum praebet, atque exercitatum, quae in eius officio frequentiora sunt: quae vero rarius incidunt, praestare quidem aptus sit, sed congruo spatio temporis dato ad eius generis rationem prauidendam.

Præterea quibus vniuersæ chori psalmodiae onus sustinendum est, in ijs mediocrem peritiâ, artisque cognitionem sufficere, æstimari non conuenit: cum ijs verò, quibus id non incumbit, mitius agi debet; in chori Magistro perfecta ars, & peritiâ omnino requiretur: eademque distinctio, & ratio habenda est de voce, & eiusmodi naturæ adiumentis.

Si timore, aut aliqua alia perturbatione factum esse præfectus suspicatus erit, ut quis minus idoneus visus sit, is ne reijciatur; sed octo dierum spatio, certa alia dies constituatur, qua rursus periculum fiat: iterum verò id timoris, aut aliud nomen eiusmodi præcedi non possit. In ijs verò, qui iniuria se repulsam tulisse putabunt, aut amplius octo diebus protracti erunt; seruetur decretum nostrum, in Concilio provinciali secundo promulgatum.

Tit. 3. decre. 3. pag. 71.

Absentes distributiones ne capiant.

Item qui sacrum ordinem sibi debitum non suscipiunt.

De tabellis pro diuinis officijs recte obediendis.

**Q**UICVNQUE dum alicuius statæ horæ officium in choro peragitur, Missam celebrando tunc a choro abfuerit; illius horæ distributionis tanquam absens particeps ne sit, ut à sancta Sede Apostolica declaratum est.

Id verò nisi præ absentia sacerdotum, qui in ecclesia tunc Missæ sacrificium faciant, necessitas aliquando inciderit, ut præfectus canonicum aliquem sacerdotem a choro exire, à statæque horæ officio abesse, Missæ celebrandæ causa iubeat; aut nisi à Sede Apostolica aliter concessum fuerit.

**A**L I Q V A dignitate præditus, & canonicus, aliusue quicumque, qui etiam ob causam, ut puta ob litem eiusdem beneficii sui ecclesiastici sibi illatam, contestatamue, ordinem sacrum illi ecclesiasticæ suæ dignitati, canonicatuiue, beneficiouè annexum, suscipere distulerit; ne distributionum quotidianarum, antequam illum suscipiat, particeps sit; cum debiti sui muneris, cuius causa illæ debentur, partes obire, præstareue non possit.

**C** V M & Tridentinis sanctionibus, & nostris etiam provincialibus decretis, multa salutariter de diuinis officijs, functionibusque ecclesiasticis, atque alijs eiusdem generis constituta sunt, ut ad eorum præscriptum omnes, singuli que provincie nostræ canonici, Capitula, & dignitate præditi, reliqui que omnes ecclesia-

rum ministri, chori officijs quocumque iure, nomine, titulo, modouè adstricti se se conforment; diuinæque officia, processiones, funeralia, & alia, quæ ecclesiastici muneris, ecclesiasticarumque functionum sunt, rectè obeant; ad ea que non solum constitutis horis, ac præscripto modo conueniant; verum etiam in ijs ipsis pie deuoteque versentur, & persistant; suis quoque functionibus, muneribusque satisfaciant; tum præterea ex eorundem decretorum præscripto canonici Capitula habeant; ad ea conueniant item, in illis denique, ut par est, rectè versentur; ac rursus ab omnibus, & singulis erratis, quæ notata caueri sancitum est, prorsus abstineant: triplicem tabellam ordine explicatam, ex decretis que provincialibus breuiter descriptam, & quæcumque in earum vnaquaue vel vniuersè, vel sigillatim, aliaue ratione præscripta sunt, propositis suo loco penes, accuratè seruari, in executionis que usum introduci sancimus.

Tum præterea eandem, cum de scripto statis quibusdam diebus, frequenti capitulo, & reliquis quorum interest, legi, pronuntiari que mandamus; tum in omni sacristia, etiam parochialium ecclesiarum certo perspicuo loco decorè affixam, in omnium conspectu proponi, perpetuoque retineri sancimus.

Singulis verò ijs tribus tabellis, pro ecclesiæ, diocesisque suæ rationibus, ab vnoquoque provincie nostræ Episcopo, ex præceptionibus suis, probatisue ecclesiæ statutis, alias præterea erratorum notas punctationesue, prout oportunum ipse celsuerit, addi perpetuo liceat.

**Q**UOD de punctatorum iureiurando in Concilio provinciali primo sancitum est, id & ab iisdem, & ab vnoquoque item punctatore, qui vel festi diei, vel funeris, vel anniuersariorum, vel processionum, vel aliorum denique diuinorum officiorum causa, etiam in collegiatis, alijsue ecclesijs constitutus est, præstetur, non modò cum punctatoris officium suscipiunt; verum etiam in publico diocesanae synodi conuentu, qui habebitur, dum ipsi id officium gerunt; quò religiosius vnusquisque eorum excitetur ad debitum in munere suo obeundo diligentius officium cum fidelitate coniunctum adhibendum. Iurisiurandi formula hæc sit.

*Ego N. punctatoris officium quod suscepi, per hæc sancta Dei euangelia iuratus, sanctè promitto, ac spondeo, me fideliter, & sincerè, quantum in me est, executurum. Sic me Deus adiuet & hæc sancta Dei euangelia, vel si iuret super sacras reliquias, Et hæc sanctorum pi-gnora.*

Punctatoribus singulis, vbi primùm delecti illi sunt, præscripta illa triplex tabella, duobus de capitulo præsentibus antè legatur, quàm iurandum præstent.

Si quis autem punctator non iuratus id munus inierit, aut gesserit, mulctetur pro modo culpæ Episcopi arbitrato.

Vniuf-

Quædam de punctatoribus.

Vniuscuiusque punctatoris officium, ac munus deinceps trimestre sit: quod tempus ab Episcopo, & ab Capitulo, suo cuique punctatori prorogari liceat.

Punctatorum, quos Episcopus, Capitulumque, ex præscripto primi prouincialis Concilij constituerit, cura & officiu sit, tum Capituli vniuersi, tum vniuscuiusque dignitate præditi, canonicisue absentiam, & errata notare.

Vniuscuiusque eorum, quod ad notandi rationem attinet, in ijs omnibus, & singulis, quæ Conciliorum prouincialium, & primi præsertim decretis eo de genere præscripta sunt, sui muneris curaque partes præstet.

Accuratè in primis, rectèque notet, non eos solum singulos, qui statis canonicis horis a choro abfuerint, verum etiam vnumquemque, contra decretorum prouincialium, & tabellarum præscriptum, in choro, in processibus, in funeralibus, diuinisque alijs officijs errantem peccantemue.

Absentiæ nota punctatione, qua punctatores vtantur, vna eademque sit, & aliqua ratione ab ijs notis distincta, quæ erratis notandis vsui erunt.

Errata singula in prima tabella descripta, vna eademque punctationis ratione notentur: nisi erratum aliquod eiusmodi sit, ob quod præter distributionum mulctam, alia etiam pœna arbitrato Episcopi proposita est.

Tunc enim huiusmodi erratum sigillatim, accurateque per punctatores notetur; ac de eo hebdomadæ, aut mensis ad summum spatio Episcopus certior fiat; qui errati pœnam exequatur. Quicumque errata in secunda tabella adscripta commiserit, eius errata, prout sunt, enucleatè explicatèque notentur, ut pro culpæ ratione, à chori præfecto ex facultate sibi data, aut ab Episcopo mulctetur, puniaturue.

Idem notandis tertiæ tabellæ erratis ad Capitulum pertinentibus per eosdem seruetur.

Si quod erratum triplici tabella notatum ab vno quouis, aut etiam ab vniuerso Capitulo committi punctator vllus animaduertent, idemque sciens libro suo notare prætermiserit pro præmissæ omiffiæ cuiuslibet notæ, aut punctationis ratione, de suo tantumdem det, quod ad Ecclesiæ usum conuertatur.

Quæ distributiones ab Episcopo sacristiæ, aut alij loco pio adiudicentur; tum aliam etiam grauiorem penam pro culpæ ratione, eiusdem Episcopi arbitrato pendat.

Vniuscuiusque præterea punctator singulis diebus cum diuina officia peracta sunt, quos pro absentia, aut erratorum ratione in choro notarit, eos præfecto chori, præsentibus alijs de Capitulo, qui eo loco tunc adfuerint, in sacristia, alioque loco, vbi superpellicea, canonicalisue cappas & induunt, & exuunt, cum primùm eo clerus collegiatim a choro redierit, nominet, errataque singula exponat.

Si quis verò erit, qui aliquam absentia suæ,

alteriusue facti causam afferat, quamobrem se contra præscriptas regulas quidquam non egisse, admiffisseue, nec propterea absentia, vlliusue errati pœnam commiffisse putet: id tunc chori præfecto coram punctatoribus planè significet.

Nec verò si punctator contradicat, is cum illo non modò non contendat, neque verbum vllum commutet, sed ne respondeat quidem; immò verò statim inde secedat.

Præfectus autem cæteris præter punctatorem semotis, de re tota deliberet; atque si ita planè rem se habere manifestè compererit, ut nullam vel absentia, vel errati culpam ille commiserit; illius punctationem in choro notatam deleri iubeat.

Si verò ita sanè non constiterit; in librum punctationum omninò referri mandet.

Quòd si quæ vel difficultas, vel ambiguitas erit; Vicarius Episcopi consulatur: qui totam rem statim sine forma iudicij liberè arbitrato suo statuatur, ut primo Concilio sancitum est.

Sin autem hæc, notatos, errataque in sacristia aut alibi, canonicis, Capitulouè nominandi, seu exponendi ratio, aliquid vel incommodi, vel turbæ, vel dissensionis, vel rixæ, offensionisue afferat, aut punctatores ipsos ab officij sui libertate deterreat; Episcopo integrum sit illam omittere, rescindere, atque abrogare, ut magis expedire censuerit.

Punctator præterea, qui vel idem, vel alius sit, ab Episcopo constituatur: cuius officium erit, singulos mansionarios, cappellanos, sacristas, custodesue, aliosque ecclesiæ ministros chori officijs adstrictos, qui statis horis ab illis abfuerint, quiue contra tabellarum præscripta, aliaue vsupra errata commiserint, diligenter obseruare; eosdemque in choro quàm primùm notare.

Idem statis diebus notet, pro absentia, & erratorum, quæ in tabellis explicata sunt, ratione, clericos, ecclesiasticosque homines, Tridentini, aut prouincialis decreti auctoritate, cathedrali, vel collegiatae ecclesiæ adscriptos; ut ij quamuis residentia distributionum, quibus mulctari possint, participes non sint; tamen a chori præfecto salutari aliqua pœnitentia afficiantur, ac corrigantur; tum etiam pro culpæ, negligentia, erratiue grauitate, Episcopi iudicio plectantur.

Hic item punctator iuret; officium tribus mē sibus gerat; absentes, & errantes obseruet; notet; notatosque in sacristia nominet; & statim in libro punctationem seruet; & in suo munere cætera omnia, quæ alijs punctatoribus præscripta sunt, præstet.

Singulis hebdomadis, ut est primo Concilio prouinciali decretum, punctationum suarum libros conferant inter se punctatores illi, quorum alter ab Episcopo, alter à Capitulo, ex eodem prouinciali primo Concilio delectus est: ex qua collatione, tum quidquid pro sua queque

O 3 per-

personalis in choro residentia munere praestitisse; tum rursus pro absentia, errorumque ratione, quoties officio suo defuisse, diligenti putationum supputatione facta constiterit; id firmum ratumque usque adeo sit, ut eo collato in singulas hebdomadas calculo, tribus primis vniuscuiusque mensis diebus, canonicalis ministerij, aut operae, quam quis in choro praesens mense proximo superiori recte & rite obierit, certa firmaque supputatio a praefecto chori, & a punctatoribus constituatur: qui praeterea eo nomine constituta illi supputationes adhibeant, ut cum in libris conferendis aliquid compertum esset, quod vilo quouis modo discreparet; ante quam illa punctationum distributionumque supputata ratio constituitur, quae statura, firma, & subscriptione munita sit, Episcopum, aut eius Vicarium consulant: qui ex Concilij provincialis primi decreto, sine vlla forma iudicij omnem controuersiam dirimat.

Ad certam illius collatam, & constitutam supputationis rationem, mense Octobri, alioque, singulis annis, omne quod ex communi Capituli censu habere quis debet, recte pro vniuscuiusque ecclesiae more supputetur.

Cui supputationi calculo, praefectus Capituli, & alter chori, item punctatores, caneparius Capituli, & si ita Capitulo videbitur, duo item alij a Capitulo delecti praesentes adsint.

In eo omni calculo cautio omnino sit, ut vnicuique verè detrahatur, quod detrahi par est, pro ratione dierum, & horarum canonicarum, quibus a choro, diuinisque officiis abfuerit: nisi illum ijs causis abfuisse contigerit, ob quas Tridentina sanctione, constitutionibusque provincialibus quis licet absens, in praesentibus tamen censetur.

Tum detrahatur item pro ratione errorum, si quae ille commiserit.

Huius supputationi ita inita ac detracta, praefectus Capituli, & item chori, & illi duo a Capitulo delecti, ac punctatores item subscribunt. Tabulae verò, syngraphae, aut scripta huius sic inita, & subscriptione obsignatae supputationis, thesaurario, caneparioque Capituli tradantur, ut quod vnicuique debetur, statis temporibus pro illius constituti calculi ratione persoluat.

Aut eidem consentienti, quantum quisque pro illius supputationis ratione habere, capereque debet; tantumdem cedat e communi residentiae censu.

Distributiones quando & quo modo persoluantur.

Ne capitulum, aut thesaurarius, canepariusque Capituli, aliusque quicumque qui distributiones partitur, cuiquam de Capitulo, alijue chori ministro, etiam qui praesens diuina officia obierit, ne eo quidem nomine, quod distributiones iam suas residentiae munere eum fecisse constet, ante statura solutionis tempora persoluat, vel eo nomine cessionem alicuius exactionis ante faciat.

Cum verò solutionis statura dies venerit, ne cuiquam item soluat, cedatque, nisi tabellam illam syngraphamque acceperit, cui a praefecto Capituli, & a praefecto item chori, & a punctatore etiam Episcopali, & ab altero item Capitulo, & ab alijs praeterea duobus subscriptum sit, si quos supputationi Capitulum constituitur; ac praeterea nisi mandatum solutionis cessionis a praefecto Capituli acceperit, ab alioque, ad quem de more spectat.

Si verò plus soluerit, vel cesserit, quam supputationis ratio tulerit; aut ante soluerit cesseritque, quam certae illius supputationis syngrapham subscriptione ut supra obsignatam acceperit: vnius mensis distributionibus, & alijs arbitrato Episcopi multis, sacristiae, aut sodalitati Corporis Domini in ea ecclesia constituta, alijue pio loco attribuendis plectatur. Quibus poenis multisque praefectus etiam Capituli, & chori item, & punctatores, atque ad supputationem ita delecti illi duo Capitulares, qui eiusmodi solutioni, cessionisue vilo modo assenserint, afficiantur.

Quam multam, poenamque, ijdem subeant, si alio quouis modo in eo assenserint, ut cuiquam soluat, cedaturque distributio aliqua illorum dierum, aut horarum canonicarum, officiorumque, quibus vel praesens ille in choro non adfuerit, vel erratum huiusmodi in diuinis officijs contraxerit, ut provincialibus decretis, aut praescripto tabellae, aut alio quocumque iure censi in absentibus debeat.

Qui verò vel ante solutionis, cessionisue, & syngraphae tempus, vel postquam sibi debeatur, vilo quouis modo pactum acceperit; is ab Episcopo & restituere cogatur, & triplo mulctetur; quod locis pijs, eiusdem Episcopi arbitrato attribuatur.

Si verò vlla cuiusvis generis causa, causaeque specie aut praetextu, cuiquam distributiones, aut ab vniuerso Capitulo, aut ab eorum singulis, contra provincialia decreta & praescripta dari, donari, remitti, aut quavis collusione concedi contigerit: ne illas quisquam capiat; si perceperit, retinueritque, ne suas faciat; sed restituere cogatur.

Capitulo autem, quod tacite vel expresse ei rei consenserit, poena sit, ut distributiones aliquot Episcopi arbitrio, aut sacristiae, aut confratriae sanctissimi Corporis Domini in ecclesia constituta, aut alijs pijs locis attribuendas soluat.

Hac omnis ratio in supputatione, & solutione distributionum Capitularium supra praescripta, poenamque, ibidem proposita, locum etiam habeat in quouis distributionum censu, qui ad mansionarios, sacristas, custodes, aliosque chori ministros, & inferiores canonicos, quocumque nomine nuncupatos pertineat.

Itidem ut supra, de eorum ipsorum punctatoribus, thesaurarijs, caneparijsque, si quos a Capitulo censu, thesaurario, caneparioque, & punctatoribus distinctos habuerint, decretum sit.

Sefs. 23. decre. de refor. c. 1.

Quae pertinent ad Capitula Cathedralium, & Collegiarum ecclesiarum.

Prou. 1. par. 2. De ijs qui dignit. & c. pag. 27.

Capitula omnia decreta provincialia seruet

Quorum Capitulorum Episcopi concilij provincialibus Mediolanensibus inter esse, & constitutiones, decretaque, illis concilij edita seruare solent, aut debent; ea Capitula, siue cathedralium, siue collegiarum ecclesiarum in provincia nostra sint, etiam si quae ab Episcopi Metropolitanis iure se quocumque modo exempta, sedi. Apostolicae immediate subiecta esse praetendunt (cum illa, sicut eorundem Episcopi, ut a sancta sede Apostolica declaratum est, conciliorum provincialium constitutionibus, & sanctionibus, & decretis adstricta sint) illas planè vniuersas ac singulas amplectantur, suscipiant, seruent, atque obediendo exequantur, tum vniuersè eadem Capitula, tum sigillatim singuli quicumque de Capitulo sunt.

Idque, ut praestetur, efficiat Episcopus omni ratione, omni que, iuris remedio.

Quod si quae Capitula, aut si qui de Capitulo contrafecerint; ab eorum Episcopis pro modo culpae contumaciaeque, plectantur.

Si quis verò Episcopus id efficere neglexerit, ut ab suis Capitulis, atque ab ijs qui de Capitulo sunt singulis, provincialium conciliorum constitutiones decretae in executionis vsum verè ac integrè inducantur: norit se in proximo concilio provinciali negligentiae huius rationem redditurum esse.

Qua ratione de reb. temporalibus in capitulo tractandum.

Cum de rebus patrimonij capitularis, de locationibus, de contractibus, de officijs conferendis, ac de alijs item praefecti iudicio grauioribus, in capitulo deliberandum est; earum re-

rum deliberatio ac tractatio; tum suffragijs occultis permittatur; tum illa res quò maturius consultantur, in vno Capitulo proposita, in alio deliberentur.

Si verò res eiusmodi est, quae diutius differri non patiat; triduo saltem ante capitulum indicatur, singulisque canonicis res & causa significetur, de qua in eo Capitulo consultatio ac deliberatio futura est.

Quod si praeterea res sit eiusmodi, quae instet atque urgeat, neque longius vilo modo protrahi debeat, ita ut ne triduo quidem consultatio expectanda sit: tunc Capituli praefecto liberum & integrum sit, breuioris temporis spatio Capitulum conuocare; modò ut supra vnicuique de Capitulo qui non absit, nunciari rem iubeat, de qua deliberandum & consultandum sit.

Vbi ex instituto ecclesiae cathedralis, vel collegiae est, qui Cancellarij capitularis officium, vniuersumque gerat, is officio suo cum in caeteris verè satisfaciatur, tum in eo etiam ut eiusmodi capituli acta, & quae vocant, capitulares ordinationes actionesque, in librum certum, notatis singulis diebus, sine mora referat.

Qui liber in archiuo capitulari diligenter asseruetur.

Vbi verò non est; a Capitulo deligatur vnus de Capitulo, qui certa, si opus est, ex Capituli vniuersi censu constituta mercede, id Cancellarij munus per biennium gerat: quo tempore confecto, alter in eius locum eligatur, & itidem deinceps.

Notarij autem officio, atque opera Capituli in ijs potius actionibus vtatur, quae ad causas, lites, instrumentaue publica conicienda, aut ad alia eiusmodi generis pertinent.

Qui notarius eiusmodi instrumentorum exemplum publica auctoritate roboratum, curante in primis canonico cancellario, in archiuum ante annum confectum referat.

Quo iureiurando canonici, etiam ex statutis & constitutionibus ecclesiae probatis inter se obstricti, aliaue ratione spondent, se nihil quidquam, quod in capitulari canonicaliue conuentu agitur, patefacturos, aut diuulgaturos esse; decernimus, atque declaramus, eo non obstrictum aut impeditum quemquam esse, quominus ad Episcopum deferat, si quae vel Capituli, vel canonicorum, aliorumque qui de capitulo sunt, errata sint; quaeque emendatione correctionemque desiderant; atque adeo quaecumque eo de genere sibi patefieri, denunciariue ille iusserit; tum etiam si quae alia ab eodem sciri, cognosciue expedierit; tum ea maxime, quae superioribus concilij ad Episcopum deferenda esse decretum est.

Ne liceat canonicis alijsue de Capitulo, bona, redditus, & prouentus, aut exactiones, emolumentaue etiam incerta ad Capitulum quouis modo spectantia, per se, vel per interpositam personam, ne ad modicum quidem tempus

Iureiurandum canonicorum quatenus valeat.

Quaedam de redditibus capituli



pus conducere : alioqui contractus omnes irriti sint ac nulli ; & tam locatores , quàm conductores canonici , Episcopi arbitrato puniant. Idem sancimus de eorum propinquis & confanguineis , secundo , vel arctiori gradu iuctis ; nisi quod ad hos attinet , cognita ecclesie utilitate Episcopus id scripto concesserit .  
 Exactionem tamen decimarum Capituli , etiã ab ijs de Capitulo suum ad vsum conducere liceat , facultate ab Episcopo data , cum grauis causa vrgebit .

Ac ædes etiam Capitulares habitandi causa .  
 Cum præbendæ canonicales distinctæ non sint , nisi obtinentium nomine , ijq. vbi optionum vsus est , modò has , modò illas optent ; sæpè fit vt earum bona , prædiãq. confundantur , ac iura propterea aliquando intereant .

Quamobrem Episcopus curet , vt quod in nõnullis etiam huius prouinciæ cathedralibus ecclesijs consuetudinis est , non possidentis , sed sancti alicuius nomine , quod earũ vniciue de consilio Capituli ecclesie , de cuius præbendis agitur , semel imposuerit , singulã distinctè appellentur .

Hac autem in re hoc caueatur , vt ne qui eas obrinuerint , titulo sancti quo illæ nominantur , ipsi appellentur : quippe cum ea titulum ratio , ex instituto vsuq. amplissimis sanctæ Romanæ ecclesie Cardinalibus presbyteris solum conueniat .

*De Parochijs , & Parochialibus iuribus , ac officijs .*

PROU. 1. par. 2. de Residentia , pag. 20. Item de diligentia . &c. pag. 27.

Parochiæ inopia laborantes subleuandæ .

Sefs. 27. de re. de re. c. 4.

Tit. de parochijs pag. 96. Aedes parochiæ eiusue adiutori conducendæ .

**I**L L V D Episcopus sollicitudinis studio exequatur , vt quibus ecclesijs parochialibus inopia laborantibus , nulla adhuc ratione satis suppediatum est adiumentum ; ijs aut beneficiorum ecclesiasticorum adiunctione , vnioneuè , aut primitiarum , decimarumue attributione , aut parochialis vicinæ incolarum symbolis , collectisue , aut alia , quæ sibi videbitur commodiori ratione omnino succurratur , ad Concilij Tridentini præscriptum .

Quod Concilio Prouinciæ tertio de ædibus parochiæ parochiale domicilium nullum habenti conducendis decretum est ; idem etiam de focij , adiutorisue ad mun' parochiale ob quauis causam ei adiuncti datiuè habitatione decernimus & constituimus .

Episcopus verò cū ijs quibuscum oportet , omni iure agat , vt ædes ecclesie parochiali quàm maximè potest vicinas , & parochi , & coadiutori etiam quamprimum illi tradant ; aut si ita opus esse censuerit ; ædificent : intereaq. domicilij conducti pensionè , sumptumue vni , & alteri item suppeditent .

Parochum autem , qui quacunque de causa parochialis curationis socium , vel adiutorè habet , tum ipsam , tum illum item in habitatio-

ne parochiali manere , ac residere cogat , & fructuum multa , & alijs præterea pœnis arbitrato suo irrogandis .

Si verò præ domicilij parochialis angustia , vnus , & alter item illius habitatione vti Episcopi iudicio nullo modo potest ; tum eorum alterum , quem ipse Episcopus , proposita sibi maiori illarum animarum utilitate delegerit , in domo parochiali ; alterum in domicilio proximè cõducto aut tradito habitare residereuè Episcopus iubeat ; cuius sit efficere , vt id omne , & de domo eorum alteri tradenda , planè à quibus debet , præstetur .

Quædam de parochialibus iuribus .

Qua in ecclesia duo , pluresue parochi in animarum cura gerenda constituti sunt , tum ex parochialibus , vel portionibus , vel functionibus , quas præstare debent , sæpè inter eos rixæ , contentiones , ac dissidia , & spiritualia populis damna existant , indeq. populis offensio num exempla , scandalaq. afferantur ; Episcopus vt huic rei à parochiali cura alienæ , & parochorum disciplina indignæ occurrat , certos parochialis vicinæ limites pro illorum numero , ædibus , aut vijs perpetuò distinguat ; quos ita distinctos in curam eorum vniciue pro limitum distinctione tradat , ita vt intrã suos quisque fines parochialem curam gerat .

Si quæ verò parochialia officia in illa ecclesia obiri oportet , quorum officiorum functiones rectè diuidi non posse , aut non expedire censuerit ; illa ab ijs singulis æquè , cõmuniteruè præstari decernat .

Distributa autem parochialis curæ officia , si eorum vnus aut impeditus est , aut adiutore , adiumentouè , ob fidelium qui suæ curæ sunt multitudinem , aliamuè ob causam opus habeat ; ab altero , alijsuè , sine vlla mora , exceptione , excusationeuè , prout Episcopus vel statuerit , vel iusserit , obeantur item , ac præstentur .

Vbi verò ea perpetuè parochialis curæ partitione minus salutariter prospectum , consultumq. fore idem censuerit ; eorum vnum , morum grauitate , curaq. gerendæ peritia atque vsu præstantem , alteri , alijsuè præficiat : emolumenta item extraordinaria , aliaq. id generis , vnde discordiarum semen in illis existit , in vnum , vt nonnullis locis moris est , collata , certo stato tẽpore inter eos diuidi iubeat ; aut aliqua denique ratione quam potiore duxerit , obuam eat istorum & discordiæ , & negligentie , qua fit , vt alter in alterum sæpè parochialis muneris curam rejiciat .

Nec verò vllò vnquam modo patiat , permit tateuè , illos certa quadam hebdomadarũ partitione , aliaue rone inter se inita , munus Missæ sacrificij in parochiali ecclesia faciendi , aut reliquas parochialis officij functiones , quæ ab vtroque , etiam diebus eisdem vtiliter præstari possunt , ita inter se diuidere , vt ab vno tantum eorum , alternatim scilicet , vel per hebdomadas , vel alia tẽporis vicissitudine præstentur .

Non

Non enim ferendum est , vt cui ecclesie parochiali complurium sacerdotũ , ministrorumue stipendia , alimentauè olim attributa sunt , quò diligentius , & cautius illorum copia tum diuinorum officiorum cultui , tum alijs ministerijs ad spirituale populi curam necessarijs , opportunè consultum esset ; illi aut auaritiæ studio , aut dissidio , negligentiaue ducti , vel onus sibi impositum , minoris quàm par est , æstimãtes , perinde ei ecclesie deseruiant , ac si non plures , vel vnus tantum parochus , animarumue curator constitutus in illa esset .

Oblationes qñ & quomodo faciendæ .

**O**BLATIONVM institutum iam pridè ab apostolicis vsque temporibus Apostolico etiã canone sancitum , sanctissimorumq. Pontificum Melchiadis , Fabiani , & Gregorij constitutionibus , & conciliorum præterea decretis communitum , quò grauius his temporibus à fidei , doctrinaq. catholica hostibus exagitur , & languescente pietatis studio , quò magis à fidelibus negligitur , hoc diligentius seruari , atque ad executionis vsum , vbi intermissum est , reuocari conuenit ; cum præsertim , & ad diuinum cultum illud pertineat , & populis salutare sit , ad expiandaq. peccata vile .  
 Quare Episcopi in sua quique diocesi , & suis , & concionatorũ sermonibus , & omni alio persuadendi cohortandiq. officio , omniq. iuris ratione , illud vbi est retineri ; ac vbi negligitur , restitui studiosè ad sacrorum canonũ præscriptum ita curent , vt in solemnitatibus scilicet Domini , diebusq. Dominicis , ac festis itè , quos coli , aut præcepti , aut cõsuetudinis est , omnis christianus aliquid , prout pro sua quique pietate , deuotioneq. maluerit , Deo offerre procuret ; idq. in ecclesia vel cathedrali , cum ad Missæ sacrificium quod solemniter celebratur ; vel in parochiali , cum à parochi , conuenit .

Quo in officio seruetur , vt quod antiquæ ecclesiasticæ consuetudinis est , primò mares , deinde feminae offerant .

Sacerdoti Missam celebranti , oblationis accipiendæ causa ab altari paulum se remouere licet : at inde longè discedere , ac per ecclesiam vagari , eamq. quasi circuire , nullo modo liceat .

Quò grauius autem Deo sit , quod offerunt ; ad id præstandum accedat fideles intima animi pietate , spirituali hilaritate , sancta charitate , omniq. Christianæ deuotionis testificatione .

Offerentium autem , prout sanctè institutionis est , commemoratio in Missæ sacrificio fiat . Ab ijs verò oblationes ne accipiantur , vt antiquo etiam canone vetitũ est , qui scilicet inter se iniquo animo dissidentes , inimicitias exercent ; qui viuarij , meretrices , sacrilegi , raptores , quæ alio nomine publicè notorieq. criminosi sunt .

Quidquid porrò oblatum erit , præter illorũ dierum oblationes , oblationumue partes , quæ ad Episcopos ipsos iure spectant , quæuè ad sacerdotes , vel ad ecclesias , vel ad ecclesiarum fa-

bricas , vel ad scholas , vel ad eiusmodi pia collegia , episcopali , aut alia legitima auctoritate concessiuè , propriè ac expressè iam perinèr , aut in posterum quouis modo , aut iure spectabunt ; id omne , si in ecclesia cathedrali oblatio fit , in illius ecclesie alteriusuè pij loci , aut operis vsum , vt Episcopus iusserit , conuertatur ; si verò in parochiali , aliaue ecclesia offertur , quidquid datum , oblatumue erit , parochi fit , in cuius parochiali , aut in alia ecclesia intrã parochiæ fines sita , oblatio fiet .

Cappellanus verò , alijsq. sacerdotibus , & alijs item præter cathedralem , ecclesijs , earumq. fabricis , ac scholis , pijq. eiusmodi Collegijs , atque alijs quibusuis ius parochiale non habentibus , oblationes deinceps inter Missæ sacrum accipere , aut exigere omnino interdictum fit : nisi quibus hæc facultas ab Episcopo , aut aliàs legitime data erit .

Si cum parochi de oblationibus diuidendis quisquam pactiones fecerit , vt sibi , alijue sacerdoti liceat oblationes recipere . cõtra quàm præscriptum est ; hæc pactio irrita sit ac plane nulla ; neque propterea aliter quàm supra præscriptum est , oblationes alij exigere , accipereuè liceat ; tum præterea parochus ipse , & alius ecclesie rector , & sacerdos item , alijsuè qui pactum inierit , quietè pactioni cõsenserit , grauius puniantur .

Quæcunque deinceps oblationes , siue pecunia , siue cereis , siue alio elemosinæ genere in Missæ sacrificio à populo fient , ea & fiant , & à sacerdote accipiantur , dum canitur antiphona , quæ offertorium appellatur .

Quòd si Missa non conuenientis est , semper tamen tum etiam fiat , accipiaturuè proximè , an requàm hostiæ , & calicis oblatio fiat .

Si quid verò aliquando non intrã Missarum solemniam , sed alio tempore offerri contigerit ; curet Episcopus restitui sanctum vsum , & oblationi illi , & offerentibus benedicendi statuta prece , atque oratione in libro sacerdotali , aut rituali præscripta .

Qui verò oblaturi sunt , Missæ sacrificio , in quo oblatio fiet , & ab initio piè deuoteq. intersint ; nec verò inde abeant , nisi vbi peracto sacrificio benedictionem sacerdotalem demũ acceperint , quæ in fine Missæ de more fit .

Videat Episcopus , vt elemosinarum , & alius cuius generis pijs oblationibus , quæcunque à populis fiunt , certam rationem præscribat : qua & manè potius , quàm à prandio fiant ; & illæ non popularibus spectaculis , non comestationibus , aut tumultibus , non clamoribus , aut profanis actionibus , quæuè vllam offensionis speciem præbeant ; sed precibus , litanij , hymnis , atque ijs pietatis officijs præstentur , quæ decent eiusmodi religiosas actiones officiaue , & quæ respondent veteri sanctitati , ac disciplinæ huius instituti .

Ne imagines cereæ , voti causa ecclesijs pijsq. locis oblatae , venditari vllò modo possint , ac ne

con-

contractæ quidem, etiam vetustate temporis, nisi concessu Episcopi in vsum ecclesiæ conuertendæ.

Nec verò vllas eiusmodi, vel alterius generis oblationes, vel eleemosinas, antequàm illæ perceptæ sint, vendi, locari, aut contractus vllos, pactionesue etiam secretas eius generis iniri cuiquam, etiam parochio, vllò pacto modouè liceat, pœna graui proposita, Episcopi arbitrio irroganda.

**Parochi sua per se munera præstent.**

**PAROCHIALIS** curæ munera atque officia non per alios, sed ipsimet parochi animarumue curatores obeant, ac præstent; nisi sint qui aliquando iusta causa ab Episcopo approbata impediuntur, aut etiam prohibeantur. Si quis non paruerit; tum fructibus beneficij mulctetur, pro rata temporis, & officij sui prætermisissis; tum alijs etiam pœnis plectatur arbitratu Episcopi.

Sacerdotes cappellani, alijue, quocunq; nomine nuncupati, etiam canonici ecclesiæ cathedralis, collegiatæue, qui vel institutione, vel consuetudine, vel alio iure, parochum, aliumue animarum curatorem, in eo curationis munere adiuuare debent; ab Episcopo in illius ecclesiæ, vbi eiusmodi cura geritur, statione manere, residereq; ac sua munera per se obire cogantur.

Quod si per aliquam causam, parochis, aut ijs cappellanis aliquando in debito ecclesiæ munere præstando aliorum opera vti liceat; hoc eodem residentis personalis iure æquè illi adstringantur, qui in eorum locum substituti, ei parochiali, alijue eiusmodi ecclesiæ vicariam operam ministeriumue præstare debent.

Nec verò eorum quemquam facilius, quàm ipsos parochos rectoresue ab ecclesiæ cura, stationeq; parochiali abesse, neq; rursus vlli suo muneri deesse Episcopus patiat, cum hi quoque eadem residentis, & muneris sui præstandi lege adstricti teneantur.

**Quædam de re videntia parochorum.**

**VSV** compertum est, non sine magno detrimento salutis animarum gubernationis, parochos, dum alia munera quæstus cupiditate, aliaue causa ducti suscipiunt, exercentue, multiplicem illam, & assiduam, quam animabus sibi commissis debent sollicitudinem, parochialesq; curas & officia sæpè intermittere, interdumq; etiam planè delerere, aut certè ita aliquando distrahi, & auocari, impediriue, vt illa nempe suo tempore, neque qua debent ratione, & cura præstent; ac festis præsertim, alijsq; diebus, quas maximè horas & in confessionibus audiendis, & in sacræ Eucharistiæ sacramento ministrando, & in eorum sacramentorum frequenti vsum non instituendo, aut conferuando solùm, sed etiam augendo, & in pascendis verbo Dei fidelibus, & in frequenti sacrificij Missæ oblatione, & in vesperarum officio canendo, & in christianorum rudimentorum doctrina tradenda, & in componendis controuersijs, conciliandisq; fuorum populo-

rum inter se animis, & in alijs denique parochialis curæ officijs, ijs opportuno tempore præstandis, ponere deberent; eas horas ob quæstus studium, aliamue causam traducere, vel ad diuina officia, canonicæ horarias preces in alia ecclesia, in qua præsertim iam canonici sunt, obeundas, vel ad musici partes, officiumq; gerendum, vel ad literarum ludum exercendum, ac ad disciplinas etiam profanas pueris, adolescentibusue tradendas. Quamobrem hæc decernimus.

Qui dignitatem, vel canonicatum habet, & parochus etiam est, aut alia quacunque ratione animarum curatione adstrictus est, si in ædibus parochialibus non habitat, ibi cibum, somnumq; capiendū, vt de parochis, superioribus Concilijs prouincialibus, & in hoc etiã decretum est, aut si officijs supra descriptis, alijsue, quæ tanquam animarum curator, parochusq; in ecclesia sua parochiali præstare debet, obeundis aliquo modo defuerit, aut ea nõ stas, & ab Episcopo præscriptis horis, aut nõ illa, qua ceteri parochi debent ratione omnino præstiterit: Episcopi arbitratu, & pœnis parochio iam constitutis, & grauioribus mulctetur puniaturue, ex præscripto etiam sanctionis à Pio Quinto Pont. Max. eo de genere VIII. idus Iulij M. D. LXVIII. editæ. Ne item parochus, vel alius quiuis sacerdos, qui animarum curam quouis nomine gerit, cætoris, aut musici munus partesue in ecclesia cathedrali, nec verò in alia suscipiat, exerceatue, nisi aliud ob causam Episcopus iudicauerit.

Neque præterea literarum ludum domi suæ, aliove loco aperiat exerceatue, nisi ob parochi inopiam aliquando aliud Episcopus scripto cõcellerit: qui tamen hoc munus extra parochiæ suæ fines exercendi, vllò modo facultatē det. Neque pueros sibi in disciplinam traditos, certa pacta mercede domi suæ vllò modo suscipiat, atque alar.

At clericos, qui sibi adiumento sint, literis, disciplinaq; ecclesiastica erudire curet, itè pauperes aliquos parochialis curæ suæ pueros, qui ad idem aspirent, quiuè aliam nullam facultatem prima ipsa literarum rudimenta percipiendi habent, si eius rei potestatem scripto exarata ab Episcopo habuerit.

**CVM** omni pietatis ratione coniunctum est, diuinarum precum horaria officia, sicut in cæteris, ita in parochialibus ecclesijs solemniter, anniuersarijs potissimum solemnitatibus celebrandis, per parochos præstari, cum & id antiqui instituti fuerit, & populum festis illis præsertim celebritatibus eo conuenire sancitum sit: & vt idè in vsum reuocetur, per Episcopos diligenter fideles moneri sacra Tridentina sanctione semel, atque iterum cautū sit.

Quare die Natali Domini, festo item Circumcisionis qui est octaua, in Epiphania, Pascha Resurrectionis, Pentecoste, & Ascensione, in Annunciatione, & Assumptione Beatæ Mariæ Virginis,

Diuina officia solemnibus diebus in ecclesijs parochial. celebranda. Sess. 24. decret. de refor. c. 4.

Virginis, die natali Sancti Ioannis Baptistæ, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & in solemnitate omnium Sanctorum, ac festo die Sancti, Sanctæue, cuius nomine ecclesia parochialis nuncupatur, à parochio, & Missæ sacrificium, & matutinum, reliquaq; precum diuina officia, vt in ecclesijs collegiatis sit, solemniter rite fiant, cananturue, in ijs scilicet ecclesijs parochialibus, vbi id decenter præstari posse Episcopus censuerit.

Iis verò ipsis diebus mox supra præscriptis, singuli sacerdotes, & reliqui inferioris ordinis clerici, in parochialem ecclesiam, intra cuius fines habitant, si eo tempore diuinis officijs in alia ecclesia interessè non debent, ad Matutinum, & ad reliqua horaria diuinarum precum officia, Missarumq; solemnita celebranda conueniant.

**Parochi capitulum ferant.**

**PAROCHI** in vrbe, & in oppidis saltem insignioribus constituti, vt à reliquis sacerdotibus animarum curam non gerentibus interno scantur, capitulum, quod est proprium eorum insigne, in humeris ferant; cum domo exeunt supra exteriorem vestem; cum processiones aliasq; eiusmodi publicas actiones obeunt, supra superpelliceum: liceat tamen Episcopo ab hoc decreto eximere, qui in ecclesijs cathedralibus dignitatem, canonicatumue item legitime obtinent, quandiu illam, illumue retinebunt, non autem si qui deinceps vlla quauis causa, modouè obtinuerint.

**Cogregationes foraneas quado liceat intermittere.** Tit. 1. & 2. de vicar. for. pag. 22.

**PRO** locorum, & temporum ratione, id ab Episcopo suis diocesanis parochis permitti concediue liceat, vt Decembri, & Ianuario mensibus, ob dierum breuitatem itineris difficultati coniunctam, sacerdotales illos conuentus ipsi non habeant, quos primo prouinciali Concilio in singulos menses haberi decreuimus; ita tamen vt alijs deinceps mensibus, quibus commodius haberi poterunt, refarciatur, & præstetur, quidquid intermissum est, frequentioribus conuentibus, & omni alia diligenti ratione.

Ijs autem conuentibus, vel in vrbe, vel in diocesi habendis, certas regulas, quæ partim in superioribus Concilijs prouincialibus eo de genere decreta sunt, partim ordine, ac rectè adiungendæ videbuntur, ad communem prouinciæ vsum per nos præscribendas atque edendas, tum parochi, tum alij, ad quos executio spectat, feruent, atque exequantur diligenter.

Infra in actis.

## CONSTITVTIONVM PARS TERTIA.

De Episcopis.

Prou. 1. par. 2. de vita & honest. episc. pag. 15.

**VT** quò spontè nos contèdere studemus, eò etiam sanctis legibus, & cohortationibus, quasi stimulis incitati, adiutrice in primis Dei gratia studiosius properemus, non solùm in il-

lis vitæ Episcopalis legibus, quas nobis in Concilio prouinciali primo constituimus, insistere, sed longius in dies nos progredi oportet; cum ij scilicet nos simus, quibus proposita Christi Domini vita, nullus definitus sit progrediendi terminus.

In hoc igitur Concilio prouinciali quarto hæc etiam illis addenda censuimus.

**PRIMO** Episcopi, sibi, & gregi attendentes, Spirituales exercitationes.

in omnibus, vt est Apostoli præceptum, laborent, ac ministerium suum impleant; cunctaq; ad Dei voluntatem administrare vigilanter studeant, constanti virtutū Episcopaliū officio. Sicut autem præstantibus virtutibus christianis, populi, quorum curam gerunt, ab ipsis instituendi sunt; ita optimam illam, quæ in Episcopali animo castissimo, ad diuinaq; suscipiendas illuminationes idoneo, inesse debet, vitæ institutionem, euangelicis literis explicatam, non verbis solùm declarent, sed sanctissimis factis, è charitatis fonte manantibus comprobent; exemplisq; virtutum suarum in omnem sanctæ, veræq; christianæ vitæ vsum illos conformare diligenter curent.

In oratione, sanctisq; meditationibus cum eos frequentes esse oporteat; certam sibi horam quotidie sumant, quam in contemplationum diuinarum studio, exercitationeq; attentissimis religiosæ mentis cogitationibus ponant.

Qua oratione non sibi ipsi tantum diuini luminis illustrationem deposcant; sed etiam pro fidelibus suæ curæ commissis humiles preces fundant; eorum peccata deplorando; pioq; gemitu, & religiosa supplicatione Deum orando, vt disiectis peccatorum nubibus, pluuiam, & rorem suæ diuinæ gratiæ, ac misericordiæ effundat in hæreditatem, & agrum ecclesiæ suæ. Domi item suæ, orationis vespertinæ institutum introductum retinere studeant, ad quam ipsi, si modò aliquando impediti non sint, conueniant, tum planè familia omnis.

**MISSÆ** sacrificium frequentius celebrare studeant.

Domitinis verò, festisq; diebus, ne id præstare Tit. de fug. diu. sacrifi. obla. pag. 16.

Hoc verò ipsum facere curent crebrius in ecclesia, quàm in priuatis oratorijs.

Tum præterea Missæ sacrificium facere studeant, quibus diebus ecclesias, altaria, aut campanas consecrabunt, aut cœmiteria, eamue recõciliabunt, & alia eiusdem generis episcopalia munera obibunt; illis præterea diebus, quibus ecclesiastica beneficia conferent, & generalia clericorum qui initiandi sunt, & confessoriorum examina habebunt, cæterasq; denique grauioribus consultationes, & deliberationes inibunt.

Cum autem ob causam sacrificium non faciunt, religiosè interfint.

Nec verè cum adfuturi sunt, sacerdotem cappellanum sacri faciendi causa indutum, ad altare

rare in mora esse velint, aut expectare patiantur, dum ipsi alijs rebus incumbunt.

Prius autem sacrum facere, aut impediti ei interesse studeant, quam alias occupationes, actionesue externas suscipiant, gerantue.

**Horæ canonicæ** DIVINAS laudes, precesq. horarias, pie, decorè, studiosè, deuoteq. quantû eis Deus dederit, ac supplici mète recitent; ne verò quidquam aliud agendo debitû hoc munus obeât, id pro religionis studio valdè caueant.

**Aurel. r. c. 33.** DOMINICIS verò, festisq. diebus ne ecclesiæ defint, nisi infirmitate impediti, ad Cœcilij Aurelianensis præscriptum; atque alijs itè diebus, quò frequentius per alias quotidianæ pastoralis sollicitudinis occupationes licebit. Quòd si in ecclesia non possunt, impediti; domi tamen diuinum officium non continenter, sed aptis, conuenientibusq. horis recitare studeant.

Si verò ne illis quidem horis licebit aliquãdo per negotia; videant, vt præueniendo potiùs quam tardando, diuinis laudibus satisfaciât.

**Confessarius.** CONFESSARIUM sæcularem, aut regularem deligant adhibeantue, qui vir sit sacra scientia, prudentia, spectatis moribus, & vitæ sanctitate insignis: cuius etiam studio, & consilio, & preceationis spiritu, in rerum grauiorum deliberationibus aliquando vti possint.

**Studia.** NE omittant etiã sacræ theologiæ, sacrorumq. canonum, aliarumq. ecclesiasticarum doctrinarum, officio muneriq. Episcopali propriè congruentiû studijs, quotidie stas horis operam dare; quotidieq. aliquid ex sacris biblijs, potissimùm Episcopali fidei, religioniq. commissis studiosè legere; gẽtilium autem libris, vt Carthaginensis concilij canone vetitum est, ne operam dent.

**Cartag. 4. can. 16.**

**Audientia, & reliqua.** OFFICII præterea sui esse putent, eos excipere atque audire, qui ipsos vel tanquã iudices, vel tanquam parentes, vel consultores, adiuto resue adeunt.

Itaque his peractis, quæ ad diuinum cultum, religionis officia, & ad animi spiritusq. pia studia spectant, omnibus adeuntibus se faciles benignosq. præbeant, ita tamen, vt ne à grauitate recedant.

In auditorio omnibus satisfacere studeant: ac ne infimos homines audire negligant, sed hos vel in primis, cum adsunt, ad se accersant.

Expediant statim, quæ rectè possunt: omnibus vel re, vel consilio, vel consolando prodesse studeant.

Quæ ipsi possunt, ac debent, ad spiritualem curationem, & gubernationè, diuinumq. cultum spectantia, hæc per se in primis præstare studeant: cætera quæ inferiora sunt, potiùs per Vicarios, ministrosue alios exequantur.

Auditorij negotijs postquam satis tẽporis dederint, tunc à prædio diem etiam distribuunt, vt reliquis conficiendis opera ponatur.

**Animi relaxatio.** Quidquid autem temporis animi relaxationi aliquando ob valetudinem dabitur; id omne

vel in spiritualium librorum lectione studio, vel in consuetudine & colloquio piorum & eruditorum hominum, spiritualisq. vitæ amantium ponere studeant.

A nimia laicorû familiaritate meminerint abstinere.

Laicalia conuiuia fugiant.

LECTIO in mensa potissimùm sit ex sacra scriptura, & pastoralibus libris, ex vitis sanctorum Episcoporum, qui Episcopale munus egregiè gesserant.

**Lectio in mensa**

**DIE** autem consecrationis suæ, vt aliàs vtiliter in Concilio Oxoniensi sancitum est, formulã illam promissionis suæ, in ipsa consecratione de pontificali libro prolatam, annis singulis in mensa legi curent; tum certis etiam alijs solè nibus diebus, vt diligentius præstent, quò crebrius illa lectione quasi moniti, videant Episcopalis muneris partes.

**Statuimus fr**

Tridentini item Concilij decretum in sessione xxv. editum c. 1. & Concilij prouincialis primi sanctionem de vita Episcoporum, & hanc præterea sæpè sibi recitari curent, tum maxime aliquando quibus diebus vnà cum familia omni cibum capiunt.

VESTITV vtantur, ad Concilij prouincialis primi præscriptum, talari scilicet tunica, collo adstricta, rochetto, & humerali indumento, quam mozzetam dicunt, ita vt ne domi quidem in vilius conspectu se exponant, nisi eo Episcopali vestitu induti.

**Vestitus.**  
Tit. de epi vestitu . pag. 16.

Rochetum etiam, & mozzetam induant, cum per diœcesim iter faciunt: interiorè verò tunicam breuiorem, ac mantellum viatoriû adhibeant, licet.

Anulo autè Episcopali semper vtantur, & vbi que, tum domi, tum foris, tum in sua, tum in aliena diœcesi; vt perpetuò se Ecclesiæ suæ sponfos meminerint.

Sexta quaque feria, tum præterea in vigilijs, in aduentu, in quadragesima, vestitû induant nigro colore, ijs diebus exceptis, quibus ex ritu Ecclesiæ nullum mœstitiæ signum vestibus ostendere debent; alijs autem, violacei coloris vestimenta adhibeant.

Cappam Episcopalem, cum in Ecclesiam, vel ad diuina officia, vel ad conciones, vel ad sacras lectiones, vel ad aliàs eiusdem generis actiones accedunt, omnino induant.

**FAMILIA** Episcoporû, Ecclesiæ sumptibus sustentata, in domibusq. ministrorû Dei educata, cæteris proposita esse debet ad imitationem christianarum virtutum. quam, ob rem eiusmodi sit, quæ præluceat vitæ & morum exemplis.

**Familia.**

In ea ne sint rixosi, impudici, blasphemii, factiosi, scurræ.

Ne episcopi consanguinei, nisi eadem viuendi disciplina qua cæteri vtantur.

Neque item qui parochialem curam gerunt.

Neque rursus qui alio residentia munere adstricti, illis exceptis, qui licet Episcopo operam

ram

ram nauent, possunt tamen debitas ministerij sui functiones in Ecclesia præstare.

Veruntamè ne ei facultati detractum ideo sit, qua canonicos duos habere secum Episcopo per sacros canones licet.

Cubicularij præ cæteris ætate sint moribusq. graues, & boni testimonij.

Ad sintq. omnino ex primi Concilij decreto, Clerici, qui sanctæ Episcopalis vitæ, religiosarumq. actionum sint non solum testes, sed imitatores etiam, atque adeò eiusmodi denique, qui, vt ad sanctissimum Pontificem Eugenium Tertium S. Bernardus scitè scribit his verbis, præcipitem etiam frenarent, dormitantem excitarent: quorumq. libertas excedentem corrigeret, extollentem reprimeret: constantia, & fortitudo nutantem firmeret, erigeret diffidentem; quorumq. sanctitas ad omnia bona incitaret.

**Tit. de epi familia. pag. 17.**

**4. de confid.**

Qui Clerici sunt, vel sacris initiati, vel sacerdotes; eorum opera ne Episcopi vtantur ad officij alicuius, quod sacerdotali, clericaliue ordini minus conueniat actiones.

Ne quispiam de familia vllò vnquam die præmittat rei diuinæ interesse, nisi necessariò impeditus sit.

Iis qui de familia sunt, præsertim Clericis, certus ieiunij dies in singulas hebdomadas instituat.

In aduentu item curetur, vt familia ieiunet saltem feria quarta, & sexta.

Ieiunet familia pridie diei consecrationis Episcopi, in vigilijs item sancti cathedralis Ecclesiæ, ac patroni ciuitatis, si quando non huius nomine nuncupatur cathedralis.

Vnusquisque de familia singulis mensibus cõfessus, sacram eucharistiam sumat vnà cum reliquis, qui in familia sunt.

In aduentu, vt Syluerij pontificis decretû est, & præterea in quadragesima, singulis diebus Dominicis sacram communionem salutariter accipere studeant, clerici præsertim, & vitæ spiritualis studiosiores.

Duobus antè diebus, quàm sacra communio fiat, paterna cohortatione ab Episcopo ea de re familia præmoneatur.

Singulis hebdomadis, bis minimum, qui de familia sunt rudiores, & christianæ fidei doctrina, & literis ab aliquo instituantur, cui id curæ Episcopus dederit.

Quo loco domestici & exteri domi anticubiculum Episcopi conueniant; eo loco liber, aut de vitis sanctorum, aut de spiritualis vitæ exercitationibus conscripserunt in mensa sit; vt qui conueniunt, lectioni incubere possint, nec verò inanibus confabulationibus se dedant.

Dû familia cibû capit, lectio etiã adhibeatur. Ne familia otiosa sit, ne inertie aut desidie dedita; sed aut in obsequio Episcopi, aut in honestis exercitationibus occupata.

A nugis abstinent, silentium cum modestia cõiunctum seruare studeat.

Abstineat autem vnusquisque qui in famulatu Episcopi est, cum à flagitiosorû hominum consuetudine, tum à locis vbi turpiter viuatur.

Ne quis præterea foris pernocet.

Ne rerum nouarum curiositates sectetur.

Ne quæ iocularia sunt, quæ ridicula, vnde cachinni risusq. solutiores excitantur, loquat.

Conuiuia publica, comestationes laicales, frequentemq. laicorum hominum consuetudinem vitet.

Libros ne habeat de rebus iocosis, scurrilibus, ridiculis, obscænis impurisq. conscriptos.

Super custodia familiæ Episcopus perpetuò stet, tum etiam bis quotannis visitet, semel ineunte quadragesima, iterû initio aduentus, eiusq. mores paternè inuestiget, ac videat, vt vnusquisque religiosæ vitæq. spiritualis institutis congruenter viuat.

Si quos ad christianas virtutes progredi compererit, eorum studia progressionè spirituales vitæ adiuuentis excitet: qui verò à benè agendi studio auersi sunt, illos moneat, atque obiurget, ac si contumaces incorrigibilesq. inuenerit, domo eiciat.

Rursus Episcopus familiæ suæ confessarios sacerdotes, viros spiritualis vitæ vsu exercitatos cõstituat: quibus etiã tanquã clericalis disciplinæ, & sancte institutionis magistris illa vtatur.

Episcopo Missam celebranti vel audienti frequens familia adsit.

Cum in ecclesia ad diuina officia ipse accedit, familiam quoque secum adesse iubeat.

Nihil denique omittat, vt omnes domestici in omni benè sancteque agendi officio se cõtineat.

Familiarium præterea cum agrotant, magnam habeat curam.

Prouideat, vt illorum salutis animarum ratio in primis habeatur; tum valetudinis recuperationi per medicum consulatur: neque verò impensis parcatur, ita vt agrotantibus omnia ad conualescendum necessaria suppedientur.

Illos etiam aliquando inuisat, tum salutaribus cõsilijs: & benignitatis officijs cõsoletur quod Episcopalis charitatis officium etiam infimis familiæ suæ præstet.

Vniuscuiusque autem de sua familia rationem in mercede constituenda habeat, pro virtutu meritorumq. & pro ecclesiasticorum fructu dispensationis sibi creditæ ratione.

Ab Episcopali domo absit omnis picturæ ornatus, quæ profana sit.

In atrio Episcopos ordine pingi curet, qui præcesserunt; si minus omnes, eos saltem qui sanctitatis, aut doctrinæ, aut rerum Episcopaliû gestarum laude clari sunt.

In cubiculis omnibus, reliquisq. domus locis frequentioribus ne desit aliqua imago sacra.

HOSPITIO, mensaue recipiendis etiam illustribus & locupletibus hominibus, ne præscriptam Episcopalis frugalitatis normam deferat, vt exemplo suo ipsi quoque hospites incitentur ad frugalem vitæ modum.

**Hospitalitas, & elemosina.**

**p. Elec-**



Elemofinis dandis promptus ita fit, vt præter illas, quas per elemofinarium, alioiue largiri solet, etiam misericordiae visceribus indutus, manu sua in pauperes Episcopali liberalitate conferat.

*De vita, & honestate clericorum.*

Prou. 1. par. 2. de vita & honest. cleric. pag. 15.

Vestitus.

**V**ESTES, quas domi priuatim clericalis ordinis homines induent, eiusmodi sint, quæ non colore, non vlla habitus specie à clericali modestia discrepent.

Cùm in ecclesia versantur, quo tempore super pelliceum induere non debent, ne sint sine toga exteriori, præsertim horis quibus diuina celebrantur, aut populus ad ecclesiam accedere solet; nec verò absque ea etiam in diocesanis locis prodeant, nisi cùm eos pedibus iter facientes, viæ difficultas & longitudo aliter cogit.

Si quò iter equo faciunt; ne absque viatoria veste exteriori equeant, succincta interiori tunica, aut alia contractiori decenter adhibita.

Superpelliceis, cùm ministerij vsus postulat, omnes vtantur; quæ non lacera sint, non sordida, non ita elaborata, vt artificij ornatus in humeris nimis appareat.

Singuli autem præterea præsertim qui in aliquo minorum saltem ordinum sunt, propriū superpelliceum habeant, quo & in ecclesia cui adscripti sunt, & alibi cùm ipsos suis fungi munibus contigerit, vti possint.

Nulli sacerdoti, clericouè anulum, nisi ea dignitate prædito, in qua conferenda ille sibi traditur, gestare liceat, tuncq. vnum solum, & digito dexteræ manus quarto. Eum verò dum Missæ sacrificium facit sacerdos deponat.

**IN** omni item incessu, statu, gestu, vultu, ordinem suum sacerdos & clericus profiteatur, omni clericalis vitæ actione religiosi animi mores expriment: qui in ecclesiastici ordinis hominibus elucere debent.

Ne cùm neces & cruciamenta improbis hominibus magistratum iudicio illata, multitudinis spectanda proponuntur, vlllo modo ecclesiastici ordinis viri intersint; nisi eorum pia opera, consolandiq. officium vsui futurum illis sit, qui ad supplicium ducuntur.

Sacerdotem, clericumq. cuiusvis ordinis, in canticis, hymnis, psalmis, cæterisq. ecclesiastici cultus officijs religiosa modulatione concedebantur, diuinisq. laudibus sanctè concinendis ita versari conuenit, vt voce sua sacris dicata, abuti non debeat ad profanas cantiones & modulationes, atque ad voluptarias deliciasq. laicorum oblectationes.

Quamobrem caueat, ne in nuptialibus laicalibus conuiujs aut mensis canendo operam suam nauet, ne vlllo quidem, vel cognationis, vel amicitiae, familiaritatis, obsequijs, alte-

riusue rei causa; cùm præsertim clericalem hominem inter epulas canere, veteri canone plane interdictum sit.

Omnis etiam sacerdos clericusue publica conuiuia, & comestationes eiusmodi vitet, quibus sæpè fit, vt contemptui sit ecclesiastici ministerij dignitas.

Illud autem vnusquisque clericus sæpè repetat, se non ad inertiam atque ignauiam; sed ad spiritalis, & ecclesiasticæ militiæ labores vocatum esse.

Sciat propterea id in officio suo positum esse, vt cùm vel in officijs diuinis obeundis, vel in frequentandis ecclesijs, quod debet tempus consumpserit; si quid sibi reliquum est, id omne non in rerum sæcularium colloquijs, profanisq. actionibus; sed in diuinarum literarū studijs, & in cœlestium rerum contemplationibus, & sanctis pijsq. officijs traducat.

Quare vnusquisque huius provincie Episcopus, ac alij item qui illius nomine, atque auctoritate visitationis munus obibunt, videant atque inquirent diligenter; quibus in rebus tempus clerici consumant; anq. in ijs potissimum, quæ ab illis agi curariq. debent, qui in Dei cultum se dederunt.

Quòd si clericos aliquos otiosos esse compere rint, inita aliqua ratione salutaribus eos occupationibus, & ecclesiastico homine dignis incumbere procurent; ac prouideant omnino, ne isti ad suæ salutis discrimen, & aliorum offensionem otio abutantur.

Omnes præterea & singulos clericalis ordinis homines hoc decreto monitos esse volumus, vt ad eos se crebrò conferant, qui in sacerdotio constituti, in spiritalis vitæ studijs exercitationibusq. versati, atque eiusmodi sunt, de quorum consilio, vitam ad omnes sanctè religioseq. agendi rationes instituant.

Ab illorum autem, qui in vitiorum luto volutati se maleficijs pascunt, familiaritate abstinere cum eos omnes iubemus; tum præcipuè minorum ordinum clericos, qui nondū ætate confirmata sint, neque firmo virtutum robore muniti, procliuius ad vitia prolabantur.

At illud non modò prohibemus, sed diuina contestatione obsecramus ecclesiastici ordinis homines, eos præsertim qui in sacerdotij gradu constituti sunt, quiuè animarum curam gerunt, vt quos in vitiorum face versari animaduertent, cautè & sapienter studeant à peccatis flagitijs deterrere, & ad virtutem cohortari; eisdemq. in scelerum gurgite laborantibus opem ferre, verbis, consilijs, exemplis; atque ita quidem, vt dum illos iuuare conantur, ne se familiaritate inquinent.

Ne clerici apud se libros habeant aut legat, quorum lectione benè agendi studium, morum disciplina, & timor, charitasq. Dei languescere possit: quales libri sunt, qui res, vel inanes, vel iocosas, vel scurriles, ridiculasue, vel impuras continent.

Rerum

Rerum nouarum curiositates fugiant: tum ne quæ ridicula sunt, vnde cachinni, risuq. solutiores existunt, loquantur.

**H**ora canonicæ SACERDOS, clericusue sacris initiatus, aut ecclesiasticum beneficium obtinens, horarum canonicarum officio cùm adstrictus sit; meminerit, se febris, morbouè aliquo, vel aduersa valetudine leuiter aliquando laborantem, nõ iustam propterea excusationem habere, quã obrem illud intermittat omittatue.

Itaque si quando corporis infirmitate affectus est; ipse pro sua conscientia rectè videat, quid præstare possit, ac ne omittendo grauiter peccet, & beneficij si quod habet, fructus suos non faciat.

**Q**UO diligentius cleri in omni ecclesiastica disciplina progressus constet, vnusquisque sacerdos, & cuiusvis ordinis clericus, de frequentati sacramentorum vsu, de functionibus in ecclesia præstitis, de lectionib. studiorumq. progressionem, de cæteris exercitationibus sibi præscriptis, testimonium ab ijs singulis, quibus ex præscripto accipere oportuerit, singulis mensibus, vel alio stato tempore per Episcopum statuendo afferant; idq. ad constitutã rationem.

**S**acerdotibus, ab ijsq. etiam qui prouectiori ætate sunt, hoc si nunquã per ipsos antea præstitum est, omnino præstari peroptamus, vt cū omnis ante actæ vitæ suæ peccata diligenter, riteq. constentur; tum spiritalium exercitationum, prout ijs qui subdiaconatum, vel sacerdotium suscepturi sunt, præscriptum est, studium aliquando suscipiant; quò diligentius in via salutis sibi prospiciant.

*De visitatione.*

Prou. 1. par. 2. pag. 23.

**N**ECESARIUM illud ac planè debitum visitandi munus, quod ex sanctione Tridentina præstari oportet, provincie nostræ Episcopi ita sollicitè exequantur, vt suæ quique vrbs ac diocesis visitationem singulis ipsis annis, aut si per diocesis amplitudinem non possunt, biennio ad summum ipsi per se conficiant.

Si verò legitima occupatione, causauè impediti, id muneris aliquando per se ipsos obire nequeant; Vicarios generales, visitatoresue alios, huius rei vsu peritos atque idoneos adhibeant, qui visitationis officium sedulo vt par est præscripto tempore exequantur.

Cùm verò visitationis munus ipsi per se obeunt, vel vnum, vel duos canonicos, vel alios quoscunque homines ecclesiasticos, quos vsui & adiumento sibi fore viderint, prout maluerint, secum in ea visitandi cura adhibeant.

Ne deinceps plures quàm homines decem, & iumenta septem ad summum secum in visitando conducant, supputata hoc numero Episcopi etiam persona, ac illius ecclesiastici viri, quæ ex huius concilij decreto Episcopus quif-

que aliquando præmittet: suis tamè proprijs sumptibus licebit eis plures conducere. At verò qui Episcopis gradu inferiores sunt, in visitatione longè pauciores homines, & iuuenta adhibeant.

Hocq. decreto derogatum sit alteri, in Concilio primo prouinciali edito.

Laicorum hospitia, eoq. magis cõuiuia, vt maxime possunt, omnes fugiant; sin autem ad illos diuertere aliquando necesse erit, cum cætera seruent, tum in primis caueant, vt ne extramensæ Episcopalis, & clericalis modum, regulasq. in visitatione præscriptas, quidquã omnino ab hospitibus appareatur, apponaturue.

Notarius autem, cancellariusue, ne quidquã pro visitatione ab ijs qui visitantur vlllo quouis nomine exigat, neque vllum doni, etiam pusilli, quocunque modo oblato genus accipiat, ac ne item pro decretorum, ordinationumue in visitatione confectarum actione vel conscriptione, earumue exemplo, etiam singulis vel ecclesijs, vel clericis, vel alijs qui visitantur, iussu visitantis edito.

At pro opera, laboreue, quem alterius cuius interest, illarum exempla alio deinceps tempore petentis causa, in ijs exscribendis posuerit, mercedem capiat licet, pro taxæ in foro Episcopali præfixæ, aut præfigendæ ratione.

**E**PISCOPI, qui cæteris omni benè, sancteq. agendi exemplo præire debent, antequàm clerici, populiq. visitationem ineant, à se, suaq. familia visitandi initium vtiliter faciant; quò reliqui omnes domesticæ illius visitationis actione, executioneq. incitati, pastoralia iussa, quæ ipsi visitando præscriperint, promptius ac studiosius exequantur.

Diligentiam verò omnem visitando adhibeant, non modò in ecclesiarum cultu & ornamento tuendo augendouè; sed maxime in omni, & cleri, & populi pristina christiana disciplina restituenda; in vtriusque item moribus cognoscendis, iisdemq. deprauatis corrigendis.

In eaq. vel visitatione, vel morum correctione, etiam tanquam sedis apostolicæ delegati auctoritate Tridentini Concilij statuunt, moderentur, puniant, & exequantur ad sacrorum Canonum præscriptum, quæcunque illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, & diocesis suæ vtilitate necessaria videbuntur. In ijs, neque vlla inhibitio, appellatio, aliudue quidquam impediatur, aut retardet executionem eorum, quæ ipsi mandarint, aut iudicauerint, decreuerintue.

**F**OEMINARVM, ac marium luxu, immoderatoq. vestium sumptu vtentium, ornatum illum inanem ac planè superuacaneum, & à christianæ vitæ more sanè quam alienum, vnde tot malorum seminarium extare quotidie cernitur, omni episcopalis muneris officio & auctoritate prohibere, tollere, funditusq. euellere studeant.

Vid. prouinc. 1. par. 2. de visit. 5. comitat. quo decretum hic abrogatur. vbi hospitetur, & cibum sumant.

Notarij pro visitatione quid exigant.

Episcopi vnde initia faciant visitationis.

Quid apostolica auctoritate faciant.

Sess. 14. dec. de refor. c. 4.

Laicorum luxum comprimant.

Quid in monasteriis monialium præsentent.

**MONIALIVM** monasteria regularium iuri curæ subiecta, quod ad clausuram attinet, diligenter accurateq. visitent; loca ipsa introspectent; atque ex superiori etiam parte circumlustrent, & cautè, solerterq. inspiciant prospectus omnes, aditus, & cætera denique omnia, quæ ad clausuram rectè tuendam vlllo quouis modo pertinent.

Hospitalia & pia loca visitet. Sess. 22. dec. de refor. c. 8.

**HOSPITALIA** item, aliâq. pia singula loca & sodalitia, pro auctoritate facultate, & canonum iure, & decretis Tridentinis sibi data, in singulos annos visitent, & quæ laicalia etiam, & merè priuata sunt, in ijs quæ ad obseruandam piam testatorum voluntatè spectent, visitando corrigant, & reforment.

Accedenti ad visitandū epō obuiam procedat parochia incolar.

**EPISCOPO** ad cuiuscumque loci, vel ecclesiæ parochialis curatæ visitationem aduentanti, cum illi potissimum, vt vetus Canon Concilij Turonensis iubet, qui confirmationis sacramentum ab eo suscepturi sunt, tum præterea reliqui omnes fideles, exceptis tantum ijs, qui morbo aduersæ valetudine laborant, sicut in Concilio Rothomagensi cautū est, obuiam ordine prodeant; ac stans hymnorum, psalmodiarumq. precibus, & cum gaudio, timore, summaq. reuerentia, illum tanquam vicem Christi agentem excipiant, prout eodè Rothomagensi Concilio sancitum est, cuius canone excommunicatio illis constituta erat, qui ei muneri desuissent.

Eidem visitanti interfint.

Neque solum quo tempore ille aduentat, sed alijs etiam diebus, dum visitatio parochiæ fit, fideles quàm frequentissimi adsint; vt ipsi omnes ac singuli, si quid ad animarum salutem procurandam opus habent, proprio pastori, parentiq. liberè exponant; ei, quæ pro illius officij ratione oportet, interroganti respondeant; illum concionantem, monentem, & paternè arguentem, obsecrantem, & increpantem audiât: eiusdem iussa, monita, & decreta suscipiant, atque Dei denique voluntatem, quam præsentem per ipsum auribus percipiunt, non tantum obediendi propensione, sed etiam rectè factis omnino exequantur.

Ante initium visitationis quid ab epō præstandū.

Id porro omne vt fideles diligenter promptoq. animo præsentent, frequentissimiq. in Episcopali visitatione adsint; parochorum, & aliorum quorum interest sacerdotum sit, crebrò prout vsu venerit, intrà Missarum solemniam illos docere, cum eas officij partes, quas Episcopo visitanti ab ipsis præstari conueniat, tum visitationum in primis utilitates, fructusq. salutare.

**AT** verò ex visitationum laboribus quò vberiores fructus existant, ac fidelium animi salutari aliqua præparatione excitati & susulti, quò propiores erectioresq. fiant, cum ad benè agendum, tum ad paterna, & episcopalia iussa monita, & amplectenda & exequenda, tum ad omnem denique Christianæ vitæ disciplinam sanctis institutis conformatam suscipiendam, præterea, vt visitatio & diligenter, & breuiter, & rectè denique cõficiatur atque absoluaatur; has

etiam de præparatione, ab ijs præsertim qui visitantur adhibenda, instructiones adiungendas censuimus ijs decretis, quæ hoc ipso de genere in hoc, & in alio nostro prouinciali primo concilio edita sunt. Quibus porro instructionibus pro personarum, temporum, locorumq. suæ diocesis ratione, ab Episcopo addi, detrahîq. liceat.

Primum vbi visitationis, vel generatim in vniuersa vrbe, diocesiq. inchoandæ, vel speciatim in aliquo oppido, locouè, aut parochia præsertim frequentiori atque insigniori obeundæ, certam diem Episcopus statuerit; pastoralibus etiam literis eo potissimum nomine à se confectis, populum præmoneat atque cohortetur, cum ad alia pietatis officia, tum maxime ad peccatorum confessionem, sacram communionem, & precesq. pro salutari visitationis euentu continenter habendas.

Triduo proximo antequàm vniuersæ visitationis initium fiat, in cathedrali ecclesia quadraginta horarum orationem indicat; quam eiusdem visitationis nomine à clero, & populo qui in vrbe est frequentiori, in ea ipsa ecclesia piè celebrari curet.

Hæc ipsa etiam orationis ratio parochia, alioque ecclesiæ rectore cuius interest curante adhibeatur, antequàm ecclesiæ parochialis, curatæ, aut oppidi præsertim insignioris visitatio ineatur.

Duobus verò, aut pluribus antè constitutum visitationis tempus diebus, Archipresbyterū, aut Archidiaconum, vt in Concilio Rothomagensi cautum est, aut alium ecclesiasticum hominem, quem maluerit Episcopus præire iubeat, per singula oppida, vicos, parochias, & loca ciuitatis, & diocesis, præsertim frequentiora, insigniora, quæ ille visitaturus est.

Ille verò iussa præstet: conuocatoq. clero, & populo vniuscuiusque loci nūciet Episcopi aduentum, eidemq. aduentanti obuiam vt iussum est prodire, cæteraq. in promptu haberi moneat, ac mandet.

Pastorales item Episcopi literas, edicta, instructiones ad visitationem pertinentes enunciet atque euulget.

Tum præterea quidquid de leuioribus causis ab eo explicari, agitur Episcopus iusserit, id exequi studeat; vt ne ille veniens, diutius ob eiusmodi causas in visitationis mora esse necesse habeat.

Parochus porro, aliusuè ecclesiæ rector, vel præfectus, in qua animarum curam gerit, cum visitandus erit, pastorales Episcopi literas visitationis nomine editas, duobus ante illius aduentum proximis festis diebus, intrà Missarum solemniam, cum populi frequentia adest, de scripto recitet.

Itidem præstet de literis, quas de confirmationis sacramento ritè religioseq. suscipièdo, Episcopus instructionum monitionumque nomine ediderit.

Quid item præstandum à parochia.

Hoc ipsum præterea exequatur de alijs item literis, edictis, & instructionibus, quas ob visitationem euulgari ille iusserit. Sacerdotibus quoque, & alijs quorū interest, Episcopales instructionum literas de scriptis, tabulis, libris, alijsq. rei ecclesiasticæ monumentis, instrumentis, cæterisq. id generis maturè præparandis, quò visitandi ratio breuior explicatiorq. sit, significet, & recitet, ac si opus est, earum exempli exscribendi copiam illis faciat.

Quam literarum, edictorumuè Episcopaliū euulgationem recitationem, & sermone, & concione, & monitionibus, & omni alio tum publico tum priuato cohortationū officio prosequatur, prout expedire animaduenerit: quò fidelium animos diligentius præparet, atque excitet ad suscipiendum Episcopalis visitationis officium, vberimo ac salutari cum animarum fructu.

Illud porro curet, vt nemo qui intrà parochiæ suæ fines habitat, omnino sit, qui eo visitationis tempore confessus, sacram communionem non sumat; idq. ab Episcopo ipso, etiam si in alia parochiali ecclesia sumere oporteret, scilicet eo loci, vbi ille manè visitans Missæ sacrificium offerat.

Nemo item, qui chrismate non ante confirmatus, modò ætate in confirmationis literis Episcopaliibus præscripta sit, illud ab eodem tunc non accipiat.

Quamobrem tum pridie diei visitationis, tum maxime vbi Episcopum visitationis causa iam aduentare cognouerit, certo aliquo, solèniq. campanarum sono illius aduentum fidelibus significet: quò frequentius etiam ex agro eiuo cati, omni alia prætermissa actione conueniant; eiq. tale tamq. necessarium munus obeunti, diligentiùs præsto sint, qua debent obseruata, ac veneratione.

Studeat item confessariorum sacerdotum, qui ad id muneris probati sunt (nisi Episcopi cura præmittantur) copiam necessariam habere; qui biduo, triduoque parochiæ suæ hominum confessiones audiât, aut confessos reconciliet: vt stata visitationis, aliaue die, quam Episcopus constituerit, præparati sint ad sacram communionem, & ad confirmationem, qui nondū confirmati sunt, ab eo sanctè sumendam.

Ac propterea confessionum causa eo tempore confessionalia multa ad formulæ demonstratæ præscriptum confecta, certisq. locis in ecclesia sua decenter collocata; si totidem non sunt, quot necessaria viderit, aliunde habere curet. Hostias, vinum, vasa, mappas, & alia ad sacræ communionis populo ministrandæ vsu necessaria, accurate parat.

Locum item in ecclesia præparet, atque ornet, vbi ab Episcopo confirmationis sacramentum fideles religiose suscipiant.

Suggestum item decenti ornatu instruat, vnde tum ille, aliusuè populo sermonem concionè-

uè habere possit; tum episcopalia monita de scripto pronunciari.

Pridie illius diei, quo Episcopus visitaturus est, chyrographa, schedulasuè in promptu esse curet, eorum qui confirmationis sacramentum suscepturi sunt, & comparum, commatrumq. item, ex præscripto instructionis literarum de confirmationis sacramento promulgatarum.

Omnium, singularumq. rerum, quæ vel consecrandæ, vel benedicendæ sunt; vt potè ecclesiæ, cœmeterij, altarium, campanarum, vestium, indumentorum, tabernaculi, calicū, corporalium, crucum, imaginum, significationè indicis ordine exarata, Episcopo ante diem visitationis ita in tempore det, vt cum de apparatu, tum de certa hora, vel die, illas sacræ actiones obeundi deliberare possit.

Sacrificiam præterea adornet atque instruat; in qua ex armarijs exposita sint sacra indumenta, vestes, pallia, vasa, ac reliqua omnia ecclesiastica supellectilis instrumenta atque ornamenta; præter illa, quæ in ecclesiæ, altariumq. apparatu & vsu tunc erunt: eaq. ordine, ac pro colorum ratione distinctè collocata ita appareant, vt eo & loco & tempore in visitando recognosci certè facileq. ac breui possint.

Certo item, decentiq. sacrificiæ loco libri ac volumina ecclesiastica, vt Missalia, Breuiaria, lectionaria, antiphonaria, & alia id generis suis operimentis politè contecta, in oculis Episcopi appareant.

Tuto item eiusdem loco in promptu sint scripta, monumenta, codicesuè, quibus testificatio fiat sacrarum reliquiarum in ea ecclesia asseruatarum.

Eodem loco tabulæ item scriptauè indulgentiarum eidem ecclesiæ concessarum.

Separatim alio sacrificiæ loco, vel in archiuo, si illud à sacrificiis distinctū sit, in promptu habeat tabulas, scriptauè, ac monumenta quæuis pro ratione annorum distinctè notata, quæ ad Ecclesiæ, altarium, cappellarumque iura, priuilegia, bonaq. testificanda pertineant.

Librum item statutorū & constitutionū, & tabulam rituum, cõsuetudinū, si quas peculiare illa ecclesia, eiusuè clerus habeat, præsertim in diuinis officijs, ecclesiasticisq. functionibus.

In promptu præterea ac parata inuentaria hæc infra ordine præscripta, rectèq. confecta habeat, quibus singulis manu sua subscriptū sit. Primò inuētarium sacrarum reliquiarū in suâ ecclesia reconditarum, ac simul monumentorū literarumque illas verè testificantium.

Alterum in quo descriptæ sint indulgentiæ omnes, illi ecclesiæ, eiusuè cappellis, aut altaribus perpetuè concessæ, aut ad tempus, quod adhuc peractum non sit.

Tertium in quo factæ vestes, pallia, indumenta, & ornamenta singula; omnia, quæcunque supellectilis ecclesiæ sint, rectè ac distinctè descripta notatauè appareant.

Quartum in quo libri, scriptaue, litera, ac instrumenta id generis, quibus bona, iura, priuilegia ecclesiarum, altarium, cappellarumue testificata apparent, notata sint.

Qua inuentaria, quo tempore, & quibus presentibus proxime confecta sint, ex illius scriptura appareat; vt si ita opus aliquando erit, recte conferri possint, eademque exscripta, in visitationis acta referantur, prout Episcopus censuerit.

Paratum habeat, ac exhibeat indicem dignitatum, canonicatum, portionum, & aliorum id generis titulorum, altarium, cappellarum, & clericatum, quicumque sunt in illa ecclesia, cum explicatione eorum census, ac onerum unicuique adiunctorum, tum etiam fundationum institutionumue, & notariorum qui fundationum tabulas cofecerint, tum singulorum praeterea, qui ea altaria, cappellas, portiones, canonicatus, dignitates, aliudue quouis etiam ad nutum amouibili titulo obtinent.

Indicem etiam similem, cum simili explicatione titulorum, & beneficiorum quorumcumque, tum ecclesiarum, tum oratoriorum sacularium, etiam campestrium, quae sita sunt extra illam ecclesiam, intra fines tamen eiusdem parochiae.

Indicem item scholarum, confratriarum, locorum, operumue piorum quouis modo in ea ecclesia institutorum, quo exprimat, & institutio, & institutionis tabulae, a quo scilicet notario confecta.

Rursus indicem similem scholarum, confratriarum, hospitalium, locorumue, & operum piorum quorumcumque, quae extra illam ecclesiam, intra fines tamen parochiae sita sunt.

Indicem quoque monasteriorum, praepositarum, & huiusmodi domum regularium, tam virorum, etiam si commendatae sint, quam foeminarum, etiam quae ab Episcopi iurisdictione immunes sint; quaecumque in illius parochiae finibus sitae sunt.

Paratum item indicem habeat, ac exhibeat, in quo clerici in sua ecclesiae finibus habitantes descripti sint, notatis eorum vnus cuiusque tum nominibus, tum domicilijs, habitationibusue ecclesiasticis, aut saecularibus: hoc item adscripto, an soli, an vna cum alijs, vel ecclesiasticis, vel laicis habitent.

Indicem item puerorum, adolescentiumue, vitae ecclesiasticae disciplinam ingredientium.

Muscorum item, cantorum, organoque, in quavis ecclesia sonantium.

Laicorum item hominum, si qui sunt, sacerdoti in Missae sacro, aut in diuinis officijs, funeralibus etiam, & in alijs ecclesiasticis muneribus operam aliquam praestantes.

Indicem item praedictorum, bonorumque, ecclesiae suae; rursusque, fructuum & censuum quos inde percipit, & aliorum inde reddituum, vt pote oblationum, eleemosinarum, quae statis quibusdam anni diebus, vel ob solemnitates,

vel ob anniuersaria, aliamue causam fiunt.

Huic rursus alius index adiunctus exhibeatur, vsurpationum bonorum, iuriumue illius ecclesiae, & alienationum praeterea triginta ante Tridentini Concilij celebrationem, & confirmationem annis factarum.

Indicem etiam det reddituum, vel veterum, vel recentium, Capitulo, clerouue illius ecclesiae communium.

Indicem quoque distinctum reddituum, emolumentorum, onerum, & aliarum vsupra praescriptarum rerum, quae ad ecclesias tunc vacantes pertinent, notato etiam tempore, quando vacant, & illius item qui earum fructus, vel decimas, vel primitias, vel alios cuiusvis generis redditus exigit, nomine descripto, & auctoritate qua exegit item.

Indicem praeterea census, ab eo qui sibi tanquam rectori obuenerit, distincti ac separati, vt pote illius, qui vel ad fabricam illius ecclesiae, vel ad minimum, vel ad sacristiam, vel alterius eiusmodi rei vsuum erogationemue pertinet.

Promptos item habeat codices parochiales, vnum scilicet baptizatorum, alterum eorum qui matrimonium contraxerint, tertium illorum qui chrisma susceperint, quartum quem proxime confecerit, de numero statuque animarum.

Regestum etiam, aut exempla constitutionum pontificiarum, ac literarum pastoralium, aut instructionum id generis, & edictorum, quaecumque ab Episcopo acceperit.

In quibus singulis exemplis notatus sit dies, quo illa populo promulgari legerit.

Paratos item libros, & tabellas singulas, indiceue habeat ac exhibeat, qui debent in sacristia esse, ex praescripto Conciliorum prouincialium, dioecesanorum, ac instructionum.

Si praeterea curam administrationemue habeat bonorum ecclesiasticorum, separatim ab ijs quae sibi ad vitam sustentandam vsuum attributa sunt, aut fructuum vacantium sibi commendatorum; susceptae, administrataeue curae rationum codicem in promptu habeat, atque exhibeat.

Separatim vero in promptu habeat, vt Episcopo tradat, tabulam decretorum prouincialium, dioecesanorumque, quae vel ad diuinorum officiorum cultum, vel ad parochialis curae, disciplinaeque christianae rationem pertinentia, nondum in parochiae suae finibus executionem habuerunt, causis, & impedimentis quoque explicatis, cur in executionis vsuum adhuc induta non sint.

Tum praeterea indicem manu sua confectum det eorum, qui infra notati sunt, si qui in parochiae suae finibus id generis homines extant.

Haereticorum, haeresisue nomine suspectorum, aut libros haereticos, prohibitosue habentium, vel legentium.

Publice vt infra potissimum delinquentium, malefactorumque, committentium.

Blasphemantium scilicet.

Superstitione, maleficijs, magicisque artibus vtentium.

Eorum qui in Pascha confessi, sacram communionem non sumplerint.

Simoniacorum.

Vsuras exercentium.

Concubinariorum, concubinatufue nomine suspectorum.

Illorum etiam, si qui publice notorieque criminosi, quibus pro Tridentinae sanctionis, Concilijque primi, & tertij prouincialis decretorum ratione, sollemnis, vel publica indicenda sit poenitentia; vt aut tunc ijs Episcopus eam iudicio suo statuatur, aut illos quos soleniter pro peccati grauitate poenitere iussum est, a cancelario notatos, ad se ineunte quadragesima venire iubeat, cuius temporis initio illam de ecclesiae sanctae more ipsi subeant ritu sollemni. Coniugum inter se disunctorum, neque simul habitantium.

Eorum qui cognatione affinitateue iuncti, matrimonium gradu prohibito contraxerint.

In ecclesia parum reuenter, ac non debita veneratione versantium.

Illorum qui diebus festis Missae sacrificio non interfint; aut seruilibus operibus dies festos violare, aut chorais, comestationibus, alijsque eiusmodi actionibus profanare soleant.

Talis, aleaue ludentium; aut istis domicilia exponentium.

Libros de rebus obscenis parumque honestis conscriptos, obscenasque item imagines habentium.

Eorum etiam, qui inertiae, desidia, otio, vel cauponis, tabernisue vinarijs, ganeiuue dediti sunt.

Marium, foeminarumque vestitum immoderatum induentium, non sine manifesta Dei, hominumque offensione.

Omnium denique deprauatorum morum, in parochiae suae hominibus frequentium, ac publicorum.

Indicem item eorum hominum intra parochiae suae limites habitantium, quibuscum Episcopus visitans pro varijs visitationis officijs, aliquando colloqui, agereue necesse habet.

Horum scilicet.

Patrum familias.

Ludi literarij magistrorum, praedagogorum, musicam etiam, scripturam, arithmetica, aliasque artes liberales profitentium.

Mulierum item doctentium, puellasque sibi in disciplina traditas domi educantium.

Medicorum, chirurgorum, tonforumque, rem medicam exercentium.

Pictorum, & sculptorum.

Bibliopolarum, impressoriamque facientium.

Ministorum publicorum; vt syndicorum, cofratrariae vnus cuiusque praefectorum, curarouue, & aliorum id generis.

Notariorum.

Opificum, artificumue in parochia sua frequentiorum.

Hominum, operibus pijs exercendis aptiorum, aut iam deditorum; & eorum qui vitae spiritalis, disciplinaeque christianae studiosi, adiumenta subministrare possunt rationibus parochiae bene instituendae vsui necessarijs.

Pauperum, viduarum, pupillorum, caeterorumque, vere miserabilium.

Cauponarum, coenaculariamue exercentium. Saltandi, tripudiandiue, ac sonandi in chorais artem profitentium, doctentiumue.

Exhibeat ipse ordinum quibus initiatus est, ac beneficij illius, tum caeterorum etiam si quae alia obrinet, literas, tum facultates scriptas, si quas ab Episcopo, eiusue ministris habet, vel suo, vel ecclesiae suae nomine; vt puta suscipiendum Missarum celebrandarum, audiendi confessiones eorum, qui non sint de sua parochia, cohabitandi cum laicis, vel extra aedes ecclesiasticas, adhibendi foeminas sibi inferuentes, locandi laicis domum ecclesiasticam, exponendi capsulam pro eleemosinis, & eiusmodi.

Exhibeat item libros proprios, quos ex decretis prouincialibus, aut ex visitationum, alijsue Episcopi sui iussionibus habere debet; vt pote Breuiarium, Missale, Calendarium proximeditum, librum Rituum seu Sacramentorum, Homiliarium, Psalterium, volumen Bibliorum, Catechismum Romanum, codices Conciliorum, scilicet Tridentini, Prouincialium, & dioecesanorum, quibus in libris inscriptum sit nomen possidentis.

Exhibeat praeterea indicem aliorum librorum, quoscumque impressos, aut manu exaratos habet.

Quod de sacris reliquijs, indulgentijs, indumentis, ornamentis, suppellectile ecclesiastica, libris, scriptis, inuentarij indicibus, fundationum tabulis, redditibus, emolumentis, oneribus, vsurpationibus, alienationibusque, titulis etiam beneficiorum, & ordinibus, ac caeteris denique parochiae, rectoriue, aut praefecto ecclesiae, in qua animarum cura geritur, praescriptum est; id omne, & Praepositi, & Canonici, & Cappellani, etiam mercenarij, & alij dignitatum, canonicatum, altarium, cappellarum, aliorumque beneficiorum titulum obtinentes, aut quouis nomine administratione, curamue habentes, & rursus fabricarum praefecti, & Confratrum, Hospitalium, eleemosinarum, locorumue ac operum piorum quouis curatores, cum visitandi erunt, praestent; quatenus eo de toto genere constitutum vllo modo pertineat ad eorum dignitates, beneficia, cappellas, & altaria, titulos, & ordines, aut ad fabricas, hospitalia, eleemosinas, pia loca, vel opera, aut etiam ecclesias, altaria, cappellas eorundem praefectorum, vel curarum administrationi & procuratori committas.

Parochi sit autem, aut praefecti, rectorisue vt supra, intra cuius parochiae fines facienda est visitatio, nisi Episcopus alijs potius id muneris aliquando dederit, illos omnes & singulos



in tempore præmonere, vt præscriptum appa-  
ratum conficiant, atque in visitatione præsen-  
tes adfint, tum præscriptam rationem qua id  
præstent, diligenter docere.

Episcopus porrò, quò visitationis rationem ma-  
gis explicatam habeat, nec diutiùs quàm par-  
est, in mora sit; in omni præscripto apparatu  
rectè conficiendo ab ijs quorum interest, pro  
pietatis suæ; pastoralisq. diligentia studio om-  
nem diligentiam adhibeat.

Quæcunque de præparatione in Episcopali visita-  
tione facièda supra præscripta sunt, instructio-  
nes eadè ferè omnes adhibendæ erunt in alijs  
visitationibus; illa tantùm præparatione exce-  
pta, quæ pertinet ad ea, quæ Episcopi tantùm,  
episcopalisuè muneris, & visitationis propria  
sunt; vt de solemnè receptione, de chris-  
matis sacri ministracione, & alijs huiusmodi.

Epus in visita-  
tione parochos  
audiat concio-  
nantes.

QVO verò parochorum, & aliorum sacerdotù  
in concionibus, vel sermonibus habendis ra-  
tio Episcopo explorator sit; hæc præter alias  
huius indagacionis constitutas rationes serua-  
re poterit, vt cum visitantur, sermonem conuo-  
cato populo, præsentèq. ipso Episcopo singuli  
in sua Ecclesia, vel vbi is maluerit, eo de gene-  
re quod idem iusserit, aliquando habeant.

Viuendi regulæ  
in visitatione re-  
citandæ.

VISITATIONIS initio, certæ christiano  
more viuendi regulæ, ex œcumenica Triden-  
tina synodo, Concilijsq. prouincialibus, &  
diocesanis, omniq. optima disciplina colle-  
ctæ, vulgari sermone breuiter explicatæ, ad cõ-  
munem prouinciæ vsum per nos edendæ (præ-  
ter illam decretorum ad laicos pertinentium  
denunciacionem in Concilio prouinciali ter-  
tio parochis præscriptam) de suggestu populo  
frequentissimo in vrbe, & insignioribus locis,  
vbi Episcopus expedire censuerit, clara voce  
legantur; vt omnes intelligant, secumq. taciti  
inquirant, an ad præscriptas leges vitæ chris-  
tianæ modum susceperint.

Tit. quæ gener-  
ad hæc decret.  
pert. pag. 102.

Tum ab Episcopo de illis interrogati, videant  
sui muneris esse, si quas in vitæ institutione  
executi nondum sint, earum præscriptis, atque  
institutis parere quam primùm, & quàm dili-  
gentissimè, pro salutaris disciplinæ ratione at-  
que vsu rectis regulis confirmato.

Monitiones itè  
vnicuique pro-  
pria euulgandæ.

CERTAS pastorales monitiones, vnicuique  
hominum ordini, sexui, atati propriè conue-  
nientes, ex sacrarum literarum fontibus, san-  
ctorumq. patrum disciplina, ex eisdem Conci-  
lijs hausas, ad omnium etiam magistratuum  
instructiõnem, nostra cura communi prouin-  
ciæ vsui conficiendas, vnusquisque parochus,  
cũ in fine visitationis vrbis, & vnus cuiusque  
præsertim insignioris oppidi; tum certis anni  
solemnitatibus, prout Episcopus iusserit, & il-  
lis aliquid pro ratione loci, vel addendum, vel  
detrahendum censuerit, populo descripto re-  
citet atque euulget; vt fideles non solum visi-  
tationis iussis, decretisq. alijs in omnes benè  
agendi partes cõfirmati, sed sapius sui quique  
debiti officij, Episcopalis pastoribusq.

vocibus moniti, in via Domini maiores pro-  
gressiones habeant.

De Concilio Prouinciali.

Prou. 2. tit. 2. de cr. 8. pag. 66. Prou. 5. par. 3. quæ ad sy-  
nod. & c. initio. Prou. 6. de conc. prou.

P ROVINCIALIA Concilia, diuino mu-  
nere à sacra Oecumenica synodo Tridentina  
in vsum reuocata, sicut tertio quoque anno ad  
eiusdem synodi præscriptum conuocari, cele-  
brariq. oportet; ita maximè consultũ esse de-  
bet, vt id ipsum rectè, ordine, atque ex vtili-  
tate prouinciæ præstetur.

Sess. 24. decre.  
de refor. c. 2.

Itaque & pro illorum vsu in perpetuum reti-  
nendo, & pro cæteris rationibus, ad eorundè  
actionem rectè vtiliterq. præstandam accomo-  
datis, hæc tum auctoritate nostra, tum etiam  
de consensu patrum sancimus.

Cõc. prou. quo  
die & loco ha-  
bendum.

Primò singulis prouincialibus Cõcilijs, tertio  
quoque anno ex ipsa Tridentina sanctiõne ce-  
lebrandis (quæ indicere, conuocare, & cele-  
brare ius Metropolitanæ est) nos certam diem  
in posterum indicimus, decernimus, & statui-  
mus, feriam scilicet quintam, quæ à Pascha  
Resurrectionis Domini sub tertiam dominicã  
cadit; certumq. item locum, nempe Metro-  
politanam nostram ecclesiam, beatæ Mariæ virgi-  
nis nomine nuncupatam.

Hoc autem perpetuæ indiçtionis decreto, con-  
stitutione uè, Metropolitanæ iuri derogatũ, ab-  
rogatũ uè ne sit, quominus constitutum diem,  
locum uè, prout necessitas postularit, vel iusta  
causã ratione aliqua ei suaserit, prorogare, ac-  
celerare, mutare, ex canonũ iure, sanctiõneq.  
Tridentina possit; modò intrã triennij saltem  
spatium, ad illius sanctiõnis præscriptum se-  
mel celebret.

Neque rursus Metropolitanæ legitime impedi-  
to, facultati illud conuocandi, eadem Triden-  
tina sanctiõne coepiscopo antiquiori concessæ  
detractum sit.

Eidem omnes  
qui debent in-  
terfuit.

Eius autem constituti conciliaris diei, & loci,  
atque adeò Concilij prouincialis indiçtionem  
omnino ratam firmamq. esse volumus, ac sine  
alia vel literarum significatione, vel edicti pro-  
mulgatione, vel vlla alia denunciacione aut nũ-  
cio, tantum roboris, & auctoritatis ad Episco-  
pos, & reliquos quosuis omnes, ac singulos,  
qui in prouinciali Concilio Mediolanensi qua-  
cũque ratione adesse possunt, aut debent, quo-  
rum uè aliquid interest, monendos, & conuo-  
candos, habere hoc decreto sancimus; quan-  
tum illa, quæ indicendi eiusdem Concilij pro-  
uincialis ratio literis, & nuncio, edictõq. pu-  
blico adhibetur.

Quamobrem propositis pœnis canonum iure  
sancitis, cum vnuerfos & singulos Episcopos,  
tum cæteros omnes, qui quouis iure, consue-  
tudine, alia uè vt supra ratione debent, Medio-  
lani in Metropolitana ecclesia præsen-tes ad-  
esse ad eam diem iubemus, quam tertio saltem  
quoque

quoque anno, prouinciali Concilio de more  
ineundo celebrandoq. certam & statam hac  
constitutione in perpetuum decreuimus.

Quicumque verò, vel Episcopi, vel alij interes-  
se debent, ne eorum nomine alij, sed ipsimet  
stata die adfint; nisi necessaria iustaq. causa,  
quamobrem debitum hoc officium præstare nõ  
possint, impediti sint.

Eam porrò causam tum Metropolitanæ, vt ca-  
nonum iure cautum est, probent; tum etiam  
procuratorem certum ecclesiasticum hominẽ  
mittant, qui suo nomine suscipiat, recipiat uè,  
quæcunque canonum, Concilijq. Tridentini  
auctoritate in prouinciali synodo acta, gesta,  
constituta, decreta, sancita uè erunt. Si quis  
contrafecerit, alia uè ratione non paruerit, aut  
contumax erit, ex canonum sanctiõnibus de-  
bitas luat pœnas.

Quicumque porrò ex ijs, quos constituta illa die  
adesse hoc decreto iussum est, adesse neglexe-  
rit, aut prætermiserit; contra eum agatur etiã  
edictõ publico, Metropolitanæ, aut alterius  
ecclesiæ; loci uè vbi Concilium habebitur, si  
mutari quandoque contigerit, valuis affigedo.  
Ad constitutum etiam illud tempus Capitula  
cathedralium ecclesiarum inuitamus ad Con-  
cilium; quibus certos aliquos procuratores ec-  
clesiastici ordinis homines mittere licet, qui  
eorum nomine præsentés in Concilio adfint;  
ac si quæ erunt, quæ referre velint, ea Metro-  
politano in concilio coram exponant.

Conc. Prou. in-  
dictio quomo-  
do faciendã.

VT verò omnibus & singulis alijs, qui vel inui-  
tati, vel alio iure interesse possunt, vel debent,  
quorum uè interest, notior planè sit, atque euul-  
gator eiusmodi synodi prouincialis indiçtio;  
certam illam Concilij inchoandi constitutam  
diem ac locum, in calendarium quod eo ter-  
tio anno editur, loco suo referri, cõciliaremq.  
diem notari, tum in octaua Natalis diei Domi-  
ni, qui dies est Cal. Januarij, aut in Epiphania,  
prout in Ecclesia sua moris est, eiusmodi solẽ-  
nes promulgationes fieri, intrã Missarum so-  
lemniam populo frequenti, vnã cum Paschæ Re-  
surrectionis Domini, aliarumq. solẽnitatum  
denunciacione de more iudici, significari, &  
denunciari vnusquisque Episcopus mandet.  
Iubeat etiam ecclesiæ suæ cathedralis valuis,  
alijsq. locis quæ videbuntur, schedulam gran-  
diusculis literis exaratam, duobus mēsis an-  
tè constitutam diem, adstante frequenti popu-  
lo affigi, his verbis.

Concilium prouinciale Mediolanense, per Re-  
uerendissimum Archiepiscopum Decreto edito,  
& promulgato, indictum, & conuocatum hoc  
anno, die mensis N. Deo auxiliante  
in Metropolitana Ecclesia de more inchoabi-  
tur, & celebrabitur.

Cui schedulæ manu cancellarij notarij uè Epi-  
scopalis subscribatur, posito etiam sigillo con-  
sueto Episcopali.

Conciliarem præterea hanc actionem singu-  
lis tribus proximis antè diem constitutam do-

minicis diebus per parochos & concionatores  
fidelibus denunciari, eosdemq. non modo ex-  
citari ad frequentius orationis studium, verum  
etiam ad id inflammari vnusquisque Episco-  
pus curet; vt die dominico statam Concilij diẽ  
proximè antecedente, verè pœnitentes & con-  
fessi, sacram communionem sumant, hoc præ-  
cipuè precantes, vt quæ ad suam, & ad illorũ  
quorum curæ commissi sunt, salutem pertinet,  
Dei auxiliante misericordia, in Concilio san-  
cta sollicitudine agantur.

Preces ante sta-  
tam diẽ Conci-  
prou.

Ab eadem tertia dominica antè præfinitũ Con-  
cilij tempus, & deinceps quamdiu de more il-  
lud absolutum, aut dimissum erit, eadem de  
causa ac nomine, quinta quaque feria missæ sa-  
crificium, tum à singulis sacerdotibus, tum so-  
lemniter collegiatim in omni cathedrali, & col-  
legiata ecclesia de spiritu sancto fiat, prout cõ-  
cilio prouinciali secundo sancitum est; vel vbi  
solemnioris officij ratio hoc quandoque impe-  
diat, saltem commemoratio; tum etiam singu-  
lis diebus dominicis, & in omnibus  
parochialibus ecclesijs processio, supplicatio-  
nesq. litaniæ, ac preces habeantur.

Tit. 2. decre. 8.  
pag. 66.

Ecclesiastici etiam ordinis homines, & quos  
vnã secum ad Concilium Episcopi conduxer-  
int, & quos Capitula miserint, & testes item  
synodales qui conuenerint; ij omnes, & singu-  
li antequàm in viam se dent, peccata confessi,  
sacerdotes Missæ sacrificium facere, clerici san-  
ctissimam Eucharistiam sumere ne omittant.

Porrò eo religiosius & frequentius Episcopus v-  
nusquisque in oratione, & precibus, & san-  
ctissimis sacrificijs, illo præsertim tempore ver-  
fari studebit, quò planius se ad rerum grauiũ  
consultationem & deliberationem vocatũ ef-  
se videt.

Paranda ab epi-  
scopo antequã  
ad Conc. acce-  
dat.

QVO autem instructior is ad synodaliũ rerũ  
tractationẽ conueniat; perquirat primò, quæ  
Tridentina, & prouincialia decreta executus  
sit, quæ non item.

Videat præterea, quæ ab alijs quorũ interest,  
præstita non sint, quæ uè non seruentur.

Hæc verò accuratè inuestiget in primis; an qui  
vel iure, vel consuetudine, vel alia quauis ra-  
tione residere debent, ipsi resideant, anq. re-  
sidentia munera per eosdem præstentur.

Sess. 25. de re-  
gular. & mon.

An regulares exequantur, quæ Tridentina cõ-  
stitutione de eis sancita, in defectum Capitu-  
lorum generalium in prouinciali Cõcilio sup-  
plenda, prouidendæ sunt, eiusdem Concilij  
Tridentini decreto.

Diligentissimè quoque indaget, si quæ supe-  
riorum prouincialiũ synodorum decreta sunt,  
quæ in sua diocesi executionẽ nõ habuerint.

Id denique omni christiana disciplina studio  
perspiciat, si quæ sunt, quæ pro corrigendis  
moribus, pro abusibus tollendis, pro contro-  
uersijs componendis, aut alijs pro vnuerse  
prouinciæ ecclesiastica, & christiana morum  
gubernatione sanctè instituenda vel restituenda  
tractari aut decerni in Concilio oportet.

Quò

Quò studiosius autem id omne præstet; pau- cis antè diebus, quàm synodi prouincialis sta- ta & indicta dies venerit, vrbis, diœcesisq. suæ sacerdotes aliquot pietatis zelo flagrâtes, rerumq. ecclesiasticarû peritia atque vlu præ- ditos, vt expedire videbitur cõuocet; quibus- cum agat de ijs singulis conciliarium rerû tra- ctationibus, ac præsertim quæ ad vitæ chris- tianæ, & ad clericalis disciplinæ instituta in- teresse possunt.

Iis omnibus Episcopus instructus, vbi ad Cõ- cilium venerit, in eo de ijs ordine referat at- que agat; & in primis de diuini cultus obser- uantia, tum de cleri sui disciplina, spirituali- busq. eiusdem progressionibus, ac de instituti etiam seminarij rationibus, de populi præte- reà in studijs pietatis exercitatione, & de pio- rum hominum sodalitatibus, de ecclesiæ de- nique, diœcesisq. suæ omni statu.

Si quid verò sit, quod Episcopus vtiliter tra- ctari possit censuerit, si Metropolitanano per lite- ras antè significandum erit, id præstet, prout expedire iudicabit.

Ornatus eccle- siæ vbi celebrâ- est Conc.

**I**N ecclesia verò, vbi Concilium celebrabitur (quæ etiã ecclesia de more ornatur) ipsis proximis antè initium diebus, oratio quadragin- ta horarum instituatur, fiatq. à clero, & à po- pulo frequentissimo pro optimo Concilij suc- cessu.

Ieiuniû, & alia quædam.

**P**R **I**D **E** etiam illius diei, quo futura est pri- ma sessio, Episcopi quò religiosius rem graui- simam agant, ieiunium celebrent; & Episco- porum item familia.

Eodem die sub vesperum, solemnem more cam- panæ in ecclesia pullentur; quod itidem fiat pridie illius diei, quo deinceps alia sessio futu- ra est.

Postridie, quæ stata Concilij dies est, summo manè singuli ecclesiastici homines, qui Conci- lij causa venerunt; sacerdotes quidem Missæ sacrificium faciant; reliqui verò clerici, præ- fertim qui de Episcoporum familia sunt, singu- li à suo Episcopo Missam celebrante sacram- munionem sumere studeant.

Hoc deinde frequentius, tum maximè quo die sessiones habentur, facere salutariter procurèt.

In priori sess. & deinceps que fa- cienda.

**I**N prima sessione supplicandi causa pro re gra- ui quæ geritur, processio solemnem fiat, conuo- catò vniuerso clero seculari & regulari; post processionem Missæ sacrificium, vt à Metro- politano solet; eo impedito, ab antiquiori prou- incia coepiscopo solemniter celebretur; & sermo item latinè habeatur, de re cõciliaribus actionibus, disciplinæq. ecclesiasticæ cultui ac commodata.

Hoc autem & Missæ, & sermonis officium se- quentibus alijs sessionibus præstetur ab alio prouincia Episcopo, qui à Metropolitanano de- lectus & inuitatus id munus suscepit.

Singulis dominicis & festis diebus, dum Conci- lium prouinciale habetur, manè saltem concil- iares actiones intermittantur, vt Episcopi Ec-

clesiæ & officijs diuinis eo tempore vacare possint.

Episcopi ad rerum, ob quas in Concilium euoca- ti sunt actionem, tota animi cogitatione in ten- ti, sicut illas omni pietate suscipere debent: ita salutaribus consilijs adiuuare, summaq. ani- morum consensione, & concordissima Episco- pali voluntate perficere piè studeant; id maxi- mè spectantes, vt Deo, conscientia suæ, reli- gioni, ecclesiarum vtilitati, christianæ disci- plinæ, animarumq. saluti satisfaciant.

Congregationes generales, quæ stata in singulas hebdomadas habebuntur, significantur, tum campanæ mediæ sono per dimidiam horâ da- to, tum tabellis suo loco de more affixis.

A Concilio autem ne cuiquam Episcopo abire liceat, nisi necessaria iustauè causa à Metro- politano cognita & comprobata, abeundiq. fa- cultate scriptis data, ac procuratore ecclesiasti- co homine constituto & relicto, qui suo nomi- ne, quæcunque in Concilio acta decretauè sunt, recipiat.

Antequàm à Concilio discedatur, tum cætera, & ad optimos mores inducendos, & ad ecclesia- sticæ disciplinæ vim, vsumq. retinendum at- que augendum, & ad Tridentinas, prouincia- lesq. sanctiones omnino exequendas pertinen- tia, quàm diligentissimè agantur; tum quæcun- que in ipsa Tridentina synodo ad Concilium prouinciale referuntur, studiosè tum lectione repetantur, tum tractatione in executionis v- sum inducantur.

Canonica præterea regulæ Oecumenicis Con- cilij, ecclesiasticæq. disciplinæ monumentis tradita, quæ Episcopalis, & sacerdotalis vitæ rationem, officia, partesq. maximè attingit, de scripto legantur, vt canonum auctoritate iam pridem sancitum est.

In ijs potissimum sit constitutio, *de vita Epi- scoporum* in Concilio prouinciali primo edita; altera item hoc quarto Concilio promul- gata.

Formula etiam promissionum ad interrogatio- num præscriptum, quas pontificalis liber com- plexus est, ac si quæ præterea alia erunt, quæ potiora pro ratione temporum Metropolita- no videbuntur.

In vltima autè vnusquisque prouincialis Cõ- cilij sessione, dies futuri Concilij supra præ- scriptus Metropolitanani iussu denūciabitur, vt antiqui instituti & moris est.

**E**P **I**S **C**O **P**I antequàm è Concilio discedant, singuli ordine ad altare maius accedentes, de- cretis & constitutionibus in eodem Concilio confectis & promulgatis, postquam Metro- politanus subscripserit, ipsi etiam assentiendo de more subscribant.

Episcopi decre- tis Cõc. subscri- bant.

Vnusquisque item procurator Episcopi absen- tis, antequàm abeat, promulgata decreta sui Episcopi nomine suscipiēs iisdem subscriba; si non fecerit, excommunicationis pœnam in- currat.

Ab-

Osculi à Me- tropolitano ac- cipiant.

Absoluto denique vt moris est Concilio, & sanctis acclamationibus factis, tunc omnes Epi- scopi surgentes, cum reuerentia osculum pacis à Metropolitanano accipiant, & sibi inuicem det cum timore & amore Dei.

Quodq. sancti osculi significatione ostendit, id re ipsa præstent, vt coniunctissimis animis, concordiq. voluntate, & pacis atque charita- tis studio, quæcunque sancita sunt sollicitè exe- quendo, in eam curam incumbant, vt vniuer- sa prouincia hæc salutaribus disciplinæ institu- tis ad vsum inductis, in omnes benè pièq. agè- di partes æquè conformetur.

Metropolitani iuri non dero- gentur in supra dictis.

**H**A **C** autem omni constitutione, ne Metro- politani auctoritati, & facultati villo modo dero- gatum sit: qua licet ei omni loco intrâ prouin- cia fines Concilium prouinciale conuocare, & habere: idemq. in aliud tempus prorogare, mutare, aliaq. agere, gerere, quæcunque de synodorum prouincialium indictione, celebra- tione, directione, alijsq. eiusmodi ab eo agi- ius sit.

Sacræ proposi- tæ vbi locû ha- beant.

**Q**V **Æ** **C** **V** **N** **Q** **V** **E** verò supra cõstituta sunt, quæ ad Cõcilij prouincialis habèdi vim, vsum, ac rationem quouis modo pertinent, quæq. ad pœnas non conuenientibus, vel abeuntibus, a- lijsq. propositas spectant; ea omnia ac singu- las, vt mox supra decreta ac sancita sunt, locû itidem habere statuimus, decernimus, & sancimus, in omni etiam Concilio prouinciali in posterum celebrando, si vel constitutum diem accelerari, vel prorogari, vel diem aut locum mutari, vel alia quauis occasione vel causa, à Metropolitanano, vel antiquiore coepiscopo Cõ- cilium indici, conuocari, celebrariuè cõtingerit.

De synodo diœcesana.

Prou. 2. tit. 2. decr. 8. pag. 66. Prou. 5. par. 3. & Prou. 6. quæ ad syn. &c.

Sess. 24. dec. de refor. c. 2.

**E**P **I**S **C**O **R** **V** **S** ad Tridentini Concilij præ- scriptum singulis annis, ac item semper sex post prouinciale Concilium mensibus, diœcesana synodum habeat, pœna proposita cano- num iure & Tridentino Concilio renouata.

Quare quod in nonnullis huius prouincia ec- clesijs moris fuit, in prima proxima diœcesana synodo certum diem synodalem cõstituat, quo clerus ad illam conueniat.

Hic autem dies in singulos etiam annos cathed- rali in ecclesia de suggestu die Epiphaniarû, vel Cal. Ianuarij, vt alios solemnes dies denū- ciati consuetudinis est, indictus, calendario etiam adscribatur, quod in singulos annos confici solet.

Certum autem illum diem prout causa postu- labit, modò prorogare, modò accelerare, ac mutare Episcopo liceat arbitrato suo.

Ita tamen, vt neque sex mensium spatium post celebratû Concilium prouinciale, nec rursus vllus annus prætereat, quo synodû nō habeat. In prima quaque diœcesana synodo decreta in

prouinciali proximo Concilio edita promul- gentur.

Quod officium ne Episcopus negligat, vel præ- termittat, eum hoc admonemus, vt pœnas me- minerit sacris canonibus contra eum sancitas, qui id culpæ; vel negligentia commiserit.

De testibus synodalibus!

Prou. 5. & 6. vsupra.

**V**T testium synodalium munus sicubi inter- missum est restituatur; atque non nomine solum, sed certis officij partibus restet per eos geratur: quibus in synodo, vel prouinciali, vel diœcesana committetur, hæc de illis eorumq. officio statuimus.

**P**R **I**M **O** viri ecclesiastici, ætate moribusq. graues, prudentes, ac virtutum christianarum studiosi, & spiritualis vitæ amantes, in Con- cilio prouinciali à Metropolitanano ex vnaqua- que diœcesi duo saltem in synodo diœcesana, ab Episcopo è diœcesi sua septem, pluresuè, prout expedire viderit, testes synodales deli- gantur.

Testes synoda- les qui & quot, & à quibus de- legendi.

Quo in officio meminerit & Metropolitanus, & Episcopus pœnæ in Concilio Lateranensi ab Innocentio iij. sancitæ, si vel ille in Conci- lio prouinciali, vel hic in diœcesana synodo nullos synodales testes nominarit.

Cap. 6.

Qui à Metropolitanano delecti, & nominati sunt in eodem prouinciali Concilio, qui ab Episco- po in ipsa diœcesana synodo, iurati, allatis Sã- ctorum pignoribus sanctè spondeant, ex for- mula verborum infra præscripta, muneris sui partes infra constitutos se executuros esse.

Iuramentû præ- stent.

Si verò à Cõcilio prouinciali abest, qui à Me- tropolitano nominatus est, tunc Episcopus pro cuius ciuitate, vel diœcesi ille electus est, vni- mensis à fine Concilij spatio, eum ad se literis accerfat: eundemq. ex ipsa præscripta formu- la iureiurando obstringat, ac iurifurandi præ- stiti testimonium publica auctoritate munitû, intrâ alium mensem ad Metropolitanum om- nino mittat.

Quicumque siue absit, siue præsens adsit, testis nominatus, id vel officium suscipere, vel iu- rificandam præstare recusat; id vt præstet, si prouincialis synodi testis est, à Metropolitanano; si diœcesana, ab Episcopo compellatur; ac propterea si opus videbitur, cû eo multis etiam, & pœnis, censurisq. agatur.

Iurificandi autem formula ex antiquo cano- ne excerpta, quam præstabit, hæc est.

*Ego N. testis synodalis à Reuerendissimo Me- tropolitano (vel si in diœcesana synodo ele- ctus est) à Reuerendissimo Episcopo nominatus, promitto, spondeo, & iuro, quod amodò in an- tea, quidquid noui, aut audiui, aut postmodum inquisiurus sum, quod contra voluntatem Dei, & rectam christianitatem in diœcesi, vel regione mihi commissa factum sit, vel futurum erit, si in diebus meis euenerit, tantum, vt ad meam co- gnitionem*

Iurificandi for- mula.

gnitionem quocunque modo, si sciuro, aut indicatum fuerit mihi, synodalem causam esse, & ad ministerium Reuerendissimi Metropolitanani, (aut si diocesanæ synodi est) Reuerendissimi Episcopi pertinere; quod ego nec propter timorem, nec propter primum, nec propter parentem vllatenus calabo Reuerendissimo Metropolitanano (aut si synodi est) Reuerendissimo Episcopo, aut eius misso, cui hoc inquirere infferit, quandocunque ex hoc me interrogauerit; sic me Deus adiuuet, & hæc sanctorum reliquæ.

**Eorum munus.** IV R A T I testes hoc perpetuò meminerint, se non amore, non odio, non inuidia, non spe, non metu, non pœna, non premio, non cognatione, non vlla denique re commoueri, aut impediri debere, quominus liberè & integre munus suum pro ratione infra præscripta præsentent. Quo igitur tempore hoc munus gesserint, personas discretas interrogando simpliciter, & de plano, absque vlla iurisdictione, sollicitè inuestigent hæc quæ sequuntur. Idq. singuli, aut in vniuersa ciuitate, & diocesi, aut in regione vnicuique eorum potissimum nominatumq. commissa.

An parochi, canonici, & alij quicunque ecclesiastici homines, quos residere oportet, præsentent in ecclesijs suis adsint; anq. rursus si præsentent in parochialibus, vel canonicalibus, clericalibusq. ædibus habitent.

An parochi præterea, alijq. animarum curatores sollicitè vt debent, fidelium sibi commissorum salutem inuigilent.

An in sacramentis sanctè ministradis, in verbi Dei prædicatione, in salutaribus monitis, in rudiu, & puerorū ad doctrinā christianam institutione, & in cæteris omnibus curæ parochialis officijs diligentis muneris partes præsentent. An reliqui, quicunque sint, ecclesiastici ordinis homines, ecclesiæ si quam obtinent, aut in qua dignitatem, vel canonicatum, vel cappellam, vel ecclesiasticum aliquod munus habent, aut in qua adscripti sunt, oneribus satisfaciāt, & præscriptas sibi functiones obeant.

An ecclesiæ sartæ tectæ sint; an ornamentis, & suppellectili ecclesiastica necessaria & congrua instructæ; an in illis, aut earum cœmiterijs attritusue aliquid incultum sit, quodq. fordibus obsolescat, anuè aliquid à religioso cultu & pietate alienum.

Videat item, an populus in via Domini ambulet; frequensq. ad sit diuinis officijs, & sacris concionibus; & in ecclesia piè, religiosèq. versetur; atque dies festos colat.

An ieiunium quadragesimæ, quattuor temporum, stataq. reliqua ecclesiæ ieiunia obseruet. An eisdem decimas, primitias, aliaq. debita emolumenta, adiumentauè præstare, aut soluere recuset.

An in populo sacrilegi, blasphemii, concubinarij, adulteri, incæstusos, virginum raptos, an excommunicati, an hæresis, & magiæ, superstitionumue nomine suspecti sint.

Ad denique alia in eodē morum corruptelæ, quæ correctione, emendationemue requirant. Dispiciant item, an quæ Romanorum Pontificū cōstitutionibus, œcumenicis, prouincialibus, diocesanisq. synodis, Episcoporumq. edictis, quouis de genere decreta sancitauè sunt, ab ijs seruentur quorum interest, siue ecclesiastici, siue laici homines sint.

Q V A E C V N Q V E verò animaduertent, quæ iam decreta, sancitauè, nullam adhuc, aut non perfectam executionem habuerint; tum quæ rursus deprauata correctionem vel reformationem desiderent: ea omnia & singula ordine ad Metropolitanum in Cōcilio prouinciali, si verò diocesanæ synodi testes sunt, ad Episcopum in ipsa synodo referant.

Quod officium vt & præsentent vtilius, & rursus ea de causa nullus patiat impensam, quæ necessaria non sit, ratio hæc omnino seruetur.

Qui prouinciali Concilio à Metropolitanano nominati, & constituti sunt testes synodales, ij tribus antè mēsis, quàm Concilij proximè futuri stata dies venerit, quæcunque in vrbe, diocesiue, vbi id officij præstare debent, animaduertent, quæ reformationem, aut correctionem requirant, ea in scriptū relata ad Metropolitanum mittant; testes verò diocesanæ synodi, mensē saltem antequàm dies synodalis venerit, id ipsum Episcopo præsentent.

Cum verò prouincialis Concilij dies instabit; in vnaquaque diocesi eo nomine electi inter se conuenient, vt eorum vnus quem Metropolitanus maluerit (si tamen id illis, vel cum cōstituit ad hoc munus, vel postea literis significauit, alioquin is de quo inter se conuenierint) accedat: qui constituta die Concilio præsens adsit; ac si quæ interroganda, examinanda, aut cognoscenda ab ipso de ijs quæ præscripta sunt, aut de alijs, quæ Metropolitanus censuerit, coram fideliter respōdeat, iummaq. integritate, prout iureiurando sanctè adstrictus est.

Prima verò, vel sequenti si potest proxima post synodum inchoatam congregatione, aut certè quàm primū potest, referet, & interrogatus respondebit: quod vbi planè præstiterit, discedat licet. neque post illud tempus, nisi Metropolitanus aliter censuerit, sumptus illi pro victu suppeditetur, sed solum tantum pro viatico detur, quantum ad redeundum satis sit.

Viaticum autem testi synodali ad synodū prouincialem proficiscenti, & sumptus pro victu necessarius, quamdiu pro munere commorabitur, suppeditetur aliqua pecuniæ contributione quæ satis sit, à clero eius diocesis facta: quæ Episcopus efficiat, vt sine mora impedimentouè ei omninò persoluatur.

Ad diocesanam verò synodum testibus synodalibus venientibus, nihil neque sumptus, neque viatici contribuatur; nisi sint qui diocesanæ synodo interesse non debent: atque ijs quidem suppeditetur ad præscriptam prouincialibus testibus rationem.

Quæ ad Metropolitanum, vel Episcopum referant, & qua ratione.

Viatici & victus sumptus testi synodali qs suppeditet.

Si

Sitensis synodi, vel prouincialis, vel diocesanæ à suo domicilio ad aliquem locum pro sui muneris functione inuestigaturus accesserit; victus expensa, viaticumq. ab ijs derur, quorum causa venerit, ad idq. dandum Episcopus compellat.

#### Monitiones.

**P E R V E T V S** illud institutum est, tum sanctorum patrum vsu, tum ecclesiæ auctoritate comprobatum, vt quæ sacerdotalem clericalemq. disciplinam, officia ac partes eius maxime attingunt, ea certis monitionibus comprehensa, ab Episcopo in synodis clero proponantur.

Cuius instituti ratione atque exemplo nos adducti, de Episcoporum nostrorum consilio atque assensu, monitiones infra ordine præscriptas edendas censuimus: quibus pro libito suo vnusquisque Episcopus addat, & detrahat, prout ecclesiæ suæ clero pro temporum ratione vtile esse viderit: tum illas in vnaquaque diocesanæ synodo, sessione publica, vniuerso clero de libro accuratè legi, grauiusq. pronunciari mandet: vt quod sapius repetitæ, frequentiori; studio illæ traditæ atque expositæ sunt, eo diligentius ac religiosius sanctis ecclesiasticæ disciplinæ, vitæq. officijs vniuersus clerus in omnes sese partes conformet.

**P R I M O** fratres, & filij in Christo charissimi, memores perpetuò estote vocationis, qua uos dignatus est Dominus noster.

Qua assidua recordatione memoriaq. excitati, eam vos virtutè induite, vt videant alij quasi lumen aliquod, vestram sanctitatem elucere.

Quæ si magna in alijs vitæ christianæ institutis requiritur; certè in uobis qui mysteriorum Dei ministri, diuinæq. gratiæ dispensatores estis, maior inesse debet.

Et sicut sacro ordine à reliquis hominibus seiuncti estis; ita à communis fidelium vitæ vsu seiuncti, præcipuum quoddam, atque hoc præstantius viuendi genus sequimini, quod ordinis dignitate præcellitis.

Cælestem in terris vitam tanquam Angeli Dei, moribus vestris exprimere vsque adeo studete, vt à vobis diuinarum virtutum exempla ad ceteros emanent.

Vna animi consensione, vnoq. spiritu in ijs elaborate, vt & diuino cultui, & cælestium rerum meditationibus, & orationi, & sacrarum, ecclesiasticarumq. literarum studijs vacetis; tum depositis secularibus vanisq. sollicitudinibus, ab omni vitio alieni, in via Domini rectè ambuletis.

Charitatem in primis, quæ seminarium est omnium virtutum, omni studio amplectimini.

Humilitatem, mansuetudinem, patientiam, iustitiam, temperantiā, officiaq. christianæ pietatis reliqua colite. Quæcunque denique sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque sancta ac religiosa, ea cogitate, eaq. agite.

Virtutes sanctorum patrum, quas præcipuas, & quasi hæreditarias nobis ad imitationem reliquerunt, non adumbrare solum, sed omninò exprimere certatim contendite. Vtq. illi; sic vos abstinentiæ & ieiunijs dediti, clericalis disciplinæ, ac vitæ castissimæ studiosi, tum patriæ cælestis scientes, Deo seruite assiduis diuinarum laudum officijs; & in ecclesia, quasi in perpetua vestra sacerdotali clericali; statione continenter versamini.

Quæcunque demum de muneris vestri partibus, de vitæ modo, vel pontificum sanctionibus, vel Œcumenicis Concilijs, vel prouincialibus, diocesanisq. synodis, vel alia ratione præscripta sunt, ea vos seruate, ac præstare diligenter.

Omnes qui canonicarum horarum officijs deuincti estis, statas eas preces horarias recitate ad præscriptam Calendarij anniuersarij rationem ac ritum.

Nec verò negligenter; sed attentè, piè, decorè, suppliciq. mente illas dicite.

Studiosè propterea legite, quæ præsertim à beato Antonino Archiepiscopo cōscripta sunt de negligentia in persoluendis horis canonicis, vt quæ eo nomine errata sunt, omninò caueatis.

Expletis canonicarum horarum officijs, si quid in illis aut negligentia, aut alia culpa commiseritis, paululum colligentes vos, veniam à Deo petite.

Qui sacerdotes estis, Missæ sacrificium sapius facite, sanctè, ac religiosè.

Ad illud faciendum parate vos omni pietate, in tam alti mysterij meditatione toto animo defixi; & quò purius id faciatis, propriam conscientiam diligenti, accurato, frequentiq. examine discutite; tum singulis saltem hebdomadis, atque adeo sæpius, & omninò semper cum peccati mortalis conscij estis, vni è confessorijs sacerdotibus ad cleri confessiones audiendas constitutis confiteamini.

In ea sanctissimi sacrificij actione, ab erroribus vel leuissimis omninò caute.

Quæ de illo piè riteq. celebrado præscripta sunt, ea vos studiosè diligenterq. seruate.

Diaconi, subdiaconi, & clerici inferiorum ordinū quicunque estis, quæ de confitendis sæpè peccatis, de communione frequenter sumenda vobis iussa sunt, integre & sanctè omnia vt debetis, præstate.

Confessarios sacerdotes per nos vobis constitutos, quos etiam tanquam vitæ vestræ duces ac magistros elegimus, adite.

Ecclesiasticæ militiæ omnes vos adscripti estis; ad pietatis religionisq. exercitationes vos vocatos esse cognoscite.

In omni in primis sancta oratione vos assidue exercete; tum in meditationis, tacitæq. piæ orationis studio singulis diebus, certo temporis spatio toto castissimi animi sensu incumbite.

Hæc sanctis precibus præter cetera supplices, præsertim afflictis rei christianæ temporibus, orate patre misericordiarum, & Deum totius consolationis,

Q Vt



Et misereatur populi sui.

Ut fidelium animos ad vitia fugienda, ad virtutesque amplectendas sancti spiritus sui ardore inflammet. Ut è principum, regumque, animis euellantur, seque sunt discordiæ semina.

Ut ij una animi consensione Christi regnum propagare studeant, vnamque Dei gloriam, atque ecclesiæ matris defensionem propositam habeant.

Quidquid verò temporis à diuinis officijs, ab orationis contemplationisque, exercitatione, ab ecclesiasticis functionibus, & ab alijs necessarijs actionibus vacuum habetis, non in otio, neque in desidia, nec verò in rerum nouarum curiositatibus illud conterite: sed cum in sortem Domini vocati sitis, in eius lege die ac nocte meditemini.

Sacrarum igitur literarum studia diligentius colite, quæ usque ad eò complecti debetis, ut qui aspernetur, contra eum dicat Dominus. Quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.

Frequentes ad statas lectiones, & ad literarum tractationes vobis præscriptas conuenite.

Attento animo in ijs adeste, atque in dies ad uberiorem sacrarum studiorum fructum progressionem aliquam habete; ut ad Episcopum aliquando vocati, & diligentia, & doctrinæ testimonium detis.

Si qui estis, qui vel tarditate ingenij, vel ingravescente ætate magnum in literis progressum habere non potestis; ne desistite tamen primum oratione frequentius intelligentiam vobis necessariam à Deo petere; tum eò diligentius ad pietatis modestiæque studium, ac sanctorum morum disciplinam incubite; tum sæpius sacerdotes peritiores consulite, & ad clericales, sacerdotalesque, exercitationes conuenite & libentius & frequentius.

Concionibus etiam, atque lectionibus sacris, quæ in ecclesia constitutis diebus habentur, cum omnes quicumque estis, tum maximè quibus potissimum conciliaribus decretis iussum est, quo decet habitu frequentissimi adeste.

Lectione librorum spiritualium, & clericalium, qui probati sint, animos mentesque vestras pascite. Quatuor præsertim locos ex catechismi Romani doctrina, de duodecim fidei articulis, de septem sacramentis, de decem præceptis, de oratione dominica, in promptu atque explicatè habere omni studio contendite.

Cum ijs, & præceptorum ecclesiæ cognitionem, & preces horarias recitandi peritiam, & ecclesiasticorum rituum, carimoniarumque, notitiam coniungite.

Paucos libros, quorum necessarius delectus vobis decretis vel prouincialibus vel diocesanis præscriptus est, habere ne omittite, aut negligite.

Qui pro facultatibus, proque studiorum ratione plures habere possunt, eorum optatis, & laudamus in ijs comparandis diligentiam.

At libros de rebus iocosis, ridiculis, obscenis, inanibus, ad poesimque profanæ studium pertinentibus, vulgari aut latino sermone conscriptos, procul abijcite.

Nec verò musicas cantiones ridiculè, voluptariè, parumque pudicè exaratas adhibete.

Quotidie aliquid ex sacris biblijs legite; ac si per ecclesiasticas occupationes licet, qui apti estis, aliquid item ex sanctorum patrum opusculis, Gregorij Magni Pontificis, Cypriani, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, Bernardi, & aliorum qui sanctitatis, & doctrinæ laude in ecclesia celebrantur.

In ijs ad legendum, sanctissimum patrem Ambrosium Episcopum vobis potissimum proponite.

Illius præcipue librum de sacerdotali dignitate legite, quo libro ecclesiasticos homines commouit de perfectè vitæ institutione.

Libros item officiorum, quos vbi primum Episcopus is factus est, cleri Mediolanensis potissimum causa edidit, in manibus assidue habete.

Hos atque alios præterea libros de sacerdotalis clericalisque vitæ rationibus, & officijs de animarum cura, de christianæ pietatis studijs & exercitationibus, de alijsque eiusdem generis pie confectos ita legite, ut quæcumque ad vitæ sanctæ normam accommodata ex illis animaduertistis; ac didicistis, moribus exprimatis.

Conciliorum item prouincialium, & diocesanorum constitutiones & decreta non percurrere solum, sed usque ad eò studiose legite, ut quæ legeritis, post etiam taciti vobiscum aliquando mente reputetis; ac videatis simul, non solum si quidquam est quod contra illorum præscriptum egeritis, verum si quid etiam aliud est quod ex eisdem erequi præstare ne omiseritis, aut neglexeritis. Quod ut præstetis, curate omnino, atque efficitate.

Estis diuina misericordia in ecclesiastico ordine constituti, ad gloriam Dei conseruandam, propagandamque; idè tum ordinis vestri ministerium, quod explere debetis, videte; tum illius dignitatem ac decorum seruate.

In incessu, statu, gestu ita vos præbete, ut ordinis què suscepistis nomine & ratione nullo sanè modo discreptis, proposito vobis beati patris Ambrosij iudicio, qui clero adscribi hominem recusauit, propterea quod eius gestus, & incessus dedeceret.

Habitu non exquisito, non delicato nimis, non serico, ne ornamento quidem; rursus non sordido, non neglecto, sed graui, & talari, atque eiusmodi tum domi, tum foris, pro vniuscuiusque vestrum ordinis gradusque ratione vtimini, ut à decretis eo de genere editis nulla in re vel minima discedatis.

Coronam, quod insigne est ordinis clericalis, pro ratione ordinis quo vos singuli initiati estis, latam, & conspicuam deferre.

Parca & frugali mensa contenti sitis, & suppellectili etiam modesta ac tenui potius.

Ab omni splendido apparatu, pompaque, seculari abstinete.

Quæcumque acu picta, variè intexta, aulæa item, peristromata reijcite.

Imagines

Imagines domi non profanas, sed eas habete, quæ pietatis, & religionis argumentum & adiumentum præbeant.

In omni vita à fastu, luxu, ambitu, ambitione, & à vanitate longè refugite.

Nec verbis quidem præscriptum vitæ modum peruertite.

Nihil scurriliter, nihil iocose, nihil indecorè, nihil turpiter loquamini.

Absint à vobis maledicta, obrectationes, curiositas, leuitas, absentationes, ac nugæ.

Temperantiæ clericalis disciplinam vobis præscriptam in reliquis etiam omnino tenete.

Comestiones, comotationes, conuiuia publica, laicaliaue, tum maximè in quibus mulieres intersunt, euitate.

Hospites excipite: at illis excipiendis intrà parsimoniam fines uos continete; ita ut clericalis frugalitatis, non sumptuosi conuiuij testes illos habeatis.

Aludis, spectaculis, circulatorumque, atque id genus vilium hominum præstigijs procul estote.

Arma abijcite.

Sic denique cor vestrum corroborate, ut inania spectacula non appetat, à mundi ludis atque ineptijs abhorreat.

Sensus autem vestros ita dirigite, ut cum à Deo utiliter dati sint tanquam rationis ministri, ne eos perperam adhibeatis, sicut satellites cupiditatis. Sit igitur vester oculorum aspectus simplex, & pudicus.

Aurium sensus castus, & prudens: casta mens, casti omnes sensus.

Vitæ & morum consuetudo casta, & spiritualis. Ad eorum sacerdotum qui in eiusmodi vitæ studijs ac disciplina exercitati sunt, familiaritatem vos adiungite: ex qua nobis vestra ad sanctè agendum progressiones constant.

Ad castitatem autem conseruandam munite omnem viam.

Legite propterea sæpè illum beati Cypriani martyris de singularitate clericorum librum, qui vos in hac, ut in alijs instruet virtutibus.

Suspectarum autem mulierum consortium omnino vitate.

Cum alijs verò quibusuis mulieribus, quamuis uel artissimo consanguinitatis, vel affinitatis vinculo vobis illæ coniunctæ sint, ne eisdem domicilijs, ædibusue simul habitate, nisi cum ex causa alicui vestrum aliquando episcopalibus literis permissum sit.

In famulatu laicorum ne sitis; multò minùs sceminarum, quamuis nobilium.

Ne verò illas musicam, literasue docete, nisi scripta nominatim facultate ab episcopo permissum cuiquam sit.

Ædes ecclesiasticas ne laicis locate, nisi concessu episcopali.

Ac ne ipsas quidem patrimoniales locationi ijs date, quorum vita, moresue suspecti sint.

Secularibus verò negotijs, ut est sancti Pauli Apostoli documentum, ne vos implicate.

A cuiusuis generis mercatura quæstiosa, omni negotiatione, prædiorum conductione, tum alijs, ut prouinciali decreto vobis interdictum est, prorsus caute.

Nec pecuniæ lucriuè auidi sitis: nemo potest feruere Deo, & mammonæ: aut enim vnum odio habebit, & alterum contemnet, inquit Christus Dominus.

Si qui pauperes estis, ne cupiatis diuites fieri; ut ne incidatis in tentationes multas, & in laqueum diaboli.

Paupertatem vestram ne moleste feret: paupertatem dilexit, & docuit cælestis magister Christus, qui nascens in præsepio ponitur, & nudus in cruce moritur.

Scitote paupertati socias adiungi, sobrietatem, abstinentiam, & reliquas virtutes, quibus præluere oportet ministros Dei.

Proponite vobis sanctorum veterum patrum vitam, qui lucrum non spectabant, temporalia non quærebant, & nihil ijs tamen deerat; immò in paupertate illis aliquando abundabat, quod alijs erogarent.

Ne igitur quia tenuem reddi tū habetis, lucrum quærite: ne quæstum vos appetendo, iniuriam vestro ordini facite, auaritiæ sordibus volutati.

Non sæculi vos mercatores, non mammonæ ministri estis, sed Christi mercatores: nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed bonorum operum abundantia, cum charitate coniuncta, facite thesauros in cælis.

Studete vos lucrari animas Deo, & cælesti horreum augere.

Exemplo sanctorum, vos paupertate, sobrietate, ac parsimonia ita agite; ut non modò à superuacaneorum rerum usibus abstinentes, sed vestro etiam defraudantes victu, ecclesias vestras, & altaria exornetis, facta tecta habeatis, sacra suppellectili instruat. Alienis item necessitatibus subueniatis, & pauperibus opitulemini.

Qui verò vberiores ecclesiasticos redditus habetis, ecclesias è quarum prædijs fructus percipitis eò magnificentius, & augustius, quò amplioribus donis, bonisue, augustiorique liberalitate ille dotata sunt; illustri structura, præclaro opere reficite, egregijsque muneribus exornate, tum omni ecclesiasticæ suppellectilis apparatu instruite.

Christi visceribus substantiã ecclesiasticam erogate, pauperibus scilicet, peregrinis, viduis, pupillis, ægrotis, in vincula coniectis, captiuis: quibus egenibus, & esurientibus cum subuenire possitis, si alimenta necessaria denegatis, violatæ charitatis rei estis in conspectu Domini.

Memores estote eius, quod à sanctissimo patre Ambrosio scriptum est; sua fideles eo animo obtulisse ecclesie ministris, ut per eorum manus, quorum fidei atque integritati summa omnia tribuebant, ad pauperes peruenirent.

Vos item alij, quicumque estis, quorum fidei Christi patrimonium propriè ad diuini cultus, pauperumque, usum commissum est; caute ne ambitione, aut cupiditate prolapsi, in alium quàm cui addictum

Q 2 est.

est, conuertatis; idq; propterea sacrilegij rei, damnationem aeternam subeatis.

Uniuersi autem vos & singuli ecclesiastici ordinis homines (vt summam complectamur) quæ muneris vestri sunt, vobiscum frequenter recolite, misterium vestrum explere studete, sanctissima studia religionis & officij vestri rebus alijs potiora ducite.

In rerum diuinarum sacrarumq; cognitionem omni cura incumbite: quæ diuina, quæ sempiterna sunt, diuitiarum, & honorum, & terrenarum rerum cogitationibus abiectis amplectamini: restincto cupiditatum ardore, integros castosq; vos seruate; mundi voluptates, quæ à diuinis præceptis detorquent, declinate: prædiorum ecclesiasticorum, quæ non auaritiæ præda, sed instrumenta charitati relicta sunt, redditu & fructibus non abutamini; humilitati studete; charitatis opera præstate; induimini Dominum Iesum Christum, sanctorumq; eius facta imitamini; vt & horum imitatione, & illius in primis diuinis præceptis institutisq; conformati, in vocatione, qua vocati estis, dignè Deo ambuletis; tum vitæ vestræ splendore laicis hominibus lumen præferatis ad vitam sanctè instituendam; tum vos repositam vobis iustitiæ coronam demum percipiatis.

Omnes præterea & singuli, qui huius ecclesiæ ministerio adscripti aliquo modo estis, & diocesim & ecclesias, quas in ea obtinetis, quibus adscripti estis, stationes vestras in quibus manendum vobis sit, putate.

In illis ipsi residete.

Ecclesiasticas ipsas ædes habitate; ibiq; domicilium vestrum verè constituite, & habete.

Debitis muneribus atque oneribus satisfacite.

Alia item agite ac præstate, ex præscripta conciliaribus decretis fructuosè salutarisq; residentie ratione.

Quicumque item clerici minorum ordinum estis, in ecclesijs quibus adscripti estis, singuli ordinis quo initiati estis functiones tali pietate obite, vt digni habeamini, qui deinceps altiorem gradum aßeueri, sanctæ Dei ecclesiæ inseruiatis.

Nemo autem vestrum, quicumque estis, si alicui functioni estis deputati, ab ecclesiastica statione, personalisq; residentie munere discedat, nisi causis per Episcopum probatis, & etiam concessu literis expresso.

Hæc, quæ communiter, atque uniuersè vos moniti estis, singuli seruate studiosè ac diligenter.

At præterea sigillatim nominatimq; vos qui in cathedrali ecclesiâ dignitates obtinetis, canonici itè tum eiusdem ecclesiæ, tum reliquarum quarumvis ecclesiarum collegiarum, vel vrbianarum, vel diocesinarum, quicumque sitis, in omni canonicali disciplina officio ita agite, vt canonicè, nempe canonum legibus ad vitæ vestræ institutum pertinentibus, & constitutionum prouincialium, diocesinarumq; rationem congruenter viuatis.

Id primò maxime studete, vt in cõspectu Dei omnipotentis, puro corde, & casto corpore ministretis.

Tum singuli vos, ordinis dignitati, aut canonicatui annexi functiones explete; canonicalisq; muneris partes præstate.

Omnes in choro statis horis assistite, & ad Deum pro fidelibus pijs religiosasq; fundite preces. Dum eo loco estis, memores estote adesse Christum Iesum Dominum, cui seruite cum timore, & tremore.

Non pigri, non somnolenti, non oscitantes adestote; non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis statu.

Attentè, studiosè, ritè, piè, religiosè diuinas laudes concelebrate: & psallite Deo in cõspectu angelorum, cantantes in cordibus vestris Dño.

In choro nemo priuatim, nemo tacitè officium recitet: sed omnes pariter quicumque adestis, senes cum iunioribus, laudate nomen Domini in psalmis, hymnis, & canticis.

A quibuscuque colloquijs, & à literarum, librorum lectionibus, atque ab omni vagatione abstinete.

Pro temporis autem & officij ratione sedete, stete, genua flectite, caput aperite, & inclinate.

Accuratè demum omnia obseruate, quæ eo de genere vobis præscripta sunt; ita vt vestro exèplo alijs sacerdotibus clericisq; & rectè ritèq; psallèdi, & sanctè orandi, & piè agèdi animu addatis.

In psalmodum autem, canticorum, & hymnorum intelligentiam studiosè incumbite: vt dum psallitis, pro sensum sanctissimorum quos mente concepistis ratione, vos ad omnem pietatis, deuotionisq; affectum excitetis.

Non ordinariæ distributionis lucro adducti, sed Dei charitate, religionisq; cultu commoti, diuinis officijs adeste: vt verè, ex animoq; psalmi verba illa concinatis. Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, qm bonu est. Diuinis officijs absolutis, paululum omnes in choro piè orate; inde abeundi signo per præfectum dato consurgentes, quo ordine ad chorum accessistis, eodem in sacristiam redite; vbi cappas qui illas induti estis, & superpellicea sine strepitu ullo, vel susurratione deponite.

Canonicales vestros conuentus statis hebdomadæ diebus capitulariter habete.

Omnes qui debetis, ad illos conuenite. Inde ne discedite, nisi missione à Capituli præfecto impetrata.

Singuli ordine, & loco sedete. Sententiam modestè dicite, & suo quisque loco, non præposterè.

A verbis scurrilibus abstinete. In rebus consultandis, rixas, iurgia, & contumelias caute.

In initio & fine vniuscuiusque Capituli stas orationes dicite.

Priori loco tractanda proponite, quæ ad diuinu cultum, ad spiritualis vitæ progressionem, ad ecclesiasticam disciplinam tuendam, tum quæ ad rerum temporalium gubernationem pertinent, ne negligite.

Cætera hoc de genere toto seruate, quæ prouincialibus constitutionibus vobis præscripta sunt.

Om-

Om-

Om-

Om-

Omnia in primis agite pace mutua, concordivoluntate, & charitate fraterna vos inuicè diligite. Canonici enim estis; qui sicut pro collegij ratione ex antiquo instituto vna in collegiata ecclesiâ, vnoq; item in canonicali domicilio collocati fuistis; ita vno pacis & charitatis fœdere, vnaq; animorum consensione coniunctissimi, sicut nascens ecclesiæ ministri, quorum erat cor vnum & anima vna, experiundo videte, sicut in psalmo scriptum est. quàm bonum & quàm iucundum sit habitare fratres in vnum.

Quicumque verò estis, qui inter canonicos prepositi, aut archipresbyteri, aut alterius dignitatis nomen gradumq; obtinetis, sicut honore & dignitate præstatis; ita virtutum exemplis, vigilantij in vestri muneris curæq; partibus obeundis sollicitudine præluce.

Parochi præterea, & cæteri quicumque estis, etiam prepositi, archipresbyteri, alijs qui animarum curam geritis, præter ea quæ vos cum reliquo clero communia uniuersè monuimus, illa etiã quæ præcipuè de vobis decreta sunt, præstate omni sollicitudine.

In primis oues vobis concredita cognoscenda sunt, & appellanda nominatim, pascenda & custodienda item.

Animarum igitur numerum in catalogum redigite ad præscriptam normam.

Eorum qui baptizantur, qui item confirmantur, & compatrum etiam qui adhibentur nomina describite.

Matrimonia in codicem referte.

Parochia vestra incolarum vitam & mores inuestigate.

Indagate omni studio si qui heresi contaminati sint aut suspecti; aut si qui sint qui hereticorum libros habeant, vendant, emant, importent, vel legant; eosq; statim denunciate.

Monete etiam populum, vt id ipsum etiam præstet ad nostri edicti præscriptum, quod stas temporibus de more promulgate.

Perquirite de dictis & factis eorum, qui ex hereticorum finibus veniunt.

Discipite si qui è parochia vestra finibus ad loca proficiscantur, ubi impuè predicatur, quod à catholica fide alienum est; tum etiam an ij profectiois facultate impetrata agant ad præscriptum decreti in Concilio prouinciali tertio promulgati.

Inuestigate præterea de ijs, qui in vestra parochia docent, eorundemq; mores, vitam, & fidem obseruate, & reliqua de ijs ipsis præstate, quæ Concilij prouincialibus præscripta iussu sunt.

Videte & caute, ne superstitiones, magicæ cantiones, & eiusmodi diabolicæ superstitiones in populo vestro sint.

Cognoscite publicos peccatores, corruptores aliorum, concubinos, adulteros, usurarios, blasphemos; & denunciate.

Cognoscite etiam alios populorum corruptores, qui festis diebus nō Deo, sed aleis, ludis, choreis, diabolo seruiunt, quiq; festorum dierum cultum

quouis modo violant, quales quales sint, neque obseruant pontificias, neque prouinciales de diebus festis colendis constitutiones, aut edicta episcopalia.

Istos ab ea malè agendi corruptela renouare ac deterere omni pietatis officio studete; tum Episcopo etiam si opus erit significate, vt pro curæ episcopalis officio salutare remedium afferatur.

Rursus agnoscite etiam pauperes, viduas, pupillos, ceterosq; aliena ope egentes, quibus & salutare consilio, & consolatione, & re subuenite; aut si minus re potestis, cohortatione alios accendite ad eos subleuandos.

Siq; illorum grauior inopia deposcit, festis etiam diebus à pia fidelium liberalitate aliquid in ecclesiâ colligendū curate, vt ab Episcopo præscribetur, quod ipsis in elemosinam conferatur.

Seorsum etiam locupletes parochiæ incolas conuenite, quibus pauperum egestates proponite, & ostendite eis diuitias à Deo propterea etiam esse tributas, vt inopibus succurrant.

Si qui autem potentiorum opibus in causa aliqua oppressi sunt, illos vnicè atq; intimè eorum patrocinio commendate, qui vel ex suscepto officio id præstare debent, vel quibus Episcopus hanc curam dederit.

Pascite in primis populum vobis commissum prædicatione verbi Dei, salutaribus monitis, administratione item sacramentorum, exemplo, & oratione.

In verbo Dei exponendo planè obseruate, quæ constitutione prouinciali et alijs concionatoribus & vobis præscripta sunt.

Pueros festis dominicisq; diebus in doctrinâ christianâ rudimentis instruite.

Prouectioris ætatis homines ad eadem intelligenda inuitate.

Patres matresq; familias monete; vt filios, filias, ceterosq; quos in familia habent, ad stas doctrinâ christianâ scholas ipsi conducant.

Confratrum, qui ijs scholis adscripti sunt, operâ ad hoc institutum adhibete, curateq; vt mutua inter eos charitas, morumq; disciplina conseruetur.

Alios etiam ad tam pium opus amplectendum alacriores reddite, atq; excitate, tum assiduis vestris cohortationibus, tum promulgatione thesauri spiritualis indulgentiarum ijs concessi, qui in scholis adscribuntur, in illisq; operam nauant.

Ne omittite diebus festis inter Missarum solemniam aliquid ex ijs quæ in Missa leguntur fidelibus exponere, & sanctissimi illius sacrificij mysterium aliquod explanare, & aliquando sanctiores illius sacrarum ceremoniarum rituumq; rationes & significationes explicare, quò diligentius instructi in dies sacrosancto illi sacrificio religiosius intersint.

Docete item quomodo fideles signo Missæ celebranda dato se corde contrito ad eam sanctè audiendam parent.

Curate atque effcite perpetuis vestris monitionibus officijs, vt in illa viri aperto capite, mulieres

velato, & in omni eius parte utroque genu flexo præterquam in Euangelio adsint.

Instruite etiam eos, quam religiosè non solum in Missæ sacro, verum etiam in diuinis alijs officijs versandum.

Quando standum, quando genua flectenda, quando assurgendum.

Quam valde, dum illa fiunt celebrantur, fugiendæ confabulationes, colloquia, deambulationes, strepitus, clamores, immò verò inanes cogitationes, quibus à pia meditatione, et mysteriorum quæ aguntur cõtèmpatione, religiosaq; oratione animus distrahitur: quam denique studiosè vitanda reliqua omnia ab eorum officiorum sanctitate & cultu aliena.

Rursus quam sanctè item, quam religiosè, & quam demisso humiliq; habitu in supplicationibus, litanijs, & stationibus versandum sit.

Qua reuerentia, quod pietatis studio in ecclesijs locisq; sacris manendum sit, quæ ab alijs procul abesse debeant; idq; ex sanctionibus pontificijs, constitutionibus conciliaribus, Episcopaliibus præterea edictis.

Qua etiam non solum intima religiosi animi præparatione, sed externa etiã cultus vestitusq; modestia, humili genuflexione, & armis depositis, ad sanctissimam communionem, tum etiam ad cætera sacramenta accedendum sit.

**TVM** docete ac monete, quomodo dies festi colendi & sanctificandi sint.

Ostendite indignissimum esse sacris illis diebus non modò à nefarijs operibus illicitisq; negotijs non abstinere; verum etiam religionis ac pietatis opera non præstare omni diligentia.

Ac præterea nefas esse, sacros dies ad maxima Dei beneficia colenda, summisq; ei laudes persoluedas, ac debitum sanctis honorem tribuendū institutos ad illa traduci, quæ ab eo cultu abhorrent: qualia sunt tripudia, ludi, choreæ, spectacula, quibus ad turpes illecebras incitantibus salutis humanae hostis diabolus oblectatur.

**DE**nuunciate item stata sacrorum temporum ieiunia; docete quomodo ieiunandum, quæ peccati grauitas in violandis sacris ieiunijs.

Quæ præterea christianæ pietatis officia in sanctorum vigilijs.

Quam sanctè obseruandum quadragesimale ieiunium.

Statis autem solemnibus vel aduētus vel septuagesimæ, vel aliorum temporum celebritatibus præmonete fideles, atque diligenter ex pastoraliū etiam literarum præscripta recitatione ac ratione instruite ad sacra illorum temporum mysteria sanctis pietatis officijs religiosè colenda.

Vtq; in ijs omnibus pro temporum solemnitatibus, ratione illi instrui possint, sæpè monete, ut dominicis alijsq; festis diebus, quemadmodum sacra Tridentina synodus optat, ad parochialem ecclesiam conueniant.

Qua in re sæpius monitionem pastoralem eo de genere frequenti populo legite.

Sæpè autem ac diligenter eosdem docete, quam

assiduè orandum sit.

Quomodo & tacita supplicis mentis meditatione, & pijs stans orationibus precandum.

Quam studiosè ac religiosè suscipiendum vespertinæ communis orationis institutum. quam diligenter illud semel susceptum piè retinendum.

Idèq; cum alijs sæpè in anno eandem orandi rationem cum indulgentijs concessis per summa capita explicare; tum præcipuè diebus Cõcilio prouinciali tertio constitutis in maxima populi frequentia de scripto pronunciate atq; euulgate.

Dominicis diebus institute populum, & monete pro quibus oret, ut est in eodem prouinciali Concilio decretum.

Tum præterea quas singulis hebdomadæ ferijs præcipuas preces, christianasq; meditationes, atq; in orando exercitationes sibi propositas in promptu habere possit.

Quam sæpius verò sermonibus vestris populo proponite locos perpetuè christianæ meditationis, de morte, de iudicio, de inferno, de gloria, & de præmio paradisi.

Monete præterea sedulo, ac frequentissimè patres matresq; familias, ut liberos familiamq; suam ad pietatis christianarumq; virtutum disciplinam religiosè instituunt.

Ad hoc præterea patres familias inducite, ut de vitæ spiritualis ratione, & pijs exercitationibus libros probatos domi suæ habeant, in quorū lectione versentur, seseq; ac familiam instituunt ad sanctè agendum.

De patrum familias officio, familiæq; institutione editam in Concilio tertio prouinciali constitutione in parochiali cõuentu legite, singulasq; eius partes explicare.

Tum alia præterea docete, quæ opportuna existimaueritis, quibus illi se suamq; familiam in christianæ vitæ institutis atq; exercitationibus conforment.

In officinis etiam & tabernis disciplinæ vitæq; christianæ rationes obseruate; si quid autem vel ab artificibus, vel ab insistoribus operarijsuè committi animaduertieritis, quod dissolutæ disciplinæ sit, id officinarum, tabernarumue dominos grauius monete, ostenditeq; ea in re officij sui partes.

**ESTIS** participes, & socij laborum, curæq; Episcopalis, & in messe Episcopo commissa operarij estis, elaborate unà cum eo, & contendite, ut populus cuius cura geritur, tanquam purum triticum auxiliante diuina misericordia congregetur in horrea cælestia.

Depositum custodi, inquit beatus Apostolus Paulus, id quod vobis singulis dictum esse putate, ut in grege tanquam deposito fidei, curæq; vestræ commisso diligenter custodiendo, ab omniq; peccati labe conseruando cogitationem, sollicitudinem, curam, studiumq; omne collocetis.

Parochiæ igitur unicuique vestrum concredita viciniam cum à ceteris vitijs omnibus vos singuli sollicitè custodite; tum curate etiam ne odia, similitates, inimicitia, factiones, nec nõ temerè

iurandi

iurandi, male dicendi, imprecandi prauæ consuetudines, ac ne detractiones quidem in ea sint.

At vitia in primis, & peccata, ad quæ populum procliuiorem esse animaduertieritis, reprehendite, atque exagitate.

Nec verò dissimulate peccata: sed annunciate populo scelera eius: publice peccantes coram omnibus arguite, ut & alij timorem habeant.

Idq; agite spiritu fortitudinis Domini, & ut strenui eius milites, bonam militiam militate, nihil planè trepidantes.

Si ab increpatione (vos monet S. Gregorius) reticueritis, quia contra vos odia infurgere reformidatis, non iã Dei lucra, sed vestra queritis.

Non maledictis, non vexationibus, non calumnijs, non alicuius generis contumelijs, illud vel increpandi, vel palam arguendi officium deserite, modò Christi gloria, & animarum salutis seruiatis.

Rursus non aucupandæ hominum gratiæ studio id agere desistite; seruus Dei non essem, si hominibus placerem, inquit Apostolus.

Ua vobis tacentibus, aut dissimulantibus, si grex curæ vestræ commissus perierit: sanguinè eius de manibus vestris requireret iustus, & omnipotens Deus.

Si igitur peccatur, ne in increpationibus verba vestra blandientia sint; sed ut à spiritu sancto scriptum est, stimuli sint, & quasi clauis in altum defixi.

Instate opportune, importune, priuatim etiam ad monitionibus, consilijs, correptionibus, obiurgationibus, ut peccantes adiuuante diuina gratia in viam salutis reuocetis.

In usum etiam sanctè ita reuocate fraternam correctionem, ut non modò mutua christiana charitate vos ipsos corripatis, sed reliquos itè, præsertim parochiæ incolæ, id charitatis, & correctionis officium rectè doceatis.

Ad sermonum verò, ad monitionum, correctionum partes explendas locos vobis comparate, præcipuè ex doctrina catechismi Romani, in quo magna cum populorum vestrorum salutari utilitate versari diligenter potestis.

Neque ad hoc multiplicis vestræ ecclesiasticæ tractationis genus negligite adiumenta, quæ aliunde utiliter capere potestis.

Cætera autem officia, quæ in sacramentorum administratione, in assidua ad frequentem eorum usum cohortatione, in ægrorum cura, in alijs parochialis muneris functionibus vobis prouincialibus diœcesanisque, Concilijs præscripta sunt, præstate atque exequimini accuratè, ad earumq; cõciliarium constitutionum decretorumue normam omni obseruantia atque obediëntia studio vos planè conformate.

Quæ verò decretorum prouincialium, vel diœcesanorum partes ad laicos, eorumq; christianam disciplinam attinent, quod sæpius euulgata atque inculcata, seruètur diligentius; illas summatim vulgari sermone expressas crebro prout usu venerit, populis vestris proponite, denunciate, ex-

plicate, atque in consuetudinem inducite.

Quæcumq; denique vel ad vos, vel ad laicos curæ vestræ commissos pertinent, ea decreta quo maximo potestis studio, in omnem executionem, disciplinamq; usum introduce.

Videteq; in primis ac perpendite, quæ sint, & quam religiosè muneris vestri partes: cauteq; ut in officijs, & curæ vestræ functionibus non modò quidquam vos non comittatis, sed ne omittatis quidem: cum in sacerdotali vita, pro muneris quod sustinetis ratione, tum grauiores, tum longè plures quam in cæteris hominibus esse possint omissionis culpa.

Vos præterea reliqui sacerdotes, quicumque estis, quibus animarum cura non incumbit, cum alia omnia, quæ ecclesiastici ordinis hominibus, de diuinorum officiorum cultu, de vitæ honestate, de studijs, & vitæ spiritualis exercitationibus, præscripta aut monita generatim sunt, tum quæ nominatim sigillatimq; ad præcipuam vestram executionem attinent, præstate omnino.

Vos item reliqui clerici inferiorum ordinum, quæcumque ad vos vel nominatim, vel generatim spectant, agite omnia, sicut clericalis vitæ ratio canonum & conciliorum decretis præscripta postulat.

Christi estis, nempe de sorte Domini, & ipse Dominus fors, pars scilicet vestra; tales præbete vos, ut & ipsi possideatis Dominum, & possideamini à domino, vereq; dicatis, Dominus pars hæreditatis meæ.

Filij mei nolite negligere: vos elegit Dominus, ut stetis coram eo, & ministretis illi.

Videte igitur, quam valde intentos vos esse oporteat ministerijs vestris, & quam magna vitæ morumq; castitate.

Proborum hominum tantum, præcipuè sacerdotum vitæ spiritualis laude præstantium familiaritate utamini: ex quorum consuetudine tum fructus vos capiat, tum Episcopus meliorem in dies de vobis opinionem concipiat.

Maiores veremini & obseruate; eisdemq; rectè monentibus obtemperate.

Præter latinæ linguæ & literarum studia, ecclesiastica in primis disciplina institutionibus diligenter incumbite.

Sic demum vos moribus, & vitæ modestia probate, ut & à parochijs, & à præceptoribus vestris, tum etiam à populo bonum testimonium Episcopus habeat, vosq; dignos iudicet, quos maioribus ordinibus adscribat.

Vos verò, qui vel visitationis munus geritis, vel clericalis disciplina curæ quouis nomine præfecti estis, vel in diœcesi Vicarij foranei constituti, in explendis muneris atque officij vobis comissi partibus sedulo inuigilate, atque elaborate.

Onus quod sustinetis, quam graue sit, quam plenum curis perpendite; tum quam in eo vobis committendo spem, fiduciamq; Episcopus habuit, videte: tum efficit, ut eius expectationi respondeatis vigiliarum vestrarum studijs, assiduaq; sollicitudine.



Ecclesias, quæ in vnuscuusque vestrum regione sunt, sedulo visitate: earumq; partes singulas inspiciate.

Peruestigate in vnuscuusque parochiæ finibus, an aliqua publicorum peccatorum labes, an flagitia, quibus episcopali cura & Episcopus medetur, necesse sit.

Vniuerso clero pro regione commissa inuigilate diligenter; illudq; in primis videte, vt in disciplina ecclesiastica moribus, institutis, atque officijs se contineat, clericalisq; moderationis legibus congruenter viuatur.

Indecentem eius habitum omnino reijcite; morum, sanctæ vitæ, sacrarumq; literarum, & institutionis ecclesiasticæ studia, si quæ in eo languescunt, excitare.

Clerici autem minorum ordinum in hoc maxime vobis commendati sint, vt illorum omnes tum in vitæ moribus, tum in literarum ecclesiasticarumq; doctrinæ studijs progressionem accuratè exploretis, atque vt maxime potestis, paternis cohortationibus, atque obiurgationibus, ijsq; assiduis adiuuetis.

Ecclesiarum item cultum, nitorem, cateraq; eius generis omnia curate vestra diligentia, quæ totis in Christo visceribus ab vnoquoque vestrum expetit.

Quæcumque verò vel prouincialium diœcesanarumq; synodorum decretis, vel præcipuis instructionibus, vel visitationum iussis præscripta sunt, ea omnia vt re ipsa præsententur, studiosè perpetuò agite.

Hæc omnia, & singula bis monitionibus nominatim, sigillatimq; expressa, tum cuncta item reliqua, vel concilijs prouincialibus, diœcesanisque sancita, vel alio modo vobis præscripta, vos omnes ac singuli quorum interest, quanto potestis amore, & pietate non amplectimini solum, & legite; sed mente animoq; comprehendite, seruate, omniq; sollicita executione præstate, totosq; vos ad cohortationum, admonitionum, decretorum, & constitutionum rationem accommodate.

Quod omne vt faciatis, sicut nos pro episcopalis nostri officij munere vos in hoc diœcesano conuentu ex concilij prouincialis præscripto commonefecimus: ita etiam vnumquemque vestrum, per vnigeniti filij Dei aduentum, per eius crucem, perq; animarum vestrarum salutem obsecramus, obtestamur, diuinamq; contestatione monemus. Rursusq; vobis ipsis vniuersis & singulis edicimus, si quis vestrum constitutionibus, decretisq; vel prouincialibus vel diœcesanis vestra causa editis non paruerit, contra eum nos acturos esse ecclesiasticis canonicisque sanctionibus.

Cauete igitur, ne quem vobiscum paternè modò agentem, sollicitèq; monentem, & in conspectu Dei vos hoc sacro loco deprecantem auditis, eundem rursus non in hac vita solam culpam vestras animaduertentem, sed in diuino præterea iudicio eandem accusantem audiat.

At ipse Deus, & pater noster, & Dominus Ie-

sus Christus dirigat vias vestras in omni sancta obedientia; exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono, ita vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, per omnia ei placentes; sicq; sanctis vestrarum virtutum progressionibus probati, appareatis ante Deum, & patrem nostrum in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius. Amen.

De foro episcopali, ecclesiastico.

Prou. 1. par. 2. de iudic. foro episcopi. pag. 24.

EXCOMMUNICATIONVM, quæ certis monitionibus primùm adhibitis, ad finem reuelationis, vt aiunt, pro deperditis, subtractiue rebus ferri solent, literæ ne cuiquam nisi ijs concedantur, qui ob eam causam supplicationis libellum Episcopo obtulerint, eorumq; ipsorum tantùm rogatu, quorum ciuilitè interest.

Qui supplicationis libellus eiusmodi sit, quo & res ipsa, de qua agitur, & eius pretium itè nominatim speciatimq; exprimitur; nisi ecclesiæ, loci pij, communitatis, vniuersalisuè successoris res sit, cuius certam notitiam illi illam uè non habere verisimile est: tunc enim supplicatis qualitate in libello expressa, rei de qua queritur, descriptio quadam generatim fieri poterit, modò ne sit incerta nimis, aut non verisimilis, sed eiusmodi, quæ saltè ostendat rem ipsam, vt est Tridentini Concilij præscriptum, non vulgare esse: id quod Episcopi concedentis religiosæ cōscientiæ iudicioq; pro ratione rei & personæ relinquatur.

Potè eiuſmodi excommunicationum literæ non concedantur, vt infra sancitum est. Pro re criminosa, quæ uè infamiæ notâ inurat. Pro re non occulta omninò. Pro re, quæ ita iam diu amissa, aut subtracta est, vt illius memoriam ampliùs non haberi verisimile sit.

Neque rursus cuiquam excommunicato, aut manifestè ac notoriè criminoso. Neque verò contra aliquem, quem pro rebus, quæ in monitorijs literis exprimentur, satisfacere non posse constat. Neque præterea in loco, vbi eas verisimile sit negligi, contemniue.

Cùm verò pro ratione præscripta aliquando conceduntur, ne tamen in sanctissimis his diebus, in Natiuitate scilicet Domini, Pascha Resurrectionis, Ascensione, Pentecoste, in celebritate sacri corporis Domini, alijsq; anniuersarijs solemnioribus diebus vllò modo promulgentur, nisi Episcopus aliter censuerit.

Si item nihil quod supra sancitum est, neque aliud quidquam obstat, quominùs cōcedi possint, ne semper tamen detur, concedantur uè; sed tantùm cùm Episcopus seruata forma Concilij Tridentini expedire censuerit.

Qui episcopo soli, neq; verò eius vicario, etiam gene-

Monitiones ad finem reuelationis quibus de causis concedendæ.

Sess. 25. dec. de refor. c. 3.

generali (si modò Episcopus non longiùs ab sit eiusmodi monitoriarum literarum concessio hoc decreto referuata sit.

His verò literis monitorijs aliquàdo datis, ne excommunicationis sententiam Episcopus ferat, nisi de earum promulgatione locis & temporibus congruis facta; relationem acceperit & iterum de re ipsa diligentius, accuratiusq; deliberarit, ac grauem præterea causam censuerit, quamobrem illam ferat.

Formulæ certis verbis conceptæ atque explicatæ conciliari nostra auctoritate ad huius prouinciæ vsum in lucem emissæ, ab omnibus & singulis quorum interest, pro concepta, constitutaq; ratione seruentur.

Sigillum episcopi I N omni & scripto, & actione, quæ sigilli episcopalis impressionem requirit, Episcopus sigillo sancti patroni ecclesiæ cui præest, imaginè aliqua certa expressa vtatur: quod cum ad illius sancti viri memoriam, imitationemq; excitandam, atque ad ecclesiæ ornatu & splendorem insigne est; tum pietatis rationi conueniens, & cum ecclesiarum benè institutarum vfu, consuetudineq; consentaneum. Eius verò sigilli certa forma imagouè, vel pro antiquo illius ecclesiæ instituto, si id constat; vel prout Episcopus semel statuerit, perpetuò adhibeatur.

Quædam de cā F ORI Episcopalis cancellarius ac notarij certos libros habeant, in quibus causarum criminalium actiones, quæstiones, ac quos vocat, processus, rectè ordineq; describant, nec verò in folijs.

Mercedem præterea, quam ex vnuscuusque causæ, vel ciuilibis, vel criminalis descriptione, actione, & processu acceperint, cum in libro certo exscribant, ijs ipsis certis diebus singulis, quibus eam mercedem, aut partem acceperint, & mense, annoq; notatis; tum in ipsius causæ processusq; acti conscriptiq; sine adscribant item.

Tit. quæ ad epa Q V O D in Concilio prouinciali tertio Episcoporum vicarijs vetitum est, vt ne esculenta quidem, poculentauè ab litigantibus, alijsuè apud se causas agentibus dono accipiant; idè cancellario, & notarijs interdictum sit, ab illis saltem accipere, in quorum causis acta conscribunt, notarij uè partes agunt.

Pœnæ & multæ P O E N Æ & multæ omnes ac singule, cuiusuis generis sint, siue clericorum, siue aliorum quorumcunque, etiam quas ex superiorum conciliorum sanctionibus irrogare contigerit, deinceps piorum locorum, operum uè vlti verè, atque omnino attribuantur, nulla prorsus parte referuata, aut alij vfu attributa.

Rursusq; vt attributionis, solutionisq; certa atque explorata ratio constet; Episcopus certum codicem, in quem eæ explicatè referantur, confici, in archiuioq; episcopali asseruari diligenter mandet.

Nec verò vicario, alijsuè Episcopalis fori iudici vllam omninò pœnarum, multarumq; par-

tè cōsequi, habereq; vllò quouis colore liceat. Quidquid consensus, approbationis, facultatis, licentiæ uè, vel alio huiusmodi nomine, ex huius, vel superiorum conciliorum prouincialium decretis ab Episcopo impetrandum est, eiusuè auctoritate concedendum; id & ab ipso, & ab eius cancellario, & quibusuis ministris gratis omnino semper detur, etiam quod ad scriptionem attinet.

V T ne ex notarij imperitia, detrimenta & litium occasiones existant, quod de ijs ipsis, etiam Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creatis, Tridentina sanctione decretum est; id Episcopi studiosè exequantur, vt eorum peritiam vsumq; etiam examinatione adhibita perquirant.

Quicumque verò notarij, ea per examè disquisitione facta probati non sint, officij sui in negotijs, litibus, causisq; ecclesiasticis & spiritualibus, exercitatione atque vfu per illos vel perpetuò vel ad tempus prohibeantur, ad eiuſdem Concilij præscriptum.

Quod de pontificalium constitutionum promulgationis modo & loco, vel in hoc, vel in alijs concilijs prouincialibus præscriptum est; id nò solum in pontificijs constitutionibus, sed etiã in edictis episcopalibus, alijsuè scriptis quæ promulgari contigerit, locum habeat, planeq; seruetur.

Quò autem studiosius tradantur, & inculcentur, quæcumque illis vel constitutionibus, vel edictis, scriptis uè continentur; Episcopus si ita expedire censuerit, illas ipsas tum constitutiones, tum edicta, vel scripta eiusmodi in cathedrali ecclesia saltem populo frequenti de scripto primùm ita legi curet, vt ne verbu quidem, nedum pars vlla omittatur.

In alijs deinde ecclesijs ac locis, vbi euulgandas censuerit, illæ per capita summatim, vulgariq; sermone prout ille maluerit, explicentur. Certos statosq; dies singulis mensibus calendarij instar notatos, quibus vel pontificias sanctiones, vel Tridentina decreta, vel prouinciales, diœcesanasq; constitutiones, aut pastorales literas populo euulgari, de scriptoq; pronunciarum iussum est, Episcopus parochis præstituat; vt ordine omnia pro temporum ratione diligenter promulgata, sapiusq; suis certis diebus repetita, accuratius in executionis vsum inducantur, ac retineantur.

Cùm vel sanctiones pontificias, vel decreta conciliaria, vel literas, constitutiones uè Episcopales, vel aliquid eiusdem generis promulgari, aut populo enunciari, de scriptoq; legi iussum est; vt vberiorum fructum ferant, ac studiosius ad executionis vsum illæ introducantur; Episcopus concionatores qui in vrbe sunt, parochi verò diœcesani, si quos in suæ parochialis ecclesiæ finibus habent, eos diligenter hoc præmonere studeant, vt quod fidelibus enunciandum est, idem illi inter concionandū cohortationibus adiuuent.

Hoc

Notarij de peritia examinandi. Sess. 22. decr. de refor. c. 10.

Constitutiones pontificiæ & edicta episcopalia quò promulganda.

Hoc verò cohortandi munus ipsi etiam parochi studiosè semper præstent.

**Diplomata pontificum, & principum in codicem referenda.**  
**L I B E R** fiat, in quo singula diplomata, siue summorum Pontificum, siue Imperatorum, siue Regum, principumque sint, quæ ad ecclesiæ illius priuilegia, iura, aliaque id generis quouis modo pertinent, rectè atque ordine describantur.

Qui liber in armario, certo archiuui loco diligenter assuetur.

### Quæ pertinent ad matrimonium.

Prou. 1. par. 2. pag. 39.

**Constitutiones de matrim. impedimentis parochi nouerint,**  
**Q V Æ** à summis pontificibus cõstitutiones, literarumque decretales, ad Tridentinorum de matrimonij impedimentis decretorum declarationem editæ sunt, eas cum à cæteris, tum à parochis præcipuè non ignorari oportet.

Cui rei ut occurrat, illas typis impressas vnâ cum hoc libro Concilij prouincialis Quarti in vltima parte editi censuimus.

**Matrimonij denunciations.**  
**S T A T A S** illas matrimonij denunciations Tridentina sanctione præscriptas Episcopus ne facile remittat.

Si verò pro sua pietate ac prudentia earum aliquam quandoque, antequàm matrimonium contractum est, omitti censuerit; at postea ante consummationem illas planè omnes, aut si minus omnes, saltem duas, aut minimùm vnâ fieri curet omninò.

**Parochus** statas matrimonij denunciations facturus, præter noticiam de illis faciendis sibi datam ab agnatis curatoribus illorum, de quorùm matrimonio agitur; primùm à mari, tum à fœmina exquirat, an matrimonij quod inter eos tractatur, denunciations fieri placeat.

Qua in re caueat, ne dum matrimonij denunciandi voluntatem eorum notâ, exploratamque, inuestigando habere vult, ea inuestigatione matrimonij istius, aut sponsalium contentum exquirat.

Itaque de statis solùm denunciationibus explicatè, ac distinctè, separatimque, ab vtroque perquirat; idque à fœmina loco honesto, & in propinquorum conspectu; ita tamen, vt ne quiscquam audiat, neque ita propè sit, vt illa præ pudore, vel alia causa, minus liberè animi sui voluntatem exprimere audeat.

**Anulus nuptialis.**  
**A N V L O** nuptiali non dexteræ, sed sinistræ manus sponsæ digitus, qui anularis dicitur, induatur; dumque induitur, ne à sponso, sed à sacerdote cuius est benedicere, illa verba proferantur: *In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.*

**In nuptijs emendanda.**  
**Q V Æ** in nuptijs indecorè fiunt, ea ab Episcopis omnino eripi Concilio prouinciali primo iustum est.

In ijs porrò ipsis cum potissimum minimè ferendæ sint illæ duæ deprauato morum vsu introductæ corruptelæ; vna scilicet, cum certa quædâ pecunia ab ijs extorquetur, qui ex alie-

no solo, alienauè parochia vxorem ducunt; altera, cum per vicos, & plateas, quâ iterùm nupta ducitur, clamores, tumultuosæque voces à profano gentiliū more non abhorrentes, ac strepitus hominum, quasi exagitandis secundis nuptijs eduntur; eas sanè à Christianæ pietatis institutis atque moribus, & à matrimonij quod celebratur sanctitate alienas, Episcopus cum omni alia pastoralis officij sui ratione, tum propositis etiam pœnis, centurisque, extirpari, ac planè funditus tolli curet.

**Q V I B V S** matrimonij contracti in vno aliquo ex impedimentis, quibus illud contractum dirimitur, dispensatio à sancta sede Apostolica, aut in foro conscientie, aut in vtroque foro delegata est; ij caueant, vt ad literarum apostolicarum præscriptum, illos cum quibus dispensari concessum est, matrimonium contrahere cogant.

**Q V O** studiosius populus in officijs Christianæ pietatis instituat, ex diuinæque legis præceptis institutum vitæ genus sequatur; id parochus præstet, vt aliquando ineunte præsertim aduentu, & quadragesima, patresfamilias suæ parochiæ omnes ad ecclesiam parochialem cõuocet, hora quam commodam is censuerit. Qui in patrumfamilias conuentu, tum constitutionem in Concilio tertio prouinciali de patrū familias officio familiarumque institutione editam de scripto legat, singulasque eius partes explicet; tum alia præterea doceat, quæ opportuna existimauerit, quibus illi se, familiamque suam in Christianæ vitæ disciplina conformet, ex præscripto etiam regularum & instructionum, quæ eo nomine auctoritate nostra eduntur.

### Quæ pertinent ad regulares.

Prou. 3. quæ ad mon. & regul. pert. pag. 106.

**Q V O D** sacrosancti Tridentini Concilij decreto de interpretatione sacræ scripturæ in monachorum monasterijs instituenda sancitum est, id Episcopi omnino efficiant, vt quibus in monasterijs commodè præstari potest, ea instituantur, vel si intermissa est, restituatur.

Qua in re præstanda Abbatè, atque alios quocunque nomine vocatos, qui monasterio præsunt, opportunis iuris remedijs compellant.

**S I** quæ fœmina, cuiusuis etiam conditionis, dignitatis, gradus, ac generis splendore illustris, virorum regularium cuiuscunque vel ordinis, vel instituti claustra, vbicumque in illis, etiam prioribus monasterij cõuentus, domusue claustralis porticibus primariæ eiusdem ianuæ exteriori proximis, contra quam Apostolicis summorum Pontificum Pij Quinti, & Gregorij XIII. constitutionibus sancitum est, ingrediatur; pro earum sanctionum iure, Episcopus pœnarum censurarumque declaratione & irrogatione contra illam seuerè agat.

Ad priores autem illas claustris porticus, exteriorique ostio viciniores, vt à sancta sede Apostolica

Dispensati in matrimonio irrito, ad illud cõtrahendum cogantur.

Parochus aliqui patres fam. conuocet, & quæ cum illis agat.

In regularium monaste. lectio sacræ scripturæ habenda.

Mulieres eorū claustra ingrediendentes ab epō puniendæ.

stolica declaratum est, ingressus mulieribus non vetatur, quo tempore in ijs, cum cœmeteria, sepulcraue sint, pro mortuis fiunt, à regulariū vniuerso monasterij, domusue illius conuentu supplicationes, processionesue publicæ de more aguntur.

In claustrorum autem finibus censeantur hortii etiam, ac viridaria, vineæ, & eiusmodi loca, quæ monasterijs, domibusue regularium ita continenter sunt adiuncta, vt ab illis domibus, vel monasterijs ad eos hortos, locauè editus sit, nulla via, locouè publico interiecto. Sin autem de claustrorum finibus circumscriptioneue dubitatio aut difficultas aliquando existat, per loci ordinarium, adhibitis regularium superioribus illa explicetur; certaque demum ipsis limitibus claustralibus definitio circumscriptioneue statuatur, vt ne ob varias eorū superiorum regularium interpretationes occasio præbeat, quam obrem censurarum vinculis fidelium animæ irretiantur.

### De Monialibus.

Prou. 1. par. 3. de monial. pag. 43.

Monasterij ianuarum.

**A L I I S** decretis, quæ superioribus concilijs de monialibus constituimus, hæc quæ infra præscripta sunt, adiungenda statuimus. **M O N A S T E R I V M**, ianuas per quas ad illius septa aditus pateat, duas habeat, & alias præterea nullas.

Quarum duarum ianuarum, vna iumentis, curribus, vehiculisque agendis; altera alijs vsibus, & commodis necessarijs inseruiat.

Quo autem in monasterio vna tantum ad omnem tum actum, tum vsum satis esse videbitur, in eo illa duntaxat vna sit.

Ianua vtraque è duplici assere, eoque firmo cõstet, ac sine vlla item sit ne minima quidem rimula.

Limen è marmore, solidouè lapide habeat, quod strictim ipsi portæ cohæreat.

Ianuæ curruum iumentorumue, altera ex asseribus firmis ad cancelli speciem confecta in monasterio ipso adiungatur, quæ à prima ianua paululum distet, formaque sit in fabricæ ecclesiasticæ instructionibus demonstrata.

Ad ianuam alteram alijs vsibus accommodatam, cui rota, quem turnum vocant, adiungatur, moniales duæ semper assistant, quæ ianitrices constituentur.

Singulæ hæc tres ianuæ clauibus, fabrili opere inter se diuersis claudantur; quarum vnâ, etiam die; monasterij præfecta, alteram monialis, quæ professione anterior est, apud se perpetuò habeat.

Rotæ.

**R O T Æ** omnes amoueantur, atque obstruantur, ac in posterum vetitæ perpetuò sint; præter illam ianuæ communi adiunctam; & alteram in loco, quem parlatorium vocant, extructam; & tertiam, quæ est in cellula confessionum; & quartam in ecclesia ad sacras vestes;

& ornamenta Missæ sacro necessaria è monasterio exponenda accommodantur.

Cibus verò in omni monasterij hospitio, etiâ confessionarij, è rota communi exponatur.

Singulis rotis à parte anteriori monasterij vnus firmiter impactus sit, ne pro libito verti extrinsecus queant.

Si verò loca, vt dicunt, parlatoria complura erunt; in vno tantum, aut in altero ad summum, superiorum iudicio rota sit.

Rotæ quæ in ecclesiam spectat, valuæ lignæ binæ apponantur; alteræ interiores, quarum clauis à præfecta teneatur; alteræ exteriores, quarum clauis apud cappellanum sit, aliumue qui superiori videbitur.

Rotarum altitudo ne maior sit cubito, & vncijs octo; latitudo autem cubitalis.

Rota confessionum minor ab omni parte sit dimidia præscripta quantitate.

**N V L L A** fenestra, præter illas primo Concilio Prouinciali nominatim præscriptas, è monasterio in ecclesiam, sacristiamue exteriorè spectet, ac ne rima quidem, ne dum foramen vllum in ea extet, vnde aspectus, aut collocutio fieri possit.

Fenestra, qua sanctissimæ Eucharistiæ eleuatio prospicitur, altius ne pateat cubitis duobus, & vncijs duodecim; latè verò, vt altaris latitudo est.

Cui fenestræ clathra ferrea duo palmi spatio inter se distantia firmiter configantur.

Virgæ autem ferreæ, quibus clathra compacta sunt, singulæ inter se distent non amplius vncijs tribus.

Sint autem inter se insertæ, ita vt loco suo dimoueri non queant.

Claudantur autem fenestræ ab interiori parte firmis valuis, sera, & clauis, quæ apud præfectam assuetur.

Vbi autem illa è latere altaris, ecclesiæue, aut alio loco etiam superiori est, vnde moniales, eos qui in ecclesia exteriori sunt, spectare possunt, efficiat Episcopus quamprimùm, vt super altare vnde Missæ sacrificium moniales intuentur, ad instructionum præscriptum extruatur, laterali illa; aliaue quæcunque sit, penitus obstructa.

Fenestella ad ecclesiam versus spectans, per quâ moniales sacram Eucharistiam sumunt, ita altè, aptèque struatur, vt sacerdos illam ministrando commodè stet; non genua flectat.

Cui fenestellæ extrinsecus valuulæ lignæ, præter illas quæ modò sunt, apponantur, quæ parietem æquent, earumque clauis apud confessionarium perpetuò sit.

Sanctissimum sacramentum ne alibi, quàm in altari maiori assuetur, cui lampas in ecclesia interiori semper præluceat, & in exteriori, cum illius fores patebunt.

Reliquiæ sacræ in fenestella recondantur, quæ ad instructionum nostrarum præscriptum, in pariete ecclesiæ interioris exædificata, ab ea tantum

tum parte, quæ ad exteriorem ecclesiam spectat, aperiri possit.

Claudatur autem hæc fenestella tribus clauibus diuerso opere cõfectis; quarum vna apud Episcopum, altera apud confessorium, tertia apud monasterij præfectam sit.

Fenestella confessionum altè vncias sexdecim, latè duodecim, nec verò amplius pateat; septa autem sit firmis clathris ferreis ad formæ præscriptæ rationem, & lamina item ferrea benè solida, parietis firmissimè agglutinata, & foraminum instar ciceris tenuium plena, panno lino nigro obducta: qui pannus ligneis tabellis sic affigatur, vt non facilè amoueat.

Parlatoria.

LOCA collocutionum interna, parlatoria vulgo vocata, quæ in posterum sient, vna, eademq. spatij circumscriptione, nullo interiecto pariete contineantur, & ad formæ, qua iam pleraq. exædificata sunt, modum accommodentur, vbi id non magno incommodo fieri poterit; vt ab eisdem auscultatricibus omnes possint collocutiones exaudiri.

Ne fenestra laminæ ferreæ, vt primo Concilio provinciali cautum est, vnquã aperiatur, nisi perarò, & ob causam, quam vrgentem Episcopus iudicabit.

Ne in locis ad hospitij vsum extructis, quæ foresteriæ nominantur, vbi interdum ob vrgentè necessitatem aut cibus capitur, aut dormitur, fenestræ vllæ, ne exiguæ quidem insint, quæ in monasterium spectent.

Tecta hospitij, & aliarum cuiusvis generis domorum, à monasterij tectis vt separata penitus ac valde disiuncta sint, curetur omninò.

Prospectus vicinorum in monasteria tollendus.

QVIBVS monasterijs de vicinorum præsertim religiosorum prospectu tollendo ita cauere non potest, sicut Concilio provinciali primo iussum est; eorum fenestræ, si lumen excipi aliunde licet, obstruantur; sin minus, ab illa seruitute defendatur operis structura in instructionibus nostris demonstrata, quæ in porticibus item, quas logias dicunt, ab eadè seruitute tuendis adhibeatur.

Horti, qui in monasterijs monialium amplè nimis patent, quotidianaq. hominum opera atque cultura opus habent, vbi fieri potest, in angustiores fines concludantur.

Ne fenestra in vilo cuiusvis ordinis monialium monasterio, etiam regulariũ iuri curæ subiecto, neuè ostium vllum, aliudue id generis foramen, vnde aliquis extra monasterij claustra prospectus sit, pateat, aperiatur, sine Episcopi, cui monasteriorum omnium clausura commendata est, concessu.

Nec verò id ille permittat, cõcedatur, nisi vbi locum diligenter inspexerit, & ita fieri necessarium cõsulerit.

Tuncq. ad impediendum arcendumue eũ prospectum, illa ipsa cautio supra mox præscripta adhibeatur.

Quædam de iis qui monasteria adeunt vel ingrediuntur.

MINISTRIS, quibus ob necessariam causam monialium septa ingrediendi facultas ali-

quando datur, illæ solùm moniales quas præfecta delegerit, imperent; aliæ verò præterea nullæ quidquam illis vel iubeant, vel alloquantur.

Moniales cum in eo loco, vbi ab alijs qui foris sunt, etiam à concionatore, aut à superiore videri possunt, sermoni, concioniue intersunt, omnes facie sint operta, & contacta velo vsque ad os deducto.

Idem præstent, quæ cuius, etiam medico, aut superiori monasterij septa ingredienti obuiã prodeunt, vel illum excipiunt, deducuntue.

Probenitur ab Episcopo medici aliquot, quos concessu etiam monasterij superiorũ, intrã illius septa adhiberi liceat, si quando præter medicum ordinarium alios etiam morbi grauitas requirit.

In vnoquoque monasterio, Episcopi furnorũ in quibus panis coquatur, vsum introducant, vt pistoriibus eorumq. ministris ingressus in monasterium prohibeatur omninò.

Nec verò vir quisquam ad furnum purgandũ, inflammandumue, aut ad aliud quidquam faciendum, quod à monialibus fieri, agiue potest, introducatur.

Quod in Concilio provinciali primo de facultate scripta ad monialium monasteria accedendi sancitum est; id tum mares, tum foeminas, quocunq. etiam gradu, dignitate, genereue illustres inuolantè seruare decernimus; etiam si pater, mater, fratres, sorores sint monialis, quã visitatum veniunt.

Idq. omnino vbique p̄stari cura Episcopi sit.

Causæ necessariae, ob quas intrã septa monasterij ingredi licet, in hac provinciali synodo ex primi Concilij decreto, vel explicata, vel tanquã nullo modo necessaria reiecta, in extrema huius Concilij parte edita atque impressa, in singulis monialium monasterijs, etiam regulariũ curæ subiectis edicantur & enuncientur; nec verò ab ijs vilo modo, vllaue ratione ac prætextu discedi liceat.

Fructuũ, florumue vasa in monasterijs nullo modo teneantur, eos vel fructus vel flores vendendi causa.

Offulas & alia huius generis, non modò donandi, vt primo Concilio vetitum est, sed etiã vendendi causa, à moniale, aut monasterio confici ne liceat.

Abstineat monialis à muneribus dandis.

Elemosinam verò per rotam, portamue monasterij dari vetitum sit omnino; quoniam inde non leuia pericula, vel damna potiùs extrare cõpertissimum est: sed quibus monasterijs pro ratione facultatum elemosinam dare permittum erit ab Episcopo, aliouè superiore; ab illis detur pecunia, frumentumue, aut aliud eiusmodi pijs aliquibus viris, præsertim verò locorum piorum curatoribus, qui pauperibus distribuunt alio loco, quàm apud monasteria, Medicamenta, si quæ Episcopus, aut alius superior vendi, aut foras dari permiserit; ab aromataria

mataria seniore solùm dentur, & ab alia præterea nulla; nec verò priuato, sed monasterij nomine vendantur denturue.

Moniali ne liceat, ijs qui extra claustra sunt, vel medicamenta parare, præbereue, vel manum medendi causa admouere, vel remedia exponere, vel aliud quidquam ad rem medicam pertinens exercere.

Caminus si quis in priuatis cellis extructus est, perpetuò ita obstruatur; vt in eo ignis accendi nullo modo queat.

Cum vel fenestra, vel ostium, vel caminus obstruitur, illius cardines sic euellantur, vt non ad tempus, sed ad perpetuitatem id actum sit. Idem in fenestris, ostijs, & caminis iam obstructis seruetur.

Locus cõis ægro tantum, &amp; dormitionis.

COMMVNIS ille curationis ægroantium locus, quem infirmariam vocant, vbi adhuc exædificatus extructusue non est, quàm citissimè potest, constituatur, extruatur, & edificeturue. Extra cuius loci fines monialis ægrotrans ne cubet; at valetudine recuperata, illic ne diutiùs moretur deliciarum causa.

Antiquus, & probatus communium dormitionis locorum vsus, vbi fieri commodè potest, restituitur, & ad pristinam consuetudinem reuocetur.

Intrã monasterij septa nemini alij nisi monialibus sepulcrum aut sacer sepulture locus datur, situè.

Nec verò monialium cadauera extra septa effertantur ad sepeliendum.

Quinam in foresterijs excipiendi.

NE MINEM cuiusvis status vel conditionis hominè, neque laicum, neque ecclesiasticũ, in vilo quouis monasterio monialium hospitij illis, quas foresterias dicunt, excipi, aut ad ea siue in vrbe siue in diocesi diuersari liceat, excepto confessorio sacerdote, cui aliquando ob vrgentem necessitatem id conceditur.

In diocesi verò monasterij etiã visitatori, & curatoribus, procuratoribusue, vbi interdum hoc ipsum concedendum necessariò Episcopus cõsulerit.

Cantus figuratus in exteriori ecclesia nõ adhibendus.

QVOD de cãtu figurato, & musico quouis instrumento, & mulicis itè die festo ecclesiæ monialium in exteriori ecclesia non adhibendis concilio provinciali primo sancitum per nos est; id etiam omni alio die & tempore illis vetitum esse decernimus.

Nec verò quidquã aliud præter Missam in exteriori illarũ ecclesia ab alijs canatur; cum vespèrarum, & reliquarũ canonicarum horarum officia ab ipsis monialibus cani possint.

Locus cõis vestium, &amp; labore rii.

IN vnoquoque monasterio, vbi neque locus communis vestium, neque aliter est item, in quo operibus elaborandis moniales exercentur, vterque quam primum fieri potest, constituitur, constituturue.

Ne monialis, iantricibus exceptis, alibi quàm loco operibus elaborandis constituto acupingat, aliudue quidquam manibus elaboret.

Laborum operumue magistra librum certum

habeat, in quo quidquid ex ijs laboribus lucri emolumentiue capit, enucleatè ita pericribat, vt cerni facilè queat, si quid in ea re desideret. In operibus vel accipiendis vel restituendis nulla alia monialis se ingerat, nisi laborum magistra: cui secum aliquando, cum necesse erit, aliquam monialem operis alicuius conficiendi vsu peritiorem adhibere liceat.

Illud porrò quoad ei fieri potest, cauèdũ erit, vt in monasterio ne sint multiplicia, diuersiq. generis opera manuum, seu laboreria.

Hoc loco, laborum communi, non solùm ad concilij primi præscriptum, lectio de vita spiritali adhibeatur, verum etiam ab omni otioso verbo ablineatur.

In loco vestiario indumenta cuiusvis generis, vestesq. omnes assèruentur.

Nec in cellulis, aliouè loco priuatim reponatur quidquam, custodiaturue, quod eo ipso tempore necessarium non sit.

MONIALIS nummos ne medicos quidem apud se quouis nomine ne habeat, neque de præfectæ etiam consensu; nisi officij quod gerit ratio aliter postulat.

Mon. nummos, ne habeat apud se.

Alioquin vt proprietatis rea puniatur.

Quam pœnam, & præfecta quæ id vilo modo, vllouè prætextu permissit, & monialis item subeat, quæ rescuerit, nec præfectæ bidui spatij, aut si hæc in culpa sit, superiori quàm primum potuerit, non denunciari.

Communitas introducenda.

CVRETVR omninò, vt exquisita illa ac religiosa communis vitæ ratio atque vsus in monasterio studiosè introducatur; vtq. spiritalis vitæ, sanctæq. institutionis disciplinam ac studia moniales sectentur diligenter.

SINGVLIS annis, vt primo Concilio iussum est, impensarum, quæ in victum, aliumq. monasterij vsum erogatæ sunt, rones per eos quorum interest, à præfecta reperantur.

Quædam de gubernatione rerũ temporalium.

Quantum verò, & tritici, & vini, & obsonij, & aliarum rerum ad anniuersarij victus sustentationem vniciq. monasterio satis esse Episcopus existimari, id ipse accuratè præscribat. In ea autem præscripta dispensatione administratione neuè si præfecta negligenter se præstiterit, ab officij sui munere suspendatur.

Aes alienum, quod quinquaginta nummum aureorum summam excedat, ne in vilo monasterio contrahatur sine suorum curatorum permisso, concessuue, qui in magni momenti rebus Episcopum consulant.

Ne sæcularibus negotijs moniales se implicent, vtq. simul multis fraudibus ac detrimentis occurratur; hoc sedulò Episcopus curet, vt illorum prædia locentur, idq. sub hasta auctione facta, nisi aliter quandoque expedire cõsulerit.

Ad tuendam etiam clausuram ea cautio adhibeatur, vt neque triticum, neque aliæ fruges, neque annona in vllis monasterijs, præterquam ad monasterij vsum & necessitatem assèruentur.

R. Mona-



Monasterij vniuscuiusque curatoribus, procuratoribus, patronis, defensoribus ab Episcopo certa regulæ præscribantur, ex quibus cognoscant singulas muneris sui partes.

Si verò curatores, & id generis ministri ab Episcopo singulis monasterijs curæ suæ subiectis illos non habentibus constituantur: ita tamen, vt eiusdem Episcopi arbitratu à muneris illius cura omnes & singuli semper amoueri queant.

Bonorum & iurium omnium ad monasterium quodcunque, etiam regularibus subiectum pertinentium, inuentarium probabili forma conscriptum sex mensium spatio ad archiuum episcopale ab ijs quorum interest, deferatur, ne fraus vilo modo fiat numero monialium ab Episcopo præfinito.

Quamobrem si quas etiam alienationes eorum bonorum iuriumque fieri deinceps contigerit, de ijs Episcopo certior fiat.

Quædam de puellis ad religionem aut professionem admittendis.

VM puella monasterium ingredi postulat, vt locum vbi profiteri cogitet, illa inspiciat; primò studiosè, diligenterque cognoscatur, an vtrè id illius propositum sit, anque illud curiositate tætet: nec propterea per monasteria plura vagari permittatur.

Puellæ cum ad cetera, tum ad professionem recipiantur monialium suffragijs occultè latis.

Idque ipsum ex Concilij prouincialis primi decreto (quod auctoritate literarum Pij V. Pont. in monasterijs etiam eorundem regularium iuri subiectis locum habet) in monasterijs etiã regularium iuri curaque subiectis planè seruetur.

Vbi religiosus iste, & vetus moniales solemniter velandi mos his temporibus antiquatus est, ad pristinum usum ex veteri instituto & ritu reuocetur, dummodò intra monasterium id fiat. Ne moniali cuiusvis ordinis albas, & vestes, aliaue indumenta Missæ sacrificij vsui dedicata induere liceat.

Quædam de cõfessariis, cappellanis, & aliis.

CONFESSARIIS, & cappellani item sacerdotes monialium, & ministri præterea, quos illa cura Episcopus præfecerit, quicumque sint, ne munus ullum ne minimè quidem, nec verò esculenta poculentauè ab illis vilo nomine neque publico neque priuato capiant accipiantque, pœna propolita eiusdem Episcopi arbitratu irroganda.

Neque præterea quidquam capiant dono ea specie prætextuè datum, quòd res eiusmodi sint, quæ ecclesiastico vsui inserviant, qualia sunt corporalia, purificatoria, indumenta clericalia, sacræ imagines, & alia id generis.

Nec verò item aliud manuum opere elaboratum, artificiosè confectum ab illis accipiant, ac ne labore quidem, opulè quod in vestibus vel purgandis, vel faciendis, vel reficiendis ponitur.

Caueant item cappellani sacerdotes, ne ab ulla moniali priuatum, sed à Monasterij præfecta, aut ab illa quæ sacræ præposita est, munus missas celebrandi suscipiant.

Cum qua præfecta præpositauè solùm, nec verò cum alijs monialibus colloquantur, tum de rebus scilicet, quæ ad suum munus solummodo pertinent.

Idemque hoc de genere toto à monialibus seruetur, pœna tum illis tum cappellanis propolita Episcopi arbitrio.

Quibus verò confessarijs, cappellanisue sacerdotibus aliquid annui stipendij ad vitam sustentandæ vsu Episcopi permissu dandū videbitur; id omnino certa pecuniæ summa detur, nisi aliquando Episcopus aliter concesserit, nempe loco pecuniæ vel triticum, vel vinum, vel aliquid eiusmodi dari.

Viri aliquot pij, ijdemque solertes ab Episcopo deligantur, qui festis præsertim diebus monialium monasteria, etiam regularium iuri curæ subiecta adeant, forisque vndique perspiciant, si quid contra quàm de illis præscriptum est, fiat agaturue, anque, quifquam sit, qui facultate non impetrata cum illis colloquatur.

Si quando nouum monialium monasterium constructur, hoc in primis curabitur, vt nulla fenestra, nullauè specula aliò quàm intus monasterij septum spectet.

Quædam de fabrica monast.

Quod septum non simplici pariete, sed ipsis claustris porticibusue claudatur.

In eius autem septi medio viridarium magna ex parte constitui poterit.

Ad huius formæ modum monasteria quæ iam ex ædificata sunt, quoad eius fieri poterit, accommodari, reconcinnariue, id Episcopo curæ sit.

Quæ ad pia loca pertinent.

Prou. I. par. 3. De piorum locorum admini. pag. 41.

QUAE CVNQVE bona siue mobilia siue immobilia, iurauè ad ecclesiam etiam quæ sit iuris patronatus laicorum, quauis ratione pertinentia, à laicis quouis nomine administrantur; de eorum rationibus diligenter conquirendis, & inuentario rectè conficiendo, planè præstetur quod primo Concilio prouinciali decretum ac sancitum est de reliquis, alijue bonis, & iuribus ecclesiasticis.

Inuentariu rerum omnium conficiendum.

Quarum rationum, & inuentarij exempla tria publici notarij testimonio munita conscribantur, quorum vnum apud eos, qui administrant; alterum apud sacerdotem rectorem ecclesiæ assuetur; tertium ad archiuum episcopale, vbi custodiendum est, afferatur: quòd cautiùs eorum bonorum & iurium conseruationi consultum perpetuò sit.

PRÆFECTIS, rectoribus, ministris, aut alijs quocunque nomine nuncupatis fabricæ ecclesiarum, sodalitarum, scholarum, & hospitalium, piorumque cuiusvis generis aliorum locorum curatoribus etiã laicis, hæc præter illa superiorib' cõcilijs edita, de ijs ipsis decretis præscribenda & decernenda etiam censuimus.

Quædam de præfectis & ministris locorum piorum.

Quicumque piorum locorum administrationem, procurationemue suscipiunt geruntue, illud

in

in primis sepe meminisse debet, se pauperum, pupillorum, viduarum, senū, egestate aut agitudine laborantium, peregrinorum, & aliorum id generis hominum aliena ope egētium, prout propria vniuscuiusque loci instituta ratio est, curam sustinere; & illa quidem tantè esse, vt cum potissimum Episcopo, tamquam communi omnium, & eorum præcipuè miserabilium hominū parenti, ea sacrosanctis canonum legibus commissa sit; tum quidquid in illos, vel misericordiæ, vel beneficij, vel operæ, vel opis, vel officij confertur; quidquid rursus damni, detrimētis, iniuriæue infertur, id omne Christus Dominus sepe in euangelio demōstrat in se collatum, aut illatum esse; ac propterea se in die iudicij, prout benè illis factū, aut neglectum, omissumue in eorū necessitatibus subleuandis erit, retributurum.

Quare primò ij valde curent, vt omnibus suscepti muneris partibus satisfaciant: deinde videant, vt nihil quidquam à curæ quam gerunt ratione alienum vilo modo pactouè admittant: tum id sollicitè studeant, vt quæ officia illis pro administrationis susceptæ munere debent, ea obeant, atque adeò præstent omni piæ charitatis affectu; ob oculos maximè in ijs ipsis proposito semper Christo Domino, cui illis & alèdis & vestiendis, cibum, potum, vestitum, aliamue curam atque operam ministrant.

Non suis, sed eorum quorum curam susceperunt commodis, atque vtilitatibus seruiant.

Omnibus piè consulant, nec vllam partem pro susceptæ curationis procurationisue officio negligant.

Munus quod gerunt, sepe sibi proponant eiusmodi esse, in quo non profanæ cuiusquam administrationis negotijue, sed sanctæ spiritualesque actionis partes atque officia, & Deo gratissima charitatis opera exequantur, piè, religiosè, & quàm diligentissimè.

Cum Capitula, congregationesue habent, tum initio, tum in fine sanctis precibus & orationibus in libro officij beatissimæ Mariæ virginis eo nomine præscriptis vtantur.

Cum verò aliquid aggrediuntur, quod ad curæ suæ rationes pertineat, initium à pia oratione faciant; vt quod inchoatur, benè, salutariterque succedat.

Omni denique morum grauitate, vitæ integritate, pietatis religione, & spiritualium exercitationum Episcopo probatarū, quas inter se collegiatim præstent, studijs tales se præbeant, vt eorū locorum rectā administrationem, piamque institutionem non solum conseruent; sed optimis progressionibus Deo auctore adiuuent, atque amplificent.

quædam de ijs que aluntur sumptibus locorum piorum.

VI locorum piorum sumptibus gratis aluntur, curanturue, aut literarum, aliarumue artium disciplina instituuntur, ratio postulat, pietatis studijs atque exercitationibus eos præceteris deditos esse, eorumque precibus animas illorum adiuuari, à quibus illud subsidij relictum

est ad eiusmodi pij instituti sustentationem. Quare illud eorum locorū curatores, vel præfectos, ac sacerdotes præsertim, qui in ijs spiritua lem curam gerunt, monemus, vt ab ijs qui ibi aluntur, si legere norint, stas de beata Maria Virginæ preces horarias; si verò rudes sint, saltem institutam illam certis salutationis angelicæ calculis orandi rationem, scilicet de beata eadem virgine coronam in singulos dies piè præstari sedulo curent.

Qui præterea eleemosinam dant, hoc illos qui accipiunt, sepe moneant, vt pro ijs qui bona reliquerunt, piè precentur.

Id verò præstetur, cum in locis pijs; tum ubicunque eleemosinarum distributio fit.

Hoc sanè & Episcopo curæ sit item.

Quædam de procuratoribus & ministris inferioribus.

PIORVM locorum procuratores, ministriue etiam inferiores, cauendum est valde, ne diutius quam par est, in curatione, administrationeue sibi commissa perseuerantes, rerum sibi arrogent imperium.

Porrò si alijs idonei sunt ad alia munera eorundem locorum gerenda, eosdem transferri licebit; nisi ex illis sint, quos superioribus concilijs certo tempore quibusdam muneribus vacare iussum est.

At hoc curetur omnino, vt gesta procurationis, administratiue muneris rationes sepe diligenterque reddant.

Quamobrem formula præscribatur, qua & diaria, & codices rationum, non coniectos, sed ordine rectèque confectos teneant; vt inde facile ducatur omnis explicata ratio, tum accepti, tum expensi.

Episcopus verò etiam ex Tridentini Concilij decreto, semel saltem in anno, à quibuscunque hospitalium, confratriarum, & aliorum quorumcunque piorum locorum, etiam quæ merè laicalia & priuata sunt, præfectis curatoribusue rationes administrationis, curæue repetere ne omittat vilo modo.

Decreta, vel quas vocant ordinationes, in Capitulo confectas, in librum præcipuum, Capitularium ordinationum nomine inscriptum, omnes ac singulæ à cancellario diligenter ordineque referantur.

Quibus ordinationibus, manu, quorum id muneris est, antè Capitulum proximè futurum subscribatur.

Tum præterea in hoc ipso Capitulo illæ ab eodem cancellario de libro ad verbū recitentur: Codex item alius paretur: in quo præcipuè notatis singulis diebus, ordine exscribantur, quæ in vnoquoque præfectorum administratorumue conuentu capitulouè proponuntur, aut aguntur: quæque rursus proposita, ac suffragijs permissa reiecta sunt; vt quæ deliberata, quæue repulsa sint, facile omni tempore ex illius codicis monumentis constent.

Librum item præcipuum conficiant, & habeant, in quo cum omnia, singulaque annua legata, tum onera illis adiuncta, ordine, distinctè;

enucleateq. per scripta omnino sint.

Cuius libri exemplum, publici notarij manu, signo, auctoritateq. munitū, in archiuū Episcopale, vbi asseruetur, eodē spatio deferant. Quod sanē omne deinceps singulis annis perpetuō præsent, quod ad ea legata, onerauē attinet, quæ ijs deinceps annis fieri contigerit, aut facta locum habere.

Episcopus compellat administratores piorum locorum ad iurē satisfactionem.

Episcopus autem omnes administratores piorum locorum, etiam quouis nomine exemptorum, ac merē laicalium & priuatorum, compellat omnibus iuris remedijs ad singulorum onerum satisfactionem, ijs ipsis locis incumbendo: neque vllō prætextu patiat, eorum prædia bona uē alienari, contra summorum pontificū literas, & sacros canones, & concilia etiam provincialia nostra, aut contra piam testatorum voluntatem, qui ea bona ad certum illum pium vsum destinauerunt.

Tabellam item publicē propositam, quo loco in Capitulum conuenire solent, perpetuō habeant; in qua pro mensium ratione, proq. rerum genere, ex norma præscripta, ea ipsa & legata & onera breuiter dilucideq. notata sint. Hospitalium locorum, vbi infantes expositi aluntur, curatores præfectiue caueant, vt illos latentē, nutricibus quas eo nomine conduxerint, plures non assignent, quàm earum vnaqueque lacte suo alere possit, ne ob hanc culpam plerisque illorum fame necari contingat.

Quamobrem quot ad lactandi vsum nutricibus opus habent, totidem sanē sollicitē conquirant, & conducant.

Si hæc nō possunt, alia omni ratione prospiciat, vt lactentium puerorum vitæ succurratur.

Cum ad pia instituta perpetuō retinenda, recteq. exequenda, plurimum profit eorum monimentum ad posteritatem firmiter proditum; Episcopi ea cura sit, vt cum vel in vrbe, vel in diocesi locus aliquis pius exadificatur, aut instituitur; illius origo, institutum, titulus, & alia eiusdem generis quæ opportuna censuerit, in marmore, lapide uē solido, aut in tabula ænea incisa, loco eiusdem ædificationis illustri collocata, ad perpetuitatē prodita extent, sicut in nō nullis huius prouinciæ locis aliqua huius generis adhuc cernuntur: idq. ipsum prætereā in locis pijs iam exadificatis institutis uē, vbi commodē potest, effici, ac præstari curet.

Pauperes qui nam potissimum in locis pijs excipiendi.

**V B I** vel fundationis iure, vel alio probato instituto, hospitalis ædes, locauē pia aliqua, ad pauperes, aut peregrinos, aut senes, certis uē alios id generis homines hospitio excipiendos alendos uē extant; Episcopus, cuius potissimum est curare, atque ad eō efficere, vt piæ hominum voluntates ad eorum præscriptum rectā executionē habeat, videat agatq., vt ne ab ijs locis per illorum curatores, præfectos, ministros uē, ij quorum causa illa exadificata instituta uē sunt, repellantur, si illos recipi per facultates licet: ac ne rursus alij hospitio excipiantur, qui excipi non deberent: vtq. in cæteris etiam ab hospita-

lium piorum uē locorum instituto ne discedatur, neque contra fiat, quàm de illorum curatione administratione uē a testatoribus, aut ab alijs qui illa instituerunt, præscriptum est.

**I L L V D** interdum prout vsu venerit, ab Episcopo moneantur, qui eleemosinam erogare quouis modo aut nomine debent, vt sibi in ea erogatione parochi in primis testimonium consiliumq. adhibere studeant, quò melius consultum sit ac prospectum conscientia suæ; cum ille pauperum, & egentium notitiam magis exploratam habeat.

Quædam de eleemosinis erogandis.

Tum verò quibus locis ita opus esse Episcopus censuerit, præsertim vbi compererit in distributionibus eleemosinarum quidquam peccatū esse, vel quia non verē pauperibus distributio fit, vel aliàs minus fideliter, vel non ad præscriptum piæ testatorum voluntatis; constituat etiam vel parochum, vel pios aliquos ex uicinia illa vel parochia laicos, quorum testimonio de paupertate illorum quibus erogandæ sunt eleemosinæ constet, antequàm ab illis quorum id cura est, distribuatur; vel alias id generis certas regulas, quibus caueatur ab eiusmodi erroribus, in posterum præscribat in distributione seruandas ab illis locis pijs, etiam quæ merē laicalia sint ac priuata, aut quauis ratione ab Episcopo exempta.

In pauperum delectu, non egestatis inopiaq. solum, sed morum etiam, ac vitæ probitatis ratio habeatur.

Quo in genere hæc præter cætera de illis inuestigentur; an scilicet doctrinæ christianæ scholas frequentent; an fidei prima rudimenta teneant; anq. religiosè, & piè uiuant.

Quæ porrò eleemosinæ pauperibus, aut singulis etiam siue hominibus siue familijs quauis ratione debentur; ne in aliū cuiuscūque rei vsum, ac ne in ecclesiæ quidem instaurationem ornatum uē eas erogari liceat, nisi et eorum quorum interest consensu, & Episcopi prætereā concessu, eoq. literis exarato.

Quæcūque item, quæ ad certos pios vsus relicta, ab alijs etiam, quam à piorum locorum administratoribus persolui aut præstari debent, in alios etiam similes vsus, ne necessitatis quidē prætextu, etiam si testatoris hæredes, quicunque sint, ei rei assentiantur; nisi Episcopus re perspecta eam præstiterit facultatem, quæ iure permittendi ab eo dari poterit illius permutationis causa.

Quæcunque eleemosinæ nomine indistinctè per capita familia uē distribuuntur, eæ deinceps in illos tantum, qui in ijs verē pauperes sunt, coferrantur: nisi ex testamento, fundationis uē tabulis, aut aliunde legitime Episcopo constiterit, illis etiam paupertate non laborantibus indistinctè distribuendas esse.

Qui aliter distribuerit, ei pœna sit, dupli restitutio, grauior uē arbitrio Episcopi.

Vt pijs vniuscuiusq. generis distributionib⁹, quas in vrbe & in diocesi, vel ex vltima voluntate, vel

ex

ex consuetudine, alia uē ratione quis præstare debet, satisfactum esse Episcopo constet, prout Concilio primo prouinciali per nos decretum est; eam rationem is adhibeat, vbi expedire censuerit, vt quod vel ab vniuersitatibus, uel à fodalitijs, pijs uē locis quibuscunque, etiam merē laicalibus & priuatis, & exemptis quouis modo, vel à quouis homine eleemosinæ nomine; aut aliàs piè erogandum, distribuendumq. est, quidquid illud sit, adhibitis etiam duobus viris per vniuersitates delectis; suo, vel in diocesi, vicarij foranei iudicio probatis, & parochi item, in opera pietatis præscripta erogetur & conferatur.

Parochus autem in codicem certum referat, quæ eiusmodi distributiones, quo die, & quibus adhibitis factæ sint; eorumq., & testium subscriptionem adhibere curet.

Si verò vel vniuersitas, vel quispiam, se neque hac, neque alia ratione distribuissè Episcopo legitime ostenderit, ad satisfaciendum ab eodem compellatur.

Parochus tamquam parochiæ suæ pauperum pater, sæpè paternè diligenterq. perquirat, primum an si quæ in parochialis suæ uiciniæ finibus eleemosinæ sint, quæ vel à piorum locorum curatoribus, vel ab aliquo collegio, vniuersitate uē, vel ab vlla familia, vel à singulis hominibus in pauperum vsum aut sustentationem erogari quouis nomine debeant: prætereā videat, an illarum erogatio fiat in eos ipsos, qui verē egentes pauperesq. sunt, anq. etiā illud, quod, quale uē eleemosinæ nomine in illos conferri debet, integrè sincereq. totum conferatur, erogetur ac distribuatur.

Si quid verò animaduertit, cui cautionem remedium uē adhiberi oporteat, ad Episcopum quàm primum deferat.

Nemo operata obuolutaq. præ pudore facie, eleemosinam sine Episcopi, aut si in diocesi, saltem vicarij foranei concessu, eoq. scriptis exarato querat.

Nec verò eam facultatem cuiquam Episcopus, vicarijs uē det, nisi illius & egestatem, & morum vitæq. rationem antè planè notam exploratamq. habuerit.

Primo quoque dominico mensis, alio uē die quæ Episcopus statuerit, in omni ecclesia cathedrali & parochiali, etiam si regularis sit, vt egentium, qui præsertim præ pudore ostium mendicare, eleemosinam uē queritare non audent, necessitati, pia fidelium liberalitate succurratur à locupletib⁹ parochiæ incolis, cæterisq., vt antiquæ consuetudinis est, aliquid per eos colligatur, quos huic curæ Episcopus præposuerit. Quæ eleemosinarum collectio, singulis etiam stans quatuor anni temporibus, quibus in hoc opere misericordiae promptius impensiusq. incumbendum est, per eosdem fiat.

Dominica verò proximè præcedenti, quò fideles, & in dando effusiores sint, & paratiores ad parochialem ecclesiam cū voluntaris obla-

tionibus veniant, eleemosinarum collecta intrà Missarum solemniam indicatur sequenti verborum formula, ex sanctissimi Leonis Pontificis Ser. de collectis sermonibus desumpta.

In eandem verò sententiam parochus prout vsu venerit, vberius cum populo agat.

**V E N T V R A** Dominica dies, vel feria quarta quatuor temporum, dilectissimi, collectarum futura est. Hortor & moneo charitatem vestram, vt omnes ad ecclesiam parochialem cum voluntarijs oblationibus eleemosinarum conueniatis; in quo opere, & si non est omnium æqualis facultas, debet esse par pietas.

Formula denūciandi collectas eleemosinarū.

Itaque & animæ vestrae, & pauperum memores, promptam exhibete largitatem, & pro possibilitate vniuersarum spontaneas collectas vestras sollicitè præparate, vt quidquid vobis de temporalibus facultatibus dempseritis, id multiplicatum in æterna retributione sumatis, in egentibus pascentes Christum, qui nobis illos tantopere commendauit, vt se in ipsis, & pasci, & vestiri, & suscipi testaretur idem Christus Dominus: qui cum patre & spiritu sancto uiuit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

**V B I** mendicorum vagantium, & curæ spirituali, & victui necessario ita consultum non est, vt certo scilicet quodam pio loco collecti, non mendicatum victum ipsi querant, sed ex aliena misericordia ibi habeant vnde se sustentent; Episcopus, quod Concilio prouinciali secundo de eorundem vita moribusq. præscriptum est, in eo exequendo illam inire rationem curet, vt certo præcipuo libro per singulos parochos illi si qui eiusmodi intrà parochiæ fines sunt, tum alij etiam alia ratione accuratè ordineq. describantur.

Quædam de mendicis vagantib⁹.

Hæc verò sedulo ab ijsdem parochis ob seruari mandet.

Quò, aut vnde illi migrent.

Quod vitæ christianæ institutum teneant.

An fidei rudimenta norint.

An diebus festis saltē Missæ sacrificio intersint.

An sæpè confessi, crebrò etiam per annum, aut certè saltem constituto Paschæ tempore sacræ Eucharistiam sumant.

Quos neque libro descriptos, neque in Pascha confessos communicassè ex eo animaduertent, quò certum chyrographum non ostendant, quo se confessos, & sacram communionem sumpsissè testatum faciant; ne pro parochialis ecclesiæ suæ foribus, nec intrà parochiæ fines eos medicare parochi permittat, omnèq. propterea cautionè, quantū in se est, adhibeant.

Quos doctrinæ christianæ rudes mendicos uagantes viderint, festis diebus stata hora ad eiusdem doctrinæ scholas conuenire diligenter curent, eosdemq. instruant.

Ne ullæ cuiusuis nominis piæ confratriæ instituta, erigantur uē, ne uē erectæ aut institutæ collegij sibi habitum sumant, sine sedis Apostolicæ, vel Episcopi auctoritate, & facultate literis explicata.

Quædam de confratris & sodalitatibus.

Sodalitates illæ duæ, vna virginum sanctæ Vrsulæ, altera viduarum sanctæ Annæ nomine, in aliquot prouinciæ huius vrbibus pie institutæ, ac religiosis spiritualis disciplinæ regulis conformatæ, vberimos adiutrice Dei gratia fructus, & populis, & familijs attulerunt, non modò ad retinendum, sed ad excitandum vehementius in scemineo sexu innocentis vitæ omnis christianæ pietatis, & charitatis studium.

Quare vnusquisque Episcopus tum in vrbe, tum in oppidis diocesis suæ insignibus, sodalitates vtrunque vt opportunum viderit, quâ diligentissimè erigi instituiue curet.

Vt odij dissidijs, aque inimicitijs occurratur, rursusq. paci, cuius fideles in primis amantissimi esse debent, tot sanctissimis vinculis inter se iuncti, cõsulatur; id præter cetera Episcopi paternæ sollicitudine curent, in sua quique vrbe & diocesi, aliquam hominum, qui morum grauitate, spectata integritate, & auctoritate præstantiores sint, confratram, vt in huius prouinciæ nonnullis vrbibus instituta iam est, instituere; cuius officium sit, discordiæ flammam restinguere, dissidia amouere, concordiam inire, pacemq. inter omnes reconciliare; aut hoc ipsum componendæ inter dissidentes pacis officium alteri confratriæ adiungant, quæ rectè, apteq. id ipsum præstare queat.

*Quæ generatim ad has constitutiones pertinent.*

**H**IS decretis constitutionibusq. in concilio prouinciali quarto sancitis ac promulgatis, quicumque vel vniuersi, vel singuli quorum interest, non paruerint, aut aliquid contra commiserint, admiserint; ij multas & pœnas luant, ijs ipsi decretis sancitas, ac alias præterea ex ecclesiasticis, conciliaribusq. sanctionibus, & canonum iure præscriptas: compellanturq. præterea ad parendum omnibus iuris remedijs. Quæcunque etiam de sacramentorum administratione, Missæ sacrificij celebratione, diuinorumq. officiorum modo, & ratione, in hac, & superioribus prouincialibus synodis decreuimus; ea planè omnia & singula ad Metropolitanam etiam, ceterasq. quacunque ecclesias ritu Am-

brofiano vtentes pertinere sancimus; ac declaramus; nisi si quid eiusmodi erit, quod vel per nos, vel deinceps per successores nostros Archiepiscopos, nominatim, speciatimq. declaratur, Ambrosianis ipsis ritibus, institutisue expressè aduersari.

Si in his decretis ante alteram Mediolanensis prouinciæ synodum vlla difficultas orta erit, eius declarationem, tum verò præterea omnium quæ eisdem decretis continentur, interpretationem & explicationem nobis, & successoribus nostris Archiepiscopis perpetuò referuamus; salua semper sedis Apostolicæ auctoritate.

Quæcunque facultatem ex decretis in hac prouinciali synodo Mediolanensi quarta per nos editis habent Episcopi, eam ipsos per suos vicarios generales exequi posse volumus; nisi in ijs quæ propriè ad ordinem episcopalem pertineant, aut in quibus vicarij à sacris canonibus, aut à Concilio Tridentino, vel à nobis expressè exclusi sint.

Vt nemini eorum, quæ in hac quarta prouinciali nostra synodo à nobis decreta sunt, ignorantiam excusare liceat; edicimus, vt ex quo primum die edita, in valuis Metropolitanæ ecclesiæ proposita fuerint, ad duos menses, omnes se & his decretis, & si contra fecerint, pœnis quæ eis continentur, teneri intelligant. Ab eo etiam affixionis die, eorum decretorum temporis initium sumendum decernimus, quibus aliquid intrà certum tempus præstari iubemus.

Vnusquisque præterea Episcopus, ea omnia, & singula in proxima diocesana synodo legi ac recitari iubebit; & si ita expedire censuerit, suæ quoque cathedralis ecclesiæ valuis proponi, quò studiosius omnium animis eorum præcepta fixa inhereant.

Singulæ etiam cathedrales, & collegiatæ, & parochiales ecclesiæ huius prouinciæ, has nostras constitutiones aliquo loco collocatas perpetuò asseruent.

Omnia & singula quæ à nobis in hac quarta prouinciali synodo decreta actaq. sunt, qua debemus obedientia ac reuerentia, auctoritati ac iudicio sanctæ Romanæ ecclesiæ omnium ecclesiarum matris & magistræ, semper emendanda & corrigenda subijcimus.

**L A V S D E O.**

EPI-

**EPISCOPI,**

*Qui huic Synodo Prouinciali quarta interfuerunt, & subscripserunt.*

Nos CAROLVS S. R. E. Presb. Cardinalis tit. S. Praxedis, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, de cõsilio & assensu Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorũ defimientes subscripsimus.

Ego Antonius Laudæ Episcopus, consentiens subscripsi.

Ego Dominicus Episcopus Brixienfis, consentiens subscripsi.

Ego N. Episcopus Cremonæ, consentiens subscripsi.

Ego Federicus Episcopus Bergomenfis, consentiens subscripsi.

Ego F. Dominicus Episcopus Astensis, consentiens subscripsi.

Ego F. Benedictus Herba Episcopus Casalensis, consentiens subscripsi.

Ego Guarnerius Episcopus Alexandrinus, consentiens subscripsi.

Ego Io. Franciscus Episcopus Vercellensis, consentiens subscripsi.

Ego Vincentius Marinus Episcopus Albensis, consentiens subscripsi.

Ego Franciscus Galbianus Episcopus Intimiliensis, consentiens subscripsi.

Ego Romulus Episcopus Nouariensis, consentiens subscripsi.

Ego Lucas Tortus Protonotarius Apostolicus I. V. D. & Vicarius generalis multum Illustris, & Reuerendissimi DD. Cæsaris ex Comitibus Gãbaræ Episcopi Dertonæ, eiusdemq.

in hoc specialis procurator, eius nomine interfui, & subscripsi, & omnia, & singula in hac sancta synodo decreta, atque acta, edita, & publicata, eius & ecclesiæ suæ nomine recipio.

Ego Io. Antonius Cart. Archipresb. S. Iuliæ, procurator specialis Illustris. & Reuerendiss. D. Petri Fauni Episcopi Aquensis, eius nomine inter-

fui, & subscripsi, & omnia, ac singula in hac sancta synodo acta, edita, & publicata, eius, & ecclesiæ suæ nomine recipio.

Ego Benedictus Cittadinus Canonicus Ecclesiæ maioris Mediolani, procurator specialis Illustris. & Reuerendiss. D. I. Ambrosij Flisci, Episcopi Sauonenfis, eius nomine interfui, & subscripsi, & omnia, ac singula in hac sancta synodo acta, edita, & publicata, eius, & ecclesiæ suæ nomine recipio.

**INDICTIO**

*Futuri Concilij Quinti Prouincialis.*

CAROLVS miseratione diuina Tit. S. Praxedis S. R. E. Presbyter Cardinalis, sanctæq. Mediolan. Ecclesiæ Archiepiscopus.

**O**MNIBVS & singulis Reuerendissimis dominis Episcopis qui hic adsunt, & synodo prouinciali Mediolanensi quacunque ratione interesse debent, omnibusq. item Capitulis, & Ecclesiarum Cathedralium Procuratoribus, indicimus, significamus, denunciamus, & intimamus proximam sequentem synodum prouincialem Mediolanensem quintam, Deo omnipotentem auctore, & ad eius laudem, hac eadem in vrbe, hoc ipso loco, Anno M. D. LXXIX. Die septimo Mensis Maij proximè sequentis, qui dies erit feria quinta Dominicæ secundæ post Pascha Resurrectionis D. N. Iesu Christi inchoandam, & celebrandam esse. Quamobrè eos omnes, & singulos Reuerendissimos dominos Episcopos monemus: Procuratores verò Ecclesiarum Cathedralium inuitamus, vt eo die ad synodum prouincialem quintam iuuante Deo Mediolani celebrandam constituto, hic omnino interfint, nisi diem celebrationis ipsius synodi aliqua ex causa à nobis prorogatum fuisse nostris ad eos datis literis intellexerint. Quòd si ipsorum Reuerendissimorum Episcoporum nostrorũ aliquis legitimo tunc detentus erit impedimento, nuncium, procuratorem ad se excusandũ, atque ad id impedimentum probandum ad nos mittat, cui etiam facultas ab ipso detur, ea omnia, & singula, nomine suo, & Ecclesiæ suæ recipiendi, quæ Diuina gratia auxiliante in ipsa synodo à nobis de cõsilio & assensu Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorum constitutur, decernentur.

**Finis Concilij Prouincialis Quarti.**

ORA-



ORATIO  
CAROLI CARDINALIS  
TIT. SANCTAE PRAXEDIS  
ET ARCHIEPISCOPI,

*Habita in Prouinciali Concilio Quarto.*



**V**OVISQUE tandem Concilia prouincialia toties conuocata? quorsum & tot constitutiones, & tot decretorum vincula? Vulgaris vox, Patres sanctissimi, ac sicut ne tacita quidem cogitatione religiosæ mentis digna, longeq; à sensu Episcopalis vestri animi aliena: ita hominum vel impiorum est, ecclesiam Dei oppugnantium; vel christianorum, christianam disciplinam abhorrentium; vel imperitorum, planeq; nescientium, quantas vires habeat frequens synodorū actio atque vsus; vel illorum sanè, qui angusto paruoq; animo omnia metiuntur. Porrò nobis, Patres, est illud certum atque exploratum, hominem diuina lege, quasi sèpimento vallatum, vt est is tum summa naturæ imbecillitate, tum immensa cupiditate, sèpè labi, sèpèq; ab officij semita deflectere; proinde plurimis & concilijs, & institutis, & decretis opus esse; quibus quasi sanctissimis vinculis ille adstrictus, à recto cursu non declinet; aut aliquando digressus, ipsdem adiutus in viam salutis redeat. Et quod caput est, vt salutaris huius conciliorum instituti auctor est cœlestis magister Christus Dominus; sic Apostoli eo sèpissimè vsi, lege etiã sanxerunt, vt bis in annos singulos concilia ab Episcopis haberentur. Quod deinceps & innumerabilibus summorum pontificum sanctionibus, & conciliorum tum œcumenicorum, tum prouincialium decretis communitum, & frequenti ecclesiæ vsu consuetudineq; diu retentum, eiusmodi fuit; quo aditus patefactus est, non modò ad tradendam, verùm etiam ad perpetuò colendam, perpetuisq; progressionibus augendam omnem ecclesiasticæ disciplinæ rationem. At verò vbi id aliquando intermissum, aut planè omissum est, vix dici potest, quot, quàmq; graues calamitates rei christianæ publicæ importatæ sint. Propè perierat christianæ vitæ institutio, conciderat penè rerum salutarium vsus, nulla ferè cleri disciplina, quasiq; nullum populi in charitatis officijs studium, prolapsus denique miserabilem in modum erat totus ille ab euangelij luce dimanans christianarum virtutum ornatus. Quid? ij, qui alios in officio continere debebant, maximè ipsi à muneris debiti cura deflexerant. Atqui hæc vel vna solum recordatio satis nos commonet, atque adeò commouet, vt in tuè do synodalium Episcopaliūq; conuentuum vsu, tantum pietatis, constantisq; diligentia ponamus, quantum sanè voluntatis & consilij ad prodendū posteris optimum institutum sanctissimi illi viri adhibuerunt. Sacra præterea œcumenica Tridentina synodus salutare illud institutum salutariter ita renouauit, vt si minus bis, aut semel saltem singulis annis, quemadmodum illi censuerunt; at certè tertio quoque anno prouinciales synodos & cōuocari, & celebrari decreuerit. Id sanè verò nos benè iuuante Deo, cum semel, iterum, ac tertio executi simus, est etiam cur idem perpetuò præstemus. Multa, Patres, nostris superioribus concilijs defunt, ad perfectam illam, quam magnoperè expetere debemus, populi christiani disciplinam: alia item in eisde

decreta

decreta sunt, quæ communiri oportet; alioquin operis à nobis inchoati iacta fundamenta breui corruerent: alia item abhinc triennio suborta esse possunt corruptelarum semina, quæ nostra cultura conuellenda sunt, tum vitiorum spinæ succrescentes amputandæ. Hæc tria proposita quidem nobis esse debent: sed illud etiã profecto est, ad quod cum semper, tum maximè in hac quarta prouinciali synodo omnes cogitationes, consilia, studia, conatusq; nostros dirigi admodum cupimus, & à vobis totis in Christo visceribus expetimus; vt decretis iam sancitis, quæ adhuc executionis operam à nobis postulant, omnino exequendis, certam explicatamq; rationem ineamus. Quare cum Tridentinas sanctiones, tum superiorum conciliorum constitutiones, in conspectu, tanquam in speculo quodam habentes, diligenter videamus, quæ in executionis munere officia nostra prætermissa, quæ ita non præstita sint, vt sanè debebamus pro gloria Dei, proq; populi nobis commissi salute. Iam modò est, Patres, vt hoc ipso loco, tãquam in augustissimo theatro, spectemus illas muneris nostri partes, quas clero, quas populo, quas ecclesijs fidei nostræ commissis religiosa sollicitudine debemus. Hoc autè cum semper nobis ob oculos versari debet, tum certa illa, in nostris, & cleri, & populi moribus sanctè conformandis deliberatio, quam salutaris conciliorum actio deposcit, perpetuò à nobis afferenda est; maximeq; hoc ipso tempore; tempore autem iubilæi, *acceptabili, & hac die salutis, quam fecit Dominus.* Iam populi cœlesti eo dono excitati, in officijs atque exercitationibus pietatis religiosius versantur; certatimq; christianis virtutibus operam dant: quinimmo qui in inueterata quadam peccandi consuetudine obduruerant, suscepta aliqua vitæ emendatione, animum penè in malè agendo obfirmatum ad christianarum virtutum studium flexerunt. Ergo quid nobis, qui populorum patres, qui medici, animarum salutis prospicere debemus, in hac ardentissima, piãq; omnium voluntate agendū erit? an non in omnes episcopalis officij partes nos excitabimus? an diligentiam nostram acuemus? an in spiritualis vitæ disciplina in dies augenda inuigilabimus? certè quidem. Hoc ipsum sanè non modò postulare, sed flagitare videtur expectatio populorū: qui in fide curaq; nostra cōquiescentes, ex nostris his Episcopalibus conuentibus salutare adiumentum se cōsecuturos esse sperant, & confidunt quidem certè. quid eorum preces? quid oratio? quid frequentior cōcursus loquitur? quæ mens? qui sensus? quæ cogitatio illorum? Hic, patres sanctissimi, antè oculos ponite ingentem huius prouinciæ hominum multitudinem, suæ salutis studio flagrantem, nostrisq; monitis vehemētius excitatam, tum superioribus diebus, tum hoc potissimū tempore, quo in hac salutari conciliarium rerū tractatione nos causa sua versamur, vbique & in vrbibus, & in oppidis, & in ipsis vicis frequentissimã, pietatis exercitationibus deditam. Videte sacerdotes pro nobis ad altaria supplices: videte vniuersum penè populum piè deprecãtem: videte virgines & viduas, demissè ac religiosè orantes: videte innumerabiles homines sacrã cōmunionè sumentes; & alios profusis lacrymis, pio gemitu, iteratisq; vocibus, Dei misericordiam, sanctorumq; patrocinia implorantes. Considerate animo hanc vnã omnium obsecrationem atque orationem, summa tacitæ mentis contentione ad cœlos vsque emissã. Quousque tandem, Pater cœlestis, parturimus, neque adhuc tamè parimus? cogitata optima concipimus: at factis non exprimimus. Tu Domine ad rectè agendum nos vocas, atque excitas; at languescimus: præclarè aliquando inchoamus; at non perficimus: cœlestes illas coronas, gloriamq; sempiternam expetimus; at labores, crucemq; refugimus. Quo tandem tēpore seriò agemus? quando verè adiuti, cursum vitæ rectæ tenebimus? Respice summe pater, *nos oves pascuæ tuæ; non auro, & argenti, sed pretioso sanguine filij tui redemptas.* Tu nos tanquam pretiosum depositum, ho

rum

rum curā fidei; cōmissi; tu hos nobis duces, magistros, medicos, pastores, patres constituisti; ac proinde illis, eorumque dictis audientes nos esse iussisti: tu rursus illos, vt pote *de animabus nostris rationem aliquando reddituros, pro nobis inuigilare voluisti*: da quæsumus illis, iam causa nostra in Concilio congressis, de salute nostra sollicitis, remque nostram agentibus, vt te vnum spectent; *non sua, sed quæ IESU CHRISTI sunt, querant*; ac suæ & nostræ saluti seruiant: præfer lumē mentibus eorum; ac dirige voluntates & ad salutaria consilia suscipienda, & ad dandam nobis, plebi tuæ, scientiam salutis, & ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Sicque illi sanctè agendo, & nos eisdem obediendo, omnes ad cœlestem patriam ad quam vocati sumus, adiutrice tua gratia perueniamus. Hæc, Patres, populi fidei nostræ commissi à Deo supplices petunt: hæc eadem rursus nobis proponamus; hæc assidua, paternaque sollicitudine meditemur, atque procuremus. Hæ sunt animæ, quarum salutem Deus vt procuraret, non angelum, non archangelum; sed vnicum filium CHRISTVM IESVM misit: qui hinc in cœlum abiens, quam diligentissimè earum curam beato Petro commēdauit, his tertio repetitis verbis: *Simon Ioannis, diligis me plus his? pascue oves meas*. Quæ verborum formula etiam vnique nostrum, qui in sollicitudinis partē vocati sumus, optimam pascendi rationem præscripsit; & charitatē maximè muneris nostri magistratam docuit: quam populis in curam nostrā traditis, & frequenti verbi Dei prædicatione, & salutari sacramentorum administratione, & vitæ sanctissimæ exemplis, & episcopali eleemosinarum liberalitate, & sollicita oratione, & Missæ sacri crebra oblatione, & diuinorum officiorū cultu, & precibus assiduis, & paternis monitis, & pastoralibus correctionibus, & conciliaribus sanctionibus, & omni denique officio, curaque perenni, per nos præstari voluit. Videte igitur, Patres, curam, sollicitudinem, & vigilantiam nostram; quæ in grege tanta adhibenda est, quantam sanè maximam charitatē CHRISTO deberi omnes profiteamur. *Si diligis me, inquit, pascue oves meas*. Hoc sanè illustrius veræ erga illum dilectionis testimonium datur, quò maius in omni gregis pascēdi ratione studiū operaque collocatur. Certè si CHRISTVM, vt debemus, diligimus; si CHRISTI gloriæ seruiamus; si CHRISTI regni propagationem cupimus; si CHRISTO gratificari volumus; id præstātissima erga gregē nobis cōmissum charitate, non verbis declarare solum, sed factis comprobare nos oportet. Id sanè præstābimus, Patres, si nō laboribus deterriti, non difficultatibus labefactati, non satanæ aduersarij colluctatione fracti, ab instituti operis cursu nunquam desistemus: sed diuini amoris igne accensi, omni virtutum episcopaliū studio, eò cum semper, tū in conciliaribus actionibus progredi contendemus, vt populum nobis commissum, & purgemus, & illustremus, & perficiamus; hisque perpetuis progressionum laboribus introducāmus in tabernacula cœlestia: idque munere & gratia CHRISTI Domini: cui gloria sempiternis ætatum sæculis. Amen.

Ioan.

203

C O N C I L I V M  
P R O V I N C I A L E  
M E D I O L A N E N S E V.

Quod

CAROLVS S. R. E. CARDINALIS  
TITVLI S. PRAXEDIS  
ARCHIEPISCOPVS

Habuit an. à Chr. nat. M. D. LXXIX.  
Gregorio XIII. Pont.

203

CARO

CAROLVS  
S. R. E. TIT. S. PRAXEDIS  
PRESBYTER CARDINALIS,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA  
Archiepiscopus Mediolani.

Uniuersis Prouincia nostrae fidelibus salutem in Domino.



**Q**VINTAM Synodum prouincialem vobis edimus. In ea porro non modò pastorale quoddam desiderium, paternamq; erga vos voluntatem nostram agnoscere potestis; sed penitus iam perspicitis officium, operam atque sollicitudinem, quam ad spiritualia totius prouinciæ comoda conferimus. Agite igitur vos, vt cum ex huius, aliarumq; prouincialium synodorum editione, tum ex omni alia nostra, episcoporumq; vestrorum cura ac labore, cui & obedientiæ, & pietatis operibus, ac summa benè agendi progressionè respondero debetis, vberissimum salutis fructum reportetis in Domino: à quo vobis omnem cœlestis gratiæ cumulum precamur perpetuò.

Dat. Mediolani, Idibus Maij. M. D. LXXIX.

EDICTVM  
De Concilio Prouinciali V.

In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen.

Carolus S. R. E. tit. Sanctæ Praxedis presbyter Cardinalis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis, Vniuersis Prouinciæ nostræ fidelibus salutem in Domino.

**V**INEAE Dominicæ cultura, cum in omni alio pastoralis sollicitudinis officio eniteat: tum valde etiam in concilijs prouincialibus, ad Tridentinæ sanctionis præscriptum tertio quoque anno celebrandis.

Nos igitur pro Archiepiscopalis officij nostri cura, quæ progressionibus suis tota ad optimam pascendi rationem spectare debet, iam in synodo prouinciali quarta, quam ex illius concilij sanctione anno MDLXXVI. habuimus, decreto promulgato concilium prouinciale quintum denunciauimus, atque indiximus: quod auxiliante Dei misericordia, hoc anno, die septimo mensis Maij de more celebraturi sumus.

Ea porro indictio, & iure canonum, & decreto Prouinciali communita, licet tantum roboris viriumq; omnino habeat, quantum illa quæ edicto publico fieri solet: tamen cum in lucem typis nondum emissa sit; & tempus atque adeò statuta dies eiusdem concilij quinti tunc indicti iam instet; id propterea, ne cuiquam quicumque sit, qui concilijs Prouincialibus nostris interesse quacunque ratione potest ac debet, vel rei ignorantia ad excusationem vti, vel se contemptum, neglectum esse dicere liceat: nos vniuersis & singulis, qui iure, aut consuetudine, aut priuilegio, aut electione sua, suorumque prædecessorum, aut alia quacunque ratione ad prouinciales nostras synodos conuenire debent aut possunt, hoc etiam edicto publicè proposito, eandem quintam prouincialem synodum in superiore illo prouinciali concilio quarto iam indictam, significamus, denunciamus, atque indicimus.

Quamobrem cum vniuersos & singulos Reuerendissimos Episcopos prouinciæ nostræ, tum ceteros omnes quicumque sint, qui vt supra in concilio prouinciali Mediolanensi quacunque ratione interesse debent, præter illud indictionis decretum, & literas nominatim sigillatimq; eisdem Reuerendissimis Episcopis per nos scriptas, hoc

etiam Archiepiscopali edicto illud monemus, vt eo ipso constituto septimo mensis Maij proximè sequentis die, Mediolanum in basilicam nostram Metropolitanam conueniant; & in concilio, quod eo ipso die summo manè iuuante Domino inchoabimus, præsentibus ipsi adsint, pœnis, & censuris propositis, canonum iure sancitis.

Curent porro singuli prouinciales nostri Episcopi, vt, quod concilio altero Mediolanensi sancitum est, cum primum edictum hoc acceperint, quinta quaque feria Missæ sacrum tum à singulis sacerdotibus, tum solènter collegiatim in cathedrali, & collegiatis ecclesijs de Spiritu sancto celebretur, vel, si pro ratione officij hoc non potest, saltem commemoratio fiat; ac præterea singulis diebus dominicis, & in illis, & in omnibus parochialibus ecclesijs, ad implorandum in ea conciliari tractatione Spiritus sancti lumen, processio, litania, ac preces habeantur.

Idq; peragatur ac præstetur, quoad concilium de more absolutum & dimissum erit.

Cum autem conciliaris hæc actio à nobis indicta, præcipuum quoddam charitatis & pietatis studium à prouinciæ nostræ fidelibus postulet; illud etiam curet vnusquisque prouinciæ nostræ Episcopus, vt singulis antè concilij diem constitutam dominicis diebus, per parochos, & concionatores excitentur eius rei causa fideles ad frequentius sanctæ orationis studium; ad idq; vehementer omnes inflammentur, vt die dominico statam concilij diem proximè antecedente, verè pœnitentes & confessi, sacram communionem sumant; hoc præcipue precantes, vt adiutrice Dei gratia, quæ ad suam, & ad illorum quorum cura comissi sunt salutem pertinent, pia religiosaq; sollicitudine in concilio agantur.

Quò religiosius autem ab ijs qui ad concilium conueniunt, in eam actionem incumbatur; ecclesiastici ordinis homines, & quos vnà secum ad synodum prouincialem Episcopi conduxerint, & quos Capitula miserint, & testes synodales, & ceteri tum sacerdotes, tum clerici, quicumque venerint; ij omnes & singuli antequam in viam se dent, peccata confessi, sacerdotes Missæ sacrum celebrare, clerici sanctissimam Eucharistiam sumere ne omittant. In quarum rerum fidem & testimonium, hoc edictum confici, auctoritateq; nostra imprimi, & sancti Ambrosij sigillo Archiepiscopali nostro muniri, tum nostra etiam manu signatum, in vulgus publicè proponi, eidemq; à Vicecancellario nostro Archiepiscopali subscribi volumus. Dat. Mediolani in adibus nostris Archiepiscopalibus, pridie idus Martij 1579.



# CONSTITVTIONES ET DECRETA CONDITA IN PROVINCIALI SYNODO MEDIOLANENSI V.

In nomine sanctę, & Indiuiduę Trinitatis, Patris,  
& Filij, & Spiritus sancti. Amen.



**N**OS CAROLVS S. R. E.  
Tit. Sanctę Praxedis Presbyter  
Cardinalis, Dei & Apostoli-  
cę sedis gratia Archiepiscopus  
Mediolani, ad Dei omnipoten-  
tis, beatęq; Marię semper Vir-  
ginis, ac S. Ambrosij confessoris patroni nostri  
laudem, hæc pro christiana morum disciplina cõ-  
formatione, qua clerum, populumq; fidei nostrę  
concreditum præluere totis in CHRISTO  
visceribus expetimus, de consilio & assensu Re-  
uerendissimorum DD. Coepiscoporum nostro-  
rum, in Concilio provinciali Mediolanensi quin-  
to decernimus, statuimus, ac sancimus.

*Quę ad fidei tuendę studium pertinent.*

Prou. I. par. I. de fidei profels. &c. pag. 1.

**Q**VONIAM in ijs, quę & ad fidem, & ad  
pietatem tuendam attinent, omni vigilan-  
tissima cura, summaq; diligētia pastoribus ma-  
ximè elaborandum est; nos veterem sanctorũ  
patrum, sacrorumq; conciliorum consuetudi-  
nem, & auctoritatem in primis œcumenicę sy-  
nodi Tridentinę secuti, de ijs ipsis multa supe-  
rioribus nostris Concilijs Prouincialibus con-  
stituimus.

Sed in eo genere cùm nullum tantum studiũ,  
quantum certè maximum requiritur, adhiberi  
possit, illis superiorum conciliorum decretis  
adiungenda hæc etiam censuimus.

**Professio fidei NEMINI**, etiam regulari, ne in sui quidẽ or-  
dinis ecclesia concionari permittat Episcopus,  
antequam sibi suoq; Vicario, ille, quicumque  
concionaturus est, fidei professionem ad san-  
ctionis pontificię, quam Pius Quartus edidit,  
pręscriptam formam præstiterit.

Vbi verò semel præstiterit, non opus erit iterũ  
ob eam causam eidem Episcopo præstare: sed  
satis sit, professionis ei semel illo nomine præ-  
stitę testimonium scriptum atque obsignatũ  
afferre, & exhibere.

Id omne de confessarijs sacerdotibus sancimus,  
& decernimus.

Hoc ipsum de medicis, & chyrurgis item cau-  
tum sit; qui nisi trium mensium spatio apud  
Episcopum, aut eius Vicarium, ex illius ponti-  
ficię formulę præscripta ratione fidẽ profiteã-

tur, medendi arte ab eodem Episcopo interdi-  
cantur, quoad eam professionem præstiterint.  
At verò in posterum quisquam medicus, vel  
physicus, vel chyrurgus medicinam exercere  
ne aggrediatur, nisi præstita primũ vt supra  
fidei professione.

Aduocari præterea, & procuratores in causis  
sanctę Inquisitionis suscipiendis agendisue,  
nullum ante aditum locumue habeant, quã  
fidei professionem Episcopo præstiterint.

Qui ecclesiam parochialem, aliudue beneficium  
curam animarum habens, aut canonicatũ, aut  
dignitatem in ecclesia cathedrali quouis mo-  
do obtinuit, nisi is tempore & loco sanctiõne  
Tridentina præstituto fidei professionem præ-  
stiterit; ne ei Episcopus beneficij ecclesiastici  
fructus, quos ex eodem Tridentino decreto  
suos non fecit, aliquo pacto remittat, neque ab  
eodem exigi patiatur; sed si quos exegerit, il-  
lum restituere cogat.

Sess. 25. dec. de  
refor. c. 2.

**H**VIVS provincia principes & magistratus,  
pro fidei catholice tuendę officio, proq; pie-  
tatis suę studio, sperandum est id nunquam  
permissuros esse, vt in has regiones eorum di-  
tioni subiectas, ne ad diuertendum quidẽ iti-  
neris gratia, milites à catholice Romanę eccle-  
się fide dissidentes veniãt; cùm certum atque  
planè exploratum sit, nulla alia re Deum gra-  
uius offendi, nullaq; ad vehementiorem iram,  
quã hæresum labe prouocari; nihilq; rursus  
ad prouinciarum regnorumq; interitum ma-  
iores vires habere, quã teterrimam illam  
pestem.

Quædam de he-  
reticis militib;  
in prouinciam  
venientibus.

Verũ si quando acciderit, (quod Deus prohi-  
beat) in eam curam toto animo, omniq; stu-  
dij pastoralis contentione Episcopus incum-  
bat, atque adeo elaboret omni ope, vt ne eius  
morbi contagione oues Christi sanguine re-  
demptę, suãq; fidei commissę villo modo in-  
ficiantur.

Itaque ad diœcesis suę loca, vbi pestiferos illos  
homines diuersari contigerit, se in primis ipse  
conferat; populum fidelem etiam atque etiam  
diligenter moneat, vt ne eorum mores vsquã  
attendat; ne verbis mētem, aure sue adhibeat;  
ne cum eisdem villo modo versetur; ne carnis  
licentiam, & liberam, & falsam viuendi secu-  
ritatem exemplo illorum confectetur: sed in  
orthodoxa fide, & charitate Christi Domini  
cum timore & tremore perseverans, in sanctę  
Romanę catholicę ecclesię vnitatem, & obe-  
dien-

dientię studio, in catholicęq; pietatis officijs  
se se contineat.

Parochis verò leges præterea præscribat, quas  
in tanto discrimine omnino sequantur.

Atque in ijs quidem hæc sint.

Ne eos mortuos sacris locis in sepulturam  
tradant.

Vt animaduertant præterea si fieri potest, non  
modò singulis horis, sed singulis etiam mo-  
mentis, quid ab illis agatur, quid cogitur,  
quid struatur in ijs quę ad fidem pertinent:  
longè prospiciant satanę insidias, & conatum  
omnem, quantum in se est, sedulo reprimant.  
Vt videant, ne quidquam vel minimum, vn-  
de labes aliqua existere possit, sensim latius di-  
manet.

Quamobrẽ de quotidiano huius rei statu Epi-  
scopum certiore faciant quã diligētissimè.  
Nec verò ea omni diligentia contentus Episco-  
pus, desinat alia subsidia ad tuendum gregem  
comparare.

Proinde cum alios religiosos prudentesq; vi-  
ros ad rem omnem inquirendam mitat; tum  
acres etiam, pioq; concionatores ad causam  
communem adiuuandam.

A Magistratibus etiã & principibus, in re, quę  
non religioni solũ, sed vniuerso prouincię  
statui periculum certissimum afferre potest,  
omnem opem atque auxilium imploret, vt  
expedire censuerit.

Excommunicationis verò pœnã ( præter alias  
quę summorum Pontificum canonumue san-  
ctionibus expresse sunt) ipso facto subeundã  
proponat atque edicat ijs, qui istiusmodi im-  
pijs hominibus cibos vitatos vendiderint, alio  
ue modo ministrauerint, quibus diebus mi-  
nimè liceat illis vesci.

Agat verò contra illos qui non paruerint, ad  
iuris, edictiq; promulgati præscriptum.

Omnem denique aliã rationem, quę potissi-  
ma sibi videbitur, opportunè ineat ad eam pes-  
stem propullandam.

Et verò id quod caput est, in tanto salutis peri-  
culo assiduis precibus, omniq; supplicatio-  
ne ad Deum confugiat, vt gregem sibi in cu-  
ram traditum, ab omni hæresum scditate in-  
tegrum inuiolatumq; custodiat, & conferuet  
perpetuò.

**Quædam de Iudæis.**  
Prou. I. par. 3.  
de Iudæis. pag.  
53.

**DE IVDÆIS** concilio provinciali primo  
multa cauimus, quibus hæc addenda statui-  
mus, quò diligentius etiam perniciosę eorum  
consuetudini, atque diuini cultus offensionibus  
occurratur.

Quod olim summorum Pontificum constitu-  
tionibus, & præsertim Pauli Quarti, & Pij Quin-  
ti, qui eiusdem Pauli sanctionem literis xij.  
Calen. Maij MDLXVI. editis renouauit &  
auxit, sancitum fuit de vita & habitatione Iu-  
dæorum, cùm ad Christianorum hominum fi-  
dei integritatem, & morum puritatem tuen-  
dam valde pertineat; Episcopus in cuius diœ-  
cesi illi vel habitant, vel aliquãdo diuersantur,

singulis annis stata die eam constitutionẽ Pij  
Quinti, qua etiam illa quę ab eodem Paulo  
Quarto iam antea edita erat continetur, pro-  
mulget: curetq; omni diligentia, vt in primis  
tum ex earum constitutionum, tum etiam ex  
Concilij Lateranensis præscripto, in ciuitate;  
oppido, pago, locouẽ vbi Iudæi habitant, si cõ-  
plures Synagogas habent, seu domos ad syna-  
gogę officium iam adhibent, tollantur omni-  
no, cessentq; omnes vna tantum excepta; quę  
tamen ab ecclesijs fidelium distet.

At verò nouas construere constituereue, aut  
penitus dirutas reficere ne patiatur: nec rur-  
sus veteres altiùs extolli, aut amplificari, aut  
magnificentius aliquo modo exedificari.

Agat etiã cum principibus si opus erit, vt quę  
admodum olim à nobis decreto pouinciali,  
& eisdem pontificijs constitutionibus caue-  
tur, sublati impedimentis, verè tandem Iu-  
dæi omnes in vno & eodem loco vrbs lociue,  
ac si ille capax non erit, in duobus, aut tribus,  
qui inter se continentes sint, & à christianorũ  
habitationibus seiuncti, ad præscriptum illa-  
rum constitutionum habitent; domicilium ve-  
rò non solũ proximum, sed ne in conspectu  
quidem ecclesię, oratorijue, quò populus con-  
uenire soleat, constitutur, habitareue villo mo-  
do patiatur.

Vt mares & fœminę signum semper patens fe-  
rant, quo in vrribus, municipijs, locisue om-  
nibus, atque adeo in itinere dignoscantur ad  
earum constitutionum præscriptum.

Qua in re quidquam à nemine concedi per-  
mittiue villo quouis etiam dispensationis no-  
mine posse illis sanctionibus cautum est.

Ne Dominicis, vel alijs festis diebus, quos co-  
lli & sanctificari præcepti consuetudinisue est,  
Iudæi opus quidquam seruire mundanumue  
publicè per se ipsos seu alios faciant.

Nec verò fidelis quisquam in eorum synago-  
gis villo modo, vt eo primo Concilio vitatum  
est, sed neque villo vsquam loco eorundem cę-  
remonijs ritibusue intersit.

**DE Iudæis nuper baptizatis** in Concilio prouin-  
ciali primo aliqua constituimus, quibus hæc  
de illis ipsis, & de alijs etiam neophytis adiun-  
genda decernimus.

Quædam de ca-  
tecumenis.  
Supra de Iudæ-  
is.

Episcopus igitur in cuius diœcesi Iudæi habi-  
tant, cùm fieri possit, vt Deo volente eorũ mul-  
ti è tenebris ad fidei lumen accedant, illud ali-  
qua ratione curet, vt certa doctus, locusue pi-  
us, si commodè poterit, eo potissimã nomen  
constituatur, vbi illi nuper baptizati neophy-  
tũe alantur, ad vitęq; christianę vsũ insti-  
tuantur.

At verò si id fieri nullo modo potest; eos, si  
quos in vrbe, diœcesiq; habuerit, certè alteri-  
us loci pij congregationi in curam tradat, aut  
aliquem certum sacerdotem spectata probita-  
te virum, spiritualisq; vitę studiosum deligat,  
qui illorum uitã instituat ac moderetur.

Quo in genere, ei qui ab ipso Episcopo delectus,

eorum curæ quouis modo præerit studio, hæc ratio quemadmodum infra ineatur.

Vt non solum diebus festis, vt alio Concilio cautum est, sed in ferijs etiam singulis Missæ sacrificio interfint.

Et cõciones præterea, sacras lectiones, supplicationes, officiaq. diuina, vesperas, præsertim festis diebus obeant: charitatisq. christianæ opera præstent, agrorum publicas hospitaes domos præcipue visitando.

Vt singulis diebus bis, mane & vesperi, certo breui temporis spatio sanctè orent.

Vt cum signu salutationis angelicæ ter in die datur, genua flectant, & attentè precentur.

Vt stationes, ecclesiæ indulgentiarum frequentent.

Vt octauo quoque die peccata confiteantur, decimoquinto quoque die rursus confessi, sacram communionem sumant.

Vt quo die sumunt, in sancta oratione, sanctisq. exercitationibus, & charitatis operibus illud totum consumant.

Vt feria sexta & Sabbato, qui per ætatem & valetudinem possunt, ieiuent.

Vt sacra anni tempora, vt potè Aduentus, quadragesima, aliaq. statæ anniuersariæ celebrataes cum appropinquant, ad eorum, earumque mysteria instruantur; quò sanctioris vitæ disciplina, & operibus christiana pietate dignis, factorum eorù temporum dierumque cursum religiosius conficiant.

Abstineant à lautioris & delicatioris vitæ vsu, longeque diligentius ab improborum hominũ consuetudine.

Aliquam quoque cautionem adhibere curet Episcopus, vt hi homines cum matrimonium ineunt, non inter se contrahant, sed cum ijs, qui à christianis antiquam perpetuamque originem ducunt.

Ne inter se item multam consuetudinem habeant, vt Pontificia sanctione cauetur.

Ne ulla in re Mosaycæ legis ritus retineant, aut sectentur.

Hoc in genere si Episcopus negligens erit; sciat se in Concilio provinciali, re omni diligenter perquisita, rationem redditurum ex eadem pontificia cõstitutione; quæ quotannis semel, vbi aliquis neophytorum numerus est, in ecclesia cathedrali collegiatisq. de more promulgetur certo die, quem idem Episcopus præstituerit.

Quæ de Cingaris. Prou. 1. par. 2. de Histron. cingaris. &c. pag. 46.

**Q**VIBVS prouinciæ locis vagum & fallax cingarorum genus adhuc versatur, & nõdum ex decreto Concilij provincialis primi Magistratus opera atque officio à prouinciæ finibus arcentur, hæc diligentia adhibeatur.

Primò Episcopus, in cuius diocesi eos morari, aut vagari contigerit, diligenter inquirat, an ut christianos decet, in omni vita se gerant, anq. sanctæ ecclesiæ institutis & præceptis pareant.

Rursus an quidquam contra agant, quod schis-

maticorum morem vsuque præferat.

An quadragesimæ tempore, ieiunijque diebus carne & cibus veritus vescantur; an nouis ritibus vtantur.

Quòd si contra ecclesiæ instituta ritusq. ab illis aliquid agi, geri, fieri uè compertum erit, quòdque præsertim eiusmodi sit, quò obrem heresis nomine suspecti esse possint; in eos Episcopus grauius agat & animaduertat etiã pro culpæ ratione, ad sacrorum canonum pontificiarumque sanctionum præscriptum.

Si verò eos vllò alio modo publicè offendere cognitum erit; ab ecclesia diuinorum officiorum tempore eijci iubeat, quoad emendatæ vitæ explorata testimonia & exempla viderit.

**Q**UAM summum in hæresis crimine profligando studium, & cura quàm longe omnium diligentissima Episcopi esse debeat; cum aliorum multorum Pontificum sanctiones iubent, tum verò & Innocentij Tertij rescriptum, & Martini Quinti constitutio iam pridem edita ostendunt.

Episcopus maximè studeat in profliganda hæresi.

Quibus constitutionibus tum in virtute obedientiæ districtè præcipitur, vt quæ eo de genere in illis sancita sunt, ad ea efficaciter exequenda Episcopi per dioceses suas diligenter inuigilent, si canonicam velint effugere violationem; tum etiam deponi iubetur ab episcopali officio, si quis eorum super expurgando de sua diocesi hereticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus.

Proinde in ea perenni sollicitudine, perpetuaque vigilia Episcopus versari in primis debet, vt non modò pestilentissimus ille hæresis morbus nusquam in gregem sibi commissum irrepat; sed omnis planè suspicio ab eo quam longissimè absit.

Si verò fortassè (quod pro sua pietate & misericordia Christus dominus auertat) irrepserit; in eo maximè elaboret omni opere, vt quàm celerrimè depellatur; quiq. ea labe infecti erunt vel suspecti, cum illis agatur, ad canonum, sanctionumque pontificiarum præscriptum.

**I**DEM præterea vnà cum Inquisitore, congregatione quæ certo numero constet Theologorum & Iurisperitorum hominum instituat, qui ad causarum sanctæ Inquisitionis consultationem adhibeantur.

Cõgregatio S. Inquisitionis institueda, & quò.

**E**A porro congregatio, vt opus erit conuocetur, semelq. in singulos menses, atq. adeò crebrius cum occasio tulerit.

Nec verò quidquam aliud in ea agatur geraturque, nisi quod ad eiusdem sanctæ Inquisitionis officium pertinet.

**E**t quoniam sæpè contingit, causarum Inquisitionis acta processu de quibus deliberandum est, ijs patefieri, explicari, atque communicari oportere, quorum consilio vel damnationis vel absolutionis sententia ferenda est, quò & accusatorum, denunciatorum, testiumque periculis efficacius occurratur; & in ijs ipsis in-

Causarum inquisitionis acta nemini patefacienda.

inquisitionis actis causisq. cautius agatur; id propterea omnibus singulisq. consultoribus, & cæteris item, qui in ea congregatione adscribentur admittentur, Episcopus, vt Bonifacij octauæ constitutione cautum est, secretum reticentiamque indicat.

Atqui ij ipsi porro statim certa præscripta formula iurati, eidem Episcopo sanctè spòdeant, se neque verbis, neque literis, nec nutu, neque alia cuiuscumque generis significatione, vllouè modo cuiquam patefacturos aut euulgaturos esse congregationis in quam admittuntur adscribuntur, arcana; nec verò alia quacumque sint, quæ vllis inquisitionis vel causis, vel hominibus, vel ipsi congregationi officioque præiudicium afferre aliquo modo possint.

Pœnam verò excõmunicationis latæ sententiæ proponat, atque edicat etiam in congregatione ipsa ex ea Bonifacij constitutione, in omnes & singulos, qui contra indictum secretum aut iusurandum quidquam patefecerint sine licentia eiusdem Episcopi.

At præterea Notarij sancti officij hoc iurent, quòd nec causarum acta, nec testium nomina, neque testificationes, aliudque quidquam eius generis patefaciant aut euulgabunt, anteaquam Iudex patefecerit, euulgaritque, aut euulgari iusserit.

**D**e sententijs itidem eorum qui consultores adhibentur, consultationibus, deliberationibus, actionibusq. congregationis huius id ipsum præstabit omnino; ac de suo officio in omnibus fideliter exercendo.

Si quis eorum quidquam contra vllò pacto fecerit, excõmunicationem latæ sententiæ ipse subeat; ac præterea alijs pœnis pro modo culpæ arbitrio. Episcopi plectatur.

Custodes etiam carceris priusquam suum exerceant officium, iusurandum ad præscriptam formam in concilio Viennensi præstent, idemque etiam alij ministri ad id officium exequentium necessarij.

**C**ausarum Inquisitionis acta typis non edenda.

**N**E inquisitionis causarum acta breuiter summamque descripta, quæ summaria processuum dicunt, nec verò actorum relationes, nec facti narratio, neque alia quacumque tam iuris quàm facti itidem explicatio instructioque cuiusvis generis ad eas causas pertinet, nec denique vllæ scripturæ eiusmodi, quæ vel pro reo, vel cõtra eum conficietur, vllò vnquam modo in posterum typis edantur imprimanturque: sed quacumque acta sint, quæ eas causas attingant manuscripta, ijs solum vel iudicibus, vel consultoribus, alijsue ministris dentur, quibus dari oportet.

**A**duocatus & procurator in causis S. Inquisitionis quis & quò dandus.

**I**N causis fidei Episcopus iudex eum cum aduocatus procuratorue reo dandus est, eum det qui probus sit, de legalitate non suspectus, & procurator quidem vtriusque iuris peritus, vterque verò fidei zelator, qui uè hæresis nomine nunquam neque suspectus, neque accusatus, neque ea infamia notatus fuerit: id verò nisi pla-

nè ostenderit, se ex iudicis sententiâ innocentem esse, & ab omni hæresis labe suspicione uè purum atque integrum.

Patrocinij autem in ijs causis suscipiendi facultas cum datur, literis exarata detur; nec verò aliter quisquam suscipiat.

Cui porro datur, is antea quàm patrocinium suscipiat, iuret, se bene ac fideliter defensorum, legitimisq. defensionibus vsurum esse; nec dilationibus captiosis, cauillationibusque causam prorogaturum.

Vbi verò patrocinium susceperit, sciat suas partes esse, admonere reum, vt veritatem confiteatur, pœnitentiãque petat pro culpa, si quam habet, eiusque responsionem curiæ notificare, intimare uè.

Meminerit verò Aduocatus, & procurator item, nullum vnquam patrocinium neque hereticis, nec suspectis, neque credentibus, neque fautoribus præstandum esse, ne prout Innocentij Tertij sanctio est, ab officio suspensus, perpetuè infamiæ subiaceat.

Itaque vbi primum ex causarum actis, alia uè vlla ratione animaduernerit, reum qui delatus est, hæreticum esse, aut eo nomine suspectum, id cum ipsi reo, iudicijque denunciaret, tum statim illius defensionem deserat.

Nec verò si quid erit, quod ad sanctum officium pertinens in eiusdem causa reticere oportet, cuiquam patefaciat, quod eidem officio præiudicium ferat.

**L**IBRORVM prohibitorum indicem iussu Tridentini Concilij confectum iam pridem promulgatum, omnes singuliq. apud se habere curent, siue theologi, siue iurisperiti, siue medici, siue aliarum literarum professores, disciplinarumque studiosi, & alij ite quicunque librorum numerosam supellectilem possident.

Indicem librorum quina apud se habere debeant.

Si quis verò eorum, qualis qualis sit, eum non habuerit, tantum absit, vt excusationi legitime locus relinquatur, quòd nescierit illos id generis esse, vt contra eum pro librorum quos vetitos retinuerit ratione, seuerius agatur ad præscriptum regulæ eiusdem Concilij.

**V**T fraudi occurratur, quæ plerunque in opere impressorio fit, ea præter cæteras cautio adhibeatur, vt liber, vbi primum impressus est, per recognitionis præfectos antè conferatur, quàm venalis officinis tabernisue librarijs proponatur.

Quædam de impressione librorum.

Qui liber ita accuratè collatus, auctoris subscriptione signatus, nõ recognitoribus, vt alio concilio decretum est, sed quò rectius custodiatur, Episcopo tradatur: qui eundem certo loco in archiuo asseruari perpetuè iubeat.

Vid. Prou. 3. Quæ ad fid. tu. en. stud. pert. §. libri exéplu. pag. 90.

**N**E literas grandiusculas, quas initio vel librorum vel capitum imprimi moris est, aliquam obceneturpisq. imaginis speciem exprimentes, ad librorum impressionem adhibeant, qui artem impressoriam quouis modo faciunt: cum eiusmodi sint, quæ hominũ mentes aliquando

scdè turpiterq. afficiant, & bonos itidem offendant vt obscenè scripta.

Ad libros verò, qui de rebus ecclesiastici s aut spiritualibus conscripti sunt, imprimendos, ne characteribus grandioribus vtatur, in quibus expressa appareat alicuius rei profanae, nedum turpis obscenaeque species.

**Libelli famosi** LIBELLORVM famosorum graue facinus, vnde alia praeterea peccata, & scelera, & mala exoriuntur, vt quantum in nobis est, è prouincia nostra prohibetur; statuimus, sancimusq. eos quicumque sint, qui illos scripserint, ediderint, diuulgauerint, excommunicationis latae sententiae poenam statim subire.

Si clericus verò sit, qui tale crimen admiserit, beneficiorum etiam, si quae habet, amissione mulctetur, praeter alias poenas eo de genere canonum legibus sancitas.

A qua excommunicationis poena nemo quisquam huius criminis reus absolui possit, nisi fama, & honore, cui iniuriose detractum est, restituito pro arbitratu Episcopi.

Id verò ipsum quantum difficilius est praestari, tantò diligentius studiosiusq. pro sua quisque conscientiae religione ab eo flagitio scelerisq. cauere debet.

**Libri obsceni** EPISCOPI cura sit, tum pueros adolecentesue, tum doctores ac Magistros prohibere vsu eorum librorum, quos ex decreto Concilij III. Prouincialis, quoniam obscena continent, aut bonis moribus repugnant, aut ad impietatem inducant, certo indice nos complectemur.

**Prou. 3. quae ad fidei tuen. stud. pert. pag. 89. §. quorum librorum.**

*Quae ad praedicationem verbi Dei, & doctrinam Christianam pertinent.*

Prou. 1. par. 1. De praed. verbi Dei. pag. 2.

**EPISCOPVS**, si verè legitimeq. aliquando impeditus, in cathedrali ecclesia praedicationis munus per se ipse praestare non potest, vt certè Concilij Tridentini sanctione, decretisq. prouincialibus debet; id per alios, qui idonei sint, ex eorum decretorum praescripto praestet, impensis scilicet suis, nisi immemorabilis consuetudinis est, eas ipsas impensas ab alijs illo praedicationis nomine fieri.

Episcopi solùm sit abrogatis quibuscunque contrarijs consuetudinibus & priuilegijs, & in ecclesia cathedrali, & in alijs non modò iurisdictioni suae subiectis, sed etià in exemplis quae curatae sunt, concionatorem liberè deligere atque constituere.

Idemq. ad eum spectet in Regularium etiam ecclesijs, vbi pro maiore commoditate, consuetudinis, morisq. est, populi, vniuersitatisq. aut pij loci, scholae, aut confratritiae etià laicalis sumptibus, vel eleemosinis collectis, vel legato pio, aliaue huiusmodi ratione quotannis certo stato tempore permisso Episcopi concionem haberi.

Nec verò illius deligendi, constituendiue ius

vlla ratione competat, neque ipsis regularibus, etiam per turnum, neque vniuersitati, neque magistratui, neque loci pij administratoribus, confratritiae, scholae etiam laicali, nec alij cuiquam laico, etiam si ei eleemosina, alimentum è publico, aut è confratritia, alioque modo vt supra suppeditetur, subministratur.

Quae vt nihilominus subministrantur, atque adeo persoluantur ab ijs qui solent, aut alia quacunque ratione debent, omni appellatione postposita, Episcopus cogat, vt Concilio prouinciali quarto cautum est.

Nemini autem concionandi facultatem concedat Episcopus, nisi praeter alia uel examine, uel alia ratione pro arbitrio suo illius scientiam & peritiam in eo munere probarit.

**MAGNA** in verbo Dei vis inest ad commouendos animos, si qui audiunt, ita se instituunt, atque adeo parant, vt vtiliter audiant.

Parochi igitur saepe moneant ac doceant, quos scilicet modo fideles salutare vtilitates, spiritualiaq. emolumenta, & fructus vberimos è sacra concione capiant.

Doceant igitur haec in primis.

Vt cum quis ad verbi Dei concionem accedit, non concionem profanam, sed sacram, religiosam, sanctae disciplinae institutis exultam, atque charitatis studio elaboratam se auditorum putet; proindeq. persuadeat, se à Deo, qui concionatoris ore tunc sanè loquitur, salutaribus praecipis consilijq. etudiri ad optimè agendum.

Vt in ecclesia ingressus, haec à Deo precetur; primum sibi peccata remitti; tum etiam sibi aperiri aures cordis vt audiat, oculosq. mentis vt videat, atque adeo ad instituendam vitam rationem & vsu accomodet, quae concionator enunciarit.

Vt firma fixaq. animi deliberatione statuat, se velle perficere atque exequi, quacunque in ea concione sibi dicta putauit.

Vt quae è concione audierit, ne planè ad alium quemquam, sed ad se ipsum omnino referat.

Vt animo non variè distracto, sed collecto atque attentissimo concionatorem audiat, tanquam eum, qui Dei verba, non sua pronunciet.

Vt neque eloquentiam, neque actionem, arteuè concionantis spectet, aut admiretur; eiusq. sermone, *tanquam carmine musico*, vt inquit propheta, quod suauiter dulciq. sono canitur, tantum oblectetur, ita vt verba audiat, & non faciat ea: sed totus in eo sit, vt diuini verbi spiritum hauriat; quo incensus, quae audierit, studiosè efficiat atque exequatur.

Vt Dei verba, quae è concionantis ore exeunt, non solum aurium sensu, sed intelligentia menteq. ita religiosè percipiat, vt animi voluntatem, ardentemq. affectum simul accendat ad omne sanctè agendi officium.

Vt concione absoluta (si modò ibi moraturus non sit, quoad Missae solemnis sacrificium peragatur) ne tamen statim de ecclesia abeat;

sed

Par. 1. de verbi Dei praedicatione pag. 132. §. Populus.

Parochi fideles doceant, quae ratione ex concione fructum capiunt.

sed in oratione paululum consistat; tum verbi Dei quod audierit praecipua capita, quae praesertim sibi conueniant, tacita cogitatione secum repetat; rationemq. certam concipiat atque ineat, quas res tam salutare rectè exequi possit. Vt de templo à concione orationeq. egressus, ne de concionante intemperanter loquatur, ne temerè iudicet.

Ne rursus ad inanes cofabulationes, profanaq. colloquia se conferat; vt ne effluat, quod & audiendo, & meditando, castè sancteq. concepit.

Immo verò amicis obuiam factus, cum illis salutaria instituta quae concionator explicauit, studiosè & opportunè communicet.

Domum reuersus, familiam item saepe commonefaciat, quae de sanctae vitae institutione ab eo accepit.

**De doctrina Christiana eius adhaerentibus necessitas.**

**AD** salutem cum omnibus fidelibus admodum necessarium sit christianae fidei rudimenta scire; tum certè huius in primis prouinciae populi: qui haereticis finitimi, nisi in fidei fundamentis firmi fuerint ac stabiles, summo perere verendum esset, ne forte ab eis in aliquam impietatis, ac nefariae doctrinae fraudem facilius adducerentur.

Quamobrem nos multam haecenus diligentiam adhibuimus, vt omnes ac singuli Christi fideles in fidei christianae rudimentorum institutione erudirentur: sed cum parum nos hucusque proficisci tanta in re cognouerimus; negotij, periculiq. magnitudine adducti, haec praeterea decernimus.

Confessarij ante confessionem recitari sibi faciant fidei christianae capita.

Primo omnibus singulisq. animarum curatoribus, & ceteris confessarijs siue saecularibus siue regularibus in virtute sanctae obedientiae id praecipimus; vt faciant, antequam confessiones audiant, orationem Dominicam, angelicam salutationem, symbolum fidei, & decem praecipua Dei quae decalogo continentur, vt poenitentes recitent, ac ipsis audientibus referant.

Quarum rerum si quos ignaros rudelq. offenderint, hanc eorum spiritualem socordiam acriter reprehendant, ostendantq. quam grauis esse debeat illorum conscientiae, ignorantia rerum quae ad salutem tantoperè necessariae sunt. Cum autem eos absoluunt, praeter alias poenitentias, & actiones satisfactorias, id etià imponant, vt quatuor haec saepe potissima doctrinae christianae capita in posterum accurate ediscant, certo illis pro arbitratu suo praefinito congruo tempore, quod tamen ob necessariam aliquam causam semel, aut ad summum iterum prorogari liceat.

Eo autem temporis spatio confecto si eadem adhuc illos ignorare viderint, tunc ne illorum confessionem audiant, nisi consilio & assensu, aut Vicarij Foranei, si dioecesiani sunt, aut illorum, quos huic curae in ciuitate Episcopus praefecerit, si in ciuitate viuunt.

Si qui verò semel ita admissi ad Sacramentum

poenitentiae, eos postea in rudi hac crassaq. ignorantia persistere compertum erit, de ijs ad Episcopum ipsum referatur, antequam amplius admittantur; qui illorum saluti diligentius & efficacius consulat, vt viderit in Domino expedire.

Quò facilius porro perniciosae huius ignorantiae incommodo occurratur, neque aliqua fideles excusatione suam negligentiam praetendant; illud eisdem animarum curatoribus mandamus, vt die festo, vel intrà Missarum solennia, vel in vesperis, aut paulò ante, si frequentior tunc fidelium multitudo praesens in ecclesia aderit, clara voce, ac distinctisq. verbis, quae ab omnibus exaudiantur, modò vnum, modò alterum, aliquando plura ex ijs praecipuis doctrinae christianae capitibus, prout opportunè sibi videbitur, recitent, simulq. vniuersos qui aduerint, hortentur, vt eadem verba quibus ipsi praebuerint, illi simul referant. Et verò quò populus doctrinae christianae praecipis atque institutis in dies instructior fiat; ijdem parochi illo tempore nunc vnam nunc alteram eorundem quatuor illius doctrinae capitum partem studiosè explicent.

Qua in re Carechismi Romani, aliorumq. probatorum auctorum, qui in hoc genere pie diligenterq. versati sunt, doctrinam potissimum sequantur.

Nec verò propter ea quae nunc decernimus, quidquam detractum derogatumue sit, quominus tum qui pro captu suo apti sunt maiori eruditioni, aut pro ratione status sui explicatius & plenius vniuersam doctrinam christianam discere debent, praestent quod debent; tum parochi, alijq. ad quos illam docere spectat, cumulatè praestent, quacunque in hoc genere olim decretum est ab illis praestari debere, & reliquis praeterea omnes sui muneris partes.

Porro confessarij grauissimam poenitentiam imponant, itemq. concionatores diuinam vltionem denuncient & paribus familias & dominis; qui nulla, aut saltem parua diligentia adhibita, omnem rationem non ineant, vt sui liberi ac famuli christianam doctrinam addiscant; neque eis quos in famulatu habent, tantum diebus saltem festis vacui temporis concedunt, quo in ecclesias, aliaue loca pia, vbi ea doctrina traditur, ad illam percipiendam conuenire possint.

**LVDI** magistri quò commodius praestent, quod ex Concilio Lateranensi in synodo nostra prouinciali tertia eis ad pueros in doctrina, pietateq. christiana rectè instituendos praescriptum est; decernimus tum hanc ipsam decreti partem, tum conscriptum de eadem doctrina libellum cum libris rudimentorum grammaticae coniungi, eisdemq. agglutinari.

Nec verò id generis libros, quos Episcopus intrà suae dioecesis fines in frequentiori puerorum vsu esse animaduerterit, talesq. notarit, ac declarauerit, decreueritue, deinceps sine eò doctrinae

Parochi fidei christianae capitula audiente populo recitent, atq. explicent.

Quaedam de ludimagistris. Tit. quae ad fid. tuend. studium pert. pag. 89. §. Iubeat Epus.



ctinæ christianæ libello imprimi, vendi, in vsum uè puerorum adhiberi liceat.

Quò autem exploratioris vitæ disciplinæq. christianæ mores magistrorum præceptorum uè sint, eam Episcopus cautionem adhibeat, ut cum illos moribus probat, huius probationis facultas literis exarata ne diutiùs cuiquã eorũ suffragetur, quàm per annum, vel biennium triennium uè ad summum.

Quo tempore confecto, cum Episcopum adierint qui illam proroget confirmet uè; tunc maximè is de illorum moribus, vita, ac etiam de docendi instituendiq. rationibus item diligenter perquirat: siq. eos nec præstare quæ debent, vel in re aliqua offendere animaduertit; facultatem ne proroget, neuè confirmet, antequàm illorum vel negligentiam, vel aliam culpam emendatam cernat.

Si quæ profana magistri aliquando exponent, omnia ad rectam disciplinam, egregiamq. morum indolem præclaris interpretationibus traducere studeant; quod facillè assequentur, si quid perpetuò in suis explicationibus interponent, quod ad institutionem christianæ pietatis studijs dignam pertineat.

Quotidianas ludi exercitationes ac studia inchoent, & concludant item pia aliqua oratione & prece, quæ antequàm absoluantur, pueri è ludo sine vrgenti causa ne missi fiant.

Proinde in gymnasio loco decet & perspicuo tabella alicuius sacræ imaginis appendatur, ad quam diebus singulis discipuli statas preces faciant.

Quæ ad dies festos, & sacra tempora pertinent.

Prou. 1. par. 1. pag. 6.

Iter facturi die festo Missam ante audiant.

NE quis diebus Dominicis festisq. ex vrbe, oppido, alio uè loco, cum iter facturus est, antè discedat, quàm Missæ sacrificio interfuerit; nisi ad eum locum proficiscatur, ubi in tempore interesse possit.

Ecclesiastici uero homines quicumque sint, & ij præsertim qui diuinorum officiorum celebriatibus in choro adesse debent, videant, atque aded caueant, ne sacris illis diebus, quos in Dei laudibus, religiosisq. pietatis officijs, & in ecclesia potissimum à clero consumi oportet, iter nisi ob vrgentem causam suscipiant: ut hoc etiam eorum exemplo excitati fideles, sacris illis diebus à diuinis officijs opere itinerario non auocentur.

Abusus Calen. CALENDIS Maij, qui dies Sanctorum Apostolorum Philippi & Iacobi solemnitati consecratus est, eum prauum vsum passim in prouincia nostra retineri ad nos perlatum est; ut incise arbores frondescentes, per vrbes, oppida, vicos & pagos, in plateis ac triuijs ludibundò spectaculo erigantur;

Id porro graue, atque eiusmodi esse animaduertimus, unde pestiferum quoddam semina-

rium existit non paucorum malorum; cum quidam homines illius ridiculæ actionis cupiditate atque voluptate prolapsi, Missæ sacrificio adesse eo die festo perniciosè negligant; tum arbores alienas, saepeq. in prædijs ecclesiasticis confitas furtim per vim atque iniuriã præcidant.

Hinc illa manant, conuitia scilicet, rixæ, contentiones, iniuriæ, odia, inimicitia, & aliquando caedes.

Accedit præterea tum vulgi clamor, tum bellorum instrumentorum vehemens strepitus, quo diuina officia, sacræ uè conciones valde perturbantur; & comestiones deinde, & copotationes fiunt, quibuscum ebrietates, obscenè dicta, inhonestæ actiones, perniciosæ ad omnia opera carnis illecebræ, & alia plurima mala perpetuò coniuncta sunt, non sine nominis christiani iniuria.

Nos igitur & sacrorum canonum iure, & sacrosanctis sanctionibus, & Concilij in primis Tridentini decretis, quibus corruptelas à pietatis christianæ vsu, & à dierum festorum præsertim cultu alienas, omni pastoralis vigilantia officio tolli iussum est, & nostræ etiam curæ officijq. munere adducti, tantæ tamq. publicæ offensionis occurrendum censuimus.

Quare Episcopus tum pœnis quouis iure fancitis in eos animaduertat, qui in ea occasione diem illum festum vel opere seruii, vel alia actione illius rationi sanctitatiq. aliena uiolant; tum præterea expositis grauissimis peccatis, & commonstratis detrimentis ac damnis, quæ plurima inde animæ corporiq. eueniunt, fideles sibi in curam traditos à re illa perniciosâ, quæ tanquam gentilitiæ superstitionis speciem quandam exhibet, omni Episcopali cohortatione & officio reuocare studeat ad omnes partes religiosi cultus, quo eorum Apostolorum dies festus illis calendis coli sanctificariq. debet.

Ac proinde quidem abiectis illis ludibundis spectaculis, quæ turbulenta illa præcisarum arborum erectione, voluptario quodam profanoq. clamore, ac multiplici strepitu agebantur, fideles pietatis opera diligentius amplexi, eum diem festum de ecclesiæ more celebrent hymnis, canticis, supplicationibus, processionibus, alijsq. sanctè agendi officijs.

Arborum præterea loco, excitati imitatione sancti illius Apostoli Philippi, qui pro Dei gloria cruci affixus est, sacrosanctam arborem crucis, in qua auctor humanæ redemptionis pependit Christus Dominus, tantò religiosius locis conspicuis publicè erigant, quantò inutilius olim profanas eas arbores frondescentes erexerint.

Atqui in omni re hac efficienda atque exequenda, Episcopus, si quando vsui erit, magistratus etiam laicorum auxilium opemq. implorabit, prout expedire censuerit.

SICVT in anniuersarijs solemnitatũ sanctionibus Ecclesiæ solemnioribus diebus ornandæ.

ribus celebritatibus festiuus canimus laudes, solemniorq. ecclesiastica celebrantes officia, modulamur organis, pretiosioriq. vestium apparatu induimur: ita diligentes nos domus Dei decorem, & locum habitationis gloriæ eius, curare debemus, ut quò spiritalis letitiæ nostræ manifestiora signa demus, diuinorum beneficiorum, quæ ijs potissimum solemnitatibus recolimus, memoria excitati, templa etiam ornatiores quàm alijs diebus appareant, tum ad augustiorem cultum, tum ad fidelium consolationem.

Itaque die Natali Domini, & reliquis quatuor deinceps festis diebus, in Epiphania, Pascha Resurrectionis, in Ascensione, tribus Pentecostes diebus, in solemnitate Corporis Domini, festoq. die sancti patroni ecclesiarum cathedralium, collegiatarum, parochialium præsertim insignium, curet præfectus vniuscuiusque ecclesiæ, pro locorum ratione, proq. facultatibus, ut ianuæ quemadmodum veteris instituti est, vsuq. Romano comprobati, & à beato Hieronymo laudati, frondibus etiam ornentur, prout tempora tulerint; tum parietes interiores, atque intercolumnia, peristromatis, aulæis, tapetibus, sacrarumq. imaginum tabulis exornata sint.

Quo in apparatu ornatoq. sacræ imagines etiã in ipsis foribus adhibeantur.

Insignia uero, & alia profana absint.

Regulares dies festos, & ieiunia ab epis statuta seruent.

VOS dies festos Episcopus in vrbe diœcesi q. sua coli sanctificariq. edixerit ac præceperit; ij ab vniuersis cuiuscunque ordinis regularibus quauis ratione exemptis colantur, sanctificentur, atque obseruentur.

Dierum autem festorum, quos in ea vrbe aut diœcesi coli consuetudinis est, ille tabellam cõficiendam curet, quam certo sacrificiæ loco affixam iisdem etiam regulares habeant.

Ieiunia præterea, quæ certis præcipuis locis, ubi monasteria illi habent, à reliquo clero, populoq. vniuerso obseruari moris consuetudinis uè est, curet episcopus, ut ipsi itidem sicut ceteri omnes, ritè recteq. colant, celebrent, atque obseruent.

Abusus primis quadragesimæ diebus retenti, extirpandi.

GRAVE est, nec propterea ferendum, ut quibus diebus sancta Ecclesia ad ieiunium, ad penitentiam, ad omneq. pietatis officium animos fidelium excitare & accendere studet; in ijs maximè sæculi homines operibus fatanicis operam nauent.

Quare corruptelam illam, quam in nonnullis prouinciæ huius urbibus, locisq. insignibus, deprauato vsu adhuc retineri accepimus, ut primis illis sacri quadragesimalis temporis diebus laruatorum hominum efficta simulacra incendantur, inanes nuptiæ fingantur, concursationes nocturnæ, tumultusq. fiant, radicitus euellere cum maximè cupiamus; hoc decreto vetitum interdicitumq. sit, ut ne quid tale in posterum, neque quidquam aliud eius generis religioso illo tempore vsquam fiat, agatur,

committatur uè: nec uero agi, fieri, admitti uè permittatur; pœna ijs omnibus & singulis qui contrafecerint, interdicti proposita, quam eo ipso subeant.

Parochus uero, in cuius parochiæ finibus id criminis (etiam si à pueris solum, qui tamen doli capaces sint) committi solet; primò in eã curam ipse incumbat omni studio, ut ne offensiones hæ, peccataq. id generis fiant.

Deinde uero si occurrere nullo modo poterit, rem omnem in tempore, si in vrbe est ad Episcopum, si in diœcesi ad Vicarium foraneum deferat; quò vel alijs rationibus, vel grauiori pœna eiusdem Episcopi arbitrio, ijs moribus erroribus consultum, ac prouisum sit omninò.

OMNIS sacrorum temporum celebritas, cum ab Episcopo singularem sollicitudinem, tum à populo obseruantiam, cultumq. ei solemnitati debitum planè deposcit.

Quadragesima le ieiunium religiosè colendũ.

Atque in ijs quidem vnum est, quod piè, religiosè, sancteq. coli à fidelibus maximè oportet, totum quadragesimale tempus, virtutum christianarum disciplinæ atque exercitationibus dicatum.

Est enim plenum sacris mysterijs, quodq. non sine mysterio magnam illam Paschæ Returrectionis Domini celebritatem, qua vna omnium solemnitatũ dignitas, inquit Leo Pontifex, consecrata est, proximè præcedit.

Ser. 10. de Quadragesima.

Fuit porro ieiunium quadragesimale à Christo Domino dedicatum, & ab Apostolicis vsque temporibus in vniuersa ecclesia Dei religiosè obseruatum perpetuò: atque ita quidè, ut qui in quadragesima (quemadmodum olim canone Toletano cautum fuit) neglexerit, contemperit uè quadragesimalis abstinentiæ ieiunij uè disciplinam, prohibitisq. cibis illã uiolant; is non solum reus cõsuetudinis returrectionis Dominicæ, sed etiã alienus fieret ab eiusdem diei communionem, ac præterea toto illo anno carniũ esu abstineret.

Tolet. 8. c. 9.

Quare ut tempus hoc sacrum tamq. religiosum, in quo colendo, sancteq. obseruando ueterum pietas mirificè admodum eluxit, à prouinciæ nostræ fidelibus, maioris obseruantia studio, abstinentia, ieiunijs, elemosinarum largitionibus, oratione, continentia, carnis maceratione, omniq. salutaris penitentia disciplina colatur; hæc ut infra sancimus atque edicimus, præter ea quæ superioribus concilijs sancita, & constituta sunt.

Quæ omnia & singula Episcopus curet, ac efficiat, ut vulgari sermone reddita, quotannis die Dominico quadragesimæ initium proximè antecedenti, populo in omni sua diœcesi proponantur, edicantur, ac promulgentur: ita tamen, ut ijs ipsis ab illo pro arbitrato suo addi liceat.

Omnis igitur, quem vrgens necessitas, vel imbecilla ætas à quadragesimali lege non eximit, quocunque etiam gradu, ordine, potestate, dignitate uè præditus sit, carne, cæterisq. omnibus,

Quædam prohibenda in quadragesima.

bus, quæ, vt Concilio prouinciali primo cautū est, à carne originem trahunt, vt potè ouis, lacte, caseo, butyro, & alijs id generis toto quadragesimæ tēpore abstineat, ijs exceptis, quos ob iustas causas Episcopus, aut illi quibus eam curā ipse delegarit, facultate vt infra, eaq. scripta speciatim excusarint.

Omnis præterea quicumque sit, qui ieiunij lege adstrictus est, singulis quadragesimæ diebus, Dominicis exceptis ieiunium seruet: alioqui enim peccato mortali alligatum se esse nolle debet.

Ne cibi vetiti ad egrotantium imbecilliumq. hominum vsum passim venales publicè exponantur, sed certis tantum constitutis locis.

Ne tabernarum valuis omninò patētibus, sed magna parte clausis vendi liceat.

Ne in foro, aut in via publicè vnquam exponantur, ne à rusticis quidem, alijsuè cuiusvis generis hominibus.

Neque passim item ab omnibus vendi fas sit, sed ab ijs solum, quibus facultatem literis exarata Episcopus permiserit.

Nec verò omne carnis genus ab ijs vèdi liceat, sed vitulinum, aliudue quod vsui sit ægrotantium corpori.

Neque omnibus vendatur licet, sed ijs solum, qui scriptam ab Episcopo facultatem habuerint.

Quæ facultas etiam nullo tempore præfinito data, tunc planè extincta sit, cum primum causa ob quam data est cessarit.

At verò si decè dierum spatium diuturnior causa erit, iterum ea facultas impetretur; alioqui rescissa sit.

Idem deinceps decimo saltè quoque die fiat, quandiu opus erit.

Nec verò sine ea scripta facultate, ac sigillatim nominatimq. data, caupona, tabernarij, & alij qui cænaculariam faciunt, eos vetitos in quadragesima cibos vendant, venalesuè exponant, etiam hospitibus, peregrinis, viatoribusuè, quales quales sint.

Nec verò eos mensæ apponant.

Nec præterea illos alio loco coctos, condimentisue apparatus, non modò in caupona, taberna, hospitio uè suo, aut loco curæ suæ subiecto comesse cuiquam permittant, sed ne alium de quidem apportari, ne dum in mensa apponi patiantur.

Quicumque verò contra sanctionis huius capita quidquam contrafecerit, is pœnis, multisue in locorum piorum vsum erogandis, & censuris, alijsq. canonum iure, & pontificijs constitutionibus, omniq. alio modo contra quadragesimæ violatores sancitis pœnis, vel alijs, quas pro personæ ratione, & culpæ contumacia uè grauitate Episcopus arbitrato suo irrogandas censuerit, afficiatur.

Quædam præcipua pietatis opera in quadragesima & alijs ieiunij diebus præstantia.

Sacro præterea quadragesimæ, & aliorū ieiuniorum tempore, quæ religiosè olim à christianis hominibus præstita esse, & sanctissimi pontifi-

ces, & grauiissimi ecclesiæ patres, & canonum decreta ostēdūt, vt ea pro gloria Christi Domini, proq. studio salutis animarum, in quo quifque adiutrice Dei gratia, omni sanctarū actionum, spiritualium exercitationū, & salutarium operum contentione, vt maximè potest, elaborare debet, à fidelibus prouinciæ nostræ præstentur; Dominum omnipotentem suppliciter exoramus, & illos omnes vehementissimè cohortamur, ac monemus.

Atque ea quidem hæc sunt, ad quæ exequenda suum quisque populum parochus, & concionatores item vt occasio tulerit, omni verborum vi sanctissima, omniq. suauitate accendat. Primò ijs quadragesimalibus, alijsuè ieiunij, pœnitentiæ, & publicæ supplicationis diebus, fideles se vitæ disciplina seueriori adstringat: sanctisq. institutis, & moribus sacro illi tempore conuenientibus, se, suosq. qui patres fam. sunt, quam rectissimè in omnes partes cōforment.

Pretiosas vestes non induant, sed amictum, si non humilem & demissum omnino, at cum pœnitentiæ ieiunijq. tempore congruentem. Simultatem, odium, inimicitias, rixas depellant, pacem cum omnibus concilient.

Carnis vim, impetum, non modò religiosa abstinentiæ ieiunijq. lege, sed cilicio, & verberationis disciplina coerceant, & humi aliquando cubent, vt à pijs etiam laicis factum esse memoriae proditum est.

Cum autem id olim obseruatum sit, vt per totam quadragesimam ab vxore fideles abstinent, ad Elibertani canonis præscriptum; meminerint qui matrimonio iuncti sunt, studendum sibi, vt eo sacro tempore mutuo consensu diebus saltem Dominicis abstineant, vt hoc de genere sanctissimi pontificis Nicolai primi extat rescriptum.

Omnino tempore à iocis christianum hominem abstinerè cōuenit, at quadragesimæ ac ieiunij tēpore tantò diligentius, quanto frequentius, studio diosiusq. orationi, abstinentiæ, omniq. pœnitentiæ generi incumbendum est.

A iocis igitur, à verborum scurrilitate, à colloquio inani, otioso, longeq. cautius à noxio & criminoso se continere sacro pœnitentiæ tempore studeat, vt pontificio apostolicoq. illo rescripto cauetur.

A uenationibus item, vt eodem rescripto continetur, abstineat item eo ipso quadragesimali tēpore, quo neque carne vesci, neque adeò carnalia consecrari licet.

Ciborum quadragesimalium suauitates, ac delicias ne exquirat, nec multiplice epularum apparatu mensam exstruat, sed frugalem parsoniam adhibeat.

Conuiuia autem in quadragesima non condicat, nec verò apparet, ne dominicis quidem diebus, vt idem Nicolaus pontifex rescribit.

In orationis studio frequentior sit: dolenter peccata & sua & aliena lugeat; pro quibus Dei

mi-

miserandiam omni pietatis pœnitentiæq. officio imploret.

Eleemosinas, cum per facultates potest, vberiores pauperibus egentibusq. in sustentationem conferat; in alijsq. pietatis officia atque opera liberali charitate erogat.

Oblationes offerat largiores.

Frequentius ad ecclesiam conueniat; psalmis, hymnis, canticis spiritualibus, precumq. diuinis officijs, omni attentione, & religiosa meditatione assistat.

Missæ sacrificio quotidie interfit, alia omni negotatione posthabita.

Diuinis colloquijs, sacrisq. concionibus præfens adsit.

Moneatur, vt vitæ sanctitati ita incumbat, vt singulis dominicis saltem diebus confessus, sacram Eucharistiam sumat, si singulis diebus nō potest: id quod olim in consuetudine vsuq. fuisse, ex eiusdem Nicolai pontificis rescripto liquidò constat.

Aegroti cum per inualetudinem corporis ieiunare non possint, quodam intimi animi dolore, gemitūq. vt sanctus Augustinus monet, cibum capiant, pro eo quòd alijs ieiunantibus ipsi abstinere non possint.

Caueant autem, quod alio prouinciali concilio ex eiusdem sancti Augustini sententia cautum est, ne alios suo exemplo ad violandum ieiunium prouocent.

Nihil non aggrediuntur, atque omni astu semper agunt hostes fidei catholicæ, vt impietatum suarum virus disseminent; venenatasq. suas voces in omnium aures infundant.

Ecclesiæ igitur pastoribus omni quo maximo possunt studio elaborandum est, vt cum omni tempore ac diligenter; tum in quadragesima, verbi Dei prædicatione tanquam pabulo vitæ fideles nutriantur, atque confirmentur.

Quamobrem quod multis huius prouinciæ locis, & alijs benè institutis ciuitatibus antiqui religiosiq. instituti est, vt eo quadragesimali tempore, quò frequentissimi fideles ad prædicationem conueniant, nullæ neque tabernæ, neque officinæ patentes vsquam sint, dum concio sacra habetur, id quod sanctissimæ consuetudinis est, vt perpetuò retineatur, omni officio Episcopi omninò efficiant: vbi verò hoc ipsum vel intermissum, vel in more positum nō est, vt ad vsum inducatur, atque adeò restituatur, itidem curabunt Episcopi.

Parochi hebdomada quadragesimæ initium proximè præcedente, populum curæ suæ commissum ad se conuocent, tum hæc cum illo grauiter, sollicitèq. agant, prout antiqui religiosiq. instituti & consuetudinis in Ecclesia sancta fuit.

Vt canonica auctoritate reconcilient, si quos in eo dissidentes scierint, dissensionum semina extirpare studentes.

Concubinos homines ab illa peccandi libidine, vt maximè possunt, reuocent: proinde

sanctiones episcopales eo de genere hominum editas, cum de scripto legant, tum communi sermone planius explicant.

Singulos denique à christiana viuendi via aberrantes, ad semitam iustitiæ & salutis studiosè perducant.

De humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, eleemosinis, pœnitentia, cæterisq. christianæ religionis virtutibus omnes accuratè commonefaciant, vt Cabilonenis concilij canone piè vtiliterq. cautum est.

Rursus vitia & crimina, pro quibus homines, sicut eiusdem concilij verbis expressum est, cum diabolo deputatur, detestanda, fugienda, atque adeò abijcienda omnino illa quidem curent, atque in ijs quæ ab Apostolo commemorantur, *Fornicatio scilicet, immunditia, luxuria, veneficia, inimicitia, contentiones, amulationes, ira, rixa, dissensiones, secta, inuidia, ebrietates, comestiones.*

Ad Galat. 5.

#### De Votis.

**S**I quando ob calamitatem imminentem, aliã suè causam, à populo, vel ab vniuersitate, vel à vicinia parochiali votum Deo fieri deliberandum est, vt de hoc genere toto quàm rectissimè statuatur, parochus Episcopum (ad quem præsertim in graui, quæ ad spirituales res pertinet deliberatione confugiendum patres censuerunt) etiã per literas, vbi opus est consulat: de cuius sententia formula voti ritè concipiatur. Si verò aliquando temporis angustia non patitur (id quod in pestilentia euenire aliquando solet) vt ille consuli nō possit, cum populo agat, vt votum nuncupetur: at sanè quæ speciatim ad illius rectè exequendi modum pertinere possunt, eæ rationes omnes in ipsa voti nuncupatione episcopi sententiæ iudicioq. relinquuntur; quò sanctius religiosusq. uoti nuncupati ratio omnis ad executionis vsum perducatur.

Caueat itè parochus, rectoruè ecclesiæ, vt vniuersitatis consensu, atque omni alia opportuna, necessariaq. ratione votum nuncupetur, vt firmum ratumq. sit, ac proinde ab vniuersis quorum interest, piè obseruetur, atque præsteretur.

Quò præterea & ardentiori pietatis studio ad illud nuncupandum, & vehementiori sollicitudine ad idem ritè exequendum populus incendatur; hoc præterea parochus curet, vt in voti nuncupatione statim præparationes, tum etiam cæremoniæ adhibeantur, omni externæ pietatis, sanctiq. cultus ratione & significatione, in eum qui sequitur modum.

Primò igitur, vt illius vniuersitatis adulti omnes, quo die votū fiet, anegressa peccatorum confessione sacram communionem sumant, curet idem parochus omni cohortatione.

Pridie etiam diei quo votum nuncupabitur, subvesperum campanarū sono signum detur: quo populus

populus excitatus, ad ecclesiam frequens conueniat, vbi postridiè illud publicè, sanctèq. nuncupet.

Videat verò, vt in ecclesia parochiali, primariae, ad altare maius nuncupetur.

Vbi populus conuenierit, processio voti causa de more agatur.

Missarum solemnità processione peracta à parochio rectoreuè ecclesiae eo noie celebrentur.

In qua Missae celebratione de voto concio habeatur, ac de eius causis, tum exponantur rationes, quibus sanctissimè deuincti qui uouerint, votum q̄ diligentissimè præstare debet.

Huic actioni omnes parochialis viciniae, aut oppidi lociuè sacerdotes, & clerici interfint.

Parochus autem, aliusuè Sacerdos, qui Missarum solemnità eo nomine celebrat, cum offerentorij tempus est, ab ijs qui vniuersitatis nomine delecti erunt, voti formulam in conspectu Dei de scripto sibi ritè, distinctèq. pronuncia-ri mandet.

Quod illi genibus flexis supplices præstent.

Deinde cum celebrans ipse corpus & sanguinem Domini in Missa sumperit, tum qui præparati accesserint, eisdem sacramentum communio-nem ministrabit.

Voti nuncupati instrumentum, notarij manu cõfectum, auctoritateq. munitum, ad Episcopum mensis saltem spatio afferatur, vt in archiuo episcopali asseruetur perpetuò.

Cuius instrumenti etiam exemplum, eiusdem Notarij testificatione fideq. roboratū, in ecclesia illius populi vniuersitatise quæ uouit, vt diligentissimè potest, custodiatur ad perpetuitatem.

Vtq. voti, cuius executio in perpetuum præstanda sit, monumentum in conspectu omnium extet; idem curet, in tabella lapidea votum, votiq. causam, & cõditiones incidi, eandemq. loco ecclesiae conspicuo atque illustri collocari, atque parieti agglutinari.

Vbi autem cum votum nuncupatur, præscripta ratio ac caremonia ob pestem aliamuè causam necessariam præstari non possunt; tunc omninò eas præstari curet parochus, vbi primum poterunt.

Hanc omnem rationem, tum celebriores etiam ritus, caremoniaq. adhiberi Episcopus curet, si ciuitatis ipsius populus votum nuncupare deliberarit.

#### De oratione ante operis inchoationem.

**N**ON decet christianū hominem opus ali-quod ante suscipere aggrediue, quàm Dei auxilium religiosis precibus imploret.

Dixit enim Dominus; *sine me nihil potestis facere.*

Parochus igitur, cuius est populum ad optima quæque instituta erudire, concionator item illum prout vsu venerit, cohortetur ac moneat, vt neque publicè, neque priuatim quid-

quam aggrediatur, nisi primò sanctis precibus Deo adhibitis.

Neque cibum sumat, antequàm stata prece benedicat.

Post cibum item Dño gratias precatione agat.

*Id enim à nobis expectat, qui nos pascit Deus; vt pro præstitis ab eo escis illi gratias referamus; & saturati donis ipsius, laudes ei dicamus:* inquit sanctissimus pater noster Ambrosius.

#### De indulgentijs, & sacris reliquijs.

Prou. I. par. I. pag. 5.

**N**E cuius rectori ecclesiae etiam exèpte quo

uis modo, neque vlli ordini regularium, neque cuiquam scholæ, confratriæ, etiam ro-

sarij, & cruce signatorum, lociuè pij collegio, prætextu, caufauè vel priuilegiorum etiã anti-

quorum, vel indulgentiarum, quas sibi quouis modo concessas, etiam instar ecclesiarum,

locorumq. piorum, cõfratriarum uè vrbis Romæ habet, liceat illas ipas in suis ecclesijs promul-gare: sed vt decreto Tridentino cauetur,

per Episcopum adhibitis duobus de capitulo illæ quotannis stato tempore publicentur, at-

que euulgentur.

Eleemosinæ item, atque charitatis subsidia, quæcūque eo nomine, occasione uè à fidelibus offerentur, per eos ipsos colligantur; & eccle-

sia, locouè, cuius causa indulgentia concessa est, omninò attribuantur, idq. gratis ac nulla prorsus mercede.

Ne indulgentiarum literæ, inscriptione uè earū nomine exaratae, eo loco vbi capsula ad eleemo-

sinam colligendam apparatus est, etiam extra ecclesiam proponantur, affigantur uè, sed vel

in altari maiori, vel in alio, vbi indulgentiæ causa statio, oratione constituta est.

Ac proinde statis ijs diebus, quibus Episcopus indulgentiam promulgadam decreuerit, cum

fideles ad eleemosinam Ecclesie, locouè pio tri-

buendam, vbi illius indulgentiæ celebritas agitur, parochus, concionator uè excitabit, doceat simul diligenter, eius consequendæ causa non esse necessariò præstitutã eleemosinæ lar-

gitionem: vt cœlestem eum ecclesiae thesaurū, spiritaliaq. munera exponi omnes intelligant, non ad quæstum, sed ad peccatorum satisfacti-

onem, & ad pietatis exercitationem.

Si verò aliquando Episcopi concessu, capsula in quam eleemosina fidelium conijciatur, palam ponitur; intus in Ecclesia loco longè ab altari vbi indulgentiæ statio agitur, decorè collo-

cetur: de eleemosina verò seruetur ratio supra præscripta.

Ne sacra Reliquiæ in ecclesia eiusuè sacrifi-

ca recondita, è loco vbi asseruantur, ad ægro-

tos vilo modo exportentur, ne consuetudinis

quidam prætextu.

Quæ

Quæ ad sacramentalia, & sacramenta generatim pertinent.

Prou. I. par. 2. pag. 6.

Benedictionis candelarum ritus, & virtutes.

**D**IE sacro purificationis beatissimæ Mariæ Virginis, vitus ritusq. benedictionis candelarum cereorum, cum plenus mysteriorū est, tum salutarium vtilitatum: quas nō solūm ex orationibus, quib⁹ Ecclesia in ea benedictione vitur, sed ex omni rituali libro probato parochus concionator uè eo ipso die fidelibus studiosè exponat, quò religiosius illas & gestent, & habeant.

Nam cum illius benedictionis precatio ad alia multa referatur, tum ad hæc in primis.

Vt candelæ valeant ad sanitatem animæ & corporis, terra, mariq.

Vt de locis vbi accendantur, dæmon, & quid quid dæmonis ars molitur machinatur uè, depellatur.

Vt mentes & corda fidelium, igne & splendore sancti Spiritus accendantur, illustrenturq.; ac depulsis vitiorum tenebris, videant quæ sint Deo grata, & salutis vtilia.

Vt ignis charitatis cum lumine fidei in animis accendatur, quo ad lumen æternum vitæ cœlestis perducamur.

Hæc sibi omnia à Christo Domino, qui est Deus verus, & splendor lucis æternæ, sibi concedi precantur, intercessionae, & sanctissimis meritis beatæ Mariæ virginis, quicūque fideles in illius honorem candelas, quibus benedictionis preces eo die adhibita sunt, deuotè gestant.

Sacrorum cinerum vsus in Ecclesia Dei antiquissimus est; ac non solūm ad significandã, sed ad excitandã etiam pœnitentiam introductus.

Quare Episcopus, parochus, & concionator, die Dominico qui feriam aspersio-nis cinerum proximè præcedit, populum salutare eas vtilitates doceat, quas in eorum benedictione multis orationibus ecclesia petit.

Atque hæc quidem præter cæteras sunt.

Vt fideles qui sacro cinere asperguntur, ad intimam cordis humilitatem adiuuentur.

Vt in eos benedictio cœlestis descendat, qua adiuti, verè intimeq. toto animo peccata doleant: hoc mente secum reputantes, ob hominis peccatum terram maledictam fuisse, nosq. omnes in cinerem ac terram reituros.

Vt detur corporis valetudo ad pœnitentiã peccatorum peragendam.

Vt anima diuino auxilio protegatur.

Vt à Deo impetremus, quæ ad illius voluntatem petimus.

Vt cõstãti animo in benè agèdo perseueremus.

Hæc bona, quæ mater ecclesia pro sacrorum cinerum ritu à diuina benignitate precatur, vt piè fideles consequantur; parochus illos eo ipso die moneat, quàm religiosa intimi animi pietate, quàm humili contritoq. corde, quàm humili demissoq. vestitu ad eã actionem conue-

Benedictionis cinerum vsus, & salutare vtilitates.

niant, quàmq. seriò secum statuât, illos ieiunij dies in amaritudine animæ suæ traducere ad peccatorum satisfactionem.

Hoc aspersio-nis cinerum ministeriū Episcopus studeat potissimū in cathedrali, propria uè parochiali ecclesia ab vnoquoque suscipi.

**S**ANCTISSIMI præterea, & antiquissimi instituti in ecclesia Dei est, die Dominico Pascha resurrectionis Domini proximè antecede-te, ramos palmarū & oliuarum solemnibus precibus benedici, ac fidelib⁹ tradi, qui gestet, domiq. religiosè, atque decenter asseruent.

Et sicut rit⁹ is, & insignem illum Iesu Christi Domini ingressum ad vrbem Ierosolymam, & triumphum illum commemorabilem significat, quem passione & morte sua superatis hostibus idem Dominus resurgens reportauit; ita alijs etiam mysterijs plenus, à parochio & à concionatore explicetur, quò ardentius ad religionem illius fideles accensi, spirituales fructus capiant, quos à Deo eis Ecclesia precatur; suntq. hi præsertim.

Vt accipiant mentis corporisq. vim, ad salutis opem, Deiq. gratiam implorandam.

Vt quemadmodum rami folijs virent, ita opera nostra, & iustitia & omni virtute sacra quæ florentissima sint.

Vt sicut popul⁹ Hebræus Christo ramis obuia factus, vnà cum eo Ierosolymam ingressus est: ita nos sanctissimis officijs, atque pijs operibus Domino obuiam procedamus; illiusq. vestigia secuti, in cœlestem patriam eo auctore & duce recipiamur.

Vt veluti Christus Dominus de satana hoste cruce sua triumphauit; sic nos quàm sapissimè id misericordie opus animo ita repetamus, vt Christi amore incendamur ad pugnam, & ad victoriam de dæmone, carne, & mundo reportandam.

Vt quocunq. hi rami introducentur, eius loci incolæ benedictionem Dei consequantur; omniq. re aduersa propulsata, virtute Altissimi defendantur.

Has, & alias salutare vtilitates parochus & concionator fidelibus exponat: vt qua debet pietate, religiosoq. animo sacros ramos capièdo, gestando & asseruando, ita Dominū precetur, vt & per passionem mortemq. suam, qua dæmonem fregit ac superauit, & per misericordiam illam immentam qua id egit, nō solū corpora à malis tueatur, sed animæ gratiam suã cœlestem infundat. sicq. ipsi multis virtutibus, bonisq. operibus florentes, Christū Dñm sequantur: hostibusq. oibus superatis ad gaudia cœlestis Ierosolymæ introducantur.

Bini omnes ad candelas, & rursus ad cineres capiendos accedant; ad palmas etiam, ramosq. oliuarum suscipiendos.

Sine strepitu, ac tumultu, sed religioso silètio. Qui extra ordinem accesserint, à ministris eijciatur, neq. digni sint, qui sacrorū ramorū tunc participes sint, nisi aliud Episcopus censuerit.

T SAN-

Benedictionis palmarum institutum, & fructus spirituales



Agni Dei quo asseruandi, ge-standi &c.

SANCTISSIMI item, veterisq. instituti est, à summo Pōtifice formas illas cereas, quas Agnos Dei à figura impressa vocamus, solemni benedictionis ritu, multisq. religiosis ceremonijs non solum primo, sed septimo quoque pontificatus anno consecrari. In quo consecrationis munere, sicut ille Christi Vicarius (cuius oratio tantò majoris est momenti, quantò eius officium in ecclesia sublimius, & cum eodem Christo Domino coniunctius) multa sanctè precetur à Deo illis concedi, qui animo pio deuotoq. eos Agnos apud se habuerint: ita à fidelibus magna deuotione iidem gestadi sunt, ad eosq. vsus religiosè adhibendi, ad quos sacræ preces ex ecclesiæ instituto referuntur.

Tit. quæ ad sacra. pert. §. sanctissimi pag. 91. Bulla edita 8. Cal. Iun. 1572.

Quare decreto Concilij prouinc. tertij, quod ex constitutione sanctissimi Pontificis Gregorij XIII. de illis minio non inficiendis cautum est, hæc etiam adiungenda censuimus, Primò cum illi domi asseruantur, vt piæ cōsuetudinis est, loculo decenti recondantur: cum autem collo appensi gestantur; in thecam auream, argenteam, eburneam, christallinamue, aut alterius generis decentis rectè inclusi sint; ita vt tactu violari non possint. Nec verò ad ornatum habeant quidquã, quod profanum sit, quodq. minimè deceat. Thecarum fabri ne villo modo eos tangant atrectent, ne chyrothecis quidem, forcipe, aut villo alio instrumento: sed ad eos thecis includendos clericus in sacris constitutus adhibeatur. Ne minimam item particulam sacræ illius cereæ, è qua agni imago effecta est, in eis includat, quò pluris opus suum vendant; sed ab eo accipiat, qui thecã agni causa faciendam locarint. Neque autem quisquam sacrum illum agnum anulo gestet; cum ita parum religiosè gestetur, vt aliqua sceditate, turpiùe tactu violari facile queat.

Qui sacros Agnos gestant, hoc religiosius caueant, ne quid impurè turpiterue agant, aut à sacra eiusmodi re alienum.

Nec præterea in agri campum hi Agni proiciantur, nec verò cuiquam arbori affigantur, neque è ramis suspendantur: sed quod antiqui est instituti, eorum cera adoleatur ad suffumigationem in agris vineisq., ob imminentem tempestatem, aliasue diabolicas illusiones depellendas.

Præstanda à parrocho in benedictione ædium.

Tit. de eccl. & altar. consecrat. &c. §. Antiquus. pag. 128.

VETEREM illum ædibus atque ædificijs benedicendi morem ritumq. ex sanctæ ecclesiæ instituto introductum, ac decreto prouinciali, quod in Concilio quarto confecimus, restitutum, vt parochi, & reliqui animarum curatores, ad quos religiosæ illius benedictionis munus pertinet, piè sanctèq. obseruent; & laici, quorù ædificijs domicilijq. benedicendū est, spiritualia inde commoda vberissima in Domino capiant, hæc in illis benedicendis ratio sit. Primò parochus huius benedictionis munus aggrediarur pio voluntatis proposito, & quo

debet religionis officio.

Pridie autem illius diei, quo benedicendi munus aggreditur, præcipuo sanctæ precationis studio, & aliquando ieiunio se parare curet.

Quo item die ad benedicendum aggreditur, antequam aggrediatur, Missæ sacrificium celebrare studeat: in quo ob hanc causam orationem de spiritu sancto piè recitet.

Ne ædibus benedicat, vbi aliquis excōmunicatus habitat.

Nec verò illis, quas sceneratores, meretrices, publici peccatores, manifestoq. criminosi homines incolunt.

Neque ijs item, si quæ aleis ludisq. vetitis, publicè expositæ sunt.

Ne noctu, sed interdiu benedictione peragat. Ritu vtatur ad præscriptum formulæ, quæ in libro sacerdotali ritualiue concepta extat.

Dum ad benedictionis munus accedit, in eoq. versatur, superpelliceo & stola vtatur.

Clericus adsit, qui crucem in via, & in benedictionis ministerio præferat.

Alter item, qui aquæ benedictæ vasculum cum aspergillo ferat.

Cæteri Sacerdotes & clerici, si qui alii adsunt, ordine distincti bini præcedat, & suo quique superpelliceo de more induti.

Benedictionis huius causa occasioneue, nihil planè quidquam vel minimum, neque is, neq; sacerdotes clericique quos sibi socios adiutoresue adiunxerit, petant, exigant, ac ne spontè quidem vltroq. oblatum, donouè datum capiant.

In hoc benedictionis officio ne omittat, ex instructionum præscripto, concilijq. prouincialis decreto patresfamilias docere, rectèq. erudire ad optimam familiæ educationem.

Cuius etiam rei argumentum satis amplum habebit ex stas illis religiosis precibus & orationibus quæ adhihentur.

PATER familias autem cuius ædibus, domicilijue benedicetur, piè se præparabit ad eam sancto desiderio suscipiendam.

Idè ante familiam suam rectè recognoscet, monebitq. vniuersos & singulos ad præscriptum regularum, quæ de Christiana familiæ institutione editæ sunt.

Amoueri curabit, quæcunque domi suæ sunt christianæ familiæ instituto indigna, quæq. Dei oculos offendunt.

Libros de rebus obscenis, turpibus, impudicis, inanibus, ac de cantionibus inhonestis, cæterisq. id generis inflammari curabit.

Libros de vitæ religiosæ spiritualisq. institutis atque exercitationibus introducet.

Imagines obscenas & turpes incendant: profanas verò, quæq. ad inanem voluptatem alluciant, amouere studeat.

Sacras Christi Domini, beatissimæ virginis Mariæ matris, & Sanctorum præfertim imagines quos patronos habet, vbi que domi suæ locis honestis statuat.

Tesseras,

Præstanda à parochis in eandem ædium benedict.

Benedictio in mensa à quo facienda.

Sacramenta habitus modesto à fidelibus suscipienda.

Sacramenta sanctè & ritè tractanda ac ministranda.

Tesseras, aleas, aleatoria sue tabellas, pictasq. ad aleæ ludum pagellas procul abijcere curet. Sacram communionem in parochiali ecclesia simul eo die vt fumant omnes de familia sua, procuret.

Sacerdoti ad benedictionis munus accedenti obuiam uel ad ecclesiã, vel ad primariam eadē ianuã simul cum tota familia procedat, eardemq. benedictionem omni domus loco prosequatur religioso pietatis studio.

Dum sacerdos benedicat, nemo domi, vel in officina cui benedicatur, quidquam seruilis, mūdaniue operis faciat.

NE minoris ordinis clericus, alio qui maiore ordine initiatus est præsentē, mensæ benedicat: sed hoc munus sit, vel Sacerdotis, vel illius qui maioris ordinis clericus præsentē in mensa adest.

VT sanctissimis Sacramentis debitus religionis cultus etiam externus ab ijs tribuatur qui ea suscipiunt; ne Episcopus parochusue patiatur quemquam ad illa suscipienda accedere, nisi exteriori quoque habitu, vestiumq. modestia debitam illis venerationem ac reuerentiam præferat.

ILLVD in cæteris parochialis curæ officijs maxime à parochis requirit, vt sanctissima Sacramenta, quæ diuinæ gratiæ instrumenta ad sanctificandas animas à Christo Domino instituta sunt, non solum purè, sanctè, religiosè ipsi tractent, verum etiam ritus ac ceremonias teneant, atque adhibeant, quæ in illis ministrandis sanctæ ecclesiæ instituto atque vsu comprobatae sunt.

Et quoniam liber ritualis Sacramentorū, qui vna & eadem certissima ceremoniarum regula cōstet, quiq. omni ex parte absolutus sit, ad sanctam illam administrationem in prouincia nostra nullus ferè extat; nos propterea iubemus, librum eo de genere Reuerendiss. Dominici Bolani Episcopi Brixiae iussu iã pridem confectum, à viris peritis quos delegerimus primò recognitum, & necessarijs alijs partibus auctum, ab omnibus ac singulis Sacerdotibus prouinciæ nostræ, qui ritu Romano Sacramenta ministrant, huius decreti prouincialis auctoritate, cum primū nostra cura typis in lucem prolatus erit, ad vsum recipi, atque adeò introduci, vt in Sacramentorum administratione ceremonijs & ritibus eo libro præscriptis vtantur, neque vllis præterea alijs. Id verò tamdiu, quoad ritualis liber Romanus emittetur.

Quæ ad Baptismum pertinent.

Prou. I. par. I. pag. 7.

Baptismi ceremonie à quo non adhibenda.

NE M O, nisi parochus, aut is, cui ille Episcopusue nominatim concesserit, in Baptismo ministrando statas solemnes ceremonias adhibeat, etiam si ob necessitatem ministrat.

Quo in ministerio non alterius cuiusquam, sed albi coloris stola vtatur.

In Baptismo etiam compater ne sit, qui sacro Cōpatres qui christmate confirmatus non est: Eademq. de nam reiciendi. commatre cautio sit.

Proinde parochi erit, studiosè de hoc antè perquirere.

Ne præterea compater adhibeatur, neque in confirmationis Sacramento item, qui minor natu sit quatuordecim annis, sed qui maior, vel potius ætate sit prouectior: vt non ore solum sed animo, atque seridè ad interogata, quæ in baptismo fiunt, respondeat, ac planè intelligat suscepti à se muneris partes.

NE ante ortum, nec verò post occasum solis baptisimus in ecclesia ministratur; nisi aliter fieri aliquando tēporis ratio, necessitasue cogat.

QVONIAM in baptismo vnusquisque piè ac religiosè pollicetur, operibus satanæ renunciare, eiusq. pompas deserere; id parochus, cum vsu venerit, populū doceat, præfertimq. baptisimi tempore præmoneat, non solum quo modo, & quàm simplici amictu ad illum infans deferendus sit; sed quàm religiosa in Deū pietate, quàm humili spiritu, & quanta etiã vestitus moderatione compater, commatresue adesse debeant.

Nec verò vllum vel ornamentū, vel aliud quidquam, quod mundi huius pompam præferat adhiberi patiatur: cum minimè consentaneum sit, in ipso vitæ christianæ ingressu statim ijs rebus studeri, quibus potissimum solemnī spōsione renunciat.

IN baptismo parochus sacerdosue baptizās præsentem adesse non patiatur, neque iudæum, neque denique alium quemquam à fide christianæ auersum.

Fideles verò qui præsentē adsunt, piè, religiosè, omniq. animi attentione adesse sæpè moneat, memoria tacitè studiosèq. repetentes, quæ Deo, cum baptismum ipsi susceperunt, sanctè sponponderunt.

SIDUO, pluresue infantes offeruntur, qui eodē tempore baptizentur, eorum vnique catechismum, exorcismum, & reliquas statas ceremonias, baptismumq. parochus sigillatim ministrat, atque adhibeat.

Cum duo infantes, mas scilicet, & femina ad baptismum offeruntur, is ordo seruetur, qui antiquissimi ritus, est; vt mari primū, deinde feminae ministratur, nisi necessitas aliter cogit. Idemq. seruetur, si plures offeruntur, partim mares, partim feminae.

AD aquam baptismalem, quæ capiti illius infanti qui baptizatur, eamue excipiendam, qua Sacerdotis manus sacro oleo illitæ abluuntur, peluis ne adhibeatur, quæ ecclesiæ tantū vsui addicta non sit.

LIBRIS ritualibus, canonumq. legibus permul ta tradita, atque explicata sunt, quæ in adultorū baptizandis adhiberi ritus postulat.

In ijs omnibus Episcopus cum diligens erit;

T 2 tum

qua hora bapt. ministrari dēt.

Infantes & cōpatres quo vestitu in baptis. vtantur.

Qui bapt. interesse nō possint & qua pietate fideles interesse debeant.

Cum plures baptizandi sunt, q. ordo seruandus.

Baptismalis aqua quo vase in fundenda, & excipienda.

Seruanda in baptis. adultorū.

tum magnam in eo curam ponet, vt illis præter doctrinæ christianæ rudimenta quæ neces- sariò scire debent, admissorum scelerum, & malè actæ vitæ pænitet, tum vt ijdem in pos- terum à peccatis omnibus abstinere statuunt. Vix enim vlla alia causa esse potest quamobrè qui adulti baptismum suscipiunt, non modò vllam in christianis virtutibus progressionem faciant, sed plerūque flagitijs nefarijs inquina- ti, præcipites ad perniciem interitumq. ruant, præter eam vnam, quòd non ita vt par esset, affecti ipsi, nec verò ab alijs exculti, ad tantum sacramentum accedunt.

Quod verò, licet horribile dictu sit, aliquando tamen euenisse còpertum est, aliquem scilicet ad turpem quæstum iterum baptismum susce- pisse, id ne vnquam porrò accidat, Episcopus antequam baptizet, omne diligens studium ad- hibeat, quòd istos homines, vel Iudæos, vel tur- cas, maurosuè, qui baptismum sibi conferri pe- tierint, planè dignoscat, de illorumq. conditio- ne ac statu omni, quantum licuerit, à probatis viris accipiat testimonium ob signatū, idemq. exigat omninò.

Obstetricæ à vi- carijs approban- dæ.

**OBS**TRICES tribus post huius decreti promulgationem mensibus, pœna arbitrato Episcopi proposita officium ne præstent, nisi per Vicarium Foraneum, si in diocesi sunt, & verò in vrbe per eum cui Episcopus id cura dederit, scripto probata sint idoneæ ad Sacra- mentū baptismi cum necesse erit ministrandum. Quæ autem probata est, cum baptizabit, curet quoad eius fieri potest, vt duæ saltem mulie- res, ac mater præsertim si potest, testes præsen- tes adsint, quæ in baptizando verba ab ea pro- lata audiant. Parochus verò, cum perquiret ex decreto pro- uinciali, an infans baptizatus sit, diligenter ob- stetricem, & testes etiam de verbis prolatis in- terroget; vt sibi constet, an baptismi forma re- ctè adhibita sit, an verò secus, quamobrè oporteat infantem à se baptizari.

*Quæ ad confirmationis Sacramentum pertinent.*

Prou. 1. par. 2. pag. 7.

Epi sollicitudo in ministranda confirmatione.

**E**PISCOPVS non solùm sacris solènisq. pentecostes diebus, sed etiam (si ita Ciuitatis suæ ingens frequentia, multitudoq. postularit) & Paschæ Resurrectionis tempore, & in Ad- uentu sacro Domini, & quoties visitationem obibit, Sacramentum confirmationis mini- strat: & ob eam causam, vt Concilio provincia- li quarto cautum est, ad ministrandum sepe ac- curret, quibus in locis diocesis opus erit.

Tit. quæ pert. ad sacr. cõfirm. S. sacrum autè, pag. 136.

Quòd si quis cum periculose ægrotat, se chrisma- tis Sacramento confirmatum non esse memi- nerit; ac propterea id sibi ministrari petat; tunc Episcopus, si eo loci est vbi ille ægrotat, vt ne sine hoc Sacramento decedat, eum charitate pa- terna inuisat, & ritè confirmet.

**A**LIO decreto, quod in Concilio prouinciali confirmatio qfio infantibus mini- strari liceat. primo fanciuimus, cautum est, ne confirmatio- nis Sacramentum ijs præberetur, qui annis se- ptem minores natu sunt: si tamen Episcopus ob aliquam causam iustā, atque adeò necessa- riam, paruulo & infanti qui non modò eā æta- tem expleat, sed ne attingat quidem, mini- strandum aliquando censuerit, ne sit veitum. Iis verò minoribus natu atque adeò paruulis si quandoque ministrabitur, eorum parentes, vel qui curam gerunt, parochus moneat, vt etate procedente illos ea de re certiores faciāt; ne parentibus curatoribusq. postea mortuis, ipsi aliquando dubitent, an hoc Sacramentū quod iterari nefas est, susceperint.

Id verò parochus curet præter eam diligentia quæ sibi præscripta est, de confirmatis, eorūq. compatribus in libro certo describendis. Idem aliquot antè diebus, quàm Episcopus ministraturus sit hoc Sacramentum, vt nemo quisquam eorum qui suæ curæ cõcrediti sūt, illud suscipere negligat, illos per familias di- stinctè rectèq. notet, qui illud nondum susce- perint; ac qui ætate sunt ab Episcopo præscri- pta, ordine in ecclesiam vocet ad id ritè religio- seq. suscipiendum.

Eiusdem cura sit paucis ante diebus quàm Epi- scopus Sacramentum hoc ministrat, non solū fideles præmonere, quæ Concilio prouinciali quarto præscripta sunt; sed etiam in parochia- li ecclesia orationem eo nomine instituere, vt qui nondum confirmati ad id accesserint, adiu- trice diuina gratia digni sint, qui Spiritus san- cti dona vberrimè recipiant.

Neque hoc quidē is denūciare omittat, vt qui proximè confirmationē susceperunt, pridie illius diei quo suscipient, caput lauent, alio- modo mundent, capillosq. sibi tonderi curent.

**Q**VI confirmandi sunt, & qui patrini adhiben- tur, parochus antè videat, quos rudiores esse suspicabitur, an orationem Dominicam, salu- tationem Angelicam, & Symbolum norint. Atque ob eam quidem causam Episcopus illa fidei rudimenta sibi ab illis recitari iubebit.

Quam diligentiam idem Episcopus etiam, vt opus esse viderit, aliquando præstet, per se, vel per alium Sacerdotem, quem in ea re co- gnoscenda constituerit.

Videat item, vt in quacunq. ecclesia confir- mationem ministrarit, si pauci sunt qui susci- piunt, vbi cõmodè fieri potest, antè altare ma- ius decenter exornatum semper ministrat.

Primò mares in ecclesia à parte sua; fœmine ab altera sint: sicq. separatim distincti, genib. He- xis, manibus antè pectus iunctis, suo quique ordine piè & religiosè orent: in primisq. ab omni strepitu, vociferatione, & inani confabu- latione caueant, sed silentio sancto vtantur.

Et quod veteris ritus est, primùm mares, dein- de fœminæ confirmantur; nisi aliquando ali- ter fieri Episcopus censuerit.

Hoc Sacramentum Episcopus ministrare stude- bit

confirmatio qfio infantibus mini- strari liceat.

Quædam à pa- rocho præmo- nenda ante con- firmat. ministra- tionem.

Rudiores ante probandi.

Vbi & quo ordi- ne ministranda confirmatio, & qua hora.

Quædam de cõ- patribus.

bit hora tertia potissimum, quæ ex antiquo ri- tu flata huius Sacramenti hora est.

**V**T ne fœminis mares, nec verò contra maribus fœminæ, neque senioribus adolescentes (cum minimè hoc per ætatem cõueniat) compatries in confirmationis Sacramento adhibeantur; ni- si id aliter necessitas aliquando postulet.

Quod antiqui ritus est, id seruetur, ut compater dextera suscipiat & teneat, quem in hoc Sacra- mento ministranti episcopo offert.

Si verò qui offertur, adulta ætate est, pedem suum super dexterū compatriis qui ipsū of- fert, ponat: id quod non sine mysterij signifi- catione fit.

Quam ob causam, & qui confirmatur, & pa- trinus tunc coram Episcopo confirmante stet.

Qua pietate p- sentes adsint fi- deles.

**D**VM Sacramentum hoc Episcopus ministrat, non modò qui illud suscepturi sunt, quiq. eos offerunt, sed omnes quicumque præsentés sa- cro illi ministerio adsunt, sanctè pièq. orent, ac summa animi attentione spectent, quod in ea solemnè mysterij celebritate peragitur.

Tum verò mente secum reputent cœlestia illa Spiritus sancti dona, quæ illius sacramenti vir- tute fidelibus impartiuntur; in primisq. tacita meditatione videant, quas in illis ipsi progres- siones habeant; anq. vitam agant tanta cœle- stium donorum vberrime dignam.

Turpia aut ridi- cula nomina in confirmatione mutanda.

**C**VRET etiam episcopus, ac parochus, vt qui turpe, ridiculumè nomen habet, neque pla- nè conueniēs christiano homini, illud mutet, sumatq. in cõfirmationis Sacramēto nomē ali- cuius, qui veræ pietatis, sãctæq. religionis lau- de floruit; vt qui hætenus non ad normam Christi Domini vitam instituit, iam abiecto eiusmodi nomine, depositoq. veteri homine, & antiqua socordia, rursusq. nouo, ac san- cto suscepto nomine, virilem in sanctè agen- do constantiam perpetuò deinceps præstet.

Cõfirmati f. 6s diligèter abster- genda.

**C**ONFIRMATI frons chrisimate ab Episco- po illita, primùm bombyce diligenter à Sacer- dote abstergetur; mox à clerico in sacris cõsti- tuto aqua lauetur. Quæ aqua in baptisterij sa- crarium proijciatur.

*Quæ ad sanctissimæ Eucharistiæ Sacramen- tum pertinent.*

Prou. 1. par. 2. pag. 8.

Eucharistia quo- potissimum tẽ- pore ministran- da, & qua ratio- ne.

**H**O C institutum quod antiquissimi ritus est, sacerdos religiosè seruet, vt intrà Missa- rum solemnè, postquam scilicet sanguinem ipse sumpserit, si fidelibus sacram communionē sumpturis ministrat.

Nec verò tamen illam ministrare vetitum sit, si quando occasio tulerit, vt quis alio tempore quàm in Missa sumpturus sit.

Cum autem peracto Missæ sacrificio statim eā ministrat, vestibus sacerdotalibus, quibus in Missa vsus est, indutus ministrat, casula tan- tum deposita, & manipulo item.

Si verò non statim, sed alio post tẽpore quàm

in Missæ sacrificio; tunc superpelliceo, stolaq. alba, & vbi ritus Ambrosianus est, rubra vtiat. Verùm pluuiali Episcopus indutus sit, quando illam non in Missæ sacrificio ministrabit.

**I**s ordo præterea adhibeatur, vt primò ecclesia- sticis hominibus superpelliceo indutus, si verò sacerdos quis est, stola etiam, quæ signum cru- cis ad antiqui canonis præscriptum in pectore exhibeat: deinde laicis maribus, tum fœminis sacra communio ministretur, loco distincto, vt in Concilio prouinciali quarto cautum est, eaq. ratione dispositis, vt altari maiori terga- ne vertant.

Tit. eo. S. quod Tolet. pag. 137.

Sacerdos illam ministraturus, antequam præbeat, vnicique cui ministrabit, sigillatim illa ver- ba pronunciet: *Corpus Domini nostri IESV CHRISTI custodiat animā tuam in vitam æternam.* & qui suscepturus est, prius respon- deat, *Amen.* Id quod antiquissimi institu- ti est, nec sine mysterij significatione fieri san- ctissimus pater, & ecclesiæ catholicæ Doctor Ambrosius scribit.

Populus autè ad tabellæ instructionis, quæ pro- pterea iussu nostro edetur, præscriptum, doce- tur qua ratione sanctissimum Eucharistiæ Sa- cramentum religiosè decoreq. percipiatur, ne quid accidat, quòd illius augustæ diuinitati, ac sanctitati non conueniat.

Laici regulari- bus inferuientes in parochiali ec- clesia in pascha communicent.

**L**AICI famuli, quicumque regularium mona- stio Paschæ tempore in sua quique ecclesia pa- rochiali sacram communionem sumant.

Eucharistia qua- rone ad ægros deferenda.

Cum verò ad ægros omni reuerentia, omniq. reli- giosi cult. studio, atque honorificè quoad eius fieri potest, afferenda illa sit, neque id noctu cõ- modè fieri queat; vetitum propterea sit, ne noctu afferatur, nisi ægri mortis periculū instet. Parochus ægroto illam allaturus, accuratè hæc præmoneat. primùm vt ægrotatis cubiculum ab omni sorde, omniq. inquinamēto purget; & amota omni re profana, pio apparatu, & sacris imaginibus vbi potest exornetur; tum præterea mensa, mappa nitida puraq. contra- ta, cruce, aliaq. effigie sacra, candelabris & can- delis cereisue saltè binis instructa appareatur, in qua super corporali pixis cū sanctissimo ip- so Sacramento collocari possit: sit etiam vas vi- treum ad ablutionis vsū.

Quæ omnia, vt ab ijs qui ægroti curam habēt, parentur, cura sit in primis confratrum sanctis- simæ Eucharistiæ.

Apud eos verò, qui præ eorum egestate ino- piaq. id præstare non poterunt, ipsi sodales apparent.

Deinde idē parochus, & vesperi pridie illius diei, quo sacram Eucharistiam allaturus est (si eo tempore de hoc officio præstando certior est) & tunc item paulò scilicet antequā afferat, certis campanæ percussionibus confratres san- ctissimi Sacramēti, & clericos, & reliquos fide- les, præsertim illius parochialis vicinæ euocari mādēt, qui illud pia veneratione prosequatur.

T 3 Post

Post ipse ubi manus lauerit, ad altare genibus flexis paululum tacitus religiosè orer: tum superpelliceo, stola, ac vt alio Concilio decretum est, pluuiali ubi potest se induat. Sacerdotes vero ceteri, clericus qui comitant, superpelliceum adhibeant; si canonicorum capitulum sit, cappam, vel almutiam, aliudue indumentum, vt illis in choro moris est.

Reliqui fideles bini prosequantur capite aperto, & quam plurimi candelis accensis: ac primo loco viri, in quibus scholares sanctissimi Sacramenti præcedant, postremo feminae.

Omnes, præsertim ecclesiastici homines, hymnos, & psalmos penitentiales, aliosue intima animi pietate simul cum parochis, sed alternatim pronunciant; atque alij item religiosè orent.

Cum quis sacerdoti sanctissimi corporis Domini sacramentum ad ægros ferenti, aut cum eodem inde redeunti obuiam sit, dum vel equo, vel curru, vel iumento vehitur, ubi primum illum id ferentem viderit, inde statim descendat; humiq; flexis genibus tandem in adoratione permaneat, quoad ille cum sacramento transiit. At verò omnis, siue sacerdos, siue clericus, siue laicus, quicumque eidem sanctissimo sacramento obuiam fiet, pro christianæ religionis cultu, domum vsque eius cui ministrandum est, & ad ecclesiam quoque quò reditur, pia veneratione prosequi & comitari omnino studeat, nisi necessitate, causauit vrgenti vehementer impediatur.

Id omne vt cuncti fideles studiosè religiosèq; præstent, illos vnusquisque parochus quam sapientissimè ac diligentissimè commonefaciat.

Familia verò quæ domi habitat ubi ægrotus est, sanctissimo sacramento ad Ecclesiam vsque, vel saltem extra ianuarum fines obuiam procedat cum cereis accensis, & omni alio interiori & exteriori pietatis cultu, depositisq; planè armis.

Sacra communio ad ægrotum non deferatur, nisi ad eum qui verè illam sumpturus est. Si verò aliquando sit, vt dum ad eum parochus venit, morbi vi ita affectum illum inueniat; vt eam tunc ministrare ritè non possit; collocata pixide super corporale in mensa eo nomine appolata, paululum moretur, dum genibus flexis, vnà cum ceteris qui adsunt, ac potissimum cum ægrotis ipso sanctè orer; ac postea recessurus, eucharistia pixide inclusa eidè benedicat. Quòd si ægrotus ipse id vehementer exoptat, sacramentum aperta etiam pixide liceat ostendere adorandum.

Cum quis periculose ægrotans, ac etiam penè in extremo spiritu sanctissimam eucharistiam, & sacramentum extremæ vnctionis suscepit, si postea aliquot dies superstes sacramentum communionem sibi ministrari petit; eius pio religiosèq; desiderio parochus ne desit, modò ne pro viatico iterum in eodem morbo præbeat: cum id à sanctis patribus olim fieri consueuisse traditum sit.

Reus capitis damnatus, quo die pro viatico san-

ctissimum corpus Domini sumpsit; Christo Redemptori, qui pro illius etiam anima sanguinem in ara crucis profudit, à pijs iudicibus magistratibusq; illo ipso sanguine redemptis tribuatur, vt ne eo die supplicio afficiatur, vt multis locis piæ & laudatæ consuetudinis est.

*Quæ ad penitentiae Sacramentum pertinent.*

Prou. 1. par. 2. pag. 10.

**V**T Ad sanctum penitentiae sacramentum fideles sollicitè diligenterq; accedant; id parochus præstet, vt in hebdomada quæ quadragesimam proximè præcedit, ad patrum familiarum aedes, quæ intrà parochiæ suæ fines sunt, sigillatim eat; ac videat accuratè, qui obligatione huius sacramenti suscipiendi, & sacrae Eucharistiæ Paschæ tempore sumendæ deuincti sint, eorumq; nomina rectè describat: ac singulos prætereà, eosq; præsertim qui perrarè confitentur, moneat, vt ne confessionem differant in postremos illos quadragesimæ dies, quibus sacerdotes vel ob mysteriorum celebritatem assidua diuinorum occupatione ab audiendis confessionibus impediuntur; vel frequenti tunc concursu fidelium defatigati, ita in eo ipso munere præstando ferè opprimuntur, vt tantum, tantum salutare ministerium in confertissima multitudine uix rectè illis præstare queant.

Proinde quadragesimæ hebdomadas pro populo sibi commissi ratione sic partiri curet, vt alias huic, alias illi viciniae familiarum, aut partim viris, adolescentibus & pueris, partim mulieribus, virginibus, puellisue præstituatur, quibus ad confitendum distinctè, atque in tempore accedant.

**I**N ijs, quæ ad sacerdotes pro sacrae confessionis ministerio vel examinandos vel probandos pertinent, ne prælatus etiam regularis & exemptus se in aliena diocesi vilo modo ingerat: sed eam omnem illos examinandi probandiq; curam Episcopo diocesano planè relinquat.

Cum pro temporum varietate casuum reseruationem ab Episcopo aliquando mutari expediat, quò planius illos casus ei reseruos confessarij sacerdotes perpetuò norint; eos Episcopus singulis annis vel in synodo diocesana, vel in eunte Ianuario promulget, ita vt quæ illorum casuum promulgatio proximè facta est, vim habeat quoad altera fiet.

Ab ijs verò casibus proximè promulgatis si quis confessarius cuiusvis ordinis sine facultate scripta ab Episcopo data aliquem absoluerit attentarit, excommunicationis pœnam ipso facto subeat. Si verò ab vno aliquo speciali casu reseruato, & altero item, aut etiam pluribus absoluendi facultas aliquando sigillatim petetur, verbo etiam sine scripto concedi poterit, tum aliàs etiam quando Episcopus ita faciendum censuerit.

Ne facultatum priuilegiorum iure, quæ cuiusque

Parochi in paschate fidelibus præscribant confitendi tempus.

Confessarij à solo diocesano episcopo examinandi & probandi.

Quædam de casuum reseruatione.

que etiam Rosarij, & cruce signatorum Scholæ, confratriæ, Collegionè etiam laicorum, quæuè Collegis Confratribusue in eo adscriptis ante vel post Concilij Tridentini confirmationem concessa sunt, confessarius, cuiusvis ordinis sit, ab ijs casibus quos sibi Episcopus in sua Diocesi reseruauerit, penitentes sine illius facultate absoluat.

Si contrà fecerit, suspensionem à diuinis ipso facto incurrat.

Confessarij quo habitu, & quatione confessiones audiant.

**E**PISCOPVS quò decentius atque adeò religiosius sacramenti huius administratio fiat, presbyteros confessarios, etiam qui alicuius congregationis clericorum regularium, alteriusue societatis regularis sint, ad audiendæ confessionis officium ne admittat, neue illam audire etiam in suis ecclesijs sine superpelliceo & stola patiatur.

Efficiat verò, vt reliqui regulares tam monachi quam mendicantes, in hoc ministerio habitum vestitumq; adhibeant, quem ex Regulae præscripto in choro ad diuina officia celebranda adhibent.

In his canonici regulares congregationis Lateranensis cenſeantur, cum ad rochetum cappam etiam extrinsecus adhibent.

Omnes verò videant, ne extra ecclesiam oratoriumue confessionem audiant, præterquam ægrotantium, etiam virorum, nisi ob vrgentem causam.

Confessarius quicumque, vel secularis vel regularis sit, non stando, sed in sede tanquam pro tribunali iudex sedendo sacram confessionem audiat penitentium, quales quales sint, etiam in summo aliquo dignitatis gradu constituti.

Itidem faciat cum absolutionis sententiam pronunciat.

Quod in ecclesia antiqui instituti, veterisq; consuetudinis est, rectè omnino seruet, vt dum absolutionis formulam, precesq; adiunctas profert, supra caput penitentis manum dexteram eleuet: id quod etiam cum mysterij significatione fit.

Fideles humiliter ad confessionem accedant.

**I**N penitentiae sacramento magna humilitas summe necessaria est.

Itaque penitentes, cum ad confessarium qui Christi Domini locum in eo ministerio tenet, accedunt, intimo animi dolore, omniq; humilitate, non subiectis puluinaribus (si necessitas aliud non postulat) se se ad illius pedes projiciant ac prosternant: id quod ab apostolicis vsque temporibus in more vsuq; positum est; vt se reos agnoscant, atque profiteantur mortis aeternæ.

Dum confitentur, sint manibus iunctis, digitis paululum erectis, oculis demissis.

Penitentia publica & solennis ad usum reuocanda. Tit. eod. §. Studeat episcopus. pag. 93.

Quod in Concilio provinciali tertio de penitentia & publica & solenni, sacrorum canonum iure, & œcumenicæ synodi Tridentinæ auctoritate sancitum est: id ad usum inducatur, vel reuocetur, atque adeo ritè rectèq; præstetur, prout instructionibus, quæ ad communem to-

tius prouinciæ vsu iussu nostro edentur, ex canonum fontibus, sanctorum hominum disciplina, ecclesiasticisq; institutis præscriptum erit.

**C**ONFESSARIJ omnes qui in vrbe sunt, tum aliquando per annum, vt in Concilio provinciali quarto constitutum est, tum præcipuè semel hebdomada prima quadragesimæ, iterum aduentu ineunte ad se Episcopus conuocari curet, cum ijsq; agat, vt eodem Concilio cauetur.

Confessarij quo tempore ab episcopo conuocandi. Tit. eod. §. Episcopus pag. 140.

*Quæ pertinent ad Sacramentum extremæ vnctionis.*

Prou. 1. par. 2. pag. 12.

**N**E pueris, qui nondum vllum rationis usum habent, sacramentum extremæ vnctionis ministretur.

Parochus, si per errorè aliud oleum quam quod infirmorum est, ad ægrotum vngendum vnquam adhibuerit, etiam si chrisimatis, aut thecumenorum sit; vt erratum emendet, olei sacri quod proprium infirmorum est, vnctionem eidem adhibeat: tuncq; Sacramenti formam iteret.

Æger, si dum sacro oleo vngitur, extremum spiritum emisserit, parochus vngere desistat.

Si verò aliqua morbi vis de repente illum oppressit, vt dubitetur, viuis ne sit, an mortuus; ea conditione in vngendo vtatur: *si es viuis, per istam sanctam vnctionem &c.*

Ne alius sacerdos nisi parochus hoc Sacramentum ministret.

Si porrò is impeditus, aut aliàs in mora est, mortisq; periculum instat, tunc sacerdos alius ministret licet.

At caueat parochus, ne in eo ministrando negligentiam, vllamue moræ culpam contrahat. Alioqui si ad illius ministrationem accersitus, ire neglexerit; cum rationem Deo reddet, tum pœna ab Episcopo grauiter plectatur.

Is porrò ad omnem huius Sacramenti in tempore administrandi diligentiam, præterquam quòd præcipuè curæ suæ, quæ sanctæ sollicitudinis plena est, officio valde admodum perpetuò excitetur; proposito etiam sibi ex episcopo sanctissimi Episcopi Malachiæ accendatur, qui tam vehemèti animi dolore ex eo affectus est, quòd culpa sua mulier quædam Sacramenti huius gratia fraudata decellerit, vt totam noctè orando, gemendo, lachrymando consumpserit, lachrymarumq; vi quasi maximo imbri, pro oleo sancto quod non ministravit, mortuam perfuderit.

Manè autem exaudiuit Dominus sanctum suum: ita vt illa è morte tanquam è somno excitata, electo se se erigens, sacramentum hoc ab eo acciperit, ac deinceps à morbo conualuerit.

Quod Concilio Agathensi cautum est, id vnusquisque parochus præstare curet; vt Missæ sacrificio peracto, si quos in parochiali vicinia ægrotos habet, frequenter, atque adeo quotidiè, quantum per alias suæ curæ parochialis occupata-



cupationes potest, inuisat, atque eisdem præstet, quæ sunt sollicitudinis, munerisq. parochialis officia, prout opus esse viderit.

Vt Episcopo, eiusq. Vicarijs, aut visitatoribus aliquando constet diligens parochorum in salutaribus illis officijs, quæ fidelibus ægrotantibus illi debent, cura; eorum vnusquisque librum præcipuum habeat, in quo sigillatim & præscribat singulis diebus parochiæ suæ incolas, qui mortem obierint, & quæ sacramenta eorum vnique ministrarit, & præterea quando commendationis animæ officium præstiterit, & quo die hæc singula ministrarit.

## CONSTITVTIONVM PARS SECVNDA.

### De cura Pestilentia.

**SUPERIORIBVS** proximis annis funesta pestilentia contagio primum vrbes aliquot Italiae celeberrimas, oppida permulta, & pagos complures; deinde sensim longè, lateq. dimanans, Mediolanum, eiusq. diocesim ferè omnem, & aliquam prouinciæ partem ita vehementer inuasit, vt multiplicem, variamq. stragem ediderit.

Quo afflictissimo tempore res multas commiseratione, lachrymis luctuq. dignas, & aliunde audiimus, & oculis nostris in vrbe diocesiq. Mediolanensi adspeximus.

Tanta enim illius vis est, tamq. vehemens, vt cum occultè in omnes partes progrediens, breui momento temporis quasi repentino quodam imperu turbidæ tempestatis homines obruat, teterrimi contagij metu omnes ferè constententur.

Quamobrem eo pauore animi commoti, atque obstupefacti plerique, tantum abest vt officij sui partes fortiter amplectantur, vt quasi è metis suæ statu repente dimoti, ne cogitare quidem, nedum deliberationes consiliaq. suscipere possint, quid in calamitate publica expediat, & quid planè necessarium sit.

Alij verò eo metu affecti, dum humanæ prudentiæ cautionibus se tueri volunt, eam sibi sollicitudinem, quæ tota mundanæ diligentia præfidijs nititur, ita præposterè struunt, vt religionis, pietatisq. christianæ si omninò non obliuiscuntur, eius tamen officia intermittant. nã sæpè fit, vt Missæ sacrificio interessè, sacramenta suscipere, ecclesiam frequentare, ad conciones sacras conuenire, supplicationes publicas, publicaq. orationis munus obire negligat; & quos cognationis gradu cõiunctissimos, quosque charos habent, si quando fortalsè in pestiferam labem, aut in suspicionem eius inciderint, non modò illos non curent, sed etiam ab ijs ipsis longè admodum refugiant.

Atque hæc quidem ipsa animi percussio, cum eos inuadit, qui potestate, auctoritate, & opi-

bus præstant, certè multis partibus calamitosior est, quàm omnis pestis contagio: cum inde non mora solum aliqua, sed etiam impedimentum non mediocri procuratori & apparatui remediõrum afferatur, & alia deinde multa perniciofa damna existant.

Immo quod graue est, inde accidit, vt egenibus aliquando alimenta necessaria non suppeditentur; pestiferis plagis medicina nõ adhibeatur; & subsidia spiritualia (id quod grauissimum est) interdum non ministrentur; ecclesiasticæ stationes nonnullis in locis deserantur; diuinorum officiorum cultus sæpè negligentior sit, pietatisq. christianæ exercitationes languescant.

In tanta igitur rerum difficultate, pro paternæ charitatis studio, proq. Archiepiscopalis officij nostri munere, necesse habuimus multiplicem sollicitudinem suscipere, multos labores subire, multas functiones exequi, quas à pasto regre sibi commissõ præstari, & christiana charitas, & pastoralis curæ ratio efflagitabat. At omni rationi planè consentaneum est, vt quemadmodum parens optimus qui filios vnice diligit, cum in præsentem, tum in futurum eis prospicit, ac parat quæ sunt ad vitæ cultum necessaria; ita nos paternæ charitatis officio adducti, omni præcautione fidelibus prouinciæ nostræ in hoc concilio prouinciali quinto consulamus, prouideamusq. deinceps, quæ experiendo cognouimus, pestilentia tempore salutaria esse adiumenta.

Id verò etiam maximè faciendum censuimus, cum præfertim subuerendum sit, ne aliquando ob eandem Dei offensiones, ob maleq. facta, quorum seminaria nondum euulsa sunt, iterum illa pestifera labes in prouinciã nostrã irruat. Atque hæc quidem ipsa ob eam præterea causam præcauere volumus, quod cum pestis vis subito irrumpat, atque dimanet, non modò de ijs quæ opportuna sunt, maturè deliberandi, consultandiq. tempus relinquit, sed celerrimè agendi necessitatem omnem imponit.

Accedit etiam, quod illius calamitatis, atque incommodorum recens memoria cum sit ac recordatio; hoc tempore facilius multò est, quàm multis post annis eo de genere adiumenta opportuna excogitare, consiliaq. adhibere; dum præfertim superstites adhuc sunt, qui semel pestiferæ contagionis mala & detrimenta experti sunt.

Est verò illa item ratio, quod cum nos in hoc prouinciali conuentu, spiritualibus præfidijs, misericordiãq. operibus è charitatis fonte manantibus, vnuerfos & singulos omnis generis & ordinis homines in pestilentia tempore instruimus; hæc tota nostra vel instructio vel præcautio eò refertur, vt officiorum sanctitate, & operum religione, quasi pro publicæ valetudinis recuperatæ munere, grati animi erga Deum testimonia demus, atque afferamus.

Partitio

### Partitio officiorum, quæ pestilentia tempore præstanda sunt.

**SUNT** igitur permulta officia, quæ pestilentibus temporibus christiana charitas docet præstanda esse; siue tẽpus spectetur, quo primum pestis suspicio, periculumuè imminet; siue locus inspiciatur, in cuius viscera illa miserandum in modum se se infudit; siue hoc ipsum consideretur, cum scilicet ea paulatim languescente, non solum spes recuperandæ publicæ valetudinis ostenditur, sed cum ad omnem à morbo confirmationem maior in dies progressio fiat, demum omnis inde cõualescẽtia existit. Atque in ijs quidẽ officijs alia propria vnus cuiusque sunt, vt potè Episcopi, & parochi, & cleri tam sæcularis quàm regularis, & magistratus, & patrisfamilias, & omnis denique populi: alia verò quædam cõmunia, quæ eiusmodi sunt, vnde illa quæ propriè præcipueq. à singulis præstanda sunt, proficiuntur, atque emanant.

### Officia multiplicis considerationis communia.

**I**n communibus porro officijs, in quorum assidua cogitatione atque vtu omnes se se pie exercent, hæc sanè erunt.

Primum secum tota mētis cogitatione, totoq. animo reputabunt omnes homines: quæ, & quanta pestilentia vis sit; quàm tetra illius contagio; quantas, & quàm varias strages breui edat; quàm multas miserias, quàmq. horribiles calamitates rebus publicis importet; quàm breui animi consternatione cunctos vel fortissimos viros aliquando afficiat; quàm valde ob eam causam formidolosa, quod ita derepente ab hoc sæculo ad tremendum illud Christi Domini iudicium animas abripit.

Deinde attentissima meditatione cõsiderabunt, à quo pestifera illa lues existat; nempe à Deo, cuius voluntati in primis illam acceptam referent.

2. Reg. 24.

Dauid enim optione data trium calamitatum, pestis, famis, & belli, in ea deliberandi facultate pestilentiam maluit, cum dixerit, *malle se in manus Dei, quàm hominum incidere.*

Tum causas, quamobrem peste Deus mortales affligat, diligenti indagatone perquirent. Atque in ijs quidem causis cum multæ aliæ afferantur, ob quas calamitatibus, miserijs, aduersisq. rebus homines ille diuexet; tamè hoc sibi certò persuadeant, quod à sanctissimis patribus traditum est; cum Dei maiestatem multis hominum peccatis flagitijsq. lædi ac violari vident, hanc ipsam causam potius esse, cur is calamitates & plagas infligat, eo tamen consilio, vt in viam reducat homines; ne vt ait S. Paulus, *cum hoc mundo damnentur.*

In eam præterea cogitationem incubent, quàm multiplex, quàmq. ampla materia, & quasi se

ges christianæ virtutis, charitatisq. exercendæ detur illa tam graui afflictione, grauissimisq. illis, & permultis difficultatibus, quas secum pestilentia inuehit.

Qua in cogitatione videant simul, meritorum quibus adiutrice diuina gratia ad cœlum via manitur, fructus inde extare posse & amplissimos & vberimos.

Hæc porro per se satis explorata sunt meditationum cogitationumq. officia, in quibus pestilenti tempore fideles assidue versabuntur: sed multa inde consequuntur, quæ eo ipso præfertim tempore in omnium animis mētibusq. perpetuò infixæ inhærere debent.

Atqui in ijs illud maximè sibi propositum habebunt; quantò anima corpori præstat, tantò studiosius animæ cura & sollicitudo, corporis incolumitati & studio in periculo præferenda est, in quo & anima & corpus eo pestilenti tempore versatur.

Immo verò illud pro certo exploratõ habebant, à Deo potissimum & publicam & priuatam singulorum incolumitatẽ, prosperamq. corporis valetudinẽ omni pietatis officio implorari oportere. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam,* inquit propheta.

Psal. 126.

Quamobrem sciant spem omnem irritam atque inanem esse, quæ Dei ope in primis non nititur; sed tota solum vel in humana prudentia diligentia, aut in rerum copia atque opibus, aut in corporis robore & viribus, aut in alijs id generis præfidijs collocatur.

In animum autem perpetuò inducent, recuperandæ & publicæ & priuatæ valetudinis incolumitatisq. eas potissimum rationes esse, quæ ad Dei gratiam reconciliandam, ad verã peccatorum penitentiam, ad prauos vsus emendandos diligentissimè conferuntur.

Iis porro officijs & rationibus neglectis aut prætermisissis, cetera putabunt parum valere, immo planè inutilia esse; illa verò etiam perniciofa admodum remedia, quæ secum peccatum coniunctum habent.

Hæc omnia cum sibi quisque perpetuò persuasa habeat; tum maximè & priuatis colloquijs, & publicis concionibus, nõ solum Episcopus, sed parochi & concionatores pro suo quisque munere in hominum mentibus quàm diligentissimè inferere studebunt, tanquam semina quædam officiorum ferè omnium christianorum, quæ infra explicata, & demonstrata pestilentibus temporibus præstanda sunt.

His porro officijs cogitationum meditationumq. certarum, quas eo de genere sibi fideles animo rectissimè conceperint, instructi, non modò non languescunt; sed valde etiam se excitabunt in omnes partes præstandi christianæ charitatis opera.

De

De presentia &amp; constantia omnium.

**S**I villo vnquam tempore vel afflictissimo, aut Episcopi sollicitudo, aut Sacerdotum ministerium, aut magistratum, decurionum, & aliorum omnium, qui praesertim prudentia, fortitudine, constantia, charitate, alijsq. virtutibus praestant, studio quam diligentissimo opus est; certe in pestilentia, cuius immanissima vi, repentinoq. impetu cuncta, nisi eorum virtute fulciantur, breui labuntur atque ruunt, est maxime necessarium.

Itaque ij omnes, singuliq. labenti patriae, & auctoritate, & exemplo, & muneris commissi officio opè necessario tempore ferre studebunt: proindeq. non modò illam non deserent, (vt imperita multitudo aliquando factitare consuevit, vt potè quæ ab omni consilio inops, vulgo consternata, ac sola tantùm pestis voce perculsa, longè refugit;) sed in eius custodia, quasiq. vigilia ita permanebunt, vt à rebus & publicis & priuatis, quibus eorum potestate, aut officio, virtuteq. succurrendum est, oculos nunquam deiciant.

Nec verò in tanta omnium perturbatione ac trepidatione animo demisso & contracto erunt; sed forti, magno, atque adeò paratissimo ad omnia charitatis officia, & ministeria.

Neque propterea in ancipiti liberatione verfabuntur, aut in quaestionem adducent, quæ ipsi officia necessario praestare debeant, quæ rursus minus necessaria, quouè iure illis praestandis deuincti; sed ardenti dilectionis & pietatis studio incensi, cuncta potiùs ijs officijs mentientur, quæ sibi in summa ea necessitate periculouè constitutis praestari ab alijs maxime velint.

Hæc ipsam porrò rationem atque vsum, in populis etiam finitimis peste aliaue calamitate ob pestem afflictis subleuandis & adiuanandis adhibebunt.

Et quoniam cunctis alijs studijs atque officijs potior, multisq. partibus praestantior est spiritualis cura, paternaq. charitas, quam Episcopus, parochi, animarum curatores, & sacerdotes, tanquam optimi parentes de filiorum salute solliciti omni paterno studio conferunt: ideò ipsos in primis admonemus, vt praesentes adsint pestilentiae tempore, quo fideles opus admodum habent, & ipsius Episcopi auxilio, & eorundem parochorum, sacerdotumue ministerio, cum ad cætera omnia charitatis misericordiaeq. opera atque officia; tum maxime ad spiritualia adiumenta, & ad Deum, non solum precibus; sanctissimisq. orationibus, sed etiam omni alia ratione placandum.

Quamobrem ob oculos sibi proposito tam magno populi sibi commissi periculo, paternae charitatis viscera indutus, constantiq. illa Episcopalis animi virtute praeditus, quacunque pietatis officia à parente optimo filijs praestari afflictissimo illo tempore oporteat; ea studio, &

ministerio suo ita praestabit, vt ad omnia charitatis christianae opera cæteri homines inflammentur; cum maxime singulari & egregio illo suo exemplo, tum verò etiam pio quodam ardore sanctarum cohortationum, quas ad clerum, ad populū, ad magistratus, decurionesq. praesertim adhibebit, vt vniuscuiusque studiū officiumq., tum vniuersè, tum sigillarim excitet & inflammet, cunctosq. in curæ suae officijs constantissimè contineat.

Parochi autem, animarumue curatores, tantū abest, vt necessario eo tempore populum cuius curam gerunt, aliquo modo destituant; vt fixa animi deliberatione sibi statuendum putent, omnia prorsus etiam mortis pericula paratissimo animo subire potius, quam fideles Christi sanguine redemptos, ac sibi praecipuè in curam traditos, in summa pene omnium adiumentorum necessitate deserere.

Reliqui etiam Sacerdotes, & clerici, qui ecclesiae stipendio aluntur, vt Dei laudes concelebrent, precesq. pro populo adhibeant; tunc maxime intelligent sibi in statione, & quasi in perenni vigilia quadam sacerdotali & clericali manendum esse, cum diuinæ iræ placatio exoretur oportet supplicationibus, litanijs, sacrificijs, frequenti sacramentorum vsu, & alijs christianae religionis ministerijs, quæ potissimum sacerdotalis officij sunt.

Populus verò nō modò longius à patria (quæ vna omnes omnium charitates complectitur) non refugiet; sed pra illius amore persistet: hocq. vnum sibi praescribet, vt ereptis morum erroribus, conuulsisq. vitiorum seminibus, vnde pestiferam labem atque exitium comparatum esse existimare debet, criminum & peccatorum quacunque conceperit, admiseritue, verè sancteq. poeniteat, & vitæ emendandę propositum fixa deliberatione suscipiat.

Supplex item quàm frequentissimè ad Deum confugiat, qui in medio etiam nubis & afflictionis arcum propitiationis suae ostendit; funestaq. ærumna oppressos, suae item diuinæ benignitatis ope subleuat.

#### Episcopi sollicitudo in orationibus publicis.

**I**AM verò Episcopus, ad quem gregis custodiendi perpetua cura refertur, vt vniuersi populi supplicantis religiosa solemniqu. oratione Deum placet, cum primùm in locis finitimis pestis grassatur, certas statasq. publicas processiones triduanas, non semel, sed iterum, atque adeò sæpius si opus erit, & in vrbe, & in diœcesi indicet: quas ieiunio, elemosina, sacco, cilicio, omniq. mesto & lugubri amictu, pedibus nudis, capite aperto, omni poenitentiae publicae modo, vocibus ex intimo animo ad misericordiae implorationem emissis, gemitu, lachrymis profusis, intentissimo assiduarum precum studio, & omni denique nō externo

terno solum sed interno pietatis religiosae officio, sanctè agi atque celebrari studebit.

Ad quas processiones etiam Sanctorum reliquias sacras, praesertim quæ insigniores sunt, vniuersè aliquando adhibebit.

Statam illam & solemnem orationem quadraginta horarum religiosè celebrabit: ad quam vniuersus clerus & populus, per certas regiones & parochias distinctus, ex Cœcilij prouincialis quarti decreto, piè, & ordine cōueniat. Atque in eius quidem celebritate quò religiosus omnis clerus populusq. ad publicam precationis studium excitetur, sermo breuis stas singulis horis habebitur à perito sacerdote, qui orantes vehementius inflammet.

Curabit etiam, vt omnes & singuli peccata confessi, certo dominico alioque festo die sacram communionem sanctè sumant.

Statas praeterea processiones, quæ speciatim ab vniuerso vniuscuiusque collegiatae ecclesiae clero, etiam regulari, & ab vnaquaque ciuitatis vel diœcesis regione in singulas hebdomadas fiant, certo praescripto modo instituet.

Certarum ecclesiarum, in quibus praesertim insignia pieratis & religionis monumenta extant, visitationem constituet; vt ad eas scilicet supplicandi causa ac studio, vniuscuiusque viciniae parochialis populus collegiatim certis diebus conueniat.

Orationem matutinam ac vespertinam ardentius excitabit; & verò vbi intermissa est, restituet quàm diligentissimè.

Orationem item sine intermissione vbique & in vrbe & in diœcesi, certa parochialium, collegiatarumq. ecclesiarum, ac Monasteriorum praeterea distinctione, indicet, atque statuet.

Litaniarum etiam quotidianarum, quas & domi & foris certis locis, in ecclesijsq. praesertim adhiberi curabit, certam rationem inibit. Ieiuniū si minus in hebdomada pluribus diebus, at in feria sexta saltem vel Sabbato, praet statos vigiliarum dies à populo agi suadebit: alia praeterea verè poenitentiae signa diuinæ misericordiae implorandae studio suscipienda demonstrabit.

In ijs quoque religiosi adiumentis illud etiā adhibebit, vt vniuscuiusque parochiae adibus, domicilijs, & habitationibus parochi singuli stata religiosa prece ritè benedicant, ad instructionis eo de genere in hoc Cœcilio edita praescriptum.

Vt autè denique totius prouinciae populi supplicatione etiam adiunetur, eo necessario tempore literas de periculo suspitioneue pestilentiae ad Metropolitanum, ceterosq. prouinciae Episcopos celerrimè scribet.

#### Cura Metropolitanæ, & prouincialium Episcoporum.

**P**ESTILENTIAE, quæ vrbi locouè prouinciali imminet, periculo audito, Metropol-

itanus eam curam cogitationemq. suscipiet, vt non solum in Metropolitana vrbe eiusq. diœcesis, sed in vniuersa prouincia supplicatione, orationem, & alia pietatis opera indicat literis omni cohortatione plenis.

Reliqui prouinciae Episcopi, ei cuius diœcesis ex peltis periculo laborat, charitatis officia nauare non different.

Illi animum spiritumq. addent, & maiorem omni officiorum ratione facient, ad episcopalis paternaeq. charitatis partes, in pestilentia si irrepleverit, exercendas.

Quod officium sæpius praestabit vicinior Episcopus.

Proposito etiam exemplo sanctissimi Pontificis Cornelij, & beati Cypriani Episcopi, martyrum, quorum alter alteri in laboribus & periculis versanti literas plenas cōsolationis scribebat, Episcopum crebris literis consolabuntur item, & confirmabunt.

Curam etiam aliquam inibunt, vt de illius & diœcesis & vrbs statu certiores aliquando fiat, quò ardentiori studio flagrent subleuandi necessitates.

Studebunt in primis ei opem afferre, tum oratione publicisq. supplicationibus, tum etiam elemosinarum, prout vnusquisque poterit, largitionibus.

Omnem aliam praeterea rationem quisque diligentissimè exquiret, qua fratris Episcopi, eiusq. etiā populi periculo, & difficultatibus cum eo coniunctis opportunè ac benignè succurratur.

Id omne pietatis officium Metropolitanus longè flagrantiori studio praestabit; vt eius exemplo ac documento cæteri prouinciales inflammentur ad rei piæ imitationem.

#### Sollicitudo Episcopi in morum corruptelis eripiendis.

**E**PISCOPVS praeterea cuius diœcesis in periculo pestis verlatur, tunc in primis accurate inuestiget, quæ potissimum corruptelae, quæ publica peccata sint, & quæ scelera flagitiaue, quibus Deus maxime offendatur, eiusq. ira cōcitetur. Hæc igitur cum funditus cōuellere studeat, tum verò ea quacunque sint diuino cultui repugnantia.

Ac rursus omnia pietatis officia in vsum vt diligentissimè reuocentur, sedulo curabit.

Sanctioris disciplinae initium à se faciet, perinde ac si peccatis suis potissimum, pestilentiae qua populus affligitur, causam dedisset; proinde in eo attentè figet oculos, vt accurate perspiciat, quid à se velit Deus, quid iubeat, quid prohibeat.

Ad normam voluntatis diuinæ omnia sua consilia, omnes cogitationes, omnia opera & verba, omnes denique vitæ suae rationes conformabit: & officij sui pastoralis momenta diuini iudicij legibus perpendet.

Et

Par. 2. tit. quæ ad S. euch. sacr. pert. §. orationis. pag. 138.

Supra pag. 218. §. Veterem.

Et sua, & populi peccata pijs & crebris gemitibus deplorabit.

Affidua prece, summaq. sanctissimæ orationis contētione diuini luminis illustrationem sibi deposcet, vt omnia videre, omnibus consulere, esse pro omnibus vehementer sollicitus, & omnia denique, quæ ad populi sui curam rectissimam pertinent, circumspicere, & mentis oculis collustrare necessario tempore possit: supplex perpetuò Deū orabit, vt disiectis peccatorum nubibus, pluuiam, & rorem diuinæ suæ misericordiæ effundat in populum suæ curæ commissum.

Cum igitur vitæ suæ rationes diligenter examinet, cunctaq. videbit, quæ à se præstari oportet, vt nō modò in graui culpa, sed in nulla quidem vel minima offensa sit apud Deum; tum familiæ instituta, mores, omnemq. disciplinam recognoscat; & omnia non tantum vniuersè, sed speciatim, sigillatimq. diligentissimè perlustrabit.

Tantumq. quoad eius fieri humanitus poterit, aberit, vt quidquam offensionis culpæ in vilo quoquam residere patiat, vt statuat potius quasi nexu disciplinæ sanctissimæ deuincire omnem familiam ac domum episcopalem, quæ tanquam officina christianarum virtutum, cæteris exposita esse debet ad imitationem.

Fori præterea sui ecclesiastici rationem atque vsum omnem explorabit, hocq. attentiùs ac diligentius, quò grauiore Dei offensiones ex iniquè factis, iniquisq. iudicijs existere solent. Peruestigabit etiam, ac dispiciet attentissimè ecclesiæ suæ cathedralis, & cleri illius disciplinam; in qua si quid vel vniuersè, vel speciatim offendi animaduernerit, studiosissimè emendabit & corriget; cum præsertim inde documenta optimæ institutionis & normæ sumi conueniat.

Vt verò reliquis omnibus, in quibus aliqua offensio subesse possit, prospiciatur & consulatur, synodum diocesanam, si expedire censerit, diligentissimè habebit, in qua præcauebit, quæ opportuna, quæ necessaria, quæque salutaria maximè erunt pro temporis ratione.

At si minus synodum coget, saltem Vicarios foraneos ob eam ipsam causam euocabit: vt nō in vrbe solum, sed in omni diocesis parte etiã atque etiam diligenter depulsis morum erroribus, profligatis publicis offensionibus, euulsisq. malefactorū seminibus, omnis vitæ emendatio, & disciplinæ christiano nomine dignæ instauratio, atque ad eò institutio procuretur. Hoc idem, quò in omnes partes rectè sanctèq. agendi studium vehementius exciteretur, cum sacerdotibus confessorijs, & concionatoribus ager quàm diligentissimè.

Reliquum etiam ciuitatis clerum sæcularem, & parochos potissimum sæpiùs conuocabit; quos omnes cum ad vitæ innocentiam, tum ad virtutes, quæ in sacerdotali, clericali, ordi-

ne elucere debent, eorumq. officia vsquè ad eò excitabit, vt salutaris inde fructus in populum deriuetur.

Præfectos item monasteriorum cuiusuis ordinis quæ in ciuitate sunt, ad se aliquando accerset; quibuscum omni cohortatione, sanctisq. admonitionibus, & ijs quidem frequentibus, vbi opus erit, ager; vt in omni monasterio, tum virorum, tum etiam fœminarum (si quæ illorum curæ commissæ sunt) sanctè religioseq. viuatur, quemadmodum ex suscepti ordinis instituto ab ijs fieri oportet, qui in religionem se Deo dicarunt.

Monialium verò quarum curam gerit, reformationis rationem omnem suscipiet, & exequetur: quò sanctius illæ religionis officijs deditæ, calamitati publicæ & vitæ meritis, & oratione precationibusq. succurrant.

Idem agere non desistet cum præfectis, curatoribus, ministrisq. locorum piorum, & cum cæteris item piarum, confratrarum, scholarum hominibus.

Nec verò peccata & offensiones publicas dissimulabit, si quas in eo qui ciuitati præest, in magistratibus, in decurionibusq. inesse perspexerit; sed annuntiabit eis errata, in quibus offendunt.

Nihilq. ad salutem publicam potius esse ostendet, quàm ab illis in primis pietatis christianæ opera vnicè coli; quamq. iustitiæ munus & officium depulso omni cupiditatis dominatu, rectissimè atque æquissimè omnibus administrari.

Omni etiam officij genere cum eisdem ager, atque hoc sedulo instabit, & vrgebit, vt publica auctoritate, publicoq. decreto (si modò res eiusmodi est, de qua per illos decerni liceat) tollantur, & radicitus extirpentur, quæcunque sunt, ob quæ Deus palam præsertim ac publicè offendatur.

De populi denique vniuersi disciplina cõformanda, & peccatis tollendis, ad quæ procliuus frequentius prolabitur, omnem rationem etiam cum sacerdotibus inibit; totus in ea cura defixus, vt à Dei offensionibus ad virtutum christianarum officia illum planè reuocet. Immò verò hoc etiam valde studebit, vt voluptariæ omnes actiones, in quibus vulgi multitudo aliquando versatur inani opinione, cum putet pestilentiam mundanis lætitijs faciliùs cauere, omnino abijciantur; quales sunt saltationes, profanæ cantiones, comestationes, crapulæ, & cætera eius generis quibus plerumque multa peccata coniuncta sunt.

Populum quoque inducere procurabit, & ad constituendum profusis sumptibus modum, & ad inueteratas malas consuetudines detestandas, atque planè abijciendas.

Id omne non solum cum populo ciuitatis, sed etiam cū diocesano paterna sollicitudine ager. Accerset præterea ad se omnes præfectos vniuersi usque collegij, etiam artificum; quorum operam

operam & diligentiam adhibebit ad rescindendos prauos vsus, si qui in eorum collegijs aut artificijs sūt, vnde aliqua Dei offensio existat. Patribus familias illud magnoperè suadebit, vt aleatorij ludi, imprecationes, blasphemias, verba impura & turpia, impudicæ choreæ, saltationes, pompæ luxus, profusa conuiuia, & cætera quæ ab intemperatâ manant, procul ab omni domo arceantur.

Omnes verò & urbis & diocesis partes cum ipse accurrendo inuiset; tum alios probatos viros ecclesiasticos ob eam causam nomine suo mittet: & verò quæ opportuna sunt curabit, atque ad eò exequetur, vt nulla ex parte optimi parentis, vigilantisq. pastoris cura, studiū vel ministerium desideretur.

Singulorum crimina diligentius inuestigabit, quæ præsertim cum diuturniora sint; ad iræ diuinæ concitationem plus roboris habent; vt adulteria, concubinatus, vsura, nefarii contractus, bonorum ecclesiasticorum vsurpationes, res malè partæ, & alia eiusdè generis, quibus præsens, salutareq. remedium accommodabit.

Quamobrem vnumquemque quasi somno obliuionis in peccatis dormientè excitabit, vt opus erit, ad pœnitentiam, ad lachrymas, & flagitiorum detestationem depulsionemq.; vt re ipsa præstet, quæ cum disciplinæ Christianæ rationibus & studijs conueniunt.

Pacem & concordiam inter dissidentes reconciliabit.

Lites componere, controuersias dirimere, cuncta cuiusuis generis dissidia tollere, simulatè & odia restinguere, factionum semina conueltere studebit.

Quæ malè parta sunt, maleq. ablata, restitui curabit.

Omnes denique pastoralis officij, atque auctoritatis netuos eò intendet, vt & offensis publicis sublatis, & disciplinæ christianæ sanctioribus institutis, & omni rectè agendi studio, omniq. christianarū virtutum vlu & exercitatione, ab vniuerso clero populoq. implore tur atque exoretur misericordia Dei.

*Cura in alijs cautionibus tuendæ publicæ valetudinis.*

**I**S adiumentis spiritualibus alias cautiones Episcopus adhibebit.

Atque in primis quidem edictis Episcopaliibus, aliaq. omni ratione de publica valetudine tuendâ certas rationes inibit, atque edicet, quas cum in locis ecclesiasticis, tum ab hominibus clericalis ordinis, ab alijsq. Episcopali iurisdictioni subiectis inuolatè ob bonum publicū seruari mandabit.

In omni autè deliberatione, & cautione, quâ tuendæ publicæ incolumitatis causa suscipiet, id studebit; vt consultationibus cū magistratu sanitatis habitis, quidquid ipse eo nomine cauerit, cū illius publicis edictis ad valetudinis

publicæ commodū piè & rectè pertinentibus non dissentiat nec discrepet; sed in omni eius generis ratione, quæ ad bonum publicum tota refertur, vnus idemq. sit vtriusque consensus, summaq. in re adiuuanda publica charitatis conspiratio.

Idem, præter ea quæ hac instructione demonstrata sunt, potestatem etiam præfecto regionario, & Vicario foraneo, ac alijs visitatoribus faciet, alia non modò generatim sed speciatim statuendi, atque exequendi, quæ in pestifera contagione vtilia, opportuna, & necessaria illi viderint ad publicam valetudinem tuendam, quæ ab Episcopaliibus præscriptis & regulis non discrepent.

Quidquid verò illi ager, opportuneq. ac necessario statuè, id quâprimū episcopo significabit. In omni autem re, quam magistratus sanitatis ager, vel cauebit publicæ valetudinis causa, operam dabunt, vt diligentem eius cautionem studiaq. imitentur ad Episcopaliū regularū præscriptum.

Parochi etiam, cæteri q. ecclesiastici homines id vnum quoque maximè studebunt, vt publicam valetudinem omni charitatis officio curent, ac præterea in executionis vsum accuratissimè perducant, quæcunque non solum hac instructione explicata sunt, sed quæ Episcopus hoc ipso de genere, prout opportuna viderit, publicæ salutis causa statuerit; & quæ itè præfectus regionalis, aut Vicarius foraneus, aliusue visitator monuerit, mandauerit: immo etiam si clericalis ordinis homines sunt, qui in trã alicuius parochiæ fines habitant, illa quoque seruabunt, quæcunque vel ex hac instructione, uel ex episcopi voluntate, vel alia iusta ratione parochus commonefecerit.

Quæ præterea à magistratibus, decurionibusue ad eam publicæ incolumitatis rationem piè ac vtiliter constituentur, eadem vt à populo plane seruentur omni cohortationis officio monentur.

Magistratus autè & decuriones, vt eidem publicæ valetudini prospiciatur & consulatur, cum omnia sapienter, christianèq. pietati congruenter agent; tum valde cauebunt, quæ diuino cultui, & charitatis officijs cum impedimentum afferre possint, illa maximè fugienda suo loco infra demonstramus, ac vehementer in Domino monemus.

*Sollicitudo in vniuersi usque præparatione spirituali.*

**E**PISCOPVS in eo præterea sollicitus erit, vt imminente illo pestis periculo, confirmationis Sacramentum, quibus per atarè ex doctrina Romani catechismi ministrandum est, vbique ministret; cum illi, si pestis irruet, in eo statu futuri sint, vt periculū mortis non modò in singulas horas, sed in singula momenta pertimeant.



Id etiam sedulo curabit, ut suae quisque conscientiae latebris diligentissime discussis, omnis ante actae vitae peccata confiteatur.

Tum etiam ut ad tam salutare poenitentiae Sacramentum omnis frequenter accedat; ita ut cum quis se peccati mortalis labe inquinatum esse conscius erit, eo Sacramento illud expiare quam primum studeat: nec uero ad extremum differat, cum non modo suspicari, sed certe omnino timere possit ac debeat, si pestis Dei permisso irruerit, illo pestilenti tempore maxima cum difficultate sibi praesto fore subsidia tam corporis quam animae.

Itidem ad frequentem sanctissimae Eucharistiae usum fideles omni studio accendat; & ut saltem semel in hebdomada illam sumant.

Ad ea, quibus Dei iram placari, eiusque misericordiam implorari copertum est, pietatis opera, praesertim ad assiduam orationem, ad ieiunium, ad eleemosinam crebro hortetur.

Ad cuius largitiones ueriores populum fidelem valde etiam incendat illud singulare exemplum ethnicorum; qui euangelicae lucis expertes, cum in grauissimam pestem olim incidissent, opinione persuasi eam sibi calamitatem inflitam esse, quod nullum pietatis studium, nullumque beneficentiae liberalitatisque officium egentibus hominibus contulerint; ad eam propulsandam id consilij adhibuerunt, ut eorum domus, officinae, tabernae, indigentibus ac pauperibus paterent; qui inde res, quas propterea palam omnibus exposuerant ad vitae usum necessarias, gratis, libereque, sumerent.

Ab omnibus, eo pestis imminetis periculo proposito, domui suae disponi & consuli suadebit: ut scilicet vnusquisque a se alienum, si quod contraxit, recte dissoluat; nomina quaecunque explicet; lites componat, transigatur; testamentum conficiat; nec denique res domesticae contractas, difficultatibusque implicitas relinquat; ne forsitan si mors, ut in pestilentia euenire solet, continuo oppresserit, sibi, liberis, bonisque, suis recte consulere minus possit; indeque propterea vel litium discordiarumque inter filios agnatosue semina, vel exis alieni soluendi difficultates, tardioresue solutiones, uel cotrouersiae aliae, & quod graue est, spiritualia incommoda existant, quae animae salutis detrimentum perniciosum afferant.

Hac eadem sane omnia & singula officia, in regione sibi commissa, & praefecti regionarii, & Vicarii foranei, & visitatores, & parochi in parochiali vicinia, ex Episcopi instructione & praescripto, pro suo quisque munere praestare atque exequi studebunt.

Hac itidem ipsa pro sui muneris partibus, cum in collegijs confraternitatibusque praefecti, tum in aedibus priuatis curabunt diligentissimo studio, omniisque charitatis contentione.

*Præparatio adiutorum spiritualium in peste imminente.*

**E**PISCOPVS verò omnia adiumenta, antequam pestis populum inuadat, diligenter conquirat, & parare studeat; quibus fiat, ut si pestis ingrueret, ne quod illis populis quos inuaserit, desit, neque ad animae salutem, neque ad corporis medicamentum, victum, & curam. Confessarios, concionatoresque, quorum ministerio operantur necessario eo tempore adiuuentur, aliunde ut diligentissime potest, ad se accersere & conducere, tum ad urbem, tum ad diocesis oppida, & loca praesertim insigniora curabit.

Ac praeter parochorum curam, certos etiam alios sacerdotes undique quantum poterit, omni pietatis officio conquiret; qui charitatis ardore inflammati, paratissimi sint ad omnia ecclesiastica ministeria illis praestanda, quos vel pestis morbus vel suspicio inuaserit.

Iis, & concionatoribus, & confessariis, & alijs sacerdotibus necessaria alimenta ut subministrantur, omni ratione curabit.

Alios praeterea clericali ordinis homines charitatis studio flagrantem deliget, qui modo huc, modo illuc visitando accurrere possint.

Delectum item habebit aliquorum sacerdotum, atque aliorum, quos potissimum adhibere possit ad curam ecclesiasticorum hominum pestis morbo suspicioneue laborantium.

Ad omnem porro curam quò vehementius vniverfi & singuli pestilentiae tempore incenduntur, indulgentiam à summo Pontifice ijs procurabit, ut potest.

Sacerdotibus, qui peste affectis Sacramenta ministrant.

Medicis eos curantibus.

Chirurgis, tonforibusque, qui venam secant, qui uel plagis medicamentum apponunt.

Nutricibus, quae infantibus peste laborantibus suspectisue lac praebent.

Obstetricibus, quae mulierum in eo morbo suspicioneue versantium partum adiuuant.

Ministris, qui peste aegrotantibus assistunt.

Baiulis, qui pestiferè affectos suspectosue ad curationis locum perducunt, feruntque.

Illis item, qui peste mortuorum corpora sepeliunt.

Ijs denique omnibus, quicumque sint vel maribus, uel foemine, qui illorum sustentationi & curationi aliquo modo seruiunt; qui item eleemosinam pro facultatum ratione in eorum adiumentum contulerint.

Facultatem item sibi ab eodem dari curabit, adiunctis ad eam certis priuilegijs, ut regularium cuiusuis ordinis opera ministerioque, sine vlla mora aut impedimento superiorum pestilentiae tempore uti possit.

Ut praeterea populi charitas, ad pauperum, pestilentiaeque morbo (si Deus permiserit) laborantium curam, piisque studium accendatur, & longe lateque.

lateque progrediatur; libros eo de genere grauissimè conscriptos, quos necessario eo tempore studiose legat, ad usum proponet; ut potest Gregorij Nazianzeni homilias, sermones duos Gregorij Nyfeni de pauperibus subleuandis, et Cypriani martyris sermonem vnū de mortalitate, & alterum item de elemosina, atque aliorum praeterea Patrum libros eiusdem generis. Ut verò quae ab illis vel tradita, vel praecipua sunt, in morem atque usum afflictissimo praesertim pestilentiae tempore inducantur; eos libellos vulgariter conuersos, exiguoque volumine comprehensos, typis impressos atque editos extare volumus.

Iis praeterea libris alios de rerum spiritualium officijs studiisque rectè conscriptos, prout opus esse viderit, ad legendum, cum ob alios fructus utilitatesque adiūget, tum etiam ut ne populus propter intermissas magna ex parte in pestilentiae periculosas artes & negotiationes, otio languescens, ad turpes inanescque voluptates tempus traducat.

Alias verò facultates, quaecunque pestis tempore vel necessariae, vel opportunae à summo Pontifice impetrandaerunt, ita in tempore diligenter impetrare studebit, ut si peste statim irruente literarum cursus intercludatur aut retardetur, ne mora vlla ijs adiuuentis interponatur, quae in pestilentia opus esse possunt.

In ijs facultatibus erunt haec, scilicet.

Facultas concedendi plenariam indulgentiam peste laborantibus, confessis, aut contritionis signa ostendentibus.

Facultas concedendi indulgentiam ijs, qui in quotidiana oratione per septem horas distincta versantur.

Facultas, priuilegiumque aliquot altarium; ut cum in eis scilicet sacerdos pro aliquo defuncto Missa sacrificium obtulerit, eius animae suffragetur ad liberationem à poenis purgatorij.

Facultas (quae etiam delegari possit) absoluendi saltem in foro conscientiae à peccatis, delictis, & censuris summo pontifici reseruat, etiam in literis die coenae Domini promulgatis.

Facultas et aliqua absoluendi in foro exteriori. Dispensandi item cum sacerdotibus in quibusdam irregularitatibus, etiam ob mortem secuta contractis: id quod facile euenire pestilentiae tempore potest in curatione aegrotorum, etiam sine vlla delicti culpa.

Conuertendi etiam alicuius elemosinae legatae usum, saltem ad tempus, si quando ad pauperum necessitates subleuandas illud expedire, vel necessarium censuerit.

Quae enim ob piam aliquam causam legata relictae sunt, ut videlicet vel in diuinum cultum, vel in puellarum nubentium dotem, vel in alium eius generis usum erogentur; ea tunc saepe expedit ad egentium hominum victum & sustentationem conuerti.

Decernendi, statuendique utilitatis publicae causa, quidquid opus erit; atque adeo compellen-

di etiam, ut ecclesiastici homines ab Episcopali iurisdictione exempti, & regulares etiam, ac locorum praeterea piorum (si quae eiusmodi loca ab Episcopi iurisdictione immunita sunt) praefecti, curatoresue seruent atque adeo praesentent, quaeque is ob publicam utilitatem decreuerit statueritque, poenis etiam & censuris propositis. A Metropolitano etiam facultatem impetrabit; qua dum pestis est, sibi permissum sit, ab aliorum decretorum prouincialium praescriptis rationibus, quae in pestilentia seruari minus possunt, aliquando discedere; ut potest à conditionibus loci & altaris, in quo Missa celebranda erit; à regulis item, quibus veritum est extra sedem confessionalem in ecclesia confessiones audire; & ab institutis etiam celebrandi foraneos conuentus; & ab alijs compluribus eiusmodi decretis prouincialibus, quorum potestatem sibi à Metropolitano fieri opus esse, aut expedire ipse viderit.

Et quoniam pestis tempore, tum in ciuitate difficilis, tum in diocesi difficilior ad episcopum aditus esse potest; id propterea in ijs quae episcopalem auctoritatem requirunt, tunc expedit ampliores facultates, & parochis, & reliquis confessariis sacerdotibus, & vicariis praesertim foraneis concedi permittit.

Itaque pro locorum, personarumque ratione, proque pestis periculosius imminetis grauitate, liberius praesertim vicariis foraneis facultates varias delegabit; in quibus erunt haec.

Facultas absoluendi etiam in vtroque foro à peccatis criminibusue, interdicto, & censuris sibi reseruat; ea adiuncta etiam facultate, ut cui delegarit, is saltem in foro conscientiae eandem subdelegare possit.

Permittendi sacra confessionem audire extra ecclesiae fines, atque adeo etiam foeminae extra confessionalem sedem.

Concedendi ut Missa celebrari possit in omni ecclesia, & altari etiam ligneo, ut in vicijs locisque eiusmodi; & prorogandi rursus facultatem datam.

Constituendi, & approbandi etiam sine examine confessarios, etiam qui clericorum confessiones audiant.

Intermittendi sacerdotales clericalesue illos conuentus singulis mensibus praescriptos.

*Præparatio annonae, & ministrorum, ad curationem & sustentationem publicam.*

**N**E C verò ea praeparatio atque adeo praeparatio negligenda est, ut à pestis contagione in columis & tuta supellex vel ecclesiae vel sacristiae conseruetur.

Idem quae praesertim pretiosior est, diligenter seligat, & loco bene munito & remotiori cautissimè foribus etiam obsignatis asseruetur.

Quo etiam loco monumenta iurium, libri, volumina, scriptaque grauiora, quae ad ecclesias pertinent, in armario aut arca custodiantur diligenter,

Omni officij genere Episcopus cum Magistratibus decurionibus aget, atque adeo omni sollicitudine instabit, vt propius accedente pestilentia periculo, patriæ, quæ ex horribili funestaq. illa contagione multis varijsq. de trimetis affici potest, quâ opportunissimè celerimeq. omni sua ope succurrant.

Videant in primis, omniq. ratione præcaueant, vt cum in peste difficultas annonæ simul inesse soleat, ne quid ad rei frumentariæ, omnisq. annonæ vbertatem desit; ac proinde cautione diligentissimam adhibeant, vt nemo quisquâ sit, qui necessario eo tempore frumentum super primar: cum præsertim sapere fiat, vt grauissimo illo tempore longè plures (quemadmodum vsu compertum, literisq. traditum est) fame necentur, quàm pestilentia extinguantur.

Quamobrem omnes qui opibus circumfluunt, & ipsi magistratus præsertim qui ciuitati præ sunt, propositum sibi aliquando habebunt præclarum illud exemplum sanctissimi Pontificis Gregorij Magni, qui et in peste, & in annonæ caritate apertis publicis horreis frumentaria largitione vltus est ad populi laborantis sustentationem.

Rationem præterea Episcopus cum eisdem magistratibus inibit, vt tum ex publico ærario, censuè, tum etiã eleemosinis, & omni alia subueniendi via, multorum inopia ægestateuè laborantium vltui necessario succurratur; eo præsertim afflictio tempore, quo præ pestis periculo & metu, artificia, negotiationes, nundinationes, & questus, mercaturæuè cõmertium, agrorum cultura, & omnes aliæ cuiuscunque opificij exercitationes languescunt, aut etiam magna ex parte cessant, vnde homines sibi victum parare solent: quò fit, vt innumerabiles homines, qui aliàs ab omni re inopes nõ sunt, sapissimè ex fame laborent.

Quo in officio omni ita Episcopus se geret, vt cum se eleemosinarum largitionibus, pauperum miserabiliumq. hominum verè parente pastoremq. ostenderit; exemplo etiam suo nõ minus quàm cohortationibus, omniq. alio officio cæteros ad illorum sustentationem alliciat, atque inflammet.

Vt verò quod ad sustentatione satis esse possit, omnino procuretur; omnes & singuli, quibus subueniendum erit, certo libro rectè ordineq. describantur.

Qua in re monasteriorum etiam, & piorum collegiorum tam virorum quàm fœminarum, ac pauperum clericorum ratio habeatur; quibus necessario eo tempore aliquid in eleemosinâ conferendum erit.

Tantum verò absit, vt inopes & pauperes, pro quibus etiam Christus Dominus sanguinem profudit, è ciuitate, oppidis pagisue ab omni ope destituti exturbentur; vt non modò aliorum, sed mendicantium etiam ratio habeatur; ea scilicet, vt in vnum locum congregentur oēs, vbi cum alimenta corporis, tum maximè om-

nia adiumenta spiritalia suppedientur. Parochi etiam, vbi instituta non est, in sua quisque regione parochiali confraternitatem scholamue hominum charitatis nomine Episcopali auctoritate instituent.

Cuius confraternitatis erit, necessario illo tempore, & eleemosinas colligere, & cætera charitatis officia obire ac præstare, quibus pauperes, & egentissimi homines subleuentur.

Instabit præterea Episcopus, vt idem magistratus medicos certos conducant, conscribantue, ac paratos habeant, qui peste laborantes curēt. Chyrurgos, tonforesue certos deligant, qui venam secant, medicamentaq. apponant.

Medicamenta, resq. ad eorum victum necessarias parent, ac subministrant.

Famulos, famulasq., & alios homines charitate christiana præditos conquirant; qui operâ, curationisue sollicitudinem eisdem nauent.

Obstetrices certas habeant, quæ partum mulierum peste ægrotantium, eouè nomine suspectarum excipiant.

Nutrices item certas ad eorundem liberos lacte alendos.

Caprarum etiam certum aliquem numerum ad lactis eisdem præbendi vsum, si quado nutricum copia non datur.

Vespillones item, quos Monattos dicunt, plures cõducant; quorum alij illa officia præstet, quæ à contagio integra sunt, & ab omni suspitione vacua; alij sint, qui peste affectis se duces ac ministros præbeant; qui mortuorum corpora sepeliant; qui infecta domicilia expurgent, & pannos itidem infectos; & alia id generis exequantur.

#### Præparatio locorum curationis publicæ.

**D**OMOS publicas hospitalis, locauè complura ampla & distincta, quæ alia scilicet peste affectis, alia eo nomine grauiter suspectis, alia minus suspectis, alia conualescentibus vsui sint, apparent, necessariaq. suppellectile instruant.

Quæ distincta, partim peste tabescētibus, partim suspectis, partim ministris, tum in re cibaria, tum in lectisternijs, tum in pannorum purgatione & lotionis vsui sint.

Vestes præterea, & lectisternia ad commutationis vsum parent illis, qui vel à peste conualescentes, confirmatiue, aut à suspitione planè liberi inde migrant.

Situm etiam tuguriorum ad multiplicem illi vsum deligant, & præfiniant.

Qua in re etiam atque etiam caueant, ne loca, ardes, domicilia, arcæ, ac situs vllus, quicunque sint qui ad ecclesiæ lociue pij cuiuscunque ius pertinent, vsurpent, occupent, impediunt, aut aliqua seruitute implicent, ne ad breue quidem tempus.

Quod si aliquo modo attentent, id ne committant, Episcopus inhiabit, atque interdicer.

Si

Si verò nullo modo aliunde situs, locauè haberi possunt, sed ad eam rem necessario vsui ecclesiastica sunt; tunc ei vel ecclesiæ, vel loco cuius sunt, scriptis publicis à notario rectè riteq. confectis omnino caueatur, vt quidquid damni detrimentiue eo nomine fecerit, id resarciatur.

Qui situs amplius sit, vt ægroti à grauiter suspectis, hi à leuiter suspectis, qui etiam à conualescentibus separatim, aliquo scilicet interiecto sepimento, habitare possint.

Loco sit non humido, non vliginoso, sed editiori & aprico, sicco & salubri.

Propè aquam fluentem sit, non torrentem tñ, vnde inundatio, eluuiouè aliqñ extare possit. Extra urbem, oppidum, pagumue, loco tamen propinquo & commodo, vt adiuuèa ad animæ curationem, & corporis vsum, aliaq. charitatis officia atque subsidia facile & opportunè illis subministrari ac præstari possint. Parent item materiam omnem, quæ idonea, quæq. satis sit, ad tuguria, cappellas & domicilia in eo situ benè extruenda, vt infra.

In eo situ cum tuguria extruenda erunt, hoc videant & studeant.

Vt ita vel densissima palea, vel tabularum sectilium apta inter se commissura struantur, vt ab omni aut pluuiæ, aut venti impetu, turbine, iniuriæuè temporis tuta sint.

Vt ordine recto collocentur, & si fieri potest, ab parte anteriori ad septentrionem versus, vel in aliam partem salubrem spectent.

Vt singula quò magis ab omni vligine humiditateq. defendantur, exiguo riuulo cingantur, per quem aqua pluuiæ ex eorum culmine defluens, aliò extra illorum situm deriuetur.

Vt eorum solum, subiectis transuersis lignis aut tabulis, palea insuper multa stratis, ab humo altius saltem tribus palmis exiet.

Domicilia, seu casas extra septa tuguriorum parent ad vsum laicorum prefectorum, curatorum, custodum, & ministrorum.

Loca item distincta lauationis & purgationis vestium & pannorum cuiuscunque generis.

Habitationem item distinctam, ad eorum vsu, qui illis purgandis abluendiue operam nauabunt.

Supellectilem etiam necessariam supra demonstratam, necessariaq. instrumenta præparent ad horum locorum publicæ curationis vsum. Prospiciant quoque, ne peste ingrauescente palea desit ad quotidianam tuguriorum submirationem.

In omni autem domo hospitali, publicouè tuguriorum loco, tum crux alta curante Episcopo benè firmiterq. humi suffixa erigetur, loco medio, eoq. editiori & conspicuo: tum ea in primis ratio habeatur, vt si ibi cappella ex pariete iam non est, ea cum altari ex tabulis sectilibus & asseribus extruatur.

Inmodò verò vbi plures Sacerdotes constituenti erunt, si minus totidem cappellæ, at saltem

duæ omninò extruantur.

Atque in earum quidè extruentione hæ rationes mox infra demonstratæ adhibebuntur.

Situ eminentiore struantur, ab omniq. parte conspicuo; vt qui in tuguriolis cellisue sunt, ab eorum ostio, quoad eius fieri potest, sacerdotem celebrantem prospiciant.

Eo præterea loco sint, si fieri potest, vt qui foris sunt ministri, famuli, custodesue, Missæ etiã sacrificium aspiciant.

Erunt item forma, quæ quadri speciem exhibeat, longè lateq. brachia sex, aut minimum quinque patebunt.

Partes autem à latere ad ingressum cappellæ versus ampliores etiam fiant licet, vsque adeo vt pars anterior late patēs sit brachia octo, aut rectè septem.

Pauimentum cappellæ à tuguriorum solo altius extabit brachia quatuor, vel quinque: ad cuius altitudinè ascensus fiet gradibus ligneis, vt sacerdos celebrans è tugurijs paulò remotioribus prospici rectè queat.

Ligna verò, tignauè, quibus cappellæ structura sustentatur, ita firma, solida, fixa, atque inter se benè apteq. compacta erunt, vt ventorum impetu ac vi non modò non corruat, sed ne la balcat quidem.

Ab omni latere cappella fenestram cum valuis habeat, per quam Missæ sacrificiū spectetur, cum sudum serenumue erit: alioqui valuis occludetur, ne ex vèto, pluuiæ, iniuriæuè temporis aliquid incommodi, indecori, offensionisue accidat.

Quæ verò fenestra à parte posteriori altaris struetur, (si quado struatur necessò est) ab altaris superficie extabit altius vno brachio.

Pars anterior illius cappellæ ita extruetur, vt fera, clauis, pessulo, vecte, & valuis benè firmis istruat, à furti, rapinæ, alteriusue iniuriæ periculo tuta sit; quò cautius sacræ vestes, sacraq. vasa ad Missæ cultū pertinentia in cappella seruentur; & sanctissimum etiam Sacramentum quod ministrandū est, ibidè custodiatur.

At verò vbi certus sacerdos, qui assidue assistat spirituali tuguriorum curationi, non constituetur; tunc cappella non intrà, sed extra eorum fines, loco paulo remotiore ita procul struet, vt sacerdos aliunde accersitus, qui ibi Missæ sacrificium celebret, à contagionis periculo ac suspitione tutus, pestilentia lege ab Episcopo præscripta, non debeat statos illos dies separatim ab aliorum vitæ cõmertio manere.

Vbi sacerdotes constituentur, qui præcipuè illis tuguriorum locis in cura spirituali inuigilent; domicilium eis parabitur loco finitimo, at segregato aliquantulum à tugurijs, & vt fieri potest, ab alijs domicilijs iacolarum propè habitantium.

Si verò tale domicilium lapidibus extructum inueniri non potest, ex tabulis sectilibus asseribusue fiet, loco nõ longè à positura cappellarū.

At si quando illud sacerdotum domicilium

à finibus tuguriorum aliquatulum aberit, eorum vnicique parabitur etiam propinquiori loco tuguriolum forma decenti, ex tabulis festilibus paleisue confectum: vbi interdum per pluuiam maneat, & cibum ac fomnum aliquando capiat, quò diligentiori assiduitate curæ sibi commissæ incumbat.

Domicilium sacerdotale tale omnino erit, vt in eo sacerdos separatim à clerico habitare possit; itidemq. ab alio sacerdote, si plures ibi constituti erunt.

Si ad mortuorum sepulturam cœmeterium parochiale, & alia antiqua cœmeteria, locaue sacra ab Episcopo ad eum vsu constituta, satis non fore existimabitur; situs alius parabitur, qui tuguriorum loco finitimus sit, quiq. peste ingrauescente mortuorum numerum capiat; & appositus præterea sit, vt pariete cingi, & vbi aliquando deinceps exstrui sacellum commode possit.

Situs hic & ab Episcopo ritè consecrabitur, & firmissima sepe saltem, aut desis asseribus, aut macerie vndique ita cingetur, vt & lupis, & reliquis bestiis aditus omnino obstruatur.

Cappella vnaqueque vbi sacerdos constituendus erit, instruetur hac supellectile; vt potè lapide sacro, calice, patena, cruce, & alia præterea sacra imagine, candelabris binis, vestium apparatu ad Missæ vsu necessario, & mappis item eo numero, vt suo tempore commutari queant.

Habebit præterea vasculum aquæ sanctæ, aspergillum, & tintinnabulum.

Superpellicea etiam numero saltem totidem, quot sacerdotes sunt, & quot item clerici.

Laternas item quatuor cum cereis, quæ ad sanctissimi Sacramenti, cum fertur, cultum adhibebuntur.

Pixis etiam comparabitur, & tabernaculum ligneum, vbi sanctissimum Sacramentum custodiatur, & umbella item, quæ saltem exigua ab vno tantum homine gestetur.

Sacri olei vas etiam sit, ad vsu ministrandæ extremæ vnctionis.

Libri rituales Sacramentorum totidem, quot sacerdotes.

Hæc porro supellex etiam quod ad mappas attingit, còduplicabitur, vbi sacerdotes plures residebunt, prout erit eorum numerus, saltem quæ attinet ad mappas, & vestes.

Feretrum præterea vnum, duo, plurauè.

Pallium etiam præcipuum apparabitur, quod ad efferenda corpora eorum, qui peste mortè obierint, vsui erit, & plura item, eaq. loco distincto & separato ab omni alia supellectile asseruabuntur.

Armarium sub altari exstructum ad vsu asseruandi supellectilem sacrarum Missæ vestiu.

Hospitalib. domicilijs, locisue tuguriorum, vbi hominum exiguis numeris peste irruente collocandus erit, sacerdotem saltem vnum Episcopus præficiet: vbi verò aliqua multitudo;

duos, atque adeò plures pro multiplici varietate & multitudine illorum, qui eò perducendi erunt; vt vnus peste affectis, pluresue etiam, si quâdo morientium multitudo plures postulat; alter suspectis, alius minus suspectis, vel còualefcētibus, vel ministris quoque operâ spiritualement nauet: eaq. ob causam omnes in locis curationis resideant, assiduq. sint; quibus singuli clerici adiungentur, qui eisdem in Missæ sacrificio, alijsq. functionibus ministrent.

His sacerdotibus & clericis, quæ ad victum vestitumq. necessaria sunt, suppeditabuntur à ministris publicis ex eo sumpta, vnde alimenta alijs præbentur, qui in eadem hospitali domo locouè sunt.

Cum eisdem magistratibus & decurionibus Episcopus agat, vt nihil denique in sumptibus faciendis, alijsq. officijs præstandis prætermittat, aut negligat; vt omni externa cura, omniq. externa administratione opportunè prospiciat imminētibus necessitatibus.

Id porro studium cum laudabile est, ac nomine christiano, & commemorabili pietate dignum, tum planè necessarium.

Episcopus præterea certas domos, aut domicilia, locaue ampla, & à ceteris distincta parari studebit: quæ vsui esse possint, aut ecclesiastici ordinis hominib. qui præsertim collegiatim viuūt, aut monialibus, aut ijs qui in hospitalibus curantur, si fortè pestis in monasteria, hospitaliaue loca inuasit.

Ad quæ domicilia locaue vel ij omnes qui in pestem suspicionemue inciderint, perducantur, asportenturue; vel contra fiat, vt scilicet peste affectis remanentibus, ad illa ipsa domicilia ceteri benè valentes, & ab omni suspicionē liberi, qui sint eiuidem uel collegij, uel monasterij, vel hospitalis ædis, habitatum ueniāt, ne illorum contagione inficiantur.

*Officia ipso pestilentia tempore ministranda, & constans in primis ministratio.*

**C**um pestilens contagio, vel in ciuitatem, vel in aliquam eius partem, vel in diœcesim, eiuse uè locum aliquem se se infuderit; eò diligentior cura, & sollicitudo laboriosior proposita Episcopo erit, quò grauius, certiusq. periculum fidelibus sue curæ commissis instat.

Parochorum & sacerdotum quos còquisierit, sollicitudinem omni cohortatione, omniq. officio, atque imitationis exemplo, quò alijs præbit, ardentius accendet.

Quem verò locum pestis peruasit, eò quam primum Episcopus certos sacerdotes mittet, qui spirituali curationi incumbant.

Cui curationi interea Vicarius foraneus, si locus diœcesis sit, prouidebit, dum Episcopus illos mittet.

Magistratum decurionumq. studium & procurationem, quam pestis periculo imminente paulò ante excitat, vehementius eo ipso tempore

inflammare non desistet, quo pestifera lues iam serpere incepit.

Populi item charitatem & pietatem, sanctissimum tum orationum, piarumq. exercitationum, tum misericordiæ operum institutis eò diligentius studiosiusq. incendet, quò vehementius illum pestilentia metu percussum, afflictum, ac penè prostratum cernit.

Quo in genere illam animi consternationem ac stupiditatem, quasi vecordiam quandam, quæ ex repentinis illis funestè labis euentibus quàm sapissimè accidit, ex hominum mentibus ita euellere studebit, vt & summi, & medij, & infimi non modò præ timore partes officij sui non deserant; sed & erga Deum religione, & pietate in patriâ, & amore erga suos, & charitate in ciues valdè accensi, in omni fortitudinis constantiaq. officio se se contineant, atque excitent non solum ad labores Christi Domini causa necessario tempore fortiter sustinendos, sed ad pericula etiam subeunda constantissimè.

Itaque omnium animos confirmabit, non dictis tantum, sed factis episcopali robore, episcopaliq. virtute verè dignis.

Perpetuò igitur huc atque illuc accurret, afflictos eriget, mœrentes mæstosq. consolabitur, egentes subleuabit, orationis studium excitabit, opera atque officia pietatis languere non sinet, & omnia denique tuebitur, quibus animi exultantur, & maiores fiunt ad omnem sanctarum virtutum exercitationem.

Parochi autem, & Episcopi præclaro documēto exēploq. instructi, & proposita in primis etiã sibi illa immensa charitate, qua animas sibi in curam traditas Christus Dominus dilexit, pretiososq. sanguine in ara crucis profuso redemit, non modò vnquam non erunt in ancipiti deliberatione officiorum, quæ eis necessariò præstare debeant; sed nihil potius statuent, q̄ illis in discrimine calamitateq. versantib. omne spirituale pabulum ministrare, etiam si vitæ periculum subeant, memoria & recordatione ea excitati, quò sibi specialis cura commissa est illas pascendi.

Et verò meminerint, multò conuenientius negligens quoddam studium obijci, quòd ipso ad parochiales suos spiritualib. adiuuētis necessario tempore subleuandos adhibēt, quàm quòd vitio ijs dari solet, qui languescēte charitate sunt, nullaq. cura ducuntur eisdem adiuuandi rebus ad corporis vsu necessarijs.

In ea etiam recordatione versabuntur, magnã sibi oblatam opportunitatem, & accommodatam, cum ad vitam pro grege profundèdam, tum ad operam ei vtiliter necessarioq. nauandam, non sine præclara testificatione desiderij & zelus, quo exardescere debent salutis animarum.

In contagionis etiam periculo, quòd certè hominum opinione longè minus est, ob oculos sibi ponent præcipuam illam curam, qua suos

ministros Deus admirabiliter tuect, ab omniq. periculo incolumes conseruat, dum ad diuinæ maiestatis gloriam, animarumq. salutem procurandam ministeria sua religiosè conferunt. Id quòd pestilentia superiori tempore animaduerti licet, quo per pauci, aut ferè nulli animarum curatores, qui in suæ curæ benè gerendæ officio constantissimi, parochialibus suis peste tabescentibus cum alia sacramenta, tum extremam etiam vnctionem ministrarint, mortem obierunt: contra verò qui à sui ministerij functione longè refugerunt, complures morte erepti fuerunt.

Si rursus contra euenisset, hoc secum statuēt, nihil sacerdoti curam animarum gerenti optabile, nihilq. ad charitatis meritum fore præstantius, quàm pro animarum, quæ sibi suæq. fidei concreditæ sunt, salute mortè oppetere. Immò verò non defuerunt sanctissimi viri, qui scripserunt tale mortis genus à martyrij gloria non longè ad modum abesse.

His atque adeò alijs huius generis commentationibus & rationibus, quæ permultæ illæ quid dem sacrarum literarum monumentis còsignatæ sunt, & sanctorum patrum documentis exemplisq. explicatæ, parochi quasi stimulis curæ suæ incitati, in dies ardentiori zelo se se inflammabunt, ad rectè cumulateq. exequendas parochialis sui muneris partes.

Iam verò igitur & Episcopo pastoralis officij sui religione adductus, & ijdem parochi animarumue curatores muneris suscepti rationibus commoti, studiosè sollicitèq. præstabunt muneris ministerijq. sui officia: ad quæ etiam atque etiam vehementius se se excitabunt, exemplo accensi sanctorum virorum, Cypriani martyris, Basilij Magni, & Nicolai, Episcoporum, Bernardini Senensis, beatiq. Rochi, quorum omnium mirifica in còtagio morbo cura extitit; & præterea Augustini sanctissimi epistola ad Honoratum conscripta; & præclaris itè illis Dionysij Alexandrini literis, ex quibus sacerdotalis clericalisq. officij functiones, quas in grauiissima peste sacerdotes diaconiq. executi sunt, à se etiam omni charitatis studio suscipiendas præstandasq. facillè intelligent.

Sed ne longè solum exempla petantur, domi etiam sunt, quorum documentis homines ecclesiastici ordinis ad omne charitatis officiorum genus in pestifera labe exequendū instruatur. Arque ij quidem sunt, Metropolitanæ ecclesiæ Mediolanensis Archiepiscopi duo omni laude florentes, Benedictus, & Alpertus.

Hic in teterrima peste (quæ suo tempore omnem Italiam, populumq. Mediolanensem præcipuè inuasit) pestilenti lue tabescentes perpetuo studio visitasse, eisq. sacramenta omnia ministrasse fertur: idque ipsum officium eius exemplo & iussu parochi etiam accuratè præstitisse dicuntur.

Ille omni Europa, Italia, & vrbe, ditiorq. Mediolanensi præsertim pestilentia morbo ve-



xata atque afflicta, cum ea ipsa officia praestitisset, tum cibum etiam ac victum tabe languetibus manu sua ministrasse commemoratur. Populus denique fidelis ecclesiasticorum hominum studijs atque exemplis inflammatus, & eiusdem Dionysij praecipuis literis commotus, non afflictione quasi tabescens, sed immenso quodam charitatis christianae, benevolentiaeque fraternae ardore incensus, patriam non destituet, coniunctissimos non deseret, fidelium corpora insepulta non proiecit, neque caetera ager, quae a deliberationis christianae officio aliena, olim gentes a fidei religione auersas in pestilentia egisse ipsidem Dionysij literis proditum est.

Immo is occasionem nactus sancte exercendi officia charitatis, omnique religionis virtutis, talem se praestare studebit, quales in teterrima illa peste, quam ipsius inter Dionysij literas narrant, extitisse dicuntur; qui minime perterre facti, pestis morbo afflictos frequentissime inuisebant, illis sedulo inferuebant, curacionemque omnem ob Christi amorem pro viribus adhibebant.

*Cautiones adhibenda, ne pestis latius serpat.*

**V**BI pestis contagio aliquam vel vrbis vel dioecesis partem inuadere cepit, eam diligenter cautionem Episcopus adhibebit: primum ut & in parochiis, & in omnibus ecclesiastici ordinis hominibus, & in vniuerso populo, pietatis christianae officia, studia atque exercitationes, non solum aliqua ex parte non minuantur & languescant; sed quam maxime fieri potest, diligenti sollicitudine augeantur, & sancto religionis zelo ardentius inflammantur. Deinde hoc sedulo maxime cauebit, ut dum in eo excitanda pietatis officio ac studio versatur, dumque hoc enixe curat, ut celebritate summa, vniuersique populi conuentu, & religioso hominum catu res omnis christiana eo tempore peragatur; at huic necessario in primis studio adiungat etiam omnem sollicitudinem & cautionem, ne pestilentiae vis latius serpat, sed repriatur atque extinguatur.

Et quoniam sanctarum processionum vsus afflictissimo quoque tempore, & in pestilentia praesertim, grauissimoque morbo ab ecclesia Dei perpetuo adhibitus est; ideo Episcopus non solum imminente, ut narratum est, sed ingrauescente in dies peste, processiones & supplicationes solemnes toties instituet atque adeo peraget, quoties opus esse viderit.

Quo in processionum officio praestando hoc studio inhaerebit, quod praeter sanctissimorum patrum, Basilij Episcopi, & Mamerti Vicensis documenta, ex quibus earum processiones, quam vtilis ad omnem calamitatem propellendam, quam saluatares sint, facile intelligi potest; exemplis etiam vehementius inflammari debet duorum sanctissimorum virorum, Gre-

gorij Magni Pontificis, & Euthichij Constantinopolitani.

Hic ubi primum processiones instituit, pestis vis tandiu extincta est, dum ille ex hac vita migravit.

Ille vero pontifice Pelagio pestilentia mortuo, non modo non intermittendas, sed certo distincto fidelium ordine, ac solempni prece celebrandas illas censuit; non repentina morte deterritus hominum, qui octuaginta cum illo in processione obierant.

Ad quod sane officium perpetuo retinendum, pieque excitandum, apud nos in primis valere debet vel plurimum hoc etiam praclarum luculentumque exemplum; quod cum scilicet sexaginta fere ante haec tempora annis ciuitas Mediolanensis eo funestae pestis contagio varia multiplicique strage diu affecta atque afflicta, tandem nullo alio remedio sustentaretur, diuinitus liberata est publicarum processionum & triduanarum supplicationum officijs, & ardentissimis pietatis poenitentiaeque studijs atque operibus.

*Est, inquit Cyprianus martyr sanctissimus, plurimorum mens solida est, & anima deuota, quae pestilentiae impetu non mouetur, sed tanquam petra fortis & stabilis, turbidam violentamque eius tempestatem frangit: tamen quia nonnulli, vel praebimbecillitate animi, vel praedulcedine secularis vitae, ac quadam quasi mollitie, minus stare fortiter, nec pectoris sui inuictum robur necessario tempore praestare possunt: ideo ut ipsi, qui in peste valde sibi cauendum putant consulamus, ad cautiones descendimus, quas mox infra demonstramus.*

Id igitur Episcopus curabit atque efficiet, ut cum in omni ecclesia, omnique celebritate, tum in processionibus homines non conferti, non densi simul & compressi inter se sint, sed ordine distincti, & aliquo intervallo separati, ut contagioni locus non detur.

Qua vero in ecclesia pluries mane diebus singulis missae sacrificium celebrabitur, hoc cauebit, ut non eodem tempore ad eandem ecclesiam (cum praesertim perangusta est) populus conueniat, sed diuerso tempore tamen, nisi necessaria causa aliter postulet.

Scholae praeterea institutionis christianae, loco aperto & amplo, utpote in coemeterio, foro, triuio habebuntur: idem expedire videtur, cum in orationis communis, aliorumque pietatis officiorum exercitatione, tum in concionibus aliquando.

Ecclesia parochialis si extra illa septa est, quibus hominum aliunde venientium, & viatorum, peregrinorumque aditus & ingressus pestis temporibus pracludi atque obstrui solet; parochus si intra illa septa, vel intra oppidi lociue moenia ecclesiam aliam idoneam, & domiciliu propinquu ubi ipse habitet, inuenerit, eod sanctissimum Sacramentum, & curae parochialis munus de Vicarij Foranei consensu transferat, licebit.

At

At si aliud iustis causis minus expediret, ibi tamen ea parochialia munera geret, ad quae frequens populi concursus est: qualis est diebus festis Missae parochialis celebratio, praedicatio, vesperarum officium, & orationis communis, ac rei huiusmodi exercitatio.

Id porro omne episcopi iudicio & voluntate statuatur.

Eiusdem iudicium erit, si quando pestis vel periculum vel contagio aliquem locum vexare incipit; an propterea, ut populo locus amplius & commodus detur, altare extra ecclesiam parietes, aut intra, sed in ipso ianuam ingressu collocabitur; praesertim cum vel sacerdos qui celebrat, pestis nomine suspectus admodum sit, & ecclesia perangusta satis; vel contagio ad illi loci coplures domos familiariter dimanarit. Quod si Episcopus ita faciendum censuerit, tunc Vicarius foraneus eiusdem concessu Missae sacrificium in altari portatili, quod ob eas causas intus in ecclesia propinqua collocabitur, aliquoties celebrare permittet; idque praesertim die festo, & in ecclesia praesertim, quae exigua & angusta valde est pro ratione multitudinis, quae confertissima eod ad Missae sacrificiu vno tempore conueniet.

Cum vero altaris portatilis facultatem dabit, eam cautionem praescribet; ut eo loco, & ita collocetur, ut ab omni venti temporis inuira, ab omni rei indecentis, atque offensionem praebentis periculo tutum sit.

Parochialibus suis (qui quoniam extra custodiae fines, & cancellorum septa habitant, suspicionem aliquando maiorem praebent, cum nullus ad eos aditus viatorum peregrinorumque praclusus sit, sed valde apertus, ac plane liber) Episcopi concessu & auctoritate ita prospiciet atque consulat, ut in aliqua propinqua ecclesia, sacellorum probato ad Missae sacrificium conueniant; ubi itidem sermonibus, stas denunciationibus, cohortationibus, scholis christianae institutionis, festo solempni, officio vesperarum, processionibus, litanijs, orationi communi, & alijs pietatis christianae exercitationibus intersint.

Quam ob causam eis certum aliquem propriu sacerdotem dioecesanum constituet: cuius sustentationi succurratur elemosinis, quas vel ipsi, vel omnes illius parochiae homines ad eam conferent, aut certe alia inita eius sustentandi ratione, ut commodius fieri poterit.

Sin hac via non succedet, hanc aliam aggredietur; ut dum pestilentiae suspicio & periculum est, aliquem sacerdotem cappellanum illius oppidi, lociue, qui idoneus parochialia officia praestet, Episcopi concessu ad illos homines eo potissimum tempore mittet, quo tantum illius ministerio opus est.

Si vero complures parochi sunt, vnus aliquis eorum curae causa illuc se conferet.

Immo si vel vnus tantum parochus animarumque curator est, eam aliquando cogitationem, atque

adeo laborem suscipiet, ut ad parochiales illos suos, cum per alias curae occupationes licet, crebro proficiscatur; ut tum Missae sacrificium celebret, sermonem habeat, & id generis officia omnibus vniuersis praestet: tum etiam speciatim singulis quibus opus est, sacramenta ministrat, & alia adiumenta spiritualia praebet, quae a se in primis praestari, suscepti officij parochialis munus deposcit.

Sed demum si omni ea ratione ac via spiritualibus illorum necessitatibus non satis prospectu consultumque esse potest; nullo tamen modo Vicarius Foraneus, aut praefectus, aut parochus patietur, parochiales illos, qui vere pestilentiae morbo non laborant, nec vero certis causis in suspitione contagij vere sunt, ecclesiae parochialis communis, aliarumque quae illius membra sunt, aut intra eius fines posita, aditu & ingressu excludi, atque adeo prohiberi, quod minus ibi missae sacrificio, sacris concionibus, & caeteris christianae pietatis actionibus vniuersis intersint, atque praeterea vnusquisque speciatim sacramenta ibidem, aliaque spiritualia adiumenta a parochia sumat.

Eam quoque rationem parochus Episcopi concessu inire poterit, ut si quando, praesertim qui extra custodiae septa habitant, pauciores sunt quam illi, qui intra eiusdem fines domicilium habent; aliqui cancelli per quos missae sacrificium inspicere possit, intus in ecclesia parochiali, si eius amplitudo hoc tulerit, alioquin in ipso vestibulo praefigantur; ut distincti & separati inter se sint, qui intra septa morantur, ab illis qui pauciores foris manent: atque hac quidem necessaria causa parochus permittet eos parochiales extra ecclesiae ostium Missae sacrificium tunc spectare, nullo decreto vel prouinciali vel dioecetano obstante.

Hac ipsa cancellorum ratio, & viatorum, & illorum etiam causa adhiberi poterit, qui alienae curae homines ad aliquam aliam ecclesiam Vicarij Foranei iussu conuenient; quod licet fortasse locus ubi habitant, ab omni contagione suspitione liber sit, tamen ubi ecclesia parochialis sita est, ad quam conuenire debent, locus pestilentiae morbo laborat.

Cancellorum etiam sepimento eos quoque parochus separabit, quos ex aliena parochia ad Missae sacrificium, diuina officia, & concione accedere animaduertit.

Verum cum istis ut maxime potest, admonitione omni ager, ut ad propriam eorum ecclesiam parochialem conueniant.

Ips qui extra praefixos in ecclesia cancellos manent, aquae sanctae vas praecipuum ab alio distinctu, ac separato loco collocatu apparabit. Quod extra ecclesiam dum pestis suspicio est, ponatur licet; modo tamen a canibus, alijsque brutis animantibus, & omni rei indecentis periculo tutum sit; aut inde in ecclesiam locumque tutum asportari possit, Missae sacrificio, diuini officijs peractis.

Vbi

Vbi vel vniuersus populus, vel magna pars eius, aut vniuersa vicinia ædium suarum exitu prohibetur; Missæ sacrificium in oratorijs, altaribus, quæ iam parietibus exardificata sunt, quæ tunc ex asseribus in vicinia, foro, via publica, locouè opportuniori exstruentur, celebrari Episcopus permittet: qui locum vbi illa struentur, cum primùm inspiciet, arbitrarij suo deliget; tum cauebit sic exstrui, vt supra cautum est de omni periculo euitando.

Hanc porrò curam is, cum per alias occupationes non potest, in vrbe præfectis regionarijs, alijsuè quos maluerit, & in diocesi Vicarijs foraneis relinquet.

In ijs oratorijs altaribus, atque adedò singulis vicinijs, parochus prout opus erit, statas de nuntiationes dierum festorum, vigiliarum, matrimoniorum, & rerum aliarum, quas de more enunciare solet, promulgabit, atque edicet, ediciuè curabit.

Parochus quàm sapissimè parochiales suos è de altari moneat, quàm grauitè peccent, qui præ metu alicuius vel incommodi vel detrimenti, aut alia causa, pestiferam contagiosamq. labem qua infecti sunt, occultè cælant; quamq. exitiosum vitæ suæ detrimentum inferant, propterea quòd si ab initio curationi se darent, facilius morbum depellerent; ac rursus quàm vehementius alijs noceant, qui ob eam causam quoniam illos non cauent, se faciliè contagione inficiunt; & verò quod maximè omnium interest, certo repentinae mortis periculo se se ipsi offerunt, vt ne contritionem quidem qua sua peccata doleant, animo concipiendi, nedum sanctissima Sacramenta sumendi spatium vel exiguum habeant.

Parochialis viciniae lociuè decanis, vel sindicis consilibus id curæ Episcopi nomine commendabit; vt diligenter, vigilantiq. studio singulorum morbum explorent; & si quem in contagione incidisse compererint, quàm primùm se, & laicos etiam eo nomine constitutos certiores faciant, quibus ex legibus magistratus sanitatis id denunciare debent.

Id ipsum patresfamilias monebit, vt hoc itidem de ijs ipsis singulis sedulo præstent, qui in sua familia, famulatuè sunt.

Populo prætereà suadebit, vt omnes & singuli valetudinis publicæ zelum studiumq. suscipiant; ita vt si quis aliquem viciniae suæ hominem, aliumuè ex peste laborare certò scit, aut probabiliter suspicatur, rem omnem cõfestim & sibi, & laicis illis à magistratu constitutis denunciaret.

Ad quod sanè officium quòd vehementius inciter; certis argumentis demonstret, quàm graues pœnas Deus ab ijs reposcet, quorum negligentia culpauè, tot tamq. acerba damna & mala non modò illis peste tabesceribus, quorum morbum patefacere debuerant, sed alijs etiam singulis qui contagione contraxerunt, & vniuersitati denique importata sint.

Aliam prætereà rationem omnem idem parochus adhibebit, vt de cuiusque morbo certior quàm primum fiat.

Illud verò præter cætera populo significabit, sibi ab Episcopo illud præscriptum esse, vt si quem in parochiali vicinia agrè se habere senserit, illum statim inuisit; quòd diligentius in tempore sanctissima Sacramenta ministret, omnemq. aliud adiumentum, cum ad animæ salutem in primis, tum ad corporis etiam curationem conferat.

Certo libro omnes & singulos parochiales suos notabit; non modò eos qui pestilentia suspicioneuè laborarint, ac demum liberati fuerint, vbiunque vel domi vel in locis publicæ curationis degerint; sed illos etiam qui pestifera labe affecti mortem obierint, vbiunque manserint.

Denique opportunè episcopus tanquam populi pater, vt multis rebus, quæ pestis tempore incommodè acerbeq. de repente accidunt, paterna cura prospicere possit; per parochos, & alios tum ecclesiasticos homines, quos huic curæ præfecerit, tum per pios etiam laicos sibi nunciari & significari curet, quæcunque episcopalis officij sollicitudinem, operam, & studium requirunt.

Magistratus porrò & decuriones, ad eas sollicitudines, quas maximas, prudenterq. excogitatas in peste propulsanda ponunt, illam vnà maximè omnium necessariam curam adiungent; vt primò pietatis opera atque officia studeant; tum illa summoperè caueant, quæ pijs officijs, diuino cultui, sanctis charitatis christianæ exercitationibus, & religiosis publicis orationibus aliquo modo vel repugnant, vel certè obstât: cum hæc istiusmodi sint, quæ non imminuât, aut depellant, sed vehementius excitent, pro- uocent uè vim impetumq. pestilentiae.

Contra verò illud certum a quo exploratum est, illam restingui frequenti piorum operum usu, religioso diuinæ charitatis cultu, & publicis supplicationibus.

Hoc ex antiquis christianæ religionis exēplis quæ narrata sunt, planè declaratur.

Quamobrem hæc præter cætera videbunt omni pietatis studio.

Vt in supplicationibus publicis frequentissimè sint.

Vt sanctarum (spiritualiumq. exercitationum studia atque officia ne quidquam impediunt.

Vt nihil obstant, quò minus ad Missæ sacrificium fideles conueniant, conciones adeant, processionibus publicis intersint, orationes item publicas obeant, & priuatim quoque precantur.

Nec prætereà quidquam impediendi afferat, quò minus funera ecclesiastico more ducantur, & sepulturæ locus sacer detur, eiusdemq. item officium peragatur.

Nec verò prohibeant liberis parètes, rursusq. parentibus liberos, & cognatis cognatos; cum

vel

vel pestilentia affecti sunt, vel contagionis nomine suspecti, inferuire: neque publicorum ministrorum suorum, aut eorum, qui oppidum vel vniuersitatum administrationi curationiq. præsumt, minutionibus aut perterrefactione patiantur illos ab ijs pietatis charitatisq. officijs auocari, abduci, abstrahue.

Vt caueant, ne parochos animarumq. curatores, & certos illos sacerdotes, qui in publicis curationum locis ad sacramenta ministranda constituentur, aliosuè ecclesiastici ordinis homines, vilo quouis modo vel nomine, vel prætextu impediunt, & debitas muneris parochialis functiones, debitauè curæ officia, tum vniuersè generatimq. populo, tum speciatim singulis contagione etiã affectis suspensiuè præstent.

Hoc itè ab illis in Domino vehementer petimus. Vt ne aditu, exituq. oppidorum, pagorum, locorumuè eosdem prohibeant, contra ecclesiasticæ libertatis iura, & episcopi præscripta; cui salutem incolumitatemq. populi suæ curæ commissi, nò minus sibi quàm ipsis cordi esse persuasum habere debent.

Quo in genere tantò grauius peccarent eo periculo tempore, quò ecclesiæ ministros huc atque illuc cõfestim, die noctuq., in singulas horas vel in momenta potius, ad salutem animarum procurandam currere magis necessarium est, quàm alios etiã publicos præfectos, curatoresuè valetudinis corporum, quibus aditus atque exitus in omnes partes dari & patere solet.

Vt longè refugiant ab eo detestabili usu, peste affectos suspectos uè tãquam pro derelicto habitos, abiecta scilicet omni eorum cura, ab vrbe, municipio, oppidouè inhumanè exturbadi.

Vt ne in ijs ipsis è domicilio ad tuguriola arripiendis plus exquisitæ diligentiae adhibeant, quàm pro charitatis christianæ ratione adhiberi par est.

Vt ne in illis secludendis, domiq. custodiendis seuerius agant, quàm cum christiana charitate conueniens est.

Vt denique in omni cautione, non magis prudentiæ suæ, quàm diuino auxilio innitantur.

Cum verò ex ecclesiasticis monimētis nusquam compertum sit, fidelem populum vniuersitatis oppidiuè vniuersum vnquam, in pestilentia, vt contagionem euitaret, hoc commississe, vt diuturno admodum tempore totus ab ecclesiæ conuentu penitus abstineret, eiusq. stationes planè desereret; immo verò contra perspicere possit, crebrius, ardentiori q. diuinæ charitatis studio quàm antea cõsueuerat, ecclesias frequentare: ob eam causam magistratus diligenter videbit, vt ne quarantena, quam dicunt, lege, illum vniuersum domo exire prohibeat, quò fiat, vt diutius quàm religionis pietas postulet, officia prætermittat, quæ in ecclesia Deo præstare debet.

Nam vt silentio prætereantur difficultates, incommoda, detrimenta, damna, mala, quæ inde multa reipublicæ gubernationi euenire possent; cauendum etiam maximè est, ne, cum populi multitudo sanctarum caeremoniarum quæ oculorum aspectu cernuntur, vsu & ritu ad pietatis studium incendatur, si domi reclusa aliquandiu ad ecclesiam non conueniat, magna ex parte religionis officia non modò in ea inculta sint, sed planè deflorescant.

Qua quidem ex re longè grauior perniciès pertimescenda est, quàm ex omni vel funestissima pestilentia.

Quare Magistratus de quarantena diligenter, accuratè, & piè in primis etiam atque etiam videbit matura deliberatione, & re omni cum Episcopo communicata; vt non minus animarum pesti, quàm corporum contagioni, quæ infinitis partibus inferior est, rectè prospiciatur. Quòd si aliquando indicetur; illud maximè præuidendum erit, ne in Aduentum, Quadragesimam, Solemnitates Domini, sacra q. alia tempora incidat, quibus pro sacrosancta diuinorum officiorum celebritate, populi fidelis conuentus in ecclesia & frequens & solemnitas itidem esse debet; vt solemnitas sacra sunt, quæ ex Spiritus Sancti doctrina religiosis caeremonijs, diuinoq. ritu celebrantur.

Ea prætereà ratio ineunda erit, vt speciatim potius quàm vniuersè, & in summa instanti necessitate quarantena fiat; ita vt vel sceminae solum cum pueris, vel aliquando viri, vel vnus viciniae tantum, quæ grauius è suspicione laborat, homines, certo illo temporis spatio, eoq. non diuturniori domi se contineant.

#### Cautio in sacerdote ministrante.

**S**I Parochus ob aliam causam, quàm ob ministerij sui parochialis occasionem in pestis suspicionem inciderit, plures sanè dies domi se continebit, quot scilicet pro suspicionis ratione Episcopus boni publici causa statuerit. Quòd verò ad ministeria parochialibus suis præstanda attinet, ea ipsa ratio seruabitur, quæ parochus supra propolita est, si quãdo ministerij sui occasione in suspicionem incidit.

Idem parochus, aliusuè sacerdos, qui peste laborantium curam gerit, quoties hominem sibi commissum habet, qui in pestilentiam suspicionem uè inciderit, vt & nullo loco officijs desit, quæ in eum conferre debet, & quàm cautissimè potest, omne periculum euitet; vbi se ad Dei voluntatem totum accommodarit, deliberationemq. susceperit mortis in singulas horas obeunda, vt animabus sibi in curâ traditis ad salutem proficit, præsidium verò incoluinitatis suæ in Dei potissimum custodia posuerit; has etiam cautiones adhibere poterit.

Vt si quando hominis peste affecti suspensiuè confessionem audiat, loco audiat, qui aliquantulum à lecto distet.

Cum

Cum verò sine magno illius incommodo id fieri potest, curet licet, vt ad fenestram aut ostium, aut in porticum vestibulumue, aut ad impluuium aliumue locum apertum accedat, vbi illum confitentem audiat; vt cubiculum declinet, in quo contagionis periculum timeri solet.

Vt eadem cautione in sanctissimæ Eucharistiæ ministracione vtatur.

Vt alijs remedijs se præmuniat, quæ religiosorum hominum in primis consilio probata, medicorum iudicio vim aliquam repellendæ contagionis habent.

Vt dum intrâ septa curationis publicæ est, vestes contractiores, aut ita succinctas, quæ infra genua vix protendant, adhibeat.

Vt in ijs ministracionibus, non pluuiali, sed solum superpelliceo & stola vtatur.

Sacræ hostiæ particulam vnâ, aut plures, quæ ad comunicantium vsum tunc satis erunt, ferre poterit: nec verò aliâ prætereâ, quæ de more reportetur, dū ad ecclesiâ cappellâue redit. At verò in omni Sacramento, multoq. magis in sanctissima Eucharistia ministranda cauebit, vt euitandi periculi vel suspitionis causa, ne quid vel minimum quod nouum sit, ad ministracionis ritum introducat; neq. instrumentum, aliudue quid simile ad ministracionem pro digitis vel adeò in ijs ipsis adhibeat.

Extra domicilij inaniam, aut tuguriorum septa eos consistere iubebit, qui sanctissimum Sacramentum luminibus prosequuntur, clerico excepto.

Quorum luminum loco, aliqua si fieri potest, per eos accendi mandet, qui intrâ illud domicilium eadē septa habitant, cum iâ suspecti sint. Sacerdotes præfecti curationi spiritali hospitalis domus, alteriusue loci, vbi morbo infecti suspectiue curantur, abstineant ab omni vel consuetudine, vel alio contrahendæ contagionis periculo, quod aliunde existere possit, quàm ex sacris functionibus & ministerijs, & alijs charitatis officijs quæ præstanda susceperunt.

Eorum sacerdotum, si plures sunt, vnus deligatur, qui ægrotis sacram communionem præbeat, cæteraq. ministeria præstet, quibus obundis propius accedat necesse est; at verò plures etiam pro multitudine ægrotorum: alius autem qui peste suspectis curam operamq. suam in ijs ipsis ministerijs nauet; alius minus suspectis, & conualescentibus, custodibusue, & famulis, cæterisque ministrabit, qui à suspitione liberi, in hospitalis domus, aut loci tuguriorum finibus extra septa degunt.

In Sacramento autem pœnitentiæ ministrando, in sacra cõcione habenda, in doctrina christiana tradenda, & alijs functionibus, quibus præstandis ad eos peste vel affectos vel suspectos appropinquare nõ est necesse; vnus, et ite alter vicissim, prout inter se conuenerint, aut prout episcopus maluerit, operam suam cu-

ramq. non ægrotis solum suspectisue nauare poterit, sed cæteris etiam, atque adeò illis, qui recte valentes extra tuguriorum fines collocati constitutiq. sunt ad locorum eorum custodia, vsum, & famulatum.

Cum eorum sacerdotum vnus ægrotis curam ministeriumue nauat, alter ijs qui tantum in suspectis habentur; cautè etiam ij ambo mutua inter se consuetudine vtentur; ne præ suspitione fideles à suscipiendo eorum ministerio auertantur.

Atque si in iisdem domicilijs habitant, eorum tamen commercium aliquo interuallo disiunctum erit.

Eorum vnusquisque ad Missæ sacrificij vsum distinctas sacras vestes, mappas altaris, distinctisue etiam calices si fieri potest, habebunt. In cappellis quoque altaribusue distinctis celebrabunt.

Si verò vna tantum cappella est, vnumue altare, ne vnus alterius indumenta mappasue adhibeat, tangatur.

Si aliquando vel in Missæ sacrificio, vel in sanctissimæ Eucharistiæ ministracione, cum clericus desit qui ministret, alter alteri ministrare necesse habet; vtriusque cautio eadem erit.

#### Cautio in sacerdote qui ministravit.

**P**AROCIVS, aliusue sacerdos, cum vel peste tabescenti extremam vnctionem ministraverit, vel in eius cubiculo confessionem propius audierit, aut aliud denique egerit, vnde apud populum in probabilem pestis suspitionem inciderit; tunc aliorum commercium consuetudineue per aliquos dies abstinere, ne bene valentibus contagij periculum, aut certè timorem injiciat.

Dum is tanquam suspectus domi se continet, si fortè acciderit opus esse alicui itidem suspecto aut infecto, qui parochiæ suæ sit, aut alienæ, at curæ suæ commissus; huic ministerij sui operam Sacramentis ministrandis præstabit. Quo tempore ab aliorum cõmercio abstinere, in parochiali tantum ecclesia, aliaue quâ præfectus regionarius aut Vicarius foraneus constituerit, Missam celebrabit; & in eo prætereâ solum altari, in quo nemo alius sacerdos eo tempore celebrabit.

Quod altare, si fieri potest, cancellis muniatur, quibus populo ingressus præcludatur.

Quo ipso tempore ad Missæ celebrationem vestes sacras & mappas altari adhibebit, quæ separatim loco distincto asservabuntur; nec alijs sacerdotibus tunc vsui erunt.

De suggestu, alioque eius generis loco, qui à populi frequentia aliquo interuallo disiectus sit, sermonem concionemue habere poterit.

Confessionem in ecclesia intus & foris, at in sede confessionali audiet; quæ præter laminam perforatam, aliquid etiam intermediū interiectumue habeat opere chartaceo confectum.

Extra

Extra etiam confessionalem sedem audiat licet, ita tamen vt confitens ab eo distet tribus quatuorue cubitis.

Parochialem etiam viciniam, aliamue curam suam, commissam obeat licet, cum vel funus curare, vel alia parochialia officia præstare necesse habeat.

Alia prætereâ loca adire poterit, cum peccata confessurus, ad alium parochum, confessariumue qui propius absit, se conferat opus est. At sanè expediet eum confessarium ad eum potius in parochiæ finibus accedere.

Cauebit autem, ne in chorum ecclesiæ, vbi alij sacerdotes sunt; neq. aliò ite, vbi frequens hominū cõuentus est, proximè ad eos accedat. Nec verò idem sacerdos extra parochiæ fines, excepta causa, quæ commemorata est, sine Episcopi, aut præfecti regionarij, vicarijue foranei facultate scripta discedet.

Neque porrò facultas dabitur, nisi cum alijs suspectis sacramenta ministraturus est; aut bene valentium etiam, adhibita paulò ante demonstrata cautione, cõfessionem Episcopi iussu auditurus, aut ad Episcopum res ad curam suam pertinentes relaturus, aut aliquid acturus, quod sua causa agi necesse est.

Quam diu verò ab aliorum consuetudine suspitionis causa abstinere, cum domo aliqua causa facultateue egredietur; semper, præterquam cum sanctissimum Eucharistiam feret, ferulam albi coloris quatuor cubitis longam (quod signum suspitionis erit) manu gestabit, vt omnes eius congressum proximūq. accessum cauere possint.

Eo ipso tempore dum suspectus est, baptismū infusionis, non immersionis ritu (vbi huius ritus consuetudo alijs temporibus est) ministrabit; statas verò baptismi ceremonias ad id tempus differet, quo à suspitione liber erit: aut alium sacerdotem adhibebit, qui baptismum statis ceremonijs ministret.

Alterius etiam sacerdotis ministerio vtetur, ad sanctissimam Eucharistiam, extremamq. vnctionem parochialibus suis ministrandam pestis suspitione non laborantibus.

Quamobrem parochus, dum eo loco pestis est, vbi curam gerit, facultas detur alium sacerdotem substituendi, qui ab ordinis munere non sit suspensus, vt parochialis curæ munera obeat. Ne tamen audiendis confessionibus alium sacerdotem substituere possit, quem antea Episcopus non probarit, nisi huius substitutionis potestatem idem fecisset.

Clericus, famulusue parochi suspecti, aliusue cuius opera vt velit, quo tempore ille domi se continet, inde etiam ne ipsi quidem egrediantur ad præscriptum; si quando autem exire necesse habebunt, ferulam de more gestabunt. Vbi septimus dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscriptum, prout viderit expedire, præterijt, quo parochus in pestis suspitionem ob ministerium incidit, neque aliqua parte se

læsum sentit, nec verò suspicatur se contagione infectum esse; liberè vt antea, & sine ferula omnia loca adire, parochialisq. curæ munera obire poterit, nisi aliter Episcopus iusserit. Idem de parochi clerico, famulo, familiaue cõsendum erit; quæ ex parochi ob ministerium suspitione se se domi continuit.

Parochus autem, & sacerdotes in loco curationis publicæ constituti, caueant, ne propius accedant, congregiaturue cum ijs, qui à pestis suspitione liberi sunt: neue alia ratione eis periculum aut suspitionem contagionis afferant. Quamobrem è loco in quo collocati sunt, facultate ab Episcopo, præfectouè regionario, aut à Vicario foraneo in diocesi non impetrata, ne discedant.

Nec verò illi, præfectus scilicet regionarius, et Vicarius foraneus Episcopo inconsulto dent, nisi ob causam, quæ vel ad spiritalè ministerium, vel ad publicam curationem spectet: ob quas causas sæpè accidit, eos ad alia loca mitti oportere.

Cum autem foras quauis causa facultateue exeunt, ferulam albam parochis supra constitutam gestabunt.

*Cautio in homine ecclesiastico ob aliam causam suspecto, aut peste etiam infecto adhibenda.*

**A**D tuendam publicam valetudinem episcopus eam facultatem parochus dabit, vt non modò ecclesiasticis hominibus, qui in parochiali vicinia habitant, sed etiam socio curæ parochialis, & parochus item proximè habitanti, si quis eorum in pestilentiam, eiusq. suspitionem inciderit, hæc vt infra præcipere, iubereue possit.

Vt is scilicet vel infectus vel suspectus, intrâ domicilium certi præscripti temporis lege se contineat, aliorumq. consuetudine abstinere. Vt neminem alium intrò ad se domum recipiat, admittatur.

Vt illius familia hoc ipsum omne itidè præstet. Hanc eandem potestatem præfectus regionarius cum in reliquos ecclesiasticos homines, tum in parochos ipsos exequetur, non solum si quando eorum quispiam peste afficitur, pestisue suspitionem præbet, verum etiam alia de causa.

Ad cuius rei exequendæ vsum pœnis arbitrij sui contra contumaces aget.

Hæc ipsa facultas erit etiam vnus cuiusq. Vicarij Foranei, cui prætereâ laicos homines, cū ecclesiasticos idoneos nõ habebit, qui hæc exequantur, substituere licebit, si quid præsertim de repente acciderit, quod aliena opera opus habeat.

Eisdem prætereâ singulis licebit, etiam laicorum ministrorum custodiam, si ita quandoq. expedire censuerint, adhibere.

Parochus igitur vbi primum ecclesiasticus homo in suspitione pestis incidit, facultate sibi data,

X

vt opus



vt opus esse viderit, statim diligenter & prudenter utetur. Ecclesiæ autem vestes, & præcipue quibus ille proprie utebatur, vnde contagium existere possit, omni diligentissima cautione, vt nihil planè amittatur, certo loco ab aliorum consuetudinem semoto reponi, & custodiri curabit.

Qui locus benè sepietur & munietur, & supellectilis quæ in eo reconderetur, index, omniq; alia opportuna cautio adhibebitur.

Episcopum præterea, aut præfectum regionarium, aut Vicarium Foraneum de tota re certiore itidem faciet, vt vbi rem ipsam diligenter cognouerit, vel aliquid aliud, vel id ipsum diligentius statuatur, prout expedire videbitur. Rem item omnem curatoribus publicæ valedudinis in ea vicinia cõstitutis quàm primum significabit, vt & subministrantur, quæ eorū opera ministeriōe ei tunc subministrare necesse est, & omnis alia diligens cautio ab illis adhibeatur, quæ necessaria esset ad alios homines conquirendos, qui cum eo, aliusue illius familiaritatis, domusue commercium habuissent, aut alio modo eius rei causa suspecti esse possunt. Si verò parochus est, aut eius clericus, aut familia domusue, quæ in suspicionem incidit; hæc ipsa officia socius parochialis curæ, si quæ habet, alioqui parochus propinquior præstabit.

Curabit porò præfectus regionarius, aut Vicarius foraneus impensè admodum, vt & domicilia, & supellex ecclesiarum, vel ecclesiasticorū hominū quàm diligentissimè expurgentur. Ad cuius expurgationis rationem omne exquiri studij, cautionisq; genus Episcopus adhiberi iubebit, quod ex Magistratus præscripto in laicalibus rebus expurgandis adhiberi solet. Et vbi opus esse censerit, ad expurgationem eorūdem ministrorū operam vtendā curabit.

Cum ex facti quod euenerit ratione, dubium existit, an quis peste mortuus sit, anue illius supellex eo nomine suspecta, anue alio genere morbi affectus; tunc parochus medicos in consiliū adhibebit, aliosue peritos, eosq; potissimum, quos Magistratus curæ eiusmodi præferit, vt de re tota certius statuatur.

Parochus, aliusue ecclesiastici ordinis homo, qui loca incolit, quorum commercium ob suspicionis causam vetitum edicto publico est, ne inde egrediatur, prohibeat Vicarius foraneus, sicut ceteris eorum locorum incolis prohibitū est; ita tamen, in certis ijs regulis, & facultatibus, quæ ecclesiasticis hominibus peste suspectis supra constitutæ sunt, vtatur, & fruatur, præsertim, qui animarum curam quouis modo aut nomine gerit.

Hæc omnis cautio tum in Sacerdote ministrante, tum in eo, qui ministrat, tum etiam in ecclesiastico homine testes suspecto, quicumque sit, vt diligentissimè adhibeatur atque seruetur, parochi vt supra cura erit. Quæ sanè cura omnis cautioq; in vrbe ad præfectum regionarium, & in diocesi ad Vicarium foraneum

neum maximè pertinebit.

*Cautio in monasterijs, & collegijs pijs adhibenda.*

**S**I regularium hominum monasteriū, aliudue collegium ecclesiasticum, aut domus vbi collegiatim viuunt in pestem eiusue suspensionem inciderit, eadem tota ratio, & cautio quæ mox supra demonstrata est, ab Episcopo, & præfecto regionario, Vicariōe foraneo ipsius Episcopi nomine ita diligenter adhibeatur, vt omnes qui in eo monasterio collegiōe habitant (nisi aliquos solūm peste suspectos esse manifestò constet) ab aliorum hominum consuetudine commerciorū abstineant, & intrā monasterij domusue septa se contineant ad Episcopi præscriptum.

Eam verò cautionem inter se adhibebunt, vt alter ab altero ita separatim in consuetudine versetur, vt ne contagium contrahere possit.

Quamobrem etiam in hortis tuguria strui expedit. Verūm ne propterea in eorum ecclesia diuinus cultus intermittatur: sed diuina officia in choro vt moris est, obeant; ita tamen, vt ibi alter ab altero separatim aliquo exiguo spatio interiecto sit.

Missas singuli in singulis altaribus distinctis celebrent, sacris adhibitis indumentis & instrumentis, quæ ex communi sacristiæ supellectile sumpta, ad suum quisque vsum eo tempore sigillatim, locoq; separato seruabit, & custodiet.

Ne verò vllum populo periculum inde existat; à capellis vbi celebrabitur, & choro, aditus ipsius populi secludatur cancellis ferreis, ligneisue, aut alio eiusmodi sepimento.

At ne dum se intrā Monasterij septa ab aliorum consuetudine abstinent, quidquam ad vitium eis desit, è publico illo sumptu, qui necessario eo tempore ad pauperum sustentationem constitutus est, elemosinam, vt opus erit, subministrari curandum erit.

Si ecclesiasticorum hominum in eodem monasterio locouè collegiatim viuentium magnus admodum numerus est, qui pestis nomine suspectus sit, nec verò domus habitationisue amplitudo eiusmodi est, vt omnes tuguris etiam extructis cõmodè separatim habitare possint: expedit, vel eos omnes qui ex peste suspensione laborant, vel his relictis, alios rectè valentes, suspensione q; liberos ad aliam domum monasteriumue, aut etiam ad plura traduci, quæ tamen vacua sint, & ita constructa, vt dū curationis aut suspensionis causa in illis manent, regularem modestiam, ecclesiasticamq; ordinis sui disciplinam rectè seruare possint.

Hæc ipsa cura & cautio adhibebitur, si quando fortasè monialium, in eodem monasterio viuentium magnum numerum pestis peruaferit.

Sed in earum monasterijs pestis noie suspectis magna

magna ab Episcopo cautio adhibenda erit, ne ex ea occasione intrā septa monasterij aditus sit sine necessaria causa.

Nec verò extra clausuræ septa finesue egrediendi facultas, nisi urgente necessariaq; item causa monialibus permittatur.

Si verò aliquando necessitas efflagitat, vt illi intus visitentur, aut inspiciantur; hoc ne à uiris fiat sed à feminis honestis, curabit Episcopus. Hoc ipsum itidem seruabit, si quando monastorū opera, aut alia eiusmodi necessaria erunt.

*De baptismo infanti peste laboranti suspectouè ministrando.*

**I**N F A N S nuper natus peste laborans, aut eo nomine suspectus, quia à matre pestifero morbo affecta ortus est, quàm primū ob instans mortis periculum à sacerdote peste laborantium curā gerente infusionis ritu baptizabitur, alijs stans cõmunijs tunc non adhibitis.

Si sacerdos abest, idem confestim ab alio præstabitur, qui præsens baptizandi formam norit: nec verò cõpater adhibeatur, aut talis qualis infans est, compater aut commater adicietur, nepe ex morbo laborans, aut ex eadē causæ origine suspectus; si alij qui liberi sūt, suspicionē cõtagionis deterriti, id mun<sup>o</sup> refugerint. Postea si infans superstes erit, quàm primū ab omni suspicionē liber erit, in ecclesiam parochialem suam sacerdoti parochō offeretur, qui ex ecclesiæ instituto reliquas stas cõmunijs ei adhibebit.

Idem in baptismo seruabitur infantū, qui expositi, dubium est, an pestilentia suspecti sint. Hoc ipsum quoque præstabitur in baptismo infantum, qui non ita manifestò suspecti uidentur; quales ij sunt, qui è mulieribus benè valentibus nascuntur; quæ tamen ex aliqua suspicionē, vel domi inclusa, vel ad loca publicæ curationis perductæ sunt, quoniam vel loco suspecto fuerunt, vel cum homine suspecto consuetudinem habuerunt.

Sacerdotes locorum curationis publicæ, quibus baptismum ministrarint, eorum, & parentum nomina, & reliqua de more in librum certum referant: quem deinceps à pestifera lue purgatum ad archiuum Episcopale ferant.

Vniuscuiusque autem quem baptizarint, baptismum exscriptum proprio etiam eius parochō tradant: quem etiam cum primū inde illi emittuntur, certiore faciant de cõmunijs reliquis, quas non adhibuerint, ut ille in parochiali ecclesia ritè suppleat.

*Officia confratrum charitatis, & collectio elemosinarum, ac distributio.*

**S**C H O L A E charitatis homines, parochō describendis parochiæ pauperibus operā nauabunt; quos semel diligenter descriptos, sæpè generatim recognoscent. Qua in recognitione

si quid vel addendum, vel mutandum viderint, id parochō nunciabunt; qui in descriptionis libro notabit, quod eo in genere opus erit, & episcopo etiam referet.

Idem singulis diebus sedulo pauperes inuisent, eosq; præsertim, qui peste tabescunt, suspectiue sunt.

Si quos inuenerint, qui recenter in morbum inciderint, quiuè spiritualis alicuius adiuuenti indigeant, de ijs eundem parochum certiore faciant.

Ipsi verò sollicito studio in id incumbunt, vt quæ ad corporis vsum necessaria sunt pauperibus, pesteq; affectis, vndique conquirant. Vt autem omni ex parte cumulatiore charitatis subsidia comparent, cum ad episcopum, tū ad præfectos regionarios, vicariosue foraneos, & parochos per fugium sapissimè habebunt: quorum etiam auctoritate ad omnem elemosinæ pijq; subsidij conquisitionem atque apparatus ventur; sæpè etiam magistratum & decuriones conuenient, vt opus erit.

Id parochus præter cetera maximè parochiales suos cohortabitur, vt his præsertim pestilentia temporibus omni commiseratione dignis, quantam maximam per facultates possunt, elemosinam conferant, ad subleuandas necessitates, non solūm peste laborantium suspectorumue, sed aliorum etiam omnium qui rerum inopia premuntur.

Quam ob causam singulis hebdomadis semel, atque adeò sæpius rariuè, prout necessitas vrget, parochialiumq; opes ferunt, viciniam suam adhibitis charitatis sodalibus in omnes partes obibat, omniq; studio, & charitatis pia cõtentione, elemosinam, quæ in eorum miserabili vsum erogetur, ab omnibus efflagitabit. In ecclesia præterea parochiali, in omniq; viciniam parte, præsertim pro foribus eorum, qui peste infecti suspectiue sunt, capsulas aliquas duabus clauibus inter se diuersis singulas clauas, certoq; signo quod præcipuum Episcopus cõstituerit, notataq; & distinctas publicè proponet, atque affiget: in quas oblata elemosinæ eo nomine conijciantur.

E clauibus illis duabus vnā ipse parochus, & alteram ille ex confratribus charitatis asseruabit, quem Episcopus, præfectusue, vel Vicarius foraneus delegerit.

Si qua in parochiali vicinia cõplures sunt, vel pestifera labe inquinati, vel suspecti, vel alij inopes homines, quibus aliunde non satis succurri possit; parochus ad Episcopum confugiet, cuius concessu in finitima etiam vicinia parochiali capsulam elemosinæ proponere, aut alia ratione subsidia charitatis comparare possit ad illorum sustentationem.

Vt autē necessario eo tempore pauperū egestati vndique succurratur, eā facultatē, si ita necessitas tulerit, epus aliquando permittet, vt piorū locorū pfecti, curatoresue elemosinarū, quas certo pscripto tempore dari moris est, distributio-

nē anticipēt; vt potē quę eleemofina ſemeftri, aut longioris temporis ſpatio in egentiu vſum erogari cōſueuerat, ea omnis duobus tribuſuē menſibus, aut breuiori tempore prout opus erit distribuatur.

Ea autem cautio adhibebitur, vt ne eleemofinæ distribuendæ ratio atque vſus, ſine legitima auctoritate & facultate vnquam immutetur; verbi gratia, quod puellis virginibuſuē nuptui dandis in dotem pia liberalitate erogari ſolet aut debet, ne in panis eleemofinam, aliuduē genus conuertatur.

Nec verò piorum locorum prædia, aliaue bona immobilia hypothecæ pignoriuē dentur, aut alienentur; contra ac teſtatorum voluntate, canonum iure, pontificijs conſtitutionibus, & Conciliorum, aut Synodi prouincialis noſtræ primæ decretis cautum eſt.

Prou. 1. par. 3.  
De piorū loco-  
rum admini. S.  
iis qui bona.  
pag. 42.

Omnis eleemofina, quæ à charitatis confratribus congeretur, de parochi, aut præſecti regionarij, aut Vicarij foranei conſilio & aſſenſu, in eorū hominum vſum neceſſarium erogabitur. In eleemofinæ autem erogatione, habebitur ratio cum in primis inopiæ, paupertatisq. ſacerdotum, & monaſteriorum cuiuſuis generis & ordinis, tum hoſpitalium ædium locorumuē, quæ intrā parochialis viciniam ſita ſunt.

Quibus ſacerdotibus & monaſterijs ex ærario etiam publico, aut cenſu, vnde reliqui pauperes ſuſtentantur, neceſſaria alimenta ſubminiſtrari oportebit; cum ob alias cauſas, tum quia publico eccleſiæ nomine, religioſi illi homines quotidianis ſacrificijs, ſupplicationibus, diuinorumq. officiorum cultu; & moniales etiam ſacra lachrymarum ui, peccatorum deploratione, gemitu, uigilijs, ieiunio, atque aſſidua oratione, Dei iram aſſictiſſimo illo tempore placare contendunt.

Cauebit autem parochus, ne rei cuiuſquam quæ ad corporales quorumuis hominum, etiam peſte laborantium ſuſceptorum uē neceſſitates pertineat, præcipuam curam, præcipuūq. onus ſibi ſuſcipiat, quo retardetur aut impediatur, quin proprium curæ ſuæ officium exequatur: quod totum in rerum ſpiritualium procuratio ne atque adminiſtratione verſari in primis debet. Ideo ab ordinario munere eleemofinæ distribuendæ, ſubuentioſiq. publicæ erogandæ abſtinebit.

Si quo autem in loco & pauperum ingens neceſſitas, & penuria hominum ut id muneris recte gerere poſſit, aliquando hoc ſuadebit, vt iſtiuſmodi pondus ipſe ſuſcipiat ac ſuſtineat; ad Episcopum adibit, cuius facultate illud ſubeat, ac gerat.

Adhibere autem ſecum ſemper ſtudebit pios aliquot parochialis viciniam homines, aut confratres charitatis; quos tum adiutores, tum etiā teſtes fidelis diſpenſationis habebit.

Hoc etiam ipſum & præſectus regionarius, & Vicarius foraneus exequi præſtareq. curabunt. Vt omnis eleemofina, quæcunque ſit quæ collige-

tur, quibus oportet, recteq. distribuatur; nec verò impudēter vſurpetur, atque abſorbeat; ab ijs, qui aliunde cum habeant vnde viuant; iniqua illa vſurpatione exitium animæ ſuę pariunt, & vitæ periculum illis præbēt, qui ſumma rerum omnium anguſtia premuntur: ideò regionarius præſectus, Vicarius foraneus, uifitator Episcopalis, & parochus in primis opportuna ratione (vbicunque ſunt qui peſtis ſuſpicioniſuē cauſa domi incluſi, aut etiam inopiæ nomine illam etiam pro foribus, aut de fenestris eſt agitant) iſtos, & aliquando populū uniuerſum, prout occaſio tulerit, id grauius monebit, docebitq. peccati mortalis vinculo irretitos teneri, ſi qui ſunt qui conſequendæ eleemofinæ cauſam aliquam prætexunt & aſſimulant; atque adeo ſi quam eo nomine & cauſæ ſimulatione conſequuntur, planè reſtituere debent.

Quamobrem grauiffimè peccabunt, quicunq. eleemofinam capient, illis egentibus hominibus ſolū conſtitutam, qui aliunde certo recluſionis aliouē præſtituto tempore non habent vnde uictum ſibi parent, ſi reuera ipſi in eo paupertatis ſtatu non ſunt: nec verò eā eleemofinam ſine conſcientiæ offenſione & labe retinere vllō modo poterūt; præſertim ſi ipſius eleemofinæ curatores; aliqua ſignificatione ratione uē præcauerint, ſe conſtituiſſe, ijs tantum, qui ea inopia paupertate uē premuntur, illam distribuere.

*Cura præſtandæ & exercendæ pietatis in locis publicæ curationis, ac domicilijs occluſis.*

**I**N omni triuio crux loco decenti erigetur, ad quam orantes & precantes ſpectent.

Ibidem ad Episcopum præſcriptum altaria eſtruantur, in quibus Miſſæ ſacrificium offeratur; ita vt qui ſacerdos etiam regularis in illis obtulerit celebrauerit uē Episcopum iuſſu, ſatis feciſſe cēſeatur muneri, quo adſtrictus eſt celebrandi in alio cuiuſuis eccleſiæ altari.

In cappella domus hoſpitalis loci uē publicæ curationis, perpetuò ſanctiſſimum ſacramentum aſſeruetur; cui lampas accenſa præluceat. In qua cappella ſacerdos qui ſpirituali curationi præeſt; aliquando orationem ſine intermiſſione inſtituet, religioſeq. atque ordine haberi ſtudebit.

Vbi ob peſtilentiæ propagationem, obitu uē uel egritudinem ſacerdotum, deſunt qui ſpiritualē peſte languentium vel ſuſceptorum curam ſuſtineant gerant uē, vt quam diligentiffimè conquirantur, vicarius foraneus in diceceſi Episcopum certiore celerrimè & ſepiffimè faciet, præſectus in ciuitate: interea verò eorum curam parochis, alijs uē ſacerdotibus probatis qui proximè habitant, magnopere commendabit.

Idem officium præſtabunt, ſi quando ob ſuſpi-

ſpicionem peſtis in parochia vel etiam infeclionem inciderit; vt ſcilicet alium ſacerdotē in eius locum ſubſtituat, qui parochialis curæ partes neceſſario tempore exequatur, quas ille per ſuſpicionem, ijs qui ſuſpicionem carent præſtare minus poteſt.

Cum nemo ſacerdos eſt, qui publici tuguriorum loci curationem gerat, hoc ſaltem curabitur; vt die feſto, & in hebdomada etiam certis alijs diebus, eò loci aliquis ſacerdos eccleſiæ aut viciniam parochialis, Miſſæ ſacrificium in oratorio ob eam cauſam extra tuguriorum ſepta eſtructo offerat.

Si verò ne id quidem fieri poteſt, quoniam nemo alius ſacerdos eſt niſi vnus tantum parochus, hic ipſe aliquando per hebdomadam eò ſe conferet ad Miſſæ ſacrum celebrandum. Vbi in eo tuguriorum loco ſacerdotes plures ſunt, tum id curabunt, vt omnes quicunque ibi ſunt, Miſſam ſpectent audiant uē; tum ipſi ob eam cauſam inter ſe rationem inibunt, vt eum præſertim vna tantum cappella ſit, alius benè mane, alius paulò tardiùs Miſſam celebret; aut certa alia hora commodiore id quicque præſtet.

Præcipuè parochus hoc valde curabit, vt ſi quando vel vniuerſi ciues, vel aliqua vicinia, familiarè parochialis domo egredi prohibentur; omnes & ſinguli antequam ſe in ſuis quicque domicilijs per illud dierum ſpatium includat, peccata cōfeſſi ſacram communionem ſumant. Si verò præ tēporis exiguitate id tunc nō præſtabunt, præſtent ſaltem eo ipſo ineunte tempore, & deinceps præterea ſingulis hebdomadis, aut quintodecimo quoque die, prout ſe illis per alias occupationes poſſe ſacramenta miniſtrare viderit.

At pro curæ ſuæ ratione, quæ ad ægrorum ſalutem ſpiritualia adiumenta ſpectant, hæc omnibus alijs anteponet.

Certam aliquam chriſtianæ vitæ normam eo tempore, cum populus intrā domesticos parietes aliquandiu ſe continet, paſtoralibus literis Episcopum commōſtrabit, vt quotidianas habeat pietatis chriſtianæ exercitationes, quibus perpetuum curſum teneat in uia ſalutis.

Pietatis autem ea officia proponet patribus familias, vt non ſolū manè, ſed veſperi & meridie, ſingulisq. horis ac momenti habeant ſpirituales exercitationes, in quibus omnis familia piè verſetur.

Quamobrem præter cetera, libros in ſingulas familias introducendos curabit, nō ſolū eos quos ſupra commemorauimus, ſed ſacrorum bibliorum partem aliquam, vt pote hiftoriam Iob, libros Tobiam, epiſtolam S. Iacobi, & volumen præterea de vitis Sancti Sebaſtiani, Sancti Gregorij Magni, Sancti Rochi, Sancti Macharij, Sancti Euthychij Patriarchæ Conſtantinopolitani, Sancti Nicolai Episcopum, Sancti Bernardini Senenſis, qui omnes peſtilen-

tia documēta & exempla præbuerunt ſanctiſimarum virtutum.

Ad alias religioſas orationes introducet certos pſalmos, & hos potiſſimum; nempe pſalmum ſextum, decimum ſextum, uigefimum quartum, trigefimum primum, trigefimum ſe primum, quinquageſimum, ſeptuageſimum octauum, centefimum primum, centefimum item & vigefimum nonum.

Stata præterea illa oratio parochi & ſacerdotis, quæ in ſingulos dies ſepties certis horis adhibebitur, etiā à cuſtodibus & miniſtris inſtituetur in omnibus tuguriorum ſeptis, hoſpitalibus ædibus, ſingulis familiarum incluſe domicilijs, omni loco & publicè & priuatim.

Quæ oratio ut rectè religioſeq. peragatur, curandum eſt diligenter ad Episcopum præſcriptū. Itaque orationis huius ſignū, in vniuerſi, uel partis populi recluſione dabitur campanis primarię eccleſiæ; collegiatarum item tam regularium quam ſecularium ſi quæ ibi ſunt dabitur.

Itidem in eccleſia parochiali fiet, cuius viciniam homines, familiarè aliqua contagionis nomine ſuſpecte domi ſe continent.

Itidem fiet percuffione paruulæ campanæ hoſpitalis, aut alterius loci curationis publicæ. Signi ratio hæc ſeruabitur; vt diſtincto certo temporis ſpatio, nempe ſecunda quaque hora, aut longiori breuiori uē interuallo, prout dies contractiores vel longiores ſunt, ſepties in die campana pulſetur.

Initio orationis ſignificandæ, percuffio campanarum fiet, vt de more ſit, cum ſalutationis Angelicæ quę *Aue Maria* dicitur, ſignum datur; poſtea continenter per horæ quadrantem certis campanę ictibus breui interuallo diſtinctis eiſdem ſignificatio fiet, quæ ſono terminabitur, vt oratio veſpertina ſolet.

Dum verò campanis pulſatur, litanie ſupplicationeſuē ad Episcopum præſcriptum concinentur recitabuntur uē, ita vt uel è fenestris foribuſuē ædium ab vna parte ſint qui illas præcinant, & viciffim ab altera qui religioſe ſuccinant, & reſpondeant.

Quod ſicubi ita præſtari non poteſt, intus in ædibus ipſis loco omnium communi, aut vbi optimè poteſt, ſtatis illis ſignificationis horis præſtabitur.

Quam ob cauſam in vnaquaque vicinia vbi hæc precatio horaria celebrabitur, vnus plureſuē eccleſiaſtici homines, aut ſi tales non ad ſunt, alij pij viri orationis vſu inſtructi, ad fenestram foreſuē ædium adhibebuntur; qui ſtata quaque hora qua ſignificatio fiet, orationis huius inſtitutum atque vſum rectè riteq. moderentur & dirigant, & eius ſtudium in horas ferè ſingulas ardentius excitabunt.

Curabit præterea parochus, vt diebus ſaltem feſtis, vbi ſunt qui benè norint, de beata Maria Virgine officium precum horarium ſtatis illis ſeptem horis diſtinctè recitent.

Sæpè euulgabit atque edicet (quò fidelium mētes ad huius precationis vsum studiumq. inflāmet) indulgentias eo nomine concessas.

Ac præterea quidem unicuique parochi & sacerdoti, breuium illorum librorum, quibus Episcopi iussu certæ preces & litanie eius orationis causa editæ continentur, copia fiet, & gratis aliquo modo suppeditabitur, vt parochialibus suis, & alijs prout vsu venerit rectè distribuatur.

His, atque adeo alijs omnibus pietatis exercitationibus, parochus alijue sacerdotes curationi spirituali præfecti, homines sibi commissos tēpus in domibus oclusis alijsq. locis tuguriorum salutariter & religiosè consumere studebunt quàm diligentissimè; vt ne otio tabescentes, procliuius prolabantur ad Dei offensiones, & ad turpia flagitia.

#### Cura disciplinae morum in eisdem locis.

**P**AROCCHVS animarumq. curator, & alij item sacerdotes curæ spirituali in locis præfecti, vbi infecti suspectiue morantur, charitate paterna, & diligenti studio, videbunt vitæ, mores, pietatem & religionem, non modò eorum qui pestis morbo suspecti, in hospitalibus, publicis domicilijs, aut intrà tuguriorum septa sibi commissa habitant, & illorum qui præsertim reclusi intrà parochiæ suæ fines in priuatis domicilijs manent; sed monachorum, & famulorum, & ministrorum, quicumque illis operam nauant, & eorum præterea qui in illorum custodia collocati sunt.

Mulierum pudicitia, & adolescentum honestati prospicient, qui intrà ea septa, hospitales uè domos, aut domicilia priuata inclusi degunt. Præcipuam autem curam suscipient & sustinebunt puellarum, virginum, & fœminarum, quæ vel parentibus vel coniugibus mortuis, discrimini & periculo pudoris ac pudicitie magis obnoxia atque expositæ sunt.

Eas senioribus fœminis, & spectata honestate pietatisq. studio insignibus, quæ in illis locis morantur, diligentissimè committent, quasiq. in manum tradent, & commendabunt omni charitatis officio.

Pupillorum item præsertim infantum curam gerent, eamq. potissimum rationem habebunt, vt certo loco separato, dum in publicæ curationis domicilijs locisue sunt, piè recteq. educēt.

Cura eorundem erit hæc etiam; vt quoad eius fieri potest, à fœminis mares vbiq; separatim degant, præterquam si qui sunt eiusdem familiaris. Curabunt præterea, vt non solum euitadæ contagionis, sed honestatis in primis tuèdæ causa, qui in uno cubiculo tuguriolouè degunt, nullum suspectum commercium consuetudinem uè habeant cum alijs, qui vel sunt diuersæ familiaris, vel in alio diuerso tugurio cubicolouè manent.

Sæpè fit, vt in ijs curationis publicæ locis, nò modò palàm sed occultè futuri matrimonij spon-

siones fiant: Ideò Episcopus curabit, vt qui in illis locis aut paulò postquam inde egressi sūt, matrimonium conficere volunt, illius statæ denūciationes cum in ecclesia parochiali fiāt, tum eo etiā loci, vbi inclusi pestis causa sunt, aut paulò ante fuerunt.

Ne quid verò de matrimonio contra agatur, quàm Tridentina sanctione præscriptum est; ideò quam sæpissimè illa in locis publicæ curationis promulgetur atque exponatur.

Ne præterea puellæ in fraudem inducantur; omnis alia diligens ratio per parochum, sacerdotemue qui spirituali curationi præest, adhibebitur.

Vbi aliqua vel concubinitas, vel vitæ turpis suspicio suborietur, aut indicium existeret; de hac re omni parochus, sacerdosue spiritualis curæ præfectus, Vicarium foraneum, aut præfectum regionarium, & hi Episcopum certiore statim faciant; vt in tempore primùm re inuestigata, cum remedium opportunum periculo adhibere possit, tum flagitiosa vita, omniq. vitio distuens reprimatur & coerceatur.

Illæ verò morum corruptelæ, quæ in ijs locis magna cum Dei offensione vulgo existere solent; quales sunt comestationes, exhilarationes, cachinnationes, inhonestæ congressiones, obscenæ colloquutiones, detractioes, maledicendi vsus, ludificationes, gestulationes, lusiones, ludi aleatorij, saltationes, tripudia, crapulæ, compotationes, congressusq. illi tot peccatis coniuncti, omnesq. demum turpes actiones; vt tollantur radicatusq. extirpentur, ijdem sacerdotes, & priuatis colloquijs, & concionibus, & suasionibus, & cohortationibus, & omni officij genere agent planè diligenter.

Quòd si ijs rationibus assequi non poterunt, quod ex disciplina christiane vsu erit; Episcopum ipsum adhibent, qui offensionibus eius generis omni uia occurrat.

Quam ob causam, quò diligentius scilicet idè Episcopus nota atque explorata habeat, quæcunque in ijs locis ad morum emendationem correctionemq. opus erunt; certos etiam aliquos laicos homines christianæ sanctæq. disciplinæ studiosos, non modò in tuguriorum finibus, hospitalibusq. ædibus publicis, sed in omni parochia secretò constituet; qui omnia inhonestæ turpisq. vitæ pericula, flagitiosas actiones, & corruptam omnem eorum disciplinam qui ibi degunt, prudenti exploratione diligenter indagant; quæq. in offensa esse viderint, de ijs vel Episcopum ipsum, præfectumue regionarium, vel vicarium foraneum, vel parochum, vel sacerdotem etiam curatorem, sæpissimè, atque adeò quotidie, si opus erit, certiore facient.

Quæ

Quæ disciplina ratio parochi & sacerdotibus curationis publicæ tenenda sit.

**P**AROCCHVS, & sacerdotes curationis publicæ, cum diligentem in alijs morum speculationem, curâ, exercitationemq. pietatis adhibuerint; hoc etiam maximè studebunt, vt ipsi piè sancteq. viuendi studio, omniq. religionis officio, atque omni documento & exemplo ceteris omnibus præluceant; ac summa quidem cautione in eo vtantur, vt non modò quidquã non offendant peccentue, sed ab omni peccati suspitione planè liberi sint.

Omni igitur intima & externa pietate, in illis publicæ curationis locis seruient Dei gloriæ, cuius religiosus cultus perpetuò ob eorū oculos versari debet.

Studio charitatis, quæ in eorum animis fixa semper inhaereat, agent omnia.

Quo studio ducti, & curæ susceptæ officio cõmoti, longè ab ijs actionibus refugient, quæ offensionem, aut mali suspitionem parient.

Cauebunt, ne eos qui peste suspitioneue laborant, ad testamenti factiõnem, aut ad aliud vltimæ voluntatis genus, ne agnatis quidem illorum flagitantibus, vllò modo inducant atque impellant: nisi aliquando vel christiana charitas, vel propinquorum status commiseratione dignus aliter suaserit; tuncq. si tēporis spatium datur, rem ipsam vt est, cum Episcopo, aut præfecto regionario, aut Vicario suo foraneo communicabunt.

A testamenti, codicillorum, donationis, & aliterius id generis vltimæ voluntatis cõscriptioe abstinebunt, nisi vrgens necessitas aliter de poscat; cum alij scilicet æquè idonei non sint, neque aliunde acciti possint qui conscribant: tuncq. vt auaritiæ, & sordidi quæstus suspitioni occurratur, testes quoad eius fieri potest auctoritate & vitæ moribus insignes adhibebunt.

Idem præstabunt, si quando aliorum pecuniã supellectilem uè afferuadi, aut in aliquè vsum erogandi curam suscipient.

#### Speculatio in ministris publicæ curationis adhibenda.

**P**AROCCHVS & sacerdos, qui in hospitalibus, publicis ædibus, locisue tuguriorum spiritualem curam gerit, hæc diligenti speculatione videbit.

Primò, vt eorum locorum præfecti, curatores, ceteriq. omnes, qui vel operam, vel officium, vel famulatum in illorum hominum curâ subleuationemq. conferunt, ne quid negligant, prætermittant, deferantue, quod ad operæ, curæ, officij, ministerijue suscepti partes attinet. Vt ne quid præterea committant, quod illis fraudi & detrimento sit; quodq. pia sollicitudine, & sincera cura quam nauare debent, indignum existat.

Quare ipse parochus sacerdosue præcipua capita mox infra demonstrata in primis animaduertet, in quibus scilicet frequentes eorum offensiones esse solent.

Vt potissimum illi ipsi quicumque sint, charitatis studio, non negligent opera, non languescenti ministerio, nec verò immodestè, nò petulanter, non proteruè, non contumaciter exquantur debiti officij partes.

Vt mulieris morbosæ suspectæue corpus aut cadauer, duntaxat inspiciatur, cum necesse maxime est.

Et verò inspectioni necessarij solum ministri intersint; vt potè medicus, chyrurgus, mulier aliqua, & alius præterea nemo.

Vt inspiciendis item marium corporibus, ministri tantum adhibeantur, qui videlicet necessarii sunt.

Videbit item parochus sacerdosue, vt præfecti, vespillones, viciniæ curatores quos antianos dicunt, alijq. ministri, nihil omninò pecuniæ, muneris, doniq. extorqueant, cum vel domicilia clauduntur, vel aperiuntur, vel alia quauis occasione modouè.

Vt ne pecunia, resq. aliqua, aut supellex peste lauentium, vel suspectorum, vel mortuorū diripiatur dissipeturue vnquam; & maximè cum vel domo educuntur, vel moriuntur, vel in sepulturam traduntur, vel eorum domicilia purgantur, aut eorum supellex ad loca purgationis exportatur.

Vt qui ad loca publicæ curationis perducuntur vehunturue, non vesperi aut sub noctem, sed benè si fieri potest perducantur asportenturue; quò sacerdotibus qui in ijs curationis locis resident, temporis spatium detur audiendi eorum confessiones, & alia quæ domi non susceperant spiritualia adiumenta ministrandi, antequàm nox aduentet, in qua vt plerisque accidit, morte eripiantur.

Vt ne eodem curru vehiculouè mortui simul & viui, aut morbo tabescentes vnà cum his qui solum suspecti sunt, asportentur; si modò tamen suspecti non illi quidem sunt, qui sua spòte morbo affectis operam curâ & studiū nauent.

Vt hæc ipsa cautio, diligensq. distinctio, in exportanda importandæue supellectile adhibeatur; vt illa scilicet quæ peste languescens est, distincto curru ac separatim vehat ab ea, quæ suspecti hominis est.

Ideoq. curandum erit, vt vehicula plura, quæ ad eum distinctionis vsum satis sint, in tempore apparentur.

Vt ijs qui ad loca publicæ curationis domo abducuntur, temporis spatium detur colligendi pecuniam suam, supellectilem disponendi, cõstituentiq. cæteras res domesticas; ita tamen, vt ne diuturnior mora fraudi sit & detrimento valetudini publicæ.

Vt spatium etiam detur colligendi farcinulas, & aduehendi secum lectum, culcitrastramētities, lodices, linteamina, tegetes, storeasue, vestes



vestes, & alia id generis vsui necessaria. Sin autem ab initio tempus non habuerunt, de tur postea, adhibita custodia vt moris est & cautione.

Vt euitanda contagionis causa, tuguria morbo languentium aliquo interiecto sepiamento verè ab illis seiuncta sint, quæ suspecti habitant. Eadem cautio adhibeatur tuguriorum, vbi sunt minus suspecti, vt separentur ab ijs qui grauissimè suspecti sunt.

Itidem de conualescentibus.

Vt ordine describantur certo libro, quicunque ad loca publicæ curationis abducuntur.

Quæ descriptionis ratio vniuersiuique tugurij cellulae numero respondeat, vt singuli à parochio sacerdotem cõstituto, medico, chyrgurgo, cæterisq. ministris facile distinctè inueniantur.

Vt ob eam ipsam causam, quoties quis recens ad loca curationis venit, aut inde abit, aut de vno in alterum commigrat; id omne eisdem ministris significetur, & sacerdoti præsertim, vt ministerij sui partes ei præstet.

Vt in vniuersiuique tugurio cubiculouè, ad lectum sternendum, quoad eius fieri potest, satis paleæ sit, culcitra item stramentitia, & cenoto, lodixuè.

Vt quibus vel ex morbo laborantibus vel suspectis, lectis, stramentis laneis, aliaq. supellectile apparari & sterni debet, ij pro ratione statumq. personarum illud ipsum commodum consequntur, & ministri item publicè ad locum curationis constituti.

Vt iisdem ministris, alijsq. rectè valentibus victus certa ratione suppeditetur, qui satis sit. Vt agrotis itè stata hora subministratur, quibus etiam ratio adhibeatur cibi, qualis sit, & quantus, & quo item modo præbeatur.

Vt medicinarum medicamentauè in tempore, certisq. præscriptis horis & ordine apparentur, conficiantur, & præbeantur.

Vt & vestes, & supellex, & tuguria, cubiculauè quæ ex asseribus constructa sunt, vbi peste infecti suspectiue manserunt, aut mortui sunt, prout opportunitas tulerit, diligenter purgentur.

Illam verò tuguriola ex paleis inflammentur. Nec verò vni sint alijs, qui solè suspecti sunt. Vt ea ipsa tuguriola, cum opus est, palea recentium intrinsecus optimè circumuestiantur, tum extrinsecus rectè vndique obtegantur, vt ne quando pluuia inluat.

Vt mortuis efferendis & sepeliendis nihil contra agatur fiat, quàm de efferendis sepeliendiue modo, & de loco vbi sepeliendi sunt, Episcopus statuerit.

Vt verò hæc omnia in executionis vsu rectè inducantur: parochus, omnisq. alius sacerdos, quicumque intrà tuguriorum septa curam gerit, præfectus regionarius, & Vicarius foraneus, vt diligentissimè poterunt, curabunt crebris cohortationibus, assiduisq. admonitionibus

bus omni charitate plenis, atque adeò vbi opus est, reprehensionibus.

Et omni præterea paterno officio cum illis agent, ad quos summa curationis spectat, vt ordine & quàm rectissimè cuncta gerantur.

Quòd si ne his quidè officijs quidquam adiumenti ad rem optimè administrandam non afferent; perfugium vt primum possunt ad Episcopum habebunt, cuius consilio, studio, ope, & auctoritate, etià apud magistratum vt opus erit, si quæ perperam aguntur, ad rectam normam redigantur.

#### Visitationis officium multiplex.

**E**A omnia quæ paulò ante, & mox infra demonstrantur, vel ad cautiones, vel ad curas, vel ad pietatis exercitationes, vel ad hominum mores, vel ad sacerdotum in primis vitæ honestatem & disciplinam pertinentes, vt rectè omnem executionem habeant, hoc præfecti regionarij, aut Vicarij foranei, alijsq. Episcopales visitatores videbunt, curabuntq. diligentissimè.

Quare loca publicæ curationis frequenter, vel quotidie potius cum opus erit, visitabunt, cunctaq. perspicient, atque explorabunt, tum quæ ad peste languentium & suspectorum, aut animæ salutem aut corporis curationem spectat; tum etiam quæ de eo genere omni speciatim vniuersèq. conscripta sunt.

Ac si quid vel deesse, vel in aliqua re peccari offendiue viderint, ad ipsum Episcopum referent: qui de omni cautione, cura, piaq. exercitatione & disciplina sollicitus, in omni executione vt opus erit studiosè euigilabit.

Episcopus verò frequens in eo erit, vt vniuersos & ferè singulos peste vel infectos vel suspectos inuisat; paterna charitate consoletur; episcopali liberalitate, & eleemosina quam manu sua præbebit, subleuet, si quos inopia laborantes viderit; documenta opportuna det; atque accommodata ad sanctè, & cum Dei voluntate congruenter vitam agendam, mortemq. fortiter, christianoq. more in Domino obeundam.

Crebrò item familias, quæ domi ob suspicionem se continent, breui sermone alloquetur; & ostendet in primis quæ vnicuique agenda sunt, quæ rursus fugienda.

Sæpè præterea in diocesis loca infecta suspectauè excurrat, cunctaq. oculis paterna charitate incensus lustrabit; vt populo suo afflictio, percussio & penè prostrato, consolationes, remedia, subsidia, & alia Episcopalis dilectionis officia adhibeat, & præstet.

Non visitatores solùm, sed alios etià sæpè mittet, qui hæc eadem officia præstent.

Præfectorum, curatorum, & ministrorum publicæ curationis operam studiumq. excitabit. Si quos negligentes & delinquentes in officio compererit, cum ijs non modò cohortatio-

ne

ne & monitione, sed aliquando etiam seueriore obiurgationis acerbitate ager, vt sui quique muneris partes, rectè, diligenter, & salutariter exequantur.

Si verò aliquando monitos, obstinatè operam dare cognouerit, vt cõtumaciter maleq. agat; vt isti ab officio suscepto amoueantur, curabit atque efficiet.

Monattorum vitia, quæ in eo genere hominum grauissima inesse solent, increpabit acerrimè.

Siq. hac via non succedet, vt in officio rectè agendi se contineant; illam aggredietur, vt magistratus pœnas reposcat flagitiorum quæ admiserint.

Et quoniam per Episcopales occupationes omnibus locis præfens adesse non potest, eam etiam rationem aliquando inibit, vt ad populos literas pastorales scribat, quibus illos consoletur, confirmet, & excitet ad optima quæque, prout occasio tulerit.

#### Cura spiritualis sigillatim vnicuique peste affecto vel suspecto à sacerdote adhibenda.

**V**BI primum parochus, alijsq. certus sacerdos constitutus, aliquem curæ suæ commissum pestilentie morbo laborare certior factus est, eum vt celerrimè potest, paterna charitate inuisat, atque in primis diligentissimè pœnitentiæ Sacramentum ministrabit, & alia deinceps omnia adiumenta spiritualia ad animæ salutem.

Quamobrem diligenter planè cauebit, vt ne, cū morbi ex quo aliquis laborat, vis, suspitione pestilentie præbeat, falsè inaniq. spe ductus eum diutius in vita permansurum, id culpæ cõtrahat, vt absque Sacramentis ille discedat.

Itaque hoc præsertim nullo modo prætermitteret, quin pœnitentiæ Sacramentum mora nõ interposita ministraret.

Sacramentum autem Eucharistiam (nisi ob vomitum aliudue impedimentum necesse est aliquid more interponi) quàm primum pro viatico agrotanti, etiam si cibum sumperit, omnino ministrabit; nisi manifestò apparet illum à morbo conualescere: pestilentia enim agrotans in eo statu versatur, vt timendum sit, ne vel ad punctum temporis mortem obeat.

Quare extremæ etiam vnctionis Sacramentum sine cunctatione mora q. ei ministrare poterit.

In Sacramento pœnitentiæ ministrando videbit, vt facultate vel Episcopali vel etià Pontificia, (qua etiam à criminibus illis quæ Apostolicis literis die cœnæ Domini editis continentur, absolui permissum erit) prudentissimè, atque salutariter vtatur.

Denique agrotanti omnia illa charitatis ministeria & officia præstabit, quæ in extremo vitæ spiritu alijs curæ suæ commissis præstare alijs debet.

At verò præterea dum æger aliquo sensu vi-

get, earum Pontificalium literarum auctoritate indulgentiam ei concedet, Episcopiq. nomine benedictionem impertiet.

Consolationes proponet, quibus illum ad benè sancteq. in Domino moriendum excitet. Vbi illum obiisse audierit; eius animæ auxiliū feret orationibus, precibus, & in primis sanctissimo Missæ sacrificio.

Eam ipsam diligentiam, quam peste laboranti adhibendam esse paulò ante demonstratum est, idem parochus & sacerdos in spirituale adiumentum illius conferet, qui ex morbi solùm suspitione laborat.

Sed quod ad sanctissimæ communionis ministracionem pertinet, dum ille in suspitione tantum est, semel ab initio eam, non pro viatico tantum ministrabit, & deinceps aliquoties etiam, atque adeò sapius aut rarius, pro pietatis studio quo ille tenetur, proq. curæ occupationibus, quibus ipse parochus vel sacerdos distinctetur.

Et verò quamuis paucis ante diebus sacramentum ei communionem præbuerit, cum tamè iudicij eiusmodi erit, ex quo perspicue manifestum sit atque adeò certum, pestifera labe illum infectum esse, sanctissimum viaticum etiam posteaquàm cibum agrotans ceperit, sine mora pro illius præparatione & statu ministrabit.

Quod sanè omne vt diligentissimè præstetur, videbit Episcopus omni accurata exploracione & ratione, quàm à præfectis regionarijs, & Vicarijs foraneis adhiberi mandabit.

Mox item extremæ vnctionis Sacramentum ministrare poterit, vt paulò ante narratū est.

#### Cura omnis homini ecclesiastico peste laboranti vel suspecto adhibenda.

**C**LERICALIS ordinis homo, cum in pestem eiusuè suspicionem incidit, illius maxime præcipuam singularemq. curam parochus, alijsq. sacerdos qui in publicæ curationis loco Sacramentis administrandis præfectus erit, suscipiet atque geret: ita confestim, atque adeò in primis ad spiritualia auxilia remediaq. confugiens, vt documento atque exemplo suo pietatem laicorum accendat; quo in genere ei propterea nullo sanè loco deerit.

Quæ verò ad corporis usum necessaria sunt, ea, qua uia & ratione supra demonstratum est, satis abundeq. eidem subministrabuntur.

Itaque idem parochus cum opus est id præcipue studebit, vt cum ipse ad illius vsu eleemosinæ aliquid conferat, tum charitatis subsidia ab hominibus tam ecclesiasticis quàm laicis conquirat studiosè, ac præterea si necessitas vrget, ab Episcopo item.

De hominis ecclesiastici pestilentia aut suspitione, parochus vrbis præfectum regionariū, eūne cui tale munus Episcopus commiserit; diocesanus parochus Vicarium foraneum vt celerrimè potest & quàm diligentissimè certior-

rem

rem faciet, & verò Episcopum vterque; vt & hic, & eorum vnusquisque illa præterea opera atque officia præstare, aliaq. studia ad illius auxilium conferre possit, quæ illa temporum ratio suadet, atque deposcit.

**Parochus** sacerdos, qui spiritualemente curam intrà loci publicæ curationis septa administrat, si morbo inficitur, aut aliquam eius suspensionem præbet; ei socius (si quem in cura parochiali habet) omnia sacerdotalia ministeria & officia præstabit, ordine qui mox supra exposit<sup>o</sup> est de cura spirituali vniciue adhibenda. Si verò plures sacerdotes eorum septorum curatores sunt; qui susceptæ curæ munere prior est, ea præstabit, nisi inter illos aliter conuenierit.

Vbi autem socius nemo est, aut alius in partem illius curæ euocatus, ijs planè officijs curandū erit, vt parochus qui proximus est, satisfaciat.

Veruntamen ex peste laboranti parochus, nec curæ socium habenti, Sacramenta, præsertim sanctissimam Eucharistiam & extremam vntionem, si ille in diœcesi est, ab eius Præposito, alioque qui plebis totius curæ præest; si in ciuitate, ab Archipresbytero cathedralis ecclesiæ, vel etiam ab ipso Episcopo, alioque sacerdote, quem sibi adiutorē eo tempore Episcopus adsciuerit, vbi nullum in mora periculum subest, ministrari, cum proprium valde est, & cū charitatis fraternæ officio maximè coniunctū, tum etiam ad parochi languescens cōsolationem longè accommodatissimum.

Quod vt in morem vsuq. inducatur, & planè præstetur, hoc Episcopus suo in primis exemplo studebit.

**Ecclesiasticus** homo morbo affectus aut suspectus, vt ad loca publicæ curationis perducatur asportetur, hoc maximè studeat is, cui Episcopus id curæ dederit, si modò curæ quæ gerit, aut officij cui præest ratio, vel ætas eius ingrauescens, vel alia eius generis causa aliter nõ postulet: nam ijs locis longè melius quàm domi suæ subministrantur, quæcunque tū ad animæ salutem, tum ad corporis curationem necessaria sunt.

Atqui illius perducendi asportandiue ea ratio adhibeatur, quæ eius statui, & ordinis ecclesiastici dignitati conueniens est.

Vt ne simul cum alijs, vt vulgo fit, & tanquam vnus de populo; sed solus, & vt is, cui præ ordinis dignitate honor deferendus est, perducatur.

Vt ne vehiculo curruue communi asportetur. Tugurium habeat, quàmuis intrà aliorum septa collocatum, quò commodiùs & medici & medicamentorum copiâ, aliorumq. ministrorum operam habeat; at à reliquis tamen opere distinctum, & longiùs aliquantò separatum. Diligentiùs instructum sit storeis, tegetibus, stramentis, lecto, culcitrâ stramentarijs, culcitrâ laneis, ceruicalibus, linteaminibus, & omnia alia necessaria supellectile.

Is propè habeat famulū, aliumuè pium hominem, qui operam ei nauet in rebus corporis vsui necessarijs.

Ex Ministris, qui extra septa famulatū operauè præbent, vnum aliquem habeat, qui præcipuè ei victum, medicamenta, & alias res necessarias opportunè extrinsecus apparet.

Eius cura saltem alicui medico & chyrurgo, aliuè curatori aut ministro commendetur diligenter ac sigillatim.

Sapius & ab Episcopo ipso, & à parochus, & à præfecto, seu Vicario foraneo, & alijs Episcopi etiam nomine visitetur.

Si aliquando acciderit Episcopum pestis nomine suspectum fieri, domi se continebit, quandiu expedire censuerit.

Dum autem se domi continet, si pro suæ speculationis munere, tēpore tam necessario sibi aliquid oculis perlustrandum sit, vt opportuniùs prospiciat & consulat in vrbe diœcesiue, foras prodibit vt opus erit.

De familia autem sua si quis in pestis suspensionem inciderit, eum seruare iubebit, quæ de parochus, parochiq. familia demonstrata sunt.

Si autem pestilentia afficietur, de eius periculo per capitulum, vel duos priores de capitulo certior statim fiet Episcopus qui propiùs abest, & Metropolitanus item.

Cuius erit fratrem Episcopum ita laborantem omni sollicitudine, & charitatis officio consolari; eiq. salutaria adiumenta vt accuratissimè poterit adhibere.

At ne Episcopus si fortè in pestilentiam incidit, vlla ope spirituali in primis destituatur, id sibi subsidij comparabit, anteaquam pestis in diœcesim irrumpat, vt certos sibi sacerdotes charitatis zelo flagrantis, spiritualisq. vitæ vsu peritos, præsertim ex capitulo conquirat & paret, qui laboranti ex peste Episcopo constanter ministrent, quæ ad animæ salutem pertinent.

Is verò dum æger est, se etiâ pijs cœlestibusq. meditationibus consolabitur, tum spiritualiū sacerdotum assistentium colloquijs, atque etiâ si per morbi vim licet, lectione aliqua de sanctis, vt potè Cypriano martyre, Bernardino Senensi, & beato Rocho, & alijs, quorum diuinæ virtutes in pestilentia eluxerunt.

Neque dum morbo laborat, ex ædibus Episcopaliibus se aliò conferet, sed in ijs persistet; vt si fortè obeat, clero, & canonicis præsertim ecclesiæ cathedralis, (id quod sanctissimi Episcopi religiosè fecerunt) tum reliquis etiam extremum ferè spiritum agens, salutaria monita tradat, atque in statione sua Episcopali, quæ admodum Episcopum decet, ex hac vita migret ad Dominum.

Erit autem Capituli cathedralis ecclesiæ præ omnibus, dum ille in pestis ægritudine est, supplicationi instare; ac præterea Vicarij generalis, orationem sine intermissione in vrbe diœcesiue indicere & habere, vt pro eo communi

om-

aniam parente precatio assidua religiosaq. ab vniuerso clero populoq. habeatur ad Deum.

*Cura adhibenda vbi quis conualefcit à peste, aut ab eius suspitione liberatur.*

**I**N eam etiam curam totus incubet parochus, vt omnes & singuli qui à morbo conualefcunt, aut à pestis periculo suspensione liberi euadunt, tunc maximè fixa animi deliberatione, propositoq. vetè nouæ vitæ suscepro, & diligentissimè religiosèq. discussa conscientia, peccata omnia quæcunque in anteaacta uita admitterint, probato confessario sacerdoti confiteantur; si qñ pestis initio id minus præstiterint. Vt sanctissimorum Sacramentorum frequentem vsu adhibeant.

Vt precationis & orationis assidua & frequentis, præsertim matutinæ & vespertinæ vsu item & consuetudinem suscipiant, aut suscepram retineant perpetuò.

Vt alia christianæ religionis officia, quibus vitæ spiritualis studium exardescit, amplectantur & colant diligenti exercitatione.

Vt ab omni malè agendi consuetudine, ab omniq. peccandi occasione se se abducant; hominum qui vitiorum flagitiorumq. impuritate inquinati sunt, commertium & familiaritatē refugiant; & peccatorum in quibus antea prauo quodam vsu versati sunt, seminaria præcidere studeant.

Alia præterea grati animi officia illis comministrabit, quæ infra cū de peste extincta agitur, vberius explicata sunt.

Quoniam autem læpè fit, vt in ijs puellæ, & virgines, & mulieres florenti ætate, parentū, aut aliorum qui proximè propinqui sunt, morte, ab omni ope destitutæ sint, ac proinde periculum sit, ne ad impudicitiam turpiter prolabantur; idè parochus si quas in parochiali vicinia habet, aut etiam ex parochia sua in cōmunis curationis hospitali alioque loco collocatas, illas singulas matronæ honestæ illis propinquitate aut vicinia coniunctæ, aliuè fœminæ lectissimæ, quò maximo potest charitatis studio commendet, vt eas necesse est, elemosinæ etiâ largitione subleuet; in omnibusq. rebus cum earum curam illa suscipiat, tum maximè, id quod caput est, in timore Dei, sanctæq. vitæ ratione eadem instituat, ac præsertim ab omni labe puras atque integras conferuet.

Atque in omni quidem huius custodiæ officijue genere ille ipse parochus curam præcipuam maximè sustinebit.

Ideoq. vbi primū vel conualuerint, vel à suspensione liberæ erunt, illius cura & studio in rōnasterio locouè pio collocabuntur, aut matronæ honestæ famulatui addicentur; aut alia honesta cōditione earum necessitatibus, ac simul pudori prospicietur; & quò rectiùs & cautiùs id omne agatur, ad Episcopum etiam si opus erit, confugiet.

Puerorum, & adolescentum, qui mortuis parentibus & propinquis in eodem statu versantur, & infantum etiam lactentium, & aliorum præterea qui ab omni re inopes, aliorum auxilio destituuntur, eandem ipsam curam & sollicitudinem paternam suscipiet ac sustinebit.

#### Cura mortuorum.

**H**ÆC pro mortuis pestilenti tempore præstanda Episcopus curabit, eoq. vigilantiùs, quò grauior culpa multorum in eo charitatis officio aliquando existit.

Si quis igitur peste affectus, eouè nomine suspectus mortem obit, eius corpus ne citiùs duodecim horis, nec verò tardius quatuor & viginti horis, vel eo circiter temporis spatio sepeliatur, postquam obiit.

Noctu ne efferatur, nisi Episcopi concessu scripto aliter aliquando iustis causis permissum sit. Curru item ne vehatur; nisi præ mortuorum multitudine, aliaue causa secus fiat necesse est. Ne humeris vnus tantum, tanquam onus gestetur, succolletur; nec verò nudū nulloq. operimento rectum, etiam si curru feratur, nec alio modo indecenter atque inhumane.

Porrò à duobus efferatur decorè binis longurijs, aut hastilibus solidis beneq. firmis, quibus feretrū sustineatur, aut scala decenti, alioque eius generis opere.

Sit autem inclusum in capsam, vel linteamine rectè inuolutum; in pallio præterea ad hūc vsu constituto corpora operiantur, etiâ quādo vehiculo efferuntur.

Ad efferendum vespillones, qui monasti vulgo dicuntur, adhibebuntur: qui si minùs publico stipendio conducti sunt, curandū erit, vt corporis & efferendi & sepeliendi curam suscipiant & gerant, qui in ea ipsa domo, familiaruè sunt, in qua erat qui pestis morbo obiit; aut illi, qui vel cognatione, vel amore & charitate coniunctiores, cū eius pestilentia contagio laborantis curam præcipuam habuerint, & ab illius latere non discesserint, mortui etiam funus & sepulturam libentiùs, atque minori periculo curabunt ac præstabunt, cum officio charitatis adducti, tum etiam quia nihilominus aliquo temporis spatio ex lege magistratus qui sanitati præest, seclusi ab aliorum consuetudine sint oportet.

Funeris stas precibus, & psalmorum, aliorumq. orationum officio, vt ecclesiæ ritus est, prosequendi celebrandi: munus, ad sacerdotes locis illis peste laborantium constitutos pertinebit, si qui sunt: alioquin id officium præstabit vnus cum clerico proprius mortui parochus.

At vniciue tamen parochus animarum uè curatori liberum integrumq. erit, suis impensis certum alium sacerdotem vnà cum clerico constituere: qui parochialibus suis pestilentia mortuis officium funerale præstet, cum scilicet nõ

in

in parochiali ecclesia, sed in cœmiterijs sepelientur, quæ præcipuè ad sepulturam constituta sunt pestis morbo morientium.

Si mortuus aliquid in bonis reliquit; hæredes omnem & ceræ & funeris totius impensam facere cogantur pro illius qui obiit dignitate, proq. cleri, quò ad funus adhibetur ratione, ac pro sepulturæ quam sibi in aliqua certa sede delegit, modo.

Sin autem vel in cœdibus hospitalibus, vel in ijs locis tuguriorum mortem obiit, in earum cœdiu locorumuè cœmiterio humabitur; cuius funeris sepulturæuè officium sacerdotes & clerici obibunt, qui ibi curam gerunt; vbi si complures non sunt, is vnus tantum qui est, ad funus satis erit.

Ceræ porro sumptus ab hospitalibus, eorumuè locorum curatoribus fiet: isq. à bonis mortui, si quæ in illis vel hospitalibus domibus, uel tuguriolis relicta sunt, refarcietur.

Vbi nulla alia ratio sumptus sit pro funere defuncti, ceram in funeris sumptum conferre, & sepulturam in cœmiterio curare, parochi sit: vt cæteris parochialibus suis ab omni re inopibus qui obeunt, iudem præstare debent.

Et campanarum sono, & cruce prælata, & luminibus accensis, & cæteris caremonijs, statòq. omni ritu ecclesiastico, & parochio aliouè sacerdote, & clerico saltem vno funus ducatur; etiam si Episcopi concessu noctu fiat, & curru item non vnus solùm, sed plures peste extincti efferantur.

Quo in funere idem parochus, aliusuè sacerdos, & clericus superpelliceo induti, cum proædium alteriusuè loci foribus, vnde efferuntur, tum in via, tum loco demum vbi sepeliuntur psalmorũ precumq. officium vt moris est pro mortuis præsent.

E domicilio autem, locouè vbi quis peste mortuus est, non antea efferretur sepulturæ causa, quam parochus, aliouè illius curæ sacerdotes de obitu certiores in eo tempore per vespillones aliouè ministros fiant, atque certa sepulturæ hora constituta, parochus aut constitutus ille sacerdos aduenerit, præsensuè aderit: qui vt in tempore adsit, curet omnino.

E loco vnde efferretur, parochus, aliq. clericalis ordinis homines qui funus obibunt, non ante ad ecclesiam, cœmiteriumuè discedent; quàm mortui corpus vespillones feretro, aut curru, aliouè modo efferendum sumpserint; vt illi (quod ritus ecclesiæ sancte postulat) statis precibus funus rite ducant.

Funeris sepulturæuè causa ne parochus aliouè sacerdos, neque clericus item plus elemosinæ ne sponte quidem oblata vilo quouis nomine prætextuè capiat, quàm vel dari ob funus alio tempore solet, vel ab Episcopo præscriptum est, aut concessum.

Nec verò emolumentum cuiusquam societatem cum vespillonibus, alijsuè funerum curatoribus, cæterisq. id generis eo nomine ineat: cui

rei, alijsq. auaritia sordibus atque suspitionibus vt occurratur, quidquid fructus, elemosinaru: in singulos menses ab exequijs, quæ peste mortuorum nomine fient, acceperit; in vrbe præfecto regionario, aut si in diœcesi est, Vicario foraneo singulis item mensibus scripto significet.

Peste mortui corpus ne extra loci sacri fines sepeliatur, ne eo quidem nomine, quòd aliquo post tempore ad locum consecratum transferatur: sed in parochialis ecclesiæ, intrà cuius fines obiit; cœmiterio humetur: aut vbi illud non est, in ea ipsa ecclesia, vel communi sepultura loco, vel si consensus ius habentium accesserit, priuato.

Si verò præ cœmiterij ecclesiæuè parochialis angustia, aut præ mortuorum multitudine, aliud ab Episcopo cœmiterium vel in vicinia parochiali, vel in hospitalibus, vel in tuguriorum loco consecratum est; in eo ipse sepeliatur licet.

In sepeliendi officio ea cautio adhibeatur, vt in cœmiterijs, præsertim quæ in vrbe, oppido, aut vico sunt, altius fossæ effodiantur, vbi in sepulturam corpora traduntur, ne inde fœtor contagiosus exhalet.

Earum igitur altitudo tanta erit, vt supra cadauer terra extet altè congesta tres quatuoruè cubitos.

Vbi verò sapius sepulcrum aperiendum est; eò altius erit: & quoties sepelietur, toties terra, aut calx, aut arena coniiciatur, qua corpus benè obtegatur.

Hæc atque adeò alia potior ratio adhibebitur ad corporum fœtoris vim continendam.

Clericalis ordinis homo si fortè decedit, eius funus ab aliquo cleri numero celebretur, & corpus intus in ecclesia sepeliatur; si secus fieri nõ cogit loci longinquitas, ad quem efferretur.

In altaribus priuilegiatis saltem pro ecclesiastici ordinis hominibus tot Missæ pro defunctis celebrabuntur, quot ex illis peste mortui sunt, ita vt singulæ Missæ singulis mortuis applicentur.

Si Episcopum mori contigerit, eius funus & exequiæ curabuntur, & celebrabuntur ad concilij primi & quarti prouincialis præscriptum.

Pro qua defuncti anima fiet, vt eodem concilio quarto cautum est.

Nec verò quidquã obstabit, quominus ei defuncto omnia debita pietatis officia præstentur; hocq. ardentiori charitate, quòd paternam illius accensamq. dilectionem periculoso illo tempore gregi sibi comisso præstitit: pro quo non modò facultates, sed vitam constantissimè in Domino profudit.

Et quoniam illud in pestilentia quàm sapiissime accidit, vt parentes simul & liberi eodem tempore obeant, neque hæredem successorum uè vllũ relinquant; aut si quos relinquunt, illi quidem sine cognationis gradu nõ arctius coniuncti, aut aliquando si liberi superstites sunt, ij vel minores natu, vel sapè eodẽ mor-

bò

diu in sua quisque ecclesia ijs defunctis præstet.

*Peste restincta qua præstanda.*

**D**EI munere beneficioq. cum primùm pestilentia vis paulatim languescere incipit, in eo potissimum Episcopi cura versabitur, vt omni officij genere is populum excitet atque inflammet, non modò ad orationem, obsecrationem, & gratiarum actionem, sicut apostolus monet, sed ad præcipua quædam religionis christianæ studia, atque adeò opera, quibus diuinum illud beneficium ac singulare pia gratiaq. memoria prosequatur perpetuò.

Primò vt omnes & singuli ad gratiarum actionem instruat, ac pareat; illud curabit efficietq. vt peccata sanctè cõfessi, certo religioso die sacram communionem frequentissimi sumant.

Deinde statam illam orationem quadraginta horarum indicet, & celebrabit religiosissimè: ad quam cum populus per vicinas parochiales distinctus certis præfinitis horis conueniet, in omni illa horaria statione concionantis vel breuissimo sermone incitetur atque accendatur ad ea officia, quæ sanctissima ob accepti beneficii memoriam præstare quisque debet.

Postea verò supplicationes triduanas indicet: quas solemni apparatu, & omni religiosorũ ordine, & frequentissimo vniuersi populi cõfursu, & præterea tertio scilicet eorum die, sacra omni pompa sanctarum reliquiarum ritè, religiosè, rectè atque ordine celebrari studebit.

Atque vt rectissimam quidem viam emendationis, sanctiorisq. vitæ populus vniuersus suscipiat ac teneat; curabit in primis, vt vicinia parochialis omnis, & vnaquæque familia, si minus id pestis tempore fecit, nunc tandem Dei offensiones, morum corruptelas, prauos vsus quibus antea se se vilo tempore implicuerat, perpetua deliberatione, perpetuaq. omni detestatione pellat, abhorreat, planeq. abijciat.

Certas vero christianæ institutionis regulas vnicuique hominum generi, ordini, & conditioni accommodatas Episcopus cõmonstrabit. Curabit item hoc diligenter, vt si quæ vota vel publicè vel priuatim nũcupata sunt, quàm primum & piè, & religiosè, ritèq. persoluantur ad præscriptum huius Concilij.

Vt legata, aliouè nomine relicta, aut donata quæcunque in pestilentia pij vsus causa sunt, rectè seduloq. præstentur.

Vt quæ vitia; & quas morum corruptelas, dũ pestis vis atque impetus irruerat, publicè palamq. populus detestabatur, hoc maxime professus, se illa tanquam peccatorum seminaria vnde pestilentia exitit, abiecturum: ea planè in perpetuum profligat, eorum malorum fibras & radices præcidat.

Vt in primis quæ christianæ pietatis officia, ac quæ studia pestifero morbo languerunt, diligentius excitentur.

bo affecti vel suspecti, ob eamq. causam à cæteris seclusi sint: quò fit, vt nemo fere sit, qui Missæ sacrificijs, & statis diuinarum precum officijs, alijsq. pietatis operibus earum animas adiuuare curet.

Quamobrem præfectus regionarius, & Vicarius foraneus in sua quisque regione, vbi peste laboratur, pro mortuis Missæ solemne sacrificium, præter aliam Missam conuentualem singulis hebdomadis quoad pestilentia cessauerit, feria secunda à clero vniuersiusque collegiata celebrari iubeat; si modò per diei festi celebratam quæ in illam feriam incidit, id præstari licet.

Hoc idem sacerdotes singuli Missæ sacrificiũ facient.

In ea ipsa feria, quæ primùm in singulos menses incidit, in vnaquaque vrbe regione, & in singulis diœcesis partibus quibus Vicarius foraneus præest, ab omnibus eiusdem regionis, & partium illarum diœcesanarum parochis solemne pro mortuis officium, solemneq. etiam Missæ sacrificium peragatur: quòd si in ea feria per officij ritum peragi non potest; in alia proximè sequenti præstetur.

Huic autem rei præstandæ modum Episcopus pro diœcesis suæ ratione præscribet.

Singulis præterea diebus, præterquam cum pro officij rone, aut ob aliam causam nõ potest, sacerdos vnusquisque in Missæ sacrificio orationem collectauè pro mortuis religiosè dicat.

Moniales etiam certo hebdomadæ die ab Episcopo præscripto officium mortuorũ recitent.

Singulis quoque diebus dominicis vnusquisque parochus animarum uè curator populum intrà Missarum solemniam admonebit, vt non modò tunc, cum in Missæ sacrificio præsens adest, pro mortuis simul precetur, sed postmodò illius diei, quo pro illis fiet, in ecclesiis ad diuina officia solemneq. Missæ sacrificium frequens conueniat.

Qui verò impeditus adesse non potest, saltem vel domi, vel in officina tabernauè, vel vbi cun que erit, pro eis paululum oret, religionis precibus adhibitis, prout est pietatis suæ diligens studium.

Singulis denique dominicis diebus prima hora noctis certum campanarum signum de more solemne detur, quò & oratio quæ tunc à fidelibus pro mortuis faciendæ est, & diuinorũ officiorum celebritas, quæ postero die eorum causa agetur, omnibus vniuersè significetur.

Hæc autem omnis defunctorum animabus piè suffragandi ratio Episcopo curate ita inibitur, statuaturq. in tota diœcesi, vel in eius parte, vt pestis se se diffuderit, vel Episcopus idem censuerit.

Hoc ipsum omne vt in suis ecclesijs à regularibus præstetur, omni cohortationis officio ille curabit.

Quin etiam literis cū Metropolitanò, & alijs prouinciae Episcopis aget, vt par pietatis stu-



Quamobrem visitationis munus quāprimū aggrederetur diligentissimè: in quo munere hoc potissimū studebit, atque exequetur.

Vt ecclesiæ præsertim parochiales, si quæ ob pestem damni detrimentiue aliquid fecerunt, resarciantur, & necessaria suppellectile apparatusue instruantur.

Vt loca instaurètur, charitatisq. opera & subsidia, si quæ vel neglecta, vel prætermissa, vel intermissa sunt, omnino restituantur, atque excitentur religiosius.

Vt academia, scholæ, collegiaue piè instituta renouentur flagrantiori studio.

Vt diuinorum officiorū cultus omni parte florescat.

Vt sacræ conciones, & frequentiores sint, & omni sanctissimæ disciplinæ officio instructiones: itidemq. sacræ lectiones.

Quamobrem lectissimos concionatores vndique conducere studebit ad sua diœcesis loca.

Vt in primis doctrinæ christianæ scholæ studiosius, frequentioriq. multitudine exerceant.

Vt piorum hominum scholæ frequentissimæ sint, ardentiusq. versentur in omni piè agendi cursu & progressionē.

Vt aliæ piæ confraternitates erigantur, aliaq. item piè instituta opera, exercitationesq. excitentur.

Vt causæ piæ diligentissimè explicentur, & si quæ in foro sunt, ad exitum perducantur.

Vt omnes denique & singuli officia studiaq. sanctis christianæ disciplinæ diligentius amplectantur, & colant.

Frequentissimi ad indulgentiarum & stationū celebritatem concurrant.

Ecclesias crebrius religiosusq. frequentent.

Dierum festorum celebritatem ab omni seruilī, mundanoq. opere abstinentes, sanctè venerentur, & sanctificent officijs atque actionibus cœlesti præmio dignis.

Vt patres familias omnibus & singulis, quos in familia, famulatuq. habent, sanctè viuendi leges accuratius tradant ad præscriptū regularum, quas ipse Episcopus eo nomine ediderit.

Quantò autem quisque generis splendore, dignitate, opibus præstat; tantò ardentiori studio omnis pietatis instituta, progressiones, atque officia tueatur.

Vt mercatores, artifices, institores, & cæteri cuiuscunque officij homines ministriue, peste restincta, non tam in excitandis industriæ artibusq. suæ studijs, resumendisq. ipsis artificijs diligentes sint, quàm solliciti admodum & studiosi non modò in suscipiendis sanctè agendi institutis, sed in reiiciendo omni vitio, quod in artis suæ vsu atque exercitatione aliquando subesse solet: ita ut quæstui salutem animæ in negotiationibus, actionibus, & artificijs planè anteponant.

Monebit prætereà crebris sermonibus, in mercatura quam faciunt, in omniq. commercio nihil fraudis, nihil doli, nihil quæstus nefarij,

nihil falsi, nihil periurij committendum concipiendumue esse: ab officinis & tabernis omnem viuendi intemperantiam, & turpiter diæcorum obscenitatem profligandam esse: à iudiciali foro omnem auaritiam, rapinas, ambitionem, iniquitates, & pupillarum, viduarum, egentiumq. hominum vexationes exterminari oportere: à priuatorum ædibus intemperantis profusæq. vitæ consuetudinem, ludos aleatorios, immoderatos sumptus, seruorum greges, conuiuiorum exquisitos apparatus, ingentem vestium pompam, & omnia denique quasi peccatorum seminaria conuellenda: à ciuitate capitales inimicitias, odia, similtates, factiones, improborum hominū cœtus, ludos publicos, & spectacula omnia profana abijcienda. Hæc enim cum eiusmodi sint, ob quæ Deus iratus pestifero morbo populum contuderit, ac debilitarit; posteaquam eius singulari misericordia donoq. publica valetudo recuperata est sunt omni cura studioq. euitanda, ne accepto beneficio fideles abutantur ad Dei iram grauius concitandam.

HANC vero visitationem, quæ omnibus officijs cumulata esse debet, Episcopus quò studiosius præstet, atque ad eò perfectius alios et visitatores adhibebit, qui omnes commonstratæ visitationis partes adiuuet, atq; exequatur. In qua visitatione illud etiam curæ erit, ut libri de matrimonijs & baptismis in pestilentia ministratis proprio parochio confestim tradantur: qui in codicem parochialem, quæcunque de eo ministrationis genere notata sunt, referantur ad præscriptum.

Vt item infantibus in pestilentia natis, quibus ob periculum statæ solemnnes baptismi ceremoniæ adhiberi non sunt, quamprimū illis de more ritusq. adhibeantur.

Et quoniam sæpè fit, ut peste depulsa famelico populo adoriatur; ideo eam etiam cogitationem & curam Episcopus suscipiet, ut re cum magistratibus decurionibusq. deliberata, populo in rei frumentariæ caritate quæ existere possit, aliqua ratione succurratur; ne fame conficiantur qui pestilentia extincti non sunt.

Viduarum prætereà, pupillarum & pupillarum eam curam suscipiet, quæ supra commonstrata est.

Sacerdotum & religiosorum hominum, qui pestis tempore benè pièq. se gesserunt, ac pericula non reformidarunt, ut spirituali adiumento ægrotantibus subuenirent, patrociniū curamq. habebit.

Idem laicis, & mulieribus præsertim quæ infectis morbo operam nauarunt, ipse præstabit.

Pro ijs verò qui pestilentia confecti obierunt, per annum post recuperatam publicam valetudinē omnis diligentia quæ supra præscripta est, seruabitur in eorum animabus suffragandis.

Porro Episcopus cum Metropolitanò, is verò cum prouinciæ Episcopis agat, ut supplicationibus processionumq. solennitate, & omni pietatis

tatis sanctæ officio, vbique in prouincia recuperata valetudine Deo gratiæ habeantur. Rursus Episcopi prouinciæ coepiscopū, cuius diœcesis, vrbsue Dei beneficio à peste liberata est, paterna charitate inuisent; eidemq. cum priuatim pio colloquio, tum publicè populo sanctissima concione gratulabuntur.

Vt porro singularis beneficij, quod pestis morbo depulso à Dei misericordia populus accepit, perpetuò memor sit, id Episcopus omni in primis ratione curabit: ne ob ingrati animi crimen, quod graue est, grauiusq. Dei offensiones parit, grauiora deinceps mala, perniciosiusq. exitium sentiat: ac propterea grauitate exemplorum quæ ex sacris vtriusque testamenti literis sumuntur, sapissimè declarabit, quàm valde oderit Deus ingrati animi crimen.

Itaque id vnum studebit, ut populus beneficium agnoscat, & quale sit; & quantum, quamq. omni munere & dono, non corporali solum, sed spirituali plenum & cumulatum; ita ut plane ille intelligat, se peste liberatum non modò pristina commoda publicæ valetudinis recuperasse, sed etiam spirituales utilitates spiritualiaq. emolumenta, quibus aliquando in pestilentia caruerat magno cum periculo salutis. Crebro illum excitabit ad sanctarum exercitiorum, quibus in pestilentia difficulter utebatur, religiosum studium, ad frequentem Sacramentorum vsum, ad stationes obeundas, ad conciones & lectiones sacras audiendas, ad dies festos in ecclesijs, pijs orationibus, sanctisq. meditationibus consumendos.

Ad quæ officia ardentius eum incendet, propositis incommodis difficultatibusq. quibus non sine quadam animi acerbitate & cruciatu tunc impliciti erant; cum præsertim vel in ipsa media morte non haberent aliquā, vnde spiritualibus adimentis & consolationibus sustentaretur.

Id studebit, ut pestis extincta beneficium planè agnoscat non ab hominum prudentia, cōsilio, medicamentorum procuracione existere; sed à Deo in primis, qui mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Itaque insigni illius misericordia factum esse populus sciat, ut sedatis pestilentia tempestatibus, tranquillitate vitæ petruatur.

Alioqui verendum esset, ne grauius plecteretur, ut olim populus Hæbreus, qui ab Aegypti seruitute Dei ope mirabiliter liberatus, diuinū beneficiū grati animi pietate cū non agnouisset, pœnis deinde acerbissimis affectus est. Cum igitur parochi, tum concionatores ob eā causam sapissimè eū monebunt, & locis quos ex sacrarum literarum fontibus haurient, vberimè tractatis, ostendent in rebus prosperis & ad voluntatem fluentibus arrogantiam & superbiam fugiendā esse; sed Deo in primis omnium bonorum parenti & auctori, quidquid prosperè & optime successit, tribuendū esse. Ne dixeris in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt, sed

recorderis Domini Dei tui, quod ipse vires tibi præbuerit, inquit ipse Deus.

Id quò grauius in fidelium mentibus inferant, flagitia & peccata aliquando exagitabunt, quæ populus admiserit, rursusq. Dei beneficia præclare commemorabunt; ita ut is non auditione solum percipiat, sed intimo animi sensu cognoscat, se non meritis suis, sed singulari Dei benignitate à pestilentia liberatum esse.

Cum illis qui pestifera ærumna correpti, vitæ moresq. emendarunt, quique à Domino castigati, inquit propheta, eruditi sunt ad diuinas iustificationes, ita agent, ut cum emendatione, tum liberationis à peste munus à Deo potissimū agnoscant; ac de vtroque beneficio perpetuas ei gratias agant; & cum mortifero morbo iam affecti, eoq. diuinitus liberati, omnis malè antea vitæ pœnitentes, viam sanctè agendi ingressi sint, in ea longius progrediantur perpetuò, neque eorum pœnitentia ficta & simulata, vel breuis, quæ solum metu periculi nixa fuerit, quemadmodum de Antiochi, & Esau falsa pœnitentia literis diuinis proditum est.

Eorum autem mētis cecitatem grauissimè increpabunt, qui carnis sensu ducti, & mundi illecebris deliniti, quoniā opibus affluunt, cum omnia sibi licere putent, non modò certissimo pestilentia periculo, sed neque recuperatæ valetudinis beneficio meliores facti sunt: *Attriuisi eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt faciem suam super petram, & noluerunt reuerti*: de istis ita narrat propheta Ieremias.

Illos denique, qui peste restincta obstinato obfirmatoq. animo sunt ad peccandum, vehementius deterrebit, ut scilicet quamuis peste liberati sint, grauiora sibi pertimescenda proponant, cum causa etiam adhuc subsit, vnde sempernam plagam accipiant.

Recuperatio enim valetudinis magnam suspicionem & metū perito medico affert, qui rursus multa signa videt, ex quibus animaduertit causam sublatam non esse morbi, ex quo æger periculosè laborauerat.

Istos monebit, etiam si vnà cum bonis piorumq. operum studiosis viris valetudinis publicæ fruuntur beneficio, fore tamen aliquando, ut diuino iudicio ab illis segregati, sempiternæ salutis fructu careant.

Id ipsi prætereà quò secundioribus rebus in hac vita vtuntur; eò magis illis timendū esse ostendant; certoq. persuadeant nullū denique malū, nullumue flagitium concipi admittitue, de quo Deus pœnā iustissimam non reposcat. Ac proinde etiam illis metuendum sit, ne sempiternis illis cœlestis hereditatis bonis priuentur, qui caducis & fluxis huius vitæ rebus, & muneribus donisq. temporaneis aucti sunt. Ne item cum eleemosinas, orationes, ieiunia, aliaq. pia opera Deus respexit; eo liberationis beneficio solum illa officia compeset,

tanquam cœlesti præmio indigna, quod è charitatis fonte non emanarint. Et quod grauius multo est, illud extimescendum demonstrant, vt ne scilicet cum isti desperata vitæ emendatione sint, Deus propterea peste depulsa dimiserit eos secundum desideria cordis eorum, illosq. liberè & impune peccare permiserit, vt postea acerbissimis cruciatibus ac sempiternis torqueantur, quippe cum maxime tunc iratus ille sit, cum minime irascitur. Sic enim populo Hæbreo iratior fuit, cum iratus non erat amplius: *Et requiescet*, inquit, *indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius, eò quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his.* Docebunt, nisi ex Dei munere fructum fideles ferant, inde hoc aliquando fore, vt non solum illud amittant, sed eò grauioribus pœnis afficiantur, quòd se diuino beneficio indignos præbuerint, diuinaq. benignitate abusi sint ad offensiones ipsius Dei, à quo tale munus donumq. acceperunt. Recuperata valetudinis beneficium tributū, ob eamq. causam vitæ spatium datum esse sua debent, vt illud in pœnitentiæ operibus, & in sanctioris disciplinæ rationibus conficiatur. Accendēt populum ad omnia pietatis officia, quæ memoris gratiæ, animi sint. Vt scilicet intimis sensibus, menteq. humili & religiosâ; cum id beneficium à Deo solo extitisse agnoscat, cor omne ad Deum conferat. *Præbe mihi*, ille inquit, *cor tuum.* Vt omni oratione, prece, supplicatione, diuinarum laudum concelebratione gratias Deo agat. Vt tale beneficium liberis commemoret, exteris hominibus quàm singulare fuerit narret, & omni mutua gratulatione ita prosequatur, vt commemorando & gratulando se se magis atque magis accendat ad sanctiora, & diuturniora, vel perpetua potius gratiarum actionis officia. Vt se totum Deo offerat, restinctisq. cupiditatibus, & exultatis animi sensibus repressis ita se comparet, vt malit omnes res vel amplissimas reijcere, quàm à Dei voluntate, diuinisq. præceptis & monitis discedere: idq. sibi propositum habeat, quæcunque possidet, cum à Deo habere, tum ad illius gloriam, & ad suam suorumq. liberorum, agnatorum, propinquorum spiritualem salutem procurandam se libenti animo, liberaliq. voluntate erogaturū. Ac propterea quæ à peste incendio facultates liberatae sunt, earum partem Deo tribuat: decimas, & primitias libentius persoluat: supellectilem, & ornamenta ecclesijs ad religiosum illius cultum libenter studio seq. conferat. Vt recuperata publica valetudine non omnibus mundi lætitijs, vt fit, exulteret, sed intelligat, quæ fidelis populi lætitia in recuperata publica incolumitate esse debeat, quàm mo-

deratum gaudium, quàm cum veræ pietatis officijs coniunctum. Nec verò mundi lætitijs elatus insolentius se extollat; quod vna scilicet incolumitate publica, diuitijs, opibus, auri, argenti, rerumq. omnium copia circumfluat: sed hæc intimè in Domino gaudeat, & lætetur, quod peste Dei beneficio depulsa, tot tantisq. spiritualibus cõmodis, quibus in pestilentia caruerat, liberè fruatur. Quòd ecclesias frequentet; quòd ad supplicationes frequens conueniat; quòd processiones solennes obeat; quòd in sacris concionibus, rerumq. diuinarum interpretationibus audiendis verletur; quòd frequenti sacramentorum vsu se se salutariter pascat: hæc sane sunt salutaria commoda, ex quibus solidum perpetuumq. in Domino gaudium capiat. quantam enim consolationem fideles ex Sacramentorū vsu percipiant, vel ex hoc vno cognosci potest, quod dignum omni cõmemoratione est. Fuit Mediolani dum pestis proximis annis sæuiebat, in publica hospitali domo S. Gregorij homo quidam qui peste mortuus putabatur: inde igitur ad locum asportatur, vnde ceteri mortui ad cœmeterium efferuntur. Eò loci cum in magno cadauerum aceruo tota nocte pene sepultus fuisset; manè dum publicæ curationis sacerdos qui peste ægrotantibus sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ferre consueuerat, illac transiret, vbi ille cadaueribus penè opertus iacebat, de repente ardenti fumendæ Eucharistiæ desiderio excitatus, se in genua erexit, & hac diuina occasione exhilaratus, voce quam ab illo animam exhalante consolatio vix elicuerat, à sacerdote supplex petijt sibi quoque sanctissimū viaticum dari: quod vbi sacerdos libentissimè ministravit, & ille religiosè, summaq. veneratione accepit, eodem loco statim in peltis accerbitate cum summo percepti sacri viatici gaudio ex hac vita migravit. Quem fidelem hoc pij hominis exemplū non afficit? cui non iucunda hæc plena consolationis commemoratio? Idem præterea & concionibus & sermonibus agent, vt valetudinis publicæ recuperatae munus prosequatur, non voluntate solum obediendi diuinis præceptis, sed operibus & actionibus sanctissimis, quæ in diuinis monitis exequendis elucet. Vt gratiarum actio, quæ ex sanctissimo omni opere constare debet, in perpetuis benè viuendi officijs perseueret. Vt hæc ipsa à toto populo, non à parte solum celebretur, ita vt alij benè agendo ædificent, alij malè agendo destruant. Vt hæc ipsa non diuisa sit, vt partim scilicet Deo, partim mundo tribuatur; sed omnis ad Dei gloriam referatur. Sacerdotes autem & curatores animarum in primis sollicitudines suas & vigilias in eo

con-

consumant, vt populi sibi culturaq. suæ commissi disciplinam studiosè instaurent, quòd vberiores fructus, eosq. sempiternæ vitæ præmio dignos ferant. Tuenda autem recuperata publicæ valetudinis regulam proponant à Christo Domino traditam his verbis: *Vade, & noli amplius peccare, ne quid grauius tibi contingat.* Atque in huius quidem argumenti genere omnem progressionem spiritualem libro memoriali Mediolanensi vberime explicatam excitabunt summo studio, summa omnis officij cõtentione, & rationum momentis ex eodem libro depromptis, quem ob eam causam ad omnis eius generis tractationem adhibebunt. Episcopus autem in vniuersam hanc curam & sollicitudinem cum perpetuo incumbet; tum curabit, vt perpetuum sit aliquod beneficij huius monumentum. Quamobrem rationem aliquam suscipiet, vt ad colendam eius memoriam, aut ecclesia altare uè exædificetur, aut hospitalis domus eo nomine struatur, aut anniuersariæ elemosinæ, alteriusuè rei pium opus erigatur, aut dies festus aliquis potissimum instituatur, quo Missa solemnitas, & supplicatio anniuersaria celebretur; aut piorum hominum cõfratria præcipua instituantur certis religiosi officij rationibus.

## CONSTITUTIONVM PARS III.

QVÆ AD ORDINIS SACRAMENTUM PERTINENT.

### De Seminario.

Prou. 1. par. 2. de Semin. cler. pag. 13.

Sess. 23. dec. de refor. c. 18. Decimarum & fructuum exactio ad Semin. sustentationem.

SEMINARIUM institutio quàm vilis sit ac necessaria ad cleri disciplinam in singulis ecclesijs propagandam, cum ex Concilij Tridentini decreto facile intelligi potest, tum ex eo etiam, quòd rei illius salutaris ratio aliquando intermissa damna & detrimeta non medio cõria rei ecclesiasticae attulit. Cum igitur in nonnullis prouincijs nostræ ecclesijs iam omnino, aut aliqua ex parte desitum sit, decimas, fructuumuè portiones, quæ Concilij prouincialis primi decreto ex sacrosanctæ œcumenicæ synodi Tridentinæ auctoritate ad illius sustentationem constitutæ sunt, exigui, atque inde in ijs ipsis ecclesijs penè cõlapium sit tam salutare institutū; ob eam causam prouinciali hoc decreto id cauemus, vt quæ decimarum, fructuumuè exactio illo Tridentino prouinciali q. decreto iam pridem seminarij nomine instituta est, de ea nihil planè quidquam per Episcopos remitti liceat, nisi, vt & iam eo ipso Concilio prouinciali, & nunc hac ipsa sanctione infra cauetur. Quòd si hæctenus quidquam eo de genere, aut

planè totum remissum est, id ad pristinam exactiois rationem reuocari, atque omnino restitui iubemus. Vbi verò nihil vnquam eo nomine exactū est; ibi Episcopus mensum duorū spacio exactioem ad illius Concilij prouincialis primi præscriptum ita planè instituat, vt dimidiam tamè partem decimæ illa non excedat. Atque eam quidem exactioem sic præfinitam tandiu durare decernimus, quoad seminariū eo censu, ijsq. redditibus constitutum atque auctum erit, quos pro locorum, diocesium, censuumq. amplitudinis ratione, singulis prouincijs ecclesijs re maturè deliberata infra præstituimus; ea tamen lege, vt pro rata parte reddituum, quos iam nunc aut in posterum beneficiorum accessione alia uè ratione seminarij possidere habere uè contingerit, tantundem de exactioe remittatur ad eiuſdem Concilij & Tridentini & prouincialis primi præscriptum. Ne verò in posterum aliqua lis, & controuersia ex eo existat, quòd sæpè dubitatur, cui potissimum seminario illam præscriptam decimæ partem certa quædam beneficia in sustentationem conferant; de ijs sic decernimus. Beneficia porrò quæ diocesis nullius sunt, illam subministrant & soluant diocesis eius seminario, intrà cuius limites ea olim erant, & censebantur. At verò quæ beneficia in hac & in illa diocesi prædicia bonauè habent, id præscriptæ decimæ dent seminario diocesis, loci uè vbi sita est primaria ecclesia beneficij, cui ea prædicia attributa olim fuerant; etiam si alia ecclesia, quæ beneficio illi primario adiuncta est, ædificata deinceps sit censu illorum prædiorum. Sin autem in ijs prædijs ecclesia antea ædificata est, quàm illa adipisceretur, posteaq. vna cum illis alijs ecclesijs primariae adiuncta est; tunc eius contributio ad seminariū pertineat, in qua prædicia vna cum ecclesia sita sunt. Vt autem seminarium & suis facultatibus perpetuo sustentari possit, & aliquando breui fore speretur, vt ea exactio denique cesset; ei Episcopus Deputatis in cõsiliū adhibitis decreti Tridentini auctoritate tot beneficia simplicia adiungat, attribuat uè, quot ijs etiam supputatis qui iam quouis nomina aut iure eidem attributi sunt redditibus, summam conficiant annui census mox infra præfinitam. At cum primū ad eam ipsam summam peruenierit; si quæ beneficia antea quàm vacauerint, iure vnionis adiuncta sint, neque dum ea adiunctio vnionis suum adhuc sortita sit effectū, illam iam nunc rescissam ac planè irritam esse declaramus. Atque vt quidem ab eo onere quàm citissimè fieri poterit, clerus liberetur & eximatur, Episcopus caueat, ne beneficia simplicia, qualia sint, quæ interea vacare contigerit, cuiquam conferat, alij uè vsui attribuat; sed quæcun-

que illa sint, feminatio iure vnionis coniungat: (nisi fortasse quedam vel ecclesie parochia li qua tenuiori censu est, vel alij ecclesie, vel loco operiue pio potius attribuenda adiungenda censuerit, pro ratione facultatis sibi canonum iure, Tridentinoq. Concilio datae ac permiffa.)

Si contra Episcopus vilo modo fecerit, seminarij detrimento damnouè quod inde inferetur, de suo primùm satisfaciatur; deinde istiusmodi culpæ norit se in Concilio prouinciali proximo rationem redditurum: tum præterea illa ipsa beneficiorum collatio prouisionè quã aliter contra huius decreti præscriptum fecerit, irrita nihilominus statim sit, nullaq. omninò.

Census verò, quem de Reuerendis. Coepiscoporum nostrorum assensu & consilio vnicuique seminario ecclesiarum prouinciæ nostræ auctoritate huius constitutionis præsumimus, atque adeò præscribimus, certa ratio æstimationè hæc sit, infra ordine exscripta.

Metropolitanae Mediolanensis ecclesie Seminarij sit annuus census nummi aurei sexies mille.

Derthonensis nummi aurei sexcenti.

Laudensis mille.

Aquensis quadrigenti.

Brixienfis bis mille.

Cremonensis bis mille item.

Bergomensis mille.

Astensis sexcenti.

Alexandrinae quadrigenti.

Vercellenfis mille.

Albensis sexcenti.

Vigintimillienfis ducenti.

Sauonenfis trecenti.

Casalenfis quingenti.

Vigleuanenfis ducenti.

Novarienfis mille & ducenti.

Placentinae mille & quingenti.

In omni seminarij institutione, cura, atque administratione Episcopus se se rationibus conformet decreti Tridentini, quod cum in omnibus partibus exequatur, tum in ea maximè, vt certum locum deligat, vbi collegiatim certus puerorum numerus alatur atque adeo instituat literis disciplinisq. ecclesiasticis.

Eligat duorum mensium spatium, qui nondum elegerit, canonicos duos, quorum consilio in ijs vtatur, quæ ad puerorum eiusdem seminarij institutionem, disciplinam, moresq. attinent. Duos itè de capitulo, & duos præterea de clero ciuitatis deligat, quos adhibeat in consiliu, consultationemq. administrationis, quæ in rebus temporalibus ineunda sit.

Si porro omnes vbi semel delecti sunt, ne vnquam, nisi ob causam quæ cum ratione conueniat, eo munere abdicentur.

Meminerit autem Episcopus, sibi Tridentini Concilij decreto omne seminarij administrandi, beneq. gerendi onus impositum esse, quod ipse propterea sustinere tueriq. debet etiam atque etiam diligenter.

Eorum igitur quos delegerit consilium sequi cum non cogatur, vbi illorum sententiam de re quæ in consultationem cadit, audierit, ipse tamen deliberet, statuatur, & exequatur, quæcunque pro sua pietate & prudentia, quæ coram Deo potiora atque præstantiora esse existimauerit, ad instituti Seminarij optimam tum cõseruationem, tum administrationem.

Quotannis apud se rationes administrationis supputari omninò curet: qua in supputatione duos à Capitulo, totidemq. à clero ciuitatis ex præscripto Tridentini concilij delectos adhibeat.

Præscriptam fructuum portionem Seminarij causa ipse exigat: si quis eam soluere recuset, aut longius quàm par est distulerit; contra illum censuris & alijs ecclesiasticis pœnis agat, vt planè persoluatur, implorato etiam si ita expedire iudicauerit, magistratus sæcularis auxilio, ad illius Concilij Tridentini præscriptum.

Nec verò est, cur in ea re optimè exequenda locum vel gratiæ, vel precibus, vel metui, vel alij humano affectui vnquam relinquat.

De seminarij statu progressionèq. Episcopus ad Metropolitanum sæpè, aut sexto quoque mense ad minimum literas det, quibus si quæ difficultates inciderint, quæ optimum illius institutum impediunt, in primis exponat.

Is verò ex Concilij Tridentini præscripto, quibus rebus potest aut debet, omnem operam, studium, aliamq. omnem rationem adhibeat, vt sublatis ijs rebus quæ difficultatem pariunt, seminarij institutio longè ad optima quæque progrediatur.

Is in omni seminarij perpetuus vsus sit, vt Catechismus Romanus pueris, atque adeò adolescentibus prælegatur, & explicetur quàm diligentissimè.

Nullaq. eius pars prætermittatur, cuius doctrinis eorum animi non imbuantur, vt fieri potest, omni maximo studio.

In omni prouinciæ seminarij, vbi commodè potest, præter cætera, quibus & ad pietatis exercitationem, & ad literarum doctrinam adolescentium animi erudiuntur, studia etiam sacrorum rituum, historiæq. omnis ecclesiasticæ certis statis diebus instituantur, quæ clericali ordinis hominibus maximè accommodatæ sunt ad optimam religiosæ disciplinæ rationem.

De examinandi ratione.

Prou. I. par. 2. pag. 15.

In ecclesie amministrazione, vt necessariu, ita multiplex est examinis de literarum peritia & disciplina officium: modò namque ab Episcopo, cum ad eorum qui ordinis sacramento initiandi sunt, tum etiam ad concionatorum, confessoriorumq. approbationem adhibetur; tum præterea ad indagandam prospiciendamq. cleri in literarum studijs rationem progressionemq. ad

Census vnicuique seminario prouinciæ Mediol. attributus.

Seminarij institutio cura, & administratio.

ad aliaq. item multa Episcopo idem adramen to, atque vsui est: modò autem non solum de illis, qui ecclesijs parochialibus, alijsq. curam animarum habentibus præficiuntur, illud instituitur & conficitur, sed de ijs etiam, quibus beneficia ecclesiastica cuiuscunque generis, vel literarum Apostolicarum, quæ forma.

Dignum conscribi solent auctoritate, vel alio iure conferuntur, quiuè ad ea præsentationis, nominationis, electionisue nomine instituantur.

Quamobrem vt omnis, quacunque causa suscipitur hæc examinandi ratio, per examinatores vt fieri potest, quam rectissimè conficiatur; præter aliqua quæ præsertim Concilio prouinciali quarto enucleatius decreta sunt, has etiã instructiones conficiendæ censuimus, quæ partim ad vniuersum hunc examinandi modum pertinent, partim verò certorum examinum propriae sunt.

Atque ijs quidem omnibus pro sua quisque pietate Episcopus & prudentia alias etiam instructiones adiungat, aut de ijs aliquid remittat licet, prout è suæ diocesis rationibus atque vsu esse viderit.

Quæ instructiones vt in morem & vsum inducantur, cura sit eiusdem Episcopi, & Vicarij qui examini præest.

Porro in primis examinatores in Synodo diocæsana constituti, cum eorum, qui ecclesijs parochialibus præficiendi sunt, examen inuent, iurifurandi, quo publicè in synodo quo primùm tempore delecti sunt se se obstrinxerint memores, videant vt omni humana affectione deposita, munus à se susceptum rectè curent atque administrant, ne quod sanctè, religioseq. ipponderint, violent, ac propterea periuri fiant.

Examinis causa occasioneuè nihil quidquam ne minimum quidem neque ante neq; verò post accipiant; alioqui sciant qui dant, se simoniæ crimen ex sanctione Tridentina subijisse, nec verò præterea se, neq; adeò illos, qui dant absolui licere, nisi dimissis beneficijs ecclesiasticis quæcunque obtinent; ac inhabiles item factos se esse, quibus in posterum ea vel alia conferantur.

De omni verò culpa in suscepto munere commissa ij rationem etiam in Synodo prouinciali reddant, in eaq. grauius auctoritate Tridentini Concilij puniantur.

Nec verò item qui examinatores liberè pro arbitratu Episcopi ad alios quocunque nomine causaue examinandos asciscuntur, examinis occasione vnquam quidquam ne esculenta quidem poculentauè capiant. Qui contra fecerit, cum indignus deinceps censetur qui id muneris gerat, tum alia pœna arbitrio Episcopi afficiatur.

MNES verò examinatores quicunque sint, nouerint, sibi munus vsque adeò graue committi, vt si negligenter, aut malè se vilo modo

gesserint, Deo in primis culpæ in eo munere admiffa exactam rationem reddituri sint. Quare non spe, non metu, non præmio, non personarum ratione, non aliquo affectu ducti, muneris sibi commissi curam gerant.

Proposito sibi in primis timore Dei, ne quemquam quem indignum norint, probent: rursus quem experimento periculouè factò idoneum dignumq. competiunt, ne reiciant. Itaque grauius, maturè, prudenter recteq. tum de probando tum de reijciendo deliberent.

CV M in locum conuenerint, vbi moris est clericorum exprimentum fieri, priusquàm aggregantur, à stata prece orationeq. congregationum vsui præscripta, quam de libro pronunciet qui examini præsidet, initium faciat; hoc piè intimeq. precantes, vt Dei ope in primis illud rectè, prudenter, diuinaq. voluntati congruenter conficiant.

Ne quempiam, de quo examen periculumuè fiat, examinatos alij collegæ vlla ratione commendent.

Ne ad alicuius examen accedat, nec verò suffragij ius habeat, nisi Episcopi, Vicarijue iussu ad illud euocatus.

Si quis quempiam priuatim docuerit qui examen subiturus est, cum id subibit, ne præsens quidem ille adsit, nedum ad examen adhibeatur; sed alius in eius locum Episcopi Vicarijue iussu tunc vocetur.

Cautio diligens sit, ne alterius nomine quis examen experiatur, experimentumue subeat, quod aliquando factum esse compertum est.

Quærat item diligenter de ijs, qui ad examen subeundum accesserint, an alias institutis de more examinandi quæstionibus experimè tum periculumuè sui fecerint, anq. si quid extet, quod de illis compertum vel deliberatum sit.

NE examinis initium fiat, nisi præsentibus ad sint, tum Episcopus vel Vicarius, tum examinatores ex præscripto Concilij Tridentini ad minimum tres, cum de beneficio curato quauis ratione conferendo examen instituitur.

Id quod locum etiam habeat deinceps, cum vel de aliquo maioribus ordinibus initiando, vel de concionatore, confessorioque approbando examen conficitur.

CV M quis in examen venerit, eius vultus, & habitus corporis, & vestitus, & incessus, & gestus, & sermo inspiciatur diligenter.

Si quis vel clericali vestitu deformi ab ordinis ecclesiastici decore aut disciplina alieno indutus, vel sine congrua pro sui status & ordinis ratione tonsura accesserit, ne ad vllam examinis experimentiue rationem ei aditus fiat, nisi decenti veste amictus, & tonsura præscripta ad illud redierit.

NE de vilo quoque initiando (si modò non aliter Episcopus aliquando censuerit) examen experimentumue antea fiat, quàm ætatis, natalium,

Idoneos pbet, indignos reijciant.

Initium examinis à stata prece fiat, & alia quædam.

Qui presentes adhuc debeant.

Tertius corporis habitus eius qui ad examen accedit inspiciendus.

Testificationes quædam ante examen exhibendæ.

Par. 2. tit. de benef. collat. ac p uif. pag. 147.

Quædam examinatiores precipue cauenda.

Nihil accipiant examinis causa. seif 24. decr. de refor. c. 18.

Quam graue munus suscipiant.



talium, aut dispensationis concessa, beneficij ecclesiastici, vel pensionis, patrimonijue testificatione scriptas, eademq. à Vicario Episcopali recognitas, illiusq. subscriptione signatas ac probatas attulerit, exhibuerit: nisi aliquando Episcopus eas post examen exhiberi, recognoscitue iusserit.

Neque item, nisi alias prescriptas decretis provincialibus, edictoue Episcopali testificationes dederit.

Nec verò præterea, nisi de eo à Cancellario Episcopali examinatores audierint, cognouerintue quæcunque Episcopi iussu inquisitiones de eo factæ, atque ex officio præscriptæ, aliorum literis significatæ, vel denunciatæ, vel delatæ sint.

Testificationes verò omnes, tum ab eo qui initiandus est, tum ab alio quouis examinis occasione exhibitæ, Cancellario Episcopali restituantur, tradantur.

Cuius sit illas ipsas in codicem certum eo nomine confectum summatim referre, eudemq. in archiuo Episcopali asseruare.

Verùm testificationes ætatis, natalium, ac si de eo qui maioribus ordinibus initiandus est, agitur, patrimonij, beneficijue ecclesiastici idem Cancellarius asseruet; ac literis publicis, quas de eo qui ordinem susceperit, conficiet, de illis pro ratione sibi præscripta testatum faciat.

**Quæ in examine parochi consideranda.** CVM examen initur illius, cui in curam certa ecclesia parochialis tradenda est, videant ante examinatores, qui, qualis, & quam numerosus populus sit, cuius parochialem curationem is suscipiet.

Qua sanè re diligenter explorata, in examine quod inibunt, sibi proponant accuratè perspicere, an ad eam curam suscipiendam gerendamue idoneus omnino ille sit.

**Quæ ratione interrogationis questionisue proponendæ.** HIS omnibus ita præscriptis, examinatores ordine ad interrogationes quæstionesue veniât. Atque in examine quidem ea ratio ineatur, vt interrogationes quæstionesue is examinatus proponat, quem pro vicissitudinis ratione, & pro doctrinæ disciplinæue genere, modò hūc, modò illum, in eo ipso examine Episcopus Vicariusue examinis præses interrogari iusserit, vt ne vnus alterum vario multipliciq. interrogationum modo certatim interpellet.

Interrogationum porò & quæstionum rationem examinatores ita teneant, vt illis inter se sic distributis, examinis instituti rationibus, prout oportet, cumulatè satisfactum sit; atque eorum vnusquisque quo de genere querere instituerit, ita de eo quærat interrogetue, vt quemadmodum par est, illius generis quæstiones interrogationesue satis explicatæ sint.

Silentio dum examen habetur vtantur: nec inter se colloquia, confabulationesue habeant: nec mutuas itidem quæstiones, dubiorumq. explicationes sibi proponant; sed ad illius de cuius doctrina interrogationibus quæritur, responsiones attentè, animum attentionis studio

eidem addant, ad rectè explicandas propositas sibi quæstiones.

Nec verò examinatore loco suo interrogantem alius inturbet: sed vnusquisque expectet, dum sibi ordine, pro quæstionis genere rationeue interrogare contigerit.

In quæstionibus interrogationibusue proponendis, non verbis, non aspectu, non vilo modo faueros, vehementesq. se præbeant; vt qui examen subeunt, seueritate deterriti, animum ne despondeant; memoriaq. languescat, ac vacillent non sine aliquo dedecore: at benigni gratiq. animi significatione, illos vel disferentes vel respondentes audiant: nec verò quibusdam interrogatiunculis, aliaue vlla ratione interpellent.

Si quid autem vel indifferendo, vel in legendo, vel in pronunciando, vel in respondendo eos offendere animaduernerint: ne tunc illos doceant, obiurgentue, ac ne moneant quidem, nisi quid ad examen rectè instituendum perficiendumue pertineat; sed examine peracto eos breui admonent doceatue, si quid necessariò illos tunc admonendos docendosue duxerint.

In omnibus porò & singulis examinis interrogationibus spectetur non solum vnus cuiusque eorum qui examinantur, scientia; sed etiam vsus, iudicium, ingenij vis, ac solertia.

**EXAMINIS** autem omnium ea ratio instituta sit.

Vt primò de toto vitæ statu, genere, patria, domicilio: eius quærat, qui examen subit.

An impedimentum aliquod habeat, quo irretitus, vel initiari, vel beneficium ecclesiasticum, cuius nomine experimentum sit, vel prædicandi munus, vel confessiones audiendi suscipere, ac exercere non possit. Quo impedimento si quis etiam occultè illigatus tenetur; id planè Episcopo saltem patefaciat, ne quisquam illegitimè vel initietur, vel beneficium consequatur, vel aliud munus suscipiat geratue.

An in orationis sanctæ studio vsuq. versatus. Quibus meditationibus instructus, Deum tacitus oret.

Qui orationis modus.

Qui illius fructus, quæue utilitates.

Quot, quibusue partibus illa constet.

Quæ regulæ præparationis ad orationem, & cætera multa eiusdem generis, prout prudens, piusq. examinatus, pro ratione aut personæ de qua quæritur, aut causæ ob quam sit examen, opus esse viderit.

His perquisitis, examinatores ad scientiæ eruditionisue experimentum descendant. Vt autem ij certam sibi formulam proponant, qua illorum qui examinantur, & literarum doctrinam, & vitæ clericalem disciplinam, & rei ecclesiasticæ peritiâ experiantur: in omni experimenti examinisue ratione, factis biblijs, catechismo Romano in primis, Concilio Tridentino, sacrorum canonum decretis, & alijs pontificijs

Quærenda generatim ab omnibus, qui ad examen accedunt.

tificijs constitutionibus, synodisq. tum provincialibus tum diocesanis vtantur, vnde suas interrogationes hauriant, quibus prout est illorum ingenij captus, explorent eorundem & scientiam, & ecclesiasticarum rerum notitiam atque vsum.

Cautio autem sit, vt si dum quis interrogatur, ita rudem atque ignarum se ostendat, qui rerum facilius minimarumq. nullam scientiâ vsuq. teneat, ne aliarum rerum difficultium interrogationibus tempus conteratur.

Rursus cum quempiam, quanta doctrina & vsu literatè peritus sit, exploratum erit, nõ est cur pluribus interrogationibus secù diutiùs agat.

**Quærenda speciatim à singulis.** NVNC igitur vniversè infra præscribemus, quæ ad rationem pertinent vnus cuiusque examinis eorum, qui vel ordinis Sacramento initiantur, vel parochialium ecclesiarum curam, vel alterius beneficij munus suscipiunt, vel sacra confessionis audiendæ officium sumunt, vel ad Dei prædicationem mittuntur.

At verò speciatim lögè plura, atque adeò pauciora, prudentum examinatorum, ac præsertim Episcopi, eiusue qui examini præest, iudicio relinquuntur; & pro eorum captu qui ad examen accedunt, & pro ordine quo quis initiandus est, & pro ratione locorū quò mittuntur. & pro genere doctrinæ quâ proficientur.

Qui verò earum rerum, quæ certis interrogationibus demonstratæ, in hac instructione continentur, se minus eruditos esse ostenderint; eos Episcopus admoneat, vt diligenter in posterum in doctrinis incumbant, atque harum ipsarum rerum in primis peritiâ & scientiâ percipere studeant; ita vt cum visitationis munus, aliaue eorum studijs, & progressus in literis recognitio adhibebitur, rectè periteq. omni eo doctrinæ genere instructi cõperiâtur.

Ac primò quidem eum de quo examen faciendū est, legere examinatores iubeant, quoad experiundo videant, an ille rectè explicatèq. legat. Post si ordinis, aut beneficij, aut rec ognoscendæ clerici cuiusquam in literarum studio progressus causa experimentum sit, grammaticorum more verborum constructionem proponant: quo in genere si quid is errat, labiturue, ita vt ne pro grammaticæ quidem ratione illorum vsu peritiâue teneat, ne propterea eum inturbent, interpellentue, aut impediant, quominus ad propositum grammaticæ instructionis modum redire possit.

Tum verborum quæ legerit cõstruxeritue sensum ab eo quærat: quem vt rectè eliciat atque exprimat, quod ei legendum proponunt, eiusmodi sit, quo tota sententia sensuq. perfectus concludatur, nihilq. in se habeat, quod sub historiæ intelligentiam cadat, aut ex antecediti consequentiue alio capite explicatio existat; deinde ad alia grauiora eius doctrinæ disciplinæue experimeta examinatores progrediâtur.

**Quærenda ab ijs qui primam tonsuram aut** VI primam tonsuram, aut minores maioresue ordines susceperunt, ad experimentum exam-

menue accedent, ab vnoquoque eorū vniversè ac sigillatim quærat, an impedimentis quæ Concilij provincialis quarti decreto de initiandis commemorata sunt, irretiti teneantur, vt potè an scilicet sint.

Minores natu.

Rudes & ignari.

Criminosi.

Solemniter pœnitentes.

Neophyti.

Ebrietati & gulæ dediti.

Impudici.

Lapsi post ordinem susceptum.

Periuri.

Vsurarij manifesti.

Infames.

Ratiocinijs obligati.

Serui.

Corpore vitati.

Insigniter deformes.

Illegitimè nati.

Peregrini & ignoti.

Bigami.

Irregulares quouis alio modo.

Quo in genere cautio sit, vt præter alia speciatim perquiratur ab eo.

An stipendium belli fecerit, vnde cædes hominum existerit.

An iudicis criminalis in foro laicali officium gesserit.

An sententiam capitis tulerit.

An criminis, cuius nomine capitis quis damnatus sit; acta, sententiam, testificationesq. dictarit, aut conscripserit.

An in eo procuratoris aduocatiq. fiscalis munus administrarit, aliaq. exercuerit, vnde irregularitatis maculam contraxerit.

An suspens.

An interdicti.

An excommunicati.

An amentes.

An morbo caduco laborantes.

An enegumeni.

An verò non examinati, & probati.

Exploretur item, an furtiuim, per saltumue ordinem susceperit.

Inuestigetur præterea, cum quis ordinem aliquè suscepturus ad examen venit, quandiu est quo alium ordinem suscepit; vt nemini ad altiorè gradum pateat ascensus, nisi in singulis alijs inferioris ordinis gradibus congruo temporis spatio perstiterit ad præscriptum Tridentinæ sancti onis.

An vim & naturam, mysteriaq. ordinis quem susceperit, norit.

An item ritus & cæremonias, quæ ex libro pontificali adhibentur, cum initiantur.

An eorum item significationes sanctiores.

An sacrarum vestium quibus induuntur, mysteria item & significata.

An functionum notitiam habeat ordinis, quo quisque initiandus est.

minores maioresue ordines susceperunt. Par. 2. quæ pertinent ad sac. ordin. §. si quis pag. 142.

Sess. 23. decre. de refor. c. 11.

An earū vsum exercitationemq. rectè teneat, cum in literis, tum etiam in cantu: in quo experimento adhibeantur cantus periti.

Hæc generatim ab omnibus & singulis explorentur. Nunc præterea sequuntur, quæ sigillatim cuiusque ordinis propria suo loco præscripta perquirenda sunt; ita tamen vt examinatores pro prudentiæ suæ ratione, quæ in ordinis inferioris examine explorationeue requirantur, aliquando etiam perquirant ab ijs, qui superiori ordine initiantur.

**Quæreda ab ijs D** E ijs qui prima tonsura initiandi sunt, quærat & inuestigetur.

Primū, quā ob causam se clericos fieri velint. An sæcularis iudicij vitæ causa initiari curēt. An contentiosis litibus implicati.

An rixam simultatemq. exerceant.

Quod item artificium teneant; quauē in arte, quouē in vitæ genere hæctenus versati sint.

An tales sint, qui spem præbeant, ecclesiæ ministros viles se fore.

A quo sacerdote sanctioris vitæ magistro instituti sint ad clericalis vitæ modum.

An legere, & pronunciare, & scribere norint: tum in utroque genere de ijs periculum fiat. An doctrinæ christianæ præcepta institutaq. sciant.

An Epactæ intelligentiam habeant.

Præterea an Sacramentum confirmationis susceperint.

**Quæreda ab ijs D** E ijs verò qui in minoribus ordinibus adscribi volunt, quærat, experiundoq. cognoscatur.

An saltem primordia grammaticæ, & linguam latinam intelligant.

An scientiæ spes tales eos ostendat, qui digni sint, vt ad maiores ordines aliqui ascendant.

**Quæreda ab ijs Q** V I verò sacris ordinibus, vt potè subdiaconatu, diaconatu, sacerdotio initiandi sunt, cum ornati exculitiq. ijs virtutibus esse debeant, quæ in clericis inferiorum ordinum requiruntur; sicut ad altiorem ordinis gradum ascendunt, ita virtutum, & probitatis, & doctrinæ quodam quasi ascensu præstare debent.

Quamobrem hoc in primis examinatores videant, an qui ordinis sacramento initiantur, per singulos illius gradus, & in vitæ spiritualis disciplina maiorem progressionē fecerint.

An breuiarium, anq. sacra Biblia, an item sanctorum patrum volumina, Concilium Tridentinum, & prouincialia quoque, Synodos Episcopi diocesani, catechismum Romanum, rationale diuinorum officiorum, & libros aliquos de vitæ spiritualis rationibus cōscriptos, sui muneris vsui accommodatos habeant.

**A Subdiaconis.** A subdiaconis potissimum de ordinis minorū quærat & maiorum differentia.

An in minoribus ordinibus probatus sit.

De voto item continentiæ, quod subdiaconatus ordini coniunctum est.

De Sacramentorum etiam doctrina, saltem generatim.

Tum eorundem periculum experimentumue fiat in officij diuini recitandi ratione.

**DIACONORVM** examen experimentumue fiat præterea aliquantò diligentius de sacramentorum doctrina.

Experimentum item aliquod fiat in concionibus habendis, ex ratione concionatorum examini infra præscripta.

**A B** ijs qui sacerdotio initiari volunt; hæc sigillatim studiosius perquirantur.

An piè, & fideliter in ministerijs antè actis se gesserint.

An spectata pietate, anq. castis moribus.

An præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ documenta ab eo expectari possint.

Hæc præterea quærantur.

Quid sit Missæ sacrificium.

Qui illius sacrificij effectus.

Quæ eiusdem partes.

Quæ mysteria in eo insint.

Quæ sacrarum vestium significationes.

Quæ in eo officio offerendo requirantur.

Vbi, & quando illud fieri non licet.

Quæ dubia aliquando incidere possunt.

Quæ explicatione opus habeant, vt illud rectè fiat.

Tum experimentum eorum ex præscriptis infra regulis fiat.

An sacræ confessionis aliquam peritiā habeat.

An ad alia item Sacramenta rectè riteq. ministranda idonei sint.

An eorum cognitionē explicationem habeant, ex interrogationum præscripto vt infra de parrocho.

An doctrinam item teneant, qua verbum Dei rectè tractare, concionemue habere possint.

Anq. de re sacra, de christianarum virtutum officijs, atque de omni re ad salutem necessaria, aptè populū instruere aut docere possint.

Cum verò à cæteris omnibus, vt præscriptū paulò ante est, qui clericali militiæ adscribuntur, de vitæ spiritualis sanctiorisq. institutis atque exercitationibus perquiratur; tum maximè ab ijs, qui vel sacerdotio initiantur, vel parochialem curam suscipiunt, vel sacræ confessionis audiendæ munus sumunt, vel in tractatione verbi Dei, sacrisq. concionibus versari volūt.

A quibus omnibus & singulis, cum ad examē veniunt, præter cætera quæ ad sanctæ spiritualis vitæ vsum pertinent, ea maximè explorentur, quæ de orandi modo, deq. omni sanctarū meditationum, cœlestiumue contemplationū exercitatione, ab alijs q. in eo genere religiose se se exercuerunt, tradita sunt.

**D E** ijs verò sacerdotibus, qui ecclesiarum parochialium curationem suscepturi sunt, quærat præterea, experiundoq. cognoscatur in primis.

An apti ad sensus percipiendos, non solum qui ad grammaticæ intelligentiam sumuntur, verum etiam interiores illos, sanctioresq. tam ad Christi, ecclesiæq. mysteria, & ad spiritualis vitæ modum pertinentes.

**D E** ijs verò sacerdotibus, qui ecclesiarum parochialium curationem suscepturi sunt, quærat præterea, experiundoq. cognoscatur in primis.

An apti ad sensus percipiendos, non solum qui ad grammaticæ intelligentiam sumuntur, verum etiam interiores illos, sanctioresq. tam ad Christi, ecclesiæq. mysteria, & ad spiritualis vitæ modum pertinentes.

**Quæreda ab ijs** qui ecclesijs parochial. præficiendi sunt.

An

An sermones contexere, habereue sciant.

An si quos habuerint, vnde sumpserint, aut quam illis contexendis conscribendisue rationem adhibuerint; & verò si quos apud se conscriptos tunc habeant, eos ostendant atque tradant.

An in eo genere aliquid ex tempore possint; tunc extemporaneo, breuiq. sermone periculum fiat, quantum concionando valeant.

Atque si tractationis quidem verbi Dei vsu peritiorum parochum, ecclesiæ parochialis quæ committenda est, ratio deposcit; examen aliqua ex parte, quæ potior examinatorum iudicio videbitur, ineatur ad interrogationū normam concionatorum examini infra cōstitutā.

**Quærat** præterea, an alias vnquam animarum curam gesserint: quod si affirmēt; tum interrogentur etiam, & vbi gesserint, & cur inde discesserint.

An intelligant, quanti illud sit, animarum curam suscipere, rursusq. gerere, quæq. partes ac virtutes illæ sint, quibus bonum ac vigilantem animarū curatorē præditū esse oporteat.

An item norint impedimenta omnia, quorum causa interdictum est, ne quis sacramenta ministraret, & ne quis suscipiat.

An Sacramentorum (præsertim verò quorum ille minister est) vim & naturam intelligant. Atque hæc sigillatim in primis interrogentur.

Quæ vnus cuiusque sacramentorum materia, quæ forma item.

Quæ eorum efficiens causa & principalis.

Quæ causa efficiens instrumentalis.

Quæ causa finalis.

Quæ eorum differentia.

Qui effectus, quiue fructus.

Qui eorum ritus, quæue ceremoniæ.

An maximè omnium peritiā teneant audientæ sacræ confessionis.

Quos huius generis libros atque adeò summas habeant.

Tum periculum fiat, quàm valde casuum conscientia vsu periti sint, quàmq. tum in illis, tum in alijs id generis peritè versati, præsertimq. in ecclesiasticis constitutionibus, quæ ad rectum vitæ vsum, populiq. christiani mores & virtutes pertinent.

An nouerint casus sanctissimo Papæ, & Episcopo item à iure & ab homine reseruos.

Atque adeò diligentius prout opus erit, de singulis interrogentur, quæ infra præscribentur rationi examinandi confessarios sacerdotes.

Videant præterea examinatores, an aliquam sacrorum canonum notitiā habeant, & præcipue quod ad Tridentinum, & prouincialia cōcilia, synodalsq. diocesanas attinet, an illi hæc norint quæ sequuntur.

An scilicet doctrinam de præcipuis christianæ religionis articulis, quos œcumenica illa Synodus Tridentina contra hæreticos definiuit.

An item quæ de residentia præscripsit.

An quæ etiam de parochis, parochialibusq.

ecclesijs, & de diuinorum officiorum cultu, cæterisq. eiusdem generis statuit.

An quæ præterea de clericorum honestate sanxit.

An cætera denique, quæ vel ad cleri, vel ad populi disciplinam, vel ad aliarum rerum reformationem constituit, quæ parochi scire, beneq. nosse interfit.

Ex prouincialibus concilijs sigillatim quærant.

Quæ de clericalis vitæ honestate, & de parochorum officijs constituta sunt.

Quæ item de Sacramentorum recta administratione, quæ de Missæ sacrificio, quæ præterea de diuinis officijs.

Quæ etiam de Sacramentalibus, & quæ de festorum dierum veneratione, quæ de ecclesiarum cultu, quæ de scholis doctrinæ christianæ, quæ de populi christiana institutione, morumq. disciplina, deq. alijs ad parochialis vitæ munus potissimū pertinentibus sancita sunt.

Ex synodis diocesanis eam ipsam certis capitibus distinctam examinandi rationem ineant, prout genus decretorum est, quæ in illis Episcopus confecit.

**Q V I** causa beneficii cuiusvis generis, quod tamen curatum non sit, ad examen accedit, de eo hæc inuestigentur.

An canonicarum horarum officium ex Breuiarij instituto rubricisq. rectè recitare sciat.

An doctrina disciplinaq. omni instructus, quæ ordo deposcit quo initiari debet, pro beneficii, officij, dignitatisue ratione, cuius causa examen instituitur.

An peritiā item teneat functionum, quas illius beneficii, dignitatis, munerisue ratio postulat.

An teneat, quæ scitu necessaria sunt ad functiones illas vel ordinis vel beneficii rectè riteq. præstandas, etiam quæ ad rectè canendi modum rationemue pertineant.

**A T Q V E** hæc quidem sunt, quæ ad examinis instructionem pertinent eorum, qui aut ordinis Sacramento initiandi sunt, aut ecclesijs parochialibus præficiendi, quibusue beneficia conferenda.

Nunc verò sequitur examinis ratio confessariorum, de quibus præter cætera quæ cum sacerdotis & parochi officio munereue coniuncta ipsis sunt, hæc etiam sigillatim, atque exploratori ratione perquirantur.

De Sacramenti pœnitentiæ necessitate. Quare institutum sit hoc Sacramentum, & à quo institutum.

Quæ huius Sacramenti materia.

Quæ forma.

Qui illius effectus.

Qui Minister.

Quæ conditiones in eo requirantur.

Quæ regulæ ad dignoscendum & distinguendum peccatum mortale à veniali.

Quæ pœnitentiæ partes.

Quæ earum partium ratio.

Quid

**Quæreda ab ijs** qui ad beneficia non curata examinantur.

**Quæreda ab ijs** qui confessiones audituri sunt.

Quid contritio.

Quæ ad veram contritionem sint necessaria.

Qui contritionis fructus & utilitas.

Qua quisquam ratione se ad contritionem exercere possit.

Quæ signa sint veræ contritionis.

Perquiratur item, quæ confessionis quæ secunda pars poenitentiae est, natura sit atque substantia.

An diligenter inquirere sciat, & peccatoris circumstantias, & peccati item.

Quæ mutant speciem peccati, & quæ in confessione explicanda sint.

Quæ restitutionem expostulent, quæ radices causæ restitutionis.

An dubios suspectos contractus norint, aut saltem de ijs dubitationes & quæstiones instituire inireue sciant.

Quibus criminibus annexæ sint censuræ.

An item illarum peritiam, & vim teneant.

An casus, in quibus irregularitatis macula contrahitur.

An saltem in ijs omnibus, & alijs, quæ ad verum perfectum huius sacramenti poenitentiae ministrum pertinent, sciant dubitare, & nouerint consulere peritos, quomodo agendum sit id, de quo in dubitationem adducunt.

Qui item ritus, & sacræ cæremoniae confessionis.

Quæ conditiones ad confessionem verè poenitentis necessariae.

Qui ordo confitendi, quando quis statim confiteri debeat; quando item confessionem iterare.

De satisfactione, quæ tertia pars poenitentiae est, quærat.

Quæ satisfactionis partes.

Quis satisfactionis finis.

Qui fructus quæue utilitates satisfactionis.

Quæ in satisfactione requirantur.

Qualis, & quanta poenitentia poenitenti imponi debeat.

An salutare & conuenientes satisfactiones, pro grauitate criminum, & poenitentium facultate iniungere sciant.

An item ex Innocentij Tertij præscripto, more periti medici sciant infundere vinum & oleum vulneribus sauciati, ac quale debeant præbere remedium, aut consilium.

An præterea canones poenitentiales rectè teneant.

Quæ differentia sit satisfactionum, poenitentiarum &c.

De absolutione indagetur.

Quæ verborum formula requiratur.

Quæ preces orationesque præterea adhibeantur.

Quis ordo seruandus in absoluendo, tam à peccatis, quàm ab excommunicatione, suspensioneue.

De sigillo item confessionis, plura quærantur, ac præsertim quæ vis & quanta sigilli.

Quæ sub illud cadunt.

Ex sanctionibus ecclesiasticis, Tridentino Concilio, synodis tum prouincialibus tum etiã dioc-

cesanis indagetur, quæ in illis constituta ad poenitentiae Sacramentum pertinent, quæque de cleri & populi disciplina & moribus constituta sunt, vt paulò ante in parochorum examine demonstratum est.

Sed hæctenus de ratione interrogationum, quæ examinandis confessarijs sacerdotibus adhibentur.

Iam est locus examinis concionatorum, & sacræ scripturæ interpretum, à quibus hæc quarantur. Primò de doctrinæ articulis, dogmatibusue Concilio Tridentino explicatis, vt potè de canone scripturæ de peccato originali, de iustificatione, de sacramentis & generatim de sacrificio Missæ, de purgatorio, de inuocatione & veneratione sanctorum, de sacræ reliquijs, de imaginibus sanctorum, de indulgentijs, potestate & auctoritate Papæ, de ieiunijs, de diebus festis & reliquis multis.

An præterea habeat reliquos theologiæ notos & tractatos locos.

Quem in scholasticis præsertim auctorem familiarem habeat.

An sapius sacrorum bibliorum volumina cum glossa aliouè commetario studiosè euoluerit; anque in ijs ipsis ita diligenter versatus, vt inde locos facilè apteque promere possit ad omne sacræ tractationis genus.

An sanctorum interpretationum vsu literatè peritus.

An ex antecedentibus & consequentibus verum scripturæ sensum elicere norit: anque item ex euangelistis in eodem narrationis genere versantibus.

An rursus temerè, pro suoque libito sacræ scripturam à vero sensu detorqueat.

An tropologicos morale seu sensus cum literali sensu non coherentes commentetur.

An explicandis parabolis rectè præcipuumque rerum sensum spectet, prætermittis explanationibus, quæ nihil ad propositum faciunt.

An traditionum Apostolicarum ecclesiasticarumque notitiam teneat.

An in sanctorum patrum scriptis atque sermonibus peritè versatus sit.

Quem item è patribus maximè in concionando sequatur atque imitetur.

An sacrorum temporum mysteria norit, anque sacrorum rituum significationes habeat.

An rerum in ecclesia sancta gestarum, & conciliorum præsertim vniuersalium cognitionem teneat.

An sanctorum vitas, historiamque verè norit.

An congruam canonum scientiam teneat.

An summorum pontificum iura atque instituta sciat.

An Conciliorum, prouincialium præsertim & diocesanorum decreta in promptu habeat, vt in parochorum examine præscriptum est.

An casuum conscientiae doctrina instructus sit.

An Theologiæ illius mysticæ, quæ tota in spiritualis vitæ constitutis tradendis, quæque in pur-

Quærenda in examine concionatorum & scripturæ interpretum.

purgandis affectibus, in reformationeque interiori versatur, præcepta atque exercitationes bene norit.

An denique sanctorum meditationum, orationisque mentalis vsu habeat.

An morum doctrinæ, christianæque disciplinæ locos, non solum ordine collectos, sed rectè notos habeat.

Quos locos teneat, quibus auditorum animi excitantur, vel ad Dei amorem, vel ad celestis patriæ desiderium, vel ad virtutum studium, vel ad detestationem scelerum, vel ad misericordiã, vel ad certas præterea affectiones, quæ ad celum excitatæ, christianas virtutes pariunt.

An apti denique sint atque idonei ad concionem concipiendam, & explicandam, non solum theologiæ locorum tractatione, sed similitudinibus, quæ ab agricultura, vinea, semete, alijsque rebus ducuntur quæ sub sensum cadunt atque intelligentiam præsertim eorum etiam rudium, ad quos concio habetur.

An ad concionis ingressum recta ratione vtatur, & ab ijs vitijs refugiat, quæ plerique eo in genere admittunt.

An totam concionem rectè ordineque disponat.

An dilucidè distincteque enarret.

An bene pronunciet.

An illius verba pondus habeant, anque vim iteque vt non solum audientium aures attingant, sed animos inuicem penetrent.

An in tota concione, pro cuiusque rei de qua agit ratione, rectè, aptè, decorè, & congruenter agat.

Quo in genere omni & perquirendo atque explorando, tum in alijs diligentius indagandis, examinantes prout occasio tulerit, quam diligentissimè instructiones adhibebunt, quæ de concionatoribus ad prouinciæ vniuersæ vsu ex Concilij prouincialis auctoritate, iussu nostro editæ sunt.

De ijs que doctrinæ tantum, aut in literarum studijs progressionis recognoscendæ causa examini subiciuntur.

CVM non certæ curæ, alteriusve beneficii, vel officij muneris, sed doctrinæ tantum, aut in literarum studijs progressionis recognoscendæ causa examen alicuius instituitur, diligenti etiam illa præcipuaque disquisitione, & interrogationibus supra variè descripris, pro vniuersi cuiusque conditione indagetur illius doctrina, & in ministerijs ecclesiasticis peritia atque vsus.

Horum verò classes quatuor saltem, vel etiam plures constitui poterunt, quibus pro peritiæ ratione experimèto illorum facto adscribantur.

Primæ classi adscribantur, qui & perfectè concionandi peritia, & conscientiae casuum explanationibus se tales ostendant, qui alijs multis prodesse atque præesse possint, proindeque idonei sint, non modò ad parochi, sed etiam ad Præpositi, Vicarij foranei, vel Visitatoris munus, vel ad poenitentiarum etiam, aut doctoralis aut Theologalis præbendæ obeundæ officium, dignitatemue etiam in ecclesia cathedra liassequendam, atque ad alia id generis.

Secundæ classi erunt adscribendi, qui si minus, vt illi concionari perfectè, at mediocriter, tum etiam de suggesto possint; quique in casuum con-

scientiæ summis studiosè versati sint; & verò catechismi etiam Romani doctrinam diligenter teneant.

Tertiæ erunt classis, qui intelligentiæ tantum assequuntur, vt si minus accurata doctrinæ, concionæ, at sermonè de altari saltem habere, ac Euangelium prout vsu venerit, enarrare & explicare possunt; & administrationis Sacramentorum, & casuum conscientie vsu ita periti sint, vt qui frequentius incidere solent, eos aliquo studio adhibito enodare atque explicare aptè queant.

Quartæ classis, qui si non magno literarum studio, aliquo tamen vsu apti sunt ad aliquam Euangelij breuè explanationem; notitiã quandã habent rerum ad docendum populum, quæ salutis necessariae sunt; & ad Sacramentorum administrationem, casuumque conscientie explanationem pertinent: ita vt ijs ob sacerdotum paucitatem, necessariamque causam, aliquando curatio aliqua spiritualis pro loci ratione præsertim ad tempus committi possit.

In inferiori classe reliqui adscribantur, quorum nulla ratio omnino haberi debeat in curatione animarum committenda, sacramenti que ministrandi facultate, neque in sermonibus ad populum habendis.

IN omni hac examinandi ratione Cancellarius pro sui officij munere hæc præstet.

Certum librum habeat prouisionum ecclesiarum parochialium, aliorumque beneficiorum, quæ examine adhibito, etiam ex literis Apostolicis conferenda sunt.

Quo in libro rectè atque ordine ab eo notentur hæc.

Acta examinis, quæ in singulos dies, prout examinandi occasio tulerit, fiunt.

Dies vacationis certi beneficii, & modus item vacationis, aliaque id generis.

Dies etiam promulgationis, aut prorogationis edicti, quod de concursu proponi solet; cum beneficii vacationis ratio id postulet, & reliqua etiam quæ ad promulgationem pertinent.

Nomina quoque examinatorum, quos Episcopus certi illius beneficii vacantis nomine ad examen conficiendum nominatim delegerit.

Nomina etiam eorum, qui eo nomine examinandi proponuntur.

Dies præterea, quo quisque examen subiit.

Nomina etiã examinatorum qui interfuerint.

Approbatio, aut reiectio, quam eorum iudicio singuli tulerint.

Nomè item & cognomen eius, què Episcopus tanquã aptiorem magisque idoneum delegerit, cui beneficiũ ab eo conferatur ad què spectat.

Cui libro alia præterea adscribat, quæ Episcopus censuerit.

Librum alterum cõficiat, in quo omnes & singulos, quos vel concionandi, vel confessionis audire, vel sacræ lectionis interpretandæ causa Episcopus adhibito examine vel pbat vel improbat.

In hoc ipso libro notet etiam, & nomina examinatorum, & diem quo examen confecerint, & causas item repulsæ, si quam aliquis tulerit.

Z Idipsum

Præstanda à Cancellario in examinandi ratione.



Idiplum de certo die, examine, probatione, aut reiectione eorum seruet, quorum experimentum sacre ordinationis causa fit.  
 Tertium librum habeat, in quem examina referat, quae generatim instituuntur atque adeo conscribuntur ad cleri progressionem in litterarum studijs inuestigandam atque explorandam.

De initiandis ordinis Sacramento.

Prou. 1. par. 2. quae ad Sac. ord. adm. pert. pag. 72

Secunda ab episcopo in regulis qui sacris ordinibus initiari volunt.

**I**n ijs quae concumenica synodus Tridentina de sacra ordinatione statuit, vberius etiam prouincialium conciliorum decreta explicata, multa sunt, quorum diligens ratio etiam in Regularibus habenda est, atque eorum quidem capita quaedam praecipua infra hoc decreto complexi sumus. Videat igitur Episcopus, ut quidquid de ijs ipsis capitibus, vel eodem Tridentino Concilio, vel synodis prouincialibus etiam generatim constitutum est, in illis initiandis quam diligentissimè ab ipso seruetur.

Culpae, impedimentaeue canonicae ordinis suscipiendi quarto Concilio enumerata.  
 Litera testimoniales Superioris.  
 Testimonium de natalibus & aetate praescripta Tridentino Concilio.  
 Testificatio ordinis proximè suscepti.  
 Progressio in ecclesiastica disciplina.  
 Testimonium bonum.

Denunciatio nominis in ecclesia.  
 Adscriptio, & ministeriū in ecclesia, cui adscriptus est.

Exercitatio functionum ordinis suscepti.  
 Frequentia sacrae communionis.  
 Reuerentia atque obseruantia erga sacerdotes & Superiores.

Interiorum anni inter postremum ordinum minorum gradum, & subdiaconatum, ac rursus inter vnum, & alterum eorum sacris ordinibus, nisi necessitas, aut ecclesiae utilitas iudicio Episcopi aliud postulet.

Diligens examen Episcopi.  
 Litterarum scientia, & cantus peritia, ac aliae instructiones ad ordinis suscipiendi functiones rite rectèq. obeundas.

Vfus & peritia recitandi diuinum officium.  
 Loco tituli censusue testificatio praestitae professionis regularis praescripta in Concilio prouinciali secundo.

**Q**UOD de ordine sacro annexendo iam pridem decreto Concilij prouincialis primi ex Tridentina synodo constitutum est, id in executionis vsum ita ab Episcopo inducatur, ut vel presbyteratus, vel diaconatus, vel subdiaconatus non ipsis quidem canonicis, sed canonicatibus, & portionibus singulis, quae in cathedrali ecclesia sunt annexatur: nec verò annexionis decretum locum habeat in illis canonicatibus praebendisue, quibus in fundatione iam certus ordo annexus est. Quod autem canonicorum saltem dimidia pars, cautum est, ut sacerdotio presbyteratusue initiatur, in ea cum

dignitates non censeantur, totidem canonicis sacerdotales constituendi sunt, quot praeterea illa dimidia pars saltem cōficiant. Vbi primum vnicuique vel canonicatui, vel portioni sacer aliquis ordo annexus ab Episcopo est, ad eum ordinem suscipiendum canonicis etiam qui iam illud obtinebat, compellatur. Si quis autem monitus non tulerit, priuatus ab illo declaretur ad eundem Tridentini Concilij praescriptum.

**S**i cui etiam sedis Apostolicae litteris facultas permessa est, sibi licere ordinis Sacramentum ab alio quam ab Ordinario suo suscipere, is antequam initiatur, etiam sui ipsius ordinarij litteras obsignatas habeat, quibus vitae suae mores, disciplina, probitas, & cetera id generis testificata commendentur.

**Q**UOD prouinciali tertio Concilio decretum est de ratione seruanda in concedendis litteris dimissorijs ab Episcopo impedito suis diocesanis pro ordinibus suscipiendis, id locum etiam habeat Episcopo absente.

Clericos verò à diocesi abientes qui dimissorias litteras petunt, Episcopus ad se examinis causa euocet; liceat tamen ei aliquando, si hoc minus commodè praestari voluerit, examen illud praecipue Episcopo delegare, in cuius diocesi illi morantur: at verò tunc litteras dimissorias ne det, antequam examinis facti litteras ab eo acceperit, cui illud delegauit.

**N**E Abbates, etiam baculi & mitrae iure videntes, alioque eiusmodi privilegio & auctoritate conferendi minores ordines mutentur, pariat Episcopus diocesanus tonsuram neque minores ordines sed quod Tridentina synodus veniit iuris cōferre, quam ijs qui regulares sunt, & eorum iurisdictioni subiecti; nisi & ipsius Episcopi contentus ante accedat, & illi initian di à suo Episcopo, vel regulari superiori attulerit litteras dimissorias, non generatim sed speciatim concessas. Nec verò quibusvis Abbatibus id permitti liceat, sed ijs tantum qui sacerdotio initiati sunt, & itatis benedictionis precibus consecrati.

**V**i subdiaconatus ordini adscriptus est, cum statim lege adstrictus sit, canonicarum horarum officium ex Breuarij praescripto recitandi; nemo ad eum ordinem capescendum recipiat, qui in horarij illius officij, cuius lege deuinctus tenetur, rectè ac ritè recitandi vfu peritus nō sit. Inferioribus verò ordinibus initiandi, qui nullum beneficium obtinent, versari sint in beatae Mariae officij recitatione.

**Q**UOD alio Concilio vetitum est, ne seminario titulo clerico cuiquam Episcopus ordinem aliquem sacrum conferat; id decernimus locum habere, nisi cum beneficij teminario vnio nis iure adiuncti vfi & cultui ministerium est ab illo praestandum: tuncq. certus annuus census constituatur, vnde qui eo titulo ordinè suscepit, sustentari queat Episcopi iudicio. Nec verè tamen is in illo censu vllum ius habeat, cum primum aliunde habuerit, vnde itidem

Literae testimoniales qui nam offerant in susceptione ordinum.

Qua ratione litterae dimissoriae ab episcopo concedenda.

Prou. 3. de ijs q. ad ord. sac. &c. §. in firma valetudine. pa. 94.

Abbatibus quo liceat tonsuram & minores ordines conferre. sess. 23. decr. de refor. c. 10.

Subdiaconatus suscipiendi officium diuinum recitare nouerint.

Quaedam de titulis ordinandorum. Prou. 4. par. 2. tit. quae pert. ad sac. ord. §. Ne mo tit. pag. 143

dem vitae suae sustentationi Episcopi iudicio consultum & prouisum sit. Quod si aliunde ex parte tantum eius sustentationi prouisum sit; tunc extincta censeatur illa census attributio pro tanta parte, quantum ad illam sustentationem aliunde habet.

Pensionis & patrimonij quod quis habet, & bonorum item, quae perpetuè etiam eo nomine ab aliquo ei donantur, titulo, Episcopus facrum aliquem ordinem alicui etiam familiari suo conferre potest.

Idq. de familiari etiam si alienae diocesis sit, modò post triennium ab initio familiaritatis; si ecclesiarum suarū vel necessitatem vel utilitatē hoc flagitare iudicari, ut sacris ille initiatur. At verò etiam si quis ei qui sacris initiandus est, verè spondeat certa cautione, sequae ad vitam cultum vsui necessario sunt, suppeditaturum, saltem donec ei aliunde prouisum sit, huic ob sacerdotum penuriam ab Episcopo sacer ordo conferatur licet, sine alicuius etiam vel beneficij vel patrimonij titulo.

At verò haec in primis Episcopus diligentissimè videat, ut pensionem patrimoniumue illud verè obtineat, utq. ea donatio sponsiue uerè ac sine fraude, dolouè facta sit; eiusq. tabulae ut ritè & rectè confecta sint; utq. pensio patrimoniumue, & quae dono data sunt, tantum inde census percipiatur, ut satis esse possit ad illius honestam vitam sustentationem qua in re omni cognoscenda promulgationes adhibeat, & reliquam diligentiam quarto Prouinciali Concilio in hoc genere praescriptam.

**V**IDEAT etiam omnino, ut quemcunque eiusmodi titulis ordinauit, etiam familiare suū, certè illum ecclesiae addicat, vbi ordinis suscepi functiones ac munera, ut ipsius Concilij decreto cauetur, ipse verè praestet.

**E**O sermone, quem pridie illius diei quo sacra ordinatio celebratur, prouinciali decreto haberi institutum est, illud in primis spectetur, ut quae monitiones postero die de libro pontificali leguntur, disertis verbis, ijsq. vulgari-ter conceptis explicentur vberius.

Vnusquisque porro eorum, qui sacris ordinibus initiabuntur, etiam atque etiam diligenter admoneatur, quod, quamq. sanctum munus suscepturus est.

Verum eius sermonis vis in subdiaconis potissimum monendis versetur, quò rectius dum integrum est, deliberare possint, an castitatem quae perpetua illi ordini est annexa, profiteri velint, eoq. accuratius propterea in graui illa deliberatione videant, quod Deo auxiliante praestare posse sperent, neque in eo ecclesiastico spiritaliq. munere suscipiendo quidquam agnatorum, vel huiusmodi aliena voluntate, sed spontanea deliberatione agant, nec verò in sacri eiusdem ordinis susceptione, vitae huiusmodum, aut aliud quidquam eiusmodi, sed Dei honorem sibi propositum habeant.

Huius generis sermo, à quocunque appositus

habetur utilis ille quidem est; at multis partibus longè utilior erit, atque opportunior, si eundem Episcopus accuratè studioseq. habuerit.

**Q**UICVNQVE clericus alicui ecclesiae adscriptus, vbi ordinis à se suscepti functiones obeat, memor complurium Sanctorum, qui vel toto vitae tempore, vel multis saltem annis in alicuius etiam minoris ordinis ministerio munereue religiosè versati, ad altiore se ordinis gradum prouehi passi non sunt, eorum recordatione exemploq. excitatus, illud sedulo curet, atq. adeo efficiat, ut ordinis quo proximè initiatus est, praescriptas functiones, nō elatè, sed humiliter; non rarò, sed frequenter; nō negligētè studio, sed accurata, vereq. clericali sollicitudine & disciplina, pie, rectè atq. ritè praestet. Alioqui si in sanctis ijs functionibus negligenter, contraq. ac praescriptum est, se gesserit; illud norit, eo voluntatis suae testimonio sibi apud Episcopum aditum pracludere ad altiore gradum ascendendi.

**P**RAEFECTVS autem rectorue ecclesiae testimonium de clerico facturus, qui functiones in sua ecclesia obierit, haec testificationis suae litteris speciatim vereq. exprimat; quas scilicet functiones, & quādiu, & quā diligenter, & quā piè, & quā decenter, rectè ritèq. praestiterit.

**E**XORCISTAE munus cum sit energumenis manum imponere, à quibus ut mali spiritus eiciantur, ieiunia, & orationes Christi Domini testimonio adhiberi iuuat; eos porro clericos, qui in exorcistiarum numero adscribentur, curet Episcopus in ieiunijs, & orationibus frequentius se se exercere.

**V**T Acoluthi munus, quod praeter ceteras functiones fuit Episcopum comitari, ad eā ipsam functionem aliqua ex parte restituatur; curet Episcopus clericos quos in eo ordine adscriperit, eam in loco vbi ipse est, aliquando praestare, ut opus esse censuerit, praesertim cum ad aliquod Episcopale munus obeundum accedit. Siq. complures eiusdem ordinis sunt; ratione certam ineat, ut per regiones distincti, in orbem id muneris praestent.

Quae ad clericorum honestatem attinent.

Prou. 1. de vita & honest. episc. & cleric. par. 2. pag. 15.

**D**E tonsura clericali decretum in Concilio prouinciali primo confecimus: sed ut prouinciale ordinis quo quisque initiatus est ratione illa magnitudine distincta conspicuè ferat; certam atque praefinitam illius formam hoc decreto descripti placuit: quam omnes ita seruare iubeamus, ut neque ea minorem, nec verò etiam maiorem quilibet omnino Episcopo inferior gerat, quacumq. dignitate ille praeditus sit. Sacerdotalis igitur tonsurae forma in orbem ducta, latè & amplè pateat vncijs quatuor.

Diaconalis, vncia vna minor.  
 Subdiaconalis, aliquantò angustior quam diaconalis.

Functiones minoris ordinis quae ratione à clericis praestanda.

Exorcistae in ieiunijs & creationibus se exercent.

Acoluthi episcopum comitentur.

Forma tonsurae clericalis prouinciale ordinis. par. 2. tit. de cleric. vest. &c. §. Presbyteri. pa. 18.

Par. 2. tit. quae pert. ad sac. ord. di. §. si quis pa. 142. sess. 23. decr. de refor. ca. 12.

Tit. 7. decr. 23. pag. 64.

Sacri ordines singulis canonicis annectendi, & qua ratione. Prou. 1. par. 2. tit. Regijs qui dignit. &c. §. q. bus, aut. pag. 28. sess. 24. decr. de refor. c. 12.

Infra in actis.

Clericorum vestitus in morte propinquorum

Clerici in minoribus ordinibus constituti secularia negotia fugiant. tit. de negotijs seculari a cler. fug. p. 20.

Minorum denique ordinum corona lata sit vndique vncijs duabus. Vnciæ autem mensura est ad præscriptum instructionum fabricæ ecclesiasticæ.

**CLERICVS** qui amictu clericali indutus incedit, ne in propinquorum, ne parerum qui dem obitu vestes lugubres more laicorum induat, gestetq. Neque verò vestis formam, aut panni genus quo clerum vniuersum uti moris est, commutet; sed pium erga propinquos mortuos charitatis studium officiumq. præ se ferat omni alia ratione, quæ cum clericali ordinis decore dignitateq. omnino conueniat.

Quæ in Concilio prouinciali primo, ijs qui sacris ordinibus, & sacerdotio initiati sunt, quiq. ecclesiasticum beneficium obtinent, de secularibus negotijs fugiendis constituta sunt; eadem pœnis iisdem, vel alijs quas arbitrato suo Episcopus edixerit irrogariuè, illis præscribimus, qui minorum ordinum clerici sunt, etiam si nullum beneficium obtinent, si modò clericalem vestitum deferunt: cum præsertim iam inde vsque à teneris annis se religionis pietatisq. institutis, & disciplinæ ecclesiasticæ moribus imbuan oportet, qui in sortem Domini vocati sunt. Atque in ijs quidem quæ illis vitanda sunt, hæc etiam cautio sit; ne sine Episcopi concessu, eoq. literis exarato laicis in seruitute famulatuuè operam nauent.

Nec verò cuiquam clerico eam facultatem det Episcopus in aliqua re inferuendi, quæ clericali vitæ rationibus, pietatisq. officijs non admodum conueniat.

Quæ ad beneficiorum collationem attinent.

Prou. 1. par. 2. quæ pert. ad collat. benef. pag. 14.

Ad benef. ecclesiastica admittendi de quibus reb. examinentur.

Collatio præbendæ theologiæ vel penitentialis quomodo faciendâ.

**CVM** aliquis examinatur ad aliquod beneficium ecclesiasticum, cui prouidendum sit, de eo experimentum fiat examine, non solum in literarum scientia, sed etiam in cantus peritia, ad illius beneficii functiones ritè & rectè obeundas; tû præterea in vsu ac notitia, quâ in recitandis diuini officij horarijs scibus habeat.

**VI** primùm præbenda vel theologalis vel penitentialis vacauerit, etiam si illius conferendæ ius ad alium quàm ad Episcopum (præterquam ad sedem Apostolicam) pertineat; editum de more proponatur, quo ad concursum euocentur, quicumque sint, qui illius muneris causa examen subire velint, aliosuè nominare, qui subeant: confecto autem constituti temporis spatio, vniuscuiusque eorum qui illo nomine conuenierint, periculum experimentum uè in literis ac doctrinis omni vel diligentissima percuntationum quæstionum uè ratione faciat Episcopus, adhibitis sibi pro arbitrio suo alijs peritis, probisq. viris; tum etiam de illorum vita, moribus, ætate, gradu, ordine, cæterisq. conditionibus ad tale munus necessarijs accuratè perquirat.

Tum demum Episcopus ipse solum rebus ijs

omnibus accuratè perpensis, maturè in domino deliberet, & liberè deligat, quem pro conscientia suæ religione digniorem aptioremq. existimet, cui tale munus, tantiq. ponderis rectè committatur.

Quæ in deliberatione idè videat, ut quod præsertim ad penitentiarium attinet, cum peritiâ necessariam spectarit; tum maximè vitæ innocentiam, morum grauitatè, spiritualium exercitationum studium, & vsu diuturniorem in audiendis confessionibus, exercitiorum prudentiam, cæterasq. religiosæ pietatis virtutes perpendat.

Ei autem quem potissimùm elegerit, nec verò alij cuiquam, conferatur ab eo cui ius competit, etiam si Capitulum sit.

Quicumque præbendam Theologalem, vel Tridentino decreto, vel aliâ auctoritate ratione uè institutam, in cathedrali collegiatisuè ecclesijs obtinet; is & quæ sacrarum lectionum genera, & quibus diebus Episcopus præscriperit, ut interpretationis suæ munere fungatur, accuratè ad illius præscriptum præstet; ita ut etiam si expedire cœsuerit, & in seminario, & in alijs clericalibus sacerdotibusuè collegijs doceat: in Basilica verò cathedrali saltem die festo semper sacrâ scripturam publicè interpretetur & exponat, nisi aliquando aliud iusserit Episcopus.

Idem ab Episcopo, aut ab alio consultus, theologiæ quæstionibus, alijsuè eius generis gratis respondeat: cæteraq. denique omnia præstet, quæ pro suscepti muneris ratione ab eo præstari debere idem Episcopus censuerit.

**PERLATVM** ad nos est, in nonnullis prouincijs huius ecclesijs, clericos aliquos, qui ob beneficia officia uè quæ in ijs obtinent, non solum in choro adesse, sed alia ministeria aliasq. functiones clericales ibi præstare debent, à Capitulis certo illi canonicorum numero adiungi, eamq. ob causam supranumerarios uocari; hocq. ipsum fieri nulla eis collata præbenda, nulloq. scèpè attributo cuiusuis generis emolumento censuè. ij autem eo solum titulo contenti, cum id sibi sumant, ut inferiora ministeria quæ antea obire consueuerant, præstare planè reculent. hæc sanè incommoda, grauiâ illa quidem accidunt; quòd & ecclesiæ debitis muneribus functionibus fraudantur; & diuini cultus minuitur ac labefactatur; & ordo ecclesiasticus (cum vnus plurium partes officiiq. præstare non possit) contra ac legibus canonum cauetur, non sine magna offensione peruertitur; & perniciosæ ambitionis occasio hominibus ecclesiasticis manifestò datur.

His porrò incommodis atque adeò malis, decreti huius prouincialis auctoritate occurrentium censuimus.

Itaq; si quos aliquando, ut iure permissum est, canonicos supranumerarios creari contigerit; id iustis solum causis, ac penè necessarijs, ijsdèq. cõprobatis, & perrarò qdè fieri statuim.

At verò qui in ea ipsa ecclesiâ, beneficii quod

Eorum munus quibus illæ præbendæ conferuntur.

Canonici supra numerarij quæ ratione constituenti.

Episcopus solus diœcesanus editum proponat in examine eorum qui præficiendi sunt ecclesiæ parochiali. Vid. Prou. 1. par. 2. de edito proponendo &c. pag. 15.

Permutationes beneficiorum coram Episcopo quomodo faciendæ. vbi supra.

Quomodo liceat Episcopo priuatum examen in collatione paroch. ecclesiæ inire.

ibi obtinet causa, operam ministerium uè nauare debet, quod cum canonicali officio & gradu non cõueniat, neque præstari simul possit, supranumerarium fieri creariuè prohibemus. Quicumque verò ita adscriptus est, ne à muneribus ministerijsuè, quæ priorum beneficiorum nomine in ea ecclesiâ à se præstari debent, liber aut immunis villo modo sit: immò ut illa præstet, & fructuum multa, & omni alio iure, ut canonibus decretisq. Tridentinis cautum est, Episcopus omnino agat.

**VACANTE** ecclesiâ parochiali, cuius conferendæ ius non ad Episcopum diœcesanum, sed ad alium, etiam ab Episcopali iurisdictione exemptum, & regularem item spectat, editum de concursu proponat Episcopus diœcesanus; & quicumque examen eo nomine subire volent, ad ipsum conueniant: qui exploratione per examinatores synodales facta, ex probatis digniorè & magis idoneum deligat, cui vacans illa ecclesiâ ab illo conferatur, cuius ius est. Si secus fiat, collatio rescissa nullaq. sit. Eadem ratio omnis adhibeatur in parochiali ecclesiâ vacante, quæ iuris patronatus est ecclesiastici, vel mixti, cuius institutio non ad Episcopum diœcesanum, sed ad alium quemcumque etiam exemptum & regularem item ut supra pertinet; ita tamen, ut quem Episcopus diœcesanus digniorè elegerit, is à patrono præsentetur ei, ad quem spectat institutio.

Si verò ad summum Pontificem institutio spectat, vel quia in mensibus referuatis vacauit, vel alia causa; tunc Episcopus digniorem eligat, ex præscripto earundem literarum Pij V. à summo Pontifice instituendum.

Interea verò dum huius generis examina & approbationes fiunt, & institutio locum habeat; idè Episcopus diœcesanus idoneu Vicariu, qui onera vacantis illius Ecclesiæ sustineat, attributa ei congrua pro arbitrio suo fructu portionem, constituat, donec ei rector præficiatur.

**IN** Ordinatio curatarum permutatione coram Ordinario faciendâ, ne locum habeat, quod primo prouinciali Concilio decretum est de proponendo edito examinis causa in vacatione ecclesiæ parochialis. Si tamè vel parochialis hominū multitudo valde inæqualis est, vel qui permutant, quo tempore parochiales illas ecclesias adepti sunt, examen præscriptum non subierunt, fiat tunc de illis experimentum examinis, sed absque concursu. Idem examen sine concursu adhibeatur de eo, qui beneficiu simplex commutat cum alio, quod curam animarum habeat, si quando eiusmodi permutatio coram ordinario fieri iure potest.

**QVAMVIS** Pij Quinti constitutione sublata non sit facultas illa, quæ in ecclesijs parochialibus conferendis data est; tum synodo prouinciali, addendi ac detrahendi præscriptæ formæ examinis; tum vnicuique Episcopo (si certis quibusdam de causis pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita expedire censuerit)

loco concursus priuatum aliud examen ineundi: videat tamen Episcopus, ne facultate sibi data abutatur; neque verò illam adhibeat villo modo, nisi opus esse viderit, certis illis expressis causis.

**QVOD** synodi Tridentinæ auctoritate quarto cõcilio prouinciali nostro permissum est, simplex beneficium habentia alterum etiam eiusdè generis, quod personalis residentie munus nõ requirat, ob honestam illius vitæ sustentationem conferri; id ita locum habeat, ut ne tamen eo prætextu causauè vitæ honestè sustentandæ, plura quàm duo beneficia simplicia vni eidemq. conferri liceat sine concessu permissuè Sedis Apostolicæ.

Si cappellania etiam simplex, aliud uè beneficium, etiam iuris patronatus, ex præscripto erectionis foundationis, aut alterius constitutionis certum ordinem, aut alias condiciones requirit in eo, de quo vel collationis, vel institutionis, vel alio nomine prouidendum est illud beneficium; ne Episcopus deinceps etiam patronorum consensu permittat concedatue, ut quisquam sine sedis Apostolicæ dispensatione illud beneficium allequatur, qui verè eo ordine non sit initiatus, quamuis ætate congrua sit pro illo ordine suscipièdo; neque qui alijs conditionibus præditus non sit, & quas illa vel erectio, vel fundatio, vel constitutio requirit.

**QVIBVS** in ecclesijs optionis ius est, vbi dimidia pars fructuum præbendæ in illius vacatione, vel sacriftiæ, vel fabricæ ecclesiæ soluitur, ea pars pro ratione præbendæ quæ primò vacauit, soluitur.

Idè ab omnibus præstetur, qui ordine deinceps singuli occasione illius vacationis vel ad eam ipsam obtinendam optionis iure vsi sunt; vel ad alias consequendas, quæ occasione optionum successiuè vacarunt: ita ut vnusquisq. soluat pro rata tantum accessionis reddituum sibi illo ipso optionis iure factæ.

Hæc porrò solutio, vbi quisque primi anni fructus ex præbenda, quam sibi iam optauit, perceperit, statim ab eo præstetur. Reliqua item, quæ de parte fructuum dimidia persolueda olim decretis prouincialibus constituta sunt, ad eorum præscriptum seruentur.

**AVCTORITATE** Concilij Tridentini, & constitutionis à Pio V. Pont. max. editæ, iam nunc statuta, priuilegia, consuetudines, & illas denique cuiusuis ecclesiæ constitutiones rescindimus, planeq. abrogamus, quibus cautum est, vacantium in ea ecclesiâ dignitatum, canonicatum, præbendarum, portionum, beneficiorum, atque adeò officiorum fructus, vel distributiones etiam quotidianas, quæ inde primo vacationis anno, aut longiori breuioriuè tempore obuenerint, mensæ Episcopali, vel canonicali, alij uè loco omnes vel partem aliquam obuenerint, attribuiuè, aut in communes vsus cedere, aut inter alios canonicos mini-

Interpretatio decreti de pluralitate beneficiorum simplicium. prou. 4. par. 2. tit. de benef. collat. §. Beneficiu. p. 148

Nemini conferatur beneficium, qui non habeat requisitas ad illud cõditiones.

Dimidia pars fructuum, quæ in præbendæ vacatione persoluitur, quomodo locum habeat in ecclesijs vbi optionis ius est.

Fructus beneficiorum vel distributiones quotidianæ, episcopali, vel canonicali mensæ, alij uè loco &c. ne attribuantur.

strosuè illius alteriusuè ecclesiæ diuidi. Hæc tanquam rescissa, penitusq. sublata eiusdem Pij Pontificis sanctione, declaramus nulla esse nulliusq. planè roboris.

Nec verò loco eorum fructuum, qui eo nomine vt supra attribuebantur, ne consensu quidem Capituli, ab Episcopo statui liceat, vt deinceps qui illiusmodi dignitates, canonicatus, beneficiauè, qualia qualia sint, consequentur, aliquid vel minimum soluant, conferant uè in usum sacristiæ, aut fabricæ, aut alterius eiusmodi operis.

Quòd si post Tridentini Concilij editionem id vsquam in prouincia statutum decretum uè villo modo sit, ne tamen quidquam eo nomine accipi, exigi, aut perfolui villo pacto ratione liceat, quacunque consuetudine, decreto, statuto non obstante; nisi summi Pont. auctoritate munitum corroboratum uè sit.

Quamobrem nec Episcopus, neq. Capitulum, collegium, aliue ecclesiastici ordinis homines quorum interest, istiusmodi fructus distributiones uè, ne vllam quidem eorum partem retineant, ne uè illorum celsione petant exigant uè, nec aliud quidquam, ne eo quidem nomine quòd prædia meliora reddita sint.

Neque etiam ab ijs, qui illa beneficia etiam à sede Apostolica obtinuerint, iusiurandum exigant, vt tale quidquam obseruent; ne uè illis ipsis qui non paruerint, moram impedimentum uè afferant, quominus illorum possessionem assequantur.

Meminerint porò omnes quicunque contrafecerint, ex illa Pij Quinti sanctione, si Episcopus est, suspensionis; si Capitulum, interdicti; si alius quispiam, ex communicationis penam statim subire: cuius uinculo tam diu irretitus est, quoad restitutione primùm facta, beneficium relaxationis absolutionis uè à sede Apostolica obtinuerit.

Vbi verò sex ante Tridentini Concilij editionem mensibus fabricæ, aut sacristiæ, alterius uè pij loci vsibus distributiones eiusmodi & fructus concessi reperiuntur, eorum pars tantum dimidia eidem, vel sacristiæ, vel fabricæ, vel pio loco attribuat: reliquam autem partem omnem ad illius pontificiæ sanctionis præscriptum ij capiant, quorum beneficia sunt.

**Q**ua ratione parochi cū primū ad stationem parochiale accedunt, à populo excipiēdi.

**C**V M animarum salutis, vitæque spiritualis curam parochi paternam gerant, illis tanquam parentibus debetur amor, obseruantia, cultus, atque obedientia. Si igitur hoc ipso honore dignantur, illud certè etiam æquissimum est, atque aded cum omni ratione coniunctum, vt cum primū eorum aliquis ad ecclesiæ sibi in titulum curam uè traditæ stationem venerit, aliqua externæ obseruantie significatione ab ijs suscipiatur, ad quorum parochialem curam accedit.

Quare fideles vbi primū ab Episcopo literas formatas acceperint de parochia, qui parochia li eorum ecclesiæ præfectus fuerit; diem cer-

tum statuunt, quo ei aduentanti frequentes ad parochiæ fines obuiam facti, eundem vt moris olim fuit, suscipiant, atque ad ecclesiam deducant, perpetua illum dilectione, amore, obedientia, atque obseruantia prosequētes.

Literæ autem formatæ, quas Episcopi nomine cellarius de parochia cōscribat, eiusmodi erūt, quæ à Vicario Foraneo, aliouè publicè legātur.

*Filij dilectissimi. Vestra istius parochiali ecclesiæ parochus præfectus est presbyter. N. quem a-* *Formula literarum cum quis ad stationem parochialem accedit.*

*te, vita, moribus, doctrina, virtutum disciplina, prudentia, alijsq. rebus ad istius parochialis curæ bene gerendæ rationem opportunis, idoneum esse examine rectè confecto cognitum est.*

*Vestra igitur partes sunt, debito honore ex decreti provincialis præscripto illum suscipere, neque solum externa quadam obseruantia, sed intimè, atque ex animo illum loco parentis diligere, et colere, præceptisq. eius atque monitis concordantia uoluntate, libentiq. animo parere.*

*Quod sanè facere cum vestra potissimum interest; tum quò accuratiùs faciatis, nos Episcopali nostra auctoritate, paterna charitate vos uniuersos & singulos monemus. Valete in domino.*

*Quæ ad diuina officia pertinent.*

Prou. 1. p. 2. tit. de min. ecclesiæ, & diu. Officijs. pag. 26.

**V**T passio Christi Domini Redemptoris à fidelibus in hora redemptionis suæ digna ueneratione coleretur, illud in ecclesia sancta perpetuò institutum, religiosoq. vsu, ac solemnitate ritu piè retentum est, vt in feria sexta parasceues, in qua idem Christus Dominus mysterium crucis expleuit, certa stata hora ab uniuerso clero & populo certis peractis precibus & orationibus adoretur.

Sed quoniam factum est, vt in multis prouinciæ locis, non post, sicut instituti ritusq. veteris est, sed antè stas illas preces ea adoranda proponatur, aut saltem adoratio fiat à multo populo, antequam ex ritu ecclesiæ solemniter proponatur, & à clero adoretur: nos, vt quod non sine mysterij significatione ecclesia instituit, ad stata horæ vsu, solemnemq. adorationem reuocemus; id statuimus, vt in omni prouinciæ ecclesia cathedrali sacrosanctæ crucis per quam redempti sumus, adoratio religiosè celebretur, recitato scilicet de passione Euangelio, & peractis illis stas precibus & orationibus, vt instituti ratio postulat.

Quare vnusquisq. prouinciæ Episcopus efficiat, non solum vt stata ea hora in sua basilica Cathedrali præstetur; sed caueat etiam, vt in omni ecclesia collegiata, & parochiali, in omniq. oratorio societatum, vbi fit ea adoratio, non antè, quàm in eadem basilica cathedrali, primaria uè, si locus diocesis sit, celebretur.

Nec propterea concionator desistat, quin profanctæ ecclesiæ vsu ad excitandam populi fidelis compunctionem eo sacro die eam de fuggestu proponat & ostendat.

Quin

**Q**uin etiam curet Episcopus, concionem illam statim post recitatam passionem Dni haberi, nisi aliter aliquando magis expedire celsuerit. Et quoniam sacra ea feria *Christus Dominus humiliatus est pro nobis patri usque ad mortem, mortem autem crucis*; illius humilitatis imitatores in sanctissimæ crucis stata illa adoratione ita esse oportet, vt quod antiqui ritus est, non tantum genibus flexis, sed prostrato humi corpore humiliemur; quò significantius eo corporis habitu fixam constantemq. animi nostri humilitatem demonstremus: ideo Episcopus curet, vt corporis prostratione quæ christianæ humilitatis index est, ea solemnitate adoratio celebretur.

Ad Philip. 2.

Facultates omnes, plures missas eodem die celebrandi abrogantur.

**G**R A V I A pericula, offensiones, atque aded sepe iniurias sanctissimo Missæ sacrificio fieri compertum est, quòd quidam sacerdotes non semel tantum, sed pluries in die illud offerant. Quod ne in posterum fiat, præterquam salutaris illo die Dominicæ Natiuitatis, quo vnusquisque sacerdos non sine magna mysteriorum significatione ter celebrare debet, decreti huius auctoritate vetitum sit, ne ob vllam necessariam causam, neque etiam ob parochialis alteriusuè ecclesiæ egestatem, neque ob sacerdotum penuriam, nec verò ob locorum distantiam, Episcopus cuiquam sacerdoti pluries in die diuinum illud Missæ sacrificium offerendi facultatem det aut permittat: cum beatus admodum sit ille sacerdos, qui semel tantum in die illud dignè obtulerit. Si quæ verò eius generis facultas antè vel certo loco, vel sacerdoti data est, eam planè statim rescissam, irritamq. ac nullam omnino esse iam nunc decernimus.

Ecclesiæ ordinis Humiliatorum debitis officijs ac muneribus non fraudanda.

**E**P I S C O P V S in cuius diocesi ecclesiæ locatè olim ordinis Humiliatorum extiterunt, vbi Pij Quinti Pontificis constitutione certus sacerdotum numerus præfixus est, in eo euigilet, vt ne fratribus illius olim ordinis decedentibus, illæ ecclesiæ debitis officijs ac muneribus defraudentur; sed cum eorum aliquis mortem obit, in eius locum sacerdotem alium subrogari curet. At in quibus ecclesijs certus numerus constitutus non est; efficiat, vt quot antè sacerdotes ibi sustentari consueuerant, totidem retineantur.

Atque id quidem omne is exequatur, pænis etiam & censuris arbitrio suo propositis; vt nihil planè pereat, quod earum ecclesiarum cultui debetur.

Idem quoq. in alijs ecclesijs cauendum.

**I**N cappella, canonicatu, aliouè beneficio etiam simplici, quod quis vnà cum alio incompatibili ex legitima dispensatione iam obtinet, Episcopus constitutus etiam Vicarijs, certa q. fructuum parte attributa, consulat & prouideat, vt ea beneficia debitis ministerijs, debitoq. cultui non fraudentur.

Idem efficiat, si eiusmodi beneficijs quis ob aliud legitimum etiam absentie impedimentum munera sua non præstet.

**E**P I S C O P V S pro cæremoniæ ratione rituuè, cum Missæ conuentali, aut diuinis chori officijs in basilica cathedrali, vel in alijs collegiatis ecclesijs interest, & item cum processiones agit, aliouè eiusmodi; adhibeat sibi assistentes duos de Capitulo, qui ei, etiam cum Pontificale officium non celebrat, in omnibus his, alijsq. actionibus assistentium munera omnia præstent.

**O**R G A N I S T A Dominicis festisq. diebus, Episcopum ad diuina officia aduentantem, vbi primū pro basilicæ foribus est, decora organi modulatione excipiat: neque sonare desistat, quousque ad altare genibus flexis orauerit, locoq. suo sederit.

Idem præstet, cum peractis de more officijs inde discesserit.

Item dum ille Missæ sacrificium, aut vesperarum officium solemniter celebraturus, aliouè pontificali munere perfunditur, vestes sacras induit, nec quidquam canendum à choro est. Hoc verò omne agat semper, cum in diuinis officijs ad quæ Episcopus conuenit, organa pulsanda sunt.

**C**H O R I disciplina plena religionis est, plena pietatis; ac propterea sanctè ab ijs obseruanda est, qui in eum locum conueniunt ad Dei laudes concelebrandas.

Quare præter illa, quæ in Concilio prouinciali primo de illius cultu præfiniuimus, hæc admonemus, quò religiosius non modò excolatur, sed multis partibus augeatur sancta eiusdem chori institutio.

Primò, vt studio quodam intimæ pietatis, cuius splendor foris etiam eluceat, vnusquisque vel canonicus, vel alius minister, quicunque sit, qui chori officijs adstrictus est, ad chori disciplinam se se instruat.

Antè verò quàm eò conueniat, paululum attentè secum cogitet, & loci illius sanctitatem, & cōueniendi causam, & diuinarum laudum, quarum munus angelorum est, officia, quæ castissimè ab omnibus concelebrari oportet.

Hac ipsa in cogitatione firmiter inhaerens, ne quidquam quidem mente animoq. concipiet ab eius loci religione alienum, ne dum aget, quod Dei oculos offendat.

Paret se propterea etiam atque etiam diligenter sancta intimi animi meditatione, & religiosa oratione, vt exteriorem quoque cultum diuinorum officiorum salutariter exequatur.

Dum superpelliceum, qui amictus ex tela lineæ candida constat, induit; cogitet, quam personam sustineat, nempè à foribus labeq. puram, qualem vestitus ille indicat.

Cum almutiam pelliceam, quod in signe canonicorum est, humeris vel brachijs prout moris est, canonicus imponit; eam cogitationem suscipiat, in se restinctas ac planè mortuas esse oportere rerum mundanarum affectiones atque cupiditates, vt eius rei significans est illa animalis intermortui pellis, quam de more induit.

Si

Episcopo cum in choro diuinis officijs interest, duo assistant canonici.

Episcopum, cum ad diuina officia aduentat, organista decora organi modulatione excipiat.

Quædam de chori disciplina



Si verò vt plerisque in ecclesijs instituti consuetudinifue est, cappam induit, quæ humeros contegit, & brachia quasi deuincit; ex eo amictu intelligat, se repressas quasiq. deuinctas habere oportere appetitiones, ac se totum ad Dei voluntatem accommodare.

Cùm igitur ijs chori vestibus indutus, alium vestitum quo foris vtitur, contegat, sicq. aliam personam habitu gerat; caueat, ne quidquam etiam in sacristia agat admittatue, quod cum actione non rectè conueniat, ob quam illum habitum induit.

Ne in colloquijs quidem ab ea actione alienis se occupet: nisi curæ præsit, quæ id necessariò postulet.

Abstineat autem semper, sed maximè dum chori vestibus indutus est, vbi vbi sit vel in sacristia vel alio loco, à iocis, à ridiculè dictis, facetijsue, à cachinnationibus, à verbis futilibus atque inanibus, quæ temerè & imprudenter effunduntur.

In chorum ne properanter, quasi distributionum quæstu incitatus accedat, sed graui incessu.

Dumq. ad chorum procedit, quanquam alij comes adiunctus, at quasi solus accedat; in ea meditatione fixus, vt secum cogitet, se ad chorum, nempè ad sancta sanctorum, vt canone antiquo cautum est, & ad publicæ orationis sacrificium accedere.

Cùm in choro est, animum mentemq. ab omnibus curis, perturbationibus, & cogitationibus, à rei quæ geritur sanctitate alienis, quoad eius fieri potest abducat, seque totum in Dei cultu colligat.

Illud etiam cogitet, quam ob causam eò se cõtulerit; tum sibi statuatur, se in conspectu Dei omnipotentis, & in corona innumerabilium angelorum, & sanctorum esse.

Qua in cogitatione videat, perpetuoq. reputet, se eo loci consistere, vt Deo sanctissimum cultum venerationemq. tribuat, atque ab eo & sibi & alijs omne bonum deprecetur.

Consideret verò ipsum Deum tanquam patrem & redemptorem amantissimum, optimum, sapientissimum, misericordissimum, quiq. omnia intuens, vbique & semper est.

Tum cordis castitatem, beneq. orandi donum & gratiam à Deo supplex petat; orationisq. suæ sacrificium simul cum meritis Iesu Christi, & sanctorum, eius præsertim cuius memoriam ecclesia illo die celebrat, ad gloriam sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & ad suam proximorumq. vtilitatem dirigat.

Cùm psallendum est, primùm psalmi argumentum mente animoq. concipiat.

Obseruet præterea, quis in psalmo loquatur; an Deus, an Ecclesia, an pœnitens, an aspirans ad perfectionem.

Attendat item, ad quem præcipuè salutarem affectum psalmus referatur.

Cùm ita se religiosè pararit, magna animi attentione se ad verba sententiaq. psalmi ac-

commodet; ita vt laudet, gemat, extimescat, sicut psalmorum voces indicant: & quod denique ore profert, animo primùm concipiat. Tum verba singula notet, interpretationem studio assequatur, vnde mens animusq. ad aliquem salutarem affectum incendatur.

Ad verba etiam adiungat animo cogitationem vel amoris vel reuerentiæ vel humilitatis. Atque ita quidem affectum aliquem excitet; vt si de virtute verba psalmi profert, desiderio accendatur imitationis; si de peccatis, intimè doleat quòd in eo statu ipse fuerit, aut certè proximi eius. Et sic de alijs item, quæ psalmo significantur.

Eam porò attentionem initio vniuscuiusq. psalmi, orationis, & aliarum diuini officij partium, tum singularum horarum canonicarum renouare atque excitare studeat; præsertim dum illa verba, quæ ad sanctæ orationis spiritum inflammandum valent, pronunciat, *Deus in adiutorium meum intende, &c.*

Idem faciat, cum aliorum se cogitationibus distrahi animaduertit.

In fine etiam vniuscuiusque psalmi se se excitet illis verbis, *Gloria patri, &c.*

In conclusione item orationum, cum dicitur, *Per Dominum nostrum Iesum Christum*, spe sancta erga illum redemptionis nostræ auctorem se se confirmet.

Et quoniam attentio valde admodum excitatur; si quæ quisque profert, rectè intelligit: ideò in ea potissimum expositione psalmorum assiduè versetur, quæ non varia sit, sed quæ rota in excitandis exercendiq. sanctis affectibus versetur.

Cùm autem magnus psallendi fructus in psalmorum affectibus versetur, siue quis in choro, siue priuatim, siue submissa, siue alta voce oret: idcirco certos sibi locos psalmorum præfiniat, quibus omnis hæc ratio concludatur.

Loci præcipui præter cæteros hi sint, vnde salutare affectus existunt; laus Dei, memoria bonorum nostrorum, commemoratio nostræ miseriam, & reprehensio malè agentium.

Psalmorum verbis cum Dei bonitas prædicatur; ad illius dilectionem, & ad gratiarum actionem de beneficijs quæ à diuina benignitate proficiuntur, se toto animo accendat.

Cùm illius infinita sapientia, & potentia commemoratur; admiratione afficiatur: tum intimè gratuletur, cum aliquid Dei auxilio benè gestum narratur.

Cùm bonorum memoria recordatioq. psalmorum vocibus excitatur; desiderium quoddam concipiat illa sibi & alijs consequendi: tum illa eadem à Deo petat: tum in Deo spem animo capiat fore, vt diuina eius ope, non modo quæ bona sunt, quæq. salutaria assequatur, sed quæ mala ac quæ perniciem afferunt, vitet. Aliquando etiam intimè in Domino gaudeat, se bona Deo iuuante adeptum esse, & mala cauisse.

Ex

Ex miseriarum commemoratione timorem concipiat, dolorem, ac humilitatem, cum suas cognoſcit infirmitates.

Ex reprehensione malè agentium, agnoscat zelù diuinæ vindictæ, & indignationem contra nequitiam.

Atque ita quidem ex salutaribus his affectibus fructum psallendi vberissimum capiet.

Peroratis psalmis, absolutoq. canonicarum horarum officio, paululum tacitus consistat, genibusq. flexis veniam deprecetur, & negligentiam, & distractionis, aliusue culpæ quam in eo precatationis officio admiserit: tumq. hoc oret, vt pro Christi totiusq. ecclesiæ meritis, orationis suæ obsequium ac ministerium gratum sit atque acceptum.

In eo psallendi officio, cum ea mētis attentio, & salutaris affectus, tum corporis decens compositio requiretur.

Ideò præter ea quæ de genibus flectendis, de capite inclinando, de stando, de sedendo, ac de cæteris partibus in primo Concilio constituta sunt, quædam etiam in choro cauemus; quæ vt potè minus decentia, & à loci illius cultu aliena, vitari oportet: ea verò tabella descripta sunt, quæ cura nostra edetur, ac in singulis sacristijs ecclesiarum, tum cathedraliũ, tum collegiatarum, tum parochialium affixa perpetuò sit.

Tum verò etiam hæc ipsa monita alia tabella descripta itidè in singulis sacristijs habeatur. **L V M I N A** duo candelabris cereoferarijsue infixa, cum processiones publicæ, etiam quæ in ecclesiæ ambitu aguntur, ab omni cuiusvis ordinis clero tam regulari quàm seculari ad crucem adhibeantur, quæ vnicuique Capitulo clerouè de more præferuntur.

**E P I S C O P V S** in cathedrali sua ecclesia, loco & forma, quæ in instructionibus fabricæ ecclesiasticæ ex decreto provinciali editis præscripta est, sepulcrum Episcopale primo quoque tempore faciendum curet ad communem vsum Episcoporum illius ecclesiæ.

Cuius quidem sepulcri operimento insculpta sit, ita tamen vt ne è solo aquato extet, mitra & baculus pastoralis, tantummodo cū his literis, **S E P U L C R V M E P I S C O P O R V M . N .** Hoc ipsum vnusquisque parochus ad parochorum, & Capitula ad dignitatum, & canonicorum vsum itidem præsentent.

**P O S T R I D I E** illius diei, quo sessio vltima synodi provincialis habita est, pro omnibus provinciæ Episcopis defunctis, præsertimq. pro ijs, si qui post proximum provinciale Concilium diem obierint, Missa solemnis à provinciæ Episcopo, cui id muneris Metropolitanus mandari, canatur: & sermo item latinus appositè habeatur, officiumq. item pro illis à quatuor etiam provinciæ Episcopis iunioribus ritè mox peragatur ad Pontificalis libri præscriptum.

In synodo quoque diœcesana die secunda pro-

clericis diœcesis defunctis oratio & commemoratio solemniter fiat.

in synodo diœcesana.

Quæ ad distributiones pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. communia de min. pag. 26.

**P O E N I T E N T I A R I V S** tãquam in choro præsens distributionum particeps sit, quo tempore in audiendis confessionibus versatur, non eorum solum, qui in casibus Episcopo referuatis peccarint, sed aliorum etiam quorum cunque.

Nec verò illas quasi præsens capiat, cum manè aliquando antè statam diuinorum officiorum horam, quò opportunius pœnitentibus satisfaciatur, eorum confessiones audit; & quo deinceps tempore illa celebrantur, ipse interea Missæ sacrificium facit, aut priuatim horarium canonicale officium præstat; etiã si id in fraudem non faciat.

**N E Q V E** distributiones itè illi quicumque sint percipiant, qui infirmitate, necessitate, aut manifesta ecclesiæ vtilitate occupati impeditiue non adsunt in choro; si antea nullo legitimo impedimento distenti, personale canonicatus sui munus obire non consueuerint: hoc enim addendum censuimus decreto, quo in Concilio provinciali primo hoc ipso de genere cautum est.

Qui peregrinationis causa absunt, ne iure quidem, facultateuè statutorum ecclesiæ, cui personalis residentie operam ministeriumq. debent, distributionum participes sint.

Immo etiam si trium mensium spatio diutius absunt, non propterea excusantur, quominus fructuum præbendæ amissione mulcentur, alijue pœnis eiusdem Concilij de diuturniore absentia sancitis.

**Q V I** studiorum causa quacunque facultate absunt, ne distributiones quotidianas eo ipso absentie tempore, nec verò illam præbendæ suæ partem tertiam in eius generis distributiones Tridentini decreti auctoritate iam conuersam capiant.

Idem de quotidianis distributionibus, eaq. tertia parte cautum sit, etiam si à sede Apostolica facultas absentie ob studia data sit.

Episcopus, quæ decreta de tertia fructuum parte in Concilio & primo & quarto olim fecimus, ita præstet; vt nec qui sacris ordinibus initiati non sunt, nec qui distributiones nō capiunt, ab illa præscripta tertia parte conferenda liberi immunefue sint.

Tertiæ porò partis, quæ in distributiones conuertenda est, fructuum estimatio sit, non veteri taxa etiam in codices capitulares relata; sed tanti sit, quanti census redditufue præbendarum re vera valet, deductis primò pensionibus, alijsq. oneribus legitimè impositis, pro ratione temporis quo durauerint.

Cuius tertiæ partis percipiendæ ius habeant omnes canonici, tum qui præbendam obtinent,

Pœnitentiarius quando confessiones audiens distributionum particeps sit.

Qui aliqua de causa vel necessitate absunt.

§. Nixi etiam pag. 27.

Qui peregrinationis causa absunt.

Qui studiorum causa absunt. Sess. 21. dec. de refor. c. 3.

Prou. 1. vtsup. §. efficiat. p. 27. Prou. 4. part. 2. tit. de distribut. pag. 158.

Duo lumina ad crucem in processibus adhibenda.

Episcopus sepulcrum episcopale faciendum curet.

Item parochi & capitula suum.

Absolute conc. prouinc. officij pro mortuis episcopis celebrandum.

Item clericorũ

nent, tum qui sine illa sunt, dum ij statis diebus suū in ecclesia munus præsentis obierint.

De residentia.

Prou. 1. par. 2. tit. eadem. pag. 20.

PERSONALIS residentia munus, vt re vera per eos præstetur, qui illius generis beneficia ecclesiastica obtinent, omnem ratione canonum iure Tridentinisq. sanctionibus præscriptam Episcopus ineat.

A quo munere non excusetur, neque qui beneficium ecclesiamuè habet, de cuius titulo adhuclis & controuersia pendet; nec verò item qui nondum sacerdotio, aut eo ordine quem beneficium illud requirit, initiatus est; nec præterea qui iusta aliqua causa impedimentouè distinetur.

Nec verò à residentia munere liberi sint, qui tertiam partem fructuum, qui sibi ex dignitatibus obueniebant, quas in ecclesijs cathedralibus obeunt, in distributiones contulerint.

Immò verò ij cætera etiam, quæ Tridentino decreto in sejs. 24. promulgato ipsis præscripta sunt, præstare ab Episcopo cogantur.

Ne ille quidè excusetur, cuius ecclesia aut beneficium eiusmodi est, vnde omnis, aut certè magna pars fructuum aliquo modo reseruata, ad alium peruenit.

Ne Episcopus, propterea quod sibi liberum integrumq. est, facultatem permittere, qua liceat aliquem ab ecclesia cõmissa, beneficium personale residentia abesse, ea potestate facultateuè deinceps ob cuiusvis generis causam vtatur: sed in illa concedenda modum & rationes adhibeat Concilij Tridentini sanctione præscriptas.

NE vel ad seminarij quidem curam, vel ad Vicarij munus, vel ad sanctæ etiam Inquisitionis officium, nec verò ad aliud quidquã opera sacerdotis curam animarum gerentis Episcopus ita vtatur, vt ab ecclesia beneficium eius curam tradito d. utiùs absit, ac muneri de bita residentia personalis desit.

Ne parochus animarum curator ob senectutem, aut ob aduersam valetudinẽ, cœliuè grauitatem, ab eo residentia munere excusetur.

Si verò eius inualetudo id generis est, quæ curari possit, atque eò loci, vbi ecclesia parochialis sita est, non datur ei aliunde facultas medici & medicamentorum; tunc parochus ex infirmitate illa valetudine laboranti Episcopus curationis causa facultatem dare possit, qua liceat ei tribus, quatuorue mensibus ad summum, loco propinquiori in quo eiusmodi necessaria non desint, manere, vbi valetudinem curet.

Interea ad illius ecclesie parochialis curam gerendam Vicarium Episcopus constituat parochi sumptu.

Nec præterea simultatis odijue solum causa, parochum ab ecclesie parochialis statione locouè abesse permittat; ac ne inimicitiaru qui-

dem, quæ vel leues vel fictæ sint, causa prætextuè.

Si verò vnquam graues illæ erunt ac veræ, ortaq. posteaq. parochialis curæ munus obit, idq. sine culpa parochi; permittere Episcopus poterit illum inde abesse, locoq. propinquo vbi tuto sit, morari, eo solum tempore inimicitiarum, non tamen vltra annu, etiam si diuturniores anno sint inimicitia.

Cum antea iure canonum, tum nuper Cõcilij Tridentini decretis, & synodorum prouincialiu cõstitutionibus iussum est, vnquemque parochum animarum curatorem in ecclesia sibi commissa Dominicis alijsq. præcipue festis diebus stata hora Missæ sacrificium celebrare; sacramentorum administratione, verbiq. Dei prædicatione populum pacere; doctrinæ christianæ rudimenta docere; vespertinas preces, aliaq. diuina officia canere, vel recitare; publicam sæpè orationem, ac processiones varias cum populo suo obire; pacem conciliare, controuersias componere; pauperum, & egenitium, miserabiliumq. hominum curam paternam gerere; aliaq. munera studiosè & accurate agere, quæ cum parochialis officij ratione coniuncta sunt; tum illis diebus maxime, in quibus populus artibus, operibus, & negotiis mundanis non est distentus occupatusuè, facilius, ac fructuosius præstare possunt.

Quæ omnia prout cautum est, & quemadmodum certè oportet, constituto tempore is parochus exequi nullo modo potest, qui non sine animarum sibi commissarum detrimento constitutis illis horis parochiali ecclesie non interuit, sed ea relicta ad ecclesiam cathedralẽ vel collegiatam, vbi canonicatũ aut aliud residentia beneficium iam obtinet, frequenter nimis accurrat, non sine ea auaritiæ suspitione, & cupiditatis illarum distributionu quas capiet, propterea quod ibi in diuinis officijs, Missaq. solemni præfens adsit, festo præsertim die, quo pluribus in ecclesijs vel duplicata, vel certè maiores quàm alijs diebus dari solent.

Quamobrem hoc decreto Episcopos id moneamus, ne quem parochum animarum curatorem, qui in cathedrali collegiatuè ecclesia dignitatem aut canonicatũ habeat, aliudue beneficium aut officium, cui personalis in choro residentia onus iniunctum sit, deinceps dominicis festiue diebus, ecclesie commissa statione relicta, in choro illius cathedralis collegiatuè præsentem adesse, distributionumq. quotidianarum participem villo modo pactouè fieri patiantur: sed parochiali ecclesie statis horis operam, curam, muneraq. suscepti parochialis officij vsque adeo præstare cogant, vt ei nulla stata hora desit, nullumq. officium omnino prætermittat suæ curæ sollicitudiniq. commissum.

Ecclesia parochialis, si eo loco sita est, vbi minor pars hominum parochialium habitet, multoq.

toq. plures illi sint, qui extra vrbes, municipij, lociu mœnia, vbi illa est domicilium habeat; eò tamen loci parochus in statione parochiali maneat, vbi ecclesia est. Parochialibus verò qui longius absunt, Episcopi officio & auctoritate succurratur ad Concilij Tridentini præscriptum.

Episcopi cura sit, iure agere, vt cui parochialis ecclesia intrà diocesis suæ fines posita, ab alio inferiore etiam regulari, qui illius conferenda ius habet, collata est, is in illius statione re fideat, personalisq. residentia munera præstet. Nec verò id ad illum inferiorem qui contulit, spectat.

De ecclesijs, earum supellectile, & fructibus.

Prou. 1. p. 2. tit. de eccles. & earum cultu. pag. 33.

Immunitas Ecclesiarum.

SAEPE accidit, fontes homines, qui ad ecclesiam, sacrauè loca, & alia ecclesiasticae immunitatis iure munita, præsertim vbi primum crimen patrarint, statim confugiunt, nõ solum à satellitibus magistratum iudiciumuè secularium, sed à consanguineis etiam & affinis eorum, quibus cædes iniuriauè illata est, armatorum quoque hominum collecta manu custodiri, magno cum eo periculo, vt ne grauiora interdum facinora, ac aliquando ecclesiasticae immunitatis violatio, flagitiaq. turpissima admittantur.

Quamobrem vt ijs ipsis offensionibus & malis, quæ inde sæpè existunt, occurratur, liceat discernimus iussu Episcopi, ob eam solum causam, vt cognoscatur, an qui tunc ad ecclesiam perfugium habuerit, iure vti possit immunitatis ecclesiasticae, per satellites fori Episcopalis ad carcerem clericalem, vel secularẽ (si eo loco clericalis carceris custodia tuta nõ est) eiusdem Episcopi iudicio inde abduci, tandiuq. Episcopali nomine custodiri, quoad re perpensa ipse Episcopus deliberet.

Is verò quamprimum deliberationem ineat; siq. libertate immunitate ecclesiastica illum vti fruiuè censuerit, ab omni detrimento, omniq. impensa liberum atque immunem loco restitui statim mandet, vnde abductus est: sin autem secus faciendum duxerit, foro iudicioq. magistratus secularis, prout iuris erit, illum relinqui iubeat, ad canonum & conciliorum, aliarumq. Apostolicarum constitutionum præscriptum.

Interea verò dum in custodia est, ne cuiquam liceat de eo quæstiones examenuè instituere, neque adeo contra illius personam quidquã agere, quo præiudicium illi eiufu: causæ afferatur.

Id autem vt ab omnibus inuiolatè seruetur, nec verò huius decreti nomine prætextuè quidquam contra immunitatem ecclesiasticã à iudice magistratuè seculari fiat, geratur, agaturuè; omni diligentissima cautione in eo vtatur Episcopus, censurãq. etiam proponat

arbitratu suo. VT in omni ecclesia, altari, sacristia, omniq. sacra suppellectile nitor munditiaq. eluceat, id quod etiam Innocentius Tertius Pontifex in Concilio Lateranenfi cauit, magna cura & diligentia à sacerdotibus, clericis, alijsq. ecclesie ministris adhibenda est.

Quamobrem quæ de hoc genere toto regulæ Concilij huius auctoritate per nos enucleatè prescribentur instar instructionum, eæ ab omnibus & singulis quorum interest, vbi primu in vulgus edentur, accurato studio seruentur, atque inducantur in vsu.

Puluinaria missalium vsui addicta, ne Episcopi quidem (ne dum alterius cuiusquam) genibus cubituuè villo loco, nec verò in ecclesia supponantur, neque præterea ad vllum profanum vsu adhibeatur.

Ac ne ad suggesti quidem ornatum pallia altarium vsui sint. Curandum igitur erit, quàm citissimè per facultates ecclesie fieri poterit, vt pro solemniu temporum, festorumq. dierum ratione, ornamenta suggestis ipsis propriè apposita comparentur.

Curandum igitur erit, quàm citissimè per facultates ecclesie fieri poterit, vt pro solemniu temporum, festorumq. dierum ratione, ornamenta suggestis ipsis propriè apposita comparentur.

QVAE ecclesie necesse est restituantur, atque instaurantur; earu omnis census, parsuè huic sumptui necessaria (etiam si equitibus ordinis Hierosolymitani obueniret) ab Episcopo sequestri nomine apud virum bonum depone iubeatur, qui in illarum instauracionem eiusdem iussu erogetur.

Quæ verò labentes, propeq. cadentes nullum censum habent vnde restituantur; ciuitatis, municipij, lociuè vbi sita sunt, impensis instaurantur, Episcopi cohortatione diligenti. Id omne de oratorijs etiam constitutum sit. Lapidẽ, cõmentã, tigna, omnisq. materia ecclesie diruta profanateuè, ad vsu quoque profanum, non sordidum tamen auerti adhiberi q. arbitratu Episcopi liceat.

Pecunia verò quæ inde colligetur, illius etiam iudicio in sumptus ecclesie vtilis conferatur. Missarum autem munus, quod in ea iam diruta præstandum erat (nisi Episcopus ad aliam potius legitima facultate transferre censuerit) ad ecclesiam primariam, quam matricem vocant, transferatur; vbi illius ad quem profanata ecclesie census peruenit, impensis, altare sancti, sanctuè nomine exstruatur, cuius titulo quæ profanata est, nuncupabatur.

Illius porrò cõmiterium ad eadem ecclesiam transferatur; ad eundemq. locum ossa mortuorum asportentur. VT litibus & cõtrouersijs, quæ vbique in hac prouincia permulta & varia de fructibus beneficiorum inter hæredes sacerdotis clericici mortui, & illos existere solent, qui in ea beneficia succedunt, planè accuratur; eum in ea, illa Iulij Tertij Pontificis Max. constitutio eo ipso de genere edita in vsu moremq. induta numquam sit, ius commune in toto hoc genere

Fructus beneficiorum clericici mortui quomodo ad hæredes perueniant.

Qui non excusentur a residentia munere.

Quædam de residentia parochorum.

Vsurpatores bonorum ecclesiarum excōmunicandi.

nere omnino seruari decernimus, sublatā quacunque etiam consuetudine stituta, etiā quauis Episcopali Archiepiscopaliuē auctoritate confirmato.

Vniuersitates laiciuē homines, etiā qui ius patronatus habent, qui bona, censum, iurauē beneficij ecclesiastici, aut loci pij quocunque modo vsurpauerint, aut eorum possessionem detinuerint, anathema, & alias pœnas subeant decreto Tridentino constitutas, non obstante quocunque antiquo vsu, possessione uē.

Hoc verò decretum cum illo vulgariter redditum populo edici atque promulgari sæpè iubemus, quò diligentius tale crimen caueatur.

Quæ ad synodum, cōgregationesq; alias clericales, & visitationem attinent.

Prou. 4. par. 3. tit. de Conc. prou. pag. 176.

Episcopi ad Concil. prouinciale nō accedit, pro curatorem mittat. §. Eā porrò pag. 177.

SI quando Episcopus iusta eaq; Metropolitana non probata causa ad Concilium prouinciale non accesserit, virum ecclesiasticum mittat, qui non modò legitimam absentia excusationem, vt canonum iure, Concilijq; prouincialis quarti decreto cautum est, rectè afferat, decretaq; suscipiat; sed hoc etiam præstet, vt à Metropolitanò interrogatus, rationem diligenter rectèq; reddat omnium, quæ ad eius ecclesie, cuius causa ab Episcopo huius decreti auctoritate mitti debet, rationes attinent.

De ratione habenda synodi diocesanæ. Prou. 4. part. 3. tit. de syn. dioc. pag. 179. Quinam interesse debeant. Sess. 24. dec. de refor. c. 2.

AD ea verò quæ in Concilio prouinciali quarto de synodi diocesanæ ad Tridentini Concilij præscriptum quotannis celebranda perpetua indictione decreta sunt, hæc etiam quæ sequuntur, addenda censuimus; vt cum vsui, tum rationi illius rectè ordineq; habenda prospectum & consultum sit.

Synodo diocesanæ vniuersi & singuli sacerdotes, & clerici cuiuscunque ordinis intersint, quicunque canonum iure, vel ecclesiasticis sanctionibus, vel Tridentino decreto, vel consuetudine, aliaue ratione interesse possunt, aut planè debent.

Ad sint verò inter cæteros quicunque beneficium ecclesiasticum (cuius causa de iure aut consuetudine adesse debent) in ea diocesi obtinent, cuius synodus celebratur, quāuis in alia domicilium habeant. Atque in ijs quidē quæ ad beneficium illud pertinent, eiusdem synodalibus decretis iussiq; obtemperent.

Preces ante statam illius diem faciendæ.

ANTE statam synodi diem, per mensem quinquagesimam feriam in Missæ sacrificio, si quadagesima est, oratio de Spiritu sancto dicatur; alio autem tempore, die eodem Missa celebratur, cæteraq; præstentur, prout secundo prouinciali Concilio sancitum est.

Tit. 2. decr. 8. pag. 66.

Illius denunciatio p̄ parochos.

SYNODALIS hæc actio aliquot antè diebus per parochos populo denuncietur, eorūq; vniuersi cuiusque officium sit, parochialis suæ ecclesie homines docere, tum quā sanctum salutareq; sit synodalis diocesanæ actionis institutum; tum quā ob causam quotannis ea

actio suscipiatur.

Quo de genere editas ab Episcopo literas, parochus suo quisque populo, cum in Missæ parochialis sacrificio is frequens adest, accuratè legat: cui muneri adiungat hoc etiam paternæ cohortationis officium, quo non modò illum excitet ad frequentius orationis studium synodalibus illis diebus adhibendum; sed etiā ad id singulos inflammet, vt die Dominico statam synodalem diem antecedente, verè pœnitentes & confessi sacram communionem sumant; hoc præcipuè precantes, vt quæ ad eorum salutem pertinent, Dei auxiliante misericordia per Episcopum in synodo diligenter, sanctèq; agantur.

QVO puriores autem ecclesiastici ordinis homines qui in synodo adesse debent, ad eam actionem quæ religiosam animi præparationem ab illis deposcit, conueniat; omnes & singuli Dominico illo die synodum præcedente peccata primū confessi, non solum sacerdotes Missæ sacrum faciant, sed reliqui singuli cuiuscunque ordinis clerici sanctissimam Eucharistiam sumant.

Ecclesiastici missam antè celebrant, aut comunicent.

ANTE QVAM stata synodi dies veniat, & in ciuitate ij quibus id curæ Episcopus dederit, & in diocesi Vicarij foranei, & parochi prætereà tum vrbani tum diocesanæ, vt ipsi Episcopo adiumentum afferant, diligenti aliqua earum rerum indagacione ac relatione, quibus per eum consuli aut prouideri in synodo præsertim oportebit, hæc quæ infra generatim vel vniuersè mox præscribentur, sedulo videant ac notent, vt ea omnia ad præscriptam ab eo rationem & normam tum literis, tum coram constituto tempore deferant. Idq; omne præter diligentiam, quam de hoc genere toto testes synodales ex decreto prouinciali adhibere & præstare debent.

Notanda à Præfectis vrbis, & Vicarijs foraneis, iterum à parochis, quæ omnia ad ep̄m referant.

Primò igitur ij omnes pro suorum quique munerum officiorum uē ratione & cura dispiciant, quæ clerici in clericali vitæ moribus progressio; quæ in vita spiritali disciplina; & quā sollicitum in diuinorum officiorum cultu studium; quā diligens in ecclesiasticis functionibus obeundis sollicitudo; quæ etiam, & quā frequens in literarum exercitationibus cura; qui in earum studijs progressus item.

Vicarij autem foranei, & regionarij in ciuitate præfecti, alijue ecclesiastici homines, quos ob eam causam Episcopus delegerit, exquirat; qui prætereà parochorum in primis zelus in animarum salute procuranda; quæ in Sacramentis ministrandis sedula diligentia; quā frequens in pascendis verbo Dei fidelibus officium; quæ denique in omnibus parochialis muneris partibus vigilantia, quæ uē assiduitas.

Deinde ij omnes & singuli pro sui officij munere inuestigent; quæ populi in christianæ charitatis operibus exercitatio; quā religiosus festorum dierum cultus; quā pia in ecclesijs conuerlatio; quæ in doctrinæ christi-

nae scholis frequentia: tum de alijs pijs sodalitatibus disquirant; tum denique de reliqua omni eiusdem populi disciplina, & in via Domini progressu.

Post videant, qui singularum ecclesiarū, præsertim parochialium status; an si quæ instaurationem desiderant; an debito cultu fraudantur; an sacris vestibus, ornamentis, suppellectilib; ecclesiastica ad cultum necessaria, instruetæ sint; an denique vlla ex parte incultæ. Postremò an si aliqua sunt prouincialium diocesanarūq; synodorum decreta, edicta, visitationum præscripta, aliaue Episcopalia iussa, quæ executionem non habeant; quid item impedimenti, aut difficultatis, aut denique causæ sit, quamobrem eorum executioni non sit locus.

Id autem omne, quod ad executionem attinet, notent, tum ijdem vel præfecti vel delecti ecclesiastici homines tum Vicarij foranei, tum parochi, alijq; qui ecclesiastica beneficia obtinent, prout eorum vniuersi in illis exequendis partes sunt.

Cum autem synodalis dies propè adest; Vicarij foranei pridie illius diei ad sint summo mane in adibus Episcopalibus: eoq; ipso die quā primū Episcopo nomina & cognomina tradant, eaq; ordine descripta, sacerdotum & clericorum singulorum qui ad synodū conueniunt, ac rursus absentium causis sigillatim item descriptis, quamobrem synodo non adsint. Idq; præter officium legitimæ excusationis, quam qui absunt Episcopo afferre & probare debent.

Hoc ipsum triduo vel biduo ante eum synodalem diem, qui ab Episcopo in vrbe regionibus sunt præfecti aut delecti præstent, de suæ quique regionis clericis.

Singuli autem sacerdotes, cæteri q; clerici, qui canonicarum horarum officium præstare debent; breuiarium, cum ad synodum veniunt, afferant; quod initio notatum sit nomine & cognomine possidentis.

Quomodo in itinere, & in ciuitate synoditè pore clerici se gerant.

ITEM verò ne in itinere quidem, quod synodi causa ad ciuitatem facturi sunt, à clericali vitæ disciplina, sacerdotali morum grauitate nostris decretis præscripta discedant.

Vbi in ciuitatem venerint, ne ad cauponas, sed ad amicorū si quos habent, præsertim ecclesiasticorum hominum, necessitudine, familiaritate, aut aliquo hospitij iure coniunctorum, domicilia diuertat; tumq; deinceps statim ad eum se conferant, quem occasione synodalis illius actionis clericali hospitij præfectum constituerit Episcopus; ei q; chyrographum det, quo suum quique nomen inscribant notentq; hospitij locum, & hospitem apud quem diuerterint.

Si verò quis neminem certum hominem habet, apud quem diuerteretur; primū eundem præfectum adeat, qui certum ecclesiastici hospitij locum assignabit.

CVM porrò clericali ordinis homines omni tempore alios vitæ exemplo ad virtutem inflammare debeant; tum maxime cum synodales actiones habentur, ita se gerant, in verbo, in cōuersatione, in charitate, quemadmodū Apostolus monet, vt cum eos posuerit Deus in acquisitione salutis, atque in adificationem, officij sui memores, ambulent dignè Deo, sanctèq; sicut decet ministros mysteriorum Dei uiuant. Nec verò, vt plerique solent, cum in ciuitate sunt, per plateas vagentur, aut præ curiositate hæc atque illac circumcurrant; sed ad causam ob quam conuocati sunt, tota animi cogitatione tunc attentis, in eo versentur, vt & Episcopo in ea actione puris castiq; precibus auxilium, & sibi & populis salutarem inde fructum ferant.

Qui sacerdotes sunt, singulis diebus quibus synodalis conuentus habetur, vt iussum est, Missæ sacrificium celebrent: reliqui clerici saltem primo die synodi sacram communionem sumant, idq; summo mane: facientes obsecrationes, orationes, & gratiarum actiones, postulationes pro sancta ecclesia Dei, pro summo Pontifice, pro Principibus christianis, pro vberimo synodaliū, & aliarum pastoralium actionum fructu.

VT autem Episcopus synodalium actionum officijs & curis multis tunc occupatus, aliorū ministrorum studio & opera adiueatur; triduo, aut biduo ante synodi diem ecclesiasticum hominem iuris peritum statuatur, qui promotoris munus obeat; & vnum, duosue ecclesiastici item ordinis, qui eorum, qui à synodo cui interesse debent absunt, causam rationemq; absentia eius nomine cognoscant: qui prætereà quærelas, controuersias, & accusationes eodem nomine audiant, & ipsi Episcopo referat; cui liberum integrumq; sit, etiam dum synodus habetur, quādounque libuerit, illas sibi aduocare, & alijs etiam delegare.

Deputatio pro mortuorum & quorundè aliorum officiorū.

Quæcunque porrò vel decreta, vel constitutiones, vel edicta, vel scripta cuiuscunque generis in synodo legi, promulgari uē oportebit: ijs legendis vel Archidiaconum, vel canonicū diaconum suæ cathedralis ecclesie constituatur, qui id muneris rectè obire possit: si modò is qui cancellaria Episcopalis officium gerat, canonicus illius ecclesie non sit, aut in ea dignitatem non obtineat.

Decreta in synodo à quolegenda.

Ad illum enim potius hoc officium pertinere decernimus: quo tunc impedito, ad aliū canonicum quem Episcopus vt supra delegerit.

Cleri conuocatio ad synodalem sessionē, & alia quædam.

PRIDIE item illius diei quo futura est synodus, sub primam horam noctis in omni ecclesia ciuitatis solemnè campanarum sono significatio detur synodi postero die inchoanda.

Postridie, quæ stata synodi dies est, summo mane, & cæteris deinceps synodalibus diebus in cathedrali ecclesia certis capanæ ictibus ad synodū clerus conuocetur: cuius etiam religiofiatio fiat tabella, cura Magistrum ceremoniarum publicè



publicè loco suo affixa, qua synodalis sessionis certa hora indicatur.

Qua hora vniuersi & singuli qui in synodo interesse debent, in ecclesia cathedrali non raptim sed graui incessu conueniant: vbi conuenierint, loco constituto superpellicea, quæ munda ac decentia sint, & almutias cappasue pro ecclesiæ instituto & vsu induant, quicumque dignitates, canonicatusue in ecclesia cathedrali obtinent, & qui collegiatis ecclesijs quocumque nomine præpositi sunt: quibus rectè & decenter induti, inde ad statum sessionalem locum, non turbulenter, sed quietè, & quoad eius fieri potest, bini veniant, atque ordine cõfideant.

NEC verò quisquam manè priusquam conueniat, cibum capiat, sed ieiunus adsit.

In loco igitur benedictionis confidentes Domini sacerdotes, & reliqui inferiorum ordinũ clerici, ne vocibus obstrepant, ne tumultibus rem synodalem perturbent, ne confabulationibus operam dent; sed hæc omnia cæteraq. maximè caueant, quæ ecclesiasticæ disciplinæ synodalis actionis dignitati, & loci veneratio ni non conueniunt.

Sinodali celebratæ triduum veteri ritu præstitutum est; at pro rerum quæ gerendæ sunt, ratione, Episcopus non solum breuiori, sed etiam longiori tempore synodum agat, & synodales actiones tractet licet.

Primo synodi die Episcopus processione solenni primùm peracta Missæ sacrificium celebret: tum precibus stans, & cæremonijs ad eiusdem synodi inchoationem è libro Pontificali ritè adhibitis, sermonem clero habeat eo de genere, quod synodaliibus tractationibus, & sanctæ disciplinæ accommodatum sit.

Quo sermone peractò, Archidiaconus, vel alius Episcopi iussu indicat silentium.

Deinde idem Archidiaconus, vel canonicus diaconus decreta lecturus ad Episcopum accedat, à quo illa quæ legenda sunt cum acceperit, de suggestu alta voce pronunciet.

Decreta quæ initio synodi legat, hæc sunt.

Vnum monitiones complectens, quæ ex hoc ipso decreto, atque alijs prouincialium Conciliorum constitutionibus, ac patrum regulis, prout Episcopus maluerit confectæ, ad viuendi modum, celebrandæq. synodi rectam rationem pertineant. In ijs verò monitionibus illa cohortatio etiam sit, vt triduo ieiunio, quemadmodum institutum olim fuit, synodalis triduanæ actio à clero celebretur.

Alterum, quo synodi ministrorum, & iudicũ, quærelarum, itemq. excusationibus absentiarũ vniuscuiusque audiendis ab Episcopo constitutorum nomina promulgentur.

Tertium, quo caueatur eorum qui synodo interesse debent, nomina, rectè ordineq. scripta ad Cancellarium Episcopalem deferri.

Quartum, quo caueatur item, si cui in ea synodo contigerit suo loco non federe, aut incede-

re, aut aliud quidquam agere, id propterea nemini ius acquiri, acquisitumue esse, neq. quidquam de cuiusquam iure possessioneue detrahi: sed omnia in eo statu permanere, quo antea fuisse compertum erit.

Quintum, quo excommunicationis propofita pœna prohibeatur, ne quo tempore synodus habetur, cuiquam sacerdoti clericouè à ciuitate discedere liceat, nisi missione ab Episcopo impetrata.

Sextum, quo iubeat, si quæ publica calamitas, vel ciuitati, vel diœcesi cuius synodus habetur, vel vniuerso populo Christiano imminet aut instat, orationem in Missæ sacrificio ab omnibus singulisq. sacerdotibus fieri, precesq. à reliquo clero adhiberi: cum instituti sit & ritus in eiusmodi synodali conuentu pro publicis rebus supplicationes publicas agi.

His de more promulgatis decretis, nominatim, decoreq. vocentur, qui synodo præsentés adesse debet, sicq. vocati singuli respondeant. Adsum.

Vocationis ratio ea sit, vt primò ciuitatis, deinde diœcesis clerus vocetur.

Idq. distinctè, sigillatim, & ordine præstetur.

In hac actione primò hæc legantur.

Decretum Tridentinum professionis fidei in sess. 25. adscriptum, cap. 2. cuius initium est.

*Cogit temporum calamitas &c.*

Decretum concilij prouincialis primi de professione fidei, quod decretum incipit, *sacri &c.*

Tum formula professionis fidei ex constitutio ne Pij Quarti Pont. Max. legatur.

Qua lecta, & fidei professione præstita, eorum nomina qui præstiterunt, à Cancellario scribantur, & in codicem distinctum referantur.

Decretum Tridentinum de examinatorebus in beneficiorum parochialium cura committenda adhibendis, sess. 24. cap. 18. conscriptum in hæc verba, *Examinatores &c.*

Deinde ab Episcopo proponantur examinatores nominatim.

De ijs probandis suffragia rectè ferantur.

Decretum itidem Tridentinum de ijs designandis, quibus causæ delegentur, pronuncietur sess. 25. cap. 10. quod incipit. *Quoniam ab malitiosam &c.*

Post, eo de genere constitutio Bonifacij Octauo, cuius initium est: *statum &c.*

His lectis illi ab Episcopo designentur, ac demum pronuncietur.

In suffragijs autem ferendis singuli spectent, ut non humanis affectibus obsequatur, sed Deo, & conscientiarũ satisfaciant, religioni, ecclesiæ vtilitati, animarumq. saluti consulant.

Tum hæc promulgentur.

Constitutio Pij Secundi contra clericos edita, qui sine canonica dispensatione extra stata tempora, ante legitimam ætatem, vel absq. dimissorijs ordinarij sui literis, se ad aliquem ordinem promoueri fecerint, ex Concilio prouinciali tertio.

Con-

Tit. de ijs quæ ad ord. sac. &c. Initio. pag. 93. ibid. §. de conf. dentijs. pag. 94. ibid. §. Quod in conc. decr. de refor. supra. pag. 15. supra. pag. 170. pag. 30.

Tit. de distribu. §. Quod de prætorum. pag. 160.

Tit. de test. Synod. pag. 179.

Constitutio item Pij Quinti de confidentijs, ex eodem Concilio, & illa etiam de canonicorum horarũ officio recitando, per eundem edita. Decretum Tridentinum de residentia sess. 6. cap. 1.

Decretum alterũ de residentia item sess. 23. c. 1 Decreta prouincialis Concilij primi de vita, & honestate clericorum.

Decreta Concilij prouincialis quarti de honestate clericorum.

Decreta prouincialis primi Concilij de diuinis officijs.

Decreta item huius Concilij prouincialis quinti de chori disciplina.

Aliæ denique, vel pontificiæ sanctiones, vel prouinciales constitutiones, vel decreta diœcesana, quæ Episcopus legenda censuerit.

HIS lectis punctatores pronuncientur ab Episcopo delecti, qui ex decreto Concilij prouincialis quarti ibidem iurent.

Deinde testes item synodales ab Episcopo delecti renuncientur, qui ad præscriptum formulæ in eo concilio editæ iurati munus suum obeant.

Quo in iureiurando hæc cautio sit, vt manè in sessione per eos præstetur, qui adsunt.

Si qui verò absunt, Vicario foraneo in cuius regione illi testes renunciati habitant, id curæ de legetur, vt ad formulæ præscriptæ ab illis iussurandum exigat, atque suscipiat.

Id verò iusurandum in altari maiori sacris reliquijs (quæ è loco vbi asseruantur, accensis luminibus afferantur) decorè collocatis, sanctè præstetur.

Alia præterea agantur, quæ Episcopus agi geritè expedire censuerit.

At verò neque sessio secunda dimittatur: nisi primò vt supra oratione publica perorata.

Tum tertia sessio indicatur.

Acta tertie sessionis. supra. pag. 181.

QVO tertiæ sessionis die demum decreta, si quæ Episcopus noua conficienda censuerit, de suggestu promulgentur.

Monitiones ex Concilio prouinciali quarto legantur.

Post certa dies synodi, quæ sequenti anno celebrabitur, decreto edito promulgetur.

Tum Episcopus anteaquam synodum dimittat, sermonem habeat paternis monitionibus plenum, & dimissioni accommodatum.

Processio sollemnis deinceps ab vniuerso clero agatur.

A qua cum reditum erit, clerus vniuersus genibus flexis tacitus per horam dimidiam oret pro rebus publicis, quarum causâ oratio Episcopi iussu indicatur.

Tum postea acclamationes sanctè fiant ex formula ab Episcopo præscripta.

Acclamationibus factis, omnes sacerdotes & clerici surgentes, cum reuerentia osculum pacis ab Episcopo accipiant, & sibi inuicem dent cum timore & amore Dei.

Si verò cleri qui conuenierint, numerus is est, vt

longius hic osculi ritus ducatur, ea ratio inea-

tur, vt Præpositi & Archipresbyteri solum ab Episcopo illud accipiant; qui deinceps suo quique clero dent; itq. inter se mutuo item.

Quod verò sancti osculi significatione ostendunt, id re ipsa præstent, vt coniuuctissimis animis, concordiq. voluntate, & pacis atque charitatis studio, quæcunque lecta sancitaue sunt, sollicitè exequantur.

Demũ Episcopus clero solemniter benedicat. Archidiaconus verò præscriptis illis pontificalis libri verbis synodi dimissionem significet.

POST primæ sessionis diem, reliquis deinceps diebus à canonico, vel ab eo qui dignitatem obtinet hebdomadario, Missa sollemnis stata hora canatur.

Pluualia item induant, qui in cathedrali ecclesia dignitates aut canonicatus habent, & singuli collegiatæ ecclesiæ quouis nomine præfecti peractò scilicet Missæ sacrificio, cum initium sit sessionis synodalis.

At in Missæ etiam solemnibus, cum Episcopus celebrabit.

Manè item singulis sessionis diebus, cum factæ preces libro pontificali præscriptæ ritè habitæ erunt; concio, sermouè ecclesiasticæ disciplinæ rationibus accommodatus ab Episcopo vel ab alio eius iussu habeatur.

Sessio autem cum ad horas pomeridianas prorogatur, detur stata hora signum campanæ ad illius significationem.

In qua cõtinuata sessione Episcopus amictum etiam, albam, stolam, pluuiiale rubri coloris, petorale, & mitram pretiosam induet, duobus de more assistentibus.

Pronuncietq. Episcopus initio orationem.

Adsumus. Vesperis autem anteaquam vniuscuiusque diei sessio dimittatur, clerus vniuersus paululum tacitus sanctè religioseq. oret, pro re de qua orationem fieri in eadem vel in prima sessione indictum est.

Cancellarius autem à promotore rogatus, omnis quotidianæ sessionis tum matutinæ tum pomeridianæ acta publica conscribat, in librumq. certum referat.

Peracta demum tota vniuscuiusque diei sessione, Episcopus de more solemniter benedicat.

HIS decretis de synodi diœcesanæ habendæ ratione, atque vsu per nos editis addi, atque de his mutari aliquid in ijs quæ aut ad dirigendæ synodi rationem, ordinemue, aut ad decretorum prouincialium, aliarumq. sanctionum promulgationem pertinent, Episcopo ex causa liceat, prout ex synodi suæ diœcesanæ vsu esse videbitur.

QVO diligentius, atque ad eò accuratius, & in vrbè ij quos vniucuique regioni Episcopus præfecerit, & in diœcesi Vicarij foranei muneris atque officij sibi commissi partes exequantur: quò itè crebrius ac vigilantius diœcesis status, cui assidua pastoralis speculatione prospiciendũ

Missæ à quo celebranda in synod. & qui vestitus, &c.

His decretis ab episcopo addi aut detrahi quatenus liceat.

Visitatio pro præfectos regionũ, & Vicariis foran. Vid. prou. 1. pag. 2. tit. de Vicariis foran. pag. 22.

Acta primæ sessionis.

est, exploratus ipsi Episcopo sit atq; cognitus, cum ex omni alia ratione, tum ex eo quod illi certo anni tempore ad ipsum studiosè referat, non solum quæ de synodo diocesana decreto generatim vniuersèq; præscripta sunt; verum etiam quæcunque sigillatim ac præcipuè pro temporum ratione idem Episcopus illis præscribenda censuerit; in hoc genere ita consultum sit, vt illi in ciuitate, in diocesiq; Vicarij foranei, in sua quique regione commissa, præter illam in suo munere gerendo curam, suasq; frequentiores per annum visitationes, præterq; Episcopi, & Episcopaliū visitatorum in visitando diligentiam, ipsi etiam singulari, accurata, diligentiq; ratione visitationem cōcreditæ sibi regionis cumulatiùs, exactiusq; obeant à die Sancti Martini vsque ad diem festū ordinationis sancti patris nostri Ambrosij. Si quis verò, vel pro regionis quæ sibi commissa est, magnitudine, vel alia causa ad statæ visitationis munus longiori tempore opus habeat, ei integrum ac liberum sit, aliquot antè præscriptum tempus diebus visitationis suæ initium facere.

**Acta visitationis** singuli ad episcopum referant, & quo tempore. **VICARII** autem foranei singuli, pro ratione, tum eo decreto generatim præscripta, tum ab Episcopo sigillatim præscribenda, de regione quæ vniuersiūsq; eorum Vicariæ curæ demandata est, ad eundem relaturi, in ciuitatem quotannis hebdomadè antè dominicam in septuagesima penultimæ, duodecimo scilicet antè eius dominicæ celebritatem die, summo manè in Episcopales ædes ad illum conuentiant. Id verò, nisi aliquando ob temporis quod inter Epiphaniam & Septuagesimam incurrit, breuitatem, aut aliam ob causam, eum Vicariorum conuentum alio commodiori tempore habendum esse per literas Episcopales significatum sit.

Quò diligentius verò relationem singuli Vicarij præstent; id subsidij sibi comparent, vt antequàm statim conuentus dies veniat, congregationem parochorū suæ quique regionis habeant, à quibus quæcunq; vel vniuersè vel nominatim præscripta sunt, diligenter animaduertant, & colligant.

Parochorum propterea curæ sit, certo antè cōuentualem diem tempore videre atque exquirere suarum parochiarum, parochialiumq; hominum statum, vitam, & mores.

Si quæ verò animaduertent, quibus salutariter cōsuli aut prouideri oporteat, ea sigillatim & ordine descripta suo quique Vicario tradat, vt ad constitutum tempus Episcopo referant. Vbi à conuentu qui annuè vicarij ipsi Vicarij statim die indictus est, ad suam quique ecclesiam redierint, statim quique suæ regionis parochorum congregationem iterum habeant, de ijs quæ ab ipsis, vel synodi proximè celebrandæ, vel alterius rei causa agi præstariū monuerit, aut iusserit Episcopus.

Constituti verò in vrbe ab Episcopo regionū

præfecti, quæcunque ad præscriptam illam rationem eidem referenda sunt, ea tum diligentitè itata visitationis cura, tum parochorum, quorum paulò ante relationis diem congregationem habebunt, adiumento vsi, post referent, quàm Vicariorum foraneorum dimissa erit cōstituta congregatio.

Feria præterea secunda post octauam Resurrectionis Domini, si dies festus non est; si minus, proximo primo feriali die, quo solemniter officium non fit, iidem tum præfecti regionum in vrbe, tum Vicarij foranei congregationem iterum habeant, in qua, & à parochis etià colligant, & inter se item videant, si qua reliqua sunt, quæ post illum conuentum, qui antè Dominicam in septuagesima habitus est, inciderint, quæ item ad Episcopum antè synodi diem referri oporteat: qualia sunt de ijs, qui proximo Pascha confessi non communicarint, & de alijs, quæ ad eundem deferenda sunt.

Si autem aliqua de causa ad constitutam eam diem synodus nō habebitur; ne propterea per illos omittatur, quin & præscriptam visitationem diligenter obeant; & antè Dominicam Septuagesimæ ad Episcopum conueniant, & singula alia præstent vt supra, vel illis omnibus vniuersè, vel nominatim, præcipuèq; Vicarij foraneis constitutum est; & tertia etiam post Pascha Resurrectionis Domini hebdomada ad præscriptum, eidem Episcopo cum præfecti de scripto referant ac tradant; tum ij Vicarij singula mittant.

**REGVLARES** quicūque sint, qui in quavis ecclesia parochiali, etiam quæ in suo Monasterio existit, quæque eidem adiuncta est, curam animarum gerunt, synodo diocesanae interfunt; ad statas illas congregationes, lectionesque, quibus parochos interesse iustum est, conueniant; menstruos item illos parochorū conuentus, quos in diocesi haberi decreto cauimus, tum ipsi adeant tum in ecclesijs vbi animarum curam gerunt, monasterij sumptu habeant; & omnia denique munera oneraue parochialia, quæ cæteris parochis imposta sunt, præstent omninò.

**VRATAS** ecclesias, quæ regularium monasterijs, etiam vbi abbas generalis domicilium sedemq; ordinis primariam habet, vniuersi iure adiunctæ sunt, Episcopus ex Tridentini Concilij decreto, sessione VII. cap. VII. visiter.

**VISITATIONIS** munus ad honorem, animarumq; salutem vtiliter institutum, quò fructuosius præstetur; maximè videbitur expedire, vt antequàm ab Ecclesia piouè loco cuius visitatio agitur, discedatur, decreta, eaq; præsertim quæ de structura supellectiliū ecclesiastica constituta erunt, rectori, alijue cuius interest, relinquuntur, vt quam primùm fieri potest, diligenter inducantur in executionis vsum.

Atque in eo quidem genere decretorum, quæ de illius vel fabricæ vel supellectilis

Regulares verò rerum parentes parochorū munera præstent.

Curatæ ecclesie regularibus subiectæ ab episcopo visitentur. decr. de refor.

Quædam de decretis in visitatione confectis. Vid. prou. 1. pa. 2. tit. de visit. pag. 23.

ratione sunt, cum in instructionibus ea ipsa de re ex prouinciali decreto editis forma præscribatur, non multum temporis ponetur.

Si quæ verò vt potè de legatis, & alijs eiusmodi causis cognosci oportebit, de ijs loci etiam visitatione confecta statui decerni poterit: sed curet Episcopus antea omnino si fieri poterit, decerni, quàm ex ipsa plebe Vicarijue regione abeat, si diocesis locorum visitatio fit. Atqui in decretis non erit generatim, sed sigillatim, & quantum fieri possit, diligenter statuendum, & à quo, & cuius sumptu, & quo tempore spatio quidquam fieri præstariū oportebit; & quæ præterea pœna negligentibus aut contumacibus erit irroganda.

Et verò si quæ in decretis exequendis difficultas vel controuersia videbitur oriri posse; curandum erit, vt planè tollatur.

Verum hac saluari diligentia videat Episcopus, ne in visitando tempus nisi necessario protrahatur, ad maiorem cleri, vel populi, vel ecclesiarum sumptum.

Nec propterea tamen vetitum sit, quominus aliquorum decretorum confessionem vel editionem differre diutius possit, si ita pro difficultate rei, aliaue ratione opus esse, aut expedire iudicauerit.

Visitationis autem decretorum exempla semel primùm gratis omnino, etiam quod ad descriptionem attinet, edantur ijs singulis, quibus pro executionis vsu edi exhiberiū oportet: iterum etiam, atque adeò sæpiùs itidem gratis vsuprà edantur; si quæ iam edita sunt, aliquo modo, sine eorum culpa tamen, amissa, deperditauè sunt.

Quæ porò decreta cum primò eduntur, in libro benè cōfecto accuratè recteq; excribantur. Iſq; liber in sacristia ecclesiæ, alioque decenti tutoq; loco asseruetur.

Subscribet præterea manu sua iisdem decretis in eo libro Episcopus, vel qui eius nomine visitauit, vel Cancellarius, vel notarius visitationis.

Eiuidè verò cællarij erit, publicis tabulis notare, i actaq; visitationis referre, quo die singula decreta ordinationesue singulæ editæ sunt.

*De Episcopo, Episcopali iurisdictione, & foro.*

Prou. 1. par. 2. tit. de vita & honest. epis. pag. 15. Item de Iudiciali pro episcopali. pag. 24.

Episcopus quæ ratione hospitio excipiendus. Clem. 2. Apost. constit. c. 61.

**Q**UOD de Episcopo hospitio excipiendo Clemès Pontifex & martyr Apostolica quadam constitutione scribit, & beatus Ambrosius studiosè seruauit; id Episcopi prouincia nostræ ad vsum reuocare studeant, vt Episcopum, qui aliunde venerit benignè hospitio accipiant; cum eoq; agant, vt die festo, si permanserit, sermonem in primis habeat.

Est enim, inquit idem Clemens hospitio hortatio grata, atque utilis.

Hoc præterea etiam si ille renuat, facere co-

gant sancta quadam vi charitatis, vt populo benedicat.

**S**I quando contigerit, vel legatum Pontificum, vel Cardinalem S. R. E., vel Metropolitanum huius prouinciæ aduentare aut diuertere in aliquam prouinciæ diocesim aut in ea diutius etiam commorari; tunc Episcopus diocesanus, cum ei obuiam prodit, aut congressu colloquiumue cum eo habet, aut denique in eius conspectu præfens siue publicè siue priuatim adest, ne rochetum detectum ferat, sed superiori veste contegat.

Eundem honorem tribuat deferatue Apostolico suæ ecclesiæ visitatori, & illi item qui in ea regione internuncijs Apostolicis est.

**S**I quando aliquem ex Coepiscopis nostris in belli, famis, pestis, aut alias eiusmodi necessitates aut difficultates (quas Deus pro sua pietate prohibeat) publicas vel priuatas incidere contingat; reliqui prouinciæ nostræ Episcopi opè illi afferre ne differant, tum oratione & publicis supplicationibus, tum elemosynarum vt quisque poterit largitione.

Tum omnem etiam aliam rationem quisque ineat, qua fratris Episcopi, ac eius etiam populi laborantis calamitatibus largè atque opportunè succurratur.

**SACROSANCTI** Concilij Chalcedonenſis canon iubet, ab Episcopo œconomum deligi & constitui, qui ecclesiæ cathedralis prædia, bona, resq; de illius sententiæ & arbitrio administraret, vt nō modò illa non dissipentur, sed restis sit rectè administrationis ac dispensationis. Id vt à prouinciæ nostræ singulis Episcopis feruetur, hoc decreto statuimus; nec verò solum quò diligentius honorum ecclesiæ rectæ administrationi ad illius Concilij præscriptū consulatur; verum etiam quò studiosius Episcopus, cum census, supellectilis, bonorumq; eorum curatorem administratoremq; habuerit, in rerum spiritualium officijs, quæ Episcopalis muneris propria sunt, ipse omni cogitatione totoq; animo incumbat.

Eum verò œconomum, vel vt alio canone cauetur, vicedominum constituat Episcopus, nō laicum, neque sibi cognatione, affinitateue, aut fauore coniunctum, sed ecclesiasticum hominem: qui & de clero suo, & verò si talem qui idoneus sit, habere potest, diaconatu initiatus sit, quiq; in eo administrationis genere & rectè & peritè versari possit.

Cuius administrationis rationes in codicem certum rectè ordineq; relatas, tertio quoque anno ad Concilium prouinciale Episcopus afferat atque exhibeat, sollicitè pro conscientia suæ religionis totius illius dispensationis rationem in eodem Concilio redditurus.

**N**E prælatus exemptus, etiam si Episcopus sit, in alienam diocesim, intrà cuius fines ecclesiæ quomodocunq; exemptam obtinet, quæ iam inde etiam ab immemorabili vsque tempore iurisdictionem spiritualem habet, alium

Quæ ratione episcopus diocesanus legato pontificio, aut Cardinali vel Metropolitanano obuiam procedat.

Episcopus in calamitate positus ab alijs subleuandus.

Œconomus ab episcopo constituendus. Chalced. conc. sessione. 15. can. 26.

Tolet. 4. c. 47.

Quædam de iurisdictione episcopali.

Episcopum inducat, neque ad sacrum oleum conficiendum, neque ad chrisma ministrandum, neque ad consecrandam ecclesiam, neque ad alia pontificalia munera obeunda exercendaue: nec verò ipse illa ipsa officia muneraue ministraret aut exerceat, sine Episcopi diocesani concessu.

Ne item prælatus inferior etiam exemptus, in ecclesia locouè vbi iurisdictione spiritali utitur, Episcopo extraneo potestatem faciat ministrandi pontificalia munera.

Regulares quibus ex privilegio ius competit conferuatores eligendi, ad quos in iudicium vocentur, quos semel delegerint, ne mutant: eorumq. præterea nomina mensis spatio Episcopo diocesano significent; alioquin ad Episcopale forum in ius illos vocari liceat.

Quibus in actionibus aut deliberationibus œcumenica synodo Tridentina, aut prouincialibus concilijs constitutum est de Capituli cleriuè consilio aliquid agendum esse, non propterea tamen illud sequendi necessitatem sibi impositam esse Episcopos existimet; nisi in ijs tantum, de quibus id speciatim nominatimq. cautum est.

Quædam de appellationibus.

QVOTIES Episcopus etiam tanquam sedis Apostolicæ ex decretis Concilij Tridentini delegatus, sententiam in ijs causis tulerit, in quibus ante Concilium tanquam Ordinarius eadem iurisdictione potestateue vti poterat; si ab illius sententia ad Metropolitanum appellabitur, non propterea quia alia sententia tanquam à sedis Apostolicæ delegato pronuntiata est, à Metropolitanis iurisdictione subterfugiatur, sed appellationis causæ cognitio omnis liberè eidem permittatur.

Sec. 24. de cr. de scfor. c. 20.

QVOD Concilij Tridentini decretis sancitum est, vt in visitationis, correctionis, habilitatis, inhabilitatis, & criminum causis ab interlocutoria ante definitiuam sententiam, aut ab alio quocunque grauamine ne appelletur; ita omnes ad quos pertinent, id exequantur, vt non modò appellationi non deferatur; sed neque Metropolitanus ad quem appellatum est, aut definitiuam sententiam cognitionem grauaminis suscipiat adhibeatue; ita vt ne simpliciter quidem mandet, acta causæ sumptibus appellantis mitti.

Vbi verò sententia definiens lata est, quæ ad causas visitationis; & correctionis pertinent, appellari liceat; ita tamen vt illius executione non retardet impediatur appellatio.

Quòd si de grauamine agitur, quod per appellationem à definitiua reparari nequeat, quale est grauamen indebitæ carcerationis, tunc appelletur licet, & appellationi planè deferatur.

Nec verò prohibeatur, quominus acta causæ ad iudicem appellationis deferantur.

Interea verò idem cuius causa agitur, in carcere permaneat, quoad causa cognita, iudex ad quæ appellatū est, aliter iusserit, decreueritue.

Si verò causa correctionis est, vt potè cum quis iniquè in carcerem se coniectura esse, aut diutiùs in eo fuisse conqueratur, & ad Metropolitanum propterea appellet; de prætenso excessu is cognoscat licet, dummodò quæ ordinarius iudex decreuerit, eorum executio interea non impediatur.

VT apud iudicem ecclesiasticum omni sinceritate iudicia exercentur; statuimus, atque edicimus, illum non solum liti principio, sed in omni eius parte cum expedire censuerit, atque ex officij sui munere, tam ab actore quam à reo calumniæ iusiurandum exigere posse.

Iusiurandum à quib. exigendū.

IVSVRANDVM sicut vinculum iniquitatis esse non debet; ita eius relaxatio absolutioue æquum nullum modo est, vt cuiquam præiudicium afferat.

Quomodo relaxandum.

Quam obrem ne cuiquam in posterum iurisiurandi, quo astrictus est, relaxatio, absolutioe vnquam detur; nisi ad agendum tantum, aliàs ex sacrorum canonum præscripto, at verò nullo modo ad excipiendū, ac præterea ne ad agendum quidem, posteaquam quis periurium admisit: à quo crimine Episcopus absoluat neminem.

LITERÆ monitionum de rebus surreptis ab latisue. ne deinceps dentur nisi præscriptis rationibus, quæ parum in concilio prouinciali quarto explicatæ sunt, partim in hoc enucleatius vt infra præscribuntur.

Literæ monitionum quomodo dandæ. vit. de foro episcopali, eccl. pag. 188.

NON solum excommunicationis, vt tertio concilio decretum est, sed etiam interdicti, aliarumq. censurarum vim, & potestatem parochus ijs sermonibus concionibusue aliquando explicet, quos ad populum habet.

Quædam de excommunicatione & interdicto.

Et verò publicè excommunicatos, interdictosue, qui à sacerdote celebrante vt ab ecclesia exeat, nominatim moniti permanere auferint, excommunicationis vinculo irretitos esse, neque ab alio nisi à sede Apostolica solum absolui posse ostendat, vt Clementis quinti sanctione cautum est.

Interdicta ab Episcopo promulgata, non solum quæ vniuersos, sed quæ singulos etiam attingunt, ab ordine omni regularium in suis ecclesijs & promulgentur, & seruentur item, vt Tridentinum decretum iubet.

Sec. 25. De regu. & monial. c. 12.

Parochus cum aliquos vel excommunicatos vel interdictos pronunciarit, eorum nomina, cognomina, & diem quò excommunicati interdictiue sunt, quam primùm ad fori Episcopalis cancellarium deferat.

Hic verò in tabella eo potissimum nomine confecta rectè exscribat, quæ à parochia acceperit.

Ei præterea tabellæ, quam in Cancellaria diligenter certo loco asseruet, addat, detrahat vide ac mutit, quidquid in dies singulos addi, detrahi, mutariue acciderit.

Item de clericis, qui vel suspensionis censura affecti, vel exilio multati sunt, accuratè etiam seruet Cancellarius, notato tempore quo

in

in ea suspensionis censura, aut in exilio permanere decretum est.

Quò diutiùs in excommunicationis interdictiue censura aliquis permanerit; cum absolutur, eò grauiori pœnitentia afficiatur.

Formula expeditionis ab omnibus seruanda.

IVDICIORVM caularumq. forensium, tum etiam omnium literarum, expeditionum formula, quæ ad fori Episcopalis rationem rectè instituendam, & tuendam; quæq. ad deprauatos vsus tollendos pertineat, Concilij huius auctoritate per nos conscripta, cum in licem emittetur, in omni Episcopali prouinciale tribunali accuratè diligenterq. seruetur.

In causis ordinariis nihil accipiendum. prou. 3. tit. que ad epale forum pert. pag. 104.

ILLVD præter cetera munus Episcopi est, vt in suo Episcopali foro vniuersis & singulis ius gratis reddatur. Quamobrem præter id quod alio Concilio prouinciali de muneribus & donis cauimus, hoc decreto statuimus, in ordinarijs causis nihil quidquam vel minimū, ne sporularum quidem nomine, nec à sponte etiam dantibus, aut vilo quouis modo à iudice illius fori accipi licere.

Causa à quib. nõ suscipienda, aut commendanda.

Si quis acceperit, pœnam lege Iulia repetendarum sancitam ipso facto subeat.

NE MO quisquam, neque Vicarius etiam foraneus, neque procurator, aduocatusue Fisci Episcopalis, neque auditor, nec verò alius qui in familia famulatuue Episcopi sit, caularum quæ in Episcopali foro aguntur, procuracionem, defensionem ac patrocinium, nec nomine nec re ipsa suscipiat agatue, præter illas quas debet pro suscepti officij munere, & quas præterea pias causas Episcopus ab illo suscipi agiue iusserit. Nec verò quispiam eorum patiat, famulos suos in eo Episcopali foro causas non modò agere, sed ne commendare quidem, minus verò quidquam vel minimū operæ ponere, quò præiudicium damnusue cuiquam inferatur.

Vicarij epales iudiciales deligendi.

Neque præterea ipsi vel fori Episcopalis ministri, vel Episcopi familiares in caularum commendatione auctoritatem suam interponant: nisi ij sint, quibus pro muneris sui ratione diligenter curandum est, vt lites, controuersie, & causæ præsertim miserabilium hominum, quam celerrimè, & rectissimè in primis definiantur.

ILLVD maximè expedit, cum omniq. ratione consentiens admodum est, vt Vicarij Episcopales quoad eius fieri potest, alienæ potius diocesis, quam illius sint, vbi commissum Vicariæ curæ officij munus obire atque exequi debent.

Sæpè enim fit, vt cum iustitiæ quasi oculis tenebras cognatorum affiniumue illa innata vis offundat; tum gratia metuq. eorum quibuscū vixerunt, viuendumq. deinceps est, etiam boni constantesq. viri ab æquitatis norma, rectaq. via facilius deflectant.

Si præterea id vicarij officium eis committitur, qui in aliqua ecclesia personalis residetia munus sustinet, id incòmodi quod permulti in-

terest, manifestò existit, vt non facilè, neque cumulatè vti par est, vtriusque muneris partes expleat atque exequatur.

Quare Episcopus cum alia via rationeq. in eo vicario munere sibi suaq. ecclesiæ rectè consulere potest, videat vt ne illius generis viros ad illud adhibeat.

Vicarij iurent, antequam officium suscipiant.

NE Episcopi Vicarius ministeruè iudicandi officium partesq. ab eo commissas antea aggrediatur suscipiatue, quam eidem iusiurandum præstiterit ad formulæ conceptæ præscriptū.

Protector piarum caularum ab epò constituendus, eiusq. officium.

PIARVM voluntatum executio, bonorumq. ecclesiasticorum defensio omnis iure canonū ecclesiasticisq. constitutionibus Episcopi curæ fideiq. commissa est.

Quamobrem is vel cathedralis ecclesiæ canonicum, vel alium ecclesiasticum hominem arbitratu suo constituat, qui idoneus earū piarum caularum patrocinium suscipiat atque agat.

In eam curā delectus ab Episcopo protector incumbat studio diligenti, vt & voluntatibus pijs satisfiat, & bona ecclesiæ recuperentur, & locis operibusue pijs fraus nulla vel minima, quoad eius fieri potest, adhibeatur.

Præcipuè autem in eo euigilet, vt piarum caularum aduocati & procuratores ne officio vsquam desint, quod earum procuratio ac defensio ipsis commissa deposcit.

Singulis hebdomadis semel ad minimum & procuratorem fisci episcopalis & illos conuocet, quibus cum deliberationem rationemq. omnem, vt diligentissimè potest, ineat, tum de pijs legatis exequendis, tum de ecclesiæ bonis recuperandis atque tuendis.

Quæ vel ab ipsis aduocatis procuratoribusue, vel ab alijs quorum intereit, in dies singulos prout vsu venit, exponi solent, ea studiosè attenteq. audiat: si quæ verò cognouerit in eo statu versari, vt necesse habeant aliquo officio adiuuari, aut tandem ad exitum perduci, is omni studio etià pro officij sibi commissi munere videat, ac procuret opportuna ad re adiuuandam conficiendam remedia.

Quamobrem & Vicarium generalem; & aliquando Episcopum, & iudices alios quibuscū agendum est, tories adeat, quoties adiuuamento opus erit ad causam.

Protector carceris fori epalis eiusq. officium.

SIT etiam fori Episcopalis carceris protector vnus è canonicis ecclesiæ cathedralis, vel alius ecclesiastici ordinis vir: quem secundo quoque anno, aut breuiori temporis spatio, prout maluerit Episcopus, ei curæ protectioniue præficiat; rursusq. ab illo munere libere amoueatur ante præfinitum tempus pro arbitratu suo.

Eius officium erit, exquirere diligenter ac simul curare, vt aduocatus procuratorue pauperum, satellites, & custodes carceris muneris suo ne in aliqua re desint, nequè quidquam committant, quod ijs qui in custodia sunt, fraudi damnus esse possit.

In-



Prou. 1. vsup.  
Prou. 3. p. 107.

Inuestiget præterea sollicito diligentiq. studio, quæ illorum cura adhibeatur, cum in primis ad animæ salutem, tum etiam ad corporis sustentationem: & quæ verò de toto eo genere in Concilio provinciali primo, & tertio cauta sunt, an præstentur quàm rectissime: & quod denique officij erga ipsos singuli ij præstent, quibus commissum est.

Causæ item eorundem & quàm celerrimè fieri potest, rectè cum æquitasq. ratione congruenter definiantur, etiam atque etiam studiosè videat ac procuret.

Singulis hebdomadis sapè, vel minimum bis vnumquemque qui carcerè est, inuisat.

At si qui sunt, qui arctiori secretioriue custodia inclusi tenentur, eos item visitatum eat: sed hoc omne officium Vicario consentiente, eodemq. præsentè, aut procuratore Fisci Episcopalis, aliouè quem idem Vicarius maluerit; si ita magis expedire censuerit, ipse præstet, nec verò aliàs.

Carceris item custodes sapiùs per hebdomadam adhibeat, quibuscum agat quæcunq. non solum ad mores corrigendos, sed ad vitam sustentandam, necessitateq. subleuandas eorum pertinèt, qui in vinculis custodiuntur sunt. Ac proinde libenter, benigneq. audiat, quæ quotidie sibi eo de genere ab illis exponuntur: & quibus opus esse viderit, vt consulatur ac prouideatur; in ijs omnes curæ sollicitudinifq. partes, vt oportebit, quàm diligentissimè præstet.

Si porrò vel vniuersos vel singulos qui in carcere sunt, ita se malè gerere perpexerit, vt correctione monitio neu: opus habeant ad morum disciplinam, eos prout oportunitas tulerit, & monere, & hortari, & obiurgare, & corrigere ne desistat.

Si verò alios muneri suo deesse, aut in eo peccare animaduertit, cum illos sui officij atque adeò errati moneat in primis; tum si opus erit, ob eam causam Episcopum aut Vicarium generalem adeat, cuius auctoritate malorū pertinaciæ occurratur.

#### De Procuratore Fisci Episcopalis.

**E** Am curam atque adeò cogitationem procurator aduocatusue Fisci Episcopalis suscipiat, vt sibi putet procuratoris munus commissum esse in inquirenda veritate criminis de quo agitur; idèò ne eò vnquam abutatur ad innocentes opprimendos, neuè item causam aut occasionem præbeat, vt calumnijs quis vexetur atque exagitetur.

Ne vllam criminis causam suscipiat procuret, uè, quam calumniosam esse nouerit: sed cum vel calumniæ, vel rei delati innocentia constiterit, statim ab ea causa desistat.

Euigilet item vnà cum Vicario, ac sine eo etià, vt collateralis & satellites ne quidquam vel minimum extorqueant.

Testes pro informatione curiæ & sancti officij inquisitionis ipse per se etiam Vicario non præsentè, at de illius tamè mandato excipiat licet. Iis præterea quæ de testibus etiam ad defensionem causæ adhibitis instituentur quæstionibus adesse possit: nec veritum sit, quin & iudici quæstiones interrogatauè quæ ad causam pertinent, in mentem reuocet atque adeò suggerat; & testes etiam ipsos, si modò iudici placuerit, interroget: immo verò reos item, at ipso tamen iudice præsentè.

Denunciationum quoque quæ de rebus pietatis relictiue in dies singulos fient, indicem à Cancellario apud se habeat.

#### De præfecto reformationis tribunalis, & taxarum.

**E** P I S C O P V S singulis annis, aut secundo quoque anno ecclesiasticum virum decernat, qui certis illis legibus exequendis præsit tum provincialibus tum episcopalibus, quæ ad reatum fori ecclesiastici vsum, rectamq. forensium causarum normam, tum ad certam taxarationem, omnemq. denique iudiciorum conformandam disciplinam pertinent.

Is quæcunq. de omni eo genere sancita sunt, omni cautione videat, vt ab ijs quorum interest, planè seruentur, & in morem quàm diligentissimè fieri potest, inducantur.

Causarum acta & codices item, in quos solutiones sigillatim relatæ sunt, de improui so inspectet, quò faciliùs comperiat, si quid culpæ in taxæ præscriptæ ratione contrahatur.

Si verò præ quæstus cupiditate cæcellarius notariuè plus pecuniæ, quàm præfinita taxæ ratio postulat, eiufq. tabella ostendit, ab vllò vnquam exegerit, id totū eidè restitui iubeat. Et verò qui in eo genere deliquerint, pœnis etiam illos affici ab Episcopo Vicariouè procuret.

Ad Episcopum præterea illorum nomina descriptat, quos in illis exequendis quæ sibi præscripta sunt, muneri suo deesse aliquo modo animaduertit.

#### De Cancellario & Notarijs.

Prou. 1. par. 2. tit. de Notario, & Scribis. pag. 74.

**M** A X I M E interest, non modò eum qui officium tanti ponderis, tamq. valde cum Episcopali cura coniunctum gerit, quale est cancellariæ Episcopalis munus, sed illos etià qui vel substituti nomine operam simul in eo ipso munere ponunt, vel in Cancellariæ scriptorum numero censentur, cum ab omni alio negotio expeditos esse, quò attentiores sint ad operam curamq. susceptam; tum maximè vacuos ac planè liberos ab omni vel minima suspicione cupiditatis, prauæq. affectionis, ne dum corruptelæ.

Quare præter ea quæ olim hoc de genere à nobis

Notarij ac scribæ nihil dono accipiant.

bis constituta sunt, hoc decreto etià vetamus atque interdiciamus, ne eorum quispian ab vlla cuiusvis loci ordinis vniuersitate, collegio, homineq. vllò, ne diocesis quidem alienæ, qui in foro Episcopali causas, lites, & negotia cuiuscunq. generis sint, duobus ante annis habuit, aut iam nunc habet, aliquod vel minimum donum munusue etiam spontè oblatum, ac ne rem quidem esculentam quæ statim consumi possit, accipere directè aut indirectè vllouè modo possit.

**N** E præterea in eo foro ecclesiastico vel in alib, lites, causas, negotiaue cuiuscunq. suscipiat neque agat, nec verò dispensationes, neque alias eius generis actiones expeditionesue persequatur procuret, nisi officij quod gerit, ratio aliter deposcit, aut Episcopus iussit.

Qui contra fecerit, à muneris exercitatione suspendatur, atque eo etiam mulctetur, alijq. pœnis plectatur arbitratu Episcopi.

**N** E Episcopus quidquam vel spontè oblatum ne exiguum quidem à secretario scribisue dono accipi aut capi vllò nomine patiat, ne occasione quidem literarum, etiam quas pro officij munere etiam priuatim aliquando scribit.

**H** E B D O M A D Æ dies antiquato gentium à fide christiana abhorretium more, non stellarum errantium, lunæ, martis, mercurij, iouis, veneris, & saturni nominibus, sed feriæ appellatione & distinctione nominari sanctissimus Pontifex Siluester decreto sanciuir.

Quòd cum non sine multiplici ratione ab eo institutum sit; id prouinciæ nostræ Episcopi curèt, vt omnis ecclesiastica actio, qualis qualis sit, quæ vel in synodis diocelæanis, vel facer dotalibus clericalibusue cõuentibus, vel in canonicalibus capitulis, vel in foro Episcopali, vel vllò alio loco temporeue celebretur, non dierum qui illarum stellarum appellationem adhuc etiam vulgo retinent, nomine, sed feriæ distinctione & ordine rectè notetur.

**C** A N C E L L A R I V S & notarij causarū tam ciuiliū quàm criminalium acta, gesta, tabulas, instrumentaue, & processus, originales, ne vllò nomine ne inspiciendi quidem tantum causa vsquam exhibeat, nisi in proprio pluteo, aut cancellariæ archiuuè loco, idq. sine vlla mercede.

Illà verò inde aliò asportari ne liceat; etiam si cui certo homini transferenda rectè ac tuto committi possint, præterquam iudici causæ ostendenda.

Qui secus fecerit, cum ab Episcopo plectatur graui pœna, tum damnum resarciat etiam, si quid quisquam eo nomine fecerit.

Ea cautio Cancellario & notarijs adhibenda est, ne cuiquam alicuius causæ actorum attestatorum, sententiæ, vlliusq. scripturæ exemplum edant, facultate scripta editionis à vicario non data.

Qui in eo genere deliquerit, officij amissione

mulctetur, aliaq. pœna puniatur pro Episcopi arbitrio.

De certa taxæ ratione forensibus tribunalis ecclesiastici actionibus præscribenda in Concilio etiam provinciali tertio cauimus: sed quoniam nondum quidquam præstitum est, quod omnibus partibus perfectum sit; sex mensium spatium post synodi huius provincialis editionem præstitimus: quo tempore singuli Episcopi prouinciæ causis, negotijs, rebus, & actionibus singulis fori sui certas taxæ rationes quæ Metropolitanò probentur, quàm rectissime præstiruant, vt nulla auaritiæ cupiditatisue suspicio inde exsistat.

Si qui non fecerint, Metropolitanò ipsius cura sit intrà annum eorum id præstare.

**P** R Æ T E R alia quæ hoc de genere olim & nunc sancita sunt generatim vel sigillatim, hoc decreto statuimus, quæ infra ordine sigillatim quasi in tabella notantur, ea ipsa singula, tum literas, scriptaue à cancellario gratis & scribi, & confici, & edi.

Id verò omne vt præstetur, Episcopus omnino efficiat, ac de negligentia aliaue culpa in Concilio provinciali rationem reddat.

**A** C T A visitationis, eorumq. exempla, quæ ijs eduntur qui visitantur, ad præscriptum decreti hoc Concilio editi.

Facultates, quarum auctoritate Vicarij ministriq. Episcopales decernuntur.

Literæ testimoniales dimissoriaue de suscipiendis ordinibus.

Facultas Pontificalia exercendi, quæ Episcopo, alijue aliquando conceduntur.

Attestationes, quibus testatum sit, alique idoneum esse, cui beneficium conferatur, quiuè ad illud instituat, siue ea collatio institutione Romæ faciendâ sit, siue ab inferiore collatore, siue ab Episcopo.

Rogitus cessionis beneficij liberè coram Ordinario,

Processus & de natalibus, & ætate, alijue conditionibus eorum qui initiandi sunt, aut recipiendi in seminarium.

Instrumentum iurifurandi, quod ab ijs præstandum est, qui beneficia obtinent.

Instrumentum ac testimonium professionis fidei, quæ à quouis præstanda sit.

Instrumentum fideiussionis eorum, qui in seminarium recipiuntur.

Mandarum de aliquo recipiendo in seminarium.

Facultas, & probationum omnium, & pertinentium ad receptionem nouitiæ, vel ad professionem præstandam.

Confirmatio Abbatissæ seu priorissæ.

Facultates, quæcunq. monialibus earumue Monasterijs conceduntur.

Facultas ingrediendi monasteria.

Facultas accedendi ad monialium loca locationibus præfinita.

Facultas erectionis institutionisue confratriæ, scholæue.

Quæ gratis in cancellaria conficienda sunt, & etiam addenda quod ad descriptionem attinet

Supra pag. 280. §. Visitationis munus.

Confirmatio regularum alicuius scholæ, confratriæ.  
 Scriptum, quo scilicet certæ ecclesiæ, scholæ, uel quis adscribitur.  
 Approbatio ludi magistri.  
 Literæ dimissoriae testimoniales.  
 Facultas absentia causa studij.  
 Facultas eleemosinam colligendi.  
 Facultas faciendi sepulcrum.  
 Facultas absoluedi à casibus referuatis.  
 Facultas celebrandi ubique, vel certo loco.  
 Facultas prædicandi.  
 Facultas audiendi confessiones.  
 Literæ indulgentiarum, vel earum summæ.  
 Testimonium consecrationis, reconciliationis ecclesiæ, cœmiterij, altarium, & campanarum.  
 Constitutio coadiutoris.  
 Reductio Missarum, & de cõmutatione piorum operum.  
 Facultas abeundi extra fines diocesis, vel peregrinandi.  
 Literæ, quæ pro officij munere quavis de causa ad parochos, Vicarios foraneos, aliosue scribuntur.  
 Executio literarum gratiosarum prothonotariatus, & equitum: harum tamen literarum causa scripturæ merces capiatur, & si quid prætereà Episcopus concesserit.  
 Processus, & acta omnia, quæ conficiuntur ad miraculorum veritatem perquirendam.  
 Itidem de ijs, quæ conscribuntur ad sacrarum reliquiarum veritatem indagandam.  
 Facultas asportandi cadaver de loco ad locum.  
 Exempla, editionesue decretorum, ordinationum, statutorum, præceptorumue, quæ Episcopus, aut eius Vicarius ex officio confecerit, seruariq. mandarit.  
 Constitutio Vicarij in quavis ecclesia ad tẽp.  
 Dispensationes, & processus de defectu natalium, irregularitate, vitio aut defectu corporis, etiam auctoritate ordinariæ.  
 Instrumenta, & scripta quæcunque pro mensa Episcopali, & Capitulo conficiuntur, quæ item seminarij causa fiunt, ita tamen vt hoc decreto, solutionis immunitate capitulum & seminarium duntaxat fruatur: clerici verò, alijue ad quorum causam commodumue illa scripta instrumentaue intersunt, quiue earum exempla sibi edi petunt, à solutione immunes ne sint.  
 Literæ, & expeditiones, quæcunque conficiuntur nomine rerum merè spiritualium.  
 Expeditiones quæcunque pro pauperibus, vel miserabilibus hominibus, de quorum ægestate aut necessitate Episcopi aut Vicarij iudicio constet.  
 Literæ prætereà, & expeditiones omnes aliæ, quas gratis dandas Episcopus censuerit.  
 Dispensationes, & facultates, quæcunque ex decretis vel provincialibus vel diocesanis, aut eorum occasione dantur.

Emolumeta cã- DE emolumentis Cancellariæ Episcopalis, quæ

Concilio provinciali primo vendi, locari, earumue nomine quidquam perfolui vetitum est, nihil profus utilitatis priuatæ ad Episcopum, eiusue mensam, aut Vicarium, neque ad alios, præterquam ad Cancellariam, cancellariuue, ceterosq. eiusdem Cancellariæ ministros perueniat.  
 Qui aliquid etiam à sponte dantibus perceperit; tum in conscientia foro ne suum faciat, sed pauperibus loci erogare omnino debeat; tum duplo mulctetur, quod vel in ecclesiæ institutionem, vel in sacristiæ vsum erogaet.

Quæ ad matrimonium pertinent.

Prõu: 1. par. 2. tit. eod. pag. 39.

**MATRIMONIUM** cum Sacramento legitimum sit, & maximè liberum; si quæ municipales leges, statuta decretauit sunt, quibus huic Sacramento, sancteque illius libertati contra sacrorum canonum & Conciliorum præscriptum villo quouis pacto impedimentum afferatur; eas irritas, rescissas, ac planè nullas decernimus ac declaramus.

Omnibus verò quacunque etiam dignitate potestatemque præditis interdictum iam nunc perpetuò sit, ne earum etiam legum, statutorum, decretorumue auctoritate, nec verò alia quavis ratione quidquam statuunt, decernant, iubeant, agantue, quo matrimonij libertas villo pacto neque directè nec verò indirectè læsatur.

Qui contra fecerit, pœnas & censuras Conciliorum & canonum iure sancitas ipso facto subeat.  
 Episcopus verò vbi probabilem pro sua conscientia suspensionem habeat de puella minus libera voluntate; tum exquirat rem diligentissimè; tum prætereà si opus esse censuerit, illam certo loco tuto ac honesto collocet, vbi illa eidem proferat & explicet liberius suam voluntatem, qualis verè sit.

**MATRIMONII** denunciations, quas aliquando ab Episcopo remitti constitutione Tridentina permissum est, is videat, ne ob aliam causam, quam ea ipsa constitutione cauetur, remittat; cum scilicet Ordinarij iudicio verisimilis suspicio est, matrimonium malitiosè impediri posse.

At verò si hæc causa non subest quamobrem illas remittat, ea certè sola, quod instat sacri Aduentus quadragesimæ tempus, neque necessaria est, nec verò cum ratione contenti; cum præsertim eo sacro tempore qui iam matrimonio iuncti sunt, ab illius vlu abstinere potius cõueniēs sit, nedum sponfos vnà coniūgi. Illas verò ab Episcopo cum præsens in vrbe vel diocesi adest, solùm remitti deinceps liceat, ab alio prætereà nemine, ac ne à Vicario quidem Generali.

Matrimonij futuri denunciationibus in ecclesia de more factis, si fortè hoc accidit, vt illud du-

cellariæ ad quos pueniant Tit. de not. & scribis. S. Cancellarias verò. pag. 26.

Leges & statuta cõtra matrimonij libertatem abrogantur.

Denunciations matrimonij. Sess. 24. dec. de refor. matr. c. 1.

Sponsi quare à parochis ad monendi.

Matrimonium p verba de præfenti non contractum nullum est.

vt supra.

Sponsalia ne de præfenti contrahantur.

Sponsi doctrinæ Christianæ rudimenta noverint.

Sine parochio matrimonium nullum est.

Impedimenta! affinitatis vel consanguinitatis.

duorum mensium spacio post non cõtrahatur; ne idem antea parochus celebret, quam iterum denunciations ex Concilij Tridentini præscripto fecerit edixeritue, si modò aliud Episcopus non concesserit.

**PAROCHVS**, quorum matrimonium ex Concilij Tridentini præscripto publicè ter denunciatur est, eos primùm graui cohortatione diligenter moneat, vt cum ad illud ineundum ieiunijs orationibusq. se parent; tum etiam vt eo ritè celebrato, sacerdotaliq. benedictione à proprio parochio accepta, orationi frequentiori interim vacantes, triduo abstineant pro reuerentia: sicq. contra spirituales nequitias, & carnis procacitatem sanctè muniti, salutem & gratiam Dei ex eo Sacramento vberiore sibi comparare studeant.

**SI** qui ætate etiam legitima, & parochio præfente, testibus duobus adhibitis, & notario item, iurati sponponderunt se matrimonium inituros, ac deinde non contracto legitime per verba de præfenti matrimonio copulationem inter se inierunt; eorum matrimonium nullum ab Episcopo declaretur ac decernatur. Id verò ne accidat, parochus quàm sapissimè populum, vt opus erit, moneat, ad præscriptum Concilij Tridentini.

Eos prætereà qui ita cõtraxerint, grauius pro arbitratu suo Episcopus puniat.  
 Quod si ijdem postea de præfenti matrimonium contrahere velint, ne prohibeantur, modò seruentur quæ ad Tridentini Concilij præscriptum seruari oportet, si nullum aliud in sit legitimum impedimentum.  
 Cauet parochus si quando sponsalibus intererit, vt ne de præfenti, sed de futuro matrimonio illa contrahantur, sicq. propterea verborum formula dilucidè concipiatur, vt de eorum sensu nulla deinde quæstio difficultasue oriatur.

**PAROCHVS** quos sponfos experiundo viderit doctrinæ christianæ rudimenta planè ignorare, ne matrimonio illos antè iungat, q. ea item ratione cognorit didicisse, quæ eo de genere illos planè scire oportet.

**VI** testibus adhibitis, at sine parochio, aliouè sacerdote, cui is vel Ordinarius facultatè dederit, matrimonium de facto contraxerint, ne eos cogi liceat vt denuo inter se contrahant; nec rursus eo nomine impediri, quominus eorum vnusquisque cum alijs liberè contrahat: cum illud eorum factum, ne sponsalium quidem, nedum matrimonij vim habeat.

Qui quarto & quinto affinitatis consanguinitatiue gradu iuncti sunt, cum inter se matrimonium non impetrato dispensationis beneficio liberè inire contrahereue possint, ne à parochio, aut ab alio quopiam in posterum impediantur, quominus liberè contrahant, seruat regulis, Tridentina sanctione præscriptis. Parochus cum matrimonium celebrare voluerit, moneat contrahentes propositam esse pœ-

nam excommunicationis latæ sententiæ, vltra alias pœnas à iure inflictas, in eos qui in gradu prohibito consanguinitatis vel affinitatis matrimonium contrahere scienter præsumpserint, ac eos omni spe consequendæ dispensationis carere ex præscripto Concilij Tridentini. Episcopus verò seuerè animaduertat in eos, qui diuino timore postposito, in suarum periculū animarum scienter huiusmodi coniugia prohibita, etiam ex causa fornicationis (quod frequentius accidere solet) inire sub spe forsitan futuræ dispensationis præsumpserint; ac statim illos quos ei constiterit taliter contraxisse, adhibita separatione ex Concilij Viennensis præscripto, excommunicatos publicè tandiu denunciari iubeat, donec suum humiliter recognoscens errorem, absolutionis obtinere beneficium mereantur.

Irritum nullumq. ab Episcopo matrimonium declaretur, quod à parochio loci vbi illud sit, non ab eo qui parochus proprius est contrahentium, celebratur.

**TRIDENTINA** œcumenica synodus illud Episcopali diligentia quàm diligentissimè cõmendauit, vt si quæ vel hominum vitio, vel temporum iniuria corruptelæ in nuptijs celebrandis irrepserint, illæ radicitus extirpètur. Atque eo quidem vehemètius in eiusmodi curam incumbendum est, quò grauius atque adeò sæpius in illis peccatur.

Quare ad nuptias, matrimoniaq. impedienda vel dirimenda eò cum ventum sit, vt veneficia fascinationesue homines adhibeant, atque vsque adeò frequenter id sceleris committant, vt res plena impietatis, ac propterea grauius detestanda.

Itaque vt à tanto tamq. nefario crimine pœnæ grauitate deterreantur; excommunicatio nis latæ sententiæ vinculo fascinantes & venefici id generis irretiti sint.

Quam ipsam pœnam etiam illos subire decernimus, si qui in illis soluendis verba improba, superstitiosa, atque adeò alia, quam quæ Episcopo primùm probata sunt, adhibuerint; cum id non sine diuini cultus offensione maxime faciant.

Quo etiam genere pœnæ afficiantur, quicunque vel suaserint, vel mandarint, vel consenserint.

**NE** quis cuiuscunque gradus conditionisue sit, stans temporibus, quibus nuptiarum solemnitates celebrari interdictum est, domum ipsam traducat, aut nuptialia conuiuia celebret, aliaue eius generis vitia agat.

Qui autem vel per se vel alium contra fecerit, aut eius culpæ quouis modo particeps fuerit; is pœnam interdicti ab ingressu ecclesiæ ipso facto incurrat: eamq. pœnam illum tandiu sustinere volumus, quo ad sponsi Episcopi iussu separati meritis pœnas pro eorum conditione dederint arbitrio eiusdem Episcopi, & interdicto liberari eiusdem iudicio meruerint.

Ibid. c. 5.

Qui matrimonia veneficijs dirimunt aut impediunt, excommunicantur.

Qui nuptias tẽpore prohibito interdicuntur.

Dispensationes  
dotis non com-  
petentis causa  
concessa.

**I**N dispensationibus matrimonialibus dotis non competentis causa concessis, si modò eo loci vbi mulier de cuius matrimonio agitur, habitatur, virum pari æqualiq. conditione non inueniri verè constet, qui sibi cognationis affinitatisuè vinculo coniunctus non sit; progrediat Episcopus ad exequendam eius generis dispensationem, etiam si in locis finitimis aliqui essent, qui nullo gradu cognationis affinitatisuè iuncti, eam cum exigua dote in matrimonium ducerent.

Satis enim est, in eo municipio locouè vbi mulier est, diligentiam matrimonij contrahendi adhibitam esse.

Nihil dispensationis causa accipiendum.

**P**RO dispensationum matrimonialium executione nihil quidquam profus muneris præmijue etiam sponte oblatis, ac ne pro labore quidem qui in testibus ea causa examinandis, alijue testificationibus excipiendis ponitur, Episcopus aut Vicarius eius capiat. **N**otarij verò pro examine testium quartam dumtaxat partem aurei ad summum capiant licet.

Quædam de meretricibus.

**V**BI certus locus meretricum habitationi præfinitus, constitutusq. est, cum extra eius fines eas habitare non liceat, si quis cuiquam earum alio quàm præstituto eo loco domum domiciliumuè locarit, excommunicationis pœna contra eum agatur.

Prostitutas scæminas meretricesuè in cauponis diuerforijs, ganeisq. ad quæstum alere, cum id & graui Dei offensione, & magno animarum detrimento, & disciplinæ christianæ iniuria fiat, hoc decreto prohibendum censuimus.

Quare ne quisquam vel caupo, vel tabernarius, vel qui cœnaculariam facit, illas in ipsis cauponis ac diuerforijs habeat alatuè ad turpè quæstum.

Qui contra fecerit post huius decreti promulgationem in eius parochiali ecclesia factam, tãquam is qui in statu damnationis notoriè versatur præmissa monitione interdicti pœna afficiatur, & alijs præterea etiam grauioribus arbitratu Episcopi.

Mulierum luxus & ornatus interdicens.

**P**AROCII singuli quàm maximam possunt in eo sollicitudinem persuadendiq. studium adhibeant, vt omnem luxum, cincinnorum ornatum, in aures, quod signum diaboli sanctus Augustinus nominat, fucum, & vestes in primis quas caudatas dicunt, parochiæ suæ mulieres omnino deponant.

Qua in re persuadenda argumentorum vim, rationumq. momenta sibi comparent, cum ex sancti Ambrosij patris nostri illarum luxu grauius exagitantis libris, tum ex sancti Chrysostomi, aliorumq. patrum monimentis, in primisq. ex homilia, quam eo de genere grauissimã vir doctissimus idemq. religiosissimus Iacobus Vitriacus S. R. E. Cardinalis olim habuit.

Hoc autem omne vsque ad eò ab ecclesia veti-

tum esse ille ipse affirmat, vt si caudatæ ad ecclesiam accederent, sacra Communione interdicerentur.

**N**VLLA est amplior hæreditas, nec præclarius patrimonium, quod parentes suis liberis relinquere, neque maius precium, honestiorq. mercedem, quam domini ijs qui sibi in seruitute operam dant, pro fidei eorum famulatu tribuere ac persoluere possunt, quàm si effecerint, vt boni christiani euadant; quæ virtus omni terreno thesauro multo pretiosior est censenda.

Quamobrem qui in aliqua domo atque familia duces sunt; curabunt diligenter, vt omnes quicumque suo sub imperio & ditione viuunt, ieiunia colant, diuini verbi prædicatione crebro audiant, Sacramentis frequenter vtantur, & omnia demum veri christiani officia exerceant: famulorum autem domini non solum diebus festis tantum eis liberi temporis concedere curent, vt eiusmodi officijs vacare possint, sed crebris item eos ac paternis hortationibus excitare non desistant, ne in studio eiusmodi tam salutari segniores neque negligentiores existant: in quo si parentes ipsi aut domini suo officio in his defuerint; procul dubio expectent fore, sibi vt antè seuerissimum Christi Domini tribunal culpe tribuantur peccata omnia, quæ liberi vel famuli non commississent, si suas illi partes in hoc alijq. eiusmodi decretis præscriptas, sibiq. maxime debitas præstitissent.

Atque id quidem multò magis timendum illis erit, qui aliquo modo impederint, quò minus pia supra scripta, & alia huiusmodi officia persoluantur; contra quos agat Episcopus pro culpa ratione.

**H**IS temporibus tanta puerorũ licentia est, atque adeò effrenata, vt cum peccandi materiã afferat, tum disciplinæ christianæ detrimenta importet non leuia: hinc in scholis nimia petulantia, in ecclesijs irreuerentia, turbulenta foris concitatio, atque in omni loco sese effrensus imprudentia, & penè proiecta audacia. Quare Episcopi qui omni morum speculationi sanctè inuigilare debent, videant, ne grauior res offensiones inde existant: proinde & cum magistratibus decurionibusuè agant, vt aliqua inita ratione ei rei occurrant; & præterea sacerdotes aliquot vitæ probitate castissimiq. moribus præstantes, aliosq. pios viros & salutaris animarum zelo accensos deligant, qui puerorum scholas sape inuisant, mores & vitam eorum perquirat in Dei timore, officijsq. christianæ institutionis illos contineant; idq. omne cum parentibus, magistris præceptoribusq. agant.

Curentq. vt pius aliquis ciuitatis locus, piaue confraternitas id oneris suscipiat (quemadmodum alicubi fit) vt huius generis vagantes pueri colligantur, eorumq. effrenatis moribus oportune consulatur.

Quædam de partibus famil.

Puerorum licentia coercenda.

Quòd

Quòd si hæc non successerit, aliam omnem, quæ sibi potior videatur, rationem ineant, vt puerorum effrenatæ libertati, quæ multa spiritalia incommoda parit, rectissime occurratur. Nullo verò modo patiatur, vt huiusmodi pueri ecclesiam perturbent: quod ea maxime ratione præstabitur, si parentes, vel ij ad quos id pertinet, liberos suos teneræ ætatis apud se teneant, secum ducant, eisq. ostendant piè suppliciterq. orare, & lacris interesse.

Quæ ad scholas, confratrias, & ad loca pia pertinent.

Prou. 1. par. 3. De pior. locor. admin. pag. 41.

De scholis & confratriis.

**N**E cuiusvis confratriæ scholæuè præfectus in scholæ suæ numero quemquam doctrinæ christianæ rudem atque ignarum adscribi permittat, cuiuscunq. ætatis aut conditionis ille sit.

Id verò curæ sit sacerdoti proprio illius scholæ, vel parochi in cuius finibus est.

Nè facinorosi homines, neque turpis vitæ aut infamiæ labe notati, in disciplinatorum, alteriusuè generis confratrijs adscribantur.

Si qui verò iam adscripti sunt, si moniti, honestæ vitæ rationibus se non conformarint, à confratrum numero Episcopali auctoritate & cura amoueantur.

Nè à disciplinatorum confratrumuè alterius generis præfecto, cuiquam qui in confratria adscribendus sit, amictum quod insigne confratriæ est, dari liceat, nisi præsentem parochi, alioque sacerdote, qui amictum illum statis precibus benedicat.

Quem amictum confratres ne vnquam domi, alioque loco, sed in schola asseruent.

Qui verò è confratria aut abibunt, aut eiicientur; illum cõfratriæ ipsi dimittant, præfectoq. sine vlla exceptione tradant.

Laici confratres cuiuscunq. confratriæ, de fidei dogmatibus ne disceptationes, colloquia, sermonesuè habeant.

Videat præterea Episcopus diligenter, vt in oratorijs suis colloquutiones de ijs tantum rebus instituant, quarum tractatio & colloquutio laicalis ordinis hominibus conueniat.

Nè quidquam quod vulgari sermone conscriptum sit, in vlla cuiusvis generis confratria scholæ legi recitariuè liceat, nisi primò ab Episcopo, vel ab eo cui ille mandarit, recognitum sit, & subscriptione comprobatum.

Quo tempore in basilica cathedrali, ecclesiæuè parochiali officium vesperarum celebratur, tunc ne in vllis confratriæ scholæuè oratorijs ciuitatis aut loci illius ab eisdem confratribus recitari liceat officia, sed vel ante vel post recitentur: ita tamen vt non solum eiusmodi officiorum occasione non diuertantur illi à diuinis officijs publicis; sed nec etiam à scholis doctrinæ christianæ, in quibus eiusmodi confratres vtilis adiutores & operarij esse solent.

Disciplinati confratresuè cuiuscunq. scholæ, cum processiones supplicationesuè collegiarum ipsi agunt, cappellanum sacerdotem uè alium adhibeant; cuius sit eam religiosam actionem dirigere: nisi cum aliquando sine sacerdote processiones supplicationisuè agendæ facultatem à parochi aut ab Episcopo impetrarint.

Nè confratri cuiquam ad confratriæ ecclesiam oratoriumuè arma vllius generis ferre liceat, nisi pro dignitatis suæ, aut officii quod gerit ratione, hoc alicui conueniens sit.

Nemini autem vnquam, cum confratriæ amictu indutus est, id liceat.

Nè in confratriarum scholarum uè oratorijs ecclesijsuè cadauera etiam sodalium sepeliri liceat, nisi id licere ex certis priuilegij tabulis, aut probatæ consuetudinis immemorabili vsu cõstitit Episcopo.

Vbi verò confratribus ius sepulturæ tantum concessum est, alij nemini neque electionis etiam iure ibi sepeliri liceat; sed ne confratribus quidem ipsis, nisi per sex menses ante obitum in sodalitiis ritè adscriptus sit.

Nè cuiquam confratriæ vsquam eleemosinam quærere liceat, nisi facultate, quæ literis exarata sit, ab Episcopo impetrata.

Nè in vlla disciplina: orum aliarum uè scholarum confratria officiales ministrosuè creati aut eligi liceat, nisi vel parochi, vel alio sacerdote ab Episcopo constituto præsentem, si modò aliud Episcopo non videatur.

Quæcumq. & in hoc quinto Concilio, & in alijs superioribus de disciplinatorum scholis, alijue confratrijs etiam laicalibus constituta aut præscripta sunt, ea Episcopus ab illis iniuolantè integreque seruati mandet; etiam si in Ecclesijs regularium illæ scholæ confraternitatesuè erectæ sint, exerceantur uè; ita vt si quid contra ab eisdem vsquam factum erit, id pro culpa modo ab Episcopo grauius puniatur arbitratu suo.

**C**HARITATIS beneficentiãq. omnibus officijs quæ in proximis cõferuntur, magnam celestis gloriæ mercedem propositam esse sacra literæ ostendunt; sed illa maxime Deo grata atq; accepta opera sunt, quibus benigne sit, ac succurritur egentissimis hominibus, agrotis, ac peregrinis.

Itaque vt quæ ad eam rationem pertinent, legibus & sanctionibus communia rectè obseruentur, hæc pro pastoralis curæ nostræ munere decernimus.

Primò hospitalarius, isue cui hospitalium ædium custodia committitur, vir sit, cuius fides, pietas, vitæ innocentia, sedulitas, charitas, grauium virorum testimonio commendata sit. Caueat, ne à quoquam cum hospitium ingreditur, aut cum inde discedit, quidquam vel minimum ac ne spontè quidem oblatum exigat; petat, accipiatuè.

Nè cum mendicis, qui ad quæstum omni simu

Quædam de locis pijs.

Bb landi



landi arte vtuntur, aliquam turpis lucri pactio-  
nem pro ijs recipiendis ineat.  
Curet item, ne quid peregrini, aduenæ, paupe-  
resq. hospitio excepti, contra christianâ pie-  
tatem, bonosq. mores admittant.  
Quinimò certam horam tum manè tum ve-  
speri præscribat, qua ictibus paruulæ campanæ  
datis, omnes simul aliquantisper orent.  
Doctrinæ christianæ institutionem introdu-  
cat, qua præfinito aliquo temporis spatio eru-  
diantur.  
Si enim ijs ad corporis victum curamq. beni-  
gnè suppeditatur; illud etiam maximè curan-  
dum est, vt spirituale doctrinæ christianæ pa-  
bulum eisdem tribuatur.  
Ne pueros vnà cum adolescentioribus maio-  
ribusq. natu in eodem lecto cubare permittat.  
Neque item eos qui integra valetudine sunt,  
cum ægrotis aliquo morbo laborantibus.  
Qui autem integra sunt valetudine, ne diutius  
triduo in hospitio morentur; nisi aliter ex ip-  
sius hospitalis instituto permittatur.  
At cum eosdem paucis post diebus redire ani-  
maduerterit, inuestiget diligenter quousque  
iter fecerint: ac sedulo videat, ne ij modò ad  
hoc, modò ad illud hospitale domicilium di-  
uertentes, se peregrinos fingant, de vrbe op-  
pidouè tamen verè non exeant, turpi quæ-  
stui, atque etiam aleis, multiq. alijs flagitijs  
operam dantes; quod aliquando euenire com-  
pertum est.  
Studiosè Episcopus curet, vt in ædibus hospi-  
talibus, quæ vnionis, vt vocat iure, alij domui  
hospitali adiunctæ sunt, vbi longo temporis  
spatio hospitalitas intermissa est, quam primò  
restituatur, vt iuris est.

Quæ ad moniales pertinent.

Prou. 1. par. 3. de monial. pag. 43.

Clausura Mo-  
nial. ab episco-  
po conseruanda.  
c. periculoso.  
de sta. mon. in  
6. decr. lib. 6. de  
sta. reg. c. 1.  
Sefs. 25. de re-  
gul. & monial.  
c. 5.

**M**EMINERIT Episcopus, se (vt est Boni-  
facij Octauj Pont. & Concilij Tridentini  
edita sanctio) diuini iudicij obtestationem, ac  
maledictionis æternæ exterminationem esse  
subiturum, si in monialium, etiam quæ ab sua  
iurisdictione liberæ immunescq. sunt, clausu-  
ra restituenda atque adeò conseruanda se ne-  
gligenter gesserit.  
Quare studiosè in eo euigilet pastorali sollici-  
tudine, vt non modò in monasterijs suæ curæ  
iurijq. subiectis, verum in illis quorum cura-  
tioni regulares cuiusuis ordinis præfunt, illa  
omni ex parte, vt diligentissimè fieri potest, ser-  
uetur, propositis etiam Tridentini eiusdè Cõ-  
cilij & arbitrij sui pœnis.  
Contra moniales item, & illas etiam quarum  
curam regulares gerunt, si quando è clausuræ  
finibus exierint facultate à sede Apostolica nõ  
impetrata, censuris ecclesiasticis, alijsq. iuris  
remedijs agat, prout è re esse viderit.  
Si quado moniales legitima facultate ad aliquod  
monasterium transferri contigerit; eam curâ

Monialiũ tran-  
slatio.

cogitationemq. Episcopus suscipiat, vt quò à  
paucissimis conspiciantur, benè manè, sub au-  
roram scilicet, à viris atate morumq. honesta-  
te grauibus, cognationeq. propinquioribus  
eò deducantur.

**CAVEANT** qui ab Episcopo superioreuè fa-  
cultate habent ingrediendi monasteriũ, ne pro-  
libito intrâ eius septa datæ facultatis prætextu  
ingrediantur; sed tunc solùm, cum vrgens ne-  
cessitas deposcet: vt ne ex sanctissimi Pontifi-  
cis Gregorij XIII. sanctione, excommuni-  
cationis pœnam statim subeant, à qua nisi per  
sedem Apostolicam absolui non possunt.

Ne præterea religiosis hominibus septa monaste-  
rij etiam suæ curæ commissi ingredi liceat, ne  
ea quidem causa, vt testantium qui in monia-  
lium ecclesia vel sepeliri vel anniuersaria quo-  
tannis agi voluerunt, piæ voluntati satisfaciât:  
sed quæ anniuersaria ex testamèto debentur,  
in earum exteriori ecclesia præsent.

Nec verò processionis in solemnitate Corpo-  
ris Domini agendæ causa, confessarius sacer-  
dos, aut alius superior eò ingrediatur; ac ne  
Episcopus quidem eo nomine, neque alios in-  
gredi patiatur.

Neque item causa vel monialium cubiculis be-  
nedicendi, vel ea, locauè monasterij aqua be-  
nedicta aspergendi.

Nec etiam cum vestitus facer puellis traden-  
dus est, vel illæ ad professionem admittendæ  
sunt, vel ministrandum Sacramentum confir-  
mationis, Episcopus, superioruè tam regula-  
ris quàm secularis, aut confessarius aliufuè  
ad septa monasterij introeat: sed in ecclesia  
exteriori, vbi sanctissimæ Eucharistiæ Sacra-  
mentum ad fenestellam ministratur, hæc illis  
vel puellis vel monialibus in ecclesia interiori  
manentibus præsentur.

Neque Missæ celebrandæ causa ad interiorè  
ecclesiam monasterijue septa Episcopus supe-  
rioruè introeat vnquam; nisi tantum cum præ-  
fecta monasterij, aut alia monialis consecran-  
da est; tuncq. ne moniales egrediantur, sed is  
adiunctis etiam quos ad ministerium conficiè-  
dũ necessarios habet, ministris, introeat licet,  
intus Missam celebret, ritumq. consecrandi  
adhibeat ad Pontificalis libri præscriptum.

**MONIALIS** ne atramentarium calamus, a-  
liudue cuiusuis generis instrumentum, quod  
ad scribendum vsui sit, in cella alioquè loco pri-  
uatim habeat.

Quod si quando scribere necesse habet; id ne  
faciat nisi præfectæ concessu.

Hæc verò ne facile concedat permittatue, sed  
explorata perspectaq. scribèdi causa, eaq. gra-  
ui & necessaria, facultatem det de atramenta-  
rio, cæterisq. ad scriptionem necessarijs accõ-  
modet: quæ vbi monialis adhibuerit, quàm-  
primum præfectæ restituat, simulq. rectè ostē-  
dat, quæcunque scripserit.

**MONIALES** libros cuiusuis generis apud  
se minime retineant, nisi quos Episcopus, vel

Monialiũ mona-  
stera quibus in  
casibus ingredi  
non liceat, bul-  
la edita anno  
1575. Idib. Iun.

Moniales nihil  
priuatim adscri-  
ptionis vsu ha-  
beant.

Quos libros ha-  
beant.

Nouitia ante  
professionē vbi  
examinanda.  
Sefs. 25. de re-  
gul. & monial. c.  
17.

is, cui id curæ dederit, scripto approbarit.  
**VM** nouitię anteaquam professionē præster,  
voluntatem Episcopus pro facultate sibi decre-  
to Tridentino data explorare volet, hoc agere  
ei liceat, loco vbi crates monasterij sunt, nec  
propterea à septis illa egrediatur: nisi causa  
sit, probabilisue eiusdem Episcopi iudicio sus-  
picio, quamobrem potius esse censuerit, vt  
alio loco eius voluntas perquiratur: tuncq.  
vel in ecclesiam monasterij exteriorē, vel  
in aliam proximam, prout commodius decen-  
tituè fieri viderit, illam perducere iubeat.

Libet de ritu ve-  
stendi, & profi-  
tendi monial.

Qua in ecclesia præsentibus matronis duabus,  
ætate grauibus, honestis, & nouitiæ gradu  
cognationis quantum potest propinquiori-  
bus, quas ipsa aut moniales delegerint, eius  
animum voluntatemq. Episcopus rectè inda-  
get, loco paulò remotiori, ita vt quæ adsunt  
matronæ, videre, non tamen auribus percipe-  
re possint indagacionem responcionemue.  
**VT** & in puellis moniali vestitu induendis, &  
in admittendis ad professionem nouitijs, vnus  
idemq. ritus ab prouinciæ Episcopis adhibea-  
tur, cum eius generis regulæ variæ illæ quid-  
dem, ac planè inter se diuersæ dissimilesq.  
sint; liber de eo ritu huius synodi prouincia-  
lis auctoritate per nos edetur, ad cuius præscri-  
ptum omnis ea ratio ineatur, tum puellas in-  
duendi, tum nouitias ad professionem admit-  
tendi.

Præfecta moni-  
al. ne ad vestitũ  
aut professionē  
virgines admit-  
tar ante examē  
episcopi.

**SI** quæ monialium præfecta, earumq. superior  
regularis, virginem aliquam nõ explorata per  
Episcopum illum voluntate, examineuè adhi-  
bito, religiosum vestitum suscipere, aut pro-  
fessionem conficere permiserit; ab ipso Epi-  
scopo seuera pœna afficiatur.

Quæ generatim ad hæc decreta constitutionesue  
pertinent.

**OMNI** Episcopalis sollicitudinis officio, stu-  
dioq. vigilanti, Episcopi pro sui muneris  
ratione in eam curam incumbant, vt quacun-  
que & in superioribus nostris Concilijs, & in  
hac quinta synodo prouinciæ decreta consti-  
tutaq. sunt, diligentem atque adeò omnem  
executionem, quemadmodum par est, planè  
habeant.

Quicunque verò vel vniuersi vel singuli quo-  
rum interest, non paruerint, aut aliquid con-  
trà commiserint admiserintue; ij multas &  
pœnas luant ijs ipsis decretis sancitas, tũ alias  
præterea ecclesiasticis conciliaribusq. sanctio-  
nibus, & canonum iure præscriptas.  
Compellanturq. præterea ab Episcopo ad pa-  
rèdum omnibus iuris remedijs, alijs etiam pœ-

nis & censuris constitutis & irrogatis pro arbi-  
trio suo.

Quæcunque etiam de Sacramentorum admini-  
stratione, Missæ sacrificij celebratione, diui-  
norumq. officiorum modo & ratione, in hæc  
& superioribus prouincialibus synodis decre-  
uimus, ea planè omnia & singula ad Metro-  
politana etiam, cæterasq. quascunque eccle-  
sias ritu Ambrosiano vtentes pertinere sancimus,  
ac declaramus: nisi si quid eiusmodi erit,  
quod vel per nos, vel deinceps per successores  
nostros Archiepiscopos nominatim speciãtim  
quæ declaretur Ambrosianis ipsis ritibus insti-  
tutisue expressè aduersari.

Si in his decretis ante alteram Mediolanensium  
prouinciæ synodum vlla difficultas orta erit; eius  
declarationem, tum verò præterea omnium  
quæ eisdem decretis continentur, interpreta-  
tionē & explicationem, nobis & successoribus  
nostris Archiepiscopis perpetuò reseruamus,  
salua semper sedis Apostolicæ auctoritate.

Quamcunque facultatem ex decretis in hac  
prouinciæ synodo Mediolanensi quinta per  
nos editis habet Episcopi, eam ipsos per suos  
Vicarios generales exequi posse volumus; nisi  
in ijs quæ propriè ad ordinem Episcopalem  
pertineant, aut in quibus Vicarij à sacris cano-  
nibus, aut à Concilio Tridentino, vel à nobis  
expressè exclusi sint.

**VT** nemini eorum quæ in hac quinta prouinciæ  
nostra synodo à nobis decreta sunt, ignoran-  
tiam excusare liceat, edicimus, vt ex quo pri-  
mum die edita in valuis Metropolitanæ eccle-  
siæ proposita fuerint, ad duos menses omnes  
se & his decretis, & si contrafecerint, pœnis  
quæ eis continentur, teneri intelligant.

Ab eo etiam affixionis die eorum decretorum  
temporis initium sumendum decernimus, qui-  
bus aliquid intrâ certum tempus præstari iu-  
bemus.

Vnusquisque præterea Episcopus ea omnia &  
singula in proxima diocesana synodo legi ac  
recitari iubebit; & si ita expedire censuerit,  
suæ quoque cathedralis ecclesiæ valuis propo-  
ni, quò studiosius omnium animis eorum præ-  
cepta fixè inhæreant.

Singulæ etiam cathedrales, & collegiatæ, &  
parochiales ecclesiæ huius prouinciæ, has no-  
stras constitutiones aliquo loco collocatas per  
petuò asseruent.

Omnia & singula, quæ à nobis in hac quinta prou-  
inciæ synodo decreta actaq. sunt, qua debe-  
mus obedientia ac reuerentia, auctoritati ac iu-  
dicio sanctæ Romanæ Ecclesiæ omnium eccle-  
siarum matris & magistræ semper emendan-  
da & corrigenda subijcimus.

L A V S D E O.

Finis Concilij Quinti.

## Subscriptio Episcoporum.

Nos CAROLVS S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Praxedis, Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Mediolanensis, de consilio & assensu Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorum subscriptimus.

Ego Cæsar Episcopus Dertonensis consentiens subscripsi.

Ego Hieronymus Episcopus Laudensis consentiens subscripsi.

Ego Petrus Episcopus Aquensis consentiens subscripsi.

Ego Dominicus Episcopus Brixien. consentiens subscripsi.

Ego Nicolaus Episcopus Cremonensis consentiens subscripsi.

Ego Hieronymus Episcopus Bergomensis consentiens subscripsi.

Ego Fr. Dominicus Episcopus Astensis consentiens subscripsi.

Ego Guarnerius Episcopus Alexandrinensis consentiens subscripsi.

Ego Io. Franciscus Episcopus Verceilensis consentiens subscripsi.

Ego Vincentius Episcopus Albensis consentiens subscripsi.

Ego Franciscus Episcopus Vintimiliensis consentiens subscripsi.

Ego Cæsar Episcopus Sauonen. consentiens subscripsi.

Ego Alexander Episcopus Casalen. consentiens subscripsi.

Ego Alexander Episcopus Vigleuanensis consentiens subscripsi.

Ego P. Cotta Episcopus Nouariensis consentiens subscripsi.

## INDICTIO

## Futuri Concilij sexti Prouincialis.

CAROLVS Miseratione diuina, tit. S. Praxedis S. R. E. Presbyter Cardinalis, sanctæ Mediolan. Ecclesiæ Archiepiscopus.

OMNIBVS & singulis Reuerendissimis dominis Episcopis, qui & hic adsunt, & synodo prouinciali Mediolanensi quacunq; ratione interesse debent, omnibusq; item Capitulis, & Ecclesiarum cathedralium Procuratoribus, indicimus, significamus, denunciamus, & intimamus proximam sequentem synodum Prouincialem Mediolanensem sextam, Deo omnipotente auctore, & ad eius laudem, hac eadem in urbe, hoc ipso loco, Anno M. D. LXXXII. die decimo mensis Maij proximè sequentis, qui dies erit feria quinta Dominicæ tertiæ post Pascha Resurrectionis D. N. Iesu Christi inchoandam & celebrandam esse. Quamobrem eos omnes & singulos Reuerendissimos dominos Episcopos monemus, Procuratores verò Ecclesiarum cathedralium inuitamus, vt eo die ad synodum Prouincialem sextam iuuante Deo Mediolani celebrandam constituto, hic omnino intersint: nisi diem celebrationis ipsius synodi aliqua ex causa à nobis prorogatum fuisse, nostris ad eos datis literis intellexerint. Quòd si ipsorum Reuerendiss. Episcoporum nostrorum aliquis legitimo tunc detentus erit impedimento, nuncium procuratorem ad se excusandum, atque ad id impedimentum probandum ad nos mittat: cui etiam facultas ab ipso detur, ea omnia & singula nomine suo & ecclesiæ suæ recipiendi, quæ diuina gratia auxiliante in ipsa synodo à nobis de consilio & assensu Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorum constituentur, decernentur.

ORATIO  
CAROLI CARDINALIS  
TIT. SANCTAE PRAXEDIS  
ET ARCHIEPISCOPI,

Habita in Prouinciali Concilio Quinto.

**I**AM ex euangelio quod modò audistis, Patres Reuerendissimi, optimè intelligitis, Apostolos à Christo Domino conuocatos, & ad prædicationem regni cœlestis missos esse cum potestate sanandi morbos, depellendiq; dæmones. Sunt etiam vobis ex euangelica illa cōmemoratione perspectæ eius apostolicæ legationis, apostoliciq; officij leges ore diuinae sapientiæ præscriptæ, rursusq; cognitum studium, quod summum in illis exequendis Apostoli magna cum omnium admiratione præstiterunt. Cum autem hoc ipso tempore Clerus, populusq; hic Mediolanensis, vos qui Apostolorum successores estis, ex legibus Christi Domini spiritu in sacro Tridentino concilio decretis conuocatos, vnà mecum ad Concilium prouinciale quintum concelebrandum conuenisse cernit: is modò illius apostolicæ conuocationis, & legationis, quæ Euangelicis verbis cōmemorata est, quasi speciem quandam ob oculos propositam intuetur. Christus enim Dominus cum videret eo tempore turbas, tanquam oues sine pastore huc atque illuc vagantes, variegq; disiectas, ac multiplici morborum genere affectas; earum statum pietatis visceribus miseratus, non fatis habuit, se vicinos, oppida, omniaq; loca finitima, & prædicando, & sanando peragrasset: sed in tanta hominum vndique confluentium multitudine, voluit etiã alios euangelicæ prædicationis, ac morborum curationis socios adhibere. Discipulos igitur orare iussit: duodecim apostolos conuocauit, eosdemq; misit ad illa munera exequenda. Nunc itidem is, qui ab ecclesiæ suæ cura & custodia oculos numquam deiecit. Erunt, inquit oculi mei ibi semper, cum è summo cœlo, tâquã ex altissima specula, prouinciã nostrã Mediolanensem, præsertim superiorum annorum pestilentia multis partibus vexatam, misereq; afflictam cerneret, non tam hominum interitu, quàm spiritualium rerum detrimētis atque damnis, quæ multa inde consecuta sunt, in tanta iactura illam misericordiæ oculis respexit, ac nos euangelij sui ministros excitauit, & ad sanctas orationes preceq; concelebrandas, & ad procuranda synodalibus episcopilibusq; laboribus remedia. Adfuitis, patres sanctissimi, religiosæ orationi, quam sine intermissione hoc sacro loco in conspectu sacrosancti Clauis Iesu Christi Domini habuimus; vt spiritus sancti lumen imploraremus, quo adiuti, prouinciæ nostræ benè gerendæ rationem iniremus, spiritualiaq; damna instauraremus: ob eam ipsam causam nullus vicus, nullum oppidum, nulla vrbs in prouincia est, quæ ad preces, & ad pœnitentiæ, sacræq; Eucharistiæ Sacramentum, & ad alia pietatis christianæ studia atque officia excitata non sit vehementer. Iam verò, Patres, hodie eodem Domini spiritu duce conuocati, hoc loco adsumus, vt & eidem precationum officio, & alijs synodalibus actionibus operam ministeriumq; nostrum præstemus. Sperandumq; est, Christum Dominum tum preces nostras exauditurum (dixit enim, si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis) tum etiam nobis

bis in salutari hac tractatione versantibus adfuturum. *Ubi, inquit, fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* Omnis porro hæc concilij prouincialis actio formam illam, vt diximus, exhibet apostolicæ missionis & legationis. Dum enim nostras, nostrarumq; ecclesiarum res inter nos mutua charitate conferimus, dum de castissimo diuinorum officiorum cultu disquirimus, dum de cleri populiq; disciplina inuestigamus, dum & nostrorum, & apostolicæ visitationis in primis decretorum executionem inspicimus, dū rerum multarum collapsam penè institutionē ob oculos ponimus, dum de instaurationis modo consultamus, dum constitutiones alias ad damna refarciēda recte accommodatas spiritu sancto auctore conficere studemus; vniuersa hæc via & ratio eò spectat, vt istis adiumentis quæ à Deo existunt, mēs nostra illustretur, charitas in nobis inflāmetur, animarum zelus in cordibus nostris exardescat, animorum nostrorū episcopalis illa vis & ardor magis atque magis incendatur, & quasi nouus quidam spiritus in nobis, qui decretorum prouincialium virtute & auctoritate munimur, excitetur vehementius ad improbos omnes spiritus depellendos, ad vitiorum pestem propulsandam, ad sanandas spirituales ægitudines, ad afferendum denique populis curæ nostræ commissis omnem curationem. O salutare episcopaliū conciliorum labores. Adest vobis Christus Dominus: actionum vestrarum dux est spiritus sanctus: vos morum magistri, vos populorum moderatores, vos sanctarum legum auctores. Sapientia vestra christianæ disciplinæ ratio omnis instauratur; prudentia controuersia sedantur; charitate dissidia tolluntur; studio eriguntur manus remissa; virtute genua dissoluta roborantur; animisq; vires adduntur. Quid multis? hæc cōciliorum actio, nos ipsos qui doctoris officio fungimur, qui ecclesiæ medici sumus, docet, instruit, reficit, recreat, exsuscitat. Quam misera igitur superiora tempora, quibus tam diu intermissa sunt multis partibus, penèq; antiquata concilia prouincialia, & synodi diocesana neglecta. Quo factum est, vt multiplex malorum quasi sylua extiterit; basilicæ incultæ, ornamenta supellectilis ecclesiasticæ penè nulla, cæremoniarum ritus & vsus vix cognitus, diuinorum officiorum ratio penè perturbata, chori disciplina rescissa, functionum ecclesiasticarum munera contempta & spreta, stationes sacerdotales clericalesq; desertæ, omnia demum disciplinæ officia abiecta ac penè deposita, populi præterea institutio deprauata, morū corruptelæ vndiq; obortæ, festorum dierum veneratio multis peccatis violata, sacrorum locorū cultus multis partibus læsus, sacerdotalis ordinis dignitas pro nihilo habita, & cūcta denique ad eum statum deducta, vt lacrymis, luctu, cōmiserationeq; digna essent. Vidimus nos, vidimus prouinciæ nostræ faciem deformatam, nec planè à collacrymabili illo templi Ierofolymitani aspectu dissimilē: cum scilicet vastatis & dirutis ab Antiocho rebus omnibus, fortissimus dux Iudas Machabæus templi illius cultum euersum, altare violatum, ianuas exustas, & omnia perculsa ac prostrata aspexit: scissisq; vestimentis, capite cineribus asperso, suspirijs, gemitu, luctu osissimisq; vocibus, incredibilem vim lacrymarū in tātis augustissimi tēpli ruinis profudit. Gratias tibi agimus, optime Deus, cuius diuino munere Tridentinum Concilium miseris his tēporibus celebratum est: vnde præter alia quæ reipublicæ christianæ adiumenta subministrata sunt, restitutus est tandem salutaris ille vsus synodi & diocesanae & prouincialis: cuius institutum auxiliante tua diuina gratia ita suscepimus, vt hodierno die ex Tridentinæ sanctionis præscripto iam quinti prouincialis concilij initium faciamus. Non est igitur Patres, cur nostra hac cōcione concilij prouincialis necessarium vsus, dignitatem, fructus vberrimos explicemus. Vos ipsi intelligitis sacrosanctam œcumenici illius concilij auctoritatem, qua nobis iustum est prouinciale concilium tertio saltem quoque anno conuocare: vos ipsi

1. Mach. 4.

ipsi optimè meministis, per nos de vestro consilio & assensu iam certam diem concilij nostri prouincialis præstitutam, perpetuamq; illius indictionem deinceps decreto prouinciali esse cōmunitam. Est verò cur vnde digressi sumus, ad euangelicam commemorationem redeamus; quæ tota non solum huius nostri episcopalis congressus conuentusq; rationem, sed etiam munera & officia quæ in eo præstare, aut certè spectare debemus, significare & declarare videtur. Primum igitur videamus, Patres, cur Christus Dominus, cum singulos Apostolos ad apostolicæ legationis munera instruere ac mittere posset, omnes simul eam ob causam conuocauit. Qua ex re perspicuum nobis fiet, quare iam ab initio ferè nascentis ecclesiæ institutum sit, episcopos prouinciæ ad Metropolitanum conuenire, prouinciales leges sancire, sancitas, ab omnibus qui eiusdem prouinciæ sunt, suscipi ac seruari. Vna verò præter cæteras causa est, vt qui in varias diuersasq; mundi partes ad Euangelij propagationē mittebantur, eorum omnium & vna esset doctrina, & vnū apostolicū munus, & vna apostolicæ vitæ ratio. Quæ sanè res docet, eiusdem prouinciæ episcopos, quamuis distinctis diuersisq; diocesisbus præsent, eodem tamen vnus prouinciæ quasi vinculo deuinctos, vna etiā eademq; disciplinæ ecclesiasticæ ratione, eisdem præscriptis legibus, ac morum regulis, fideles sibi commissos ad viam salutis dirigere debere. Id sanè ostendunt, atque adeò iubent sanctissimorum patrum sanctiones, & conciliorum canones, quibus hoc de genere præter alia illud cautum est, vt ecclesiasticis institutis Metropolitanæ ecclesiæ se se reliquæ prouinciales dioceses conforment. Ex hac porro coniunctione, concordiq; sollicitudine, & coniunctissimo studio maxima cōmoda maximaq; adiumenta profiscuntur, non solum ad facilem ecclesiæ commissæ gubernationem, sed etiam ad omnem populorum in via Domini progressionem. Hinc enim firmissimum vniuscuiusque instituti præsidium, hinc rituum ecclesiasticorum, sanctarumq; consuetudinum perennis conseruatio, hinc disciplinæ omnis robur perpetuum, hinc rerum salutarium sanctissimū firmitamentum, hinc prompta omnium paratissimaq; ad obediendum voluntas, hinc præclara illa benè agendi, recteq; exequendi contētio, & religiosa æmulatio. At verò vbi contra res agitur; vix dici potest, quanta inde incōmoda, quàm multæ difficultates emanēt. Vos concilij estis, patres, quàm vera sint, quæ narramus: sed aliqua ex parte ob oculos ea proponamus. Si quis vestrum est; qui in oratione frequens sit, cælestium contemplationum studiosus, in episcopali ecclesiæ statione assiduus, episcopalibus item officijs, studijs, & laboribus totus addictus, abstinentiæ ac ieiunio deditus, hospitalis, pauperum, viduarū, pupillorum verè pater & pastor, piorumq; locorum patronus, & sanctorum institutorum sollicitus auctor: rursusq; si alius eiusdem prouinciæ Episcopus hæc omnia vel remissè agit, vel negligit, vel quod grauius est, cōtra facit, vel ab alio Episcopo diligenter acta minus commendat; certè omnia inde incōmodè accidunt non sine grauisimo detrimento. Sed locus hic est, Patres, vt accendamus nos ipsos, si attentius rem ipsam spectamus. Ille, qui optimi pastoris regulas sibi proposuit; prædicationis munus ad Tridentini Cōcilij præscriptum perpetuò exequitur. Ille, qui dignitatis episcopalis amplitudinē, non labores; censum, non onus; vitæ otium, nō perpetuam illam sollicitudinem multis curis implicitam in animo sibi constituit, vel rarò, vel fortassè nūquam verbi Dei pabulum populo ministrat. Ille synodum diocesana anniuersariam de more celebrat; hic ne stas quidem clericorum & sacerdotū congregationes habet, ne dum synodum conuocat: ille visitationem diocesana perenni studio obire contēdit; hic gregis sui vultū neque agnoscit, nec verò vt ab ouibus agnoscat, paterna id charitate studet: ille nihil non agit, nihil non attingit, vt morum corruptelas eripiat, vt vitia & peccata corrigat atque



atque emendet, & quoscunque aberrantes ad viam salutis reuocet; hic populi opinionione cum omnia metiatur, hominibus placere vult, peccata hominum dissimulat, saepeque causam praebet, quam obrem complures à recta deflectant. At vigilantis episcopi sollicitudo in eo etiam versatur, ut ecclesiarum cultus splendet; basilicae factae, tectae sint, omni apparatu instructae, omni ornatu & pretioso opere illustres, in omnes partes eluceant; diuinorum officiorum pietas floreat; ceremoniarum ritus excolatur; chori instructio omnis non modo retineatur, sed plane augeatur; clerus ad sacras doctrinas erudiatur; in clericali vitae officijs contineatur; sanctissimis legibus, edictis, institutionibus deuinctus, non modo à flagitijs alienus, sed ab omni suspitione integer purusque conferuetur. Quam dissimilis verò remissi negligentisque pastoris, ac sibi indulgentis ratio ac forma sit, vos ipsi videtis. Nulla in eius clero ferè disciplina, nulla populi institutio, nulla ecclesiarum instauratio, omnia denique, quae vndique praecleara episcopali cura splendere deberent, in situ & squalore propè iacent. His tam diuersis studijs, Patres, tantum abest, ut qui accenso studio ad optima quaeque ferebatur, eius industria & sollicitudo vehementius inflammetur, ut aliquando pene restinguatur: sicque sancta illa aemulatio, quae tantoperè nobis episcopis expetenda est, & valet plurimum ad omnem disciplinæ propagationem, nulla sit. Accedit etiam aliud incommodum, idque maximum; quod perspecta hac dissimili pastorum cura, populi episcopi vigilantis dioecesi subiecti, in obediendo contumaciores & difficiliore fiunt; pastori & patri suo detrahunt; eius beneficia saepe iniquius insectantur; monita non audiunt; & ut est hominum genus proclive ad quaerendas excusationes in peccatis, alterius remissione & nimia indulgentia abutuntur ad contumaciae suae & culpae omnis patrocinium. Tanta igitur dàna ac detrimenta rei christianae importari perspicimus ex illo dissimili spiritu, quem in pastoribus vnum, vno charitatis vinculo coniunctum, vnoque sollicitudinis studio incitatum Christus Dominus esse voluit. Ad hoc nos Episcopos is instruit, cum apostolis in vnum conuocatis, legationem praedicationis Euangelicae, & aegritudinum curationem hodierno euangelio committit, & certas eis vniuersis regulas apostolici illius muneris praescribit. Quam obrem persuasum iam habeamus, Reuerendissimi Patres, non mediocrem vtilitatem huius prouincialis Concilij Quinti tractatione nos prouinciae nostrae Deo in primis iuuante allaturos esse, si certam rationem, exploratamque viam plane iam nunc tandem inierimus, ut coniunctissimis animis, concordissima voluntate, pari studio, equali zelo, tanquam vno pastoralis episcopali que spiritu omnes in eam perpetuam curam incumbamus, ut praescriptas & nobis, & clero, & populo, prouinciaque nostrae leges, instituta, disciplinamque omnem exequamur. At tu Domine Deus omnipotens, qui iussisti seniores septuaginta de populo à Moysè conuocari ad ostium tabernaculi tederis illisque eodem loco commorantibus adesse, atque vnum eundemque spiritum largiri dignatus es; qui apostolis tuis in vno loco congregatis spiritum sanctum tuum misisti, eorum mentes illuminasti, corda usque adeo accendisti, ut incredibili ardore inflammati, cum se diuinæ praedicationis legatos agnoscerent, vno ardentissimo studio, ipsi dem apostolicae disciplinae institutis, toto terrarum orbe illa legatione tam admirabiliter perfuncti sint: nobis hodie nomine tuo in vnum conuocatis adesto quaesumus: mentes nostras diuini tui luminis splendore illustra, bonitate foue, sapientia rege, moderare; atque effice, ut nos vno consilio, ipsi dem vigilantiae officijs, ipsi dem monitis, ipsi dem exemplis, legationis nostrae etiam munera atque officia exequamur, & ita salutariter exequamur, ut tandem nos, & fideles prouinciae nostrae, vnum in te effecti, sempiterna illa gloria in te vno Deo perfruamur. Amen.

Num. 11.

Actor. 2.

CON-

CONCILIUM  
PROVINCIALE  
MEDIOLANENSE VI.

Quod

CAROLVS S. R. E. CARDINALIS  
TITVLI S. PRAEEDIS  
ARCHIEPISCOPVS

Habuit an. à Chr. nat. M. D. LXXXII.  
Gregorio XIII. Pont.

CARO-

CAROLVS  
S. R. E. PRESB. CARDINALIS  
TIT. S. PRAXEDIS.

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA  
Archiepiscopus S. Eccl. Med.

Universis Prouincia Med. fidelibus salutem in Domino.

**H**ABVIMVS superiore anno, vt scitis, sextam Episcoporum Prouincia nostrae Synodum: in qua nihil praetermittendum curauimus, quod a nobis pro nostro Episcopali officio, quo vestrum omnium saluti omni ratione seruire in Domino debemus, esset expectandum. Inter alia autem quae vestrae spiritualis utilitatis causa acta sunt, nonnulla quoque ex instituto sunt decreta, quibus morum, christianaeque disciplinae restitutionem, iam multis ante annis inchoatam, prosecuti sumus. Pauca sunt ista quidem: sed vestrum est eò diligentius, maioriq; sanctae obedientiae studio ea amplecti, tenere, vsuq; obseruare. Videte clerici, videte fideles omnes, vestrum in ijs exequendis officium, quae Sacerdotes Pastoresq; vobis gregi suo, vt Apostolus praecipit, attendentes, ad animarum vestrarum salutem praebent. Caueat vnusquisque diligenter, ne, quod ad se attinet, vigiliae, curae, & labores, quibus diuina ope sustentati, vestra causa exercemur, frustra suscepti videantur: quod quidem in die Domini, & probro, & crimini grauissimo illi daretur. Efficiate potius prompto animo & voluntate, tum rei ipsius effectu praestando, vt hoc etiam nomine in dies magis ac magis studia nostra excitentur, quibus animarum vestrarum salutem tota mente, omniq; charitatis ardore in Christo curandam suscepimus: quod vt consequi possitis, vberimas vobis diuinæ gratiae opes precamur. Dat. Mediolani 6. Cal. Maij. 1583.

**I**NDICENDI Concilij prouincialis ratio formulaq; edicto concepta, in prouincia Mediolanensi vsque ad id temporis seruata est, quo primum in synodo prouinciali IV. ad vsum decreto reuocatus est vetus ille canone Toletano olim introductus indictionis synodalis mos, vt quae scilicet synodus deinceps futura esset, eius constitutus dies denunciaretur indiceretq; in synodo, quae illam ordine sequentem proximè antecederet. Atque haec quidem ratio Mediolani ad consuetudinem reuocata, ita ex decreto prouinciali adhibita est, vt Concilij prouincialis futuri dies ita in sessione praecedentis concilij vltima indictus, & in Calendarium eius anni, in quem illius celebritas caderet, loco suo relatus, de more etiam in basilica Metropolitana die Epiphaniarum denunciaretur certis conceptis verbis. Quorum etiam formula grandiusculis literis exarata, duobus mensibus ante constitutam Concilij sexti diem loco edicti ecclesiarum cathedralium valuis affixa est, vt infra.

Concilium Prouinciale Mediolanense sextum, per Illustrissimum & Reuerendissimum D. D. Archiepiscopum decreto edito & promulgato indictum & conuocatum, hoc anno 1582. die 10. mensis Maij Deo auxiliante in Metropolitana Ecclesia de more inchoabitur & celebrabitur.

Ex Cancellaria Archiepiscopali, die 6. Martij 1582.

CON.

CONSTITVTIONES  
ET DECRETA  
PROVINCIALIS SYNODI  
MEDIOLANENSIS VI.

In nomine sanctae & Individuae Trinitatis, Patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen.

**N**OS CAROLVS S. R. E. Tit. Sanctae Praxedis Presbyter Cardinalis, Dei & sedis Apostolicae gratia Archiepiscopus Mediolani, ad Dei omnipotentis, Beataeque Mariae semper Virginis, ac Sancti Ambrosij Confessoris, & beatorum Martyrum Protasij & Geruasij, patronorum nostrorum laudem, hac pro Christianae morum disciplina conformatione, qua Clerum Populumque fidei nostrae concreditum, praevalere totis in Christo visceribus expetimus, de consilio & assensu Reuerendissimorum DD. Coepiscoporum nostrorum, in Concilio Prouinciali Mediolanensi Sexto decernimus, statuimus ac sancimus.

Quae ad fidem tuendam pertinent.

Prou. 1. tit. de profess. fidei. pag. 1.

**D**E commercio haereticorum quam diligentissime cauendo, nos pro nostri officij munere superioribus Concilijs Decreta aliqua confecimus, atque edidimus: quibus etiam ex Sanctissimi D. N. Gregorij Papae XII. iussione & praescripto, haec, quod diligentior porro cautio in eo genere adhibeatur, adiungenda censuimus.

**Q**uo excipiendi qui ex haereticorum locis in prouinciam veniunt.

**O**PTANDVM est, omniq; pastorali studio atque officio id valde curandū, vt quae haereticorum labe infectum esse constat, nemini vnquam quicunque sit, impune permittatur ex haereticorum eorum nomine suspectorum finibus ac regionibus finitimis ad prouincia huius loca venire: Verum si quandoque aliter accidit, vbi ei rei alia ratione occurrere non possit, haec saltem caueantur atque plane seruentur.

Ne cuiquam, quem ex ijs locis proficiscetem haereticum esse certum sit, hospitium diuersoriumque praebere liceat, praeterquam in caupona publica, vel in domicilio sui procuratoris, si quem fortasse ipse habet.

Is vero qui praebuerit, illius aduentum habitationemque Episcopo, Inquisitoriue, aut Parocho, si in Diocesim venerit, confestim denunciaret.

At Ecclesiasticus homo, quicumque sit, ne eum villo modo excipiat.

Neque rursus illum in Ecclesia ingredi permittum sit, nisi sacrae concionis tempore.

**N**EMINI ad haereticorum fines, locaue, ne discendae etiam mercaturae causa, mittere filios liceat, qui annum saltem vigesimum quintum non agant.

**P**rou. 3. quae ad fidei tuendam studium pertinet. pag. 89. §. profecturus.

**N**E cuiquam item, vt alio Concilio cautum est, ad haereticorum loca proficisci liceat, nisi primum ab Episcopo aut Inquisitore eius rei facultate impetrarit. Atque haec quidem facultas ne cuiquam permittatur deturue, nisi a Parocho testimonium scriptum attulerit, se more catholico vixisse, sanctaque sacramenta frequentasse; hac praeterea adiecta conditione, vt si cui facultas permittitur diutius illic comorandi, is quotannis semel saltem inde redeat, vt & confiteatur, & sanctissimam Eucharistiam sumat; aut testimonij literas mittat, quibus legitime testatum fiat, se confessum constituto tempore sacram Eucharistiam sumpsisse, catholicaque fidei congruenter vixisse.

**Q**ui vero propè haereticorum loca habitant, ijs a Parocho eam facultatem dari licebit ad breue sane tempus: ita tamen, vt cum is exiguum illud breuis morae spatium certum proficiscenti praescribat; tum illam praeterea conditionem, ne die festo illic opus faciat, nec verò mercaturam villo modo exercent, aliaue agat quae sacro festo die agi, fieri, exerceri prohibita est. Immo festo eo saltem die domum omnino redeat, & Missae, Vesperis, Doctrinaeque Christianae scholis intersit.

**N**ec verò cuiquam fas sit, patrimonium, bonaque sua vendere, alienareue, vt in haereticorum loca migret, ibique domicilium constituat.

**S**i quis in huius rei suspicionem venerit, contra eum agatur ad Canonum Pontificiarumque sanctionum praescriptum.

**B**IBLIOPOLAE, quiq; impressoria faciunt, ne qua aggredi volunt artem prius exercent, quae iurati, fidei professionem Episcopo conceptis formulae statuta Pontificiae verbis praestiterint.

**N**e liber vel exiguus, quamuis superiorum concessu alia saepe editus, sine facultate iterum impetrata typis in vulgus emittatur, imprimaturue.

**M**oris olim fuit, vitandae gloriae ostentationis causa, libros aliquando alterius nomine etiam assumulato euulgari: sed quoniam haec tempora, quibus impressoria editio aditus esse potest ad nefaria quaeque profeminanda, diligentiore cautionem requirunt; interdictum esse volumus, mentito fictoque alterius auctoris

ris nomine, libros, volumina, literas, scripturae cuiusvis generis argumentinae, de quibus in indice seu Concilio Tridentino cauetur, euulgari, edi, typis imprimi, nisi consensu illius cuius nomine edentur, & Episcopi permisso.

Alioquin in delinquentem animaduertatur pro grauitate criminis, arbitrio eiusdem Episcopi. GRAVIS illa sanctio, qua summus Pont. Gregorius XIII. Iudaorum blasphemias & flagitios obuiari voluit, in omni nostra Prouincia, praesertim ubi Iudaeos habitare permillum est, quotannis non semel atque iterum, sed etiam saepe numero, pro vt Episcopus opus esse censuerit, de more promulgetur. Atque ob eam causam Concilio huic sexto in fine illam adiungi statuimus.

Qua ad concionatorem pertinent.

Prou. i. tit. de praedic. verbi Dei. pag. 2.

CONCIONATOR in Vrbe ne sine scripta Episcopi facultate pecuniae collectam inter concionandum proponat, faciatur; neque itidem in dioecesi, sine Vicarij Foranei licentia. Liceat tamen concionatoribus Regularibus in eorum ecclesijs, absque facultate illis tradita ab Episcopo, siue eius Vicario, sua Monasteria Populo commendare.

Nec vero eleemosinae causa concionatori seipsum commendare liceat: ab alijs tamen pijs honestisq. hominibus eius causa de Episcopi licentia conquiri & colligi verum non sit.

Ne in Monasterijs quidem, & locis ubi Regulares spiritualem temporalemq. Iurisdictionem habent, quisquam Ecclesiasticus homo etiam Regularis ex episcopi praedicationis munus obeat, nisi primum ab Episcopo probatus, intra cuius Dioecesis fines ea monasteria locatae sunt: Regulares vero a suis superioribus approbati, ac de eorum licentia in ecclesijs suorum ordinum praedicaturi, antequam praedicare incipiant, coram Episcopo personaliter cum ipsa licentia se praesentent, ab eo benedictionem accepturi; sine qua benedictione, aut Episcopo contradicente, praedicare non praesumant. Si quis contra fecerit, ei poenae, & censurae constitutae sint, contra alios sancitae.

De Cultu Sanctorum.

Prou. i. tit. de sacr. imag. pag. 4. & de Sact. reliq. pag. 5.

AEQVISSIMUM est, cum rationeque pietatis coniunctum, sanctorum patronorum vniuscuiusque ciuitatis Prouinciae huius sacris imaginibus Ecclesiam Metropolitanam splendescere, cum eorum etiam intercessionem patrociniumque ibi diuinis officijs & litanijs implorari moris sit. Quamobrem id cum in primis ad religionis cultum, tum ad eiusdem Ecclesiae ornatum splendoremque praestetur.

NE sine Episcopi consensu facultateque literis consignata, extra Dioecesim sacras reliquias aspor-

tari, nec vero quae etiam aliunde allatae sunt, intra dioecesis quoque fines ab vna Ecclesia eiusdem Rectore etiam de consensu Capituli alteri Ecclesiae donari, minus vero cuiquam Ecclesiastico aut laico homini eorum particulam aliquam priuatim concedi, tradi, donariue liceat, proposita excommunicationis poenae, quam subeat, tum is qui dederit concesseritque, tum ille, qui acceperit, vel asportarit, etiam Ecclesiae suae nomine. Idque omne quod de reliquijs neque dandis neque transferendis hoc Decreto alijs praecipuum est, vt Regulares etiam atque exempti seruent, eos in Domino monemus.

De diebus Festis.

Prou. i. tit. de Fest. dierum cultu. pag. 6.

DEI munere beneficioque cum Ecclesia Mediolanensis praedicatione Sanctissimi Apostoli Barnabae primum fidei mysterijs imbura, tum alia pleraque huius Prouinciae Ciuitates Euangelij lumine illustratae, causam omnem festi illius diei praecipue colendi habent. Quamobrem dies eius Natalis, qui est tertio Idus Iunij, vt de more aliorum dierum festorum, qui a Clero populoque ex praecipuo coluntur, pie & religiosè sanctificetur, Episcopus curet, ubi in sua Dioecesi non colatur, sanctificetur.

Quo religiosius in vnaquaque vicinia tam vrbis quam Dioecesis dies festi colantur, & sanctificantur. Episcopus certum librum constituat, in quem a Cancellario, cum omnes singuliq. dies festi parochiales, alijque, qui vbiq. in vicinia aliqua vel vrbis vel Dioecesis vniuersè sigillatim aguntur, tum reliqui etiam dies rectè atque ordine referantur, quibus indulgentiae, iubilei, alteriusque celebritatis causa ad Ecclesias concursus esse solet. Quo libro deprauati praeterea mores, abususque notentur, si qui illis celebritatibus esse in ijs ipsis vicinijs solent. Atque ijs quidem diebus describendis, Episcopus ad cognitionem certam parochos singulos adhibeat; quorum etiam officium sit; si quae noua in dies indulgentia Ecclesijs suis accesserit, si quae uel alia celebritas causauit denudò inciderit, quamobrem populi concursus in parochiali vicinia ad aliquam Ecclesiam fiat, de ea Episcopus certiore facere, vt illa quaecumque sit, in eundem librum referatur.

Porro eum ipsam librum accuratè exscriptum, notatis mensibus, & diebus, quibus praecipue illarum celebritates singulis in vicinijs locis aguntur, Episcopus ad te in singulos menses afferri iubeat; vt cum vniuscuiusque regionis, atque adeo pagi loci celebritate certo die agi perspexerit, de illius sanctificatione cultuque literas etiam pastorales opportunè scribat, tum aliam praeterea omnem diligentiam eo nomine adhibeat. Et vero ijs literis officijsque Populus clerusque monitus, usque adeo parochorum studijs etiam adiuuetur; vt & vitae sancti, quem praecipua ueneratione colit, exempla ad

ta, qua prohibet ne reliquiae transferantur sine Sedis Apostolicae auctoritate.

Dies Festus S. Barnabae in tota Prou. celebrandus.

Reliqui dies festi in librum referendi.

ad imitandum, & Episcopi monita paterna, & decreta quoque prouincialia dioeclesianaque, eo de genere ad exequendum sibi planè proponat; sicque a morum corruptelis, quas praua consuetudo introduxit, in festorum dierum sanctificatione abstineat.

Vigiliae quae in diem festum sanctorum cadunt non uiolandae.

SI quando dies festus sancti sanctique, cuius celebras a Clero Populoque colitur, in diem vigiliae ieiunijque incidit, quod ex praecipuo Ecclesiae seruatur; ne fideles ob festi diei solemnitatem quam agunt, (id quod a plerisque committitur ad nos delatum est) ieiunium villo modo violent, sed vt instituti ratio, Ecclesiaeque matris praecipio postulat, rectè pieque colant. Quare Episcopus, si quid istiusmodi in sua Dioecesi patrari committitur animaduertit; huic graui peccato & offensionem, omni pastoralis officij sui ratione occurrere quam diligentissime studeat.

De indulgentijs orationis causa concessis.

Quo vberiores ex orationis instituto fructus existunt, eo sapientius ad illius exercitationem fideles cohortandi sunt.

Officiu igitur Parochi sit, quod magis illos proposito spiritali dono alliciat, crebro cum occasio tulerit, indulgentiam euulgare ijs concessam, qui orationi quadraginta horarum ordinariae aut extraordinariae Episcopi iussu exposita vacauerint.

Hoc officium vt is praestet, indulgentiae literas vna cum hoc Concilio in fine edi volumus.

Idem praestet de Indulgentia iis data, qui in oratione quae dicitur sine intermissione versabuntur.

Idque ex literis Pontificijs, infra huius Concilij vltima parte eo nomine editis.

Idipsum praeterea saepenumero agat de indulgentia fidelibus data, qui vbi vbi fuerint, in eleuatione Corporis Domini orauerint.

Cuius etiam Indulgentiae literarum monimenta infra eo nomine impressa sunt.

De Parocho, & Parochijs.

Parochi aegrotantis cura quo ad corpus adque spectet. Prouin. 2. tit. 2. decr. 15. pag. 67

DE cura Parocho aegrotanti praestanda in ijs quae ad salutem animae pertinent, iam pridem in altero Concilio prouinciali constitutum est.

Et quoniam charitatis officium est, rationem etiam haberi curationis corporis; hoc Decreto itidem statuimus, vt cum Parochiae alicuius sacerdos in febrim morbumque incidit (si praesertim suorum neminem habet cuius opera adiuuante subleuetur) propinquior Parochus nullum a se officium desiderari patiat, quod ad eius valetudinem rectè curandam necessarium fuerit.

Atque in primis Vicariu foraneu, si Parochus aegrotus in Dioecesi est; si in Vrbe, Episcopus de eius aegrotatione certiore faciat.

Quo vberiores ex Concilij Tridentini praescripto Parochias nouas institui erigiu liceat; Episcopus etiam in Parochijs quae Regularium quouis modo sunt, illas constituat, certa fructuum portione attributa ad praescriptum Constitutionis Pij Quinti Pontificis.

Parochiae nouae ubi opus est ab episcopo instituendae. Sess. 21. decr. de refor. c. 4.

Vid. prou. 1. p. 2. de sacr. adm. pag. 6. §. Quae parochiales.

ET canonum ratio, & disciplina ecclesiastica id maxime postulat, vt ad Ecclesiam parochialem fideles frequentissime conueniant: id quod ab Episcopis accuratè eos moneri aecumenica synodus Tridentina pie salutariterque decreuit.

Fideles in parochialem ecclesiam saepe conueniant. Sess. 24. decr. de refor. cap. 4.

Eius Decreti auctoritate, vt pro eo quod debemus, planè obtemperemus, in vsuque Prouinciae nostrae inducamus, quod benè agendi rationibus vsuique optimè consultu esse animaduertimus; Literas monitionis eo de genere infra explicatas hoc Prouinciali Concilio sexto edimus, quas in omni parochiali totius Prouinciae nostrae Ecclesia certis festis diebus, quos pro sua Dioecesis ratione Episcopus praestituerit, de more promulgari decernimus: quod diligentius Parochiales admoniti, cum officij religiosi partes facile intellexerint, quas suae quae Ecclesiae parochiali debent, incitata quadam voluntatis propensione exequantur, quod de sacrosancti illius Concilij sententia eos salutariter & quae sapientissime monitos esse volumus.

Id vero non hac nostra solum Prouinciali cohortatione monitioneque contenti, prouinciae nostrae Episcopi praestandum curent; sed omnia alia praecipua pastoralis curae ratione, quam eius rei vsui accommodatorem potioremq. esse censuerint.

Porro monitionis huius nostrae literas, quod facilius planiusque Populus intelligat, indeque partes officij sui non solum cognoscat, sed rectè exequatur; eas in vulgarem etiam sermonem totas de verbo ad verbum conuerti, vel summam vulgariter explicari, & ita fidelibus enunciari iisdem curent, prout Dioecesis suae rationibus magis expedire viderint.

Formula literarum monitionis de conueniendae ad parochialem ecclesiam.

Formula literarum monitionis de conueniendae ad parochialem ecclesiam.

Primo enim hoc iussum est, vt Dominicis festisque diebus Parochi antequam Missam celebrent, Plebem interrogent, an alterius Parochiae fidelis adsit, qui proprio contempto Presbytero, ibi Missam audire velit; quem si inuenierint statim inde ei ciant, & in Parochialem suam Ecclesiam ad Missam audiendam redire compellant.

Deinde illud planè vetitum fuit, alienae Parochiae fidelem a Parocho ad Missam non recipi, nisi in itinere fuerit, & placitum ibi habuerit. Cuius veteris disciplinae restituenda in vsuque, reuocanda desiderio flagrans olim summus Pontifex Urbanus VI. eo de genere Apostolica sanctione diligentissime cauit; & nuper sacra Tridentina Synodus aecumenica ab Episcopis

Formula literarum monitionis de conueniendae ad parochialem ecclesiam.

vt supra.

Cc fide-

Constitutio Greg. xiiij. de Iudaeor. blasphemijs & flagitijs edita Calc. Iun. 1582 publicanda.

Vid. Constit. Grego. xiiij. 15. Febr. 1583. edi



fideles non solum hoc moneri voluit, ut frequenter ad proprias parochiales Ecclesias saltem Dominicis diebus festisque maioribus accedant; sed illud etiam diligenter ostendit, unumquemque teneri, ubi commodè fieri potest, Parochia sua interesse ad audiendum verbum Dei; ac proinde id præterea statuit, à Parochis animarum Curatoribus inter Missarum solemnias aliquid exiis quæ in Missa leguntur, exponi, & Sanctissimi illius sacrificij mysterium aliquod explanari; plebes sibi commissas salutaribus verbis pasci, easdemque doceri, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem; in lege Domini erudiri, & sacra eloquia illis explanari; tum in unaquaque Ecclesia parochiali pueros fidei rudimentis instrui.

His igitur eiusdem Tridentinae Synodi decretis, & veteri salutari exemplo adducti, cum Populi Urbis, Diocesis, Prouinciæ, Mediolanen. nostræ, rebus ad salutem necessarijs instructum, per bona opera ad præmium sempiternum perducere summopere in Domino cupiamus: hac nostra monitione eos vniuersos & singulos cohortamur, ac per viscera misericordiae Iesu Christi obsecramus atque obtestamur; ut quamuis in suis vicinijs, oppidis, & suburbij, oratoria, Cappellas, aliasue Ecclesias habeant, ubi sanctis. Missæ sacrificio interesse possint; frequenter tamè Dominicis saltem alijsque solemnibus festis diebus ad suam quique Parochialem Ecclesiam conueniant: ubi à Parocho cui eorum cura commissa est, verbo Dei pascantur, fidei Christianæ rudimentis, alijsque, animarum salutis necessarijs præceptis erudiantur, ad sanctissima Sacramenta religiosius percipienda instruuntur, ad eorundemque frequentem usum, ut illa sacra Synodus optat, paternis eius cohortationibus in dies magis inflammentur: tum ab eodem item audiant, qui dies festi, si qui in hebdomadam inciderint, colendi; quæ vigilia ieiunianè seruanda sint: discant ab ipso item, quæ Christianæ pietatis officia in illis religiosè colendis præstari oporteat; ac quæ præterea supplicationes, processiones, aut stationes, orationes, Indulgentiæ, Iubilea indicantur; quæ matrimoniorum denunciations fiant; quæ item pro ratione temporum admonitu iussuue Episcopali ad diligentiorum eorum institutionem promulgentur.

His atque ad eò alijs fructibus, qui ex paternis Parochi vel in cohortando vel in monendo officijs existunt, eos carere continget, qui ad Missam ijs diebus in suam parochialem Ecclesiam non conueniunt.

Immo verò quòd hoc audiendæ illis diebus Missæ Parochialis munus à fidelibus minùs diligenter præstatur, & à quibusdam planè negligitur, multa incommoda inde existunt.

Hinc in plerisque sæpè fidei articuloꝝ, & Dei, sanctæque Matris Ecclesiæ præceptorum, quæ ad salutem consequendam christianum hominem nosse oportet, imperitia; festoꝝ dierum cultus neglectus, debita christianæ pietatis opera non exculta, non cognita Christiana familia-

rum institutio, languescens Sacerdotum Parochorum omne officium, eorum aliquis contemptus; sanctissimorum institutorum, & sacrorum Canonum violatus usus; hinc denique in Ecclesijs Parochialibus, quæ à maioribus tanto pietatis studio edificatæ sunt, instaurandis, ornandis, fartis tectisque habendis cura multis ex partibus neglecta, in illis, nulla aut penè exigua Ecclesiastica ad diuina officia obeunda necessaria supellex.

His tot tantisque malis atque incommodis vnusquisque occurrere studeat, id diligenter exequendo, quod sanctorum Patrum suadet auctoritas, quod Tridentina synodus moneri iubet, quod ex illius iussu nos de vniuscuiusque vestrum salute solliciti, paternis vocibus cohortamur & monemus in Domino.

Nec verò quæquæ aliquod, quod vel ex parochialis Ecclesiæ aliqua distantia, vel ex pluuia, frigore, æstu, temporumque vicissitudine existit incommodum, ab hoc officio deterreat: immo verò ad illud diligentius exequendum, prout in Domino confidimus, se quisque eorum accendat necesse est; qui salutis suæ memores, huius rei grauitatem, eorum quæ commemorata sunt ratione perpendent; quique aliquando secum animo reputabunt, non solum parochialem Ecclesiam sibi datam esse, in qua primùm baptismo suscepto Christo Domino renati, alijs sacramentis aluntur ad perpetuam salutem; sed Parochum etiam sacerdotem sibi loco patris esse debere, quem diligant, colant, atque obseruent; hoc sibi proponentes, illum pro fidelibus sibi commissis apud Deum internum ac deprecatorum esse, diuinæ legis interpretem, dispensatorem mysteriorum Dei, Christianæ uitæ & morum disciplinæ magistrum, a quo omne petant piè rectèque, agendi consilium, ac denique ministrum omnium ferè, quæ ad salutem eis necessaria sunt.

Huic aut nostræ monitioni, et si oēs pro præcipua suæ salutis cura audiētes esse debēt; in primis tamē patres familias, tutores, curatores, ludimagistros, ceterosque aliorum moderationi curationiue præfectos cohortamur, diuinamque contestatione admonemus: ut de sua, et aliorum quorum curam gerūt, salute solliciti, primùm ipsi hæc paterna monita amplectantur, tum illos etiā crebris cohortationibus ad illa exequenda inflamment; idque curēt, ut non solum Missæ & diuinorum officiorum tempore illi in parochialem Ecclesiam conueniant; verum etiam ut institutas in ea doctrinæ christianæ scholas statis illis diebus frequentent.

CVM Ecclesiæ alicuius parochialis eiusque Parochialis ecclesiæ eiusque; rectoris necessitati Episcopus primitiarum decimarumque assignatione, aut Parochialiū symbolis collectiue prouidendum esse ex Decreto Tridentino censuerit; ad id præstandum illos ex eiusdem Tridentini & Prouincialis decreti præscripto compellat, propositis arbitratu suo pœnis, & censuris, atque etiam interdicto generali, præsertim ubi ipsi Parochiales id præstare promiserint sponderintue.

Quò

**Liber Parochialis offic. eden dus.** **QVO** instructiores in suis officijs Parochi sint, ob eamque rem diligentiores; cura Metropolitanani sit, ut quemadmodum canone Toletano inscribitur, officiorum parochialium liber conficiatur atque emittatur ad communem Parochorum prouincialium usum.

De Sacramentalibus.

Prou. 1. par. 2. tit. quæ ad sacr. admin. pag. 6.

Indumenta & vasa sacra à quo benedicenda.

Prou. 2. tit. 2. decr. 20.

Tabernaculum sanctissimæ Eucharistiæ benedicendum.

Aspersio aquæ benedictæ in sabbato sancto aut vig. Natiu. Domini.

Regulares olea sacra in Cathedrali accipiant.

Compatri nomina in libro notanda.

Dies baptismi quo à fidelibus colendus.

**NE** quis Episcopo inferior, vestes, indumenta, vasaue ad Missæ sacrificium diuinorumque officiorum cultum, aut ad altaris ornatum parata, sine sedis Apolliticæ facultate benedicat; nisi si alicui de iure talia benedicendi facultas competeret.

Quæ autem ab Episcopo, aliouè auctoritatem habente benedicta non sunt, ut alio Concilio cautum est, stata solemniter benedicantur.

**SACRA** prece ex formula libri Pontificalis tabernaculum etiam ligneum in quo sanctissima Eucharistia recondatur, ante benedicatur, quæ ad illius recodendæ usum adhibeatur.

**QVÆ** benedictæ, qua vel Sabbato sancto, vel in Vigilia sacri Diei Natalis Domini, vel alio tempore pro locorum consuetudine ædes parochialium hominum aspergi solent, aspersio cum plena mysteriorum est, tum propria Parochorum.

Quamobrem stato tempore ne alius Sacerdos quam proprius Parochus illas aspergat, aliouè ab eo constitutus; neuè item Sabbato sancto ante ille aspergat, quam benedictio solemnium fontium celebrata sit.

Aspergendo autem precibus ritè vtatur Parochus ad præscriptum libri ritualis.

Illud autem in hoc aspergionis munere caueat omnino, ut ne signo quidem aliquo, ac nutu, ne dum verbis, eo sanctæ aspergionis nomine quidquam petat exigatue.

**MONACHI** Regularesuè cuiusuis ordinis etiam exempti, non aliunde, sed ab Ecclesia Cathedrali intrâ cuius Diocesis fines habitât, olea sacra sumant.

Si secus fecerint, arbitrio Episcopi in cuius Diocesi manent, puniantur.

De Baptismo.

Prou. 1. par. 2. tit. eod. pag. 7.

**ERVVM**, qui domi, aut in Ecclesia tanquam compatries ad Baptismum adhibiti sunt, nomina in libro Baptizatorum Parochus notet: ne impedimentum matrimonij contrahendi ignoretur.

**RELIGIOSI** instituti olim fuit, diem Baptismi quotannis à fidelibus piè celebrari; id quod sanctus Gregorius Nazianzenus aliquando ostendit.

Quæ sanè institutio cum ad pietatis Christianæ cultum piamque, morum disciplinam nõ pa-

rum adiumenti in primis adiutrice Dei gratia afferre possit: eam in usum reuocari vehementer in Domino cupimus.

Itaque Parochus & confessorius prout occasio tulerit, cohortationis officio in id incumbant, ut fidelium quorum curam gerunt, vnusquisque quo die baptizatus est, quotannis ardentiori prece, elemosina si per facultates potest, omnique charitatis opere atque officio, spiritalisque gaudij celebritate recolat, memor se chyrographo damnationis delero, hereditatis celestis participem in Christo Domino factum esse.

Quæ in cogitatione, cum semper alias, fereque in singulos dies, ut beatus Chryostomus monet, tum eo potissimum die sanctè sese excitet ad præclaram illam sponsonem & christianam professionem, quam in sacro lauacro per sponsores solemniter edidit. *Repete*, inquit sanctissimus pater noster Ambrosius, *quid interrogatus sis; recognosce, quid responderis. Renunciasti Diabolo & operibus eius; Mundo, & luxuriæ eius, ac voluptatibus; Memor esto sermonis tui, & nunquam tibi excidat tue series cautionis.*

Parentum cura sit, diem ob eam causam notare, quo eorum filius Christo renatus est: ideoque Parochus cum baptizauerit, moneat etiam, ut id ab illis fiat, præter scriptionem quam ipse eo de genere in codicem statum parochialem referre debet.

Baptismi verò dies, qui solemniter illa abrenunciationis sponsonem professionemque, insignis est, ad omnem pietatis exercitationem usumque, non pompis sæculi, non conuiuiorum apparatus, non luxu, non operibus tenebrarum, cum dies lucis sit, celebretur; sed sanctæ charitatis erga Deum ergaque proximum officijs.

**GRAVISSIMO** suffocationis infantum, qui nondum ætatis suæ annum expleuerunt, periculo vt occurreretur, pena excommunicationis quam mulier in eo genere delinquens ipso facto subiret, in Concilio Prouinciali IIII. sancita est.

Verum cum aliquando causæ & difficultates incidant, ob quas non omnino præstari potest quod salutariter cautum est; ideo hoc Prouinciali Decreto eam cautionem adhibere nobis visum est, vt pro conscientia suæ religionis, Episcopus in grauioribus causis dispensare, dispensandi que aut habilitandi facultatem eo in genere Vicarijs Foraneis delegare possit, alijsque item Ecclesiasticis hominibus prudentia & rerum usu præditis.

Quòd si quis, quicumque sit, etiam præter nutriceam & matrem, non adhibita illa cautione, neque dispensatione impetrata, infantem contra præscriptum in lecto tenuerit, aut matrem nutriceam id facere coegerit, aut impederit quominus eo decreto præscripta cautio adhiberetur; is eadem pena irretitus sit, quæ illo Decreto mulieri in eo genere delinquenti constituta est.

Moderatio decreti de suffocatione infantum

par. 2. tit. de bancia p. 135.

Quae ad sanctissima Eucharistia Sacramentum pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. cod. pag. 3.

PASCHAE tempore à suo cuique Parocho proprio sanctam Eucharistia ministrari, Ecclesiae institutum ac praecipuum est. Quamobrem is si quem parochialem habet, qui ex morbo laborans, aliaue necessitate vere impeditus, non potest sacro Paschae tempore ad Ecclesiam conuenire, ubi sanctissimam communionem cum ceteris fidelibus percipiat; ad illum (etiam si paucis ante diebus perceperit) ipse illo Paschali tempore de more deferat. Parochus hortetur & curet, ut unusquisque paterfamilias, praesertim dato campanae Parochialis signo, quo sacrae Eucharistiae ad aegrum deferenda significatio fit, sine mora in Ecclesiam Parochialem conueniat, vel alium de familia digniorem mittat, ad illam cerei candelae lumine prosequendam. Si quando autem is qui paterfamilias est, per necessarium occupationem non potest, saltem certum aliquem hominem, vel filium natum matrem, vel denique famulum aliumue mittat, qui id pietatis officium praestet. Atque eam ob causam domi etiam omnis paterfamilias perpetuo funale cereum, aut candelam unam, pluresue habeat, quae ad id pietatis opus officiumque vsui sint.

Quae ad penitentiae Sacramentum pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. cod. pag. 10.

Quina à confessionibus audiendis amouendi. EPISCOPVS à confessionibus audiendis suspendat, aut omnino amoueat confessarios etiam regulares iam approbatos, quos pro suae timoratae conscientiae religione viderit in eo munere non ita sincere, integreque, & cum edificatione se gerere, quemadmodum & tanti ministerij illis commissi sanctitas postulat, & animarum salus deposcit, quae suae fidei concreditae sunt. SALVTARITER ex doctrina spiritus sancti cautum est, Christi fideles de peccatis confiteri debere, quotiescunque rem actionemue aliquam aggrediuntur, in qua praesens mortis periculum pertimescendum sit. Quamobrem Parochus curet atque efficiat, ut praeter id quod Pij Quinti constitutione, decretoque prouinciali de aegrotante sancitum est, si quis etiam parochialis eo profecturus est, ubi sit, aut pestis, aut haeresis, aut ubi nullam confessarij copiam habere possit, aut ad bellum iturus sit, aut pugnam inurus, aut iter infestum nauigationemque periculosam facturus; antequam viam nauigationem se committat,

Prou. 1. vtsup.

peccata confiteatur. Idem officium praestet de mulieribus proximè parituris.

ID praeterea cohortetur, ut quis nauigationem, iter longum, negotiumue periculosum suscipiturus, religiosè etiam sumat sacrosanctae Eucharistiae sacramentum: & mulier item proximè paritura frequentius. Moneat quoque saepenumero cohorteturque, ut quoties quis rem arduam & difficilem, etiam in qua nullum mortis periculum extrimescendum sit, aggredietur; primò confessus, itidem faciat: ut tanto Sacramento corroboratus, spe erectiori fiat rei bene gerendae. Cum autem vel ab itineris, vel à nauigationis, vel à belli, alteriusue rei periculo, aut à negotij (vtrumque successit) cura difficili bene iuuante Deo liber erit; hoc eum hortetur ite, ut quamprimum pie confessus, Deo gratias agat huius sacramenti sumptione; in qua praecipua quaedam ratio inest, qua Deo pro immensis in nos collatis beneficijs aliquam gratiam referamus.

Communio ite sumenda.

EPISCOPI cura praeter ceteras illa etiam praecipua esse debet, ut quantum in se est, fideles peccatorum laqueis implicitos à turpissima peccandi occasione sollicitudinis Episcopalis studio atque officio reuocet, animarumque vulneribus remedia opportuna adhibeat. Ineunte igitur in primis quadragesima quam diligentissime inuestigabit, si qui vel in Vrbe vel in Dioecesi sunt, qui opera carnis sectantes turpiter viuunt; si qui item odia & inimicitias exercent; si qui alij denique qui in aliqua peccandi consuetudine vsuque iaceant: si quos porro eiusmodi ille compererit, omni ratione atque officio illos ad id inducat, ut à via quae ducit ad interitum sine mora se abducentes, iter salutis omnino vereque suscipiant.

Epi officium cum ijs qui in peccati occasione peccauerant.

Quamobrem eos ipsos, ut pro facti ratione magis expedire iudicabit, vel priuatim ad se accersat, atque adeo instet quemadmodum ait Apostolus, opportune, importune, arguat, obsecret, increpet cum omni patientia; vel seueriori quoque disciplina in eos agat omni iure omni que officio, ad sacrorum canonum sanctionumque pontificiarum praescriptum. Nec verò antequam ipse perspexerit, istos ab ea male agendi via recessisse, peccandi que occasionem ac publicas offensiones praecidisse, permittat (etiam si qui testimonium confessarij afferant) ne in paschali quidem celebritate sacram communionem eis ministrari: quin immo illam tamdiu differri iubeat, quoad eorum veram vitae emendationem Episcopus cognouerit; immò verò contra eos, qui (quam salutaria monita spernentes, in offendiculis persterant, neque flagitiosam vitam deserunt) à sanctissimae Eucharistiae sumptione reijciuntur, agat Episcopus, agnè iubeat, ut in Concilio Prouinciali secundo agi contra illos sancitum est, qui Paschae

Tit. 1. decr. 13. pag. 63.

Paschae tempore Eucharistiae sacramentum non sumpserint; si verò in contumacia perseverauerint, in eos praeterea seuerius prout iuris est, animaduertat.

Tabella excommunicatorum in sacristia affigenda.

IVBEAT Episcopus in omni Sacristia certo conspicuo loco tabellam affigi, in qua eorum qui interdicti aut excommunicationis vinculo irretiti sunt, nomina & cognomina rectè descripta in omnium conspectu sint; ut & si quandoque fortasse praesentes sint, à Diuinis officijs Ecclesiaeque eijciantur; & si contra Concilij Prouincialis Decretum in ea censura perstiterint, in singulos menses ad eiusdem praescriptum de more denuncientur. Illorum praeterea singulorum nomina, & censurae item qua affecti sunt genus, octo post diebus quam interdicti excommunicatiue sunt, ad Regulares quoque mittantur; ut cum istis ipsi etiam agant ad praescriptum constitutionis, quam summus Pontifex Bonifacius VII. eo de genere edidit. Quod si contra fecerint, poenas subibunt ea ipsa constitutione sancitas.

Interpretatio decreti de recitandis fidei capitibus. Prou. 5. tit. quae ad doctr. Christianam. §. Primò omnib. pag. 211

QVO faciliorem executionem habeat Decretum in Concilio Prouinciali V. editum, de quatuor praecipuis illis doctrinae Christianae capitibus confessario ante confessionem à penitente recitandis; nos decernimus & declaramus, Episcopi iudicio & prudentiae hoc permillum esse, ut certis confessarijs quibus concedendum esse ipse censuerit, concedat, detque facultatem, qua illam fidei rudimentorum recitationem eo Prouinciali Concilio decretam ac praescriptam possint penitentibus aliquando remittere, quos certò sciunt illa capita rectè nosse, & ijs maximè quibus poenitentiae sacramentum frequentius ministrabunt.

Confessarij nemine absoluant sine epi auctoritate.

At verò illud Confessarius caueat, ne eius recitationis munus illis condonet, quos certò non scierit fidei rudimenta memoriter tenere ac rectè nosse. Verum cum illis qui ea ignorant, agat ad praescriptum eiusdem Concilij quinti. QVOD superioribus Concilij ex sanctae sedis Apostolicae Decreto confessarijs sacerdotibus etiam Regularibus vetitum est, ne poenitentem quemquam ex priuilegiarum quae ipsis Regularibus aut confratribus data sunt vi auctoritateque absoluant: idem ijs interdictum est, etiam Indulgentiarum literis, quae Ecclesijs concessae sunt. Ne in monasterijs quidem & locis ubi regulares spiritualem temporalemque iurisdictionem habent, quisquam Sacerdos etiam Regularis & exemptus confessiones audiat; nisi primum ab Episcopo, intra cuius Dioecesis fines ea monasteria locauit sunt, ad id probatus fuerit.

De visitatione infirmorum.

Bulla edita die 30. Dec. 1580.

SANCTISSIMVS Pontifex Gregorius XII. ut salutarem aliquam aegrotis medi-

cinam afferret, certis Apostolicis suis literis Episcopis huius Prouinciae auctoritate dedit, Indulgentiae agris concedenda, quos vel ipsi, vel eorum nomine alij visitauerint. Quae literae ut omnibus nota sint, proindeque aegroti salutare medicamentum contriti & confessi capiant ex Visitatione Episcopali, illae à Parocho, prout vsu venerit, studiosè accurate euulgentur.

Quae ad ordinis Sacramentum pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. cod. pag. 12.

NE quis patrimonij ab alio cuiusvis conditionis homine assignati, aut promissionis titulo, quae certa cautione de re omni victui necessaria suppeditanda facta sit, sacris ordinibus maioribus initietur; nisi praeter ceteras praescriptas cautiones, illud etiam publico instrumento caueatur, ea certa adiecta clausula, ut vterque, & qui patrimonium assignat, & cui assignat, iureiurando affirmet, id patrimonium vere possideri obtinerique, ac nihil praeterea inesse doli & fraudis, nullumque esse eo nomine contractum initum, nullumque promissum factum; nec verò in posterum se aliquid acturos facturum esse, quominus clericus qui initianus est, assignato patrimonio verè reque ipsa utatur, fruatur: proindeque si quid contra actum gestum, factumue erit, id omne irritum, rescissum, atque planè ipso iure nullum, nulliusque roboris esse velle. si quid autem contra actum erit, ei praeterea qui sacris initiatus est poena sit, ut statim ipso facto Episcopi arbitrio ab ordinibus quos susceperit munere functioneque suspensus sit, nec alijs maioribus ordinibus adscribi possit. Verum ne qui patrimonium assignat, aliquo timore deterreatur, quominus illud vel assignet, aut cautionem victus qui Clerico satis sit praestet; sed quò magis ad id ipsum excitetur: statuimus, patrimonium eo nomine assignatum, cautionemque item ita esse vsui annecti, ut qui initiatus est, illud patrimonium aut cautionem alienare vel remittere nullo modo possit, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sit adeptus, vel aliunde habeat unde viuere possit: sed nec delinquendo amittere; vsque adeo, ut ne grauis quidem criminis quod ille admiserit causa praescribi, nec fisco applicari queat: sed ad eum qui assignauit, donauit, cauitorumque, & ad eius haeredes, aut ad alios qui ab intestato clerico initiato succederet, ipso iure redeat.

Quae ad capitula pertinent.

Prou. 1. par. 2. De ijs qui dignit. &c. pag. 27.

QVOD Concilio Prouinciali Secundo sancitum est, ut qui Ecclesiastici beneficij possessionem adipiscuntur, eiusdem beneficij titulum etiam non moniti mensis spatio ordinario suo ostendant; hoc Decreto constituimus, pag. 70. Canonicos etiam tam Cathedralium quam

Canonici beneficii titulum exhibeant. Tit. 3. decr. 1.

Collegiatarum Ecclesiarum comprehendere, in quibus iure legitimo præbendarum optiones fiunt; ita vt à die adeptæ possessionis, optionis instrumentum in Cancellaria Episcopali intrâ præscriptum temporis spatium exhibere debeant omnino; alioquin cõtra eos pœna eodem decreto contra beneficia obtinentes sancita, ac alijs arbitrato ordinarij agatur.

Capituli aucto-  
ritas sede Episcopali vacante

**CAPITVLVM** sede Episcopali vacante Vicarium constituat, confirmet, qui omnino iuris canonici Doctor sit: quod si huiusmodi vir in collegio capitulouè non extat, alium de capitulo, qui quàm maximè potest idoneus sit, deligere poterit.

Eidem Vicarium semel electum mutare ob causam licebit; modò alium octo dierum spatio constituat: alioquin illius eligendi facultas ad Metropolitanũ, aut ad eius antiquiorem suffraganeũ sede Metropolitanã vacante pertinebit. Electione verò in controuersiam aut in dubiũ adducta, is electus censetur, qui à Capituli maiori parte delectus fuerit.

Ne verò æconomus ceteriue officiales semel electi à Capitulo murentur, nisi ea electio etiã viuente Episcopo ad Capitulum pertineat. Vicario autem alijsue officialibus absentibus, substitutorum electio ad Vicarium non ad Capitulum spectet.

Cum Vicarius, alijsue ex officialibus à suo munere amouendus erit, fas sit Capitulo Vicariũ ipsum officialesue ad reddendam rationẽ administrati muneris compellere; eosq. pro modo culpæ etiam non expectato nouo Prælato punire: qui nihilominus eandem administrationis rationem quã sede vacante reddiderint exigere possit, atque in eos, quamuis per capitulũ absoluti essent, animaduertere vt iuris erit.

Quæ ad Cleri disciplinam attinent.

Prou. 1. par. 2. tit. de vita & honest. episc. & cle. pag. 15.

Iusuradũ qua  
forma ab Episcopis,  
alijsq. ecclesiasticis  
præstadũ.

**QVOD** ab Episcopis Prælatiue, ob dignitatem qua præcellunt, ex instituto fieri decet, vt manu ad pectus admota si quãdo oportet iusurandum præstent: id sanè vbique & semper ita ritè seruent, nisi causæ grauitas, pro ut iure cautum est, aliter postulat.

Reliqui autẽ Ecclesiastici homines, vt pote clerici inferiorum ordinum, Subdiaconi, Diaconi, & Præbyteri, si iurare necesse habent, id tantis sacris literis agant.

In causis porrò leuibus, vbi opus est, iurent, manu scilicet pectori admota; si modò superior præsens non adest: quo præsentẽ contactis scripturis iusurandum præstent.

Sacerdotes qui  
non celebrant  
sæpè cõcent.

**SACERDOTES** Missæ celebrandæ munere suspensũ impeditiue, frequẽter, & verò præsertim diebus Dominicis ac festis, sacram communionem sumant.

Clerici concubinarij  
quõ puniendi.

**SI** quem cuiusuis ordinis clericum Episcopus concubinam mulieremue eo nomine suspectã habere, aut illius consuetudine commerciouè

vti compererit; in eum pœnis à sacris canonibus vel statutis Ecclesiæ suæ impositis animaduertat. quod si monitus speciali monitione, secundò deliquisse repertus fuerit; tertia pars fructuum prouentuumq. suorum beneficiorũ, qua ipso factò priuatus existit, iuxta Decretũ sacri Tridentini Concilij fabricæ Ecclesiæ aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur.

Sess. 25. decret. de reform. c. 14

Si autem in eodem delicto perseverans, secundæ monitioni non paruerit; omnibus suorum beneficiorum fructibus priuatus prædictis locis similiter applicandis, ab ipsorum etiam administratione eiusdem Episcopi arbitrio suspendatur; & distributiones quoque quotidianas, quas alioquin interessendo diuinis perciperet, amittat.

Et si ita suspensus nihilominus resipuerit; in eum Episcopus pro contumaciæ pertinaci ratione culpæ grauitate, sententiam priuationis omnium beneficiorum proferat, & indignus atque inhabilis ad quæcunque beneficia & officia declaretur: & præter prædictas pœnas, excommunicatione, & alijs ad præscriptum eiusdem Concilij, & pro ipsius Episcopi arbitrio plectatur.

Liberum autem erit Episcopo, monitiones has facere, tum in Visitatione, tum alijs etiam temporibus; inter vnam & aliam monitionem tempus quod sibi videbitur interponendo; procedatq. ex denunciatione, vel ex inquisitione, vel ex officio, vel alio quouis modo: & prædictam executionem nulla exemptio aut appellatio, siue ante siue post definitiuam sententiam vllò casu suspendat.

Hæc eadem, quæ de concubinato, vel alijs impudicitæ sordibus clericorum statuta sunt, seruanda erunt etiam si quis clericus modò cum vna modò cũ alia impudica muliere deliquisse comprehendatur.

De clericis fornicarijs, cum peccatum notorium est.

**QVONIAM** clerici in fornicationem prolapsi, quorum peccatum eiusmodi notoriũ est per sententiam seu per confessionem factam in iure, aut per euidentiam rei quæ tergiuersatione aliqua cõclari non possit: aliquando tamen ante, & sæpenumero post pœnitentiam actam, ordinis quo initiati sunt propriũ munus sine dispensatione obeunt: quippe cũ fortasse non animaduertant, neque Dei offensionem, neque canonicum impedimentũ quo ob tale crimen sese deuinciunt: idcirco clerum cum sapissimè omniq. studio periculi huius Episcopi commonefaciant; tum hoc etiam diligenter curent, vt ij ipsi clerici vsque adeò manifesta concubinatus fornicationisue labe contaminati, pœnitentiam verè peragant; & ordinis sui muneris à quo suspensi sunt, fungendi facultatem dispensationemue ante obtineant, quàm illud ipsi obeant: alioqui meminerint ij, qui in malè agendi consuetudine perseverantes, antequàm pœnitentiam præstiterint, & cuiuscunque vel peccati vel offensionis publicæ occasionem præciderint, ordinis sui functionẽ

mini-

Quæ ad diuina officia pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. cod. pag. 26.

**QVO** die Sanctissimus Pontifex consecrationis coronationisue insignia accepit, pietatis ratio postulat, in eo precationem à clero pro illo piè adhiberi.

Preces p summo pont. in die consecrationis eiusdem.

Quamobrem omnis Sacerdos, quo die Summus Pontifex consecratus coronatusue est, in Missæ sacrificio stata illa oratione, *Deus omnium fidelium*, loco suo in Missali adscripta, pro eo precetur. atque ob eam quidem causam consecratio Pontificia, cum in Calendario anniuersario die suo notetur, tum etiam de more denunciatur; vt reliquis etiam cleris & populus item excitetur ad preces pro illo piè adhibendas.

**SVMMO** Pontifici vniuersalis Ecclesiæ pastori & parenti, si quãdo illũ agrotare cõtigerit, id charitatis officium, prout morbi grauitas tulerit, Episcopus præstari curet; vt ob eam causam in Cathedrali, collegiata, parochialiue vnaqua. Ecclesia, cleris populisq. certa stata hora pro ipso Pontifice oret.

Eodem item agrotã. vel mortuo.

Si quando autem is ex hac vita migrarit, nuncio certo mortis allato id curet; vt cum in omni Ecclesia campanarum sono, vt pro mortuis fit, de more pulsetur; tum in Basilica cathedrali Ecclesijsq. Collegiatis, Missa solemnis & officium pro eo mortuo ritè pièq. celebretur. Sacerdotes verò singuli pro eo defuncto Missam celebrent, aut saltem in ea precentur stata oratione.

**PRO** Episcopo, qui Pater, magister, duxq. cleri & populi est, si quando ex febre aliouè morbo laborans decumbit, omnis debita pietatis ratio deposcit, supplicationem orationemue, & publicè & priuatim sanctè celebrari.

Pro Episcopo agrotante preces faciendæ.

Quamobrem cum occasio tulerit, eius Vicarij officium erit certis diebus illam instituere atque indicare: ita vt cum in vrbis, tum etiam si ægritudo diuturnior erit, in Diœcesis omni Ecclesia tã Collegiata quàm Parochiali, pro Episcopo agrotante à Clero populoq. prece religiosa oretur, & ab vnoquoq. Sacerdote in sacrosancto Missæ sacrificio stata etiam oratio frequenter fiat.

**EPISCOPVS** diuinorum officiorum quibus præsens in Ecclesia adest, initium statis precibus versibusue faciat, orationesq. stas ipse dicat, binis accensis luminibus in eius cõspectum allatis.

Epus diuinorũ offic. quib. interest initium faciat.

Solemnes Missæ, Vesperæ, aliq. diuina officia, quæ ab Episcopo ritu pontificali solemniter celebrantur, quò populus frequentior conueniat, cum in Basilica Cathedrali, tum in Ecclesijs Collegiatis & Parochialibus item Ciuitatis die festo proximè præcedenti denunciatur: eamq. ob causam in Calendarium anniuersarium referantur, vt ordine descripte sunt in Concilio Prouinciali quarto.

Missæ pontif. populo denunciandæ.

Par. 2. tit. quæ ad sanct. Missæ sacrif. & diu. off. §. In sanct. Missa. pag. 152.

Si

ministeriumue Episcopo inuito executi sint, se præterea irregularitatis maculam, quæ à solo summo Pontifice deleri potest, suscipere. Si verò præstata etiam pœnitentia, & peccati offensionisq. publicæ remota præcisq. occasione id ipsum egerint, nulla saltem impetrata ab Episcopo dispensatione, qui eam concedere potest: norint se peccato mortali illigare.

Quæ ad Missam pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. eod. pag. 8.

Cruces in altari adfit.

Quædã de pijs legatis.

**CVRET** Episcopus, vt in vnoquoque altari, in quo Missa celebranda est, crux adfit.

**VT** quæ pia legata ad remedium animæ à fidelibus relicta sunt eo nomine, vt Missæ pro se de defunctis celebrentur, executionem prout pia eorum voluntas deposcit, rectè habeant, id Episcopus quam diligentissimè curet.

Quibus autem in Ecclesijs ob multa variaque defunctorum legata Missas vsque adeò multas celebrari oportet, vt pro ratione singulorũ dierum, quos testamento aliaue vltima voluntate testatores præscriperint, muneri quod eorum pijs voluntatibus debetur, satisfieri non possit; aut eleemosina eo nomine adeò tenuis est, vt non facilè inueniatur, qui velit huic se muneri subijcere: idem Episcopus in synodo Diœcesana re accuratè cognita & perspecta, statuat quidquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderit expedire; ita tamen, vt in singulis Missis quas iure reductionis celebrari contingeret, eorum defunctorum cõmemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ad pios vsus reliquerunt. debita autem cõmemorationi satisfiet per intentionem applicationis Missarũ, per preces in secundo *Memento*; & per collectas faciendas in illis Missis, in quibus collectæ fieri possunt.

Ceterum intelligendum est, fructuosiores esse, magisq. prodesse preces & orationes ab Ecclesia pro defunctis institutas cum applicatione sacrificij, quàm applicationem solam; licet recompensari possit per maiorem deuotionem, vel eius qui dicit Missam, vel eius qui facit dici, vel per intercessionem sancti cuius suffragium in Missa imploratur.

Episcopus de Cappellarum oneribus, deq. Missarum numero fundationis iure aliouè nomine illis adiuncto, ne Concilij Tridentini (quod piarum voluntatum relictis legatis solum prospexit) auctoritate quidquam statuatur; sed eo de genere, quod iure cautum est, id planè seruet atque decernat.

Clericus dum missæ inseruit ne quidquã recitet.

**CLERICVS** qui in Missæ sacrificio ministrat, dũ eã functionẽ obit, ne preces horarias, neue aliud quidquam de libro aliouè officio recitet; sed toto intimæ pietatis studio ad ministerium attentus sit, quod tunc piè religioseque exequi debet.



Si quæ autem Missæ aliaue officia, ob causam quæ extra ordinem inciderit, aliquando pontificali ritu solemniqu. celebranda erunt, Episcopi iussu ijs in tempore significentur, à quibus populo denuncianda sunt.

Libri antiphonarij emendandi.

**LIBRI** qui certis antiphonarum modulationibus olim notati, ex breuiarij nuper editi præscripto nondum emendati sunt, in sua quisque Diocesi Episcopus curet vt quam primùm & accuratè emendentur, atque accommodentur ad breuiarij noui editionem.

Quandiu Eucharistia in sepulcro afferuat ad sit sacerdos.

**FERIA** quinta cœnæ Domini, quò religiosus colatur & custodiatur locus, in quo sanctissimum Christi Domini corpus recòdi solemne est: Episcopus diligenter curet, vt & in Basilica Cathedrali, & in Ecclesijs tam collegiatis quàm parochialibus semper vnus saltem sacerdos, aut sacris initiatus, eo sacro loco tanquam in statione collocatus excubet, atq. euigilet in assidua precatione, sanctaq. meditatione.

#### Quæ ad funera pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. cod. pag. 35.

Parochus anniuerfarij prædecessoris sui diem agat.

**PAROCHVS**, illius qui proximè præcessit parochi, anniuerfaria stato die quo ille obiit, celebratione Missæ parochialis agat. Sin autem pro festi solemniqu. diei ratione tunc agi non licet; alio die proximè antecedente, quo licebit, pro illius animæ salute piè religiosèq. exequatur.

Qua ratione & à quibus efferenda cadauera.

**CLERICVS** mortuus vestitu clericali ecclesiastico, quem ordinis sui ratio deposcit indutus efferatur: diaconali ecclesiasticaq. veste diaconus; sacerdotali sacerdos; clericus superpelliceo tonsuraq. ornatus: itidemq. alij pro ordinis ecclesiastici gradu.

Mortuum quouis etiam generis gradus dignitatisuè nomine illustrem laicum ecclesiastici homines ne efferant: ne item inferioris ordinis clericum, qui in superiori ordine constituti sunt.

At verò subdiaconum subdiaconi, diaconum diaconi, & sic ordine cæteri; nisi necessitas aliquando suadeat, digniores ab inferioris ordinis hominibus efferri.

Episcopum verò mortuum, ij qui in ecclesia cathedrali dignitates obtinent, & canonici sacerdotes, & ij digniores efferant.

Laicum autè laicalis ordinis homines; quod officium etiam qui laici piæ alicui confratriæ adscripti sunt, præstare poterunt.

Lumina, cerei, funalia, intortitiaue in funere ne restinguantur, nisi sacro officio etiam sepultura ritè absoluto atque expleto.

Missæ, cum mortui corpus sepelitur, quando comòdè fieri potest, pro eo piè celebretur: id quod & canonum iure, & sacrorum rituum libris cautum est.

Ne laici, etiam confratres, aut alij societati adscripti, sed ecclesiastici homines, mortuo cuius funus agitur, totum officium sepultura præstent:

ita vt quæ preces quiuè sepeliendi ritus ei ex Ecclesiæ instituto consuetudineuè adhibentur, eorum omnium officium non ipsi laici sed sacerdotes & clerici eo nomine vocati perfectè expleant, quoad illius corpus humatum sepultumue est.

Ne die Dominico & festo qui Ecclesiæ præcepto consuetudine votouè colatur, anniuerfaria agantur: quæ si certo aliquo festo is qui deceffit pro se agi præscripserit; aliò proximè præcedenti die, cum pro officij ratione licet, celebrentur.

Si quando autem die Dominico festouè mortuum efferri in sepulturamq. tradi contigerit; pro eo Missam conuentualem ad præscriptum Romani ritualis celebrari licebit.

In omni Ecclesia Cathedrali & parochiali singulis Dominicis anniuerfaria quæ in hebdomadam proximè sequentem in ea Ecclesia celebranda erunt, fidelibus denuncientur.

Idem de septimo, & trigésimo, & alio eiusmodi officio præstetur. Qua in denunciatione parochus cohortatione illos excitet ad orandum pro mortuis, proposita etiam humanæ vitæ conditione.

**PRO** fidelibus defunctis religiosas Deo preces orationemq. adhibere, officium est salubre illud quidem, sanctum, christianæq. pietatis studio planè dignum.

Quam ob causam summus Pötifex Gregorius XII. Romæ instituit prima hora noctis pro illis in singulos dies piè orari. Cuius exemplo nobis ad imitationem proposito maximoperè excitati, cum iam pridem proximis annis orationem vespertinam quam communem dicimus, pro viuis decreuerimus, hanc alteram pro mortuis iam nunc constituimus.

Itaq. vnusquisq. Prouinciæ Episcopus, pro salutis animarum zelo quo precipuè incensus esse debet, in eam curam incumbat, vt vbiq. locorum in sua Diocesi religiosè celebretur, omniqu. ardentissimo charitatis & precationis spiritu.

Illius horæ pro ratione temporis vel brumalis vel æstiuæ, proq. prudentia sua, sub primam noctis vigiliam ita statuatur, vt iam decreta oratio vespertina nullo modo impediatur.

Præfinit in Vrbe Basilicâ Cathedrali, & certas alias Ecclesias, in quibus stata hora, statoq. campanæ signo significatio huius orationis precationisue fiat.

Vnusquisq. autem fidelis, vbi vbi sit vel domi vel foris, ad memoriam mortis excitatus, primùm paulisper tacitus in mortis suæ quam breui fortalsè obibit meditatione versatus, tñ se accendat ad orationem pro mortuis, quam psalmo, *De profundis*, aut precatione Dominica & salutatione Angelica sapius repetita, intimo religiosi cordis affectu perorabit: vt defunctorum animæ è purgatorij supplicij erepta, Dei misericordia ad sempiterna celestis vitæ præmia perducantur.

Quædam de anniuerfarijs.

Oratio pro defunctis & qua hora.

#### Quæ ad cultum Ecclesiarum pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. cod. pag. 33.

**Parochi præterea**, quò magis atque magis huius pietatis studium exardescat, sæpè accurata cohortatione ad illius studium vsuq. perpetuum parochiales suos inflammare studeant: & quò magis eosdem alliciant, indulgentiam proponant ijs concessam, qui sono campanæ moniti atque excitati ad orationem pro mortuis, piè recitauerint psalmum, *De profundis*, aut orationem Dominicâ salutationemq. Angelicam rer dixerint; cuius indulgentiæ pontificias literas, vt parochi aliquando de scripto euulgent, in sine huius Concilij loco suo impressas extare volumus.

Bulla edita die 10. Apr. 1560.

Corpora mortuorū ante quā horam sepeliri non possint.

**DE LATVM** ad nos est, nonnullas ex eo offensiones oriri, quòd corpora mortuorum, eorumq. præsertim qui repentina morte decefferunt, in sepulturam nimis præpropere, atq. adeò celerius quàm par est, tradantur. Quibus offensionibus vt opportunè occurratur; decernimus ne in posterum corpus aliquod sepeliatur, nisi duodecim saltem horis postquam spiritum exhalauit.

Verum si quem de improviso mors aut morbi alicuius repentina vis occupauit; is ne in sepulcrum inferatur ante vigesimam quartam huiusmodi repentinè euentus horam; nisi secus Episcopo eiuè videbitur cui ipse id curæ dederit.

#### Quæ ad Processiones pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. cod. pag. 34.

**STATI** dies processionum quæ pro gratiarum actione fient, vt antiquis rituum monimentis traditum est, hi sint; Dominicus scilicet dies, vel feria quinta. Si verò pro calamitatibus, peste, bello, fame, alijsq. id generis supplicandum est; processiones publicæ agantur feria quarta, sexta, & Sabbato: quibus processionibus agendis etiam certas Ecclesias, pro Ecclesiæ suæ consuetudine, ac pro populi commissi pietate, Episcopus statuatur libero arbitratu suo.

Bulla edita die 5. Apr. 1580.

Supplicationibus publicis obeundis, fideles suæ quiq. Ecclesiæ parochialis vexillo prælato, vt frequentes ordine procedant, eos parochus sæpenumero, prout occasio tulerit, accuratè moneat; valdeq. accendat dono munerèq. indulgentiæ, quam summus Pötifex Gregorius XIII. pro sua paterna charitate Prouinciæ Mediolanensi concessit: cuius indulgentiæ Pontificias literas in sine huius Concilij texti impressas, ob eam causam frequenter parochialibus suis euulget.

Quò frequentiores item in cõcione sacra, in Missa maiori, Vesperis & Completorio præsentibus ad sint, ijsdem Indulgentiæ literis illos crebro cohortetur & moneat.

#### De bonis & iuribus Ecclesiasticis.

Prou. 1. par. 2. tit. cod. pag. 36.

**QUIBUS** iudicibus auctoritate Concilij Tridentini, & synodi prouincialis primæ sacras cultas data est, qua rerum Ecclesiasticarum locutiones ad longum tempus factas rescindant nullasq. decernant; perpetuas etiam locationes cognoscere, itidemq. rescindere, ac irritas facere ad eiusdem Concilij Tridentini præscriptum, ij ipsi & possint, & debeant.

**QUAMQUAM** de pijs legatis, decimis, primiciis ac primitiis

Instructio pro munditia rerum sacrarum.

**SACRARVM** rerum munditia diuinorum officiorum religioni debita, Ecclesiasticis sanctionibus cum præcepta sit, tum Decretis prouincialibus generatim vniuersèq. renouata est, vt certis regulis editis speciatim diligentius præscripta, pro curæ commissæ officio ab ijs quorum interest in omni Ecclesia seruetur, Metropolitanis cura auctoritateq. eo de genere omni instructio diligenter ordine contextatur, atque ad vsu prouinciæ edatur; quò magis rerum diuinarum cultus, suppellectilisq. Ecclesiasticæ nitore, vndique decorè & religiosè colluceat.

**SI** quæ delicta in Ecclesia committuntur, parochi, intrâ cuius parochiæ limites sita est Ecclesia (etiam si illa regularis sit & exempta) vbi delictum patratum est officium sit, quamprimùm Episcopo Vicariouè literis saltem significare. Idem de eo Parocho, Cappellano, Rectoreuè decernitur, in cuius Ecclesia crimen commissum est.

Parochi delicta in ecclesia commissa epò denunciant.

**QUOD** de velo mulierum non sine multiplici mysterio, & voce Apostolica institutum, & pontificio canone corroboratum, & sanctissimarum sceminarum exemplis vsitatum, ac diuturno vsu retentum, nos Concilio Tertio Prouinciali commonendum, & ab prouinciæ Episcopis omni ratione curandum statuimus; quò diligentius in posterum præstetur, hoc præterea decernimus.

Mulieres nõ velate ad ecclesiã ne accedant.

**TIT. COD. §. GRACIALI** commonendum, & ab prouinciæ Episcopis omni ratione curandum statuimus; quò diligentius in posterum præstetur, hoc præterea decernimus.

Tit. cod. §. Gracialis . pag. 101.

**MULIERES** cuiusuis ordinis, status, & conditionis sint, pena interdicti ab ingressu Ecclesiæ sacrae, velato in Ecclesia capite sint.

Quæ verò non paruerint, postquam ter, aut semel (quæ vnica monitio pro tribus satis sit) etiam generatim monita, in contumacia persistenter, ab Episcopo, prout expedire iudicauerit, puniantur.

**IN** Baptisterij sacello nullum sepulcrum sepulcrum ne construat in sacello baptistice.

Sepulcrum ne construat in sacello baptistice.

Si quod autem baptisterium extra sacellum edificatur, permittitur; ne sepulcrum proximè fiat: sed tam longè, vt ab illius sepimento sepulcrum os distet spatio cubitorum saltem trium, ac præterea concauitas sepulturae ne sepimentum attingat.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

iii.

mitijsq. decreta permulta contra debitores synodis prouincialibus promulgata sunt: nihilominus istorum calliditatibus, rursusq. eorū quibus debentur commodo non adhuc satis consultum ac prouisum est.

Quamobrem Episcopus, vel ipse per se, vel per Vicarios Visitatores suos, etiam in Visitacionis munere de pijs legatis accuratè diligenterq. inquirat; accersitisq. etiam ad se si videbitur, haredibus, alijsue qui ea exequi prestare debent, de illis ipsis decernat: certumq. præterea tēpus quo illi prestent omnino cōstituat. Atque eorum quidem omnium & singulorū qui illa prestare debent, nomina edi, in tabellamq. certam referri iubeat; quæ in vniuscuiusq. Ecclesiæ parochialis sacristia loco conspicuo affixa propositaue sit.

Si quis verò eorum qui in eam tabellam relatus est, ad constitutum tempus legata quæ debet prestare neglexerit prætermiseritue, arbitrio Episcopi puniatur; nisi re ipsa quamprimū legata quæ debet, persoluat.

Id quoque ipsum de illis qui decimas & primitias debent, hoc decreto planè constituimus & sancimus.

De Episcopo, Episcopali iurisdictione, & foro.

Prou. 1. par. 2. tit. de vita & honest. episc. pag. 15. item de iudiciali foro episcopi. pag. 24.

Epus admonitores sibi deligat.

PRO ea qua Episcopus abundare debet præstanti cura, proq. illa perfectionis Episcopalis ratione, ad quam omnes eius rationes referuntur; nihil vel minimum ei præmittendū est, quò munus quod multiplex graueq. gerit, non modò sustinere, sed explere salutariter possit, aliorū etiam subsidijs ad officij sui executionem comparatis.

Quamobrem duos sibi Sacerdotes pietatis zelo flagrantes, spiritualiq. vsu peritos ac prudētes, pro conscientia suæ religione secretò in Ciuitate deligat: quorum Sacerdotum officium in primis sit, Episcopū assidue omni charitate, & humilitate, omniq. debita obseruantia officio priuatim sincerè admonere, quidquid in eo vel desiderari vel opus esse viderint, cum ad omnis disciplinæ, tum verò ad sacri Tridentini nostrorumq. Prouincialium Conciliorum perfectam atque absolutam executionem. Ob eam etiam causam aliquē Prouinciæ Episcopum item deligat, quicum aliquando per literas pastoralis administrationis suæ rationes, consilia, omnemq. Ecclesiæ sibi commissæ benè gerendæ modum familiariter communicet; ita vt hoc subsidio sibi in omni deliberatione atq. actione opem atque adiumentum pareat.

Vicini quoq. Episcopi ad muneris sui functiones rectè progredientis exemplis se in dies ad id excitent; vt vno eodemq. spiritu, pariq. diligentia, immò verò sancta quadā pastoraliq. pæ emulationis contentione, ipse curę suę par-

tes exequatur; cum hæc accensi studij coniunctio, ad constituendam, perpetuoq. communiendam omnem disciplinam permultum intersit. sin autem fratrem Episcopū cuius Diocesis finitima est, aliquid vel in officij pastoralibus partibus, vel in Tridētinis Prouincialibus uè decretis exequendis, vel in alijs officijs pastoralibus aliquid prætermittere animaduertit; cum eo fraternè agat, vt omni vigilantia decretorum munerisq. Episcopalis executionem præstet, quę eorum utriusque præscripta est. Si quando autem ad Episcopum Prouinciæ diuertet, cum eoq. congregietur, illud sibi magnum præcipuumq. negotium propositum sit; vt cum eo Ecclesiæ suæ administrandæ rationes conferat, cōsultationeq. ineat; id quod sanctissimos Episcopos fecisse memoriæ proditum est.

Nec verò has solū rationes ineat, sed etiam longè diligentiores, quò accuratiùs commissæ officia exequatur.

VT autem familiam suam in benè uiuendi regulis atque officijs perpetuò contineat; deligat aliquem ex suis virum prudentem, spiritualiq. viræ studiosum: cui id planè mandet, vt quæ in moribus familiæ emendationem aliquando desiderant, ea quamprimū sibi referat animo simplici ac puro; vt ipse prout opportunum esse viderit, remedium adhibere possit.

At præterea quò diligentius familiæ suæ institutioni consulat; cum fraternam etiam correctionem in ea instituendam curet; tum verò frequentes spiritualium rerum collationes, & alias exercitationes, disciplinæ etiam regulas ex Conciliorum prouincialium decretis præscribat.

Quas regulas in tabella ordine descriptas, ipsi familiæ in conspectu propositas certo loco affigi iubeat.

Cum verò aliquem in ea adscribet, illas eidem proponat, anteaquam in familia illum adscribat.

QUOD Episcopus sanctè iuratus in sua consecratione promissit, se singulis annis visitare limina sanctorum Apostolorum Petri & Pauli; cum longè ab vrbe Roma absit, nec propterea id, personalis residentia munere adstrictus quotannis facile prestare possit, certum saltem nuncium ex iusiurandi præscripto ad vrbem Romam mittat, qui id obedientia officium nomine suo præstet.

Nuncium mittat ad vrbe quontannis.

Is verò quem miserit constitueritue, rectè instructus sit cognitione rerum ad Ecclesiæ suæ statum pertinentium: vt & cleri sui disciplinam, & populi in uia Domini progressionem, & omnis Ecclesiæ Diocesisq. suæ rationes, Pontifici, aut ijs quibus ille mandarit, quam rectissimè exponat.

METROPOLITANVM, si quando febris morbo uè periculosè laborauerit, Decanus Episcopus Prouinciæ, aliq. Episcopi duo Prouinciales qui

Epou officium erga Metropol. ægrotantem.

qui propiùs absunt, de illius inualentudinis periculo à Vicario illius certiores facti, nulla mora interposita inuisant, fraterna charitate confortentur, salutaribusq. consilijs opportunè iuuetur. Si verò illum obire contigerit, eius funus exequialq. itidem solemnè cõmuni ritè concelebrent, ijs omnibus piè recteq. seruatis, quæ hoc de genere constituta sunt; eoq. accuratiùs, quò præstantior est Archiepiscopalis dignitas.

Epus ægrotans si quid agere debeat.

SI quando ex febris aliouè morbo Episcopus laborat, ægrotationis initio, ac deinceps aliquando prout expedire censuerit, Cathedralis Ecclesiæ suæ Capitulum, cum quo de spiritualis sancta q. vitæ officijs ac studijs colloquia salutaria ineat, ad se conuocet.

Quod verò à sanctissimis Episcopis huius Prouinciæ, præsertim Ambrosio, Eusebio Verceilensi, Gaudentio Nouariensi, alijsq. factum esse memoriæ proditum est, id proposito etiam ad imitationem illorum exemplo Episcopus exequatur; vt cum periculosè ægrotans propediem mortem obibat, Cathedralis Ecclesiæ Capitulum cleramq. ante conuocet: cui cum pacem, charitatem, sanctorumq. virtutum disciplinam suadeat, eamq. quali hæreditariam quandam disciplinam relinquat; tum & vniuersè & sigillatim religiosis eorum precibus, sanctis sacrificijs sese que intimè commendat. Episcopus cum ægrotans in lecto iacet, frequentissimè tamen sacra Eucharistia pabulo se salutariter reficiat ac recreet: cui (saltem quamprimū, & cum pro viatico illam sumet, & semper deniq., nisi cum ipse secus iusserit) vniuerso clero & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ prosequente, Archipresbyter, aliusue deferat & ministret, qui secundum Episcopum primariam dignitatem sacerdotalem obtinet.

Epus ad aliam ciuitatem accedens quo excipiendus.

SI quando Episcopus ad actionem solemnem, quæ in alia Prouinciæ Ciuitate locouè celebratur, accedit; itidem excipiatur, vt eum excipi decretum est, cum ad Concilium Prouinciale venit; ac præterea obuiam ei procedat Episcopus, ad cuius Ciuitatem venit.

Eius officij erga ecclesiasticos ægrotantes.

EPISCOPVS, ad quem vniuersi cleri sui cura etiam paterna refertur, zelo charitatis accensus, si quem Ecclesiasticum hominem etiam minoris ordinis intrā alicuius Parochialis viciniae fines ægrotantem audierit, ipse, aut alius eius nomine inuisat, & confortetur paternis & consilijs & officijs. quæ si illi prestare debet; certè multò accuratiùs, atque adeò ardentiori dilectione exequatur erga eos, quos habet Basilicæ suæ Cathedralis ministros, & Parochos in animarum salute procuranda adiutores. Quò verò cumulatiùs id præstet, pro sollicitudinis paternæ zelo id etiam curæ suscipiat; vt cum in stans vrbs regionibus, tum in Diocesis partibus distinctis, præter Parochum vel proprium vel propinquorem, de quo in altero Concilio aliàs cautum est, certos etiam Sacerdotes charitate flagrantes, vitæq. spiritualis moribus & vsu præditos decernat; quorū

Prou. 2. tit. 2. decret. 25. pag. 67.

munus sit, ægrotantibus clericis, cuiuscunq. ordinis sint, præsertim ope destitutis, præcipuam operam, sollicitudinem, & curam nauare, si qua opus esse viderint; cum in primis ad piè sancteq. iuuandam animæ salutem, tum ad corporis benè curandi rationem.

EPISCOPVS qui totis in Christo visceribus egentium curam gerere debet; cum ceterarum rationes ineat, quibus in difficultate annonæ populi sibi commissi egestas subleuetur; tum verò quàm diligentissimè caueat, vt in rei frumentariæ inopia, Ecclesiastici homines frumentum aliudue alimenti genus quod ad subleuandam annonam pertineat, ne supprimant abscondantue.

Eiusdē cura in annonæ caritate.

Ac præterea eos omnes & singulos pænis propositis, omniq. iuris remedio cogat, quidquid frumenti habent, siue proprium siue alienum, in priuatis aut Ecclesiasticis ædibus reconditum, apud Ecclesiasticum hominem (quem si ita expedire censuerit, eo nomine ipse constituat) sine dolo & fraude scripto profiteri; eidemq. frumenti illius omnis numerum & conditionem rectè sincereq. denunciare.

Et verò si quando annonæ grauitas difficultasq. ita tulerit, id omne frumentum venditioni exponi iubeat; ac vendi, quo pretio illius annonæ temporibus in foro frumentario vendi solet.

ÆPENVMERO accidit, de seruitute atque per alienos agros deducendæ, de oryzi intrā certos fines non serendis, atque de alijs eius generis rebus & causis, controuersias litelq. inter homines Ecclesiasticos & laicos excitari.

Quædam de iurisdictione episcopali.

Quamobrem Episcopus, cuius etiam præter cetera munus est, litium occasiones præcidere, & in commune etiam utilitatibus publicis cōsulere; quæ ad Ecclesiastici ordinis homines pertinere ex canonum sanctionibus cognouerit, ea edicto etiam Episcopali, si ita expedire censuerit, a quo iure statuat ac decernat.

Videat tamen antea diligenter, si qua in causa sedes Apostolica consulenda sit: neque verò tunc ea inconsulta quidquam agat delibere.

Quæ ad visitationem pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. eod. pag. 23.

SINGVLIS annis Episcopus ad præscriptū Concilij Tridētini eas Cappellas visitet, quæ hisce etiam conditionibus erectæ institutæue sunt, vt Ordinarius aliusue superior Ecclesiasticus non possit, ne visitacionis quidem correctionis: causa, aut alia quauis ratione id sibi vindicare; vsque adeò vt si contra attentatum erit, nulla irritaq. sit & erectio & eiusmodi voluntas testatoris.

Sefs. 7. de decret. c. 8.

Si verò Cappellarum erectio fundatiouè, ac testatoris voluntas hisce conditionibus præscripta, Sedis Apostolicæ auctoritate comprobata erit;

erit; tunc Ordinarius earum Cappellarum administrationis, visitationis, correctionisue raris nullo modo sibi sumat: nisi fortasse, quibus restator illarum administrationem curationemue reliquerit aut commiserit, eos negligentes esse cognouerit.

Ecclesias præterea equitum ordinis Ierosolymitani is itidem visitet, vt Summi Pontificis Pij Quinti constitutio præscribit.

De Concilio Prouinciali.

Vid. Prou. 4. par. 3. tit. eod. pag. 176.

CONCILII Prouincialis celebritati atque actionibus, vt eius diligentiorum vsuum normamq. in dies teneremus, certas quasdam rationes in Synodo Prouinciali quarta constitui mus: quibus sanè rationibus operæpretium censuimus hæc adiungere, quò magis splendescant illæ actiones, indeq. fructus salutares existant.

Literæ pastorales Metropolitani promulgandæ. ALIQUOT ante Synodi Prouincialis celebritatem diebus, literæ pastorales eo de genere à Metropolitano editæ, cum in omni Prouinciæ Ciuitate, tum in vniuscuiusq. Diocesis locis vbi promulgationem fieri moris est, Episcopo curante rectè promulgentur: quò studiosius fideles excitentur ad precandi studiù, pietatisq. opera; quibus implorata diuina ope, actiones conciliari adiuuentur. Atque ijs quidè literis, si quid Episcopus pro Diocesis suæ rationibus atque vsu addendum cen fuerit, addat licet.

Episcopus ad Conc. prou. veniens quos secum habet. QVOD antiquæ disciplinæ fuit, vt Episcopus iter faciens duos saltem Ecclesiasticos homines, vnum Subdiaconum, alterum Diaconum in comitatu haberet: id pro sanctæ sollicitudinis suæ zelo ipse ad vsuum reuocare curet, cum præsertim ad Concilium veniat.

Idem ad Conc. veniens quò excipiendus. EPISCOPO ad Concilium venienti, Metropolitanæ Ecclesiæ Vicarius generalis, & alij Prælati, Ecclesiasticiq. viri, quos Archiepiscopus delegerit, duo aut tria millia passuum obuiam prodeant.

Vrbem locumue vbi Concilium celebratur mula is vectus, & insigne dignitatis Episcopalis viatorium indutus, decorè ingrediatur: cum ingreditur, sancta charitate, rogatu & concessu Metropolitanam quodammodo impulsus, in via populo benedicere non recuset.

Primò Vrbem locumue Concilij ingressus, ad Basilicam Metropolitanam primariamue accedat: vbi paulisper Deum sanctè precetur. Ad Basilicæ valuas ei obuiam veniant, & qui dignitates obtinent, & Canonici, & Clerici quicunq. illius Basilicæ.

Quòd si fortasse tunc diuinis officijs in choro occupati sunt: duo tamen, quatuorue, qui ex ordine Sacerdotum & Diaconorum digniores sunt, è Choro mittantur; qui Episcopum ingredientem excipiant, & ad altare maius deducant.

Dum atrium limenue ecclesiæ ille ingreditur, eius aduentus & ingressus solemnè campanarum sono, & nisi diuina celebrantur, organo etiam piaq. cantus modulatione excipiat. Inde à Basilica ad Metropolitanum ipse veniat; qui obuiam procedens, fratrem Episcopum omni charitate & osculo pacis benignè excipiat.

Quod Concilio Prouinciali quarto de Missa & oratione Spiritus sancti decretum est, id in posterum ita seruetur; vt à Dominica tertia ante constitutam Concilij diem, vsque ad id tempus quo illius initium fiet, singulis diebus collecta de spiritu sancto in Missæ sacrificio dicatur.

Missæ autem de eodem feria quinta celebretur, & supplicationes item fiant stas diebus ad præscriptum illius Concilij quarti. Vbi autem Concilij initium factum erit, in omni Ecclesia Prouinciæ Cathedrali & Collegiata, statim solemnèq. Missæ quæ pro Concilio dicitur, quinta quæque feria celebretur; alijs autem ferijs collecta pro Concilio à singulis sacerdotibus in Missa piè recitetur.

Cum verò Concilij Prouincialis dies instat, oratio sine intermissione, quæ à clero, & à Regularibus, & à Monialibus religiosè ob eam causam fiat, in Ciuitate instituat.

Idem in tota Diocesi præstetur: ita vt instituta quadam parochiarum regionumue vicissitudine, in primaria Ecclesia clerus populusq. Concilij causa Deum piè oret.

Hæc ipsa omnia & singula de oratione vt præstentur, in sua quisq. Ciuitate & Diocesi Episcopus curet.

VBI primùm operante Domino Concilij Prouincialis initium Decreto ob eam causam promulgato ritè factum erit, tunc hymnus, Te Deum, à Choro cantoribus piè concinatur. Vbi præterea in aliqua sessione constitutiones decretæ noua de more promulgata erunt, Episcoporumq. assensu à Metropolitano cõprobata; tum Chorus concinat etiam hymnum, Te Deum &c.

Singulis festis diebus dum Concilium Prouinciale habetur, solemnè ritu ab aliquo Episcopo Missæ celebretur; cui reliqui Episcopi ordine confidentes intersint; & concio præterea synodalibus actionibus accommodata, ab eodem alioque Episcopo habeatur.

Festo item die dum Concilium habetur, Episcopi frequentes ad Vesperarum diuinum officium conueniant, sacræq. tractationi intersint, quam Metropolitanus vel alius Episcopus habuerit.

Quo tempore Concilium Prouinciale celebratur, clerus populusq. Mediolanensis quò frequentiori pietatis studio prouinciales actiones adiuuet, septem stationales Ecclesias instar Basilicarum vrbis Romæ à Pontifice Gregorio XIII. indulgentiarum dono ornatas, ex certa parochiarum vicissitudine quam Archiepiscopus

oratio ante Concil. prou. diem faciendâ.

Conc. prouinc. initio, & in progressu quæ agenda.

scopus præscriperit, supplicationibus obeat. Dum item Concilium habetur, in hebdomada quotidie, aut saltem tribus ferijs sacræ conationes in Ecclesia Metropolitana primariaue habeantur, quibus explicetur in primis omnis disciplinæ christianæ ratio.

Singulis Concilij diebus, Clerus Ciuitatis in cappella ædium Archiepiscopaliu clericales aliquas studiorum exercitationes ineat ad præscriptum Archiepiscopi.

De Ecclesiastica disciplina certis partibus distincta ordineq. disposita, orationes latinas & frequetes Ecclesiastici homines habeant, quibus ille iusserit.

Disputationum etiam de clericalibus disciplinis studijsq. cursum pœnè assiduum eo tempore teneat; aliaq. eius generis exercitationes habeat ex præscriptis rationibus.

Triduo præterea, stas scilicet illis ferijs congregationis publicæ, in eadem cappella, explicatio disciplinæ clericalis, quæ in certas partes distributa sit, à perito sacerdotem quem Archiepiscopus elegerit, toto Concilij tempore quàm diligentissimè habeatur, adhibeaturq. ob eam rem cohortatio eius generis grauissima: cui cohortationi & explicationi clerus omnis vrbanus interfuit.

Vt autem omnis Episcoporum familia Concilij tempore studiosè vtiliterq. occupata sit; quo tempore congregatio habeatur, & manè & vespere à Theologo Metropolitanæ Ecclesiæ, aut ab alio quem Archiepiscopus delegerit, Psalmi, vel alia sacrarum literarum partes studiosè explicentur. cui explicationi atque interpretationi familiæ Episcopales præsentis attentè adsint.

Quotidie Concilij tempore dimissa Congregatione, Vespere ad cappellam inde Episcopi frequentes veniant ad orationem Vespertinam.

Conc. absoluto quid agendum. CONCILIO ritè absoluto & dimisso, Metropolitanus vnumquenq. Episcopum qui ad se salutandum venerit, discedentem sancto osculo pacis dimittat, eiusq. orationibus & precibus sese intimè commendat.

È Concilio cum ad stationem Episcopalem Episcopus redibit, paulò antè quàm itineri se committat, ad Ecclesiam Metropolitanam primariamue veniat, vbi paulisper oret.

Quædam de te SIBUS synod. SYNODALIVM testium, qui constituto Concilij tempore à Metropolitano in vnaquaq. Prouinciæ Diocesi de more electi pronunciantur, si qui absunt, nomina literis edantur & consignentur; quibus literis ipse Metropolitanus, Episcopo cuius Diocesis causa nominati ac delecti sunt, potestatem faciat adstringendi illos iureiurando, quod certis conceptis verbis ex Decreto Concilij Prouincialis quartum ab ijs præstari oportet.

Id Episcopus vbi è Concilio ad stationem Episcopalem redierit, duorum mensium spatio exequatur: deq. re ea accuratè præstita Metropolitanum per literas eo tantum nomine

scriptas certiore faciat; Testium verò, qui vel Metropolitano in synodo prouinciali, vel Episcopo ex illius auctoritate delegata iusiurandum præstiterunt nomina, à Cancellario fori Episcopalis certo libro eius iussu notentur.

Si quando testis synodalis à Metropolitano in synodo Prouinciali delectus, qui iuratus in aliqua Prouinciæ Diocesi officium illius suscepti muneris gerat, antequàm Concilij proximè futuri dies indicta venerit, diem suum obierit, Episcopi cura sit de illius obitu Metropolitanum certiore facere, qui alium in illius locum eligat; qui ex verborum formula concepta etià iuratus, illius muneris partes in illa Diocesi testis synodalis officio, charitatis zelo, sinceroq. debitæ sollicitudinis studio strenuè in Domino prosequatur.

Episcopus testi synodali ad Concilium Prouinciale venienti viaticum sumptusq. victui necessarios à Clero aliquod ante constitutum Concilij tempus contribui ex synodi Prouincialis quartæ præscripto iubeat; aut alia ratione quam potiore censuerit, pecuniam eonomine necessariam, quæ postea, vt ex illa contributione mutuanti restituatur, quàmprimùm curet; ne viatici difficultate impeditus, vllam veniendi moram interponat, sed ad constitutum tempus in Concilio præsens adesse possit.

Conc. prouinc. decreta vno volumine contextenda, & edenda à Metropolitano. QVONIAM non solum ad huius Prouinciæ commodum, sed ad rectam quandam disciplinæ Concilij Prouincialis decretæ exequentur rationem valde interesse potest, si quæ his ipsis Concilij constituta sancitæ sunt, pro subiecta materiæ ratione certis titulis ordine distincta (cum iam quinque libris, prout quinque itidem eorum Conciliorum celebritas acta est, variè dispersa sint) in vnum volumen colligantur: idèò Metropolitanam cura & auctoritate, vt alia editio omnium vsui accommodatior sit; illa quæ ijs quinque libris continentur, quæq. in hac sexta Synodo sancita sunt, rectè, prout materiæ quæ agitur quæq. tractatur ratio postulat, disposita, (salua tamen vniuscuiusq. constitutionis & Decreti Prouincialis sententia) vno volumine contextantur, atque ita ordine contexta, quàm diligentissimè edantur.

Quæ ad Synodum, & Congregationes Synodales, pertinent.

Vid. Prou. 4. tract. 3. tit. eod. pag. 179.

INDEXES, & examinatores in Synodo Diocesana constituti, etià si quando longius quàm vnius anni spatium Synodi actio differatur, suum munus exequantur.

INDVLGENTIA, cuius etiam literæ in vltima parte huius Concilij editæ sunt, congregationis nomine concessa, singulis mensibus à Sacerdotibus Foraneis ex Decreto Prouinciali

Bulla edita die 10. Apr. 1580.

D d in



in singulos menses euulgetur, quo die Missa illius congregationis celebratur.

Quae ad beneficiorum collationem pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. eod. pag. 14.

IN beneficijs etiam Parochialibus iuris patronatus laicorum simul Ecclesiasticorumq. hominum, illud Episcopus seruet atque exequatur, quod de beneficijs quae iuris patronatus ecclesiastici sunt, Concilij Tridentini decretis cautum est.

Sefs. 24. c. 13. Sefs. 24. c. 18. & Sefs. 25. c. 9. in dec. de reform. mat.

Idipsum quoque praestet, etiam si ex vna parte ad Ecclesiam, & verò ex duabus ad laicum hominem electio spectet.

Episcopus quoque, beneficiorum, quorum institutionis ius collationisue ad quoscunq. exemptos aliosue Episcopo inferiores pertinet, ius patronatus, lites, causas, & controuersias omnes quaecunq. sint, cognoscat & definiat; clericum autem praesentatum qui instituendus erit, ad inferiores institutionis tantum causa remittat: nisi iidem inferiores iurisdictionem ordinariam haberent, cuius vigore de controuersijs super iure patronatus alioqui cognoscere possent.

Beneficia quaecunq. sint, etiam Parochialia, quae per cessionem vacant, Episcopus ne suo, aut cedentis consanguineo, nec verò item suo familiari conferat prouideatur, vt Pij V. Pontificis Apostolica sanctione vetitum est.

Nec verò alicui familiari propinquouè suo ad illius beneficij concursum aditum pateferi permittat. quòd si aliter vnquam factum erit; cum omnis collatio prouisiouè rescissa, irrita, nullaq. sit; tum praeterea illius Pontificiae sanctionis poena eo nomine constituta locum habeant.

Quae ad forum pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. eod. pag. 24.

Oratio ante congregationes recitanda.

STATUTA illa oratio, quam in Synodis de spiritu sancto dici solemne est, illa scilicet cuius initium est, *Adsumus Domine*, ritè sanctèq. vt liber Pontificalis vetus ostendit, congregationis initio recitetur, quae de sanctae Inquisitionis officio, de iudicijs, de sententia causa ferenda habebuntur.

Itidem fiat in omni conuentu vbi de clericalibus examinibus, de electione, institutioneue eius agetur aut deliberabitur, in quem alicuius beneficij ecclesiastici cura administratione conferatur.

Quam ob causam ea oratio rectè in tabula literis consignetur: certoq. congregationum loco affixa, cum vsu venit, in promptu sit, vnà cum alia stata oratione, quam in initio & in fine aliarum actionum congregationumue ex

officio Beatæ Mariæ adhiberi instituti morisq. est.

ÆQUISSIMUM est & canone Concilij Parisiensis traditum, eum qui vicariam Episcopi personam & munus vicarium sustinet, sacris initiatum esse.

Quamobrem curet Episcopus Vicarium generalem sibi constituere, qui praeter caetera quae in Vicarij eiusmodi persona requiruntur, saltem Subdiaconus sit.

QUONIAM saepe fit, vt in causarum controuersijs (id quod vir & sanctitate & iuris scientia celebris Iuo pluribus exponit) inimicitiae orientur, simultates, odia, rixae, caeteraq. id generis, quae maximè fideles cauere debent, valde exercentur; & multa eaque graua crimina inde aliquando consequuntur, ac rursus bona salutariaue opera postponantur, aut negligantur: ideo in foro Ecclesiastico, in quo concordia potissimum, pacilitium transactionibus, atque sedationibus controuersiarum planè consulendum est, Episcopus eam in ea rationem; vt Vicarij aut Iudices fori sui, aut alij Ecclesiastici homines quos ei curae praefecerit, antequàm litis reiuè alicuius iudicium constituatur, studeant omni æquitatis officio paternoq. consilio lites dirimere, controuersias sedare, & transactionibus litigantes reconciliare: atque ad eam rem facilius conficiendam, factum de quo controuertitur, ab ipsis litigantibus, seorsum singulis ad se vocatis, studeant planè intelligere, quantum quidem commodè fieri poterit, etiam remotis vtriusq. partis aduocatis & procuratoribus. sin autem id assequi non poterunt, id saltem curent, vt lites breuius quam in foro laicali moris est, definiantur.

Lites in foro episcopali quae ratione dirimendae.

Locum verò nullum patronis, aduocatis, procuratoribus, caeterisq. litium ministris dent aut relinquunt, qui quæstus forensis auidi atque appetentes, causas praetextunt, calumniasq. adhibent, tum ad causarum transactionem impediendam, tum ad exulcerandos litigantium animos.

Istorum etiam malitiam Episcopus poena priuationis suspensionisue officij postulandi & procurandi in suo foro, alijue poenis suo arbitratu pro sua conscientia coerceat, etiam si ne vlla iudiciali causae cognitione.

Quicumq. in dignitate Ecclesiastica constituti, etiam exempti qui intra fines Diocesis sunt, & reliqui praeterea inferiores Episcopo, ne priuilegiarum, consuetudinisue praetextu, matrimoniorum, & criminum item causas etiam visitando cognoscant; sed Episcopi iurisdictioni iudiciouè relinquunt, ad praescriptum Concilij Tridentini.

Matrim. & criminales causas à solo epo cognoscantur.

Non tamen Abbates, quibus alias legitime talis iurisdictione competit, alijue inferiores (si de immemorabili consuetudine eiusmodi legitime doceant) quominus de his etiam causis cognoscant, prohibeantur.

Sefs. 24. decre. de reform. c. 20.

CONSTITVTIO decretorum & taxarum à Me,

Taxa Metropolitana ab omnibus obseruanda. Bulla edita die 4. Iunii 1580.

Metropolitano confecta, & Apostolicis literis Sacrissimi Domini nostri Gregorij Papæ XIII. confirmata & renouata, quae per iudices Synodales, & conseruatores Regularium exemptorumue quorumcunq. & per Ordinarios etiam in causis delegatis, ac per eorum omnium & singulorum Notarios seruanda, atque ad executionis vsu inducenda est, ab vniuersis, & eorum vnoquoq. cuius interest, seruetur diligenter inuiolateque: ita tamen, vt si quibus in rebus, causis, negotijsue, aliquo statuto aut consuetudine laudabili, nihil vel minus quam ea taxa praescribitur, per Iudices à Synodo deputatos, ac Regularium exemptorumue quorumcunq. conseruatores exigi deberet; consuetudo illa statutumue omnino retineatur, serueturq. ad eiusdem constitutionis praescriptum.

Quam item constitutionem seu taxam iudicibus Synodalibus & Conseruatoribus praescriptam, seruet etiam Ordinarius: nisi quibus in rebus consuetudine, decretis, vel constitutionibus, taxisue Episcopalibus, taxa minor ei seruanda proposita esset, quam omnino seruet.

Si Vicarius, Iudexue ordinarius in causis ordinarijs vel delegatis, aut Conseruator Regularium & exemptorum quorumcunq. suis in causis, aut Iudex in Synodo depuratus pro causis commissarijs, eorumue Notarij aut ministri, quicumq. contra praescriptum sanctionis illius pontificiae quidquam commiserit, deliqueritue; cum eo, quicumq. sit, ad praescriptum eiusdem constitutionis agatur.

Liber dierum utilium.

DIERVUM vtilium librum, quibus à fori sui Ecclesiastici iudicijs ferari liceat, Episcopus conficiendum edendumq. pro fori sui ratione curet.

Cauenda ab episcopo in clericis, qui in foro saeculari examinari permittuntur.

TRIFREQUENTIBUS clericorum cuiuscunq. gradus & ordinis, quos in foro saeculari concessu Episcopi examinari saepe contingit, periculis occurratur; Episcopus, eiusq. Vicarius antequàm eius examinis facultatem concedat, rerum de quibus in eo foro interrogationes quae stionesue instituendae erunt, capita diligenter & matura deliberatione perpendat.

Clericum praeterea de cuius examine agitur, ad se si libuerit, accersat: ac de iisdem rerum capitibus extra iudicium interroget. Illud autem magnoperè caueat, ne dum vnus defendendi causa, quaestiones examenuè de clerico haberi permittit, alteri aliquam vel rei familiaris, vel pecuniae, vel corporis, vel status, honorisue offensionem aut diminutionem afferat: unde cum sepe numero simultates & ceddes existunt; tum clericus etiam aliquando irregularitatis poenam maculamue contrahit.

Quarum rerum si aliquam Episcopus suspitionem ex ijs ipsis capitibus cognouerit, de quibus quaestio instituenda est; nullam clerici examinandi facultatem villo modo permittat.

Vbi verò illam aliquando dandam esse iudicauerit: tunc certis capitibus nominatimq. expli-

catis iudicio suo praescriptam, literisq. comprehensam concedat permittatur. At verò semper clerico à sacerdote iururandū deferri iubeat.

Quae ad Matrimonium pertinent.

Prou. 1. par. 2. tit. eod. pag. 39.

QUOD Concilio Prouinciali quinto cautum est, matrimonium verbis de praesenti sine parochio testibusq. contractum nullum esse, ac ne sponsalium quidem vim roborare habeat: id ita intelligendum est; eos qui ita contracterint, posse tamen Concilij Tridentini conditionibus adhibitis denuò matrimonium contrahere, dummodo intra parochiae fines, & coram Parochio proprio, testibusq. illud contrahatur celebreturue.

Matrim. sine parochio. Par. 3. tit. eod. §. Qui testibus pag. 287.

MATRIMONIUM futurum Parochus antequàm in Ecclesia denunciaret, praeter id, quod ex Concilio Prouinciali quinto perquirere à sponsis debet, illos etiam seorsum moneat; vt videant, ne matrimonio quod inter se contrahere volunt, aliquod impedimentum obstat, quod mox infra explicatum est; neue alia, quae ipse pro suo iudicio & prudentia patefacere exprimereq. debeat.

Perquirenda in sponsis. Titulo eod.

Viderint igitur, an alteri fidem adstrinxerint, aut iureiurando sponderint.

An castitatis religionisue votum ediderint.

An aliquod impedimentum inter eos intercedat cognationis etiam spiritualis aut affinitatis vsque ad gradum iure Tridentinoq. Concilio prohibentur.

Sefs. 24. dec. de refor. matr. c. 2. 3. 4. & 5.

Si verò filij familias sint, hoc Parochus valde cohortetur; vt parentibus in quorum potestate sunt, eum honorem tribuant, vt illis ne inficijs quidem ne dum inuitis rem tanti momenti ineanat.

Id praeterea studiosè paterneq. etiam vtrunq. hortetur; vt singulari quadam animi pietate, & oratione in primis frequentiori, in re tam graui ad Deum confugiat.

Quò in genere, Tobiae adolescentis, cum vxorem duxit, commemorabile exemplum imitationeq. dignum proponat.

MAGNAM in eo diligentiam adhibuimus, vt corruptelam atque adeò peccatum tolleremus, atque radicibus extirparemus, quod passim in Prouincia nostra à sponsis committitur; qui mutua copulatione antea vtuntur, quam matrimonium per verba de praesenti ritè confectum celebratumq. sit.

Sponsi ante celebrat. matrim. coeuntes puniendi. vid. prou. 2. tit. 1. decre. 27.

Verum cum nihil fermè in hoc genere haecenus profecisse animaduertamus; pro officij pastoralis munere, perniciosae isti corruptelae peccatoq. graui nos diligentius accuratiusq. prouidendum & consulendum esse statuimus.

Itaq. Episcopi cura sit, poenis & censuris quas arbitrato suo constituerit, sancire, ne sponsi, priusquam matrimonium in Ecclesia per ver-

ba de praesenti ex ritu celebraverint, non modo simul non habitent; sed ne villo quidem modo mutua consuetudine commercione vtantur.

Concubinarij grauius puniendi.

Sefs. 24. dec. de refor. matrim. c. 8.

**GRAVE** concubinitas crimen est: propterea quod quam ingens in eo funditus conuellendo sollicitudo, & quam longe omnium diligentissima cura Episcopi esse debeat, cum canonum leges, sacriq. oecumenici Concilij Tridentini decreta iubent, tum vero Pij Quinti Pontificis Maximi Apostolica sanctio iam pridem edita perspicue ostendit.

Qua sanctione sanctae obedientiae virtute illud iustum est, vt quae contra concubinarios eiusdem Concilij Tridentini decretis constituta sunt, in ijs ipsis omnino inuioleat. exequendis, Episcopi in sua quisq. Diocesi diligenter sanctaeq. inuigilent: Deo, Romanoq. Pontifici rationem reddituri, si in eo turpi crimine ra-

dicatus extirpando negligenter aut remisse se gesserint. Quamobrem Episcopus nemine etiam postulante aut accusante, ex officio, sine strepitu & forma iudicij, solaq. facti veritate inspecta, contra istiusmodi concubinarios, cuiuscunq. status, ordinis, dignitatisq. illi sint, seuerè agat: proindeq. penis sacrorum canonum iure, sum morum Pontificum constitutionibus, Conciliorumq. auctoritate sancitis, & alijs praeterea etiam pecuniarijs arbitrio suo grauius puniat.

Quos autem ter admonitos in contumacia persistere animaduertit; eos non solum alijs penis, sed excommunicatione etiam ex eodem Decreto Tridentino afficiat.

Peccandi occasiones a pastoribus eripiendae.

**PASTORIBVS** non solum pericula propellenda sunt; sed etiam omnis periculosa peccandi occasio pro pastoralis officij munere eripienda est.

Quamobrem cum quae facile existere possent fornicationes, incestus, & flagitia, vniuersaq. carnis vitia, re alia plane nulla facilius quam fuga, adiutrice in primis diuina gratia superentur: Parochus vt diligentissime poterit, & Episcopus in primis, tum auctoritate sua, tum etiam si opus erit saecularis magistratus ope implorata, id maximopere curet, vt ne cum foemina quocunq. vel arctissime propinquitatis gradu coniuncta mas simul cubet, etiam si ambo puerilitate sunt, ita tamen grandiusculi, vt aliqua inde suspicio, periculum, occasio impuri flagitij committendi existere possit.

Nec verò paupertatis, angustiae habitationis excusationi locus facile relinquatur, quod minus istiusmodi impuritatum occasio omnino praecidatur: cum humi potius, atque adeo sub dio iacere satius esset.

Parochi autem tota hac de re iudicium officiumque intercedat: qui & consilium det, & opem praesentem vt accuratissime potest, tantae impuritatis periculo praestet.

Eam ipsam curam Episcopus & Parochus po-

nant in eripiendis morum corruptelis, flagitijs, peccatis, peccandiue occasionibus, quae grauissima cum Dei offensione existunt ex nocturnis illis excubijs, quae rusticorum concursu, iuuenili turpium verborum licentia, & promiscua marium feminarumq. turba, hyeme in stabulis passim fieri solent.

**OFFENSIONIBVS** & peccatis, quae in cauponis committi solent, pastoralis etiam cura & officio occurrendum est; vt ereptis corruptelis, salutariter consulatur vitae Christianae moribus.

Quaedam de cauponis.

Quamobrem cum Episcopus, cuius officium est in omnium cuiuscunq. generis hominum curam incumbere; tum Parochus etiam, si quas vel cauponas vel tabernas intra parochiam suam fines habet, quam saepissime ijs qui cauponaria tabernatiue exercet, monita proponat, quae infra eorum vitae Christianae, christianisq. moribus praescribuntur ad eorum salutem procurandam.

Primum igitur caupo, non solum familiae suae, sed etiam hospitibus, peregrinis, alijsue quos hospitio exceperit, & verbis, & vitae exemplis, & humanitatis officijs prodesse studeat: ita vt eius familia, quiq. in famulatu ipsius sunt, ceteris pietatis, castitatis modestiaeq. specimen atque indicium dent.

Proinde impudicos homines, eiusue infamiae nota inquinatos, blasphemos, concubinarios eiusue nomine suspectos, aleatores publicosue lusores, & id generis nebulones, qui aduenas atque hospites dolis fallacisq. decipere solent, e familia domoq. sua eiciat: quorum loco in familia famulatuq. pios homines disciplinae Christianae studiosos habeat; qui aduenas ad orationem Vespertinam inuident, quam is domi suae curet nullo vnquam pacto stata hora praetermitti.

In cauponae vestibulo porticuue, & in singulis praeterea cubiculis, sacram imaginem apponere ne omittat: profana autem omnia, ac turpiter obscenaq. inscripta pictaue inde amoueat omnino.

Ne lenones, meretrices, histriones, mimos, & ceteros male conditionis homines, nugatoresue apud se diutius hospitari patiatur.

Religiosos & Ecclesiasticos homines ad se diuertentes, separato si commodè poterit, praesertim a foeminis, hospitio mensaq. excipiat: in honore habeat, nec verbis factisue uiolari patiatur.

Pauperibus item se talem praestet, qualem se praebere christianum hospitem decet.

Haereticos verò, si quos diuertisse animaduertit, illico denunciaret; nec villo pacto feria sexta & Sabbato, alijs item praescriptis diebus, vlli vetitos cibos quouis praetextu praebet.

Mensae initio, ab hospite, vel ab aliquo familiari benedici curet, adhibita in fine etiam gratiarum actione.

Ne virum simul & mulierem cubare sinat, quos

quos suspicetur matrimonio copulatos non esse.

Si quem, dum in caupona versatur, in febrim morbumue incidere contigerit, de eius aegritudine statim parochum certiores faciat; qui illum inuisat, & spiritualia remedia eidem quamprimum adhibeat.

Caupo deniq. Christianus ita in hospitij munere agat, vt aequitate, sinceritate, & charitate vtatur; & per opera iustitiae progrediens, damnationem aeternam fugiat, ac in aeterna tabernacula recipi mereatur.

#### De Disciplina Christiana Militum.

**CHRISTIANORVM** militum disciplina his temporibus eo prolapsa est, vt in multis Dei offensionibus, quae a militum corruptelis existunt, operapretium etiam sit inuigilari Episcopalis monitis.

Vbi igitur militum praesidium constitutum est, illud cum eorum Ducibus Praefectisque Episcopus studiosè paternaq. charitate agat, vt illi in militari statione constituti, pia Christianaeq. vitae institutis congruenter viuant: cum praesertim in militum christianorum laude positum sit, vt pietatem in primis & religionem erga Deum obseruent atque colant.

Quod ergo ad pietatis usum atque officium attinet, id omne maximè curetur.

Vt doctrinae christianae rudimentis milites rectè instituantur.

Vt frequenti sacrae & confessionis & communionis vsu se ad bene viuendum communiunt. Vt quotidie & mane & vespere certa stata hora Deum precantur.

Vt Rosario quotidiano Beatæ Mariæ Virginis, quod militibus bello contra Turcas suscepto olim praescriptum fuit, religiosè vtantur.

Vt singulis diebus mane in statione communi collecti litanias recitent.

Vt in stationis loco sacram imaginem Beatæ Mariæ Virginis, aut Sancti alicuius, quem patronum sibi atque intercessorem in caelis delegerint, ob oculos propositam habeant.

Vt sacerdotem item habeant spiritualis vitae amantem Episcopi iudicio delectum, cuius monitis in militis spiritualis exercitationibus cursum teneant.

Vt in otio militari, a librorum obscenorum, quiq. Christianos viros non decent, lectione abstineant; sed martyrum vitis legendis, in quibus fortitudo ac virtus verè militaris elucet, totos sese occupent, cum per occupationes militares possunt.

Illud verò etiam maximè Episcopus cum militum praefectis valde agat, vt ieiunia & ciborum delectum ex pracepto Ecclesiae seruent; a blasphemijs omnino abstineant, quas radicibus extirpare ille omnino conetur: cum militis Christiani officium proprium sit, etiam sanguinis profusione tueri gloriam Dei, sine cu-

ius ditina ope nihil reliquum militi Christiano est, quod gloriosum esse possit.

Vt à furto rapinisue abstineant; idque plane eis persuadeat, eius generis criminibus perpetuam infamiam inuri militi.

Vt deniq. detractiones, mendacia, ingluuiem, aleam, luxuriam, pompamq. abhorreant: sed omnes virtutum christianarum partes exequantur, quae cum in omni disciplina, tum in re militari splendescunt, vtilitateq. vberimas salutariter afferunt.

Atque ob has quidem causas inter illos pias confratrias instituire Episcopus curet.

#### Quae ad confratrias, plane loca pertinent.

Prou. 1. par. 3. tit. cod. pag. 41.

**VNICVIQ.** confratriae Episcopus sacerdotem constituere studeat, vitae spiritualis vsu peritum, beneq. in sanctis exercitationibus versatum; qui salutaribus consilijs, monitis, documentis, alijsq. officijs, confratres in omnem agendi partem tanquam pater & Dux spiritualis conformet.

Vt multarum controuersiarum dissensionumue, quae in plerisque confratrijs, ex eo quod priorem locum appetunt, multis Prouinciae locis magna cum populi offensione oriuntur, occasio tollatur:

Nos decernimus, eas confratrias, earumq. confratres scholaresue, qui in posterum, locum in publicis processionibus, sumpto de Episcopi aut Sanctae sedis Apostolicae facultate habitu, sibi dari petierint, atque obtinuerint, debere locum digniorem alijs confratribus cedere, qui habitu antiquiores consueuerunt illas supplicationes antea obire; etiam si ipsa tempore antiquiores sint, maioribusq. priuilegijs communita.

Id verò ita decretum in omni confratria seruetur, nisi cum ob causam Episcopo aliter videbitur.

Quae ad sanctae pietatis institutum atque usum salutariter instituta sunt, pastoralis curae est cauere, ne deprauatis moribus corrumpantur.

Quoniam igitur in processionibus, quae a nonnullis confratrijs societatiue noctu fiunt, religiosè quidem illis primum institutis, offensio aliqua inesse potest: idcirco ne illas in posterum noctu agi liceat, nisi & Episcopi concessu, & regulis certis ab eo praescriptis.

Mulieres autem processiones nocturnas obire interdictum omnino sit.

Episcopus non solum vt superioribus concilijs cautum est, locorum piorum administrationis rationibus intersit, sed etiam liberationi illius administrationis.

Quae liberatio ab eorum locorum praefectis solum ne fiat, sed praesente, consentienteue Episcopo, alioqui si secus fieri, rescissa sit planeque nulla, ad Tridentini Concilij praescriptum.

Quaedam de confratrijs.

Quaedam de pijs locis.

Sefs. 22. decre. de refor. c. 9.

Quæ ad moniales pertinent.

Prou. r. par. 3. tit. eod. pag. 43.

**Q**UONIAM superioribus Concilijs provincialibus, non satis quantum rei gravitas deposcit, adhuc monialium periculo consultum ac prouisum est; quod cum ex frequenti ad earum monasteria accessu, tum ex ingressu etiam septorum clausuræ existere potest: idcirco eo de genere hæc addenda censuimus. Ut autem hæc ipsa notoria sint, edicto episcopali duorum mensium spatio, & deinceps quotannis, sermone vulgari frequenter, prout opus erit, populo promulgari, singulisq. præterea monialium Monasterijs earumq. præfectis edicti denunciariuè Episcopus mandet.

**Q**UÆDAM de accessu in monialia. Quædam de accessu & ingressu in monialia. Quædam de accessu & ingressu in monialia. Quædam de accessu & ingressu in monialia.

Sess. 25. dec. de regul. & mon. c. 5.

**N**E quis clericus, laicusuè, cuiuscunq. generis, ordinis, conditionis, sexus, ætatisuè sit, absque Episcopi aut eius Vicarij concessu literis exarato, ad monialium monasteria quouis prætextu causauè, ac ne eo quidem nomine inuisendi alloquendiue puellas tantum quæ ibi educantur, vnquam accedat, propositis pœnis & censuris arbitrio Episcopi.

Ne quis item absque eiusdem Episcopi facultate scripta, intrâ septa Monasterij monialium in posterum ingredi audeat.

Si quis contrafecerit, excommunicationis pœnam ipso facto subeat, ex Concilij Tridentini, Apostolicarumq. sanctionum, quas summi Pontifices Pius Quintus & Gregorius XIII. eo nomine ediderunt, præscripto.

A qua excommunicatione non ab alio nisi à summo Pontifice Romano absolui possit.

Neque in posterum aliquis Ecclesiasticus secularis, regularis, aut laicus, quocunq. gradu, auctoritate, dignitateuè præditus, cuiquam homini Ecclesiastico etiam regulari aut laico facultatem ad Monialium Monasteria accedendi, ne colloquendi quidem gratia cõcedat: nec verò monasterij septa ingrediendi potestatem faciat, quauis consuetudine, statuto, lege, priuilegijsuè, etiam sedis Apostolicæ auctoritate ante Concilij Tridentini promulgationem roboratis & communitis non obstantibus.

Si quis contra commiserit, pœnam excommunicationis ipso facto subeat, aliasq. arbitrio Episcopi.

Abbatissæ, Priorissæ, & aliæ moniales, quæ Ecclesiasticos aut laicos homines quauis causa prætextuè intrâ monasterij septa absque Episcopi concessu literis consignato ingredi permiserint, ipso facto excommunicationis pœnam subeant; à qua è sanctionis Sanctissimi D. N. Gregorij XIII. præscripto, nõ possint nisi à Summo Pontifice absolui, præter alias pœnas eadem constitutione propositas.

Quæ verò moniales absque Episcopi concessu scriptis exarato, quemquam vel marem vel femina, contra quam supra præscriptum est, ad collocutionum, rotarumue loca admiserint, biennio mulctatæ sint suffragio omni.

Si verò iterum in hoc genere deliquerint, arbitrio Episcopi puniantur; tum deinceps si itidem offenderint, excommunicationis etiam pœnam ipso facto subeant.

Præfecta autem monasterij, facultates omnes scriptas quas vnusquisq. exhibuerit, siue de accedendo ad monasteria, siue de ingrediendo illæ sint, accuratè asseruet; Episcopoq. clausuram visitanti, & alias quoties postulabit, exhibeat, ut eas cum libro quod regeftum nuncupatur, conferre possit.

Episcopus autem, cum clausuras monialium, etiam earum quæ regularium curæ iurisdictioniq. subiectæ sunt, visitabit; de clausuræ custodia, & decretorum quæ ad eam rectè tuendam quouis modo pertinent, vñ atque obseruatione, moniales etiam singulas, ut opus esse viderit, diligenter interroget.

Collocutionum loca in monialium monasterijs tam intrinsecus quàm extrinsecus constituta, clauis clausa perpetuò sint: nisi cum ibi quis est collocutionis causa, ex facultate legitima, clauis autem apud præfectam custodiatur.

Ut autem quod de vetito ad monialium monasteria accessu cautum est, certis diebus uerè seruetur; clauis etiam adhibeatur ostio loci exterioris collocutionum in monasterijs: quæ clauis noctu præsertim ab Episcopo committatur Confessario, alijue pio viro arbitrato suo.

Is verò illis diebus ne aperiat, neuè clauem aperiendi tradat, nisi facultatem Episcopi scriptam exhibenti.

Quò autè sanctior huius clausuræ cautio adhibeatur; Episcopus, ubi expedire censuerit, pœsulum uectemue ostijs singulis clausuræ ab exteriori parte claudendum apponi mandet arbitrato suo, clauemq. noctu præsertim ei committat, quem fidum, probum, aptumq. esse iudicarit.

Occasione correctionis, penitentia, seu examinis, in causis etiam criminalibus & grauioribus, monialis è clausura ne educatur, etiam si in aliud monasterium locumue pium conducenda, ne ad breue quidem tempus.

Facultas ingrediendi septa monasterij nulla datur nisi in scripto: neque verò quæ sine scriptis concessa est, cuiquam suffragetur, nisi quædo vnà cum Episcopo is monasterium ingreditur.

Episcopus autem solummodo, at nullo modo Vicarius generalis hanc potestatem faciat, nisi speciatim ei Episcopus auctoritatem delegarit, qua alijs ingrediendi facultatem dare possit: atque Episcopus quidem eam auctoritatem minimè alij demandet, nisi Vicario tantum Generali; ac neque ei item, cum ipse præsens est.

**R**EGULÆ constitutionesue speciatim editæ De penitentibus mulieribus quæ professionem subierint, seruentur; ne in ijs recipiendis consensus duarum partium monialiu requiratur,

Tit. de puellis ad relig. admittent. pag. 46. §. Nec verò.

vt Concilio prouinciali primo sancitum est, ( id quod in alijs solum monialibus locum habere hoc loco declaratur: ) sed maior pars factis sit, etiam in professione emittenda.

Nec verò in earum mulierum domicilijs certus numerus constituatur: nec rursus in iis locum habeat, quod de elemosina loco dotis alimentiuè, eiusq. summa & additione in monialium monasterijs præstari decretum est; sed illud in necessarijs alimenti expensis erogetur: reliquum autem in alias monasterij necessitates, aut in bonorum immobilium emptione arbitrio superioris conuertatur. Ijs mulieribus liceat professionem emittere, ea ætate, eoq. temporis probationis spatio, quibus iure communi licet, aut earum constitutionibus speciatim cautum est.

In earum præterea renunciatione & obligatione, constitutiones earum, & earum superioris, aut ius commune seruetur.

Neque nouitiæ, si quid in anno probationis derint, mulieresuè acceperint, pœnis plectantur, nisi speciatim aliter caueatur.

Mulieres item, quas absoluto probationis anno, non habiles esse neque idoneas ad professionem compertum est, aut si profiteri illæ recusauerint, è monasterijs nisi causis iure permissis ne eiciantur.

Verum Episcopus probationis nouitiatusq. tempus proroget licet.

Nec verò item quæ mulieres habiles non sunt ad officium, velumq. nigrum suscipiendum, etiam si domus illa conuersis opus nõ habeat, contra institutum repellantur.

**Q**UO superiores vtantur facultate ingrediendi in Monasteria.

edita die 23. Decbr. 1581.

**E**PISCOPI & Prælati omnes tam saculares quàm regulares, quibus monasteriorum monialium quouis modo cura concredita est; facultate sibi ex officio data in ea ingrediendi ita demum vtantur, vt scilicet cum necessaria causa vrget ingrediantur, paucosq. comites, & eos quidem seniores ac religiosos homines secum adhibeant: ne pœnas ac censuras Gregorij XIII. Summi Pontificis constitutione ipso facto inflictas subeant; quam constitutionem accuratè seruent.

Quæ generatim ad has constitutiones & decreta pertinent.

**Q**UAE CVNQVE etiam de sacramentorum administratione, Missæ sacrificij celebratione, diuinorumq. officiorum modo & ratio

ne, in hac & superioribus Prouincialibus synodis decreuimus, ea planè omnia & singula ad Metropolitanam etiam ceterasq. quascunq. Ecclesiâs ritu Ambrosiano vtentes pertinere sancimus & declaramus: nisi si quid eiusmodi erit, quod vel per nos, vel deinceps per successores nostros Archiepiscopos nominatim speciatimq. declaretur Ambrosianis ipsis ritibus institutisue expressè aduersari.

Si in his Decretis antè alteram Mediolanensis Prouinciæ Synodum vlla difficultas orta erit, eius declarationem, tum verò præterea omnium quæ eisdem decretis continentur interpretationem & explicationem, nobis vsque ad proximè futuram Prouincialem Synodum reseruamus; salua semper sedis Apostolicæ auctoritate.

Quamcunq. facultatem ex Decretis in hac Prouinciali Synodo Mediolanensi sexta per nos editis habent Episcopi; eam ipsos per suos Vicarios generales, aut per alios quibus concesserint & delegarint, exequi posse volumus; nisi in ijs quæ propriè ad ordinem Episcopale pertineant, aut in quibus Vicarij à sacris canonibus, aut à Concilio Tridentino, vel à nobis expressè exclusi sint.

Vt nemini eorum quæ in hac sexta prouinciali nostra Synodo à nobis decreta sunt, ignorantiam excusare liceat; edicimus, vt ea quo primum die de illis edictum promulgationis Ecclesiæ Metropolitanæ valuis propositum erit, ad duos menses omnes se & his Decretis, & si contrafecerint, pœnis quæ eis continentur, teneri intelligant.

Ab eo etiam affixionis die eorum decretorum temporis initium sumendum decernimus, quibus aliquid intrâ certum tempus præstari iubemus.

Vnusquisque præterea Episcopus ea in proxima Diocæsana Synodo, ad præscriptum sacrorum canonum, & Concilij Tridentini promulgari iubebit; & quò studiosius omnium animis eorum præcepta fixa inhæreant, singulæ etiã cathedrales, & collegiatae, & parochiales Ecclesiæ huius prouinciæ has nostras constitutiones aliquo loco collocatas perpetuò asseruet.

Omnia & singula quæ à nobis in hac sexta Prouinciali Synodo decreta actaq. sunt, qua debemus obedientia ac reuerentia, auctoritati ac iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ omnium Ecclesiarum Matris & magistrae semper emendanda & corrigenda subiicimus.

L A V S D E O.  
Finis Concilij Prouincialis Sexti.

Sub.



Subscriptiones Reuerendiss. DD. Episcoporum, qui Concilio Prouinciali sexto interfuerunt.

Nos CAROLVS S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Praxedis, Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus S. Eccl. Mediol. de consilio & assensu Reuerendiss. Coepiscoporum nostrorum definiens subscripsimus.

Ego Cæsar Episcopus Derthonensis consentiens subscripsi.

Ego Nicolaus Episcopus Cremonen. consentiens subscripsi.

Ego Hieronymus Episcopus Bergomi consentiens subscripsi.

Ego Ioannes Episcopus Brixie consentiens subscripsi.

Ego Fr. Dominicus Episcopus Astens. consentiens subscripsi.

Ego Guarnerius Episcopus Alexandrinus consentiens subscripsi.

Ego Vincentius Episcopus Albensis consentiens subscripsi.

Ego Franciscus Episcopus Intimilien. consentiens subscripsi.

Ego Alexander Episcopus Casalen. consentiens subscripsi.

Ego Vincentius Picaluua Archipresbyter Oppidi Casinarum, Procurator specialis Illust. & Reuerendiss. Episcopi Aquensis, eius nomine interfui, & subscripsi; & omnia & singula in hac sancta sexta Synodo acta, decreta, edita, & promulgata, eius & Ecclesiæ suæ nomine recipio.

Ego Io. Paulus Albergonus Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Nouariæ, Procurator specialis Illust. & Reuerendiss. D. Francisci Episcopi Nouarien. eius nomine interfui, & subscripsi; & omnia ac singula in hac sancta sexta Synodo acta, decreta, edita, & promulgata, eius, & Ecclesiæ suæ nomine recipio.

Ego Paulus Granutius Iur. Vtr. Doct. Prothonotarius Apostolicus, perillust. ac Reuerendiss. D. Io. Francisci Episcopi Vercellen. Sanctissimi D. N. Papæ & sanctæ Sedis Apostolicæ nunc apud Serenissimū Rodulfum Imperatorem Nuncij Vicarius generalis, eiusdemq; in hoc Specialis Procurator, eius nomine interfui, & subscripsi; & omnia ac singula in hac sancta sexta Synodo decreta, acta, edita, & publicata, eius, & Ecclesiæ suæ nomine recipio.

Ego Io. Antonius Iordanus Clericus Saouonen. Illust. ac Reuerendiss. D. Dominici Grimaldi Episcopi Saouonen. hoc tempore Sanctissimi D. N. Papæ apud Auinionem Gubernatoris, ad hoc specialis Procurator, eius nomine subscripsi; & omnia ac singula in sexta Synodo Prouinciali Mediolanen. acta, decreta, edita, & promulgata, eius & Ecclesiæ suæ nomine recipio.

Ego Marcus Antonius Amidanus Presbyter Cremonensis multum Illust. & Reuerendiss. D. Ludouici Tabernæ Laudan. Episcopi, & Nuncij Apostolici ad Sereniss. & Catholicū Hispaniarum Regem Philippū Generalis Vicarius, ac ad id etiam Procurator specialis, eius & Ecclesiæ suæ nomine, omnia & singula in sexta Synodo Prouinciali Mediolanensi acta, & decreta, edita, & promulgata recipio.

## INDICTIO

Futuri Concilij septimi Prouincialis.

CAROLVS S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Praxedis, sanctæ Ecclesiæ Mediolanen. Archiepiscopus &c.

OMNIBVS & singulis Reuerendissimis dominis Episcopis, Derthonen. Aquen. Cremonen. Bergomen. Brixien. Asten. Alexandrino, Nouarien. Vercellen. Alben. Intimilien. Casalen. Laudan. Saouonen. Vigleuanen. Placentino, Albingaumen. alijsq; vniuersis & singulis, qui Synodo Prouinciali Mediolanen. quacunque ratione interesse debent, omnibusq; item Capitulis, & Ecclesiarum Cathedralium Procuratoribus, hoc publico decreto indicimus, significamus, denunciamus, & intimamus proximam sequentem Synodum Prouincialem Mediolanen. septimam, Deo omnipotente auctore, & ad eius laudem, hac eadem in Vrbe, hoc ipso

loco, Anno Domini M. D. LXXXV. Die vigesimo nono mensis Aprilis, qui dies erit feria quinta Dominica tertia post Pascha Resurrectionis D. N. Iesu Christi, inchoandam, & celebrandam esse. Quamobrem eos omnes & singulos Reuerendissimos D. D. Episcopos monemus, Procuratores verò Ecclesiarum Cathedralium inuitamus, vt eo die ad Synodum Prouincialem septimam iuuante Deo Mediolani celebrandam constituto, hic omnino intersint, nisi diem celebrationis ipsius Synodi aliqua ex causa à nobis prorogatum fuisse nostris ad eos datis literis intellexerint. Quòd si ipsorum Reuerendissimorum Episcoporum nostrorum aliquis legitimo tunc detentus erit impedimento, nuncium procuratorem ad se excusandū, atq; ad id impedimentum probandum ad nos mittat; cui etiā facultas ab ipso detur, ea omnia & singula nomine suo & Ecclesiæ suæ recipiendi, qua diuina gratia auxiliante in ipsa Synodo à nobis de consilio & assensu Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorum constituentur decernentur.

# ORATIO

## CAROLI CARDINALIS

### TIT. SANCTÆ PRAXEDIS

#### ET ARCHIEPISCOPI,

Habita in Prouinciali Concilio Sexto.

**D**IVINAE erga nos Misericordiæ munere singulariq; dono, iam Cōcilium prouinciale sextum, Patres sanctissimi, cōcelebramus. Hæc ipsa Concilij prouincialis vox, nobis qui ob eam causam duce Spiritu sancto hic adsumus, rem magnam, grauem, in omnes partes maximè vtilem, salutarem prouinciæ rationibus, atq; adeo omnis ecclesiasticæ disciplinæ vsui instaurationibusq; necessariam significat & planè ostendit.

Hæc quidem actio prouincialis, ab apostolicis vsque temporibus diuinitus instituta, & diuturna ecclesiæ consuetudine in omnes terrarum partes deriuata, sanctionibus Pontificijs corroborata, œcumenicis cōcilijs cōmunita, olim florētissima fuit. Quo factū est, vt ea iam pridem in omni prouincia fructus tulerit & vberimos & maximos. At verò vbi intermissa vel neglecta fuit, quanta & quàm grauiamur damna inde importata sint rei vniuersæ Christianæ, non est cur pluribus explicemus; res ipsa loquitur. Ijs autem detrimentis sacra Tridentina synodus vt tandem occurreret, salutare conciliorum prouincialium institutum renouauit: quod nos ex illius præscripto cum sæpenumero operante Domino adhibuerimus, aliquos illius fructus experiundo cognouimus. Et verò quorsum sanè refertur omnis prouincialium Episcoporum cōuentus? an non ad res quæ non modò sunt vtilis; sed quæ longè omnium grauisimæ? Agitur in eo gloria Dei, agitur salus animarum, agitur institutio cle

ri, agitur disciplina populi, agitur denique spiritualium ægritudinū curatio, nobis qui in Apostolorum locum successimus commissa, vt Euangelio iam modò audiuius.

Est porrò curatio hæc multiplex, & latè prætereà patet. magnum fanè negotiū ac graue, in vnius tantum animæ (pro cuius salute Christus Dominus sanguinem profudit) curam incumbere; multò grauius, plurimos variè languentes sanare; longè grauius, prouinciæ vniuersæ amplissimæ & ærotanti medicamenta opportuna apponere; sed infinitis partibus difficillimū est, morbis qui vnius episcopi studio vix aut ne vix quidē aliquando curari possunt (cū penè insanabiles sint) remedia adhibere: quæ cura maximè ad Prouincialium Episcoporum conuentum, tanquam ad aliquod sapientum medicorum collegium pertinet. At cū *omnis Pontifex ex hominibus assumptus, & ipse circumdatus sit infirmitate*; ægritudinum quoque nostrarum episcopalium curatio, cuius magna ex parte in synodis Prouincialibus ratio habenda est, explicari non omnino potest quàm grauis quàm salutaris item.

Sed est curiam hoc initio orationis nostræ paucis rem complectamur. In conuentu episcopali propositum est nobis studium curationis & nostræ & nostri gregis. Cū igitur concilij huius prouincialis sexti causa hoc sacro loco sumus, vocem illam apostolicam & diuinam, non modò omnes muneris nostri partes significantem, sed nos magnoperè mouentem audiamus: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.*

Quare & vnam & alteram item curationē pro officij nostri munere præstemus. Res duæ sunt, quæ nobis in solemnī hac actione proponuntur; vna prouinciæ ærotantis status; altera diligentissima disquisitio salutarium medicamentorum. Atque de his quidem rebus duabus in præsentī aliquid & breui fanè dicemus.

Primū igitur, Patres Reuerendissimi, spectate quæso vnā mecum prouinciam vniuersam, quasi publicam hospitalem quandam domū amplam, in qua multitudo ingens sit hominum grauius periculoseq; ærotantiū. Proponamus hic nobis ob oculos tam infinitos homines ægrè affectos, quos Christus Dominus ab Apostolis sanari iussit: At eos in prouincia frequentissimos conspiciemus; cū præsertim his temporibus tanta malorum lues in mortalium viscera se se infuderit. En hydropi laborantes; en febri & phrenesi æstuantēs; en dæmonum impetu agitati; en lepra fœda affecti; en paralytici, & permulti claudi; en alij aridi debilesq; en gibbosi plurimi; en muti complures; en lipipientium genus; en & cæcorum & surdorū quàm infinitus numerus; quàm multos alios letargiæ morbus occupauit. O commiserantium & languentiū spectaculum? An hic, Patres, dolor noster supra dolorem? an in nobis cor nostrum mœrens? Quæ (malum) ista hydropisis quasi intus in omnium prouinciæ partium cute inhærescens? superbiæ vitio quàm multi turgescunt? quanta inde morborum pestis? quàm profusus vestium luxus? quàm nouus & inauditus pomparum apparatus? quàm varius barbarico opere ornatus? quàm innumerabilis seruorum grex? quàm effusa denique omnium rerum profluuiēs: quæ tanquàm morbus intercus in omnem prouinciæ partem se se longè lateq; diffudit. At verò quàm latè patet alia hydropisis, in exhausta illa pecuniæ fitis, & *idolorum seruitus auaritia*, & illa malorum omnium radix cupiditas? Ex hoc morbo nefaria quæque existunt. Hinc fœneraticij contractus; hinc mendacia periuriæq; commertijs contrahendis; hinc falsa quæque; hinc adulterinæ & corruptæ merces; hinc doli, fallaciæ, fraudes, & subdola quæque artificia; hinc alienorum bonorum quasi aucupia; hinc iudiciorū iniquitas, iudicum corruptelæ, pupillorum oppressiones, viduarum desolatio, & iniuria

ria denique omnis. Quàm perniciofa sitis, quæ effrenata istorum cupiditas: qui nullos sibi fines concupiscendi præscribunt; vsque adeò vt alios possessio nibus suis, etiam sæpè per iniuriam pellere manibus pedibusq; enixè operam dent. Horreant isti iudicia Dei omnipotentis, voce Isaia conquerentis & comminantis: *Veh vobis, inquit, qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. Nunquid habitatis vos soli in medio terra? in auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum, nisi domus multa deserta fuerint grandes & pulchra, absque habitatore.* Horribilis certè est hæc Dei comminatio: at istorum quàm ardens, Patres, quæ effusa cupiditas? En rursus circumfusa vndique alia hominum multitudo febris multiplici & graui ardore æstuantium. Iuuenes, quibus cupiditatum flammis, quasi summis febrium caloribus, & concupiscentiæ igni nō exardescunt? delictis affluunt, oculos habent plenos adulterij; & flagranti isto ardore concitati, *bibunt quasi aquam iniquitatem omnem*; nihilq; non agunt, nihilq; non attingunt, nihilq; non elaborant, vt malè agant: immò malè agendo gloriantur; & quæ malefacta non patrarint, illa ipsa quasi à se commissa insolenter vbique iactitant: vsque adeò turpiter agere, sibi gloriosum opinantur. Atque præ isto ardore, furore eò etiam præcipites feruntur, vt cum ne sacrorum quidem locorum rationem aliquando habeant; tū verò sanctum matrimoniū, sicut gentes quæ ignorant Deū, ineunt atque suscipiunt, suæq; libidini ita vacant, *sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus.* O rem cōmiseratione dignā. Febilis hic furor non modò iuuenes, & adolescentes, sed pueros, & penè infantes his temporibus aliquo modo inuasit. Quàm isti petulantes? quàm contumaces? quàm effrenati? quàm proiecta audacia præcipites? quàm turbulentī, & domi, & foris? quàm impudenti licentia ad nefaria quæque concitati? nolumus plura præ dolore. Sunt plerique alij, qui tanquam fanatici homines, ethnico more, & ioculari quadam licentia Satanæ astu introducta, laruis induti furiantur & bacchantur, choreas ducunt, tripudia agunt, spectacula profana edunt; atque in alijs istiusmodi actionibus vsque adeò insaniant, vt in tanta peccatorum quæ inde existit colluione, ne culpam quidem agnoscant. Alij porrò non tam phrenesis furore quàm dæmonis æstu agitati, eò præcipites ruunt, vt non modò medicamēta aspernentur; sed medicos & curatores salutis suæ insanabili quodam odio insectentur: & verò (quod detestabile nefandumq; facinus est) violentas manus eorum parentibus sacerdotibus, quos venerari & colere totis in Christo visceribus debent, afferant & iniiciant, eosq; aliquando truculenter impiè scelerateq; contrucidant. At lepra quàm plurimi laborant? isti, & malefactis, & flagitiorum impuritate, & vitiorum exemplis, prouinciam fœdissimè inficiunt. At vos Patres, quos huic prouinciæ speculatores Dominus dedit, rectè cernitis quàm exitiosa sit istorum perditissimorum hominum contagio, & quàm in omnes partes diffusa. Paralyticorum prætereà numerus magnus est: qui præ quadā virtutum torpedine, tanquam in mollitie carnis iacentes, ne desideria quidē rectè agendi concipiunt, ne dum sanctarum actionum officia exequantur. Sed en claudi alij. isti optimè vident, quàm valdè in Christianarum virtutū disciplina progrediendum sit, non longè tamen vti oportet, progrediuntur; immò à recta via quam semel ingressi sunt, ad vitiorū diuertacula profluunt. Alij aridi sunt: qui manu cū debiles sint, in operibus charitatis desunt, nomineq; tantum christiano gaudent. At gibbosi quàm plurimi: qui ad terram proni, humi repentes, non cœlestia sed terrena tantum spectant; & tanquàm filij terræ, animo demisso vt pecudes, ad pastum, ad crapulas & comestationes abiecti, gulæ, ventri, & ganeis dediti, *planè statuerunt oculos declinare in terram: horum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.* Vtque quo graui corde? Ista hominum lues prouinciam nostram latè inquinat. Est etiam infinitus numerus

Hebr. 5.

Act. 20.

1. Tim. 6.

merus mutorum. sunt, qui in diuinis laudibus muti: at in maledictis, blasphemijs, diris, imprecationibus, conuitijs, detractionibus, contumelijs, lingua celeri & exercitata sunt. O detestabilem hominū pestem. Copulandis diffidentium voluntatibus silentio vtuntur: sed lingua tanquam seditionum flabello abutuntur ad discordias disseminandas. Certè lingua eorum ignis, vniuersitas iniquitatis, & *sepulcrum patens est guttur eorum: quorum os maledictione & amaritudine plenum est.* Sed quousque ista hominum lues processit? *Attendi, inquit Dominus, auscultauit, nemo est qui loquatur bonum.* Lippos alios scitis, immo & cæcos quamplurimos. En spectaculum tenebricosum & horribile. Est quædā huius sæculi cæcitas, qua vt tetra nocte circumfusi homines, oculis fidei cum & sempiternam illam cœlestem gloriam, & perpetuos inferni cruciatus, & mortem, & horribilia Dei iudicia proposita habeant, nolunt tamen videre vt bene agant. Permulti item rerum diuinarum atque adeò rudimentorum fidei ignari, veri cæci sunt: qui planè abiecta suæ salutis cura, viam cum ignorent quæ ducit ad vitam, illa imperita cæcitate prolabantur ad sempiternum interitum. Verum plerique alij cæci sunt, qui rerum futurarum quæ sempiternæ sunt, nihil prospiciunt; res autem præsentis, quæ caducæ, quæ fluxæ, quæ vix ad punctum temporis permanent, cæca quadam auiditate rapiunt. Ecquæ tandem est ista hominum cæcitas, qui res procreatas creatori, res viles & abiectas summo Deo præferunt? At surdi quàm infiniti? quàm miseranda eorum conditio? Isti in malè agendo sunt pertinaci animo, voluntateq; obfirmata, Dei vocibus obsurdescunt, pietate non molliuntur, minis non cedunt, precibus non commouentur; mentis sensu hebescentes, pericula salutis non timent; homines non metuunt; & quod grauissimū est, Deum non verentur. Iam cernitis, Patres Reuerendissimi, aliquam prouinciæ partem ægotā: aliā verò quæ ad clericales ægritudines pertinet, vos etiam optimè perspiciere potestis. Iam pridem clericali ordini remedia apposuimus, quæ pro temporū ratione opportuna iudicauimus: sed alij morbi sunt, quibus iam clericalis disciplina languescit. Vitæ honestati & morum castitati cōsulimus, ei usq; generis vitiosas aliquas partes sanauimus: ecce alia labe, quæ valdè illius ordinis dignitatem infecit: in eo inhærescit auaritia. quam ob causam (vt alia silentio præteream, quæ pastoralis animi nostri sensum excruciant) deserta sepe statione, in fori sollicitudinibus illius ordinis homines excubias agunt, lites appetunt, lites intendunt, & frequentes pleriq; in iudicijs sunt. Clericis studia præscripsimus. alij negligunt, alij clericalium studiorum fines transiliunt, alij studiorum prætextu ab ecclesia absunt, à functionibus ecclesiasticis se se abducunt, & à clericali disciplina refugiunt. alij scientia inflati, præ se alios etiam seniores quos vereri debent, superbè contemnunt, beneficia ecclesiastica tenuia contumaciter respuunt, ampla præposterè ambiunt. Quàm alij clericales morbi, Patres, quàm alia vulnera recruduerunt, quibus potius medeamur oportet, quàm enumerando refricemus.

Nihil verò attinet, cur hoc ipso loco ægritudines nostras enarremus. non enim dubitamus, quin vos, quos Dominus constituit sanare infirmos, pro conscientia vestrae religionis, non modò diligenter etiam atque etiā ipsi spirituales nostros omnium morbos videritis; sed medicamenta exquiseritis, quibus appositè curentur. Verum etiam quò rectius omnia nobiscum iterū atque iterum reputemus; illud vnum nobis omnibus persuasum esse volumus, ad ordinis nostri dignitatem auctoritatem muneris non satis esse, si certis quibusdā virtutibus, quibus cæteri homines præditi esse solent, nos exculi sumus: sed harū ipsarum virtutum ornamentis nos longè excellere oportet. In gradu enim episcopali collocati sumus: qui vt aurum cæteris metallis præstat, sic alijs vel amplissimis dignitatibus cum præcellentior sit, tãtò perfectioribus virtutibus

vsque

vsque adeò perlucere debet, vt inde ad alios splendor singularis dimanet. Vitæ innocentia, morum integritas, religionis pietas, iustitiæ cultus, & aliæ eius generis virtutes, sunt quidem nobis communes cum reliquis: sed cum multò præstantiores eæ ipsæ in nobis singularis vitæ officijs splendescere debent; tum verò aliæ sunt, quæ propriæ præcipuæq; episcoporum sunt, & cum præstantissima Dei charitate, & ardenti eius zelo in primis coniunctæ: quibus virtutibus exhibeamus nos sicut Dei ministros; iisdemq; existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Si igitur episcopali perfectione nostras actiones & officia metimur; certè diligentius aliquas etiam ægritudines nostras speculabimur.

Quamobrem cum omnes prouinciæ partes, siue populum, siue clerum, siue nos etiam spectemus, si diligentiori speculatione quàm nos dicendo commonstrauimus, intuebimur, qualem eam aspiciemus? ægotantem scilicet, & multis adhuc morbi offensionibus percussam; & ita percussam, vt reliqua cura opus sit, non mediocri sed magna. Proh dolor, quid hoc cene est? Nunquid resina non est in Galaad? nunquid nulla medicinae ratio in prouincia, & in prouincia amplissima? nunquid medicus non ibi? nunquid tot & tam sapientes episcopi; optimi animarum curatores, & præcellentes animarum medici? *quare igitur non est obducta cicatrix filia populi mei?* quam ob causam prouincia sanata non est? *Transijt messis, finita est aestas: & nos saluati non sumus,* inquit mœrens & deplorans Ieremias. Iam diu abiit tempus, quo sacra Tridentina synodus salutaris sanandis morbis leges tulit; iam pridem etiam tam sæpenumero nos, tanquam medici qui collegiatim de curandis corporibus consultationem ineunt, huc ad concilium conuenimus: at prouincia nobis in curam tradita nondum salutariter curata est? immò adhuc penè attrita penè percussa iacet? *super contritione filia populi mei contritus sum & contristatus, stupor obtinuit me.* exagitate vnâ mecum quæso Patres, dolorem vestrum; intimeq; accensi, afferte remedia & opportuna & salutaria, quæ prouinciæ ægotæ adhibeamus. *tempus est medelæ,* inquit Propheta: vos statum prouinciæ ægotantis videtis: tempus medendi est, tempus concilij. non est igitur cur à proposito, illis quæ vulgò disseminari solent vocibus dimoueamur. Quorsum tot synodalia remedia? quousque tandem tam multæ medicamentorum synodalia leges? næ istæ planè vulgares voces sunt, & dignæ planè quibus nos episcopi constantissimo mentis episcopalis studio obsurdescamus. Aliud enim nos Spiritus sancti doctrina docet, aliud Apostolorum instituta monent, aliud Patrum exempla declarant, aliud canonum leges iubent, aliud vetus ecclesiæ vsus in omnes partes utilis postulat, aliud Tridentinæ sanctiones nuper instituit, aliud nos in hac prouincia iamdiu ad consuetudinem reuocauimus. Quid? aliter muneris nostri episcopalis religio deposcit. Quàm inanes & penè nefariæ? eamq; ob causam summa animi nostri episcopalis consensione, vna conspiratione, vno spiritu explodantur illæ voces hominum, qui populum nostrum decipiunt; *dicentes pax, & non est pax.* quam imperitè hoc iactitant? quàm iniquo etiam animo sunt isti, qui curant contritionem filia populi mei cum ignominia dicentes *pax pax & non est pax?* An vbi malorum lues; pacis, concordia, & bonorum status? an vbi varia morborum species, recta valetudo? an vbi adhuc morum corruptelæ, disciplinae christianæ perfectio? Attendite quæso, qui isti homines sunt. cum talia dicunt, *liniunt parietem luto absque paleis, absque tēperatura: & vident visionem pacis, & non est pax.* cernunt isti in superioribus nostris concilijs vmbra quandam disciplinae, qua populum informare studuimus; at eius imago nondum omnibus partibus absoluta; immò cum imperfecta est, tum neque vndique etiā communita. eamq; ob causam verendum nobis est, ne illa tanquam paries malè materiatus, luto tantum absque paleis illitus corruat. longè absint à no-

E e bis



Ezech. 13. bis uoces istorum, qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite uniuersae aetatis ad capiendas animas. Næ isti his adulationum uocibus uocumq; blanditijs, cum nos fallere student, tum istis etiam illecebris populos nostros decipiunt: dicunt enim bonum malum, & malum bonum. O popule meus, quis poterit omnia mala quæ te undique premunt, enumerando percensere? audent tamen isti à salutis uia te adulationibus longius abducere.

Isai. 5. Popule meus, qui te in tanta malorum colluione beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant.

Proposui iam uobis ante oculos, Patres, quandam penè necessitatem sanandæ prouinciæ. Disquiramus igitur oportet in hoc ipso concilio sexto salutares curationes, salutaria medicamenta, & præsentia remedia. Quo in officio disquisitionis, Euangelium quod nuper audiuius, nos valdè instituit, cum curationis munus Apostolis Christus Dominus commisit his uerbis. *Nihil tuleritis in uia, neque uirgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Quorsum hæc leges? quid ostendunt? quid loquuntur? quid præscribunt? rerum certè humanarum despicientiam, terrenarum curarum abiectiõnem, uitæ huius contemptum, animi abalienationem ab ijs quæ nostra sunt, & illam à nostris, quos cognationis uinculo natura coniunxit, quandam quasi seiunctiõnem, atque alias istiusmodi uirtutes, quæ in Apostolis eluxerunt. atque ijs quidem hoc etiam unum adiungendum est, quod in curatione spiritali plurimum ualet, ut ne Mundi prudentiæ neque nostræ innitatur. Prudentia carnis mors est, prudentia Mundi cæca & fallax: at prudentia spiritus, uita, & pax. Quæ Christi sunt, Christi spiritu agamus: ab illo pendeamus: non uulgi iudicio, non populari plausu, non priuatis rationibus curæ nostræ partes commetiamur. Hoc sanè est Apostolos, quos misit Deus infirmos sanare, salutariter imitari, hoc planè Euangelij leges seruare, hoc ipsum gerere, est salutaris curationes adhibere. Illis uirtutibus communiti, uoluntatem etiam instaurandæ prouinciæ ardore quodam inflammata & parata adhibeamus. Parauit cor suum ut inuestigaret legem, sacris literis proditum est: alio loco; *elegit sacerdotes habentes uoluntatem in lege*: eo animo cordisq; desiderio ad prouinciæ curationem accensi, imitemur duos grauissimos uiros Iosua & Efdram: hic instaurandæ disciplinæ studio exardescens, librum legis quem manu sumpsit, aliquot diebus distinctè legit, quater diu & totidem noctu, populumq; ad illius executionem mirabiliter excitauit. Iosua itidem quò posset accuratiùs omnia legis instituta uitæ suæ moribus exprimere, librum legis perpetuò in manu habere, & singula expendere iubetur. *Non recedat inquit Deus uolumen legis huius.* & quoniam lectionis studium parum utile est, nisi animi commendatio accedat, ea uerba adiunguntur: *& mediteris in eo diebus & noctibus*; nempe tanta assiduitate, quæ omnem prorsus negligentiam excludat. cum autem hæc ipsa animi uoluntas & meditationis studium parum quoque possit, nisi quæ legibus instituta sunt, ad executionis usum inducantur; sequuntur illa uerba: *ut custodias & facias omnia.* Hoc præclaro exemplo nos optimo iure eam rationem nobis ineundam censemus, ut decretorum quæ superioribus primis concilijs confecimus libros, in hac sexti prouincialis concilij actione nunquam de manibus deponamus: ad quorum præscriptum ordinem (id quod in omni synodo moris olim fuit) officij nostri partes diligentissimè perscrutemur; quas executi sumus, quæcunque illæ sint, uel de nobis ipsis, uel de clero, uel de populo, uel de ecclesijs, uel alia quauis de re constitutæ. Hic recrudescit uulnus doloris nostri: hic morbus grauis letargia laborantium: hic desidia penè omnium: hic dormitatione quadam hebescimus & tabescimus: hic nos etiam pastores & medici congelascimus: hic nos, qui alios è somno excitare debemus, sopore quodam torpescimus. Vbinam decretorum quæ confecimus*

fecimus cumulatæ executio? ubi morum corruptelæ ereptæ? ubi peccatorum publicorum semina conuulsa? ubi uitiorum publica exempla sublata? ubi disciplina publica introducta? ubi iuuenum petulantia emendata? ubi tabernis meritorijs, & malorum quasi officinis finis præscriptus? ubi ludis publicis, ac lenocinijs remedia adhibita? ubi prostibula amota? ubi popularis concursus ad spectacula publicè abrogatus? ubi antiquata spectacula? ubi bacchantium Christianorum hominum facta illa licètia repressa? ubi peccatorum colluioni modus præfinitus? Quid multis? letargiæ morbus ubique in prouincia est, letargia omnes languescimus, rebuq; exequendis omnes dormitamus.

At dicet quis, huiusce executionis atque adeò curationis opus multis partibus difficile esse. fateamur omnes, & agnoscimus. Nec uerò est, cur hoc loco difficultates, multas illas quidem ac summas, summisq; angustijs implicitas proponamus, in quas curæ nostræ munus incurrit. At nos contra quærimus: num uiribus nostris, an ope Dei tam graue onus sustineamus? si uiribus nostris; profitemur planè impar omnino esse humeris nostris: si Dei ope nitimur; non est cur illius magnitudine frangamur ac debilemur. *Qui sperat in Domino, inquit Isaias, mutabunt fortitudinem; assument pennas sicut aquila; current, & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* At qui ad omnem in curanda prouincia dimicationem uocamur, fortitudinem Episcopalem induamur; & confortati manu Dei excelsi, ministerium nostrum impleamus. Quàm præclare Timotheum discipulum & episcopum Paulus Apostolus ad omnem episcopalem constantiam instituit his uerbis? *Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Quid hic Apostolus Episcopo iubet? an ut taceat? an ut dissimulet? an ut ne resistat? an ut ab episcopali contentione desistat? an ut ab opere suscepto cesset? an ut dormitet? immo in omnes partes eum etiam atque etiam excitat. *Tu uerò, inquit, uigila: in omnibus labora: opus sac Euangelij: ministerium tuum imple.* An uerò fortassè accuratiõne nostra deterremur, quia hoc nostro frequenti prouinciæ sanandæ studio exulcerantur animi quorundam passim ditantium: nõ ferunt hæc tempora ueterum canonum & antiquæ disciplinæ medicamenta. Immo ardentius progrediamur: quoniam hæc una medicina præstantissima est, maximeq; opportunum id remedium: ut quibus olim rationibus disciplina christiana facta & propagata fuit, ipsidem ipsis & instaretur & conferretur. Iam uerò demum, Patres sanctissimi, uos optimè nostis, quàm præstanti erga Deum charitate nos accensi, quàm celestibus penè uirtutibus nos instructi, quàm inflammato uoluntatis desiderio nos flagrantes, quàm constanti episcopali fortitudine nos muniti ad prouinciam uariè languescentem nõ modò accedamus, sed ita progrediamur oportet, ut aditum omnem nobis aperiamus, cum ad ea quæ decreta sunt accuratè præstanda; tum ad illa si quæ desunt, quam rectissimè supplenda. Sed instat, urget, & magnoperè nos etiam impellit graue periculum animarum nostrarum. Huius prouinciæ salus nobis commissa est: si culpa nostra aliquis morbo languescens perit, uel nobis. *uos estis Presbyteri in populo Dei, & ex uobis anima illorum, inquit spiritus Sanctus.* Quæ nos sponderimus, & quàm sanctè & quàm religiosè sponderimus, pro grege nobis commisso, pro eius curatione, pro eius salute, uos rectè nostis. religiosè adstricti sumus conceptis uerbis, multas curæ pastorales partes earumq; executionem promissimus: sponderimus pro grege, deuincti sumus uerbis oris nostri, *capti proprijs sermonibus* curationis promissæ & susceptæ: fidem præstemus. *fili sponderisti* ut digito Dei scriptum est, *illaqueatus es uerbis oris tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum: ne dederis somnum oculis tuis: nec dormitent palpebræ tuæ. Sed uos ipsi uidetis summam uigilantiam, quam sanctis sponsonibus debemus.*

Ioan. 5.

1. Esdræ 10.

Isai. 60.

Ad accensæ autem uoluntatis nostræ studium atque officium, nos etiam inflammet desiderium gregis. Proponamus nobis hic ob oculos Probaticam illam piscinam, amplam, porticus quinque habentem; & in ijs iterum ex hac prouinciali specula prospiciamus *multitudinem magnam languentium cæcorum, claudorum, expectantium aquæ motum.* Hi omnes (intuemini quæso prouinciam omnem ægrotam) expectant motum aquæ, agitationem consolationum nostrarum, actionemq; salutarem nostrarum deliberationum: ac iam denique exardescētem pastorali studio animum nostrum etiam atque etiam excitet filiorum nostrorum clamor, quem audire uideor in ea uerba prorumpentē, quibus olim populus Hebræus Esdræ opem implorans: *Confortare & fac, tuum est discernere.* Nos, inquit, salutaribus curationibus opus habemus: uestrum est ægritudines nostras disquirere, appositeq; curare: curate quæsumus, animoq; magno sanare pergite. Vos ò filij carissimi, *consolamini, consolamini:* Erige spem tuam Prouincia Mediolanensis. *Patres isti uenerunt tibi, ut morbos & uulnera tua fanent.* *Leua popule meus in circuitu oculos tuos & uide: isti congregati uenerunt tibi.* Quorsum enim tot tantiq; labores, quos & sæpenumero antea, & hoc tempore causa tua susceperunt, spectant, nisi ut salutis fructum ipse reportes uberrimum. Tu exurge igitur, exurge, excita te ad orationis studium, ad pietatis opera; quibus implorata diuina ope, parentum tuorum perennis hæc sollicitudo adiuuetur in perpetuum. Amen.

L A V S D E O.  
Partis Primæ Actorum finis.



ACTO.

A C T O R V M

S. MEDIOLANENSIS

E C C L E S I Æ.

Pars I I.



SYNODI DIOECESANÆ.

Ec 3 SYNODVS

# SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS I.

Carolo Borromæo S. R. E. Cardinale Tit. S. Praxedis  
& Archiepiscopo Mediolani  
habita

Anno à Chr. nat. M. D. LXIV. mense Augusto.

Pio III. summo Pontifice.

**C**VM primùm ad ecclesiæ Mediolanensis gubernacula Carolus Borromæus S. R. E. Cardinalis, Dei & apostolicę sedis gratia vocatus est: iam tum sibi in statione & vigilia Archiepiscopali perpetuò manendum esse fixa animi deliberatione constituit. Et quoniam eo tempore à summi Pontificis Pij Quarti auunculi sui (qui eum publicis christianæ Reip. negotijs interesse, & grauißimo officio ac muneri præesse voluit) latere discedere non potuit; gregis commissi charitate, & illa sui religiosi animi incitatione inflammatus, in eam rē incubuit omni studio, vt cum præsens ipse tunc non posset, alicuius spectati & probati viri vicaria opera & diligentia ecclesiam suam administraret. Itaque iam diu sollicitus, quem potissimùm in magna bonorum virorũ paucitate deligeret, cui id onus committeret, atque in cuius fide ac virtute tranquillo animo conquireret: tandem Tridétino Concilio (cuius exitus multis de causis expectandus fuit) absoluto, quem summa cura conquisierat, Deo benè iuuante inuenit. Is verò fuit Nicolaus Ormanettus, Protonotarius Apostolicus, vir prudentia integri tateq; præstans, & homo in primis antiquæ disciplinę vsu peritus, atque in vicarij muneris administratione multum sepeq; versatus. Hunc nactus Cardinalis & Archiepiscopus, Vicarium suum in vrbe diocesiq; Mediolanensi vniuersa, summa auctoritate creauit. Ormanettus autem eo suscepto onere, ut Archiepiscopi iussa mandataq; rectè exequeretur, cum cetera cleri populiq; institutioni, & moribus christianis accommodata, ad illius præscriptum prudenter egit; tum maximè sacrosancta decreta Tridétina ad vsum perducere studuit. Quamobrem Synodum diocesanam, vt eo Tridétino Concilio iussum est, Archiepiscopi mandato & auctoritate conuocauit, sessionibusq; tribus absoluit, quibus hæc gesta actaq; sunt.

*Indictio huius Synodi diocesanæ primæ conquisita diligenter non inuenta est tamen.*

## SESSIO I.

**P**RI MO precibus peroratis, ceterisq; ritè a  
Eis ad pontificalis libri præscriptũ, literæ Apo  
stolicæ à summo Pontifice Pio Quarto editæ de  
confirmatione & interpretatione sacri Concilij  
Tridentini, in frequentissima synodo de loco su  
periore lectæ sunt summa omnium attentione.  
Decretum item Trident. quod in sessione xxv.  
cap. II. decr. de refor. extat, de eodem loco pro  
nunciatum fuit.

*Decretum accessit Vicarij Ormanetti de synodo dioc. Sefs. 24. dec. de  
cesana inchoanda, & in singulos annos habenda reform. c. 2.  
ex auctoritate eiusdem Tridentini.  
Postcà decretum euulgatum est, ac de libro recita  
tum, quod est in illo ipso Concilio, sessione xxv.  
cap. II. decr. de reform. de recipiendis Tridenti  
nis decretis, ac de fide profitenda.  
Quibus decretis recitatis atque promulgatis, clerus  
vniuersus qui præsens aderat, fidei professionem  
præstitit ad præscriptum.*



## SESSIO II.

**D**IE postero, qui fuit III. Cal. Septembris, sessio altera habita est, non mane, sed hora circiter decima nona.

Cuius sessionis initio ritè factò ex præscripto statutarum caeremoniarum, gesta hæc sunt.

Leitum est de loco superiore decretum Tridentinè sessione xxv. cap. x. de reform. de iudicibus quibus causa deleganda sunt.

Quo decreto recitato, Iudices Vicarij iussu ordine nominati sunt: de quibus synodus duodecim delegit.

Deinde pronuntiato publicè decreto Tridentino de examinatorebus, multi nominatim propositi fuerunt, quos octo synodus probauit suffragijs per schedulam occultè latis. Postea examinatores probati iusiurandum præstiterunt ex illo decreto.

His peractis cum aduesperasceret, sessio hæc dimissa est, & sequens indicta ad horam matutinam.

## SESSIO III.

**P**RIDIE Calendas Septembris sessio III. acta est summo mane primùm Missa celebrata, & precibus ritè adhibitis, post promulgata & recitata publicè fuerunt decreta Tridentina, quæ præcipuè pertinebant ad fundamenta iacientia disciplinæ & correctionis morum. Atque hæc quidem sunt, quæ infra mox ordine notantur.

Decretum de Seminario, sess. xxiii. cap. xviii. de reform.

Decreta duo de vita & honestate clericorum, unum in sess. xiv. cap. vi. alterum in sess. xxi. cap. i. de reform.

Decretum de dignitatibus ecclesiasticis, sess. xxv. cap. xi. de reform.

Decretum de vestitu, capite eodem.

Decretum de sacerdotibus illiteratis. sess. xxi. cap. vi. de reform.

Decretum contra concubinarios. sess. xxv. cap. xv. de reform.

Decretum de filiis sacerdotum. ibidem cap. xv.

Decreta duo de residentia, unum in sess. vi. cap. i. alterum in sess. xxi. cap. i. de reform.

Decretum de multitudiue beneficiorum, sess. xxv. cap. xvii. de reform.

Decreta duo de prædicatione, alterum in sessione v. cap. ii. alterum in sess. xxv. cap. i. de reform.

Decretum de purgatorio, sess. xxv.

Decretum de inuocatione, & ueneratione sanctorum. sess. xxv.

Decretum de euitandis in celebratione Missæ. sess. xxi.

Decretum de legatis pijs. sess. xxv. cap. i. de reform.

His decretis ordine euulgatis ac recitatis, P. Benedictus Palmius societatis Iesuitarum præclarum sermonem habuit de residentia & disciplina cleri. Atque hæc quidem mane acta sunt.

Pomeridiana autem sessio eius diei hora circiter decima nona incepit: in qua gesta sunt hæc.

Recitatum est publicè decretum de confessarijs examinandis. sess. xxi. de reform. cap. xv.

Decretum item de frugalitate clericali, & dispensatione bonorum ecclesiasticorum. sess. xxv. cap. i. de reform.

Decretum de uisitatione. sess. xxv. cap. x.

Decretum de usurpantibus bona ecclesiastica. sess. xxi. cap. xi. de reform.

Decretum contra quæstuarios, sess. xxi. cap. ix. de reform.

Decretum de imponenda pœnitentia peccatorum grauitati congruente sess. xiv. cap. viii. in de reform. de pœnit.

Decretum de operibus satisfactionis. ibid. ca. ix.

Decretum contra publicè peccantes. sess. xxv. cap. viii. de reform.

Decretum de hospitalitate. sess. xxv. cap. ix.

Hic R. D. Ormanettus Vicarius, ut vir erat prudens, & in primis antiquæ disciplinæ magister, grauißimum sermonem habuit, cum de cleri institutione, tum de Tridentinis decretis uniuersis, quæ aut lecta, aut præ temporis angustia essent omissa, planè exequendis, atque in omnem usum inducendis.

Id quò studiosius fieret, decreto iussit, uniuersos singulosq; ecclesiasticos homines Concilij Tridentini volumen sibi comparare, habere, legereq; accurate, atque aded in primis eius decreta exequi. Pœnam præterea grauißimam sanciuir contra eos, qui secus quàm eo decreto cautum esset, fecissent.

Persecutus est etiam alio disertissimo sermone Palmius Iesuita omnem Tridentini Concilij disciplinam.

Post de libro Pontificali publicè lecta sunt clero frequentissimo statæ illæ monitiones.

Quibus lectis ritè absoluta & dimissa synodus est processione solempni.

Synodus

# SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS II.

Quam Illustris. & Reuerēdis. Carolus Borromæus S. R. E. Prefbiter Cardinalis Tit. S. Prædix, Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Mediolani,

Habuit anno à Chr. nat. M. D. LXIIX. die IIII. Augusti.

Pio V. Pontifice.

In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

**V**T Christiana pietas in vrbe & diocesi nostra non conseruetur solum, sed augeatur etiam, ijs maximè virtutibus, quibus Iesus Christus Dominus noster, ab ijs qui diuino se cultui dederunt, & auferri, & conseruari uoluit, vitæ innocentia, moribus sanctissimis, & castissimo cultu: illud nos cum omni æquitate coniunctum esse censuimus, ut Mediolanensis hæc nostra Ecclesia, quemadmodum ex sancti Ambrosij institutione proprijs & quibusdam certis ritibus moribusq; utitur: ita unà cum ijs quæ prouinciali Concilio à nobis iam sancita sunt, præcipuas Synodales constitutiones haberet, quibus omnibus uti par est sese conformando, uniuersus huius vrbe diocesisq; nostræ clerus, & in diuino cultu, & in verè clericalis virtutis disciplina se piè sancteq; exerceret. Sed quoniam nondum uisitationem omnem absoluiimus, neque per occupationes, quibus multis ijsq; grauißimis in hoc pastoralis curæ munere distinemur, alia item multa consequi potuimus, quæ ad illas pias conficiendas vsui erant necessariò; id propterea præstare minimè nobis licuit, quod uel maximè cupiebamus, & optabamus quidem certè. Sumus tamen eo animo eaq; mente (id quod etiam nos ualde curabimus) ut si uita nobis suppetet, proximo sequenti anno cum primùm aliam Synodum habebimus, id ipsum Dei in primis ope atque auxilio perficiamus, cum ad animarum salutem, tum ad diuini cultus christianæq; pietatis amplificationem. Interea uerò hac ipsa nostra diocæsana Synodo, primùm quæcunque ad Dei omnipotentis cultum, & ad clericorum mores uitamq; conformandam prouinciali Concilio à nobis Coepiscoporum nostrorum assensu constituta sunt; ea uobis qui huc in Synodum conuenistis, legi & recitari uoluimus; quò illa sæpius repetita, diligentiusq; animis & mentibus uestris impressa, omnia ut certè debetis, quo maximo potestis studio, inuiolatè sancteq; obseruetis. Reliqua uerò, quæ hoc ipso diocæsano conuentu à nobis, Tridentini etiam Concilij iussu, moreq; maiorum habito, decernenda & promulganda celsuimus, pauca ea quidem sunt: quæ partim ad quarundam prouincialium nostrarum constitutionum explicationem, partim ad tollendos quosdam morum errores habitu prauo introductos pertinent. Date igitur operam, ut cum hæc ipsa decreta quæ uobis iam edicimus, promulgamus atque sancimus, tum illas etiam prouinciales constitutiones omnes in usum & consuetudinem uestram, eorumq; omnium qui uestræ curæ commissi sunt, inducatis;

inducatis; cumq. animarum pastores sitis & Angeli, in luce omnium ita agere studeatis, Iesu Christo Domino ministrantes, ut qui uestram in Ecclesia conuersationem, uestraq. bona opera uiderint, glorificent Deum & Patrem Iesu Christi, cui gloria sit & laus sempiternis ætatum sæculis. Amen.

### Indictio Synodi Diœcesanæ. I I.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Carolus Borromæus S. R. E. tit. S. Præcedis Presbyter Cardinalis, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus S. Mediolanensis Ecclesiæ,

Omnibus & singulis Christifidelibus Ciuitatis & Diœcesis nostræ Mediolanensis Salutem in Domino.

**P**ASTORVM officium est, quacunque & ad conformandam cleri disciplinam, & ad popularium morum emendationem spectant, ea omnia diligenter accurateq. videre; ut ne illis id obijci unquam possit, quod apud Esaiam Deus emulatores & Dominus ultionum dixit, S P E C U L A T O R E S C A E C I, &c. Quare nos eo Pastoralis officij spiritu excitati, etsi uniuersa diœcesis nostræ uisitationem iamdiu à nobis inchoatâ arte absoluere statueramus, quam diœcesanam Synodum coegissemus: tamen quoniam ad eam pastoralis speculationis curam, et ad cleri disciplinam non conseruandam solum uestrum etiam augendam, adiuuenti vel plurimum ex Synodaliu rerum tractatione adferri animaduertimus; idcirco diœcesanæ Synodi nostræ, quæ ex sacrorum canonum iure, & Tridentini Concilij decreto conuocanda est, indictmentem celebrationemue alteram diutius à nobis differri non oportere censuimus. Itaque his nostris literis ipsam Synodum ad diem 26. Iunij proxime sequentis Deo iuuante iterum celebrandam indicimus ac denunciamus, quam obrem uniuersos & singulos, qui in nostra hac Mediolanensi ciuitate & diœcesi beneficia quauis ecclesiastica, etiam quæ sine ulla cura sunt, obtinent, quiq. sacris item ordinibus initiati sunt, eos præterea omnes tum secularis tum regulares clericos, qui quouis iure aut consuetudine nostræ Synodo diœcesanæ interesse debent, monemus in Domino, eisdemq. omnibus & singulis in uirtute sanctæ obedientiæ, ac penis sacrorum canonum iure constitutis iubemus, ut ipsi ea clericalis habitus

honestate, quæ nostris provincialibus concilijs, & superiori diœcesanæ Synodo, nostrisq. item editis præscripta est, cum superpellicis etiam mundis, præstituta illa die summo mane ad diœcesanam Synodum, quam in nostra Metropolitana Mediolanensi ecclesia celebrabimus, conueniant: idq. non alij eorum nomine, sed ipsimet, nisi legitima causa quam probare debent, impediti sint, præsent. Inde autem, cum conuererint, ne cuiquam nisi impetrata à nobis facultate discedere liceat: ut Dei ope atque auxilio ea agamus, quæ ad animarum salutem, et diuini cultus incrementum, cleriq. disciplinam pertinere ac præstare iudicabimus.

Edicimus præterea (id quod nostro provinciali concilio secundo decretum est) ut post indictmentem huius Synodi promulgationem, in omnibus & urbibus & diœcesis nostræ ecclesijs parochialibus, quinta quaque feria in singulas hebdomadas, quoad ipsa Synodus absoluta ac dimissa de more erit, Missa de Spiritu sancto celebretur; in Metropolitana autem & Collegiatis processionum etiâ munus singulis dominicis diebus intus obeatur; ex animoq. preces fiant, quibus à Deo auxilium impetretur pro optimo Synodaliu tractationum euentu.

Monemus item eos omnes & singulos, ut nec etiâ in itinere quod Synodi causa huc facturi sunt, neque uerò hic item, ab ea uiuendi frugalitate, sacerdotali modestia atque grauitate, quæ provinciali Concilio priori præcepta est, discedant; sed cum exemplum fidelibus afferant, ut monet Apostolus, in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, & castitate; tum nobis hac negotium tractantibus, à Deo Opt. Max. omni animi pietate, sacrificijs, precibus, ac ieiunijs auxiliu implorare studeant. In quarum rerum fidem has literas nostra nostriq. Cancellarij manu signatas confici, sigilloq. nostro muniri & promulgari, Metropolitanæq. nostræ, & Collegiatarum ecclesiarum, Aediumq. Archiepiscopaliu ualuis publicè affigi iussimus. Quam affixionem habere eam vim uolumus, ac si ipsis singulis quorum interest, illa allata ac denunciata essent.

Dat. Mediolani in Aedibus Archiepiscopaliibus, Die 23. mensis Maij. 1571.

## DECRETA EDITA IN SYNODO DIOECESANA

secunda Mediolanensi.

### Decretum. I.

Supplicationes ante sacrorum ordinum collationem.



**D**IVINA res est sacerdotij administratio: cui si tales præficiuntur, qui illud uitæ sanctitate, doctrina, fide, & prudentia sustinere possint; tanta, tamq. salutaris populo fidelis uoluntas exiit (solet, ut omni pietatis studio, totoq. animo, & mente supplici id sit à Deo Opt. Max. precandum, quam obrem ut ieiunijs ex sancti spiritus doctrina in Ecclesia Dei institutis per quatuor anni tempora, quibus ordinis sacramento initiantur qui in Dei cultum tradere se uolunt, supplicationes etiam adiungantur; quibus, ac reliquis item pietatis officijs, id Dei ope atque auxilio consequamur, ut optimos in Ecclesia habeamus ministros: illud nos parochis nostris omnibus & urbanis & Diœcesanis iubemus, ut proximo dominico die antè stata illa quatuor ieiunij tempora, in sua quisque parochiali Ecclesia supplicationes litaniaeq. uel intus habeat, uel ijs solemnibus ritu dicendis prosequente populo Ecclesiam foris obeat: quò magis multiplicatis precibus, Sanctorumq. auxilio implorato, tum nos in eo sacrae administrationis munere adiuti, ecclesiasticos ordines in illos conferamus, qui ad eam ordinum dignitatem potestatemq., rectè, & cù Ecclesiæ utilitate gerendam aptiores erunt; tum illi etiam ipsi qui sacris primùm initiandi sunt, aut ad ulteriores ordinis gradus profecturi, ita à reliquo populo segregati, uirtutum quasi gradibus progredientes, piè atque ad eò sanctè in eo omnium longè maximo & præstantissimo sacerdotij ministerio demù se exercent, quem admodum decet ministros mysteriorum Dei.

### Decretum. II.

Horarum canonicarum officij in octaua corporis Domini interdium dicendū

**V**RBANVS Quartus & Clemens Quintus Summi Pontifices, vnus literis editis, alter Concilio Viennensi, Indulgentias multas ijs concessit, qui & in celebritate Corporis Iesu Christi Domini, & singulis septem illis diebus proximè sequentibus ad Ecclesias conuererint, diuiniq. officijs interfuerint. Nos cum maximopere cupiamus atque optemus, populum fidei cura q. nostræ commissu summo illo Indulgentiarum beneficio piè ac sanctè frui posse; neque id ipsum facile illum assequi uideamus, nisi de Corpore Domini matutinum officium interdium dicatur: ob eam causam decernimus ac statuimus, in omnibus & singulis Ecclesijs tum urbanis tum diœcesanis, quæ collegiatæ Ecclesiæ sunt, matutinum

officium, præter alias canonicas horas, non solum festo ipso die Corporis Domini, uerum etiam singulis deinceps septem diebus interdium dici.

Ut autem multis incommodis occurratur, quæ ex eo facile existerent, si ita sero harum canonicarum horarum officia præstarentur, ut sub noctem præstari oporteret: idcirco iubemus, his ipsis octo diebus completorij officium Matutinumq. deinceps ita dici; ut omne hoc officium antè solis occasum planè absoluerit. In reliquis Ecclesijs, ubi ijs ipsis octo diebus Corporis Domini celebritati dicatis, Completoriu solum non Matutinum officium dicitur; hæc ipsa Completorij hora, antequam sol occidat iudem absoluaetur.

### Decretum. III.

**I**N multis ijs, quæ ab sancta Dei Ecclesia piè instituta, temporum uitio sunt in nostra hac urbe & diœcesi antiquata; litaniæ maiores sunt: quas Summus Pontifex, & sanctissimus uir Gregorius primus iustissima quidem causa sanctè instituit, atque in uniuersa Christiana re publica vij. Cal. Maij, qui dies sancto Euangelistæ Marco dicatus est, eas agi ac celebrari uoluit.

Illarum pium usum in hac nostra Mediolanensi Ecclesia semel introductum, ac diu à maioribus nostris sanctè seruatum, quibusdam etiâ certis statutis eo nomine Ecclesijs, in quibus festo illo Sancti Marci die, & stationes essent, & supplicationes haberentur: eum his temporibus cum penè ita intermissum uideamus, ut nullum pristinae institutionis uestigium appareat; nos propterea, qui pro cura pastoralis quam gerimus, auidi atque appetentes sumus omnis ipij instituti in urbe ac diœcesi nostra retinendi non solum sed etiam restituendi, & quantum in nobis est amplificandi, illud edicimus ac iubemus, ut festo eo D. Marci die, signo campanæ dato, clerus secularis urbanus qui litanias minores obire solet ac debet, is uniuersus superpellicis & alijs solitis in hoc munere obeundo ornamentis indutus (id quod in cæteris supplicationibus moris est) ad Metropolitanam nostram Ecclesiam conueniat; unde profectus post Missæ sacrificium, solemnibus ritu, sanctisq. precibus ad statas eas Ecclesias procedat, quæ antiqui auctoris Beroldi libro descriptæ sunt: hocq. processionis officio perfunctus, ad eam ipsam Metropolitanam Ecclesiam ordine redeat.

Qui uerò sacerdotes eo ipso D. Marci die nonnulli in Ecclesijs extra Portæ Romanæ fines supplicationes quasdam habere solebāt; ijs abrogatis, ad has solemnibus obeundas, quas in pristinum statum restituimus, conueniant ita ut cæteri omnes.

Clerus autem diœcesanus, in ea quisq. Ecclesia, in quam ob litanias minores conuenire solet, fre-

Litaniæ maiores restitutz.

frequens adfit ad hoc obeundum christianæ pietatis officium; cæteraq. vt in illis solet, in his etiam præstet; ea intum animi pietate, religiosisque precatationibus, quibus Deus Opt. Max. placatus, tum in rebus aduersis hunc populum adiuuet; tum maximè ab ijs calamitatibus, ijsq. ærumnis perpetuò conferuet, quarum causa illæ supplicationes institutæ primùm sunt.

Volumus autem à parochis die dominico qui festum diem sancti Marci præcedit, fideles admoneri piè ac diligenter, vt ad has litanias ipsi frequentes accedant.

*Decretum. IIII.*

*Festus dies S. Thomæ, & Cathedralis S. Petri Romæ.*

**D**IES festus Sancti Thomæ Aquinatis, qui incidit in Nonas Martij; quo tempore quadragesimæ ieiunium agitur, vt ritu Ambrosiano inita aliqua ratione piè ac sanctè celebrari possit, quemadmodum S. D. N. Pij Quinti Pontificis Maximi constitutione iussum est; eo die celebratur, quem certum nostro Calendario quotannis præscribemus: eiusq. celebratio ita agatur, & officium dicatur, quemadmodum de reliquis quatuor Ecclesiæ Doctoribus ritu Ambrosiano dici solet.

Cathedra item Sancti Petri Apostoli qua primùm Romæ sedit, quæ ex veteri Ecclesiæ instituto xv. Cal. Februarij celebrari solebat, intermissa iam diu, quoniam à Paulo Quarto Pontifice Max. sanctè renouata est, in hac nostra & vrbe & diocesi celebretur eo ipso die quotannis ex Calendarij nostri ratione.

*Decretum. V.*

*Horæ canonicæ & Missæ ritu Ambrosiano dicenda.*

**C**VM officij Ambrosiani rationem ac normam vel antiquissimam esse constet, quam ab ipso Sancto Ambrosio institutam ac præscriptam Sanctus Eugenius Episcopus omni & doctrinæ & pietatis ratione retineri studuit; vt etiã conseruata est perpetuo catholicæ Ecclesiæ consensu: nos propterea, qui Dei & Apostolicæ Sedis gratia Mediolanensis Ecclesiæ administrationi præsumus, omni ratione curare debemus, vt prisca huius Ecclesiæ instituta, veteresq. ritus, atque adeò ab ipso Sancto Ambrosio introducti retineantur & conseruentur. Hoc igitur tempore cum Breuiarium Romanum ex sacro sancti Tridentini Concilij decreto restitutum, nuper Pij Quinti Pontificis Maximi iussu in lucem prodierit; eoq. edito ipsius Summi Pontificis literis interdictum sit, ne reliqua, qualia qualia sint Breuiaria, quæ ducentis ab hinc annis in vsum & consuetudinem introducta sunt, ad diuina officia in posterum adhibeantur; illudq. in primis abrogatum sit, quod à Francisco Quignonio tit. Sanctæ Crucis in Ierusalem presbytero Cardinale conscriptum fuit: nos propterea vt & exequamur quod ab ipso Sanctissimo Pontifice piè sancitum est, & antiquos

in canonicis horis & diuinis officijs nostræ Mediolanensis Ecclesiæ ritus, totamq. ipsam Ambrosiani Breuiarij rationem conseruemus; illud vniuersis & singulis ijs clericis qui Ambrosiano more diuina officia obire debent; vel quia ecclesiastica beneficia obtinent, in quibus hoc ipso ritu moreq. illa dicuntur; vel quia ipsi addicti sunt Ecclesijs eodem Ambrosiano ritu vtentibus; vel quia sacris ordinibus initiati, in huius vrbe aut diocesis clero adscripti sunt: ijs edicimus atque iubemus, vt ne ad illius Quignoniani, sed ad ipsius Ambrosiani Breuiarij præscriptum canonicas horas & diuina officia deinceps præstent. Quòd si secus ab eis factum erit; eas pœnas illos subire decernimus, quæ Lateranensi Concilio à Leone x. Pontifice Max. & prouinciali nostra Synodo contra clericos constitutæ sunt, qui canonicas horas intermittunt.

*Sess. 9. cap. 9. prouin. t. par. 2. de can. horis nõ intermitt. pag. 17.*

Vt verò in illis vna eademq. certissima præscripta ratio seruetur; illi ipsi omnes & singuli octo ad summum post diem Natalem Domini diebus Calendarij, habeant, quod anno sequenti accommodatum, nostraq. auctoritate confectum, quotannis in lucem emittetur.

Ne in secularibus vllis Ecclesijs, etiam si clericatus cappellæ sint, quæ vel ad ius patronatus, vel ad sodalitatem aliquam pertineant, aut oratoria item sint siue publica siue priuata, liceat (nisi facultate scripto à nobis data, quam nulla alia nisi graui causa concedemus) alio ritu quam Ambrosiano Missam aliaue diuina officia dici: modò tamen parochiales Ecclesiæ nõ sint, quæ intrà suos fines cappellas, clericatus, oratoriaue habeant; in hisq. ipsis ex veteri illarum instituto diuina officia celebrentur alio ritu.

*Decretum. VI.*

**Q**UIBUS in Ecclesijs Missæ complures celebrantur; earum Rectores sacristæue libro confecto sacerdotum in eisdem concessu nostro celebrantium nomina describant, notato etiam nostrarum literarum die, quarum auctoritate id illis permissum sit. Confecto autem sex mensium spatio postquam illæ literæ datæ sunt, ne celebrare illos patiantur, qui eius rei facultatem non renouauerint.

*Liber missarum in sacristia adseruandus.*

Vtq. facile cognosci liceat, an sacerdotes qui in ipsis Ecclesijs Missas certo quodam præscripto numero celebrare debent, hoc ipsum munus omnino præstent; ob eam causam, præter cætera quæ in huius rei diligentia plerisq. in Ecclesijs præscripsimus, ipsi etiam Ecclesiarum Rectores, alijue ad quos hoc sanè spectat, librum alterum conficiant, curentq. vt in eo ipsis præsentibus eiusmodi sacerdotes, cum ab altari redierint, manu sua, & diem quo in illis celebrarint, & nomen tuum notent.

Si qui verò eas Missas celebrare neglexerint prætermiserintue; eorum nomina ijdem, qui in vrbe

vrbe sunt, ad nos; qui verò in diocesi, ad Vicarium Foraneum cui quisque eorum subiectus est, completo mense tribus post diebus ad summum mensis proximè ineuntis deferant, vt negligentia suæ debitas pœnas luant.

Quòd si Rectores, Sacristæ, alijue ad quos hoc pertinet, in eo negligentes fuerint, quòd eo ipso præscripto tempore tales non detulerint; mulctentur his sumptibus, qui satis erunt ad eleemosinam sacerdotibus totidem Missas celebrantibus distribuendam; quòd ij sacerdotes, quorum hoc celebrationis munus intererat, celebrare prætermiserint. Si verò in alijs ipsis rebus quas supra ediximus, vllam negligentiam admiserint; pœna mulctentur arbitrato nostro.

*Decretum. VII.*

*Eleemosinæ præmissarum celebratione oblata quo pacto distribuendæ.*

**Q**UIBUS in Ecclesijs, vel quia certi dies festi aguntur, vel quia indulgentiæ indictæ sunt, vel alia de causa Missæ plures celebrantur, quam alijs solent diebus; tunc in ijs ob Missæ celebrationem ne sacerdoti cuiquam eleemosinas flagitare accipereue liceat, etiam si ei ipso illo nomine quisquam spontè eas offerat; sed is illas in capsula deponendas curet, quæ certo Ecclesiæ loco, aut pro sacristiæ foribus propterea collocata erit.

Cui capsulæ ijs ipsis certis diebus sacrista Ecclesiæue curator clericum aliquem probatum præficiat: cuius cura sit, & Missarum numerum describere, & notare item quorum nomine causauè illæ celebrari debeant; vt ex earum rerum notatione rationeq., sacrista curatorue sacerdotibus statim præscribat, quid pro eleemosina oblata ipsi singuli præstare debeant, ad satisfaciendum voluntati eorum qui obtulerint.

Peractis autem sacris, quæ pecunia eam ob causam in capsula deposita erit; illam Sacrista vel Ecclesiæ curator ijs Sacerdotibus pro rata distribuatur, qui eo die in illis ipsis Ecclesijs celebrarint.

Qui verò Sacerdotes propè eas Ecclesias habitant, in quibus vel dies festus agitur, vel indulgentiæ indictæ sunt, vel alia causa plures Missæ celebrantur; ij populum suæ curæ commissum moneant, quas eleemosinas Missarum celebrationi dare quisque velit, eas non Sacerdoti ipsi tradat qui celebraturus est, sed in captulam deferat, quæ eo nomine constituta erit.

*Decretum. VIII.*

*Nemo sine facultate celebrat in ecclesijs monialium.*

**N**EMO, etiam si parochus sit, neque vllus item quiuvis Sacerdos, cui etiam nostris literis in vniuersa vrbe diocesiq. nostra Missam celebrare concessum est, in vllis quibuslibet monialium Ecclesijs celebret; ne superioris quidem permissu, qui illarum curæ præsit, nisi facta sibi à nobis nominatim huius rei po-

testate; idq. exceptis ijs diebus, cum in ijs ipsis Ecclesijs funus exequiæue fiunt.

*Decretum. IX.*

**N**E vestes, ornamenta, aliaue cuiusuis generis indumenta ad vsum sacrum comparata, in sacrosancto Missæ sacrificio, & reliquis diuinis officijs adhibeantur, nisi ex Ecclesiæ instituto prius solemnè benedicta sint.

*Vestes pro diuinis officijs benedicendæ.*

*Decretum. X.*

**Q**UOD in parochialibus Ecclesijs & vrbanis & diocesanis fieri solet, vt parochi fidelibus Dominico die denuncient, quæ vigiliæ, qui dies festi, quæ item ieiunia in hebdomada incidant; hoc autem ipsum cum minimè consentaneum sit prætermitti negligiue in Ecclesia Metropolitana, reliquarum Ecclesiarum quæ in nostra vrbe & diocesi sunt, matre, in quam vel frequentissimus populus conuenire solet: idè edicimus ac iubemus, vt in singulos Dominicos dies, vnus ex Canonicis eiusdem Ecclesiæ minoribus, qui ordinarioli seu notarij nuncupantur, pronunciatò in solemnè Missa Euangelio, vigiliæ, dies festos, & ieiunia, quæ sequenti hebdomoda ex sacrosanctæ Ecclesiæ ritu atque instituto agi celebrariq. debent, & reliqua item omnia quæ nostro iussu promulganda erunt, populo denuncient.

*Vigiliæ & dies festi in Metropolitana denunciandi.*

*Decretum. XI.*

**I**N maiori Missa, quæ in nostra Metropolitana, alijsq. Collegiatis Ecclesijs, & in ea item Missa, quæ à parochis, alioque eius nomine in Ecclesijs parochialibus quotidie celebratur, cum Corpus Iesu Christi Domini sustollitur; signum campanæ sono detur: cuius soni significatione, fideles qui in Ecclesia nõ adsunt, admoniti, ad tanti tamq. magni mysterij ac beneficij recordationem animum adijcere atque excitare possint.

*Campanæ pulsatio in eleuatione corporis Domini.*

*Decretum. XII.*

**P**AROCIALES Ecclesiæ extra vrbe, quarum parochi sibi persuadent, eas à cuiusuis Præposituræ iure liberas esse atque immunes, si id publicis monumentis, aliaue ratione duobus mensibus testatum non fecerint; intrà earum Præpositurarum fines esse censeantur, quibus Præposituris illæ ipsæ parochiales Ecclesiæ parochialia officia præstant, vel alio quouis tempore præstiterint.

*Parochiales ecclesiæ alicui Præposituræ adiungantur.*

Quòd si nulli vnquam Præposituræ ea præstiterint; sint eius quæ propius abest, iuri adiunctæ. Si verò duæ tresue Præposituræ paribus inter se interuallis distare videntur; earum parochialium Ecclesiarum curatores duobus post huius decreti promulgationem mensibus, dicta ipsius



Præpositis die vnâ cum illis ad nos veniant, deliberentq. ac statuunt nobis presentibus, cui Præposituræ se addicere velint. qua quidem re semel deliberata & constituta, Præposituræ cui se addixerint, id officij atque obseruantia in posterum præstent, quod cæteræ parochiales Ecclesiæ eidem præstare solent.

Quod autem de Ecclesijs parochialibus constitutum hoc decreto; id etiam ad eas ecclesias pertinere volumus, quæ Archipresbyteratus nomine vocantur, etiam si hæc re ipsa collegium habeant.

Ab hoc tamen ipso decreto illas parochiales Ecclesias excludimus, in quibus alius est diuinorum officiorum ritus, atque ille est qui in Præposituris adhiberi solet: ad quas illæ huius nostri decreti auctoritate solum pertinere aliquo modo possent.

*Decretum. XIII.*

**Parochi, & reliqui ecclesiastici in festo Corporis Dñi in suam præpositurâ conueniant.**

**P**AROCI, ij etiam qui Archipresbyteri vocantur, alijq. sacerdotes, & reliqui inferiores clerici, in celebritate Corporis Iesu Christi Domini, tum in litanijs & maioribus & minoribus, ad Præposituram diocesanam in cuius finibus habitant quotannis conueniant, & supplicationum & processionis munus superpelliceis induti omnes vnâ obeant; modò tamen eorum Ecclesiæ alium ritum in diuinis officijs non teneant, atque ille ipse est, qui in ipsa Præpositura feruatur.

Quod munus si quisquam præstare neglexerit recusatitue, id ei pœnæ sit, vt per annum ab ordinis sui munere amoueat, aliaq. præterea pœna mulctetur arbitratu nostro; idq. nisi vel ob itineris difficultatem, vel loci lōgum intervalum, vel aliam grauem ob causam sibi facultatem à nobis impetrarit, vt in sua Ecclesia id processionis munus præstet.

*Decretum. XIII.*

**Quibus olea sancta ferre non liceat.**

**N**E parochi laicos homines, aut clericos sacris ordinibus non initiatos mittant, quibus sanctum Oleum & Christma ad se deferendum detur.

*Decretum. xv.*

**Libro rituali edito omnes vrbis &**

**I**NTER cætera pastoralis curæ officia, illud maximè à parochis requiritur, vt sacramenta, quæ diuinæ gratiæ instrumenta ad sanctificandas animas à Christo Domino Instituta sunt, non solum purè, sanctè, & religiosè ipsi tractent; verum etiam vt ritus & ceremonias teneant atque adhibeant, quæ in illis administrandis sanctæ Ecclesiæ instituto atque vsu comprobata sunt.

Quare vt vna sit & eadem certissima rituum ceremoniarumq. regula, qua in eorum sacramentorum administratione omnes vrbis &

diocesis nostræ sacerdotes vtantur; librum de sacramentorum ritibus, auctoritate nostra à vris grauib. & earum rerum vsu peritis emendatum ac restitutum, & à nobis sedulo recognitum in lucem emitti iussimus.

Ad cuius libri præscriptum omnes & singuli sacerdotes, qui in vrbe & diocesi nostra sacramenta Ambrosiano ritu & more ministrant, ita se instituunt, vt cæremonijs & ritibus eo libro traditis vtantur, neque vllis prætereà alijs: ideoq. mense postquam hic ipse liber editus erit, omnes ij apud se illum habeant.

In quibus parochialibus Ecclesijs intrâ vrbem Batifini fons nōdum constitutus est, tribus post mensibus ex præscripto Concilij Prouincialis, & regula Instructionum nostrarum generalium omnino construat.

Quod si hoc ipso tempore à parochis, aut parochiarum incolis fieri vel negligatur vel plane omittatur; ne in ijs Ecclesijs Baptismi sacramentum ministratur, sed ij ad quos hæc cura pertinet, in Ecclesiam nostram Metropolitanam, aliamuè Ecclesiam, quæ in vnaquaque porta eo nomine à nobis constituetur, infantes ad Baptismū suscipiendum deferendos curent.

*Decretum. xvi.*

**I**D curæ sit parochis & reliquis animarum curatoribus, vt quos compadres ita rudes esse animaduertent, qui fidei symbolum, orationem dominicam, & salutationem Angelicam ignorent; eos hoc munus obire ne patiantur. est enim ab omni ratione alienum, vt qui se Deo fideiuflores constituunt, ij res illas nesciant, quibus se alios instructuros esse sanctè pollicentur. deinde verisimile sit, vt qui in se ipsis hoc neglexerint, idq. culpæ admiserint; negligentiores etiam in eo sint, vt alij ijs rebus instructiores fiât, quarū ipsi rudes omnino sunt.

*Decretum. xvii.*

**C**LERICIS, qui sacris ordinibus initiati sunt, infansem de sacro Baptismi fonte suscipere vetitum sit, idemq. in Confirmationis sacramentò compadres ne sint.

*Decretum. xviii.*

**C**VM ad populi Christiani disciplinam & religionem conseruandam, sanctissimorum patrum sententijs, & multorum Conciliorum decretis, tum Tridentino Cōcilio, perpetuoq. vniuersæ Ecclesiæ vsu & consuetudine illud obseruatum sit, vt quæ grauiora essent peccata, non à quibusuis sacerdotibus, sed ab Episcopis solum absoluerentur: nos propterea quorundam grauiorum casuum absolutionem nobis reseruauimus, eosq. vnâ cum illis quos Concilio nostro prouinciali nobis item reseruauimus, hoc decreto infra ordine quodam descriptos explicari & promulgari volumus; ne ij quibus animarum cura commissa est,

Fons baptifinalis in parochialibus construetus.

prou. i. tit. que pert. ad bap. adm. §. Singula. pag. 7.

Compadres in fidei initijs rudes repellēdi.

Clerici compadres ne sint.

Casuum reseruatio. Sess. 14. de casu referu. c. 7.

Prou. i. part. 2. que pert. ad sacra. pen. admin. pa. 11. §. Ad hoc etiam.

&

& alij item, ad quos vt optimos & fideles minorum Dei dispensatores potestas delata est alios à peccatis absoluendi, ij per imprudentiam extra fines egrediantur peccata sibi facultatis.

Si qui verò confessores quemquam, vel his criminibus quorum absolutionem nobis reseruauimus; vel illis etiam, quorum absolutio Canonum iure, & Apostolica auctoritate Episcopis reseruata est, illigatum absoluere attentarint, nisi facta sibi scriptis huiusce absolutionis potestate; ij excommunicationis pœna afficiantur.

*Casus & Prouinciali Concilio, & Synodo diocesana nobis reseruati.*

**R**aptores virginum. Qui moniales violarint, earum uè septa ingressi sint facultate non impetrata.

Qui abortum procurarint.

Qui secundo vel propinquiori cognationis gradu incastum admiserint.

Incendiarij, & qui damni iniuriæ uè causa vites vel arbores alienas inciderint.

Ecclesiam polluentes.

Homicidæ voluntarij.

Qui parentes percusserint.

Qui locis pijs infantes exposuerint, cum habeant unde ipsos alant, neque eorum locorum damnum resarcierint.

Prou. i. par. 3. de piorum locorum adm. p. 42. §. Pœnam.

Notarij legata ad pias causas facta non denunciata, quemadmodum eis prouinciali Synodo à nobis præscriptum est.

Qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huius generis, Eucharistia, sacrificiè rebus abutuntur.

Qui duobus post annis quam piorum legatorum dies venit, ea pijs locis non persoluerint, aut eis alia ratione non satisfecerint.

Qui stateras, mensuras, monetaluè adulterarint, corruerint.

Qui clandestina matrimonia contrahere attentauerint, quiuè eidem interfuerint.

Qui fidei vinculo adstricti de matrimonio inter se contrahendo, antequam solemnè ritu illud ex præscripto Ecclesiæ celebrent, vnâ coeunt.

Qui hæreticos, hæresis uè nomine suspectos, eosuè item qui hæreticorum libros habet, si quos tales sciunt, non denunciant.

Qui ieiunij diebus, aliis uè cum ab Ecclesia vetitum est, nulla legitima causa, aut facultate non impetrata carne vescuntur.

Qui virginem, aliamuè cuiusuis generis mulierem quouis modo cōpulerint (causis exceptis à iure permissis) ad habitum cuiusuis religionis suscipiendum, aut ad professionem conficiendam.

Qui item auxilium, consilium, studium uè eidem præstiterint; aut quouis modo scientes huic actioni præsentés adfuerint, consenserint.

Qui nulla iusta causa cuiusuis mulieris voluntatem impederint, quominus velum acceperit,

vel votum nuncuparit.

Qui clerici item quous ecclesiastica beneficia obtinentes, habitum clericalem non induunt; aut nō ijs sacris ordinibus initiati sunt, quos ipsius ecclesiastici beneficij quod obtinent, ratio requirit.

Qui maiori excommunicationis vinculo illigati tenentur, interdicti sunt, suspensiuè; idq. siue ab homine, siue à iure.

Vt autem sacerdotes, quibus hoc audiendæ sacræ confessionis munus commissum est, eam ipsam excommunicationis pœnam, quam mox supra ediximus, vel diligentissimè caueant; sciantq. prætereà quibus quasi finibus eorum auctoritas contineatur: casus qui supra notati sunt, tum eos etiam qui summo Pontifici, & in processu Bullæ die Cœnæ Domini latæ, & Canonum iure reseruati sunt, tum illos prætereà qui ad Episcoporum absolutionem canonice sanctionibus pertinent, ordine descriptos, notatis etiam locis unde sumpti sunt; eos iussu nostro collectos diuulgari iussimus.

Quos casus tabella libellouè expressos, vnusquisque confessor apud se habeat, vnâ cum libro etiam canonum penitentialium; quorum cognitio & Canonum iure, & nostro prouinciali Cōcilio eis maximè commendata est, qui in sacris confessionibus audiendis versantur.

Quos verò casus absolutioni nostræ reseruauimus, eos parochi & vrbani & diocesani, in sua quisq. parochiali Ecclesia quotannis Quadragesimæ & Aduentus initio promulgent: vt qui confessiones audiunt, excommunicationis pœnam vitent quæ contra facientibus constituta est; tum etiam vt sciant fideles, quorum peccatorum absolutionem à nobis petat, aut ab ijs quibus id curæ dederimus.

Prou. i. Quæ put. ad sacra. pag. 11. §. Confessores.

*Decretum. xix.*

**Q**VI excommunicationis vinculo irretiti sunt, vt & ij pudore affecti, in sanctæ Ecclesiæ gratiam redire studeant eò diligentius; & alij ne per imprudentiam cum eisdem vllum cōmercium consuetudinem uè habeant: parochis vrbis cum à nobis, diocesanis verò cum à Vicario Foraneo seu Præposito significatum erit, quempiam excommunicationis pœna affectum esse, ipsi quoque eundem in suis Ecclesijs primo quoque mensis die Dominico talem denuncient.

Excommunicationum denunciatio quando faciendâ.

Neque hoc agere cessent eadem constituta die, nisi certiores à nobis, vel ab illis ipsis quos diximus, facti sint, illum peracta penitentia Ecclesiæ reconciliatum esse.

Hanc prætereà diligentiam illi ipsi adhibeant, vt si qui suæ curæ commissi, per annum in excommunicatione & celsuris fuerint, neglexerintq. Ecclesiæ satisfacere; eorum nomina ad nos deferant, vt contra eos agatur, quemadmodum sacri Canones, & summorum Pontificum sanctiones in eos statuerunt, qui per annum in censuris infortuerint.

Decretum. xx.

Templorum ornatus & apparatus in supplicationibus.

VENIAM à Christiana pietate alienum est, ad ornatum templorum augendum ea adhiberi, quæ non modo religionem non excitant, sed popularium animos ad nefarias cogitationes alliciunt; idèd ne quis illis ornandis peristromata aulæaq. adhibeat obscenis figuris contexta; neque item imagines & signa apponat, quæ vel ethnicorum hominum, vel aliarum rerum quæ à loci sanctitate alienæ sint, speciem referant; cum templa Dei pijs atque honestis ornamentis illustrari atque adornari debeant.

Quod de hoc ipso templorum ornatu sancitum est; idem in apparatu, qui in supplicationibus publicis, & die præsertim festo Corporis Christi Domini fit, parochi in suæ quisq. parochiæ via, qua processions munus obibitur, seruari curabunt.

Decretum. XXI.

Eleemosinarum oblationibus q. Metropolitanæ ecclesiæ sicut ratio præscripta.

QUÆ intima animi religione & externo pio cultu à maioribus instituta sunt, ad exercenda Christianæ beneficentiæ ac pietatis officia; ea inductis nonnullis morum erroribus præstari non debent prauo quodam habitu, qui nõ solum ipsorum maiorum voluntati alienus sit, sed à re ipsa quæ sanctè geri debet, maximè abhorrens.

Quarè nos cum multis abhinc annis non sine magno quodam animi dolore animaduertimus, piam illam Christianæ liberalitatis eleemosinamq. oblationem, quæ ad religiosissimum augustissimumq. huius vrbs templum excitandum, & ad iram Dei placandam olim instituta est, eam ipsam ad quandam speciem traduci; in qua non vlla modò Christianæ virtutis significatio non eluceat, sed res omnis planè spectetur, quæ cum ipsis profanis & à Christiana religione abhorrentibus gentiliū institutis & moribus conuenire videatur; id pastoralis nostri muneris rationi alienum non esse censuimus, ei rei quantum in nobis est occurre; atque ita prospicere, vt conseruata illa quæ maximè debet, pia admodum ac liberali in templo Dei excitando atque ornando beneficentia, cui vel magna cælestis gloriæ merces propo- sita est; res ipsa nõ popularibus spectaculis, sed diuinis laudibus, hymnis, atque aded ijs Christianæ pietatis actionibus geratur, quæ hominum mentibus non vllam rerum humanarum voluptatè, sed diuinarum cultum inijciat. Itaque quæ eleemosina ab vnaquaque huius vrbs regione in singulas portas distributa, fabricæ nomine ipsi templo contribui solet; ea non pomeridiano tempore, nõ sub vesperum, sed manè, omni animi religione & mente supplici fiat.

Eo præterea processions ordine præstetur; vt primò pueri, qui in illius portè seu regionis pa-

rochijs doctrinæ Christianæ rudimentis erudiuntur, præeant; deinde ordine procedant homines sodalitatum, quæ disciplinatorum nomine vocantur; post hos clerus vniuersus illius regionis eleemosinam offerentis: isq. & litanijs dicendis, & diuinis laudibus, & hymnis sanctæ Catholicæ Ecclesiæ more institutis, id muneris obeat.

Populus verò à parochis sæpè moneatur, idq. præsertim paucis antè huius muneris functionem diebus; quanta animi religione, quàm humili corporis habitu, quàm graui & moderato incellu, quàm rectè atq. ordine hoc ipsum Christianæ beneficentiæ officium à maioribus pietatis ergò institutum obire debeat: ita vt non vlla perturbatione, non concursationibus, non tumultibus, non clamoribus, non profanis spectaculis actionibusue, nõ canticis denique, quæ vel turpitudinis vel offensionis vllam speciem præbeant, id ipsum præstet; sed ita sanè, quæ admodum reliqua omnia præstari agique solent ac debent, quæ ad Dei laudem referuntur. Videatq. propterea, ne quæ res ad salutem Ciuitatis instituta est, ea ipse abutatur ad perniciem.

Decretum. XXII.

NE imagines cereæ voti causa Ecclesijs pijs- uè locis oblatae venditari vllò modo possint, ac ne contractæ quidem etiam vetustate temporis, nisi concessu nostro in vsum Ecclesiæ conuertendæ sint.

Imagines cereæ voti causa oblatae ne uedantur.

Decretum. XXIII.

QUÆ res eiusmodi sunt, vnde in ecclesia Dei offensiones existere facile solent, ijs pastoralis cura occurrendum est diligenter. cum igitur in quibusdam nostræ diocesis regionibus puellæ nobiles non vlla penè habita virginalis pudoris ratione eleemosinas Ecclesiarum nomine quærent, idq. fiat non sine quadam offensione, & virginalis pudicitia discrimine; illud sedulo curent parochi nostræ diocesis, ne quid tale in suis parochijs posthac vlla ratione admittatur.

Puellæ nobiles ne eleemosinam ecclesiæ nomine quærent.

Decretum. XXIII.

NON animarum curatores solum, sed capellani etiã, ac sacerdotes omnes, in sacerdotibus ijs conuentibus adsint, qui de ecclesiasticis disputationibus in singulos menses haberi solent.

Conuentus sacerdotales.

Qui in vrbe sunt, ij suæ quisque portè in cuius finibus domicilium habet, conuerti intersint; diocesani verò ad eius Præposituræ conuentum se conferant, quò eorum cuiusq. parochus conueniet.

At illis qui animarum curatores non sunt, ne sententiam de ijs rebus dicere liceat, quæ in ipsis conuentibus agentur; nisi ab eo qui præerit, sententiam rogati sint.

Reli-

Reliquis verò omnibus in Conuentu actis, cum liberius parochi, de rebus ad animarum quæ eorum cuique commissæ sunt, curationem pertinentibus agere volent; tunc capellani, & reliqui qui animarum curam non habent, eius qui Conuentui præest iussu discedant.

Hoc decreto Ecclesiarum quæ in vrbe collegiate sunt canonicos (nisi parochi sunt) teneri nolumus; cum in ipsis eorum Ecclesijs certos conuentus constituturi simus inter eos; idq. etiam in quibusdam frequentioribus ecclesijs collegiatis quæ in diocesi sunt, statuemus.

Decretum. XXV.

Parochi antè conuentum sacerdotalem consecratur. Prou. I. pag. 2. de vic. foraneis pag. 27.

SI quis animarum curator, qui diocesanis conuentibus interesse debet, die ante quàm conuentus habeatur, vt Concilij nostri provincialis decreto edictum est, vel eo ipso die manè cõfessus non erit; huic illius diei Conuentui Vicarius Foraneus interdicit, nummoq. aureo præterea mulctet, quem egentibus hominibus attribuat in ea parochia, cuius parochus hoc erratum admiserit.

Itè sacerdotes, & reliqui in synodo diocesanæ.

Quo præterea die posthac diocesanæ Synodi initium fiet, eo ipso die manè omnes & singuli qui in Synodo adesse debent, ritè primùm confessi, sacerdotes quidem sacrosanctum Missæ sacrificium offerat; reliqui verò inferiores clerici sanctissimam eucharistiam sumant.

Decretum. XXVI.

Clericis à diocesis finibus sine facultate abesse non liceat.

NE clericis qui sacris ordinibus initiati sunt, quiuè ecclesiasticum beneficium, idq. etiã nullus curæ obtinent, ijs amplius octo dies continenter à diocesis nostræ finibus abesse liceat, nisi literis nostris data ipsis huiusce rei facultate.

Prou. I. de Residencia. pag. 20.

Nihil tamè propterea ijs derogatum putetur, quæ & Tridentino, & provinciali Concilio, & edicto nostro, de Curatorum residentia, aut de alijs decreta sunt, qui etiam à beneficijs suis absunt.

Decretum. XXVII.

Clerici sine licentia ne laicis operam nauent. Prou. I. par. 2. de negotijs secularibus a deleg. fugien.

VT quæ nostro provinciali Concilio sancita sunt, ea non patiamur vllò modo ab ijs negligi, quorum causa illa decreta facta sunt; idcirco clericis beneficium ecclesiasticum obtinentibus, alijs item qui sacris ordinibus initiati, laicis hominibus quouis gradu dignitateuè præditis, in quocunq. vllò munere aut officio obeundo, vel quauis causa illorum domi in vrbe forisue operam suam nauant; ijs omnibus & singulis edicimus, vt dimissa hac Synodo, mense post ab illis laicorum adibus abeant, nisi literis nostris permissum eis erit iusta causa perseuerare.

Si quibus verò huius rei hactenus potestas facta est, id eo ipso præstituto tempore nobis de-

nuncient atque ostendant.

Qui contra fecerit; ab ordinis sui munere tã diu amotus ipso iure sit, quoad nobis videbitur, arbitratoq. nostro præterea mulctetur.

Decretum. XXVIII.

QUicumque in actionibus publicis baculum, ferulamue, aut rem vllam aliam ferre solent, quod suæ dignitatis insigne sit; ij in ijs ipsis publicis munerum functionibus semper insigne tale adhibeant.

Insigne dignitatis officiuè quã adhibendum.

Quoniam verò veteri huius sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ vsu & consuetudine illud institutum est, vt parochi vrbsani, caputium quod est eorum insigne, ferant, quo à reliquis qui animarum curam non habent, instancantur; idcirco eidem iubemus, vt illud institutum retineant: ita vt si qui id eorum insigne (cuius extremam partem interiorem fascia limbouè coloris viridis vestiri iubemus) per vrbs non induant; mulctæ cuiq. sit, quoties contra fecerit, nummus aureus locis pijs arbitrio nostro attribuentur. quæ pœna is mulctetur etiã si comprehensus non esset, modò id testatum fieri alia ratione possit.

Parochi caputium ferant.

Hoc autem decreto teneri nolumus, neque Metropolitanæ Ecclesiæ canonicos ordinarios, neque alios item collegiatarum Ecclesiarum Canonicos, eosue qui in his ipsis Metropolitana collegiatisue Ecclesijs officia obtinent ecclesiastica; idq. eo solum tempore, cum ipsi canonici, aut ecclesiastica officia obtinentes, vel processiones, vel alias actiones pro muneris sui ratione collegiatim obeunt.

Decretum. XXIX.

CLERICIS iter habentibus quauis vestitu contractiori vt licebit, at decentem tamè illum, atque eiusmodi esse oportet, ex quo eos esse ecclesiastici ordinis homines agnolci facile possit.

Clericorum vestitus in itinere, & pileus itè.

Cum verò ij ex oppidis, alijsue nostræ diocesis locis venerint, quò peruenire contendunt; etiam si locus is non sit in nostræ diocesis finibus, talatem togam atque aded alias vestes ita induant, vt provinciali Concilio de clericali habitu, nostrisq. literis aliàs edictum est.

Prou. I. par. 2. de cler. vest. & c. pag. 18.

Cum autem vel itineris, vel cæli grauitate, vel capitis morbo, vel per pluias, aliaue causa illos pileo vt oportet; is eiusmodi sit, qui à militaris pilei forma distans, non turbinis speciem præ se ferat, sed talis denique sit, qui ordinis clericalis hominem deceat.

Decretum. XXX.

ET quoniam provinciali nostro Concilio vetitum est, quo tempore vel sacrorum vel exercituum causa in vnum clerici congregantur, ad mensam nõ plures quàm sex, eosq. clericos

Explicatio decreti de sacerdotali mensa in festorum celebritate.

Prou. I. par. 2. de armis ludis.

adhiberi: id quoniam non facile in nostra diocesi locum habere potest, cum ecclesie ferè vniuersè longius inter se distent, graueq. esse possit clericis de itinere fessis manè eodem die ad ecclesiam suam redire; id propterea licere volumus parochio tot conuiuas in mensa habere, quot ex Vicarij foranei facultate sibi permiffum erit: modò tamen ne in iis ipsis vllus homo laicus sit; illudq. prætereà seruetur, quod in parochialibus conuentibus de frugali sacerdotaliq. modestia à nobis præscriptum est; & sacra itè lectio in mensa perpetuò adhibeatur.

Ibid. de vic. for.

Decretum. xxxi.

Explicatio decreti de canonicis & clericis. Ibid. de clericis. Ibid. pag. 19.

QVOD provinciali nostro Concilio de Canonicali item ædium vsu & habitatione decreuimus; id locum etiam habere declaramus in illis Canonicalibus ædibus, quæ ad Canoniceorum domicilium constitutæ, vel in emphyteosim datæ sunt, vel pignori hypothecæ uè tenentur, ob sumptus qui à conductore in illis faciendis aut restituendis facti sunt; modò tamen eiusmodi ædes in canonicalis domicilij ambitu sint.

Decretum. xxxii.

Explicatio decreti de iis que in feretro adhibentur. Prou. i. de fun. pag. 35.

QVOD nostra constitutione, quam provinciali Concilio confecimus, de iis quæ in feretro & in efferendis mortuis adhibentur, decreuimus; in eo decreto cõficiendo animi nostri sensum eum fuisse declaramus, vt nihil eo ipso decreto illis parochialibus Ecclesijs, unde mortui aliò efferuntur, ademptum atque detractum esse velimus de eã canonica portione, quæ illis vel iure vel cõsuetudine debeatur.

Decretum. xxxiii.

Explicatio decreti de cruce in funere ferenda. Prou. i. uti. §. singularum.

QVOD de cruce in funere ferenda nostro provinciali Concilio cõstituimus his verbis, vt ALIÆ CRUCES IN FUNERE NON DEFERANTVR, NISI QVAS SVVS QVANQVE CLERVS SVBSEQVATVR; quoniam à plerisq. aliquando quæsitum est, an illius decreti auctoritate, ecclesijs etiam non collegiatis, sacerdotes tamen & clericos aliquot habentibus, in eo funeris officio cruce propria vti liceat; nõ in posterum ea res controuersa sit, ne uè inde vlla existat quæstio, hoc Synodali decreto mentis nostræ sensum ita exprimendum censuimus, vt de Collegiatis solum Ecclesijs, neque de vllis prætereà alijs, illa provinciali nostra constitutione sancitum esse declaremus; idque ita planè à nobis expressum, sine vlla controuersia seruari iubemus.

Decretum. xxxiiii.

Conuersæ moniales ad funus ne prodeant.

CVM ad nos delatum sit, nonnullas moniales, quæ conuersæ vocantur, in ipsis Monasteriis septis habitantes, quæ item professionem confecerunt, eas è Monasterii sui finibus ad funus prodire, idq. sit contra summi Pontificis Pii Quinti constitutionem, quæ est de clausura Monialium; nos propterea vt huic rei occurramus, illud iis ad quos ea funeris cura pertinet, edicimus, vt ne eas in funere esse patiatur, sed in Monasterium ipsas redire curent. Quòd si redire neglexerint, recufarintuè; illarum nomina ad nos deferant, vt rationem aliquam ineamus de ipsis in Monasterio retinendis & puniendis: id quod ipsius Pontificis constitutione sancitum est.

Parochi prætereà & alii funerum curatores in eo etiam vel summam diligentiam adhibeant, vt ne scemina sæculares monialibus vestibus indutæ ad funus prodeant.

Decretum. xxxv.

QVAM detestabile sit apostatarum genus, vt pote cum homines sint, quos voti fidem qua se Deo sanctè adstrinxerunt, violare non puduerit; id cum ex patrum sententijs, sacrosanctis Canonum legibus, & summorum Pontificum, Martini Quinti in primis, & Pauli Quarti constitutionibus, tum ex re ipsa atque exitu intelligi licet: præsertim cum nemo sit qui nesciat, quanta, & quàm graua sint Ecclesiæ Dei per eos omni tempore importata incommoda.

Apostata iura sua exhibeant.

Cumq. ad nos perlatum sit, eos plerosque varijs confictis causis asseuerantes sibi licere extra Monasteria quæ sui ordinis sunt, degere; hosq. ipsos nõ modò in nostrè & vrbis & diocesis Ecclesijs diuina officia obire, sed etiam (id quod grauissimum est) temeritate quadam ad ductos hoc impetrare ausos esse, vt sibi ecclesiastica beneficia, quibus etiam animarum curatio inest, conferantur: nos igitur vt hanc perniciosam hominum pestem à nostræ diocesis finibus aliqua inita ratione arceamus, vniuersis & singulis qui habitum ordinis sui deposuerint, in diocesi nostra extra religionis suæ Monasteria viuunt, hoc edicimus, vt mense post quàm hæc decreta in lucem emissa erunt, facultatem nobis ostendant atque exhibeant, qua sibi licere putent ab ordinis sui Monasterijs abesse.

Si qui prætereà ex ijs in nostra Ciuitate siue diocesi beneficium ecclesiasticum obtinènt, eo præscripto tempore illorum etiam beneficiorum quæ obtinent, titulos nobis exhibeant. Qui verò ad constitutam diem hoc non præstiterint; ii omnes tanquam ueri apostatæ, & ordinis sui desertores, à nostræ diocesis finibus nulla alia lata sententia statim exulent; & si qui beneficia ecclesiastica obtinent, illis ipso iure priuati sint.

Quòd si postea in nostrè diocesis finibus comprehendantur, graui illa apostatarum pena afficiantur, quæ summorum Pontificum sanctionibus contra eos constituta est.

De-

Decretum. xxxvi.

Arbores in prædijs ecclesiasticis sine licentia ne cadantur.

ECCLÉSIA RVM Rectores ne Ecclesiasticorum prædiorum arbores cadant, nisi quæ caduæ sunt. si tamen vsu venerit, vt alias arbores non caduas, vel ad ecclesiam, vel ad ecclesiasticas ædes faciendas restituendasuè, aut aliam ob causam cadendi oporteat; tunc facultate priùs à nobis scripto impetrata, id ab ipsis fieri liceat.

Decretum. xxxvii.

Promulgatio decretorum de occupatis ecclesiasticis bonis itemq. de decimis.

Prou. i. pag. 38 §. quibus etiam Sefs. 22. dec. de refor. c. 11.

Sefs. 25. dec. de refor. c. 12. Prou. i. uti. §. Ne per incertiam. Pia legata Archiepiscopo de nuncianda.

Ibid. p. 3. de priorum locor. ad min. pag. 41.

De locationibus prædiorum ecclesiasticorum, cõ pacto, vt illa meliora reddi liceat.

NEMO est qui nesciat, quàm graue peccatum sit, bona cuiusvis generis, fructus, emolumenta, cæteraq. eiusmodi, quæ Ecclesijs pijsq. locis debentur, per vim aut fraudem occupare. Vt igitur ab hoc nefario sacrilegio pœnæ grauitate homines deterreantur, & qui sibi huius criminis conscij sunt, quò grauioribus pœnæ vinculis se adstrictos vident, maiori cura maioriq. studio quærant salutaris pœnitentiæ remedia; id parochis nostris negotij curæq. nostra provinciali Synodo dedimus, vt grauissimum illud Tridentini Concilij decretum eo de genere latum, primo quoq. dominico die Aduentus & quadragesimæ, in Missa cum frequentior est populus, in sua quisque parochia recitet, idq. vulgari lingua exprimi voluimus. Vt autem in eo recitatio ac promulgatio vna eademq. certa sententiæ formula adhibeatur; illud ipsum auctoritate nostra vulgariter conuersum recitari ac promulgari iubemus.

Hoc idem quod de Tridentino decreto edicimus, illis ipsis diebus præstari iubemus in Bullæ à Sanctissimo D. N. Pio Quinto die cœnæ Domini latæ, ea parte quæ ad hoc occupationis genus pertinet, communi sermone promulganda.

Hoc ipsum seruetur, quod de decimis soluendis Concilio Tridentino grauissimè decretum, idem provinciali nostra constitutione promulgari iussum est.

Cum legatum aliquod pium, vel annuum, vel in perpetuum Ecclesijs locisue pijs factum est, vt vel Missæ celebrentur, vel exequiæ etiam anniuersariæ fiant; hoc præter illud quod in hac ipsa re etiam à notarijs provinciali Concilio præstari decreuimus, Ecclesiarum piorumue locorum Rectoribus administratoribusuè edicimus, vt quindecim dierum spatio post facti legati notitiam, id legatum nobis denuncient; vt quod testamento ipse testator fieri voluit, id nos pro nostra pastoralis muneris cura, piè vt decet, præstari curemus.

Decretum. xxxviii.

VSV & diuturna consuetudine compertum est, quantum Ecclesijs detrimenti damniq. sæpè importet illa prædiorum ecclesiasticorum locatio, quæ ad certum tempus pactioibus ijs

iniri solet, vt facta testaq. ea fieri, melioraque reddi liceat; ac interdum ea conditione, vt qui sumptus facti sunt, ne possint nisi in ipso extremo locationis tempore recuperari; & qui item conduxerint, eijci amoueriue à possessione ne possint, nisi quidquid in illis melioribus reddendis pecuniæ erogarint, quidquid sumptus fecerint, id omne receperint. Cum autè qui locarint, ad eos potissimum spectet, pro fructuum & emolumentorum quæ inde percipiuntur ratione, facta illa testaq. facere, ac meliora reddere; ipsi tamen collusionine & simulatione quadam vili etiam pretio locantes, ipsum locationis tempus sensim aliquando tamdiu protrahunt, quoad viuunt; tum vt ne quidquid impensarum huius rei causa factum est, ipsi soluant, sed ei qui in eius locum succedet, id oneris relinquunt; tum etiam vt cum is qui conduxerit, multum eo nomine insumpserit, non facile possit is qui illius Ecclesiæ rector succedet, ea ipsa prædia recuperare; sed ne Ecclesia ijs prædijs careat (quæ mortui rectoris culpa pretio etiã sanè vili locata sunt) eam cogatur inire rationem, vt illius Ecclesiæ prædiorum magnam partem alienet: idcirco nos, qui pro nostro pastoralis munere Ecclesiarum vtilitati consulere debemus, huic rei vnde tantum detrimenti tantumq. incommodum ipsis Ecclesijs accidere solet, ita occurrendum censuimus.

Quæcunque ecclesiasticorum prædiorum locationes in posterum eo pacto fiant, vt illa meliora reddi liceat, & quidquid in illis faciendis restituendisue erogatum sit, id ei qui conduxit, solui oporteat; hæc inita locationum pactio (nisi quæ emphyteosis nomine contrahitur) ne ius tribuat faciendi impensas, quæ in quouis ædificij genere, etsi vtilis, non tamen necessariæ sunt.

Quòd si, qui conduxerit, impensas non necessarias in illis vel faciendis vel melioribus reddendis erogarit; nulla sibi neque actio neque exceptio sit, neque item vllò retinendi iure vti possit; sed locatione confecta, quæ prædia conduxit, liberè ecclesiæ restituat reddatue.

Quòd si in locatione nominatim pactio facta sit, vt in ædificijs etiam vtilis impensas conductori facere liceat; hæc locationis conuentio conductori nullum ius tribuat recuperandi reddendiue ab Ecclesia, vel ab eo qui in Ecclesiæ curationem locatori succedet, quod ipse eo nomine erogarit.

Si verò vel ex ea ipsa vniuersali conuentione, vt prædia scilicet quæ locationi data sunt, meliora reddi liceat; vel ex facultate qua id nominatim concessum sit, vt ædes sacri aut restitui liceat, restitutiones ædificationesue eiusmodi quæ ad vsum necessarium pertineant, factæ sint: tum ob impensas eo nomine factas, conductori liceat, eius rei quam locationis nomine quotannis soluere debet, partem tertiam sibi in singulos annos retinere, quoad quidquid ne-



necessariò erogarit, ipse recuperauerit.

Sin autem ad sumptus qui necessariò facti sùt, recuperandos, non satis est ea tertia pars; tunc completa etiam locationis die, ne à prædiorum possessione is qui conduxit, amoueat; sed Ecclesiæ rectori liberum sit atque integrum, aut comparata aliunde pecunia ea ipsa prædia de conductore redimere; aut eadem illi ipsi conductori iterum locare, idque tot annis saltem, ut tertiam partem ad minimum in singulos annos eius rei retinendo quam locationis nomine soluit, id omne firma adhuc locatione recuperet, quod ipse erogarit; aut eadem prædia alteri locare, à quo locationis etiam nomine tantum pecuniæ accipere possit, quantum ei debetur qui antè conduxerit; ut hac pecuniæ summa priori conductori statim attributa, is liberam & vacuam ipsorum prædiorum possessionem Ecclesiæ relinquat. is autem qui ita cōduxit, quotannis saltem tertiam partem eius rei quam locationis nomine debet, retineat, quoad sibi de pecunia mutuo data satisfactum sit.

Si verò qui his conditionibus cōduxerint, tertiam partem in singulos annos non retinuerint, ne ius sit eis ab Ecclesia, nec à rectore qui succedet, repetendi; sed eorum culpæ adscribatur. Quod si rector partem eam acceptam ferre recularit, quam sibi conductor eo impensarum nomine retinuerit; hic qui conduxit, reliquam eius rei partem, quam locationis causa debet, soluere ne cogatur, quoad ille se accepisse legitima probatione fateatur.

Sin autem ex pactione locationis conductori licuerit alias prædiorum partes quam ædificia meliores reddere; eidem ius sit, quidquid in illis melioribus reddendis quotannis insumpserit, id certis illis singulis solutionis diebus proximè sequentibus, in singulos annos quibus locatio firma est, pro rata sibi retinere.

Quod nisi fecerit, Ecclesia, siue qui illius curationi postea præficietur, illos sumptus conductori restituere nullo iure debeat.

Quibus actionibus longius quam supra præscriptum est, tempus conductori tribuitur, in recuperandis sumptibus quos ipse fecerit; ex ijs nullum eidem ius recuperationis competat contra Ecclesiam, eumque qui locatori in eiusdem Ecclesiæ curationem successerit.

Quæ autem locationes ab aliquo Canonico Collegio de prædijs ijs fient, quæ non ad singulorum præbendas, sed ad vniuersum ipsum Collegium pertinent; eaque ita fient, ut prædia meliora conductori facere liceat; ijs locationibus ita initis, si pecunia certa pacta sit in illis melioribus reddendis, quidquid sumptus eo nomine faciendum erit, primo ipso locationis anno, & reliquis singulis sequentibus annis conductor ita pro rata retineat, ut cōfecto ipso locationis tempore, demum sibi omnino satisfactum sit de sumptibus quos ea causa fecerit.

Sin autem nulla certæ pecuniæ pactione inita sit; non ab ipso primo locationis anno, sed ab eo anno postquam sumptus eo nomine facti sunt, initium faciendo, impensas habita temporis ratione quo permanebit locatio, pro rata in singulos sequentes annos sibi retineat.

At verò quæ locationes à rectoribus iam ad breue tempus ita inita contractæ sunt, ut prædia meliora fiant, huiusque pactionis vi atque ratione, & ædificia facta recta sunt, & prædia item meliora reddita; in his locationibus ita contractis duo tresue viri vsu periti à Vicario nostro generali deligantur, quorum iudicio ad sex menses constet, quæ res in prædijs Ecclesiarum locatis meliores reddita, quæque restituta sint, & quantum pecuniæ in ijs erogatum sit, quibus rebus melioribus cognitis ac perspectis, tum Vicarius statuatur, quo temporis spatio firma adhuc locatione, is qui sumptus fecerit, eos recuperare possit.

Si verò qui iam conduxerit, in hisce prædijs aliquid melius in posterum reddiderit sumptibus suis; hos sumptus quos fecerit, ea ratione recuperet, quæ à nobis hoc decreto præscribitur; nisi id conuentum sit, ut breuiori tempore soluatur, quam à nobis statutum est.

Id autem quò facilius præstetur, ipsis beneficiarum ecclesiasticorum rectoribus edicimus, ut quæ locationum pactiones de prædijs ecclesiasticis ita contractæ sunt, ut ea meliora reddi quauis ratione liceret; duobus post huius decreti promulgationem mensibus earum exemplum nobis planè exhibeant; si modò sumptus eo nomine facti recuperati non sint; vel illarum pactionum iure est adhuc conductori permissa facultas illa ipsa meliora reddendi.

Ut verò hoc nostrum decretum omnibus notum sit ac planè perspectum; illud iussu nostro vulgariter redditum, ab omnibus & singulis nostræ vrbs & diocesis parochis, festo primo die postquam acceperint, publicè in Ecclesia legi, ac populo frequenti recitari volumus & iubemus.

Decretum. xxxix.

**Q**UONIAM in nostra & vrbe & diocesi est quidam canonum rationi alienus admodum ac planè repugnans vsus; ut si fortè cuiusvis Ecclesiæ rector mense Augusto aut post eodem anno moritur, is qui in eius locum vacanti Ecclesiæ præficietur (etiam si qui obiit, vel paucos dies Ecclesiæ operam suam nauauerit) ne vllam quidem partem habeat censuum, fructuum, aut emolumentorum, quæ eo item anno ex illius Ecclesiæ prædijs percipiuntur. Quæ res iure nõ introducta, Ecclesijs cum maximè perniciofa sit, ijs præsertim in quibus animarum cura exercetur (quoniam non facile quispiam sacerdos illius Ecclesiæ curationem suscipit, vnde ne victum quidem vsque ad sequentis anni initium sperare possit) nos propterea sacrorum canonum auctoritatem secuti

Fructus ecclesiastici post rectoris obitum ad quem pertineat.

illud edicimus, ut si post Cal. Augusti Ecclesiæ rector decesserit, is qui illius Ecclesiæ fructus ad se pertinere afferit, & re alieno si quod ecclesia habet perfoluto, & detractis fructibus, qui ipsius Ecclesiæ Rectori & ministris ad victum atque ad reliqua onera præstanda necessarij erunt, quoad alij sequenti anno percipientur, qui ex ijs reliqui fructus erunt, eos solum sibi retineat.

Decretum xli.

De librorum impressione ac venditione.

**C**VM sæpè aliàs Summorum Pontificum, Gelasij in primis, Nicolai item, & Innocentij Quarti constitutionibus factum sit, ut libri falsi, adulterini, & prauis, veteratoria quadam malorum hominum arte excogitati & conscripti in vulgus ne darentur; huic etiam rei quæ maximè perniciofa est, sanctè quidem Lateranensi Concilio Leo X. consuluit grauissima edita constitutione, quæ est de librorum impressione: quam constitutionem, utpote quæ his temporibus in omnem partem valde admodum utilis ac necessaria est, tum Concilio Tridentino, tum Indice librorum Sedis Apostolicæ auctoritate edito iussum est vel diligentissimè obseruari.

Nos igitur eam ipsam constitutionem, & quod ipsius Concilij Tridentini auctoritate, Indicisq. regula sancitum est, nostro ordinario munere, & Sedis Apostolicæ auctoritate exequi cupientes; (præsertim cum vsu compertum sit, librariorum plerosque lucris solum auidos & appetentes libros quosdam imprimere, aut impressioni tradere, ac venales publicè habere, quorum lectione homines, in maximos & fidei, & morum, & vitæ errores incidunt;) has ipsis librarijs, seu librorum impressoribus, ijs item qui librum aliquem, scriptumve cuiusvis generis aliud imprimendum curant, regulas præscribimus, ex eo Lateranensi & Tridentino Concilio, & Indice librorum desumptas; quas ab omnibus & singulis ipsis seruari volumus, propositis his pœnis, quæ iisdem Concilij, & ipso Indice constitutæ extrema huius decreti parte expressè continentur.

Ne librariorum quispiam, seu librorum impressor, aliusue qui libros vel alia cuiusvis generis scripta imprimenda curat, eos eadem typis mandet aut imprimat; nisi liber aut scriptum quod impressioni tradendum est, primò recognitum sit & comprobatum, eidemque subscriptum à nobis, & ab Inquisitore, aut ab eo cui id curæ datum erit.

Cuius libri scripturæ recognitio & comprobatio, cum diligenter fiet, tum etiam gratis.

Exemplar autè subscriptionem etiam habeat, quæ ipsius auctoris manu ac nomine notata sit. Libri scripturæ quod impressum in lucem dabitur, comprobatio imprimatur vel initio vel in fine libri.

Libro scripturæ impresso nomè & cognomen

imprimendi appositum sit.

Cum primùm autem libri scripturæ impressio confecta erit; eius nobis exemplar, aut Inquisitori tradatur, aut ei qui nostra auctoritate eidem subscripserit.

Contra si quis fecerit, excommunicationis pœnam subeat; libris præterea impressis multabitur, qui publicè comburentur; per annum item ab imprimendi munere amotus erit, tum centum aureos nummos soluet: quam multa locis pijs & religiosis attribuemus.

Bibliopolis autem in libris tum emendis tum vendendis ea omnia edicimus, quæ & ipso toto Indice Sedis Apostolicæ auctoritate edito, & regulis ipsis sancita & præscripta eis sunt; quæ item prouinciali nostra Constitutione de hac ipsa re constituimus.

Quæ omnia communi sermone regulis quibusdam expressè, cum & nostra & Inquisitoris auctoritate aliàs sibi tradita sint; illa ipsa ab eis diligenter seruari mandamus, propositis pœnis ac multis quæ ipsa eiusdem Indicis regula constitutæ sunt, & alijs præterea pro culpa grauitate nostro & Inquisitoris arbitratu irrogandis.

Et quoniam hominum animis perniciem & interitum afferunt libri à pestiferis & hæreticis hominibus conscripti; nos qui pro ea pastoralis cura quam gerimus, animarum salutem confulere, nihilq. sanè prætermittere debemus, quod ad eam rem pertineat, Indicem ipsum vnà cum his decretis in lucem dari volumus; ut nostri & vrbs & diocesis animarum curatores vnà apud se habeant, studioseq. legant. nam cum auctorum, quorum libri anathematizata pœna prohibiti sunt, nomina & cognomina alphabeti literis descripta ipso Indice notentur: tum regulæ traduntur quas nosse debent, quibus animarum cura commissa est; ut qui sibi in curâ traditi sunt, eos cum opus erit, ipsi moneant, tum de libris cauendis, tum de regulis seruandis.

Quo in officij genere illud ipsis oibus edicimus, ut si qui in suæ parochiæ finibus sunt, vel hæredes, vel vltimarum voluntatum executores, qui libros habeant à defuncto relictos; illud eos moneant, quod decima regula grauissimè sancitum est, ut ne ijs ipsis vtantur, aut in alios quauis ratione eos transferant, priusquàm vel ipsos, aut eorum indicem, illi cui id negotij nostra & Inquisitoris auctoritate datum erit, attulerint, ab eoq. ipso eius rei facultatem obtinuerint; idq. nisi manifestò perspicuum sit, libros eius generis esse, ut illi ipsi omnibus permitti sint.

Hoc in genere iidem ediligentiores erunt, quò maximè nos id cupimus atque optamus; ut vrbs & diocesis nostra omnino libera sit ab ea nefariorum librorum peste, quæ fidelium animis perniciofa & exitiosa est.

Prou. r. par. 1. de profess. fid. & c. pag. 2 §. epi scopi.

Decretum XLV.

Cathedra-  
ticū in  
synodo  
diocesa-  
na à pa-  
rochis  
soluendū.

**I**LVD sacris Canonibus constitutum est, vt à singulis Parochis diocesana Synodo cathedra-  
trici nomine solidi duo exigantur; idq. ar-  
gumento honoris, qui cathedrali Ecclesiæ tan-  
quàm matri à cæteris parochialibus Ecclesijs  
tribui debet. nos tamen hanc pecuniæ summu-  
lam, quæ superioribus temporibus huic Me-  
tropolitane Ecclesiæ eo nomine debita est, nec  
perfoluta tamen, eam omnem etsi iure nostro  
exigere poteramus, quoniam quod eo nomi-  
ne solui debet præscribi non potest, remitti-  
mus ac condonamus ijs ipsis Parochis, qui hoc  
ipsum cathedra-  
tricum præstare debebant.  
Sed vt in omni re Metropolitanæ nostræ Ec-  
clesiæ dignitatem & ius retineamus, & quan-  
tum in nobis est, conseruemus; illud vniuer-  
sos & singulos Parochos monemus, vt reliquis  
quæ Deo dante in posterum quotannis habe-  
buntur Synodis diocesanis, hos ipsos duos

solidos, quos honoris ergò se Metropolitanæ  
Ecclesiæ iure debere iam sciunt, omnino per-  
soluant.

Decretum. XLVI.

**N**E quis clericus sacris ordinibus initiatus, Hanc synodum  
quiue beneficium ecclesiasticum obtinet, omnes ecclesia-  
stici apud se ha-  
beant.  
præstandis ijs quæ decretis his Synodalibus  
sancita sunt à nobis, vlla vel excusatione, vel  
exceptione vti possit, præsertim quòd ea ipsa  
ignorarit; nos propterea eorū vnique edi-  
cimus atque id iubemus, vt mense postquam  
decreta hæc typis impressa in vulgus data erūt,  
ea quisque apud se habeat, & studiosè legat.  
Quibus decretis ita promulgatis, quidquid fie-  
ri præstariue iussum aut veritum est, nisi facul-  
tate à nobis scripto impetrata; his ipsis obtem-  
peratum esse declaramus, si id Vicario nostro  
generali præstetur, aut eius concessu agatur.

## Finis Synod. Dioces. II.

*Indicem Librorum prohibitorum, qui in veteri editione ex superioris Synodi  
decreto hoc loco impressus fuerat, quoniam ille iam denuo immutatus est, ne  
opus hoc plus iusto excresceret, omittendum censuimus.*

*Libellus item Canonum pœnitentialium & casuum reseruatorum ex superioris  
quoque synodi decreto hoc loco in altera editione impressus, commodiore loco  
infra positus est.*



SYNODVS

# SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS III.

Habita Anno M. D. LXXII.

Gregorio XIII. Pontifice.



*Carolus Borromæus S. R. E. Tit. S. Prædixis Presbyter Cardinalis, Dei & Apo-  
stolica sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, Uniuerso nostro Clero  
Mediolanensi salutem in Domino.*



**V**M Romæ anno superiori essemus, indictam à nobis diocesa-  
nam Synodum, quam eo ipso anno habere statueramus, à Vica-  
rio nostro Generali Ioanne Baptista Castellio Protonotario Apo-  
stolico nobis absentibus celebrari iussimus. Is igitur in ea man-  
dato nostro, nostraq. auctoritate aliquot decreta confecit; quæ  
vt executionem habeant, nos ea in lucem emitti volumus. Quamobrem  
vos quod vestrum est, illa seruate, atque in vsum inducite, quo debetis &  
diligentiæ & obedientiæ studio. Valet in Domino. Mediolani ex ædibus  
Archiepiscopalibus, tertio Calendas Maij. M. D. LXXIII.

### Indictio Synodi Diocesanae. III.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Pa-  
tris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

*Carolus Borromæus S. R. E. Tit. S. Prædixis Pres-  
byter Cardinalis, Dei & Apostolica Sedis  
gratia Archiepiscopus S. Medio-  
lanensis Ecclesiæ,*

Omnibus & singulis Christianis fidelibus Ciuitatis  
& Diocesis nostræ Mediolanensis  
Salutem in Domino.



**V**RA pastoris (cuius ministe-  
rio Spiritus sanctus vitur, in ciui-  
tate cui ille præst, piè sancteq. in-  
stituenda) spectare in primis de-  
bet ad eam accommodatam pas-  
cendi rationem, quæ in augendo  
spiritu posita, ad colles, ad illa scilicet caelestia  
tabernacula gregem compellit: id quod prophe-  
ta Micheas diuinitus admonuit ijs verbis, Ac-  
cedite ad montes æternos. Quo in pascendi ge-  
nere, quoniam præter cætera valet multum san-  
cta illa conciliarium rerum tractatio: hoc anno  
nos edicto iam promulgato, cum concilium pro-  
uinciale ex Tridentino præscripto indiximus; tū  
diocesana Synodum, quam anno superiori à  
nobis indictam per inuoluntatem nostram habe-  
ri non licuit, celebrare volumus.

Quamobrem bis nostris literis vniuersis & sin-

gulos, qui Mediolani & in diocesi nostræ be-  
neficia quævis ecclesiastica etiam quæ sine vlla  
cura sunt, obtinent; quiq. sacris item ordinibus  
initiati sunt; eos præterea omnes tū saculares tū  
regulares clericos, qui quouis iure aut consuetu-  
dine nostræ Synodo diocesana interesse debent,  
monemus in Domino; eisdemq. omnibus & sin-  
gulis in virtute sanctæ obedientiæ, ac pœnis sa-  
crorum canonum iure constitutis, iubemus; vt  
ipsi ea clericalis habitus honestate, quæ nostris  
provincialibus concilijs, & superiori diocesana  
Synodo, nostrisq. item edictis præscripta est, cū  
superpelliceis etiam mundis, die decimoquinto  
mensis Aprilis proximè sequentis, quem diem  
inchoandæ diocesana Synodi certum indicimus,  
summo manè in nostram Metropolitanam Me-  
diolanensem Ecclesiam conueniant: idq. non alijs  
eorum nomine sed ipsimet, nisi legitima causa  
quam probare debent, impediti sint, præsent: In-  
de autem, cū conuenerint, ne cuiquam disce-  
dere liceat, nisi impetrata à nobis facultate.

Edicimus præterea, id quod nostro provinciali con-  
cilio secundo decretum est, vt post indicta huius  
Synodi promulgationem, in omnibus & vrbis  
& diocesis nostræ Ecclesijs parochialibus, quin-  
ta quaque feria in singulas hebdomadas, quoad  
ipsa Synodus absoluta ac dimissa de more erit, in  
Missæ sacro oratio de Spiritu sancto dicatur; in  
Metropolitana autem, & Collegiatis processio-  
num etiam munus singulis Dominicis diebus in-  
tus obeatur; ex animoq. preces fiant, quibus à  
Deo auxilium impetretur pro optimo Synoda-  
lium

lium tractationum euentu.  
**M**onemus item eos omnes & singulos ecclesiastici ordinis homines, ut nec etiam in itinere quod Synodi causa huc facturi sunt, neque verò hic item, ab ea viuendi frugalitate, sacerdotali modestia atque grauitate, quæ provinciali concilio priori præcepta est, discedant; sed cum exemplū fidelibus afferant, ut monet Apostolus, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, & castitate; tum nobis à Deo optimo maximo, omni animi pietate, sacrificijs, precibus, ac ieiunijs auxilium implorare studeant. In quarum rerū fidem has literas nostras nostriq; Cancellarij manu signatas consici, sigillatq; nostras, & Collegiarum Ecclesiarum, Aedijm, Archiepiscopatum valuis publicè affigi iussimus. Quam affixionem habere eam vim volumus, ac si ipsis singulis quorum interest, illæ allatæ ac denuntiata essent. Datum ex Palatio nostro Archiepiscopali Die 8. Martij 1572.

**DECRETA EDITA**  
 IN SYNODO DIOECESANA  
 tertia Mediolanensi.

Decretum. I.

Sacrarum reliquiarij quo die earum festus agitur veneratio.



**Q**VA in ecclesia Sancti alicuius corpus reconditū est, cum eius dies festus agitur, tunc in ea de illo Sancto Missæ sacrum ritu solemni fiat. Locus præterea ubi eius corpus situm est, decenter ornatur; tum campanarū sono, ut Ecclesiæ institutum ac mos est, ea significatione fiat, qua cognosci possit festum diem in illa Ecclesia celebrari: & omnis denique alius adhibeatur Ecclesiastica pietatis ritus ad recordandam Sancti illius memoriam.

Decretum. II.

**I**N sua parochiali ecclesia dum Parochus concionatur, ne ulli sacerdoti, ac ne ei quidē qui vnā cum eodem Parocho in illa ipsa ecclesia curam animarum gerit, Missæ sacrum facere, aut baptisimi (si modò mortis periculum non imminet) sacramentum ministrare liceat.

Decretum. III.

**Q**VI sacerdotes in ecclesia collegiata vel cappellas obtinēt, vel elemosinæ nomine stant diebus ibidem Missæ sacrum faciunt; qui præterea Clerici eidē ecclesiæ adscripti sunt; ij vnā cum eiusdē ecclesiæ clero publicas supplicationes obeant, nisi sacerdotes ipsi ab eo sint munere immunes, quoniam alteri ecclesiæ adscripti iam sunt. In omnibus itē processionibus (ijs solūm exce-

ptis quæ Ambrosianarū litaniarū tēpore sūt) Clerus vniuersus ad libri sacerdotalis, vel alterius Archiepiscopi arbitratu deligendi prescriptum, semper aliquid canat cum ea re conueniens, cuius causa indictæ sunt supplicationes.

Decretum. IIII.

**S**INGVLIS diebus festis, qui vel Ecclesiæ præcepto vel consuetudine coluntur, in parochiali sua ecclesia Parochus vespere officium canat, datis tamen prius statuta hora ut moris est, campanarum signis. Quicumque autem sacerdos in illa ipsa ecclesia quotidie, aut ter quateruē per hebdomadam Missæ sacrum facere debet, illum adiuuet ad officium præstādū, nisi alterius ecclesiæ ministerio addictus sit, aut ab Archiepiscopo addicatur. Si verò nemo alius tunc adest, quo adiutore ad canendum vtatur; id vespere officium nō cantu, sed voce alta & clara ita recitetur, ut ab ijs qui presentes ad sunt, comode audiri possit. Id præterea officium totum ritē sic dicatur, canatur; vt psalmus nullus, neque quidquam aliud vlla causa omittatur, quod ad illius officij ritū pro festi eius diei ratione institutum sit.

Decretum. V.

**I**DEM etiam Sacerdos, quo tempore in eadē Ecclesia sanctissimum Eucharistiæ sacramentum vel in Altari adorandum proponitur, vel inde in tabernaculo reconditur, vel processionalis ritu per ecclesiam circumfertur, modò is alterius ecclesiæ ministerio addictus nō sit, præsens ibidem ad sit, munusq; suum & operam præstet; idq; nisi Archiepiscopi concessu tunc ei alibi ministrare inferuireq; licuerit. Neque tunc mercedis quidquam aut laboris aut elemosinæ nomine petat, nisi quidpiam ei dari Archiepiscopus iusserit; vel aliquid mercedis eorum officiorum causa tributum sit, vel certus eo nomine census sit ijs Ecclesiasticis viris constitutus, qui ibidē interfuerint. Quod si tempore, quo Cappellanus sacerdos in parochiali Ecclesia cum illis vt supra dictum est, actionum functionibus interesse deberet, aliò euocatus, funeri exequijsuē, aut cultui alius cuius diei festi operam suam nauare velit: ob eas causas ab ipsius parochialis Ecclesiæ officijs ei abesse liceat; modò id iam parocho significauerit, vt alios Ecclesiasticos homines oportune accersere possit, quorum opera ministerio vtatur, ad sacrarum functionum à quibus ipse abfuerit, cultum.

Decretum VI.

**Q**UIBUS in ecclesijs festo solemniq; die Corporis Domini, & reliquis septem deinceps diebus, matutinum officium quod de Corpore Christi Domini nostri dicitur, inter diu prioris

Vesperarum officium in parochiali ecclesiæ festis diebus recitetur, & quinā interesse debeant.

Cappellani processionibus Sanctis. Sacra in ecclesia inter sint in qua celebrant.

Matutinum in octaua corporis Dñi qua hora dicendum.

diocesana Synodi decreto recitari aut cani debet; id absoluto completorio statim dicatur canatur; atque aded in tempore inchoetur, vt totum absoluat antè solis occasum. Quibus autem in Ecclesijs non matutinum sed completorium solūm dicitur; hoc ipsum completorij officium recitetur statim vespere absolutis.

Decretum. VII.

Sodalitates officium ritu ambrosiano in ecclesijs itam ambrosianis dicat.

**Q**VA in Ecclesia diuinorum officiorum ritus more Ambrosiano adhibetur, si in ea aliqua piorum hominū sodalitas instituta est; ne permittat Parochus illius sodalitates homines, etiam eos quos disciplinatos vocant, in ea ecclesia alio vti ritu quàm Ambrosiano, ad recitandas canonicarum horarum preces & officium.

Decretum. VIII.

Candelarum & oliuarum benedictio in ecclesia fiat.

**F**ESTO die Beatæ Mariæ Virginis Purificationi dicato, candelarum; & die Dominico quæ de Palmis dicitur, Oliuarum benedictio in Ecclesia ipsa solūm celebretur, neque vllò alio præterea loco. Vtroque autem tempore in singulis Ecclesijs vbi solemnis illa Candelarum & Oliuarum benedictio facta est, aut in earum ambitu, alibi processio agatur. Quo in processionalis munere Clerus die festo Purificationis candelas, Dominico autem die palmarum oliuas aut palmas præeundo manibus gestet.

Decretum. IX.

Sanctis. Sacramenti expositio imminente tempestate.

**C**VM grandines, nimbi, turbines, & aliæ temporum procellæ imminet; ad eas tempestates sedandas, vel vt vocant, signandas, ne Sacerdos vasculū in quo sanctissimū Christi Domini corpus asseruatur, adhibeat; sed tabernaculum accensis luminibus patefaciat, vt ea nimborum vi imminente, rogationes & preces à Clero populorū, coram Domino religiosè fiant.

Decretum. X.

Superpellicei quibus in locis non deferendū.

**N**E vllus cuiusvis ordinis clericus pro foribus Ecclesiæ stet, neque per vias aut vicus id temporis manserit; quamuis se id ab alio Parocho sumptis asserat, in eum tamen non secus agatur, ac si ex illius parochiæ incolis vnus eilet, qui totum ibi annum mansisset. Si quis præterea sex tantum mensibus in diocesi habitauerit; tantundemq; temporis in aliqua vrbe parochia moratus, post Pascha ad illam se confert parochiam, in qua sacram Eucharistiæ non sumptis; hic tridui spatio fidem communionis Parocho exhibeat.

Decretum. XI.

Baptismus infantum expositorum.

**I**NFANS expositus tamen collo appensum habeat testimonium, quod baptizatus fuerit, si tamen illum baptizatum esse alia ratione nō

constet, baptizetur, hactamen verborum formul; *Si tu es baptizatus, ego te iterum non baptizo; & si nondum es baptizatus, ego te baptizo &c.* Quod si in ea testimonij schedula sit nomen adscriptum, quod illi in baptismo impositum esse asseratur, idem ipsi nomen imponatur; conferueturq; etiam illa schedula de collo pendens; ac præterea quo modo, quouē testimonio munitus reperit sit, in libro baptizatorum describatur.

Decretum. XII.

**S**ACERDOS qui infantem ad sacrum baptismi fontem delatum verè ritēq; baptizatum esse sciens, eum iterum (quod nefas est) baptizare præsumperit, ea etiam conditione, *Si es baptizatus, ego te iterum non baptizo, &c.* præter irregularitatem quam incurrit, alia præterea graui plectatur pœna Archiepiscopi arbitratu.

Ritē baptizati ne iterū sub conditione baptizetur.

Decretum. XIII.

**A**NIMARVM curator qui baptismi sacramentum Infanti ministrat, ad conuiuium ne accedat, quod in ædibus parentum infantis recens baptizati ob id paratum erit. Nuptialibus præterea epulis, quæ sponso quos coniunxerit, quibusuē benedixerit, nomine paratæ erunt, ne intersit; si in eis lusus, choreæ, saltationesue agendæ sint, aut amatorij vel lasciuu cantus canendi.

Parochus quibus conuiuiis ac intersit.

Decretum. XIII.

**A**D preces quæ supra puerperam funduntur, cum post prolem emissam illa actura gratias ad Ecclesiam se confert, Parochus puerperæ domum ne ingrediatur, etiam si mulier ob aduersam valetudinem Ecclesiam adire nequeat. Fœminis præterea post puerperium ad Ecclesiam venientibus panis benedictus sub hostiæ forma ne præbeatur.

In puerperarū benedictione q̄ cauenda.

Decretum. XV.

**Q**VICVNQVE in Diocesi maiorem anni partem moratus est, si is in Pascha sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum non ab eo Parocho sumptis, intrā cuius parochiæ fines id temporis manserit; quamuis se id ab alio Parocho sumptis asserat, in eum tamen non secus agatur, ac si ex illius parochiæ incolis vnus eilet, qui totum ibi annum mansisset. Si quis præterea sex tantum mensibus in diocesi habitauerit; tantundemq; temporis in aliqua vrbe parochia moratus, post Pascha ad illam se confert parochiam, in qua sacram Eucharistiæ non sumptis; hic tridui spatio fidem communionis Parocho exhibeat.

Paschæ tēpore in ea quisq; Parochia communiet in qua maiorem anni partem moratur.



Quod si non praestiterit, perinde habeatur, ac si sacram non sumpserit communionem.

Decretum. XVI.

Quarta cuique celebranti eleemosina dada fit SACERDOTI, qui singulis & festis diebus & ferijs in anno Missae sacrum pro alio facit, ne maior pecuniae summa eleemosina nomine detur, quam sit, librae scilicet imperiales centum & octuaginta. Neque Sacerdoti cuiquam, qui id Missae sacri faciendi munus per totum annum susceperit, quavis causa causave specie, ac ne sustentationis quidem aut necessitatis nomine plus petere exigere liceat. Ad quam rationis normam caetera dirigantur eleemosinae, ijs Sacerdotibus dande, qui certis anni aut mensis diebus Missae sacrum fecerint. Festis autem diebus duplum eleemosinae, quod in ferijs eo nomine erogandum est, accipi licere vetitum non sit: modò tamen propter hanc dupli rationem non augeatur certa ea centum octuaginta librarum eleemosina. Sin autem Sacerdos quispiam plus quam praescriptum est eleemosinae petet, etiam si quod petierit non sit assecutus, poena plectatur arbitratu Archiepiscopi.

Decretum. XVII.

Missarum in vnaquaque ecclesia in singulos dies distributio SI in eadem ecclesia certis hebdomadae diebus complures Sacerdotes Missae sacrum facere aliqua ratione causave debent; is, qui illi ecclesiae Rector praestet, vel si ecclesia est collegiata, Sacrista certos eis dies arbitrato suo praescribat; quibus diebus illorum unusquisque in ea ecclesia Missae sacrificium faciat. Illudque Rector aut Sacrista curet, ut singulis si fieri potest diebus, Missae totidem, nisi aliter testator caverit, celebrentur.

Qua praeterea ecclesia ita angusta atque exigua est, ut vno tempore plures Sacerdotes in ea celebrantes mutuo se audiant, alterque alterum facile perturbare impedire possit; ne eodem tempore plures quam duo Missae sacrum faciant; unusque ab altero, quam longè fieri potest, distet: idque omni tempore, tum maxime servetur, cum vel exequiae, vel dies festus, vel Indulgentiae in ea ecclesia celebrantur.

Decretum. XVIII.

In Missa conuentali lectio adiungatur. IN Collegiata ecclesia, ubi Dominicis festisque alijs diebus Missa conuentalis ritu Ambrosiano fieri solet, vetus ille ac perpetuus huius ecclesiae ritus servetur, ut eidem Missae sacro adscripta lectio ante Epistolam canatur, & is item quem vocant, Psalmellus.

Decretum. XIX.

Quibus in ecclesijs ritu Ambrosiano Oratorij suae, aut Cappellis, quae in illis sitae

sunt parochijs, ubi ritu tantum Ambrosiano celebrandum est, Missae sacrum more Romano ne fiat.

In ijs vero huius diocesis locis, ubi ritu solum Romano Missae aliaque diuina celebrantur officia, ritu celebrentur non Ambrosiano sed Romano.

Neque alijs ad ea peragenda, celebranda vel libris quisquam utatur, quam & Breuiario & Missali Pij V. Pontificis Maximi iussu editis.

Decretum. XX.

VT ecclesiae Ambrosianae ritus ab vniuersis & singulis eiusdem ecclesiae Sacerdotibus retineatur & conferuetur; ne Sacerdos vllus qui ritu Ambrosiano Missae sacrum facere debet, id per Quadragesimam sextis ferijs, ne in regularium quidem ecclesijs faciat, etiam vel funeris, vel exequiarum, vel alterius cuiusvis rei oblata causa.

Qui vero Sacerdotes, quamuis Ambrosianae ecclesiae aliquo modo addicti, ritu tamen Romano sacrum facere solent, in ecclesijs, ubi more Romano sit, ijs interdictum ne fiat.

Decretum. XXI.

QUI Cappellas obtinent, non alij eorum nomine, sed ipsi Missas diuinaque officia in Cappellis celebrent, quae praestare debent illarum Rectores; nisi aliud ecclesiasticum beneficium obtineant, quod residentiam requiratur, in eoque residentes huic muneri vacare non possint; aut ex earum Cappellarum erectione dotationeue, aut legato vel donatione, aut facultate ab Archiepiscopo impetrata, etiam per alium id muneris explere possint; aut alia sint legitime impediti.

Singula autem, ob quae Cappellanus se ab hoc munere immunem asserat, ab Archiepiscopo probentur.

Decretum. XXII.

SI ad Missae sacrum faciendum, ad aliaque diuina officia peragenda in diei Festi celebritate, aut in funere, Sacerdotes alienae Diocesis conuocandi aliquando sunt; ij solum ad ea diuinorum officiorum ministeria adhibeantur, qui a suo Ordinario testimoniales asserunt literas, quibus id perspicuum sit, eos a Missae sacro faciendo, a diuinorumque officiorum munere non esse suspensos.

Idem praeterea clericali & tonsura & vestitu eo sint, qui reliquis diocesis huius clericis praescriptus est: ijque ipsi item a Vicario Foraneo qui illius regionis curam gerit, ante probati sint idonei ad Missae sacrum, & diuina officia ritu Ambrosiano celebranda; si modò in ijs ecclesijs ubi tunc celebrandum erit, eo ritu diuina peraguntur officia.

De-

Decretum. XXIII.

Qui singulis diebus alicubi celebrare det, ne vllò die desit.

SACERDOS qui singulis diebus in ecclesia aliqua Missae sacrum facere debet, aliqua tamen causa rationeue sibi licere putat, frequenter eam Missae celebrationem semel in hebdomada intermittere ne illo intermissione die Missae sacrificium in alia ecclesia faciat, nisi prius in locum suum Sacerdotem alium substituerit, qui id praestet, quod ipse in illa ecclesia debet.

Decretum. XXIII.

Quo liceat parochio extra suam ecclesiam celebrare.

QUIBUS diebus Parochio extra parochialem suam ecclesiam Missae sacrum facere permittitur est; in quavis ecclesia, quae tamen Monialium non sit, ei illis diebus Missam celebrare liceat. Sin autem certis anni temporibus munus ille suscipere voluerit Missae sacrum in ecclesia faciendi, ubi eo munere adstrictus non tenetur; ne eum ad id illius ecclesiae Rector Sacristaue ante recipiat, quam perspexerit ei licere facultate scriptis impetrata Missae sacrificium in illa ecclesia facere.

Decretum. XXV.

Meretrices ne interficiant Missae sacro. Sess. 22. dec. de obser. & enit. in celeb. Missae.

CVM Tridentini Concilij decreto illud sanctum sit, ut is qui publice & notorie criminolus est, sacris interesse non permittatur; in eoque genere etiam sint meretrices illae quae se publice prostituunt, propterea Sacerdos Missae sacrum facturum, ubi scierit ibi publicè adesse meretricem, quae sacris interesse velit, illam admoneat, operamque det, ut inde se abducatur: quod si noluerit, is Missae sacrum ne inchoet.

Decretum. XXVI.

Interpretatio decreti synodi dioc. 2. de eleemosina dierum festorum. pag. 337.

VT omnem tollamus dubitationem, quam apud aliquos ortam esse intelleximus ex Decreto vij. primae Synodi Diocesanae Mediolanensis, in ea parte qua habetur, quod pecunia quae ob sacra peragenda in capitulo deposita erit, illam sacrista vel ecclesiae Curator ijs Sacerdotibus pro rata distribuat, qui eo die in illis ipsis ecclesijs celebrarint: declaramus sensum illius Decreti non esse, pecuniam quae pro eleemosina oblata fuerit, totam inter eos esse diuidendam, qui Missas aut diuina officia eo die in ipsa ecclesia celebrauerint; sed eius curae Praefectum eleemosinam tantum inter ipsos qui celebrarint Clericos partiti debere congruentem: Atque ideò, quod de eleemosina distributa supererit, apud virum idoneum deponi mandamus, ut in aliam Missarum, celebratione distribuatur, aut in alias res, quibus Missae sacrum eodem in templo decentius peragi possit, idque Archiepiscopi arbitratu.

Decretum. XXXI.

MATRIMONII denunciations quae diebus festis fieri debent, non ijs solum festis quaedam die-

Gg 2 die-

Decretum. XXVII.

VI in Pascha se ad sacerdotem regularem extra Diocesim commorantem contulerit, eius peccata sua confessus sit; huic tanquam inconfesso Parochus eo Paschae tempore sacrae communionem ne praebet; nisi Sacerdotem illum ad audiendas confessiones ab Archiepiscopo, & ab eo in cuius Diocesi moratur Episcopo, probatum esse perspexerit; idque scriptis, quorum vnum Archiepiscopi, alterum illius Episcopi subscriptione & sigillo munitum sit.

Nemo ad confessionem extra diocesim se conferat.

Decretum. XXVIII.

CONFESSARIVS, foeminarum aegrotatum confessiones, cuiuscunque illae fuerint aetatis, ne audiat ostio cubiculi, ubi illae decumbunt, penitus clauso.

Aegrotantium mulierum confessiones ne audiantur ostio clauso.

Decretum. XXIX.

PASCHAE tempore quot confessarios sacerdotes parochus in audiendis confessionibus adiutores sibi necessarios esse iudicauerit, totidem sibi ad illud sacrum ministerium adiungendum adiungere vetitum non sit, modò ij ad tale munus idonei ante probati sint.

Paschae tempore quales liceat parochus sibi ad audiendas confessiones sacerdotum adiungere.

Decretum. XXX.

PAROCHVS, cui ad curam gerendam Sacerdos alius coadiutor datus est, ea etiam adiuncta facultate, ut parochiae suae incolas in matrimonium coniungere possit; eius nomen, cognomen, patriam in matrimoniorum librum referat, notato praeterea die, mense, & anno, quo is adiunctus est: quae praeterea auctoritas celebrandi nuptias, vel ab Archiepiscopo, vel a se concessa eidem erit, eam itidem eo libro describat.

Coadiutor ad matrimonia celebranda in libro referatur.

Decretum. XXXI.

DENUNCIATIONES matrimonij a Parochio ante ne fiant, quam ij quorum matrimonium denunciandum est, ipsi (si curae suae ambo subiecti sunt) & non alij eorum nomine (etiam si illorum parentes sint, aut ipsorum curam gerant) illas denunciations ab ipso Parochio fieri postulent, aut ut fiant, consentiant. Quod si diuersis in Parochijs illi habitant, vnus & alter item Parochus hoc ipsum ut supra seruet. Nec verò matrimonium alter Parochus denunciet, nisi ab altero Parochio certior factus sit de consensu illius, qui alterius est curae subiectus.

Denunciations matrimonij ne fiant, nisi spolis petentibus.

Decretum. XXXII.

denunc. fiat diebus festis ex consuetudine, & alia quaedam

diebus fiant, qui præcepto Ecclesiæ coluntur; sed ijs etiam fieri liceat, qui vniuersali huius Ciuitatis consuetudine seruari solent. Eo autem die quo postrema fiet Matrimonij contrahendi denunciatio, matrimonium ne celebretur, nisi is nouissimus dies sit antè Quadragesimæ aut Aduentus initium. Omnibus autem matrimonij denunciationibus absolutis, si matrimonium ipsum absque legitima causa intrà mensem nõ contrahetur, Parochus Sponfos matrimonio ne iungat, antequàm eiusdem matrimonij denunciations iterum factæ sint.

Decretum. xxxiii.

**D**ENUNCIATIONIS fides fiat illis tantum absolutis. **P**AROCIVS qui populo matrimonium denunciauerit, quod Parochiæ suæ incola extra illius fines contracturus est, nullam exhibeat in scriptis fidem, qua se aliquam eius matrimonij denunciationem protulisse significet, quomouit eas omnes quæ faciendæ erunt denunciations, omnino absoluerit.

Decretum. xxxiiii.

**I**MPEDEMIVM matrimonij ne à parcho decedatur. **S**I Parochus qui matrimonium promulgabit, aliquod denunciatur impedimentum, quamobrem inter sponfos illud contrahi non possit dicatur: is ne ad illius matrimonij celebrationem, neque ad aliam progrediatur denunciationem, etiam si id impedimenti quod afferatur, vel falsum, vel malitiosum sibi videatur, vel nullius momenti: sed rē, si intrà quindecim millia passuum ab vrbe abest, ad Archiepiscopum deferat; si verò longius distat, Vicarium foraneum de impedimento quod proponitur, certiore faciat; neque de eo quidquā antè statuat, quàm de eo quod faciendum sit, responsum acceperit.

Decretum. xxxv.

**S**PONSORVM benedictio quō faciendā. **C**VM sponsi benedicendi sunt; vtrumque, sponsum scilicet & sponfam Parochus benedicat. Quo in benedicendi munere Missæ sacræ pro Sponfis fiat: nisi vel Dominicus, vel Festus alius dies sit, quo die ex ecclesiæ instituto pro eis fieri nõ liceat. quam ob causam tunc ne Parochus orationem, quam Collectā vocant, pro eis perorare in Missæ sacro omittat.

Decretum. xxxvi.

**M**ATRIMONIUM ne in alia quàm in Parochiali ea celebretur ecclesia, intrà cuius fines ij habitant, qui nuptias contrahere volunt. Quomobrem sacerdos cui celebrandi matrimonij ab Archiepiscopo aut à Parochus auctoritas tributa est, ne sponfos ab eorū parochia illius rei causa exire patiat; sed ad

parochialem Ecclesiam, in cuius finibus illi domicilium habent, ipse se conferat; eosq. ibi matrimonio sanctè iungat.

Decretum. xxxvii.

**N**E à sponso, neque à propinquis, aut amicis eius sponsæ, quidquam in Ecclesia eidē sponsæ cum qua matrimonium tunc contractū est, vel contrahetur, dono detur. Nec patiat propterea Parochus illam in aliqua Ecclesiæ parte aut sedere aut stare, ad accipiendā quæ ei offerentur munera.

Decretum. xxxviii.

**P**AROCIVS alienæ diocesis sponsum sponfamque matrimonio ne iungat, etiā si is fidem ab suo afferat Ordinario, qua testatum sit, eum nullo detineri impedimēto; quin matrimonium cum illa contrahere possit; nisi prius ea fides Mediolani ab Archiepiscopo, in Diocesi verò à Vicario foraneo sit comprobata.

Decretum. xxxix.

**C**ANONICVS qui in ædiū canonicaliū ambitu domiciliū habet, in quo honestè habitare potest, in eo habitet, cibum capiat, & dormiat. Qui non paruerit, pro residente nõ habeatur; nisi Archiepiscopus facultatem ei concesserit alibi commorandi: sin autem idem in residentium numero nondum est adscriptus, pœnam luat Archiepiscopi arbitratu.

Decretum. xl.

**Q**VI dignitatem Canonicatumque obtinebit, si examine primùm habito is probatus est, & idoneus ad id muneris iudicatus, quod illi dignitatis canonicatusque nomine præstare debet; in capitulum statim adscribatur; adscriptusq. residentiæ fructus, cæteraq. emolumenta percipiendi ius assequatur, illo abrogato faciendi per hebdomadam de eo periculi vsu.

Decretum. xli.

**D**OMVS quæ diuersis parochialibus subest Ecclesijs, ei parochiali adiudicetur Ecclesiæ, in cuius parochia est ipsius domus ianua, per quam in eam frequentior est ingressus. Quod si locus in quo est ianua, in vtriusque parochiæ sit finibus; ei subijciatur Parochus, in cuius parochia maior est illius domus pars. si verò domus ipsa æquè in vtraque sit parochia, ei parochiali addicatur ecclesiæ, quæ ipsi domui propior esse cognoscatur; nisi Archiepiscopo quandoque aliud decernendum aliqua ratione videbitur.

De-

Decretum. xlii.

**Q**UAE ad certos vsus pios sunt relicta, in alios etiam similes vsus ne conuertantur, ne necessitatis quidem prætextu, etiam si testatoris hæredes ei rei assentiantur; nisi Archiepiscopus re perspecta eam præstiterit facultatē, quæ iure permittente ab eo dari poterit illius permutationis causa.

Decretum. xliii.

**Q**UAE alicui presbyterorum collegio relicta sunt, vt ab eo pauperibus in eleemosinam erogentur; neque in totum, neque in partem vniuerso illorum conuentui, neque alicui eiusdem confociationis clerico, ne paupertatis quidem prætextu distribuatur, nisi facultate scriptis ab Archiepiscopo impetrata.

Decretum. xliiii.

**Q**UONIAM vsu compertum est, parochos plerosque, Litaniarū, & Solemnitatis Corporis Domini Nostri IESV CHRISTI tempore, absq. magno suo suorumq. Parochianorum incommodo, ad Præposituras in quarum finibus habitant, se conferre non posse, vt priori concilio diocesano id ab eis faciendum esse statutum fuit: Idcirco vt ijs incommodis de opportuno remedio aliqua ex parte provideatur, ij tantum parochi illis ipsis diebus ad Præposituras accedant, qui antè decreti illius promulgationem ad eas se tunc conferre solebant; & ij præterea, quibus à Vicario illius regionis singulis annis mandabitur, vt ad eas accedant.

Decretum. xlv.

**N**E vlla bonorum ecclesiasticorum locatio fiat, ne ad breuissimum quidem tempus, nisi si Notarius rogatus de ea locatione instrumentum confecerit. Locator qui contrafecerit, arbitrio Archiepiscopi plectatur.

Decretum. xlvi.

**I**N eleemosina pro defunctorum officijs distribuenda id omnino obseruetur, vt nemini, qui duastantummodo Missas, in eadem Ecclesia in qua officia fiunt, pro mortuis celebrauerit, tantum detur eleemosinæ, ac si tres Missas ibidem dixisset; etiā si in alia Ecclesia pro anima eius pro quo officia habebuntur, se celebrasse asserat: sed tertia eleemosinæ pars ei subtrahatur, quæ vniciquæ tres Missas in eadem ecclesia tunc celebranti danda erit. Eleemosina autem quæ ipsa officia obeuntibus est distribuenda, in ecclesia non detur. Quod si sacerdos, cui ipsius officij onus in-

cumbit, hoc non obserauerit; ipse duobus mulctetur aureis; quæ multa dimidia eius sit, qui culpam illam Archiepiscopo in vrbe, aut Vicario foraneo in diocesi renunciarit.

Decretum. xlvii.

**N**VLIA eleemosinæ portio officio pro mortuis adscripta ijs clericis sacerdotibusue detur, qui Matutino, aut Missæ sacro quod pro mortuis fiet, solum interfuerint; sed ea portio ijs tantum distribuatur, qui non per substitutam personam, sed ipsi in toto & matutino officio & in Missæ sacro interfuerint; idq. nisi testatoris voluntate aliud cauetur. Matutino autem & Missæ sacro interfuisse censetur is, qui antequàm prima pronuncietur lectio, in officio adfuerit, in eoque præfens perseverauerit vsque in finem Missæ. Si verò quid fortassis quod differri non patiat, in aliqua Parochia acciderit, eamq. ob causam illius Parochus officio non absoluto discedere cogatur; huic nihil de eleemosina detrahatur, quæ ijs singulis distribui debet, qui toti officio interfuerint. Pro mortuis autem officium integrum peragatur, ita vt & tres nocturni, quemadmodum ritus postulat, dicantur; & id omne reliquum absoluat, quod ad illius officij rationem pertinet.

Decretum. xlviii.

**C**VM à defuncti hæredibus vel propinquis parabitur ijs clericis ientaculum prandiumue, qui ad funus ducendum, aut exequias, vel anniuersaria pro mortuis celebranda conuenerint; domi tantummodo eius parochi paratur, in cuius ecclesia aut parochia officia diuina pro defunctis fuerint absoluta. Sacerdotibus verò, qui non vocati ad ipsa officia obeunda, vel ad celebrandum pro alicuius diei festi solemnitate accesserint, portio nulla detur eleemosinæ illis officijs seu solemnitati addictæ; neque ad ientaculum prandiumue admittantur cæteris clericis paratum.

Decretum. xlix.

**A**NIMARVM curator, cuius parochiæ incolumitas ad sepulcrum est efferendus, neminem clericum etiam regularem (nisi is vnà cum Collegio suo sit) superpelliceum latus habens manicas, & vestem ad talos vsque demissam non gerentem, funeri interesse patiat.

Decretum. l.

**S**I ad exequias, funera, aliaq. pro mortuis officia in aliqua non parochiali ecclesia, etiam si collegiata sit, obeunda, alij Sacerdotes sunt accersendi; ad ea in primis uocetur parochus, intrà cuius parochiæ limites ipsa est ecclesia, in qua pro mortuis officia fiunt.

Gg ; Ei

Ei tamen ne maior eleemosinæ portio detur, quam cæteris singulis sacerdotibus, qui præfentes ministerium suum præstiterint.

Decretum L I.

Pallium altaris ne cuiquam ꝑ funeribus commodetur.

PAROCHVS, qui altaris pallium cuiquam etiã quavis dignitate prædito, ad funus ducendũ, seu ad faciendas exequias commodauerit; suis sumptibus aliud illi simile cõparet, quod pro funeribus commodauerat; idq. illius ecclesiæ sit vnde alterum acceperat. Pallium verò quod funeri aut exequijs faciendis commodatum erit, ad altaris vsum ne amplius adhibeatur, nisi Archiepiscopi concessu.

Decretum. LII.

Index decretorum quæ vulgari sermone certis anni diebus promulganda sunt.

DECRETA quæ mox infra notata sunt, quorã in ecclesia, cum frequentissimus populus in Missæ sacro præfens adest, de scripto, sermone tamen vulgari summam expressã legantur & promulgentur certis ijs infra constitutis diebus.

Sefs. 24. dec. de refor. c. 1.

Tridentini Concilij Decretum contra eos qui clandestinum matrimonium attentauerint, le-

- gatur initio Anni, & Calendis Nottembris.
- 2 Eiusdem Concilij Decretum de ijs qui non soluent decimas, Calendis Maii, & primo Dominico die Septembris.
- 3 Eiusdem Decretum de vsurpantibus bona & iura ecclesiastica; & pars illa Bullæ die Cœnæ Domini lata, quæ est contra eosdem, secundo Dominico die Quadragesimæ.
- 4 Edictum de ijs qui denunciant Hæreticos, hæresiu suspectos, Dominico primo die & Aduentus & Quadragesimæ.
- 5 Prouincialis secundi Mediolanensis Concilij Decretum de Notarijs legata pia non denunciãtib, Dominico primo die Quadragesimæ.
- 6 Eiusdem de Notarijs & publicis vsurarijs, quibus interdictum est ecclesiastica & Christiana sepultura, Calendis Ianuarij, & feria secunda post Pentecosten.
- 7 Eiusdem decretum de inuadentibus bona Clerici mortui, feria secunda post diem Dominicam Resurrectionis Domini.
- 8 Eiusdem decretum de melioramentis à conductore bonorum ecclesiasticorum factis, primo die festo postquam ad manus cuiusque parrochi peruenerit, & deinceps singulis annis die Dominico secundo mensis Maij.

Sefs. 25. dec. de refor. c. 12.

Sefs. 22. dec. de refor. c. 12.

Tit. 3. decr. 17. pag. 74.

Tit. 1. decr. 18. pag. 63.

Tit. 3. decr. 15. pag. 73.

Tit. 3. decr. 11. pag. 72.

Finis Synod. Diœces. III.



SYNODVS

SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS III.

Habita Anno M. D. LXXIII.

Gregorio XIII. Pontifice.



In nomine sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Carolus S. R. E. Tit. S. Prædix Presbyter Cardinalis, Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis. Uniuerso Clero nostro salutem in Domino.

DIŒCESANAM Synodum diuina auxiliante gratia iam quartam Mediolani nuper habuimus: in qua & pro vestra, & pro populi nobis cõmissi Christiana disciplina nos decreta aliquot cõfecimus ac promulgauimus: quæ nunc typis impressa in lucẽ pro dire volumus. Iis in decretis faciendis si quod sanè studium nostrum fuit; profectò idẽm vos in illis seruandis atque exequendis vsque adẽdò diligentius præstare oportet; vt vel ex hoc ipso, quod vno obedientiæ spiritu debetis officio, in dies magis tum in gloria Dei, tum in salute animarum procuranda constet fructus synodalium laborum. Valetẽ in Domino. Mediolani ex ædibus Archiepiscopalibus, pridie nonas Maij, anno Iubilei, M. D. LXXV.

Indictio Synodi Diœcesanæ. IIII.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Carolus Borromæus S. R. E. tit. S. Prædix Presbyter Cardinalis, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus S. Mediolanensis Ecclesiæ,

Vniuersis & singulis Christifidelibus Ciuitatis & Diœcesis nostræ Salutem in Domino.

IESV CHRISTI sanguinẽ & viscera redolens cura pastoralis, omnes summæ sollicitudinis partes ab ijs summopere deprecari, quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei. Id sanè nos cum aliquando animo menteq. reputemus; planè equidem agnoscimus hereditatem nostram, in cruce eiusdem Christi Domini, & in laboribus plurimis. Quare studio perpetuo, vigilijs maximis, perenniq. diligentia elaborandum nobis est, in muneris huius quod magnum & multiplex suslinemus, perfunctione. Iam hoc anno aliquam visitationum partem obiuimus; alia sunt, quæ pro nostri officij sollicitudine à nobis prætermitti non oportet. In ijs potissimum est anniuersaria illa olim veterum canonum iure, ac nuper Tridentino decreto constituta diœcesanæ Synodi conuocatio atque actio: quam sollicitè amplecti debemus. Quocirca his nostris literis vniuersos & singulos qui Mediolani & in diœcesi nostrâ beneficia cuiusvis generis ecclesiastica, etiam quæ sine vlla cura sunt, obtinent; quiq. sacris item ordinibus initiati sunt; eos præterea omnes tũ seculares tũ regulares clericos, qui quouis iure vel consuetudine nostrâ Synodo diœcesanâ interesse debent, monemus in Domino; eisdemq. omnibus & singulis in virtute sanctæ obedientiæ, ac penis sacrorum canonum iure sancitis, iubemus atque edicimus, vt ipsi clericali habitu decenti nostris prouincialibus & diœcesanis concilijs edictisq. præscripto, ac superpelliceis præterea mundis induti, die decimo sexto mensis Nouembris proximè sequentis, quem diem inchoandæ diœcesanæ Synodi certum indicimus, summo manẽ in nostram Metropolitanam Ecclesiam Mediolanum conueniant: idq. non alij eorum nomine,



nomine, sed ipsimet (nisi legitima causa quam no- bis probare debent, impediti) omnino praesent.

Inde autem, cum conuenerint, ne cuiquam dis- scedere liceat, nisi missione a nobis impetrata.

Edicimus praeterea, id quod nostro prouinciali con- cilio secundo decretum est, ut post indicta huius Synodi promulgationem, in omnibus & urbis & diocesis nostrae Ecclesijs parochialibus, quin- ta quaque feria in singulas hebdomadas, quoad ipsa Synodus absoluta ac dimissa de more erit;

Missae de Spiritu sancto, aut si quando officij ratio aliter postulet, oratio de eodem in Missae sacro quod fit, dicatur. In Metropolitana autem & Collegiatis eccle- sijs, processionum etiam munus singulis Domini- cis diebus intus obeatur; ex animoq; preces fiat, quibus a Deo nobis auxilium imploretur in illa Synodaliu rerum tractatione.

Et quoniam religiosam animi preparationem hae Synodalis actio ab ecclesiastici ordinis homini- bus potissimum requirit, qui praesentes adesse de- bent; hoc eos omnes & singulos, quod puriores ad eam conueniant, vehementer in Domino mone- mus, ut dominico die qui proxime futuram Sy- nodum antecedit, in primum peccata confessi, no- solum Sacerdotes Missae sacrum faciant, sed re- liqui singuli cuiusuis ordinis clerici sanctissimam Eucharistiam sumant: hocq; idem etiam omnes summo mane praesent eo ipso die, quo adiutrice Dei gratia a nobis Synodi initium fiet.

Quod autem sanctius triduanae illae Synodales a- ctiones habeantur; illud tum sacerdotes, tu cle- ricos uniuersos singulosq; magnopere hortamur, ut tribus ipsis statis Synodi diebus ieiunent: cum praesertim omnis illa Synodalis tractatio sub ini- tium aduentus Christi Domini cadat ritu nostrae Mediolanensis ecclesiae. quo sacri aduentus te- pore, cum sicut olim, ita nunc a quibusdam pijs fidelibus ieiunium etiam fiat; tum ab ijs quoque illud fieri aequissimum est, qui abstinentiae, ieiunij, christianarumq; virtutum exemplo ceteris praelucere debent.

Illud item edicimus ac iubemus, ut iidem & uni- uersi & singuli, nec etiam in itinere quod Syno- di causa huc facturi sunt, nec uero hic item, ab ea clericalis uita disciplina, sacerdotali morum grauitate prouincialibus & diocesanis nostris Synodis praecipua discendant: sed ita se gerant, in- verbo, in conuersatione, in charitate, quemadmo- dum Apostolus monet: ut cum eos posuerit Deus, non in iram sed in acquisitionem salu- tis, & in aedificationem, officij sui memores, ambulent dignè Deo, per omnia ei placentes, & quae aedificationis sunt agentes, ut in illis glo- rificetur nomen Domini Iesu Christi.

monemus, ut & sua & nostra causa nobiscum orationis studium adhibeant: dieq; Dominico Sy- nodum praecedente, initio scilicet sacri Aduen- tus, primum uerè penitentes & confessi, sacrae communionem sumant; hoc maxime precantes, ut Dei auxiliante misericordia, nos ea, quae ad nostram, eorumq; omnium qui cura nostra com- missi sunt, salutem pertinent, diligenter sancteq; agamus. In quarum rerum fidem has literas nostra nostriq; Cancellarij manu signatas confi- ci, sigilloq; nostro muniri, & promulgari, Me- tropolitanaeq; nostrae, & Collegiarum Eccle- siarum, Aediumq; Archiepiscopalium ualuis publicè affigi iussimus. Quam affixionem habe- re eam uim uolumus, ac si ipsis singulis quorum interest, illa allata ac denunciata essent. Datum ex Palatio nostro Archiepiscopali, Die 18. Septembris. 1574.

DECRETA EDITA

IN SYNODO DIOECESANA

quarta Mediolanensi.

Decretum. I.



ACRI diei, quo beatus Am- brosius singulari Dei munere & gratia Episcopus populo Mediolanensi datus est, cele- britas, eò maiorem ab illo cul- tum deposcit, quò plura is be- neficia tanto patrono intercedente, perpetuis temporibus a Deo totius consolationis & pa- tre misericordiarum accepit. Quorum nos beneficiorum memoria & recor- datione excitati, proq; animarum salute, cupie- tes a clero populoq; nobis commisso debita re- ligionis studia praestari, quo potissimum tem- pore id omnis pietatis ratio postulat: pridie festi eius diei a fidelibus ieiunium seruandum declaramus & decernimus.

Quod ex praepcepto ieiunium in calendarium perpetuum eo stato die adscribi, tum a paro- chis & urbanis & diocesanis Dominico die proximè praecedenti populo religiosè denun- ciari mandamus.

Decretum. II.

PAROCHIALIS Ecclesie festo die, & in dice- cesi, & in urbe (prout etiam ex veteri consue- tudine compertum est) illius Parochiae incolae ab omni seruili opere abstineant; reliqua pre- stent, ut prouincialibus nostris concilij sanc- tum est, ad religiosum festi diei cultum.

Quo praeterea die Parochus, quae praecipue ter- tio Prouinciali concilio de uniuersuiusq; Paro- chiae festo colendo constituimus, ad excitanda fidelium pietatem accuratè exequatur.

Qui item illius parochiae aduenticij, incolae, & hospites, peregriniue sunt, festum eundem diem seruent.

Ieiuniu pridie festi diei S. Am brosi seruadū.

Festus dies ec- clesiae parochia- lis a parochiae incolis colendus.

Tit. de fest. die. cultu. S. Quo religiosius. pag. 87.

Qui

Qui in ea parochia habitant, si illo festo die ad opus faciendū aliò dolosè in fraudemue abie- rint, eos grauius Parochus arguat.

Decretum. III.

Qua hora festus dies incipiat, & desinat.

VT fideles nostrae curae commissi, quo tem- poris spatio debent, diebus festis religiosè colendis ab opere seruili abstineant; pro urbis & diocesis nostrae consuetudine, festi diei ini- tium, a media nocte quae illius diei celebra- tem proximè praecedat, fieri; & sequenti itidem media nocte eundem diem terminari & con- cludi declaramus atque decernimus.

Decretum. IIII.

Fideles diebus festis conueniat ad ecclesiam pa rochiam.

FVIT olim tanti apud antiquos patres ille sta- tus in Ecclesiam propriam parochialem fide- lium conuentus, ut ad hanc disciplinam popu- li Christiani institutioni ualde accommodata retinendam, certis decretis cautio aliqua adhi- bita sit.

Primo enim hoc iussum est, ut Dominicis fe- stisq; diebus parochi sacerdotes antequam Missae sacrum faciant, plebem interrogent, si alterius Parochiae fidelis adfit; qui proprio co- tempto presbytero ibi Missam audire uelit; quem si inuenerint, statim inde eiciant, & in Parochialem suam Ecclesiam ad Missam audie- dam redire compellant.

Deinde illud planè ueritum extitit, alienae pa- rochiae fidelem a Parocho ad Missam non re- cipi, nisi in itinere fuerit, & placitum ibi ha- buerit.

Cuius veteris disciplinae restituendae, in usumq; reuocandae desiderio flagrans sacra Tridenti- na Synodus, ab Episcopis fideles cum hoc mo- neri uoluit, ut frequenter ad proprias parochia- les Ecclesias, saltem Dominicis diebus, Festisq; maioribus accedat: tum illud etiam diligenter, unumquemque teneri ubi commodè fieri po- test, Parochiae suae interesse ad audiendum uer- bum Dei; ac proinde id praeterea statuit, ab animarum curam gerentibus, inter Missarum solemniam aliquid ex ijs quae in Missa leguntur, exponi; & sanctissimi illius sacrificij myste- rium aliquod explanari; plebes sibi commis- sas salutaribus uerbis pasci; eademq; doceri, quae scire omnibus necessarium est ad salutem; in lege Domini erudiri; & sacra eloquia illis explanari; tum in uinaquaque Ecclesia paro- chiali pueros fidei rudimentis instrui.

Nos igitur eiusdem Tridentinae Synodi decretis, & ueteri salutaris exemplo adducti, cum popu- lum curae nostrae commissum rebus ad salutem necessarijs instructum per bona opera ad praemium sempiternum perducere summopere in Domino cupiamus; ne fructibus ijs careat, quos percipiunt, qui ex sanctorum patrum mo- nitis ad parochialem Ecclesiam frequenter ac- cedunt: hac nostra monitione uniuersos & sin-

gulos nobis in curam traditos fideles cohor- tamur, ac per viscera misericordiae IESV CHRISTI obsecramus atque obtestamur, ut quamuis in suis uicinijs, oppidis, & subur- bijs, oratoria, cappellas, aliaue Ecclesias ha- beant, ubi sanctissimo Missae sacrificio interes- se possint; frequenter Dominicis saltem, alijsq; solemnibus festis diebus ad suam quique paro- chialem Ecclesiam conueniant: ubi a Parocho, cui eorum cura commissa est, uerbo Dei pascā- tur, fidei Christianae rudimentis alijsq; anima- rum saluti necessarijs praecipis erudiatur; ad sanctissima Sacramenta religiosius percipien- da instruantur; ad eorundemq; frequentem, usum, ut illa sacra Synodus optat, paternis eius cohortationibus in dies magis inflammē- tur; tum ab eodem item audiant, qui dies festi, si qui in hebdomadam inciderint, colendi; quae uigiliae ieiuniae seruanda sint; discant ab ip- so item, quae Christianae pietatis officia in illis religiosè colendis praestari oporteat; ac quae praeterea supplicationes, processionesue, aut sta- tiones, orationes, indulgentiae, iubileae indican- tur; quae matrimoniorum denunciationse fiat; quae item pro ratione temporum admonitio iussuue nostro ad diligentiorum eorum insti- tutionem promulgentur.

His, atque aded alijs fructibus, qui ex paternis Parochi vel in cohortando vel in monendo of- ficijs existunt, eos carere contingit, qui ad Mis- sae sacrum ijs diebus in suam parochialem Ec- clesiam non conueniunt.

Immo uero quod hoc audiendae illis diebus Missae parochialis munus a fidelibus minus diligenter praestatur, & a quibusdam planè ne- gligitur, multa incommoda existunt: hinc saepe fidei articulorum, & Dei sanctaeq; matris Ecclesiae praepceptorum, quae ad salutem conse- quendam Christianum hominem nosse oportet, in plerisq; imperitia; festorum dierum cul- tus neglectus; debita Christianae pietatis ope- ra non exculsa; non cognita Christiana fami- liarum institutio; languescens sacerdotum pa- rochorum omne officium, eorum aliquis co- temptus; sanctissimorum institutorum, & sa- crorum Canonum uolatus usus; hinc deniq; in Ecclesijs parochialibus, quae a maioribus tan- to pietatis studio aedificatae sunt, instauran- dis, ornandis, fartis relictisq; habendis cura mul- tis ex partibus neglecta; in illisq; nulla aut pe- nè exigua ecclesiastica ad diuina officia obeun- da necessaria supellex.

His tot tantisq; malis atque incommotis unuf- quisq; occurrere studeat, id diligenter exequē- do, quod sanctorum Patrum suadet institutu, quod Tridentina Synodus moneri iubet, quod ex illius iussu nos de uniuersuiusq; uestrum sa- lute solliciti, paternis uocibus cohortamur, & monemus in Domino.

Nec uero quemquam aliquod, quod uel ex parochialis Ecclesiae aliqua distantia, uel ex pluuiis, frigore, aestu, temporumue uicissitudi-

ne

ne existit, incommodum ab hoc officio deterreat: immo verò ad illud diligentius exequendum, prout in Domino confidimus, se quisque eorum accendat necesse est: qui salutis suae memores, huius rei gravitatem eorum quae commemorata sunt ratione perpendent; qui quae aliquando secum animo reputabunt, non solum parochialem Ecclesiam sibi datam esse, in qua primum baptismo suscepto Christo Domino renati alijs Sacramentis aluntur ad perpetuam salutem; sed parochum etiam Sacerdotem sibi loco parentis esse debere, quem diligant, colant, atque obsequantur; hoc sibi proponentes, illum pro fidelibus sibi commissis apud Deum interprecem ac deprecatorem esse, diuinae legis interpretem, dispensatorem mysteriorum Dei, Christianae vitae & morum disciplinam magistrum, à quo omne petant pie recteque agendi consilium, ac ministrum: denique omnium ferè, quae ad salutem eis necessaria sunt.

Huic autem nostrae monitioni & si omnes pro praecipua suae salutis cura audientes esse debent; in primis tamen patresfamilias, tutores, curatores, ludi magistros, caeterosque aliorum moderationi curationi praefectos cohortamur, diuinaque contestatione admonemus, ut de sua & aliorum quorum curam gerunt, salute solliciti, primum ipsi haec nostra monita amplectantur; tum illos etiam crebris cohortationibus ad illa exequenda inflamment; idque curent, ut non solum Missae & diuinorum officiorum tempore illi in parochialem Ecclesiam conueniant; verum etiam, ut institutas in ea doctrinae Christianae scholas praescriptis illis diebus frequentent.

Illud norint praeterea vniuersae curae nostrae commissi fideles, pro modo culpae nos grauius cum illis acturos esse, qui è frequenti ad parochialem Ecclesiam conuentu cum tam salutaria in via Domini adiumenta habere potuerint; ijs neglectis, contemptisque. eo conuentu, illos comperitum erit, vel ad fidem necessaria ignorare, vel stata ieiunia non egisse, vel festorum dierum cultum violasse.

Ut autem nostra haec monitio crebrius repetita, diligentiusque euulgata, fidelium mentibus animisque infixae habeatur, quò studiosius ipsi in illius executionem, quemadmodum vehementer in Domino optamus, incumbant; eam communi sermone explicatam, de verbo ad verbum à singulis parochis quam saepissime populo sibi commisso legi & recitari mandamus.

Decretum. v.

**SACERDOTES**, & Clerici inferiores, Dominicis festisque diebus, qua hora in choro diuinis officijs celebrandis adstricti non sunt; parochum intra cuius parochiae fines habitant, in doctrinae Christianae scholis adiuuent in vrbe ad praescriptum eorum, quibus id curae ab Archiepiscopo datum erit; in dioecesi autem

Vicariorum foraneorum. Si quis verò pagus aut vicus frequens est; ubi (quonia ab Ecclesia parochiali distet, ab eoque non longè oratoria, cappellauè) doctrinae Christianae scholam Vicarij foranei iudicio erigi expediat; hoc idem Vicarius iubeat, ut illius pagi, seu vici, seu earum cappellarum Sacerdotes Clericiuè, id Christianae doctrinae scholas adiuuandi munus, quod in parochiali Ecclesia illis iniuimus, in ipsis cappellis oratorij suae statuto tempore praesentent.

Si quando praeterea in dioecesi per pluuiae vim, niues, aliamuè temporis grauitatem viae aut itineris difficultati adiunctam, ad eiusmodi scholas in parochiali Ecclesia qui debent conuenire difficilius possunt; illud etiam idem Vicarius procuret, ut tunc in oratorijs, vel cappellis propinquioribus, aut saltem si id non potest, alio honesto loco, per Clericum idoneum, seu per alios scholae sodales in vita & doctrinae Christianae studio instructiores, aliqua tum tradenda, tum percipiendae eiusmodi doctrinae exercitatio fiat; ne ob vllam causam statis diebus hoc institutum, atque pabuli spiritualis usus illis desit.

Decretum. vi.

**SICUT** sanctorum imagines sancte & decenter exornari postulat Christianae pietatis cultus: ita cauendum summo perè est, ne quod ad ornatum adhibetur, parum conueniat cum illorum sanctitate. Quare quaecunque indumenta & ornamenta, quouis genere ea sint, quibus illae exornantur, eiusmodi sint, ut nihil in ipsis inepti, nihil profani, nihil indecori, nihil denique inhonesti, aut quo fidelium mentes oculique offendi possint, conspiciatur, ut etiam Tridentino concilio sancitum est.

Sanctorum imagines deceter exornandae.

Sess. 25. decret. de Inuoc. sanct.

Decretum. vii.

**UT** Parocho constet, compates fidei rudimenta non ignorare, cum eos ita rudes Prouinciali concilio, & Synodali decreto illud munus obire vetitum sit; ne quos aliunde iam certò non scit fidei initijs instructos esse, ad id officij munerisue prius is adhibeat, quam sibi illi fidei Symbolum, orationem Dominicam, ut veteri Canone iussum est, tum etiam Salutationem Angelicam recitarint: interrogatiq. de fidei articulis ostenderit, se rerum quas ad salutem necessarias scire vnumquemque fidelem oportet, notitiam habere.

Compates rudes fidei rudimenta ante recitent.

Decretum. viii.

**CAVEAT** Parochus, Sacerdosue baptizans, Chrisma in baptismo vtatur, quam eo, quod illo ipso anno consecratum est; nisi periculo mortis instante.

De-

Decretum. ix.

Claves tabernaculi & sacrorum oleorum à parochio custodiuntur.

**TABERNACULI**, ubi sacratissimum Corpus Domini asseruatur, & armarij item ubi sacra olea statis vasculis inclusa custodiuntur, & fontis item baptismalis clauis Parochus diligenter cauteque apud se custodiat: ac ne Clerico quidem ministro illas vllò modo committat.

Decretum. x.

Parochus fideles ad sacramenta adhortetur. Tit. quae ad fac. Euchar. initio. pag. 92.

**PAROCHVS** cum ad frequentissimum Sacramentorum usum Parochiae suae fideles cohortetur, ut Prouinciali tertio concilio sancitimus; tum crebris monitis illud quod Siluerius Pontifex Maximus statuit, in consuetudinem reuocare studeat, ut qui saepius non communicant, singulis saltem Dominicis diebus in Quadragesima Corpus Domini sumant; ac praeterea diebus Dominicis aduentus.

Decretum. xi.

Parochi officium in communione aegrotantiu.

**AD** aegrum Parochus ipse, nisi in ualitudine, aliamuè necessaria causa impeditus sit, Corpus Domini deferat. si verò aliquando in hoc ministerio necesse habet alio Sacerdote vt; ne alio vtatur, nisi quem ad confessiones audiendas concessa scriptis facultate Archiepiscopus probauerit, idoneumque iudicauerit; cum saepe contingat, aegrum esse sanctissimum Corpus Domini deferri, iterum confiteri velle, propterea quod post-peractam confessionem aliquid commiserit, vel ante commissum recordatus sit.

Decretum. xii.

Nihil profanum de altari enunciantum.

**NE** Parochi, Sacerdotesue alij intra missarum solemnias, quidquam quod profanum sit, quodque ad rerum eiusmodi enunciationem attineat, de altari populo pronunciet, aut euulgent.

Decretum. xiii.

Tinnabulum cum corpore Domini eleuatur pulsandum. Tit. 2. decret. 6. pag. 66.

**QUOD** Prouinciali secundo concilio iussum est, in Missa conuentali & parochiali, cum Corpus Domini eleuatur, signum sono campanae dari: in alijs Missis id ita praestetur, ut tunc paruulum tintinnabulum, aut è latere altaris appensum, aut è sacristia allatum, à clerico ministro certis distinctis ictibus pulsetur.

Decretum. xiiii.

De casibus reseruatis.

**QUO** planius casus nobis reseruatos confessarij Sacerdotes perpetuò norint; cum temporum varietate eorum reseruacionem à nobis aliquando mutari expediat; nos praeter casus Episcopo canonum iure consuetudine reseruatos, & praeter excommunicationes atque censuras, quae vel à iure, vel ab homine existunt, quas hoc decreto nobis perpetuò reser-

uamus; eos tantum casus declaramus nobis reseruatos, quos singulis annis in Synodo, aut aliter promulgatos reseruauerimus: ita tamen, ut quae eorum promulgatio proximè facta est, vim habeat quoad altera fiet: & sicutidem perpetuò deinceps.

A quibus casibus & censuris si quis confessarius Sacerdos cuiusuis ordinis sine facultate scripta à nobis data aliquem absoluerit attentarit, excommunicationis penam Synodo dioecelana prima constitutam ipso facto subeat.

Dioec. 2. decret. 28. §. Si qui vt. rō. pag. 339.

Decretum. xv.

**PAROCHVS**, cum ad aegrum qui à parochiali Ecclesia longius abest, grauitate ac non sine periculo mortis febris morboque laborante sanctissimum Corpus Domini deferat; ne ubi ad parochiale domicilium ipse redierit, mortem ille prius obeat, quam ad extremam vntionis Sacramentum eidem ministrandum reuertere possit, vasculum etiam sacrae illius vntionis secum ferat, illam ei, postquam Corpus Domini praebuerit, ministraturus: si ita pro morbi ingrauescentis ratione, mortisque periculo faciendum censuerit.

Parochi erga aegros & morientes officia.

Vbi Sacramenta aegro ministrarint; dum ille sermonis & sensuum usum non amisit; eum breuibus, & suauibus, ardentibusque verbis excitare ad desiderium vitae aeternae, & ad spem de diuina misericordia concipiendam, ne opportune desistat: tum cum propè moribundus est, in illius animae commendatione, quam maxima potest intima animi pietate, statas religiosas sanctasque preces recitet.

Curetque toto eo tempore, ut domestici simul omnes qui adsunt, pro eo Deum pie precentur. Vbi hoc officium pie accurateque praestiterit, si aeger adhuc viuit, aut animam agit; ne eidem praesens adesse, omniaque salutaria officia praestare omitat.

Si verò adesse aliquando non potest; vel quia alijs grauitate aegrotantibus Sacramenta ministrare necesse habet; vel quia necessarijs parochialis curae occupationibus alijs impeditur: tunc ea pietatis officia illi à Sacerdote (si quis alius eo loco est) sollicitè praestari curet.

Ad quod etiam officium sibi hoc subsidium cum opus est, comparet; ut sodalitates sanctissimi Sacramenti, aut doctrinae Christianae homines aliquos, parochiali sua diligentia ad consolationis & spei excitandae officia aliaque eiusmodi instructos adhibeat.

Hoc etiam Parochus domesticos qui aegroti curam habent, moneat, ut ne post extremam quidem vntionis Sacramentum, quod ipse ei ministrauerit, corporis curam deserant.

Singulis mensibus vnusquisque Vicarius foraneus à suae regionis parochis perquirat, qui obierint; ijsque animam agentibus an illi praesentes adfuerint; an curae & pietatis officia omnia eidem moribundis praestiterint; tum ubi oportet-

portunè in mortuorum agnatos affinesue inciderit, parochialium Sacerdotum debitum officium ab illis diligentius recognoscat.

Quod si eos negligentiores esse animaduertit, ubi primum illos ut par est reprehenderit, tunc eorum negligentiam culpamue ad nos deferat.

Decretum. xvi.

Constitutiones ad matrim. spectantes parochi nouerint.

**Q**UAE à Summis Pontificibus constitutiones, literarum decretales, ad Tridentinorum, quae de matrimonij impedimentis sunt, decretorum declarationem editae sunt; eas cum a ceteris, tum à parochis praecipue non ignorari oportet.

Cui rei ut occurramus, huic decretorum libro in fine illas typis impressas adiungi cœsumus.

Decretum. xvii.

Parochi officij erga patresfam.

**Q**UO studiosus populus curae nostrae commissus in officijs Christianae pietatis instituitur, ex diuinaque legis praecipitis institutum vitae genus sequatur; id Parochus praestet, ut aliquando ineunte praesertim Quadragesima, patresfamilias qui in parochiali vicinia parochialibusue finibus sunt, omnes ad Ecclesiam parochialem conuocet, hora quam commodam censuerit.

Tit. de iis quae ad matr. sacra. pertinet. §. sicut uerberimur. pag. 103.

Quo in patrumfamilias conuentu, tum constitutionem nostram concilio tertio Prouinciali de patrumfamilias officio familiarumque institutione editam de scripto legat, singulasque eius partes explicet: tum alia praeterea doceat, quae oportuna existimauerit, quibus illi se, familiarumque suam in Christianae vitae disciplina conformet.

Decretum. xviii.

Quaedam de exorcistis. Tit. de exorcista. pag. 30.

**P**RIMO Prouinciali Concilio aliqua de exorcistis constituimus, in quibus ad illius muneris recte gerendi rationem haec praeterea praescribenda censuimus.

Ne igitur Sacerdoti, Clericouque saeculari aut regulari exorcismum energumenis adhibere liceat, nisi is exorcizandi facultatem scripto exarata à nobis impetrarit.

Quam facultatem ubi quis probatus obtinuerit, haec quae mox infra ordine praescribentur, accurate seruet atque exequatur.

Antequam exorcizare aliquem aggreditur, perquirat in primis energumeni energumenumue vitam ac mores; tum exploret actiones; & medicum si expedire censuerit, consulat, adhibeat: ut videat, an quod ab illo illaue agitur, fiat morbi alicuius aut bilis atrae vi, an sponte ac dissimulanter; an daemone malorumque spirituum vexatione.

Videat item, an ille excommunicationis vinculo irretitus sit, anque absolutioem accepit.

In religioso hoc exorcizandi munere, eiusue peccatione, non modo quæstum fugiat; sed ne doni

aut muneris quidquam vel minimum capiat. Ne in aedibus laicalibus, locisue priuatis; sed in Ecclesia, loco aperto & conspicuo; neque in omni quauis Ecclesia, sed in ijs solum, quas certas Archiepiscopus constituerit.

Neque in conspectu multitudinis (non remotis tamen arbitris) sed praesentibus uiris honestis, atque aetate grauibus, in ijsque uno saltem aut duobus Ecclesiasticis hominibus.

Mulierem autem energumenum cum exorcismum adhibet; id praestet duobus aetate uitaque probatis uiris, tum foeminis etiam itidem probatis praesentibus, ijsque omnibus, si fieri potest, energumenum consanguineis aut affinibus.

Mares autem alios praesentes adesse ne omnino patiantur, nisi unum Ecclesiastici ordinis hominem. Ne ante ortum, nec uero post occasum Solis cuiquam exorcismum adhibeat.

Ne duos simul, eodem tempore exorcizet, sed unumquemque sigillatim ac separatim.

In huius muneris functione, grauius, pie, & religiosè in primis se gerat. quamobrem pridie illius diei, quo alicui exorcismum adhibere incœperit, se ieiunio & oratione praeparare studeat.

Tum confessus, conscientia ab omni culpa pura ac munda, magna cum humilitate & fide, memor potestatis quam à Domino accepit expellendi daemones, ad id munus obeundum accedat.

Si Sacerdos autem est, ne cuiquam ante exorcismum adhibeat, quam Missae sacrum fecerit.

Energumenis uero exorcismum ne adhibere incipiat; nisi illi primum confessi sint: ad hocque eos cohortetur, ut omnis antea actae uitae peccata diligentem conscientiam discussione confiteantur: tum saepe moneat, ut precibus, orationibus, & sanctis meditationibus, & pietatis studijs atque exercitationibus se dent; religiosas Ecclesias, ubi Sanctorum reliquiae reconditae sint, certis diebus pie uisitent; ieiunia praeterea, & in sexta quaque in primis feria, quo die Passionis IESU CHRISTI Domini memoria recolitur, religiosè amplectantur.

Caueat dum exorcizat, ne energumenum mulieris caput, humeros, manumue tangat; neue energumenum energumenumue altari imponat; neue quidquam agat, quod offensionem praebet.

Ne alijs uero exorcismis, precibus, ritibusque ad id munus utatur, nisi ad libri iudicio Archiepiscopi comprobati rationem praescriptam.

Cui nihil ab eo addi, detrahi, ac ne mutari quidem quidquam fas sit.

Praescriptas has regulas quò diligentius seruet, tabella descriptas eo loco sibi proponat, ubi potissimum id munus geret.

Decretum. xix.

**Q**UI in sortem Domini uocati sunt, diuinarumque rerum ministerio addicti; illorum in Ecclesia Dei status is est, ut si morum grauitate,

De clericali uita disciplina.

tate, uitaque exemplo suam ipsi dignitatem retineant, magnam afferant auctoritatem ad pie Christianoque more uiuendum.

Rursus si quidquam in ullo cuiusuis rei uel minimae genere offendunt; eorum ordo ita grauius laeditur, ut illum decoris splendorem retinere nequeat; qui ad continendos in officio laicos homines, non solum uilis, sed maxime etiam necessarius esse uidetur.

Quare de clericali uita disciplina, praeter caetera quae de eo genere per nos sancita sunt, haec etiam statuimus atque decernimus.

Sacerdotem Clericumue cuiusuis ordinis, in canticis, hymnis, psalmis, caeterisque ecclesiastici cultus officijs religiosa modulatione concelebrandis, diuinisque laudibus sanctè concinendis ita uersari conuenit; ut uoce sua sacris dicata abuti non debeat ad profanas cantiones & modulationes, atque ad uoluptarias deliciasque laicorum oblectationes.

Quamobrem caueat, ne in nuptialibus laicalibusque conuiujs aut mensis canendi operam suam nauet; ne ullo quidem, uel cognationis, uel amicitiae, familiaritatis, obsequij, alteriusue rei causa: cum praesertim Clericalem hominem inter epulas canere ueteri canone planè interdictum sit.

Omnis etiam Sacerdos Clericusue publica conuiuia uitet, & comestiones eiusmodi; quibus saepe fit, ut contemptui sit ecclesiastici ministerij dignitas.

Ne praeterea apud se libros habeat aut legat, quorum lectione benè agendi studium, morum disciplina, & timor charitasque. Dei languescere possit: quales libri sunt, qui res uel inanes, uel iocosas, uel scurriles ridiculasue, uel impuras continent.

Ne rerum nouarum curiositates confectetur.

Ne quae iocularia sunt, quae ridicula, unde cachinni risusque. solutiones excitantur, loquatur.

In omni item incessu, statu, gestu, uultu, ordinem suum Sacerdos & Clericus profiteatur; omni clericali uita actione religiosi animi mores exprimens, qui in Ecclesiastici ordinis hominibus elucere debent.

In uestitu haec etiam praeter caetera quae per nos sancita sunt, seruet.

Quicumque in Metropolitana nostra Ecclesia Archipresbyteratum, Archidiaconatum, Primitiariatum, Praeposituram, Decanatum, & Canonicatum, quas Ordinarias appellant, obtinet; qui item alij in urbe & in diœcesi Mediolanensi Praepositi & Archipresbyteri sunt: eos uniuersos & singulos, eiusmodi mantellum absque manicis, quod unicam talarem adhaeret, ubique & semper, nisi itineris causa, & per pluuia, induere atque adhibere iubemus.

Si qui uero sunt, quibus pro alterius dignitatis ratione mantelletum aliquantulo tunica talari breuius adhiberi licet, illos eo uti non uetamus.

Parochi autem tum urbani tum diœcesani (qui si cut nomine, ita uita exemplo & habitu pater-

nam quandam grauitatem & professionem praese ferre praesertim in populo suo debent) togam talarem decorè confectam, quae (ut uetus est in Ecclesia Mediolanensi institutum, propriumque eorundem insigne & ornamentum) manicis sirlate amplis, quaeque ad collum aptè connectantur, semper induant; quocunque alio gradu aut dignitate praediti illi sint.

Quod de Parochis ite urbani solum de caputio Diœc. 2. decre. altera Synodo diœcesana constituimus; idem diœcesanis Parochis praescribimus.

Vicariis ite Ecclesiarum parochialium perpetuis in urbe seu in diœcesi constitutis, & de toga parochiali, & de caputio hoc ipsum statuimus.

Alios autem Sacerdotes, qui ad tempus conducti, aut Cappellani coadiutorisue nomine Parochi munus obeunt, non toga eiusmodi parochiali, neque caputio, sed ut reliquum Clericum toga infra praescripta indui decernimus.

Reliquus autem Clerus, Canonici scilicet quicumque, alijque Sacerdotes & Clerici, toga utantur; quae non manicis oblongis, neque amplis sit, sed breuibus, & ad manum usque non admodum angustè porrectis & indutis; iisque ab utroque humero decenter paulò latioribus.

In quibus si qui sunt gradualiquo ornati; illos ueltem adhibere, gradui ex Conciliorum nostrorum praescripto congruentem permittimus.

De pallio praeterea, quod ferraiolum uocant, omnes planè seruent, quod primo Prouinciali concilio per nos sancitum est.

Nec interularum manicis ad manum reflexis utantur.

Quod de collari interularum item simplici praescripsimus, id etiam eiusmodi sit, ut ne ab extrema quidem anteriori parte quasi rostratum promineat.

Neque cingula serico retisue instar contexta, aut è corio confecta adhibeant: neque cingulis sudariola accingant, aut appendant.

Caligarum usum abstineant, quae nauticarum speciem praeseferant.

Vestes quas domi priuatim induent, eiusmodi sint, quae non colore, non ulla habitus specie à clericali modestia discrepent.

Cum in Ecclesia uersantur, quo tempore superpelliceum induere non debent, ne sint sine toga exteriori: nec uero absque ea etiam in diœcesanis locis prodeant, nisi cum eos pedibus iter facientes uia difficultas & longitudo aliter cogit.

Si quò iter equo faciunt; ne absque uiatoria veste exteriori equitent, succincta interiori tunica, aut alia contractiori decenter adhibita, ad diœcesanæ primae nostrae Synodi praescriptum.

Praepositi, & urbani, quibus certum aliud indumenti genus à Sede Apostolica concessum non est, & ij diœcesani, quorum praepositurae capita plebis sunt, tunc in Ecclesia diuinis officijs, tum foris processionibus agendis, & in alijs publicis Ecclesiasticis eiusmodi actionibus (nisi cum pro solemnitarum ratione sacra alia indumenta adhibenda sunt) cappa semper,

H h quod

Titu. de cleric. vest. §. Pallium pag. 18.

Diœc. 2. decre. 29. pag. 341.



quod vetus eorum insigne esse compertū est, eiusmodi vtantur: quæ nigro colore sit, tenui eo panno confecta, quem sarzam, aut saiam vulgò vocant, à posteriori parte in longitudinem ducta: quæ decenter inuoluta, & infra sinistrum brachium demissa teneatur.

Circumamicta autem à pectore illa per hyemē fit pelle sciuria, quam dossiam dicunt; per æstatem serico violacei coloris.

Cum autem illam induunt, superpelliceo eiusmodi, quod angustis manicis sit, subtus eos tunc vt non veramus: alio præterea tempore nunquam vtantur.

Quam cappam Præpositi vrbani nō in alienis Ecclesiis, sed in suis solūm, ac præterea foris, cū aliquod Ecclesiasticæ functionis munus collegiatim cum suo clero obeunt, adhibeant; diocesanum in suis item, non in alienis plebibus.

Superpelliceis cum ministerij vsus postulat, omnes vtantur; quæ non lacera sint, non fordida, non elaborata nimis, ita vt artificij ornatus in humeris speciosus appareat.

Quibus autem rochetto vti licet, id eiusmodi sit, in quo non ulla artificiosi operis species, neque affectata elegantia ostentetur.

Modestiam verò omnes cum in omni habitu, actioneq. præ se ferant; tum in eo etiam, vt ne certo eo nomine, quod propriè Ecclesiastice Præsidibus, Ecclesiasticæq. dignitate præditis conuenit, se mutuo qui non debent, ambitiosè appellent.

Decretum. xx.

Horæ canonicæ quæ in infirmitate omittendæ. SACERDOS, Clericusuè sacris initiatus, aut ecclesiasticum beneficiū obtinens, ne morbi quidem causa quo laborat, Canonicarū horarum officium omittat; nisi de consilio confessorij Sacerdotis, & vbi adhiberi potest, medici itē: nisi is ita grauiter morbo laborat, vt planè sentiat se illius grauitate impediri, quò minus statas preces horarias recitare possit.

Decretum. XXI.

Horæ canonicæ qua pietate recitandæ. QUAM supplici mente, intimaq. animi pietate, Ecclesiastici ordinis homines horarias diuini officij preces dicere debeant; id & antiquis Patrum institutis cautum est, & Lateranensi concilio Innocentius Tertius Pontifex monuit.

Ad Hebr. 5. Cum enim non tantum pro populo, vt inquit Apostolus, verum etiam pro se ipsis, qui circumdati sunt infirmitate, orandum eis sit; id non modo sine intermissione, sed etiam studiosè ac deuotè agere debent.

Quare admonem⁹ omnes & singulos nostræ diocesis & vrbis Mediolanensis ecclesiasticos homines, vt cum eiusmodi precum Canonicarū officium priuatim præstant, ne deambulando, aliudue agendo id muneris expleant: in Ecclesiam, si ei domus sit coniuncta, aut saltē domi

in locum quoad fieri potest precatōni aptiorē se recipiant; vt animo, qui deambulationibus, & aliarum rerum actionibus distrahi quando que solet, se colligentes, ac pietatis studio accensi, orent spiritu, orent pariter & mente; quodq. ore psallunt, item spiritu psallant & mente in conspectu Domini, à quo vberimū huius debitæ pietatis fructum capient.

Decretum. XXI.

QVONIAM ad festi diei, alteriusuè eiusmodi rei celebritatem, Sacerdotum & Clericorum concursus in Ecclesia vbi illa agitur, aliquando ita frequens esse solet, vt ob eorum absentiam debito ministerio & cultu illis celebritatis diebus aliquando Ecclesiæ careāt, quibus illi adscripti sunt: nos vt huic rei occurramus, ita decernimus; vt cum ab vna Ecclesia ad alteram, in qua dies festus aliaue celebritas agitur, Sacerdotes Clericusuè euocandi sunt, ne plures quàm duodecim, aut si ex causa Vicarij foraneus scripto concesserit, ad summum in diocesi sexdecim, ac totidem etiam in vrbe adhiberi liceat; iis etiam numeratis, qui eidem Ecclesiæ vbi celebritas sit, ministrare solent.

Id autem, nisi maiorem numerum aliquando adhiberi, vel ex fundatione, vel ex legato præscriptum sit.

Illi verò omnes qui euocabuntur, in choro dū diuina officia fiunt, superpelliceo mundo decenter induti adsint; nisi cum in eadem ecclesia Missæ sacrum faciunt.

Nec verò alius Sacerdos Clericusuè qui ad celebritatē vocatus non sit, in chorum quouis prætextu adsciscatur, recipiaturuè: neue eleemosinarum quæ in illius celebritate tributæ sunt, aut tribuuntur, particeps vllō modo sit: nec verò in mensa excipiat, vt est etiam in nostra secunda Synodo diocæfana vetitum.

Quicumque, & qui præter illum numerum aliquē adscuerit, & qui minimè vocatus eò accesserit, & qui admiserit, quiuè exceperit, mulctetur arbitratu nostro.

Qui Sacerdos Clericusuè eam celebritatem agit, eadem propofita pœna, in mensæ apparatu à frugali modestia conuentibus foraneis per nos prouinciali decreto præscripta ne vllō pacto discedat; vt prouinciali secundo concilio, & diocæfana prima Synodo iussūm est.

Hæc verò pœna locum non solūm habeat, cū fercula in mensa contra præscriptum apponuntur; sed etiam si non apponantur, in apparatu tamen iam sunt.

Conuiuia, & prandia, ientaculauè, quas refectioes vocant, quæ Sacerdotibus & Clericis in vrbe ad canendum, aut ad Missæ sacrum, diuinaq. officia concelebranda vocatis, cantoribusuè ab ecclesiasticis hominibus apparari consueuerunt, cum sæpè & dictis & factis intemperanter fiant, hoc decreto vetamus: cum in

De clericorum ad dierum festorum celebritates conuentu.

Dioc. 3. dec. 43 pag. 353

Tit. 2. decr. 33. pag. 70. Dioc. 2. dec. 30 pag. 341.

in vrbe iis commodū sit, peractis diuinis officijs domum ad cibum capiendum redire; sed eorum loco aliquid honestæ mercedis aut eleemosinæ illis dari censemus.

Tit. 2. decr. 33. pag. 70.

Quod de maiori clericorum numero adhibendo in prouinciali secundo concilio permissum est; id tantum in diocesi, ijsq. locis licere declaramus, quæ ita longè inter se disiuncta sunt, vt Vicarius foraneus ea vel alia iusta causa Clericis graue esse censuerit, eo ipso manè concelebratis diuinis officijs illos domum suam reuertere; facultatemq. propterea dederit Rectori Ecclesiæ, in quam ob eorum officiorum celebritatem conuentum est, eosdē prandio excipiēdi.

Decretum. XXI.

De religiosis peregrinationib⁹.

VT ex sanctorum patrum institutis fideles curæ nostræ commissi sanctas peregrinationes suscipiant, salutisq. vberiore fructum diuina auxiliante misericordia inde capiant; nos pro paterna sollicitudine, qua illis in Domino ministramus, admonenda censuimus quæ sequuntur: primoq. clericalis ordinis hominibus hæc seruanda proponimus.

Ne cuiquam Sacerdoti clericouè cuiusuis ordinis peregrinatio, itineri peregrinationis causa sine literis nostris dimissorijs se committere liceat, vt canone veteri sancitum est.

Deinde is vel sacerdos vel clericus, vbi dimissorias literas impetrarit, antequam peregrinationi se committat; peccata primò confessus, tum si sacerdos est, Missæ sacrum quod est pro iter agentibus faciat; si clericus inferior, sacram Eucharistiam sumat.

Præterea peregrinationis comites, quos sibi adiūxerit, cum in viam se daturus est, nobis aut Vicario nostro exponat.

Quorum comitum nomina à cancellario literis dimissorijs adscribi mandamus.

Si quis item peregrinaturus, Ecclesiam parochialem, aut cappellam, aliudue cuiusuis nominis beneficium obtinet, cui ministerium aliquod debeat; sacerdotem, vel clericum, qui nobis Vicariouè nostro probatus sit, pro ratione ministerij antè substituatur, quàm iter suscipiat, ne ecclesia debito ministerio cultuq. careat: cuius rei per se præstitæ testimonium scriptū aut nobis aut Vicario nostro exhibeat. Ei autem quem substituerit, vestes sacras, ornamenta, libros, scripta, omnemq. Ecclesiasticam supellectilem committat, indice eorum omnium sigillatim, ac diligenter confecto: ne ex eius absentia aliquod detrimentum Ecclesia patiatur.

In itinere clericali habitu contractiori ad conciliorum nostrorum præscriptum omnis sacerdos & clericus peregrinus vti possit. Pileum autem induat clericali ordini congruentem, & à laicali distinctum. Tonfuram clericalem perpetuò habeat. Hebrais, & mulieribus comitem non se adiū

gat; neque eodē curru cū eisdem vehatur; neque item nisi necessitate coactus, eodē nauigio. Si apud religiosos homines, vel apud alios viros honestos diuersari potest, ab hospitij publicis abstineat.

Ad cauponas verò si diuertere necesse habet, ne vnà cum eisdem Hebræis aut mulieribus accumbat.

In publicoq. hospitio, aut alio omni tempore & loco, antequam discumbat, mensæ benedicat: tum pransus aut cœnatus, gratias agat: cæteraq. obseruabit, quæ de temperantia, frugalitate & modestia clericali nostris decretis præscripta, accuratè præstare debet.

Ne mendicet, ostiatimue victum quæreret; nisi ex voto, vel alia causa nobis probata, & facultate nominatim scriptis impetrata.

Cum ad aliquem locum vesperi perueniet; Ecclesiam quæ eo loco est, antequam ad hospitium diuertat, religiosè adeat, si potest: vbi supplex vel litanias, vel alias religiosas preces recitet.

Ne ijs etiam se adiungat in via, qui dum iter faciunt, profanis cationibus, cytharis, alijsuè musicis instrumentis vtuntur.

Abstineat item ipse à profanis canticis, colloquijs eiusdem generis, quorum vsu, pietatis in peregrinatione susceptæ studium refrigerat: psalmis, hymnis, canticis, rerum diuinarum meditationibus, & spiritualibus sermonibus, si comites habet quibuscum loquatur, corporis vel animi lassitudinem subleuet.

Ne itineris causa canonicas horarias diuini officij preces omittat: ac tum etiam stata de præcepto Ecclesiæ ieiunia seruet; nisi legitime excusatus sit.

Quotidie si sacerdos est, vbi potest, Missæ sacrum faciat; si minus, Dominicis & festis diebus id facere non omittat.

Singulis verò diebus, siue sacerdos, qñ ipse nō celebrat, siue clericus, Missæ sacro interfit.

Manè singulis diebus priusquam in viam se det, præter officium diuinum debitum, preces etiā illas piè recitet, quæ itinerarium clericorum appellatur.

In omni denique itinere quod sanctæ peregrinationis causa suscipit, eum se vitæ moribus, omniq. actione præstet, vt piè religiosèq. peregrinandi exemplum laicis præbeat. quorum si aliquem socium & comitem habet, sanctis peregrinationis exercitationibus, atque rebus ad salutem instruat.

Cum ad peregrinationis locum peruenerit, priusquam sancta loca visitet, confessario probato confiteatur; & Missæ sacrum sacerdos faciat, & sacram communionem clericus sumat.

Totusq. susceptæ peregrinationi intentus, nō rerum nouarum curiositates, non loci antiquitates, non quidquam aliud à peregrinandi proposito alienum confectetur; sed religiosa animi præparatione, loca sacra, & sanctorum ecclesias visitet: quo visitationis studio charitatis ardorem excitet.

Nec verò vbi sanctam peregrinationem absoluerit, aliò longius vagetur.

A peregrinatione reuertus, nos primùm, aut Vicarium nostrum cum literis dimissorijs, quas ei dedimus, conueniat; sanctaq. suã peregrinationis testimoniũ ab ordinario loci, aut saltem à Præfecto Ecclesiã afferat, ad quam peregrinationis causa iter suscepit; nisi literis nostris dimissorijs alius nominatim exprimat, cuius allato scripto id testatum facere debet.

Hac singula capita sacerdoti clericouè peregrinãti præscripta, quò accuratius ab eo seruentur; literis dimissorijs, quas vnicique clericalis ordinis homini peregrinationis causa concedemus, ab Cæcellario nostro adscribi iubem⁹.

LAICI etiam anteq̃ peregrinationẽ suscipiãt, Parochum Sacerdotem conueniant, à quo sanctè peregrinandi consiliũ capiant; & literas habeant ab Archiepiscopo canonicas, vt canone expressum est; quarum etiam fide testimoniouè eis liceat vbique, & cuius confessario sacerdoti ab Ordinario approbato peccata confiteri.

Deinde benedictionem ab eodem Parocho petant: qui superpelliceo & stola indutus, illis benè precetur, & benedicat stans religiosis precationibus, quæ ex ecclesiã instituto peregrinis adhibentur.

Peregrinationem verò suscipiant, vbi primò ritè confessi sacram Eucharistiam religiosè sumpserint.

Peregrinando omnia fugiant, quæ deuotionis studium perturbant, aut impediunt; & illa amplectantur, quibus illud excitari solet.

Insistent potissimùm orationi, sanctis meditationibus, pijs colloquijs; eleemosinas si per facultates possunt, largiantur; vitam emendent; morum grauitate, & Christianæ pietatis officijs se in omni re conforment.

Ad sacra loca vbi primùm venerint, nihil aliud sibi propositum habeant, quàm vt aut iubileũ indulgentiamuè consequantur, aut vota sanctè persoluant, ab omni curiositate, peccãdiqu. occasione abstinentes.

Itaque primò confessi, cum sacram Eucharistiam sumpserint, tum religiosè sanctorum statas ecclesias visitent; ita vt ex ipsorum locorum admonitione, maior affectus in ipsis exurgat ad acuendam charitatem; & sanctorum, quorum auxilium implorant, orationibus adiuuentur.

Reuertus à peregrinatione laici, primò parochum sacerdotem conueniant; à quo pro foribus ecclesiã parochialis benedicantur, adhibitis ex ecclesiã instituto præscriptis sanctis orationibus.

Decretum. XXIIII.

Cōfessarij cleri DE sacerdotibus confessarijs, quos probatos & in vrbe & in diocesi Clero nostro constituerimus, hoc decernimus; vt quos scilicet

quotannis ad cleri confessiones audiendas à nobis delectos, & in tabella notatos ei significauerimus; eiusdem cleri confessiones audiendi facultas illis sit, quo ad alia eiusmodi significatio anno sequenti per nos fiat.

Decretum. xxv.

QVO diligentius Archiepiscopo cleri in omni ecclesiastica disciplina progressus continet; vnusquisque sacerdos, & cuiusvis ordinis clericus de frequenti Sacramentorũ vsu, de functionibus in ecclesiã præstitis, de lectionibus, studiorumq. progressionibus, de ceteris exercitationibus sibi præscriptis, testimonium ab ijs singulis, à quibus ex præscripto accipere oportuerit, singulis mensibus, vel alio stato tempore per Archiepiscopum statuendo afferant; idq. ad constitutam rationem.

Decretum. xxvi.

QVOD de Punctatorũ iureiurando per nos primo provinciali concilio sancitum est; id ab vnoquoque punctatore, qui vel festi diei, vel funeris, vel anniuersariorum, vel processionum, vel aliorum denique diuinorum officiorum causa, etiam in Collegiatis constitutus sit, in publico Synodi diocesanã conuentu quotannis præstari decernimus: quò religiosius adstrictus, debitam in munere suo obeundo diligentiam cum fidelitate coniunctam adhibeat.

Decretum. xxvii.

EX provincialibus constitutionibus, sicut aliquando clerum nostrum vrbicum, modò vniuersum, modò partem ad nos conuocare debemus; quò diligentius & eius in omni ecclesiastica disciplina progressus cognoscamus, & quæ ad rei ecclesiasticæ disciplinã pertinentia sunt pro ratione officij nostri moueamus: ita certos dies (præterquàm quòd aliquando per annum, prout expedire censuerimus, ad nos accersemus) ei præscribendos censuimus, quibus tanquàm nominatim conuocati singuli pro ordinum ratione infra constituta in Archiepiscopales aedes quotannis ad nos conueniant.

Primò omnibus & singulis tum Metropolitanarum collegiarum ecclesiarum quæ in vrbe sunt canonicis, diem secundum Ianuarij; parochis vrbicis tertium; reliquo vniuerso vrbicis clero quartum eiusdem mensis diem constituimus: quo præscripto die, singuli prout iussimus, in sacello nostro Archiepiscopali adsint.

Sin autem dies Dominicus, aut Epiphaniæ vigilia incurrerit, in qua officium vespertinum solemniter fit; id alio die proximo feriali præstent pro ordinis ratione præscripta.

Heb-

Testificationes cleri ad Archiepiscopum afferendæ.

Iusiurandum à quibusvis punctatoribus præstetur. Tit. de officio punctat. pag. 29

Quibus diebus singuli ecclesiastici ad Archiepiscopum accedant.

Hebdomada præterea quæ octauã Corporis Domini sequitur; alia item hebdomada Aduentum Domini proxime præcedenti, ijdem vt supra, præscripta ordinum ratione ad nos conueniant.

Si quo autem die id præstare debent, solemnis officij, aut festi diei celebritas inciderit, id postero feriali, aut non solemnibus die præstent.

Decretum. xxviii.

De clericis custodibus, & alijs missæ sacro inservientibus.

CVM minorum ordinum functiones à clericis solum, pro ordinum in quibus constituti sunt ratione præstari debere Tridentina Synodus sanctè decreuit; tum hoc à canonum ratione, ab ecclesiasticæq. disciplinæ institutis, atque optimo vsu longè abhorrens est, ea ecclesiasticarum functionum munera à laicis hominibus aliquando obiri: idcirco nos pro nostri pastoralis officij cura, huic rei quantum possumus, aliqua ratione in nostra diocesi prouidendum censuimus.

Vbi igitur Capitula, monasteria, vniuersitates, sodalitatesuè, collegia item cuiusvis generis, ac alij præterea quibusdam homines, laicum custodis, aut monachi, vel alio nomine, certis etiam olim huic muneri attributis bonis, fructibus, redditibusuè, aut alio quouis modo nomineuè constituta mercede, habere adhibereuè solent, qui ecclesiam verendam curet, campanas pulset, lumina accendat ac deferat, aliaiuè eiusmodi ecclesiasticas functiones obeat; aut alius ceterus est, quauis ratione huic sustentationi attributus: eius laici hominis loco clericus deligatur, qui pro ratione ordinum minorum quos susceperit, earum functionum munus obeat: atque is constitutam illam mercedem, aut attributos fructus, reddituè capiat: qui si satis non sit, illa vel Capitula, vel monasteria, vel alij vt supra, ad quos vilo modo pertinet, quod deest suppleant.

In Missæ etiam sacro, non laicus, sed clericus, qui altari ministret, semper adhibeatur.

In omni igitur parochiali ecclesia illum talem parochus habeat, vt est provincialibus nostris concilijs præscriptum.

Quibus verò in cappellis altaribusuè, quocunque vel tituli, vel deuotionis, & legati nomine Missæ sacrum fit; certum item aliquem clericum, qui sacerdoti sacri facienti inserviat, sustentari iubemus: vbi non sodalitates, non ecclesiæ, ecclesiasticæuè fabricæ, aut locorum piorum curatores, neque alij sunt, qui hoc clericalis sustentationis munus ibi præstare vltro velint, aut qui iure debeant; pro earundè cappellarum altariumuè ratione præstetur: si ex tituli nomine in ijs sacri fit; eorum sumptibus qui titulum gerunt: si ex legato cuius certa summa sit; mercede ex eo detracta: si ex deuotione alioque nomine; illorum impensis id præstari mandamus, quorũ nomine illud Missæ sacrum fit: siue locorum piorum homines

illi sint, siue sodalitates, siue vniuersitates, siue priuati aliquis.

Si verò cappellæ, altaris, aut legati census vique adeò exiguus ac tenuis est, quo clerici sustentandi onus sustineri non possit; ea ratio ineatur, vt contributione vndique ex ijs cappellis, altaribusuè, quæ in eadem ecclesia, vel parochiæ finibus sunt, facta, huic clerici sustentationi satisfiat.

Quòd si ne hac quidem ratione huic rei consultum esse potest; ij quorum interest, ad nos quamprimum deferant, vt alia ratione prouideamus.

Sin autem neque Parochus præ parochialis ecclesiæ tenui reddito clericum sibi in altari ministrantem sustentare potest; neque alij sunt, qui sustentent; populi sit, totam sustentationẽ, aut partem quæ ad eam deest, subministrare.

Quibus autem clericis ita vt supra prouisum erit, pro ratione minorum ordinum quos susceperint, ecclesiasticas functiones ijs in ecclesijs vbi sustentationem capiunt, ipsi præstent.

Quibus verò in ecclesijs tribus post huius decreti promulgationem mensibus clericus eiusmodi non sit decenti habitu indutus, qui sacerdoti sacrum facienti ministret; quiq. ecclesiasticas minorum ordinum functiones illarum ecclesiarum vsui & cultui necessarias obeat: in ijs à nullo Sacerdote celebretur, nisi huius rei facultatem nominatim scripto expressam à nobis impetrarit.

Clericus ne Sacerdoti in altari antè ministret, q̃ in illius ministerij functione ritè instructus sit, & ab eo probatus, quem in singulis vrbis regionibus, & in vnaquaque plebe ceteronarũ muneri ex secundi provincialis Concilij decreto præfecimus.

Tit. 2. decr. 12. pag. 66.

Quicumque autem ecclesiasticum aliquod beneficium clericatus nomine obtinet; is cum cetera munera eidem clericatui debita præstet; tum in ea ecclesia parochiali, in qua, aut intrã cuius fines illum clericatum habet, clericum se gerat; & quæ clericis functiones sunt, illas vt par est, obeat.

Si verò iustam legitimamq. excusationem habet, quamobrem ibi debita ea munera ipse per se obire non possit; clericum alium clericatus fructibus sustineat atque adhibeat, qui partes clericalis sui muneris ibidem piè seduloq. exequatur.

Nec verò ecclesiasticus homo, Cantoris, Sacristæ, Custodis, Clerici in Missæ sacro ministrantis munus, aliamuè ecclesiasticam functionem in quavis ecclesia suscipiat; nisi illius vniuersiūq. muneris in ea ecclesia gerendi à nobis facultatem scriptam quotannis renouandam, vita etiam ac moribus à nobis probatus, impetrarit.

Qui aliter susceperit, obierit, qui item aliter quàm præscriptum est, conduxerit, aut receperit; pro modo culpæ arbitrato nostro mulcabitur.

De organista item vel laico vel ecclesiastico homine, idem statuimus.

Decretum. xxix.

De cantoribus.  
Tit. de musica,  
& cant. pag. 31.

**Q**UOD prouincialis primi Concilij constitutione per nos, vt Cantores Clerici adhibeantur, decretum est; id Praefecti ecclesiarum, Capitula, collegia quaecunque, sodalitates, ceteriq. omnes ac singuli, ad quos quouis modo spectat, & in Missa sacro, & in funeralibus, & in processionibus, & in diuinis alijs officijs seruent diligenter.

Si verò clerici defint, qui cantorum in illis officijs partes praestent, laici propterea homines quibusdam in locis aliquando ad id munus necessario adfiscendi videntur; ne illi conducant adfiscatue, neque cōduci adfiscatue patiatur; nec verò cuiquam laico homini partes officium Cantoris aut musici in vlla quavis ecclesia, aut in vllis supra praescriptis officijs suscipere, aut obire liceat; nisi is eius rei facultatem scripto quotannis renouatam, à nobis, aut ab eis quibus id curae dederimus, vita & moribus antè probatus, impetrarit.

Quam facultatem qui non habuerit; vnà cum eo clericalis ordinis homo ne musicis canat.

Dum hoc cantorum officium in ecclesia obeunt, superpelliceo decenti, habituq. clericali ad nostrorum Conciliorum praescriptum vtiuntur; ita vt caligis, camiscijs, non ad collum neque ad manum crispatis, clericali more induti, & vestitu ipso, & vitæ moribus clericalem modestiam praefereant.

Ab hoc autem decreto (quod ad clericalem habitum attinet) eos qui non mercedem, vel eleemosinam inde capiunt, sed deuotionis solum studio aliquando eam in ecclesijs operam nauant, excipimus; modò tamen ipsi quoque vita & moribus à nobis, vel ab ijs quos constituerimus, scripto probati sint.

Quicumque contra quam praescriptum est, laicum hominem ad cantoris musiciue officium adhibuerint, adhiberiue aut adfisci permiserint; quiq. contra item cantoris officium susceperint obierint, pœnam subeant nostro arbitrio irrogandam.

Nec verò Regularis extra suam ecclesiam ad cantoris officium adhibeatur, nisi de superioris sui concessu, & facultate à nobis scripto impetrata; & superpelliceo indutus id munus p̄stet.

Decretum. xxx.

De missarū celebratione.

**Q**VAE CVNQUE facultas Missae sacræ faciendi deinceps per nos cōcedetur, nulli momenti sit, atque omnino rescissa; si qui impetrarit, nō exposuerit, quo alio praeterea munere ipse adstrictus sit, in sua aut aliena ecclesia Missam celebrandi, quouis vel parochialis ecclesiae, vel cappellæ, vel legati, alioque nomine; & quantum item eleemosinae inde quouis

nomine capiat: idq. omne nominatim ac sigillatim facultatis literis expressum sit.

De eleemosinis verò Missarum celebrationi oblati in capsula deponendis, pro rationeq. distribuendis, in alia Synodo diocœsana sancitum est.

Sed quoniam sæpè fit, vt eleemosinae oblatae, quam pro rata proq. praescripta ratione distribui oportet, summa longè maior sit, quàm Sacerdotum numerus, qui ex pia offerentium uoluntate Missa sacrum facere possint; hoc decreto mandamus, si quo die vel pra paucitate Sacerdotum, vel pra angustia temporis, non poterint pro uoluntate & pietate eorum qui obtulerint, proq. suscepto onere Missae celebrari, id alijs diebus omnino ita praestari, vt eleemosina pro rata ad praescriptum Sacerdotibus distributa, qui eo die Missa sacrum ibi fecerint; reliqua conseruata in eos Sacerdotes ex constituta ratione conseruata, qui alio tempore in eandem ecclesiam euocati Missas celebrarint, ad explendam atque exequendam eorum qui eleemosinas dederint, piam uoluntatem.

Decretum. xxxi.

**V**BI ad aliquam ecclesiam publicè supplicandi causa proceditur, ibiq. supplicatione ab soluta processio dimittitur; ne clerus tum à stata ea ecclesia discedat, nisi peractis à clero Metropolitanæ ecclesiae de more sacrarum precū officijs atque orationibus.

Decretum. xxxii.

**Q**VAE Synodo altera diocœsana de oblationibus, quæ Metropolitanæ nostræ ecclesiae sunt, per nos praescripta sancitae sunt; eadem in omni nostra diocœsi praestari planèq. seruari iubemus, vbicunq. oblationes cuiusuis generis ecclesijs sunt.

Vicarij autem foranei, Rectorisq. ecclesiae cui offertur, cura sit, videre ne contra fiat, quàm in ea Synodo iussum est.

Decretum. xxxiii.

**A**D funerale officium, cui Regularis, pro curae quam gerit munere, aut alia quavis ratione interesse non debet, si clerici fuerint seculares, qui satis sint, ne Regularis aliquis nisi collegiatim uocetur; cum praesertim eiusmodi officium quod ritu Ambrosiano fit, aliquando adhibito diuersi ritus sacerdote perturbetur.

Si verò Regularis pro cura parochialis alteriusue eiusmodi rei ratione interdum non collegiatim funus obibit; in eo vt reliquus clerus decenti superpelliceo indutus sit.

Idem in processionibus, synodis, alijsq. publicis ecclesiasticis functionibus actionibus praestet, quas obire debeat.

De-

Decretum. xxxiiii.

Anniterfaria certis diebus per agantur.

**A**NNIVERSARIAE statæ exequiae certis constitutis diebus agantur.

Si quibus verò diebus agi debet, per sancti alicuius celebritatem, officiuè rationem, aut per funerale hominis proximè defuncti officium agi non possunt, die proximo praecedenti quo possunt, agantur fiantue.

Certus praeterea liber conficiatur, quo anniuerfariae exequiae illæ notentur, quo die in singulis annos, & quibus, quoruè sacerdotibus adhibitis celebratae sint.

Pallia altarium ad tumbas ne adhibeantur.

Quibus pallijs altaria ornantur, ne ad tumulos, quas tumbas vocant, in officijs funeralibus vltimo modo illa adhibeantur.

Decretum. xxxv.

Altaria instauranda, & à quibus, & qua ratione.

**A**LTIARIA vbique in omni ecclesia instaurantur, necessarijsq. ad eorum cultum, & Missa sacrificium indumentis atque ornamentis instruuntur; cancellis ferreis, aut marmoreis, aut saltem (si minus per facultates fieri potest) ligneis circumsepiantur; idq. omne ad praescriptam nostram formam.

Hoc autem per eos praestetur, quibus ex fundatione, alioque iure, onus eiusmodi potissimum impositum est.

Si nulli ij sint, altarium eorundem censu, legatione sacri in ijs faciendi causa relicto fiat.

Si verò satis inde non est, vel nullus census; moneantur qui in illis aliquod sibi ius esse persuadent, vt praestent, aut suppleant; siue vniuersitates sint, aut sodalitates, siue ecclesiae, ecclesiasticæue fabricæ, vel piorum locorum curatores, siue fundatorum aut institutorum heredes, successoresue, siue quouis alij.

Sin autem neque ij sint, qui hoc praestare debeant, neque qui spontè velint; tunc id planè fiat eorum impensis, ad quos reliqua instauratio & ornatus Ecclesiae pertinet.

Quòd si quatuor post huius synodi promulgationem mensibus minus praestetur, vt praescriptum est; neque sint qui iure ad id compelli possint: illa altaria amoueri iubemus, eorum iuribus & oneribus per nos ad maius, aliudue altare eiusdem ecclesiae, aut intrà parochialis ecclesiae fines positum, translatis, quod debito apparatu, ornatuq. necessario instructum sit; aut commodius pro cœsus ratione instrui possit: idq. nisi vel huic incommodo aliter iussu nostro occurratur; vel hoc magis expedire cœsuerimus, vt quorum altarium exiguus census ad id praestandum, & reliqua onera eiusdem adiuncta sustinenda satis nō est, eorum oneribus omnino aut in parte per aliquod temporis spatium subleuatis, huic instaurati, apparatui, & ornatui ad ea munera pertinenti satisfieri decernamus.

Decretum. xxxvi.

**I**N Ecclesia, cum omnia honestè, & secundum ordinem fieri oportere beatus Apostolus Paulus moneat; ea vetus fuit, non sine aliqua multiplici praeterea mysteriorum significatione cōfuetudo instituta, vt in templo Dei separatim à foeminis viri essent.

Quod institutum, cum ad pietatis Christianæ cultum fidelibus prodesse compertum sit; tum eiusmodi est, quo intermissio, sæpè grauium Dei offensionum occasio suborta est.

Quare vniuscuiusq. ecclesiae Rectoris cura sit, vt illi in parochiali ecclesia loco à mulieribus distincto, vbi commodè fieri potest, semper sint.

Quibus verò in ecclesijs vel stationes fiunt, vel indulgentiae celebrantur, vel dies festus, aliquid aliud agitur, cuius causa frequens populi concursus esse solet; in illis ea separationis distinctionisue ratio seruetur, vt panno longè per ecclesias obducto quo partitio fiat, aut alia ratione nobis probata, in vnâ partem viri, in alteram foeminae ad orandum conueniant.

Decretum. xxxvii.

**A**RMATA, vexilla, trophæa, aliaq. victoriae monumenta, sepulcra quamuis inania in sublimi loco collocata, aut e parietibus prominentia, quæ ab ecclesijs amoueri decreto prouinciali iussimus, è cœmeterijs item, & sacris alijs locis amoueantur.

Nec verò ijs ipsis locis in posterum exadificentur, collocentur, affigantur, aut suspendantur.

Decretum. xxxviii.

**D**ECIMAS ecclesiasticis hominibus debitas de quibusuis fructibus frugibusue, etiã antequàm illæ ad areas, domumue non asportatae, dum adhuc in fundo, vel in ipsis paleis sunt, exigi licere declaramus ac decernimus.

Licere item statuimus & declaramus, (si id illi maluerint) eorundem fructuum frugumue descriptionem, æstimationemq. fieri illos curare, proq. illius æstimationis ratione exigere.

Primitias item, quibus in locis ea soluuntur, ab hominibus tum nobilibus, tum ignobilibus & rusticis hominibus solui debere sancimus ac iubemus: idq. ad summè ex communi illius loci consuetudine diuturnoq. vsu comprobatae rationem.

Qui verò à decimarum solutione alicuius vel priuilegij vel causæ praetextu se immunes esse putant; ijs ex tertij Concilij decreto vt certum tempus praescribamus, quo aut priuilegium, aut causam afferant immunitatis suæ, duorum mensium spatium constituimus: quo praescripto tempore, si nihil quod releuet, attulerint; illas soluendi iure adstrictos esse decernimus; nisi

Foeminae separate sint à viris in ecclesia.

Quaedam à cœmeterijs amouenda. Prou. i. tit. de sepult. pag. 36.

De decimis ac primitiis.

Tit. quæ ad bona eccl. §. Decimarum. pag. 102.



nisi aliqua iusta causa, qui causæ iudex fuerit, tempus constitutum prorogandum censuerit. Idem de eo statuimus, qui à primitiarum solutione immunem se esse putat.

Decretum. xxxix.

Inuestituræ decimarum quæ faciendæ.

QVONIAM sæpè ob corruptas imperfectionesq. decimarum inuestituras, quæ ab ecclesiasticis hominibus fieri solent, passim ipsæ decimæ malitia hominum, vel ignorantia supprimuntur, aut amittuntur, vel saltem diminuantur, non sine magno animarum periculo, & ecclesiarum detrimento: idcirco huic rei occurrere nos cupientes, decernimus in posterum, ecclesiasticis hominibus ius decimandi habentibus inuestituras earum facere non licere; nisi & decimarum quæ ecclesiæ debentur, expressa quantitate & qualitate; & pacto nominatim explicatèq. adiuncto, ut ea scilicet decima integra, & in ipsis etiam agris pro earum modo ac ratione in instrumenta inuestituræ describenda, ab conductore, vel emphyteota exigatur; ac etiam alia pactione eidem instrumento adiecta, ut quicumque decimam soluere recusarint, eorum nomina ipse emphyteota, aut conductor, ecclesiastico homini inuestienti scriptis statim deferat; ut contra recusantes iure experiri & agere possit. Si contra quàm præscriptum est, inuestitura contrahitur, nulla sit nulliusq. roboris, pœna etiam inuestienti arbitrio nostro irroganda. Id verò nisi aliter inuestiendi facultas scripto à nobis permilla sit.

Decretum xl.

Locationes bonorum ecclesiarum propositis schedulis faciendæ.

BONORUM ecclesiasticorum locatio schedulis publicè de more propositis semper fiat; nisi eam aliquando secus fieri, facultate scripto à nobis impetrata permillum sit. Sin aliter fiat, nulla locatio sit: & qui secus locarit, pœna mulctetur arbitratu nostro.

Decretum xli.

Locatio bonorum ad dignitates, & canonicatus pertinentiū quo faciendæ.

SÆPÈ fit, ut qui in ecclesijs dignitates canonicas: usue obtinent, præbendarum suarum, quarum tertia pars ex Tridentinis decretis in distributiones conuersa est, prædia bonaue minoris locent, aut minoris locata dissimulēt; idq. omne in fraudem, vel Capitulorum, vel piorum locorum, ad quæ illis in choro nō præsentibus aut non inseruientibus ea pars eiusdem Concilij auctoritate pertineret: nos, ut quorum interest indemnitati consulamus, hoc edicimus atque decernimus; ut ne prædiorum bonorumue ad eiusmodi dignitates canonicatusue pertinentium locatio, nisi & schedulis publicè de more propositis, & præterea de Capitulorum locorumue piorum, quorum in ea tertia parte ius est, aut de virorum ab eis aut

ab Archiepiscopo delectorum assensu fiat. Si contra locatio fiet, rescissa, irrita ac nulla planè sit; pœna itidem ei qui contra locauit, proposita, arbitrio Archiepiscopi irroganda.

Decretum. xlii.

VT ecclesiasticorum bonorum cōseruatione ni cōsulatur, ac simul fraudi occurratur; nos prædiorum ecclesiasticorum à parentibus cōsanguineisq. clericorum beneficia ecclesiastica obtinentium, qui minori ætate sunt, administrationem suscipi, geri, eisdemq. per ipsos minores clericos committi interdiximus; nisi & causa ab Archiepiscopo cognita, & facultate ab eodem scriptis impetrata. Alioqui contractus quicumque ab illis in ea administratione initi, sint irriti, rescissi, ac nulli omnino; & pœna arbitratu eiusdem Archiepiscopi irroganda ei, qui contra administrarit, administrationemue suscepit, gesserit, aut qui commiserit.

Decretum. xliii.

QVI locorum piorum sumptibus gratis aluntur, curanturue, aut instituntur ad literarum artiumue artium disciplinam; ratio postulat, pietatis studijs atque exercitationibus eos præceteris deditos esse, eorumq. precibus animas illorum adiunari, à quibus illud subsidij relictum est ad eiusmodi pij instituti sustentationem. Quare illud eorum locorum curatores, vel præfectos, ac Sacerdotes præsertim qui in ijs spirituales curam gerunt, monemus; ut ab ijs qui ibi aluntur, si literas norint, statas de B. Maria Virgine preces horarias; si rudes sint, saltem institutam illam certis salutationum Angelicarum calculis orandi rationem, scilicet de B. eadem Virgine coronam in singulos dies piè præstari sedulò curent.

Decretum. xliiii.

VT pijs vniuscuiusq. generis distributionibus, quas in diocesi, vel ex vltima voluntate, vel ex cōsuetudine, aliaue ratione quis præstare debet, satisfactum esse nobis constet, prout prouinciali concilio per nos decretum est; eam rationem præscribimus, ut quod vel ab vniuersitatibus, vel à sodalitijs, vel à quouis alio homine, elemosinæ nomine, aut alijs piè in pauperes loci, aut in singulos vniuersitatis homines, aut in familias erogandum distribuendumue est, quidquid illud sit, adhibitis duobus viris per vniuersitates delectis, Vicarij q. Foranei nostri iudicio probatis, & parochi, in opera pietatis præscripta erogetur & conferatur. Cuius erogationis & distributionis ratio, tum in præcipuum certum librum referatur, notato die,

Beneficij à minore obrèti administratio cōsanguineis non committenda.

Qui in locis pijs aluntur, officium aut coronam de B. Virg. quotidie recitent.

Elemosinarum distributio quo faciendæ.

die, mense, & anno, eorundemq. subscriptione adhibita. Qui deinceps aliter, quàm hoc decreto constitutum est, se distribuisse asseruerit, cogatur tamen re ipsa ad præscriptum distribuere, nisi integram distributionem præstitisse legitime probabit.

Decretum. xlv.

Quod vberius & distinctius explicatum, in Concilio etiam Prouinciale quintum mox supra relatum est.

De synodo diocelana.

MAGNO diuinæ misericordiæ munere, in vsum ex decreto Tridentino reuocata illa anniuerfaria Synodi diocelanae actio, quæ sanctorum Patrum institutis olim introducta, vberrimos in omni diocesi fructus perpetuò attulit; illud pastoralis sollicitudinis officium nos admonet, ut cum vsui, tum rationi illius Synodi in diocesi nostra quotannis celebrandæ consulamus.

Primò igitur Synodi diocelanae iuuante Domino quotannis ineundæ de moreq. celebrandæ diem certum statuimus & decernimus, feriam scilicet quartam hebdomadæ, quæ à Pascha Resurrectionis Domini tertia est.

Id verò, nisi statam, vel pro dierum festorum in eam feriam hebdomadamue incidentium, celebritate, vel pro alia temporum & causarum ratione aliquando alio tempore celebrandam esse, Archiepiscopali auctoritate indictum sit.

Eius autem constitutæ Synodalis diei, atque adeò Synodi diocelanae indictionem (quæ deinceps ex veteri conciliorum exemplo in ipsis singulis Synodis ab Archiepiscopo fiet) omnino ratam & firmam esse volumus; tantumq. roboris habere hoc decreto sancimus, quantum illa Synodi diocelanae ratio habet, quæ edicto publico adhibetur.

Quamobrem propositis pœnis canonum iure sancitis, vniuersos & singulos qui Mediolani in diocesiq. beneficia cuiusvis generis ecclesiastica, etiam quæ sine vlla cura sunt, obtinēt; quiq. sacris item ordinibus initiati sunt; eos præterea omnes tum sæculares tum regulares clericos, qui quouis iure, vel consuetudine nostræ diocelanae Synodo interesse debent; in Metropolitana nostra ecclesia summo manè præsentibus adesse ad eam diem iubemus, quam quotannis Synodo ineundæ celebrandæq. certam statamq. hac constitutione decreuimus, prout in singulis Synodis indicetur.

Nec verò quicumque adesse debent, eorum nomine alij, sed ipsimet adsint; nisi iusta legitimaue causa impediti sint, quam nobis probent. Qui aberunt, aut alia ratione contumaces erūt, ex canonum sanctionibus debitas subeant pœnas. Certam illà Synodi ineundæ atque habendæ constitutam diem in Calendarium anniuerfarium loco suo referri, Synodalemq. diem notari decernimus; eandemq. diem in Epiphania Do-

mini ab Archidiacono in Metropolitana Ecclesia, cum in Missæ sacro solemni populus frequens est, post Euangelij recitationem de suggestu, ut moris est, vnà cum Paschæ Resurrectionis Domini denunciatione indici, significari, & denunciari iubemus.

Ante statam Synodi diem per mensem, quinta quaque feria in Missæ sacro, si quadragesima est, oratio de Spiritu sancto dicatur; alio autem tempore de eodem Missæ sacrum fiat, ceteraq. præstentur, prout secundo prouinciali Concilio sancitum est.

Tit. 2. decre. 8. pag. 66.

Synodalem hanc actionem aliquot antè diebus per parochos populo denunciari mandamus: eorumq. vniuscuiusq. officium sit, parochialis suæ ecclesiæ homines docere, tum quàm sanctum salutareq. sit Synodalis diocelanae actionis institutum; tum quam ob causam quotannis ea actio suscipiatur.

Quo de genere editas à nobis literas, Parochus suo quicq. populo, cum in Missæ parochialis sacro is frequens adest, accuratè legat: cui muneri adiungat hoc etiam paternæ cohortationis officium, quo non modò illum excitet ad frequentius orationis studium Synodalibus illis diebus adhibendum; sed etiam ad id singulos inflammet, ut die Dominico statam Synodalem diem antecedente, verè pœnitentes & confessi sacram communionem sumant; hoc præcipuè precantes, ut quæ ad eorum salutem pertinent, Dei auxiliante misericordia per nos in Synodo diligenter sancteq. agantur.

Quò puriores autem ecclesiastici ordinis homines, qui in Synodo adesse debent, ad eam actionem, quæ religiosam animi preparationem ab illis deposcit, conueniant; omnes & singulos eos Dominico illo die Synodum præcedente peccata primùm confessos, non solum Sacerdotes Missæ sacrum facere, sed reliquos singulos cuiusvis ordinis clericos sanctissimam Eucharistiam sumere iubemus.

Dioc. 2. decre. 25. pag. 341.

Idemq. omnes ij summo manè ex decreto primæ Synodi diocelanae præstent.

Antequàm statam Synodi dies veniat; & Mediolani ij quibus id curæ Archiepiscopus dederit, & in diocesi Vicarij Foranei, & Parochi præterea tum vrbani tum diocelani, ut ipsi Archiepiscopo adiumentum afferant diligenti aliqua earum rerum indagatione ac relatione, quibus per eum consuli aut prouideri in Synodo præsertim oportebit; hæc quæ infra generatim vel vniuersè mox præscribentur, sedulò videant ac notent; ut omnia ad præscriptam ab eo rationem & normam, tum literis tum coram cōstituto tempore deferant.

Primò igitur ij omnes, pro suorum quicq. munerum officiorumue ratione & cura dispiciant; quæ cleri sit in clericali vitæ moribus progressio; quæ in vita spirituali disciplina; & quàm sollicitum in diuinorum officiorum cultu studium; quàm diligens in ecclesiasticis functionibus obeundis sollicitudo; quæ etiam, & quæ fre-

frequens in literarum exercitationibus cura; qui in earum studijs progressus item.

Vicarij autem Foranei, & huius muneris in vrbe præfecti exquirant; qui præterea parochorū in primis zelus in animarum salute procuranda; quæ in sacramentis ministrandis sedula diligentia; quàm frequens in pascendis verbo Dei fidelibus officium; quæ denique in omnibus parochialis muneris partibus vigilatia, quæue assiduitas.

Deinde ij omnes & singuli pro sui officij munere inuestigent; quæ populi in christianæ charitatis operibus exercitatio; quàm religiosus festorum dierum cultus; quàm pia in ecclesijs conuersatio; quæ in doctrinæ christianæ scholis frequentia: tum de alijs pijs sodalitatibus disquirant; tum denique de reliqua omni eiusdem populi disciplina, & in via Domini progressu.

Post videant, qui singularum ecclesiarum præferim parochialium status; an si quæ instaurationem desiderant; an debito cultu fraudetur; an sacris vestibus, ornateis, supellectileq. ecclesiastica ad cultum necessaria instructæ sint; an denique vlla ex parte incultæ.

Postremò, an si qua sunt prouincialium diocesinarumq. Synodorum decreta, edicta, visitationum præscripta, aliaue Archiepiscopalia iussa, quæ executionem non habeant: quid item impedimenti, aut difficultatis, aut deniq. causæ sit, quamobrem eorum executioni non sit locus.

Id autem omne quod ad executionem attinet, no-  
tent, tum ijdem præfecti, tum Vicarij foranei, tum parochi, alijq. qui ecclesiastica beneficia obtinent, prout eorum vnusquisq. in illis exequendis partes sunt.

Cum autem Synodalis dies propè adest, Vicarij foranei pridie illius diei adfint summo manè in ædibus Archiepiscopalibus: eoq. ipso die quàm primùm Archiepiscopo nomina & cognomina tradant, eaq. ordine descripta, sacerdotum & clericorum singulorum qui ad Synodum conueniunt, rursusq. illorum qui non conueniunt, causis sigillatim item descriptis, quamobrem Synodo non adsint.

Idq. præter officium legitime excusationis, quam qui absunt, Archiepiscopo afferre & probare debent.

Hoc ipsum triduo ante eum Synodale diem, qui ab Archiepiscopo in vrbe regionibus sunt præfecti præsent, de suæ quiq. regionis clericis.

Singuli autem Sacerdotes, ceteriq. clerici qui canonicarum horarum officium præstare debent, Breuiarium & Calendarium anniuersarium nuper editum, cum ad Synodum venerint, afferant; & vtrunque initio notarum sit nomine & cognomine possidentis.

Ijdem verò ne in itinere quidem quod Synodi causa Mediolanum facturi sunt, à clericalis vitæ disciplina, sacerdotali morum grauitate nostris decretis præscripta discedant.

Vbi Mediolanum venerint, ne ad cauponas, sed

ad amicorum (si quos habent, præsertim ecclesiasticos homines, necessitudine, familiaritate, aut aliquo hospitij iure coniunctos) domicilia diuertant: tumq. deinceps statim ad eū se conferant, quem clericalis hospitij præfectum constituerimus; eiq. chyrographum dent, quo suum quique nomen inscribant; notentq. hospitij locum, & hospitem apud quem diuertunt.

Si verò quis neminem certum hominem habet, apud quem diuersetur; primò eundem Præfectum adeat, qui certum Ecclesiastici hospitij locum attribuet.

Cum autem clericalis ordinis homines omni tempore alios vitæ exemplo ad virtutem inflammare debeant; tum maxime cum Synodales actiones habentur, ita se gerant in verbo, in conuersatione, in charitate, quemadmodum Apostolus monet; vt cum eos posuerit Deus in acquisitione salutis, atque in ædificationem, officij sui memores, ambulent dignè Deo, sanctèq. sicut decet ministros mysteriorum Dei, viuant.

Nec verò vt pleriq. solent, cum Mediolani sunt, per plateas vagentur, aut præ curiositate hæc atque illæ circumcursent; sed ad causam ob quam conuocati sunt, tota animi cogitatione tunc attenti, in eo versentur, vt & nobis in ea actione puris castiq. precibus auxilium; & sibi & populis salutarem inde fructū ferant.

Qui Sacerdotes sunt, singulis diebus quibus Synodalis conuentus habetur, vt altera Synodo iustum est, Missæ sacrificium celebrent; facientes obsecrationes, orationes, & gratiarum actiones, postulationes pro sancta ecclesia Dei, pro summo Pontifice, pro Catholico Rege nostro, pro vberrimo Synodaliū & aliarum nostrarum pastoralium actionum fructu.

Pridie illius diei quo futura est Synodus, sub primam horam noctis in omni ecclesia Mediolani solemni campanarum sono significatio detur Synodi postero die inchoandæ.

Postridie quæ stata Synodi dies est, summo manè, & cæteris deinceps Synodalibus diebus in Metropolitana Ecclesia certis campanæ ictibus ad Synodum clerus conuocetur: cuius etiam rei significatio fiat tabella, cura Magistrum cere moniarum publicè loco suo affixa, qua Synodalis sessionis certa hora indicatur.

Qua hora vnuerfi & singuli qui Synodo interesse debent, in ecclesia Metropolitana nõ raptim sed graui incessu conueniant: vbi cõuenerint, loco constituto, superpellicea, quæ munda ac decentia sint, aut alias sacras vestes, pro Ecclesiastici beneficij quod quisq. obtinet ratione, induant; quibus rectè & decenter induti, inde ad statum sessionalem locum, non turbulenter, sed quietè, & quoad eius fieri potest, bini veniant, atque ordine consideant.

Nec verò quisquam manè priusquam conueniat, cibum capiat, sed ieiunus adfit.

In loco igitur benedictionis confidentes Domini Sacer-

Diœc. 2. dec. 25  
Pag. 341.

Sacerdotes, & reliqui inferiorum ordinū clerici, ne vocibus obstreperant; ne tumultibus rem Synodalem perturbent; ne confabulationibus operam dent: sed hæc omnia, cæteraq. maxime caueant, quæ ecclesiasticæ disciplinæ, synodalis actionis dignitati, & loci venerationi non conueniunt.

Cum autem de examinadoribus diœcesanis, ac de iudicibus causarum deligendis agatur; hoc in suffragijs ferendis singuli spectent, vt non humanis affectibus obsequantur; sed Deo, conscientia suæ, religioni, & Ecclesiæ vilitati, animarumq. salutis satisfaciant.

Quo tempore Synodus habetur, ne cuiquam Sacerdoti clericouè Mediolano discedere liceat; nisi missione à nobis impetrata.

Absoluta de more Synodo, & sanctis acclamationibus factis, tunc omnes Sacerdotes & clerici surgentes, cum reuerentia osculum pacis à nobis accipiant, & sibi inuicem dent cum timore & amore Dei.

Quodq. sancti osculi significatione ostendunt, id re ipsa præstent; vt coniunctissimis animis, concordiq. voluntate, & pacis atque charitatis studio, quæcunq. sancita sunt, sollicitè exequantur.

#### Decretum. XLVI.

Visitatio à præfectis vrbis, & Vicarijs Foraneis obedienda, et alia quædam.

**Q**uo diligentius, atque ad eò accuratiùs, & in vrbe ij quos vniciueque regioni Archiepiscopus præfecerit, & in diœcesi Vicarij foranei muneris atque officij sibi commissi partes exequantur; quò item crebrius ac vigilantius diœcesis status, cui assidua pastorali speculatione prospiciendum est, exploratus ipsi Archiepiscopo sit atque cognitus; cum ex omni alia ratione, tum ex eo, quò illi certo anni tempore ad ipsum studiosè referant, non solum quæ de Synodo diœcesana decreto generatim vnuerseque præscripta sunt; verum etiam quæcunq. sigillatim, ac præcipuè pro temporum ratione idem Archiepiscopus illis præscribenda censuerit: nos in hoc genere ita consultum esse volumus, vt illi Mediolani, in diœcesiq. Vicarij foranei, in sua quiq. regione commissa, præter illam in suo munere gerendo curam, suamq. frequentiores per annum visitationes, præterq. nostram, & nostrorum generalium visitatorū in visitando diligentiam, ipsi etiam singulari, accurata diligentia, ratione visitationem creditæ sibi regionis cumulatiùs exactiusq. obeant, à die sancti Martini vsque ad diem festū Ordinationis sancti Patris nostri Ambrosij. Si quis verò vel pro regionis quæ sibi commissæ est, magnitudine, vel alia causa, ad stata visitationis munus longiori tempore opus habeat; ei integrum ac liberum sit, aliquot ante præscriptum tempus diebus visitationis suæ initium facere.

Vicarij autem foranei singuli, pro ratione tum eo decreto generatim præscripta, tum ab Archi-

episcopo sigillatim præscribenda, de regione quæ vnusquisq. eorum vicariæ curæ demanda est, ad eundem relaturi, Mediolanum quotannis in feria tertia hebdomadæ ante dominicam in septuagesima penultimæ, duodecimo scilicet ante eius dominicæ celebritatem die, summo manè in Archiepiscopales ædes ad illum conueniant.

Id verò, nisi aliquando ob temporis, quod inter Epiphaniam & Septuagesimam incurrit, breuitatè, aut aliam ob causam, eum Vicariorum conuentum alio commodiori tempore habendum esse, per literas Archiepiscopales significatum sit.

Quò diligentius verò relationem singuli Vicarij præstent; id subsidij sibi comparent, vt antequàm stati conuentus dies veniat, congregationem parochorum suæ quiq. regionis habeant: à quibus quæcunq. vel vnuerse vel nominatim præscripta sunt, diligenter animaduertant, & colligant.

Parochorum propterea cura sit, certo ante conuentualem eum diem tempore, videre atque exquirere suarū Parochiarum Parochialiumuè hominum statum, vitam, & mores.

Si quæ verò animaduertent, quibus salutariter consuli aut prouideri oporteat; ea sigillatim & ordine descripta suo quiq. Vicario tradant, vt ad constitutum tempus Archiepiscopo referant.

Vbi Mediolano, à cõuentu quem anniuersarium ipsis Vicarijs stato die indiximus, ad suam quique Ecclesiam redierunt; statim suæ quique regionis parochorum congregationè habeant, de ijs quæ ab ipsis, vel Synodi proximè celebrandæ, vel alterius rei causa agi præstariuè monuimus, aut iussimus.

Constituti verò in vrbe ab Archiepiscopo regionum præfecti, quæcunq. ad præscriptam illam rationem eidem referenda sunt; ea tum diligenti stata visitationis cura, tum Parochorum, quorum paulò ante relationis diem congregationem habebunt, adiumento vsi, post referent, quàm Vicariorum foraneorum dimissa erit constituta congregatio.

Feria præterea secunda post octauam Resurrectionis Domini, si dies festus non est; si minus, proximo primo feriali die, quo solemniter officium non fit; ijdem tum præfecti regionum in vrbe, tum Vicarij Foranei congregationem iterum habeant: in qua & à Parochis etiam colligant, & inter se item videant, si qua reliqua sunt, quæ post illum conuentum, qui ante Dominicam in Septuagesima habitus est, inciderint, quæ item ad Archiepiscopum ante Synodi diem referri oporteat: qualia sunt de ijs qui proximo Pascha non confessi sint, neq. item communicarint, & de alijs quæ ad eundem deferenda sint.

Sin autem aliqua de causa ad constitutam eam diem Synodus non habeatur; ne propterea per illos omittatur, quin & præscriptam visitationem

tionem diligenter obeant; & ante Dominicā Septuagesimæ ad Archiepiscopum conueniāt, & singula alia præsentent, ut supra, vel illis omnibus vniuersè, vel nominatim præcipueq. Vicarijs Foraneis constitutum est; & tertia etiam post Pascha Resurrectionis Domini hebdomada ad præscriptum eidem Archiepiscopo, tum præfecti de scripto referant, ac tradant; tum eidem Vicarij singula mittant.

## Decretum. XLVII.

De rebus Synodalibus

**S**ANCTORVM Patrum institutis Synodi diocesanae cum ob eam causam conuocetur, ut tanquam è specula quadam singulis diocesis partibus circumspicatis, aliqua in eis ratio inueatur, de instituenda, communiendaq. Ecclesiastica disciplina, ac de ijs statuendis, quæ ad spiritualem diocesis progressum pertinere videtur: id propterea canonum iure cautum est, ut viri ætate moribusq. graues, prudentes, ac virtutum Christianarum studiosi testes Synodales constituantur; qui ad Episcopum referant, quæcunque à se animaduersa, vel corrigi vel reformari oportere putant.

Itaque sicut ij vtiliter instituti sunt; ita cautio adhibenda est, ut illorum munus non nomine solum, sed certis officij partibus rectè, atque ex canonicis functionibus geratur.

Quamobrem hæc ex Patrum, & canonum institutis, nos de eorundem officio pro diocesis nostræ rationibus decernimus.

Primo igitur testes Synodales, quibus iuratis id muneri committetur, ut illud rectè præsentent, hoc planè perpetuò meminerint; se non amore, non odio, non inuidia, non spe, non metu, non pœna, non præmio, non cogitatione, non vlla denique re commoueri aut impediri debere, quominus statò tempore Archiepiscopo denuncient ac significant, quæcunq. corrigi, emendari, aut reformari vile sit vel necessariū. Inuestigent diligenter, quo tempore hoc munus gesserint, sine vlla tamè iurisdictione, hæc quæ sequuntur: idq. singuli, aut in vniuersa ciuitate ac diocesi, aut in regione vnicuiq. eorum, præcipue nominatim ut supra ab Archiepiscopo commissa.

An parochi, Sacerdotes, canonici, & alij quicunq. ecclesiastici homines, in ijs vitæ moribus, clericali busq. officijs atque institutis se cõtineant, quæ prouincialibus & diocesanis nostris Synodis præscripta sunt.

An quos residere oportet, præsentent in ecclesijs suis ad sint; anq. si præsentent, in Parochialibus, vel canonicalibus, clericalibusq. ædibus habitent.

An parochi præterea, alijq. animarum curatores, sollicitè ut debent, fidelium sibi commissorū saluti inuigilent.

An in Sacramentis sanctè ministrandis, in verbi Dei prædicatione, in salutaribus monitis, in rudium, & puerorum ad doctrinam Christianam

institutione, & in cæteris omnibus curæ parochialis officijs, diligentis muneris partes præsentent.

An reliqui, quicunq. sint ecclesiastici ordinis homines, ecclesiæ si quam obtinent, aut in qua dignitatem, vel canonicatum, vel cappellam, vel ecclesiasticum aliquod munus habent, aut in qua adscripti sunt, oneribus satisfaciāt & præscriptas sibi functiones obeant.

An Ecclesijs, quas ij omnes obtinent, sartæ tectæq. sint; an ornamentis, & suppellectile ecclesiastica necessaria instructæ; an in illis, cæmiterijsue aliquid incultum sit, quodq. sordibus obsolescat; anuè aliquid à religioso cultu & pietate alienum.

Videant item, an populus in via Domini ambulat; frequenq. adit diuinis officijs, & sacris concionibus; & in Ecclesia piè religioseq. versetur; atque dies festos colat.

An ieiunium quadragesimæ, quatuor temporum, tridui litaniarum, stataq. reliqua Ecclesiæ ieiunia seruet.

An item Parochis & Sacerdotibus debitum honorem tribuat; anq. eorum monitis pareat.

An eidem decimas, primitias, aliaq. debita emolumenta adiuuentauè præstare aut soluere recuset.

An in populo sacrilegi, blasphemii, concubinarij, adulteri, adulterauè, incestuosi, virginum raptores, an excommunicati, an hæresis, magiæ, superstitionum uè nomine suspecti sint.

An deniq. aliæ in eodem morum corruptelæ, quæ à nobis correctionem emendationem uè requirant.

Discipiant etiam diligenter, an quæ prouincialibus diocesanisq. nostris Synodis quouis genere decreta sancitauè sunt, ab ijs seruentur quorum interest.

Quæcunq. verò animaduernerint, quæ vel superioribus prouincialibus diocesanisq. cõcilijs decreta, nullã adhuc executionem habuerint; vel deprauata, correctionem vel reformationem desiderent; ea omnia & singula ordine in literas relata, diligenterq. ob signata, ad nos duobus saltem mensibus antè mittant, quàm Synodalis dies venerit.

Qua constituta die in Synodo ipsi præsentent ad sint: & si qua interroganda, examinanda, aut cognoscenda ab illis de ijs quæ præscripta sunt, aut de alijs quæ Archiepiscopus censuerit, coram fideliter respondeant, summaq. integritate, prout iureiurando sanctè adstricti sunt.

## MONITIONES

in concilio etiam prouinciali quarto exscripte, sed hoc loco vberiores, accommodatioreseq. ad vsum ecclesiæ Mediolanensis.

**P**ERVETVS illud institutum est, tum sanctorum Patrum usu, tum Ecclesiæ auctoritate comprobatum, ut quæ Sacerdotale clericalemq. disciplinam, officia ac partes eius, maximè attingunt,

tingunt, ea certis monitionibus, ijsq. breuibus cõtprehensa, ab episcopo in Synodis clero proponantur: quò breuius illa expressa, crebriusq. repetita, diligentius item non solum animis mentibusq. imprimantur; sed omni perpetuo studio inuiolatè seruentur.

Cuius salutaris instituti ratione atque exemplo nos adducti, præcipua quædam capita, ex pontificum sanctionibus, conciliorum decretis, Patrum sententijs, nostrisq. potissimum prouincialibus & diocesanis Synodis summatim delegimus: quæ ad vitæ, officijq. Ecclesiastici conformationem pertinentia, vos vniuersos & singulos veheementer in Domino monemus.

**P**RIMO igitur memores perpetuò estote vocationis, qua nos dignatus est Deus noster.

Qua assidua recordatione memoriaq. excitati, eam vos virtutem induite, ut videant alij quasi lumen aliquod vestram sanctitatem elucere: quæ si magna in alijs vitæ christianæ institutis requiritur; certè in vobis, qui mysteriorum Dei ministri, diuinæq. gratiæ dispensatores estis, maior inesse debet.

Et sicut sacro ordine à reliquis hominibus se iuncti estis; ita à communis fidelium vitæ usu se iuncti, præcipuum quoddam, atque hoc præstantius viuendi genus sequimini, quò ordinis dignitate præcellitis.

Cælestem in terris vitam tanquam Angeli Dei, moribus vestris exprimere vsque adeò studete: ut à vobis diuinarum virtutum exempla ad cæteros emanent.

Vna animi consensione, vnoq. spiritu in ijs elaborate, ut & diuino cultui, & cælestium rerum meditationibus, & orationi, & sacrarum ecclesiasticarumq. literarum studijs vacetis; tum depositis secularibus vanisq. sollicitudinibus, & ab omni uitio alieni, in via Dñi rectè ambuletis. Charitatem in primis, quæ seminarium est omnium virtutum, omni studio amplectamini.

Humilitatem, mansuetudinem, patientiam, iustitiam, temperantiam, officiaq. christianæ pietatis reliqua colite.

Quæcunq. deniq. sunt vera, quæcunq. pudica, quæcunq. sancta ac religiosa, ea cogitate, eaq. agite. Virtutes sancti patris nostri Ambrosij, quas præcipuas, & quasi hereditarias nobis ad imitationem reliquit, non adumbrare solum, sed omnino exprimere certatim contendite.

Utq. ille; sic vos abstinentiæ & ieiunij dediti, clericalis disciplina, ac vitæ castissimæ studiosi, tum patriæ cælestis sitientes, Deo seruite assiduis diuinarum laudum officijs; & in ecclesia, quasi in perpetua vestra Sacerdotali clericali, statione, continenter versamini.

Cuius rei cum exemplum singulare is dedit, tum clero Mediolanensè præcipua epistola monuit. Quæcunq. demum de muneris vestri partibus, de vitæ modo, vel pontificum sanctionibus, vel œcumenicis concilijs, vel prouincialibus diocesanisq. Synodis nostris præscripta sunt, ea vos inuiolatè seruate, ac præstate diligenter.

Omnes qui canonicarum horarum officijs deuincti estis, statas eas preces horarias recitate ad præscriptam calendarij anniuersary rationem ac ritum. Nec verò negligenter; sed attentè, piè, decorè, suppliciq. mente illas dicite.

Studiosè propterea legite, quæ præsertim à beato Antonino Archiepiscopo conscripta sunt de negligentia in persolvendis horis canonicis; ut quæ eo nomine errata fiunt, omnino caueatis.

Expletis canonicarum horarum officijs, si quid in illis aut negligentia aut alia culpa commiseritis, paululum colligentes vos, veniam à Deo petite.

**Q**VI Sacerdotes estis, Missæ sacrum sæpius facite, sanctè ac religiose.

Ad illud faciendum parate vos omni pietate, in tam alti mysterij meditatione toto animo defixi; utq. purius id faciatis, propriam conscientiam diligenti, accurato, frequentiq. examine discutite: tum singulis saltem hebdomadis, atque adeò sæpius, et omnino semper cum peccati moralis conscij estis, vni è cõfessarijs Sacerdotibus, quos ad cleri confessiones audiendas constituerimus, confiteamini.

In ea sanctissimi Sacrificij actione, ab erroribus vel leuissimis omnino caute.

Quæ de illo piè riteq. celebrando præscriptimus, ea vos studiosè diligenterq. seruate.

**D**IACONI, subdiaconi, & clerici inferiorum ordinum, quicunq. estis, quæ de confitendis sæpe peccatis, de communionis frequenter sumenda, vobis præcepimus, integrè & sanctè omnia ut debetis, præstate.

Confessarios sacerdotes per nos vobis constitutos, quos etiam tanquam vitæ vestre duces ac magistros elegimus, in sacramentali confessione adhibete.

**E**CCLASTICAE militiæ omnes vos adscripti estis; ad pietatis, religionisq. exercitationes vos vocatos esse cognoscite.

In omni in primis sancta oratione vos assidue exercete.

Tum in meditationis, tacitæq. piæ orationis studio, singulis diebus certo temporis spatio, toto castissimi animi sensu incumbite.

Hæc sanctis precibus præter cetera supplices, præsertim afflictis his temporibus, orate patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis. Ut misereatur populi sui.

Ut fidelium animos ad vitia fugienda, ad virtutesq. amplectendas sancti Spiritus sui ardore inflammet.

Ut è principum, regumq. animis euellantur, si qua sunt discordiæ semina.

Ut ij vna animi consensione Christi regnum propagare studcant: vnamq. Dei gloriam, atque Ecclesiæ matris defensionem propositam habeant.

Quidquid verò temporis à diuinis officijs, ab orationis contemplationisq. exercitatione, ab Ecclesiasticis functionibus, & ab alijs necessarijs actionibus vacuum habetis; non in otio, neque in desidia, nec verò in rerum nouarum curiositatibus illud



illud conerite: sed cum in sortem Domini vocati sitis, in eius lege die ac nocte meditemini.

Sacrarum igitur literarum studia diligentius colite: quæ usque ad eum complecti debetis, ut qui aspernetur; contra eum dicat Dominus; Quia tu scientiam repulisti; & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.

Frequentes ad statas lectiones, & ad literarum tractationes vobis præscriptas conuenite.

Attento animo in ijs adeste: atque in dies ad uberiorem sacrarum studiorum fructum progressionem aliquam habete; ut ad nos aliquando uocati, & diligentia, & doctrinæ testimoniū detis.

Si qui estis, qui vel tarditate ingenij, uel ingrauescente ætate, magnum in literis progressum habere non potestis; ne desistite tamen primū oratione frequenti intelligentiam vobis necessariam à Deo petere; tum eo diligentius ad pietatis modestiæ, studium, & sanctorum morum disciplinam incumbite; tum sæpius sacerdotes peritiores consulite; & ad clericales sacerdotalesq; exercitationes conuenite & libentius & frequentius.

Concionibus etiam, atque lectionibus sacris, quæ in ecclesia constitutis diebus habentur, cum omnes quicumq; estis, tum maxime quibus potissimum conciliaribus decretis per nos iussum est; quo decet habitu frequentissimi adeste.

Lectione librorum spiritualium, & clericalium, qui probati sint, animos mentesq; uestras pascite. Quatuor præsertim locos, de duodecim fidei articulis, de septem sacramentis, de decem præceptis, de oratione Domini, in promptu atque explicatè habere omni studio contendite.

Cum ijs, & præceptorum ecclesiæ cognitionem, & preces horarias recitandi peritiam, & ecclesiasticorum rituum, ceremoniarumq; notitiam coniungite.

Pauculos eos libros, quorum necessarium delictum vobis præscripsimus, habere ne omittite, aut negligite.

Qui pro facultatibus, proq; studiorum ratione plures habere possunt, eorum optamus & laudamus in ijs comparandis diligentiam.

At libros de rebus iocosis, ridiculis, obscenis, inanibus, ad poesimq; profanæ studium pertinentibus, vulgari aut latino sermone conscriptos procul abijcite.

Nec verò musicas cantiones, ridiculè, voluptariè, parumue pudicè exaratas adhibete.

Quotidie aliquid ex sacris Biblijs legite; ac si per ecclesiasticas occupationes licet, qui apti estis, aliquid item è sanctorum Patrum opusculis, Gregorij Magni Pontificis, Cypriani, Augustini, Chrysostomi, Bernardi, & aliorum, qui sanctitatis & doctrinæ laude in ecclesia celebrantur.

In ijs ad legendum sanctissimum Patrem nostrum Ambrosium episcopum vobis potissimum proponite.

Illius præcipuè librum de sacerdotali dignitate legite: quo libro ecclesiasticos homines commouit de perfecta uitæ institutione.

Libros item officiorum, quos ubi primū episcopus is factus est, cleri Mediolanensis, potissi-

mum causa edidit, in manibus assidue habete.

Hos, atque alios præterea libros de sacerdotalis clericali, vitæ rationibus & officijs, de animarum cura, de Christiana pietatis studijs & exercitationibus, de alijsq; eiusdem generis pie confectos ita legite; ut quæcumq; ad vitæ sanctæ normam accommodata ex illis animaduertistis ac didicistis, moribus exprimatis.

Conciliorum item nostrorum constitutiones & decreta, non percurrere solum, sed usque ad eum studiosè legite; ut quæ legeritis, post etiam taciti vobiscum aliquando mente reputetis; ac videatis simul, non solum si quidquam est, quod contra illorum præscriptum egeritis, verum si quid etiam aliud est, quod ex eisdem exequi præstare uel omiseritis, aut neglexeritis.

Quod ut præstetis, curate omnino, atque efficit. Estis diuina misericordia in ecclesiastico ordine constituti, ad gloriam Dei conseruandam, propagandamq; cum ordinis vestri ministerium, quod explere debetis, videte; tum illius dignitatem ac decorum seruate.

In incessu, statu, gestu ita vos præbete, ut ab ordinis quem suscepistis nomine & ratione, nullo sanè modo discrepetis; proposito vobis beati Patris nostri Ambrosij iudicio, qui clero adseribi hominem recusauit, propterea quod eius gestus & incessus dedecet.

Habitu non exquisito, non delicato nimis, non serico, ne ornamento quidem; rursus non sordido, non neglecto; sed graui, & talari, atque eiusmodi, tum domi tum foris pro vniuscuiusq; vestrum ordinis gradusue ratione utamini, ut à decretis nostris eo de genere editis nulla in re vel minima discedatis.

Coronam, quod insigne est ordinis clericalis, pro ratione ordinis quo vos singuli initiati estis, latam & conspicuam deferre.

Parca & frugali mensa contenti sitis, & suppellectili etiam modesta, ac tenui potius.

Ab omni splendido apparatu, pompaq; sæculari abstinete.

Quæcumq; acu picta, variè intexta, aulæa item, peristromata reijcite.

Imagines domi non profanas, sed eas habete, quæ pietatis & religionis argumentum & adiumentum præbeant.

In omni vita à fastu, luxu, ambitu, ambitione, & à vanitate longè refugite.

Ne verbis quidè præscriptū vitæ modū pueritate. Nihil scurriliter, nihil iocose, nihil indecorè, nihil turpiter loquamini.

Absint à vobis maledicta, obrectationes, curiositas, leuitas, assentationes, ac nugæ.

Temperantiæ clericalis disciplinam vobis præscriptam in reliquis etiam omnino tenete.

Comestiones, comotationes, conuiuia publica, laicaliaue, tum maxime in quibus mulieres interfunt, enitate.

Hospites excipite: at illis excipiendis intrà parsimoniam fines vos continete; ita ut clericalis frugalitatis, non sumptuosi conuiuii testes illos habeatis.

A Lu-

A ludis, spectaculis, circulatorum, atque id genus vilium hominum præstigijs procul estote.

Arma abijcite.

Sic deniq; cor vestrum corroborate, ut inania spectacula non appetat, à mundi ludis atque ineptijs abhorreat.

Sensus autem vestros ita dirigite, ut cum à Deo utiliter dati sint tanquam rationis ministri, ne eos perperam adhibeat, sicut satellites cupiditatum.

Sit igitur vestre oculorum aspectus simplex, & pudicus.

Aurium sensus castus, & prudens: casta mens, casti omnes sensus.

Vitæ & morum consuetudo casta, et spiritualis.

Ad eorum sacerdotum, qui in eiusmodi vitæ studijs ac disciplina exercitati sunt, familiaritatem vos adiungite: ex qua nobis vestra ad sanctè agendum progressionem constent.

Ad castitatem autem conseruandam munitè omnem viam.

Legite propterea sæpè illū beati Cypriani Martyris de singularitate clericorum librum, qui vobis in hac, ut in alijs instruet virtutibus.

Suspectarum autem mulierum consortium omnino vitate.

Cum alijs verò quibusuis mulieribus, quamuis vel archissimo consanguinitatis affinitatisue vinculo vobis illæ coniunctæ sint, ne in eisdem domicilijs adibusue simul habitate; nisi cum ex causa alicui vestrum aliquando nos scripto cōcesserimus.

In famulatu laicorum ne sitis; multò minus sceminarum, quamuis nobilium.

Nec verò illas musicam, literasue docete; nisi scripta nominatim facultate per nos permissum cuiquam sit.

Aedes ecclesiasticas ne laicis locate, nisi concessu nostro.

Ac ne ipsas quidem patrimoniales locationi ijs date, quorum vita moresue suspecti sint.

Sæcularibus verò negotijs, ut est sancti Pauli Apostoli præceptum, ne vos implicatè.

A cuiusuis generis mercatura, quæstiosa omni negotiatione, prædiorum conductione, tum alijs, ut prouinciali decreto vobis interdictum est, prorsus caute.

Ne pecuniæ lucrivè auidi sitis. nemo potest seruire Deo, & mammonæ: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet; inquit Christus Dominus.

Si qui pauperes estis, ne cupiat diuites fieri; ut ne incidatis in tentationes multas, & in laqueum diaboli.

Paupertatem vestram ne molestè fertè: paupertatem dilexit, & docuit cælestis magister Christus; qui nascens in præsepio ponitur, & nudus in cruce moritur.

Scitote paupertati socias adiungi, sobrietatem, abstinentiam, frugalitatem, et reliquas virtutes, quibus præluce oportet ministros Dei.

Nihil timentibus Deum, sanctumq; eius nomē

inuocantibus deesse potest: multò minus religionis & sanctis sacerdotibus.

Proponite vobis sanctorum veterum patrum vitam, qui lucrum non spectabant, temporalia non quærebant; & nihil ijs tamen deerat: immo in paupertate illis aliquando abundabat, quod alijs erogarent.

Ne igitur quia tenuem redditum habetis, lucrū quærite: ne quæstum vos appetendo, iniuriam vestro ordini facite, avaritiæ sordibus volutati.

Non sæculi vos mercatores, non mammonæ ministri estis; sed Christi mercatores: nolite thesaurizare vobis thesauros in terra; sed meritiorum abundantia cum charitate coniuncta, facite thesauros in cælis.

Studete vos lucrari animas Deo, & cælesti horreum augere.

Exemplo Sanctorum, vos paupertate, vitæ sobrietate, ac parsimonia ita agite; ut non modò à superuacanearum rerum visibus abstinentes, sed vestro etià defraudantes victu, ecclesias vestras & altaria exornetis, sarta tecta habeatis, sacra suppellectili instruat.

Alienis item necessitatibus subueniatis, & pauperibus opitulemini.

Qui verò uberiores ecclesiasticos redditus habetis, Ecclesias è quarum prædijs fructus percipitis, eò magnificentius & augustius, quò amplioribus donis, bonisue, augustioriq; liberalitate illæ dotatae sunt; illustri structura, præclaro opere reficite, egregijsq; muneribus exornate, tum omni ecclesiasticæ suppellectilis apparatu instruite.

Christi visceribus substantiam ecclesiasticam erogate, pauperibus scilicet, peregrinis, viduis; pupillis, ægrotis, in vincula coniectis, captiuis: quibus egentibus & esurientibus cum subueniri possit, si alimenta necessaria denegatis, violatè charitatis rei estis in conspectu domini.

Memores estote eius, quod à sanctissimo patre nostro Ambrosio scriptum est; sua fideles eo animo obtulisse ecclesiæ ministris, ut per eorum manus (quorum fidei atque integritati summa omnia tribuebant) ad pauperes peruenirent.

vos item alij, quicumq; estis, quorum fidei Christi patrimonium propriè ad diuini cultus, pauperumq; usum commissum est, caute ne ambitione aut cupiditate prolapsi, in alium quàm cui additum est, conuertatis; idq; propterea sacrilegij rei, damnationem æternam subcatis.

UNIVERSI autem vos & singuli ecclesiastici ordinis homines (ut summatim complectamur) quæ muneris vestri sunt, vobiscum frequenter recolite: ministeriū vestrum explere studete: sanctissima studia religionis & officij vestri rebus alijs potiora ducite: in rerum diuinarum sacrarumq; cognitionem omni cura incumbite: quæ diuina, quæ sempiterna sunt, diuitiarū, et honorum, & terrenarum rerū cogitationibus abiectis amplectamini: restincto cupiditatis ardore, integros castosq; vos seruate: mundi voluptates, quæ à diuinis præceptis detorquet, declinate: prædiorū ecclesiasticorū, quæ non avaritiæ præda, sed instru-

menta charitati relicta sunt, redditu & fructibus non abutimini: humilitati studete: Charitatis opera praestate: induimini Dominum Iesum Christum, Sanctorumque eius facta imitami; ut & horum imitatione, & illius in primis diuinis praecipis institutisque conformati, in uocatione qua vocati estis, dignè Deo ambuletis; tum vitæ vestrae splendore laicis hominibus lumen praeseratis ad vitam sanctè instituentiam; tum vos repositam vobis iustitiæ coronam demum percipiatis.

Omnes praeterea ac singuli, qui huius nostræ ecclesiæ ministerio adscripti aliquo modo estis, diocesim Mediolanensem, & ecclesias quas in ea obtinetis, quibus adscripti estis, Stationes vestras, in quibus manendum vobis sit, putate.

In illis ipsi residete.

Debitis numeribus atque oneribus satisfacite. Ecclesiasticas ipsas aedes habitate: ibique domicilium vestrum verè constituite, & habete.

Alia item agite ac praestate, ex praescripta conciliaribus decretis residentia ratione.

Quicumque item clerici minorum ordinum estis, in ecclesiis quibus adscripti estis, singuli ordinis quo initiati estis functiones tali pietate obite, ut digni habeamini, qui deinceps altiore gradum assecuti, sanctæ Dei ecclesiæ inseruiatis.

Nemo autem vestrum, quicumque estis, ab ecclesiastica Statione, personalisque residentia munere discedat, nisi causis per nos probatis, & concessu nostro literis expresso.

Hæc, quæ committere atque vniuersè vos monuimus, singuli seruate studiosè ac diligenter.

AT praeterea sigillatim nominatimque vos, qui in Metropolitana ecclesia nostra dignitates obtinetis, canonici item, tum Ordinarii eiusdem nostræ ecclesiæ, tum reliquarum quarumvis ecclesiarum collegiarum, vel urbanarum vel diocesinarum, quicumque sitis, in omni canonicali disciplina officio ita agite, ut canonicè, nempe canonum legibus ad vitæ vestrae institutum pertinentibus, & constitutionum nostrarum rationi congruenter viuatis.

Id primò maximè studete, ut in conspectu Dei omnipotentis, puro corde, & casto corpore ministratis.

Tum singuli vos ordinis dignitati aut canonici annexe functiones explete, canonicalisque muneris partes praestate.

Omnes in choro statis horis assistite; & ad Deum pro fidelibus piæ religiosasque fundite preces.

Dum eo loco estis, memores estote adesse Christum Iesum Dominum: cui seruite cum timore & tremore.

Non pigri, non somnolenti, non oscitantes adeste: non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis statu.

Attentè, studiosè, ritè, piè, religiosè diuinis laudes concelebrate; & psallite Deo in conspectu Angelorum, cæcantes in cordibus vestris Domino.

In choro nemo priuatim, nemo tacitè diuinum officium recitet: sed omnes pariter quicumque ade-

stis, senes cum iunioribus laudate nomen Domini in psalmis, hymnis, & canticis.

A quibuscumque colloquiis, & à literarum, librorum lectionibus, atque ab omni vagatione abstinete. Pro temporis autem & officij ratione, sedete, state, genuflectite, caput aperite, & inclinate.

Accuratè demum omnia obseruate, quæ eo de genere vobis praescripsimus; ita ut vestro exemplo alijs sacerdotibus clericisque, & rectè ritèque psallendi, & sanctè orandi, & piè agendi animi addatis.

In psalmodiarum autem, canticorum, & hymnorum intelligentiam studiosè incumbite: ut dum psallitis, pro sensuum sanctissimorum quos mente concepsistis ratione, vos ad omnem pietatis deuotionis affectum excitetis.

Non ordinaria distributionis lucro adducti, sed Dei charitate, religionisque cultu commoti, diuinis officiis adeste; ut verè, ex animoque psalmi uerba illa concinatis: Voluntariè sacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo, quoniam bonum est.

Diuinis officiis absolutis, paulùm omnes in choro piè orate; inde abeundi signo per praefectum dato consurgentes, quo ordine ad chorum accessistis, eodem in sacristiam redite; ubi cappas, qui illas induti estis, & superpellicea sine strepitu villo & susurratione deponite.

Canonicales vestros conuentus statis hebdomada diebus capitulariter habete.

Omnes qui debetis, ad illos conuenite.

Inde ne discedite, nisi missione à capituli praefecto impetrata.

Singuli ordine & loco sedete.

Sententiam modestè dicite; & suo quisque loco, nõ praeposterè.

A verbis scurrilibus abstinete.

In rebus consultandis rixas, iurgia, & contumelias cauet.

In initio & fine vniuscuiusque Capituli statas orationes dicite.

Priore loco tractanda proponite, quæ ad diuinum cultum, ad spiritualis vitæ progressionem, ad ecclesiasticam disciplinam tuendam; tum quæ ad rerum temporaliu gubernationem pertinent, ne negligite. Cætera hoc de genere toto seruate, quæ nostris constitutionibus vobis praescripta sunt.

Omnia in primis agite pace mutua, concordia voluntate, & charitate fraterna vos inuicem diligite. Canonici enim estis; qui sicut pro collegij ratione, ex antiquo instituto vna in collegiata ecclesia, vnoque item in canonicali domicilio collocati fuistis; ita vno pacis & charitatis fœdere, vnaque animorum consensione, coniunctissime, sicut nascetis ecclesiæ ministri, quorum erat cor vnum, & anima vna, experiundo videte, sicut in psalmo scriptum est, quàm bonum, & quàm iucundum sit, habitare fratres in vnum.

Quicumque verò estis, qui inter canonicos Praepositi, aut Archipresbyteri, aut alterius dignitatis nomèn gradumue obtinetis, sicut honore et dignitate praestatis; ita virtutum exemplis, uigilantiè, in vestri muneris curæque partibus obcedis sollicitudine plucete.

PA-

PAROCHI praeterea, & ceteri quicumque estis, etiam Praepositi, Archipresbyteri, alique qui animarum curam geritis, praeter ea quæ vobis cum reliquo clero communia vniuersè monuimus, illa etiam quæ praecipue de vobis per nos decreta sunt, praestate omni sollicitudine.

In primis oues vobis concredita cognoscenda sunt, & appellanda nominatim, pascenda, & custodienda item.

Animarum igitur numerum in catalogum redigite ad praescriptam normam.

Eorum qui baptizantur, qui item confirmantur, et comparum etiam qui adhibentur, nomina describite.

Matrimonia in codicem referte.

Parochia vestra incolarum vitam & mores inuestigate.

Indagate omni studio, si qui haeresi contaminati sint, aut suspecti; aut si qui sint, qui haereticorum libros habeant, vendant, emant, importent, vel legant; eosque statim denunciate.

Monete etiam populum, ut id ipsum etiam praeset ad nostri edicti praescriptum: quod statis temporibus de more promulgate.

Perquirite de dictis & factis eorum, qui ex haereticorum finibus veniunt.

Discipite, si qui è parochia vestra finibus ad loca proficiantur, ubi impune praedicatur, quod à catholica fide alienum est: tum etiam an ipsi professionis facultate impetrata, agant ad praescriptum decreti nostri in Concilio Prouinciali tertio promulgati.

Inuestigate praeterea de ijs, qui in vestra parochia docent; eorumdemque mores, vitam, & fidem obseruate; ac reliqua de ijs ipsis praestate, quæ nostris Concilijs prouincialibus praescripta iussu sunt.

Videte, & caute, ne superstitiones, magicæ cantiones, eiusmodi diabolicae superstitiones in populo vestro sint.

Cognoscite publicos peccatores, corruptores aliorum, concubinarios, adulteros, usurarios, blasphemos; & denunciate.

Cognoscite alios etiam populorum corruptores, qui festis diebus non Deo, sed aleis, ludis, choreis, diabolo seruiunt: quique festorum dierum cultum quouis modo violant, quales quales sint; neque obseruant pontificias, neque nostras de diebus festis colendis constitutiones aut edicta.

Istos ab ea malè agendi corruptela reuocare ac detertere omni pietatis officio studete.

Tum nobis etiam sicut opus erit significate, ut pro curæ nostræ officio salutare remedium afferamus.

Rursus agnoscite etiam pauperes, viduas, pupillos ceterosque, aliena ope egentes: quibus & salutari consilio, & consolatione, & re subuenite: aut si minus re potestis, cohortatione alios accendite ad eos subleuandos.

Si que illorum grauior inopia deposcit, festis etiam diebus à pia fidelium liberalitate aliquid in ecclesia colligendum curate, ut à nobis praescribitur, quod ipsis in elemosinam conferatur.

Seorsum etiam locupletes parochia incolas conuenite, quibus pauperum egestates proponite, & ostendite, eis diuitias à Deo propterea etiam esse tributas, ut inopibus succurrant.

Si qui autem potentiorum opibus in causa aliqua oppressi sunt; illos vnicè atque intimè eorum patrocinio commendate, qui vel ex suscepto officio id praestare debet, vel quibus nos hanc curam dederimus.

Pascite in primis populum vobis commissum, praedicatione verbi Dei, salutaribus monitis, administratione item sacramentorum, exemplo, & oratione.

In verbo Dei exponendo planè obseruate, quæ constitutione nostra prouinciali, & alijs concionatoribus, & vobis praescripsimus.

Pueros festis dominicisque diebus in doctrina christiana rudimentis instruite.

Prouectioris aetatis homines ad eadem intelligentiam inuitate.

Patres matresque, familias monete, ut filios, filias, ceterosque, quos in familia habent, ad statas doctrinæ christianæ scholas ipsi conducant.

Sodalium, qui ijs scholis adscripti sunt, operam ad hoc institutum adhibete: curateque, ut mutua inter eos charitas, morumque disciplina cõseruetur.

Alios etiam ad tam pium opus amplectendum alacriores reddite, atque excitate, tum assiduis vestris cohortationibus, tum promulgatione thesauri spiritualis indulgentiarum ijs concessi, qui ijs scholis adscribuntur, in illisque operam nauat.

Ne omittite diebus festis inter Missarum Solemnias, aliquid ex ijs quæ in Missa leguntur, fidelibus exponere; & sanctissimi illius sacrificij mysterium aliquod explanare; & aliquando sanctiores illius sacrarum caeremoniarum rituumque, rationes & significationes explicare, quod diligentius instructi, in dies sacrosancto illi sacrificio religiosius intersint.

Docete item, quo modo fideles signo Missæ celebranda dato, se corde contrito ad eam sanctè audiendam parent.

Curate, atque effcite perpetuis vestris monitionum officiis, ut in illa viri aperto capite, mulieres velato, & in omni eius parte utroque genuflexo, praeterquam in euangelio adsint.

Instruite etiã eos, qui religiosè non solum in Missæ sacro, verum etiam in diuinis alijs officiis uersantur.

Quando standum, quando genua flectenda, quando assurgendum.

Quam ualde dum illa fiunt, celebrantur, fugienda confabulationes, colloquia, deambulationes, strepitus, clamores, immo verò inanes cogitationes, quibus à pia meditatione, & mysteriorum quæ aguntur, contemplatione, religiosaque oratione animus distrahitur; quàm denique studiosè vitanda reliqua omnia ab eorum officiorum sanctitate & cultu aliena.

Rursus quàm sanctè item, quàm religiosè, & quàm demisso humilique habitu in supplicationibus, litanijs, & Stationibus versandum sit.

Qua reuerètia, quouè pietatis studio, in ecclesiis locisque,

locisq; sacris manendū sit; quæ ab ijs procul abesse debeant: idq; ex sāctionibus pōrificijs, cōstitutionibus conciliaribus, nostrōq; præterea edito.

Qua etiam non solum intima religiosi animi præparatione, sed externa etiam cultus uestitusq; modestia, humili genuflexione, & armis depositis, ad sanctissimam communionem, tum etiam ad cetera sacramenta accedendum sit.

Tum docete, ac monete, quo modo dies festi colendi & sanctificandi sint.

Ostendite, indignissimum esse sacris illis diebus, non modo à nefarijs operibus, illicitisq; negotijs non abstinere; verum etiam religionis ac pietatis opera non præstare omni diligentia.

Ac præterea nefas esse, sacros dies, ad maxima Dei beneficia recolenda, summasq; ei laudes persolvendas, ac debitum sanctis honorem tribuendum institutos, ad illa traduci, quæ ab eo cultu abhorrent: qualia sunt tripudia, ludi, choreæ, spectacula, quibus ad turpes illecebras incitantibus salutis humanæ hostis diabolus oblectatur.

Denunciate item stata sacrorum temporum ieiunia; docete quo modo ieiunandum; quæ peccati grauitas in violandis sacris ieiunijs.

Quæ præterea christiana pietatis officia in sanctorum vigilijs.

Quam sanctè obseruandum Quadragesimale ieiunium.

Statis autem solēnibus vel Aduētus, vel Septuagesimæ, vel aliorum temporum celebritatibus, præmonete fideles, atque diligenter ex nostrarum etiam literarum præscripta recitatione ac ratione instruite, ad sacra illorum temporum mysteria sanctis pietatis officijs religiosè colenda.

Vtq; ijs omnibus pro temporum solemnitatibus, ratione illi instrui possint, sæpè monete, ut Dominicis alijsq; festis diebus, quemadmodum sacra Tridentina Synodus optat, ad parochialem ecclesiam conueniant.

Qua in re sæpius monitionem nostram in Synodo diocesana quarta eo de genere editam frequēti populo legite.

Sæpè autem ac diligenter eosdem docete, quam assidue orandum sit.

Quo modo & tacita supplicis mentis meditatione, & pijs stas orationibus precandum.

Quam studiosè & religiosè suscipiendum nostrū vespertina communis orationis institutū; quam diligenter illud semel susceptum, piè retinendū.

Ideoq; cum alijs sæpè in anno eam orandi rationem cum indulgentijs concessis per summa capita explicare; tum præcipue diebus concilio Prouinciali tertio constitutis, in maxima populi frequentia de scripto pronunciate, atque euulgate.

Dominicis diebus instituite populum, & monete pro quibus oret, ut est in eodem Prouinciali concilio per nos decretum.

Tum præterea quas singulis hebdomada ferijs præcipuas preces, christianasq; meditationes, atque in orando exercitationes sibi propositas in promptu habere possit.

Quam sæpius verò sermonibus vestris populo

proponite locos perpetuæ christiana meditationis, de morte, de iudicio, de inferno, de gloria, & præmio paradisi.

Monete præterea sedulo ac frequentissimè patres matresq; familias, ut liberos, familiamq; suam ad pietatis christianarumq; virtutum disciplinam religiosè instituant.

Ad hoc propterea patresfamilias inducite, ut de vitæ spiritualis ratione, & pijs exercitationibus libros probatos domi suæ habeant: in quorum lectione versentur, seseq; ac familiam insistant ad sanctè agendum.

De patrumfam. officio, familiæq; institutione, nostram in concilio tertio prouinciali editam constitutionem in parochiali conuentu quem præscripsimus, legite, singulasq; eius partes explicare. Tum alia præterea docete, quæ opportuna existimaueritis, quibus illi se suamq; familiam in christiana vitæ institutis atque exercitationibus conforment.

In officinis etiam & tabernis, disciplinæ vitæq; christiana rationes obseruate: si quid autem vel ab artificibus, vel ab institoribus, operarijsue committi animaduertitis, quod dissolutæ disciplinæ sit, id officinarum tabernarumue dominos grauitè monete; ostenditeq; ea in re officij sui partes.

Estis participes & socij laborum curæq; nostræ; & in messe nobis commissa operarij estis: elaborate vnà nobiscum, & contendite, ut populum cuius curam gerimus, tanquam purum triticum auxiliante diuina misericordia congregemus in horrea caelestia.

Depositum custodi, inquit beatus Apostolus Paulus: quod vobis singulis dictum esse putates; ut in grege, tanquam deposito fidei curæq; vestrae commisso diligenter custodiendo, ab omniq; peccati labe conseruando, cogitationem, sollicitudinem, curam, studiumq; omne collocetis.

Parochia igitur vnicuique vestrum concedita viciniam, cum à cæteris vitæ omnibus vos singuli sollicitè custodite; tum curate etiam, ne odia, simultates, inimicitias, factiones, temerè iurandi, malè dicendi, imprecandi prauæ consuetudines, ac ne detractiones quidem in ea sint.

At vitia in primis & peccata, ad quæ populum procliuorem esse animaduertitis, reprehendite, atque exagitate.

Nec verò dissimulate peccata: sed annunciate populo scelera eius; publicè peccantes coram omnibus arguite, ut & alij timorem habeant.

Idq; agite spiritu fortitudinis Domini: & ut strenui eius milites, bonam militiam militate, nihil planè trepidantes.

Si ab increpatione (vos monet sanctus Gregorius) reticueritis, quia contra vos odia insurgere reformidatis; non iam Dei lucra, sed vestra quæritis.

Non maledictis, non vexationibus, non calumnijs, non alicuius generis contumelijs, illud vel increpandi vel palam arguendi officium deserite, modo Christi gloria, & animarū saluti seruiatis.

Rursus non aucupanda hominum gratiæ studio id age-

id agere desistite: Seruus Dei non essem, si hominibus placerem; inquit Apostolus.

Væ vobis tacentibus, aut dissimulantibus, si grex cura vestra commissus perierit.

Sanguinem eius de manibus vestris requiret iustus & omnipotens Deus.

Si igitur peccatur; ne in increpationibus verba vestra blandientia sint: sed ut à spiritu sancto scriptum est, stimuli sint, & quasi clauis in altum defixi.

Instate opportunè, importunè, priuatis etiam ad monitionibus, consilijs, correptionibus, obiurgationibus, ut peccantes adiutrice diuina gratia in viam salutis reuocetis.

IN vsu etiam sanctè reuocate fraternam correptionem; ut non modo vos mutua christiana charitate, sed clericos minorum ordinum paternis officijs corripiatis, ac reliquos item, præsertim parochia vestra incolas.

Ad sermonum verò, admonitionum, correptionum partes explendas, locos vobis comparate, præcipue ex doctrina catechismi Romani: in quo magna cum populorum vestrorum salutari utilitate versari diligenter potestis.

Neque ad hoc multiplicis vestra ecclesiastica tractationis genus negligite adiumenta, quæ aliunde utiliter capere potestis; præsertim ex grauis doctiq; episcopi Augustini Valerij libris de ecclesiastica dicendi facultate conscriptis.

Cætera autem officia, quæ in sacramentorum administratione, in assidua ad frequentem eorum vsu cohortatione, in agrorum cura, in alijs parochialis muneris functionibus, vobis nostris prouincialibus diœcesanijq; concilijs præscripta sunt, præstate atque exequimini accuratè: ad earumq; conciliarium constitutionum decretorumue normam, omni obseruantia atque obedientia studio vos planè conformate.

QVÆ verò decretorum nostrorum partes, ad laicos, eorumq; christianam disciplinam attinet, quò sæpius euulgata atque inculcata, seruentur diligentius; illas summatim vulgari sermone expressas, crebrò prout vsu venerit, populis vestris proponite, denunciante, explicare, atque in consuetudinem inducite.

Quæcunque denique vel ad vos, vel ad laicos curæ vestrae commissos pertinent, ea per nos decreta, quo maximo potestis studio, in omnem executionem, disciplinæq; vsu introducite.

Videteq; in primis ac perpendite, quæ sint, & quam religiosæ muneris vestri partes; cauteq; ut in officijs & curæ vestrae functionibus non modo quidquam vos contra committatis, sed ne omitatis quidquā: cum in sacerdotali vita, pro muneris quod sustinetis ratione, tū grauiore, tum longè plures quam in cæteris hominibus esse possint omissionis culpæ.

VOS præterea reliqui sacerdotes quicumque estis, quibus animarum cura non incumbit, cum alia omnia, quæ ecclesiastici ordinis hominibus de diuinorum officiorum cultu, de vitæ honestate, de studijs, & vitæ spiritualis exercitationibus

præscripta aut monita à nobis generatim sunt; tum quæ nominatim sigillatimq; ad præcipuam vestra executionem attinent, præstate omnino.

VOS item reliqui Clerici inferiorū ordinum, quæcūque ad vos nominatim vel generatim spectat, agite omnia, sicut clericalis vitæ ratio, canonum, & nostris conciliaribus decretis præscripta postulat.

Clerici estis, nempe de sorte Domini, & ipse Dominus fors, pars scilicet vestra; tales præbete vos, ut & ipsi possideatis Dominum; & possideamini à Domino; vereq; dicatis, Dominus pars hæreditatis meæ.

Filijs mei, nolite negligere: vos elegit Dominus, ut stetis coram eo, & ministretis illi.

Videte igitur, quam valde intentos vos esse oporteat ministerijs vestris; & quam magna vitæ morumq; castitate.

Proborum hominum tantum, præcipue sacerdotum vitæ spiritualis laude præstantium familiaritate vitimini: ex quorum consuetudine, tum fructus vos capiat, tum nos meliorem in dies de vobis opinionem concipiamus.

Maiores veremini, & obseruate; eisdemq; reuerentè monentibus obtemperate.

Præter latinæ linguæ, & literarum studia, ecclesiastica in primis disciplinæ institutionibus diligenter incumbite.

Sic demum vos moribus, & vitæ modestia probate, ut & à parochis, & à præceptoribus vestris, tum etiam à populo bonum testimonium habeamus: vosq; dignos iudicemus, quos maioribus ordinibus adscribamus.

VOS verò, quos regionum urbis præfectos, & in diœcesi Vicarios foraneos constituimus, in explendis muneris atque officij vobis commissi partibus, sedulo inuigilate, atque elaborate.

Onus quod sustinetis, quam graue sit, quam plenum curis perpendite: tum quam in eo vobis committendo spem fiduciamq; habuimus, videte; tum efficit, ut expectationi nostræ respondeatis vigiliarum uestrarum studijs, assiduaq; sollicitudine.

Ecclesias, quæ in vniuscuiusque vestrum regione sunt, sedulo visitate; earumq; partes singulas inspiciate.

Peruestigate in vniuscuiusque parochia finibus, an aliqua publicorum peccatorum labe, an flagitia, quibus pastorali cura medeamur necesse sit.

Vniuerso clero pro regione commissa inuigilate, diligenterq; illud in primis videte, ut in disciplinæ ecclesiasticæ moribus, institutis atque officijs se contineat, clericalisq; moderationis legibus congruenter viuat.

Indecentem eius habitum omnino reijcite: morum, sanctæ vitæ, sacrarumq; literarum, & institutionis ecclesiasticæ studia, si qua in eo languescunt, excitate.

Clericos autem minorum ordinum in hoc maxime vobis commendamus, ut illorum omnes tū in vitæ moribus, tum in literarum, ecclesiasticarumq;



caq. doctrinae studijs progressionem accuratè exploratis; atque ut maximè potestis, paternis cohortationibus atque obiurgationibus, ipsiq. assiduis adiuuctis.

Ecclesiarum item cultum, nitore, cæteraq. eius generis omnia curate, quæ à vestra diligentia, quam totis in Christo visceribus ab unoquoque vestrum expetimus, & Dei gloria, & animarum salus postulauerit.

Quæcumque verò vel prouincialium diœcesanarumq. Synodorum decretis, vel præcipuis instructionibus, vel visitationum iussis præscripsimus; ea omnia ut re ipsa præstentur, studiosè perpetuò agite.

**H**AEC omnia & singula his monitionibus nominatim sigillatimq. expressa, tum cuncta item reliqua, vel nostris concilijs prouincialibus diœcesanisq. sancita, uel alio modo uobis præscripta, uos omnes ac singuli quorum interest, quanto potestis amore & pietate non amplectamini solum, & legite; sed mente animoq. comprehendite, seruate, omniq. sollicita executione præstate: totosq. uos ad cohortationum, admonitionum, decretorum, & constitutionum nostrarum sententiam rationemq. accommodate.

Quod omne ut faciatis, uos per unigeniti filij Dei aduentum, per eius crucem, perq. animarum uestrarum salutem obsecramus, obtestamur, diuinaq. contestatione monemus.

Rursusq. uobis ipsis uniuersis & singulis edicimus, si quis uestrum constitutionibus decretisq. nostris non paruerit, contra eum nos acturos esse ecclesiasticis canonicisq. sanctionibus.

Cauete igitur, ne quem uobiscum paternè modò agentem, sollicitèq. monentem, & in conspectu Dei uos hoc sacro loco deprecantem auditis: me eundem rursus, non in hac uita solum culpas uestras animaduertentem, sed in diuino prætereà iudicio easdem accusantem audiatis.

At ipse Deus, & pater noster, & Dominus Iesus Christus dirigat uias uestras in omni sancta obedientia; exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono; ita ut dignè ambuletis uocatione qua uocati estis, per omnia ei placentes; sicq. sanctis uestrarum uirtutum progressionibus probati appareatis ante Deum, & patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius. Amen.

Laus Deo.

Finis Synod. Diœces. IIII.



SYNO-

# SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS V.

Quam Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis  
Archiepiscopus habuit

Anno à Chr. nat. M. D. LXXIIX.

Gregorio XIII. Pontifice.



**H**AEC Synodus nõ semel atque iterum, sed tertio prorogata fuit. Primùm enim Archiepiscopus uisitationis Brixienfis, quam sibi summus Pontifex commiserat, & delegauerat, munere, occupationibusq. distentus, illam de more indictam statim die habere nõ potuit. Deinde concilium prouinciale, prouincialesq. actiones impediunt, quo minùs anno sequenti, qui fuit MDLXXVI. illa iterum prorogata celebraretur. Post, peccatis hominum ita exigentibus, cum pestifera contagio in urbem, & diœcesim Mediolanensem se se infuderit; necesse habuit Archiepiscopus, charitatis, curæq. suæ pastoralis, quam pestis acerbitas summoperè requirebat, officiis occupatus, eam tamdiu prorogare & differre, quoad pestiferum incendium extingueretur. Itaque Dei munere donoq. demum Anno MDLXXIIX. cum pestis omnino abierit; nihil ille antiquius potiusq. habuit, quàm primo quoque tempore illam ritè celebrare. In qua synodo ita statuit & sancit.

*Indictio Synodi diœcesanæ in posterum facta est, non editis, sed ratione veteri, quæ decreta ac renouata in constitutionem superioris Synodi IIII. relata est.*

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

DECRETA EDITA

IN SYNODO DIOECESANA

quinta Mediolanensi.

Decretum. I.

**N**OS Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Praxedis, Dei Apostolicæq. sedis gratia Archiepiscopus S. Ecclesiæ Mediolanensis, ad Dei omnipotentis, Beatæq. Mariæ semper Virginis, & S. Ambrosij Patris Patroniq. nostri laudem, hæc pro Christianæ morum disciplinæ cõformatione, qua clerum populumq. fidei nostræ concreditum præluce totis in Christo visceribus expetimus, in nostra synodo diœcesana quinta decernimus, statuimus, ac sancimus.

**B**EATISSIMI Martyris Sebastiani ciuis Mediolanensis, cuius dies natalis iam vltimo à temporibus sanctissimi Patris & Patroni nostri Ambrosij, sermone etiam eius martyrium celebrantis, à nostris maioribus piè cultus est, diem festum anniuersarium, qui est xiiij. Cal. Februarii, ex voto ob funestæ pestis, quæ urbem diœcesimq. Mediolanensem anno 1576. teterrimè inuaserat, contagionem religiosè nuncupato, in tabulaq. publicas ciuitatis relato, ab uniuerso & clero & populo urbis Mediolani

S. Sebastiani dies festus eius que itè vigilia Mediolani seruanda.

diolani piè item sancte q. coli atque obseruari mandamus, vt reliquos Sanctorum festos solemnesq. dies, qui ex præcepto institutoq. eccliesiæ coluntur.

Ex eadè præterea voti nuncupatione, pridie illius festi diei ieiuniū ab eodè clero populoq. Mediolanensi agi celebrariūe præcipimus.

Idem etiam in diocesi à locorum scilicet incolis præstetur; qui eidem beatissimo martyri, alijs sancto, proximæ pestilentie temporibus eius rei votum fecerunt.

## Decretum. II.

De dieb' festis & vigiliis euulgandis.

tit. de fest. dier. cultu. §. Vigiliæ autè. pag. 86.

**D**I E R V M festorum, qui in vrbe diocesiq. nostra Mediolanensi coli, & Vigiliarū ite, quæ ieiunio abstinentiæ obseruari debent, tabula, de qua in diocæsana synodo per nos consocienda concilij provincialis tertii decreto cautum est, hæc ordine præscripta in singulos menses, ab vnoquoque parochia animarum uè curatore in illis populo denunciandis feruetur.

Tabella dierum festorum & uigil. infra cum de tabellis suo loco posita est.

## Decretum. III.

De Dominica in capite Quadragesimæ.

**D**I V I N O munere operarij nos in hac vinea colenda constituti, perpetuo cõstantiq. cultura spiritualis studio in id incumbere debemus, vt sanctorum institutorum, factorumq. rituum disciplina, à beatissimo patre pastoreq. nostro & Ecclesiæ Doctore Ambrosio salutariter ac diuinitus introducta, non modò in hac Ambrosiana ecclesia piè sancte q. conferuetur; sed etiam si quæ vilo modo prætermissa est, qua debet religione, in vsu cõsuetudinemq. restituatur.

Cum igitur in sanctissimis Ambrosianis institutis, vnum (præter cetera quæ tēporū vitio morumq. corruptelis & negligi & violari magno cū animi dolore vidimus) illud sanè sit, quod de Dominica, quæ in capite Quadragesimæ dicitur, aliàs tum literis nostris monuimus atque ediximus, tum edicto etiam sanciuimus; eo ipso de genere quò diligentius pro Archiepiscopalis officij munere cautum sit in perpetuum, hæc vt infra decernimus & constituiamus; quæ planè à clero & populo, qui ambrosiana ecclesiæ nostræ institutis religiosè adstrictus tenetur, sanctè inuiolatè q. seruari in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, iubemus, ac mandamus.

Dominica, quæ in Capite Quadragesimæ more Ambrosiano dicitur, vt reliquæ dominicæ quadragesimales feruetur item: ab eaq. abstinentiæ quadragesimalis initium planè fiat; cū non solum ex sanctissimo patrum testimonio, sed ex sermonibus, & doctrina in primis eiusdem beati Ambrosij, præcisq. huius ecclesiæ

tabulis, atque ex omni rituum certissima ratione, illam in Quadragesimæ diebus primam Dominicam & numerari & esse liquidò cõstet. Proinde à cibis, quæ quadragesimali tempore lege ieiunij vetiti sunt, abstinere clerus & populus omnino eo die, sicut alijs dominicis quadragesimæ diebus.

Nuptiarum celebritas dominico illo die negatur itidem, vt sacrorum canonum iure, Tridentinaq. sanctione, ceteris quadragesimalibus diebus agi interdictum est.

Quocunque apostolicis sanctionibus, sacrosanctis canonum decretis, conciliorum constitutionibus, de sanctæ quadragesimæ cultu religiosaq. obseruantia vel instituta vel decreta sunt; eadem ad huius dominicæ, quæ Quadragesimæ prima est, cultum pertinere decernimus: ita vt qui hunc diem violarit, culpæ reus perinde sit, ac si alium quadragesimæ diem violasset.

Quò autem religiosius hæc dominica prima quadragesimalis colatur, quo debet obseruantia officio; Archidiaconi Metropolitanæ nostræ ecclesiæ sit, in Epiphaniæ solemnitate, vt Paschæ celebritatem denunciat; ita (quod etiam de quadragesimæ denunciatione antiquo canone institutum est) sic quadragesimalis abstinentiæ initium denunciare, in ea ipsa Dominica scilicet omnino sanctè fieri.

Parochi verò singuli, tum qui in vrbe sunt, tum diocæsani, hoc itidem præstent, ac denunciēt in Dominica proximè præcedenti, quæ Dominica in quinquagesima dicitur. In Calendario demum anniuersario notetur hic dies quadragesimæ primus.

## Decretum. IIII.

**B**A R B A E radendæ institutum, à patribus in Concilio Carthaginensi sancitum, quodq. ex summi Pontificis Gregorij VI I. literis longè antiquissimum esse perspeximus, iam olim in omni ferè ecclesia, & in nostra hac Ambrosiana ad hæc vsque tempora (vt nos vidimus) à plerisque sacerdotibus antiquæ sanctioris disciplinæ studiosis conseruatum, ac deinceps nostris literis per nos ad vsu cõsuetudinemq. reuocatum; ita in perpetuum retineri præcipimus ac mandamus, vt vnusquisque sacerdos & clericus, quocunque gradu dignitate uè præditus barbam radat.

## Decretum. V.

**A**V X I L I A N T E Christo Domino iã quinquagesimo tam synodum diocæsanam hoc sacro loco celebrauimus: at vos consocij estis, multa deesse, ad eorum quæ decretis & diocæsanis & provincialibus præscripta sunt vobis, perfectæ executionem.

Qua in re vnusquisque Visitatoris nostri, præfecti regionarij vrbis, atque singulorū etiã digni-

Secs. 24. decret. de refor. matr. cap. 10.

De barba radenda. Carthag. 4. can. 44.

De promulgatione aliquot decretorum.

dignitatem & canonicatum in basilica nostra Metropolitana, in collegiatis uè tum vrbistū diocelis nostræ Ecclesijs obtinentium, ac Vicariorum foraneorum, & testium synodalium, & omnium denique ac singulorum, non modò sacerdotum sed clericorum etiam cuiusuis ordinis, quibus ecclesiasticæ disciplinæ leges constitutæ sunt, studium, operam, diligentiam, sollicitudinè desideramus, atque requirimus. Proinde non solum monitiones, quas in synodo diocæsana quarta contestati vobiscum adhibuimus; & quò diligentius studiosiq. ad illarum vos præscriptum conformaretis, eadem imprimi mandauimus; sed etiam quorundam decretorum, quorum executionem diligentè studio quamprimum præstare debetis, tabellas aliquot antè mensibus editas, & vobis traditas, iterum vobis vnuerfis & singulis in hoc diocæsano conuentu inculcari diligenter iussimus & mandauimus.

Vestrum igitur erit, cum tantopere per nos omni officij genere excitati sitis, ad absolutam quandam decretorum omnium executionem, studiosè, accuratè, perpetuaq. sollicitudine agere, curare, atque ad eò perficere, vt vnusquisque vestrum diligentiam verè ecclesiasticam commendemus; nec verò accusemus aut damnemus negligentiam.

Aliquot selectorum decretorum executio, præcipuo sollicitudinis studio præstanda.

**F**enestra, vnde extrinsecus Missæ sacrum inspicitur, & audiri potest, octo dierum spatio amoueat, murusq. obstruantur.

Fenestra item aliæ, vnde in ecclesiã introspicitur. Seruitutes ab omni ecclesia ad octo item dies amoueantur omnino; ita scilicet, vt ab ædibus clericibus per eam nulla exportatio, nulla importatio, nullum iter, nullus transitus fiat, non prospectus, nec verò alia eiusmodi seruitus.

De ædificijs laicalibus ecclesiæ parietes attingentibus, præstetur, quod decretis provincialibus constitutum est.

De officinis eidem coniunctis, præstetur itidem vt mox supra.

De luto, illuue, sordibus disijciendis & amouendis, præstetur & agatur ex decreto concilij provincialis ij. & ex præscripto instructionum nostrarum.

A locis sordidis cruces, & sacræ imagines, quindecim dierum spatio amoueantur.

Altaria cappellæ maiori aduersa, aut sub ambone, suggestuè, aut sub organo, aut ad pilas, columnas uè collocata, octo dierum spatio amoueantur, ex præscripto visitationis apostolicæ.

Altaria item in lateribus cappellarum posita, ad tres menses amoueantur; in earumq. medio exstruantur.

Sepulcra lapidea ex ecclesiæ cæmeterij uè pauimentò indecèter emittentia, octo dierum spatio tollantur.

Sepulcra itidem operimentum visitationis apostolicæ decreto præscriptum non habentia, ad quindecim dies humo oppleantur.

Illa item, quorum os bradellæ altaris propius est tribus cubitis, ad tres menses obstruantur, humoq. iniecta oppleantur.

Itidem de sepulturis fiat bradellam altaris attingentibus.

Cæmeteria duorum mensium spatio sepiantur: alio qui ne in ijs, aut in ecclesijs sepeliantur, sed in cæmeterio propinquiori quod septum sit.

Crux trium mensium spatio in medio cæmeterij collocetur.

Crucifixi imago in omni ecclesia ad cappellæ maioris ingressum affigatur.

In frontispicio cuiusuis ecclesiæ ex instructionū fabricæ ecclesiasticæ præscripto, quamprimum fiat.

Suggestus in omni ecclesia parochiali, ex forma ipsè instructionibus commonstrata struatur.

Altaria portatilia, mensura ampliori in ipsè instructionibus demonstrata parentur & fiant: reliqua minori mensura, ad constitutum tempus visitationis apostolicæ decreto confringantur.

Turri campanili, ex earundem instructionū præscripto, ostium cum suis valuis, clauis, sera, pessulouè ad mensem fiat.

Supellex ecclesiastica duorum mensium spatio in vnaquaque ecclesia hæc vt infra pateat.

**P**urificatoria, } numero & ratione olim  
Corporalia. } præscripta.

Superpellicea quatuor; duo scilicet quæ parochia rectori uè ecclesiæ; ac totidem clerico vsui sint.

Signacula Missalium.

Capsula, quam scutulam dicunt, in qua purificatoria includantur.

Capsula item pro corporalibus.

Mappæ pro manibus abstergendis.

Vas ad vsu lauandi corporalia, & alia huiusmodi.

Vasculum rotundum pro recondendis hostijs magnis, & alterum item pro paruis.

Tabella orationum antè & post Missæ sacrum dicendarum.

Tabella secretorum in Missæ sacro.

Tabella orationum, quæ à sacerdote dicuntur, cum Missæ sacrum facturus, vestes induit, & exiit.

Quæ in ædificatione, fabricauè cuiusuis ecclesiæ perpetuò caueri vel curari debent, hæc sunt.

**N**E in ecclesia quidquam noui ædificij sine consensu nostro literis exarato fiat.

Ne item noua ecclesia exstruatur.

Ne sine concessionis etiam nostræ literis cappellæ, altaris uè locus detur, neque rursus cappella, altare uè exstruatur.

Ne præterea sine facultate à nobis data, & scripto exarata, oratoria etiã ubi nõ celebratur, fiat; neque itè pilæ struiles sacrarū imaginū erigatur.

Ne

Ne sacra imagines antè apponantur, quàm stata prece benedicantur.

Ne campana antè statam solemnem benedictionè in turri campanili appendantur.

Campanis consilandis caueatur ex instructionù præ scripto ab inscriptionibus non probatis.

Ne in ecclesia sine concessionis nostræ literis sepulcra struantur, fiantuè.

Ne in sepulcris item, aut in ecclesia, epitaphia, elogia, inscriptiones, aliaue literarum monimenta; nisi à nobis primùm probata, fiant, sculptantur, exarenturue.

Curetur, ut cœmeteria usurpata, ex decreto nostro provinciali recuperentur.

Sepeliendj in cœmeterijs usus restituatur.

Lampas non è latere, sed in medio altaris sit.

Eadem ex instructionum præscripto aurichalco coniecta sit.

Quæ ad reliquum ecclesiarum cultum perpetuò curari oportet.

**V**T immunda illuuiæ, urinae proiecchio, lutum, & sordes cuiusvis generis, à cœmeterijs & parietibus ecclesiæ arceantur: arbores, arbuta, stirpes, vites, hedera, rubi, spinæ, & cætera id generis ab ecclesijs & oratorijs procul sint, & amoueantur.

A cœmeterijs item quamprimùm conuellantur stirpes, & arbores etiam infrugifera.

A puluere, puluerulentoq; situ, & ab araneis, crebro, & ecclesiæ, & earum partes, & oratoria mundentur & purgentur: pauimenta item sæpius verrantur.

Capsulæ elemosinariae in vrbe ad mensem unū, in diœcesi ad duos menses, ex visitationis apostolicae præscripto ne sint, sine scripta nostra facultate.

Sedilia muliebria, vulgo bradelle, statim amoueantur.

Quæ ex instructionum nostrarum modo præfinito fiant.

Profana priuatim proprieq; intus collocata, ex visitationis apostolicae decreto statim attribuantur atque addicantur.

Ne in ecclesia, cœmeterio, atrio, vestibulo, porticu, foribus, parietibus, stillicidij finibus, res venales, ne ad ecclesiæ quidè usum, nec verò à clericis ipsis proponantur, affigantur, apponanturue.

Ne laica supellex, frumentum, legumina, fruges, nec verò instrumenta fabrilia in ecclesia reponantur.

Ne valuis foribusuè ecclesiæ schedulæ aut scripta rerum profanarum affigantur.

Exportatio & importatio rerum profanarum, iter item, transituue ad rerum item profanarum usum tollatur omnino.

Uniuersitatum consilia ab ecclesijs prorsus remoueantur.

Ad supplicij significationè campana ne adhibeatur.

Ne in ecclesia scholæ, præterquam doctrinæ christianæ, absque concessu nostro literis exarato habeantur.

De mulieribus bene velatis, ut edicto nostro cauetur, executio verè, omninoq; sit.

Omnis irreuerentia conuersationis, ut Pij Quinti Pont. Max. sanctione, & decretis nostris provincialibus cautum est, prorsus tollatur.

Mendici vagantes ab ecclesia excludantur.

Custodes, clerici, & alij ecclesiarum ministri, ad quos pertinet, in admonendis, & deserendis mulieribus ad præscriptum non velatis, & viris itè in Missæ sacro genua non flectentibus, aut in ecclesia irreuerenter versantibus, aut mendicis, per ecclesiam vagantibus, officium suum accuratè omnino exequantur.

Multa exigatur, Pij V. Pont. Max. sanctione rectoribus ecclesiarum, custodibus, & Capitulis proposita, eos corrigere negligentibus, qui in ipsis ecclesijs irreuerenter versantur.

Circulatores, & ludentes pila in plateis ecclesiarum, quo tempore diuina officia in illis celebrantur, multa plectantur.

Decretum concilio provinciali primo editum de confugientibus ad ecclesias, seruetur omnino.

Ecclesiarum & Oratoriorum clauæ, si quæ ecclesiæ sunt, quæ illas non habeant, octo dierum spatio conficiantur, & in custodiam parochi tradantur; aut si necesse est, alij item ex concessu Vicarij foranei, non conductori tamen, multa pænauè cautione facta, si ad profanos usus adhibeantur.

Ecclesiæ parochiales certis horis ad tabellæ præscriptum claudantur.

In oratorijs minoribus latitudine cubitorum viij, longitudine cubitorum decem, Missæ sacrum non fiat.

Altaria singula cruce in medio collocata semper ornata sint.

Ab vniuscuiusque eorum præterea utroque latere decenter positæ candelabris duobus.

Vestita item sint mappis mundis tribus: quarum exterior oblonga, ad imam usque altaris partem pertineat; reliquæ duæ breuiiores sint.

Gradus quoque ligneus ab vniuscuiusque altaris tergo collocatus, mappa sternatur.

Tela viridi altaria singula consternantur, ne puluere aliaue sorde mappæ inquinentur.

Ornata item sint pallio coloris cum diei festi feriæuè ratione congruentis, ex instituto S. Ecclesiæ.

Tabella secretorum etiam in vnoquoque altari apponatur. Quæ tabella peractò Missæ sacrificio erecta ne stet; sed depressa, sub tela mappauè recondatur.

Ecclesiarum quæ frequentantur, altaria singula, cum fores ecclesiæ patent, ijs ipsis ornamentis semper instructa atque ornata sint.

In reliquis ecclesijs idem diebus saltem festis præstetur.

Altare maius decentiori insigniori, semper ornatum ac vestitu instruat.

E pluribus lampadibus cum vna tantum accenditur, illa media accendatur.

Sacris corporibus sanctorum, & reliquijs insignioribus lampas adhibeatur perpetuò.

Bulla Pij V. 6. Cal. Apr. 1566.

Bul. ead.

In

In diuinis officijs præstentur omnino hæc quæ sequuntur.

Erratorum punctationes peractis diuinis officijs in sacristia denuncientur, præsentibus ecclesiasticis hominibus qui eo loci aderunt.

De moribus, & studijs cleri, hæc vt infra omnem executionem habeant.

**C**LERICI familiae delectus decretis provincialibus præscriptus, & vestitus item ratio seruetur: de armis item non ferendis.

De suppellectili, mensæ frugalitate, & de sumptibus superuacaneis, decretis nostris provincialibus præreatur.

De recitando diuino officio, modus & decens ratio decreto nostro demonstrata, in executionis usum inducatur.

Superpelliceo clerici, qui scilicet minoribus ordinibus, aut subdiaconatu, diaconatuue initiati sunt, sacram Eucharistiam sumendo se induant.

Omnis clerus confessorijs sacerdotibus ad confessiones eorum audiendas delectis & probatis peccata confiteantur.

Itidem præsent clerici inferiores sacerdotibus.

Crebro isti ex decretorum nostrorum præscriptis confiteantur, & sacram communionem sumant.

Idipsumq; præsent in ecclesia nominatim constituta, & in Missæ solemnibus sacros testimoniumq; huius rei scriptum afferant.

Clericalis vestitus, ex concessionis nostræ literis sumatur.

De ijs quæ infra nominatim ex decretorum nostrorum præscriptis recensentur, regulæ & leges ab vniuersis & singulis ecclesiasticis hominibus seruentur.

**D**E tonsura.

De interula.

De caligis.

De calceis.

De veste interiori.

De veste exteriori.

De cingulo.

De pallio ferrarolo.

De parochorum vestitu exteriori, de toga scilicet, & caputio.

De canonicorum dignitateq; præditorum Metropolitanæ ecclesiæ vestitu exteriori.

De mantelletto breuiori.

De reliqui cleri vestitu exteriori.

De cleri vniuersi vestitu itinerario.

De pileo, reticulo, & subbirreto.

De torquibus & anulis non induendis.

De dignitate sacerdotali & clericali, morum splendore tuenda.

De titulo ambitioso.

De incessu & gestu.

De consuetudine probatorum vtenda.

De otio cauendo.

De ridiculis & obscenis libris abijciendis.

De musica clericorum in laicalibus conuiujs.

De conuiujs & comeffationibus cauendis.

K k De



De cauponis.  
De choreis & laruis:  
De saltationibus & ludis.  
De comedijs & spectaculis.  
De venatione.  
De pernoctatione & incesso nocturno.  
De armis non ferendis.  
De mulieribus non docendis.  
De negotijs secularibus fugiendis.  
De famulatu & obsequijs laico non præstandis.  
De clericalium adium bonestate.  
De imaginibus turpibus tollendis.  
De clausura adium canonicalium.  
De mulieribus in earum habitatione non admittendis.  
De canonicalium adium locatione, ex præscripto decreti provincialis & diocesani.  
De clericalium etiam adium locationibus ex eodem provinciali decreto.  
De officio ritu Ambrosiano recitando.  
De modo recitandi.  
De precibus congregationis initio & fine dicendis.  
De cleri studiorum ratione, ex regulis concilio provinciali tertio constitutis præstanda.  
De librorum clericalium delictu, & apparatu, & lectione.  
De parochorum libris.

De bonis ecclesiarum hæc præstentur  
vt infra.

**FORMA** in locandis decimis, decreto synodi diocesanae IIII. præscripta.  
De decimis & primitiis, etiam à nobilibus solendis, ex ratione præfinita in synodo diocesana nostra IIII.  
Oblationum usus in Missa solemnibus aut parochialis sacro diebus festis restituatur.  
Oblatio fiat offerenti tempore.  
Offerentes Missæ sacro intersint.  
Ad oblationem mares & feminae distinctè accedant; mares scilicet primò, deinde feminae.  
Oblatio à publicè criminosis ne capiatur.  
Ne alij eam capiant quàm parochi.  
Ne per ecclesiam accipiendæ oblationis causa parochus sacerdosue valetur.  
Ne rursus in oblatione patena, sed crux manipuli osculanda præbeatur.  
Oblationum venditio, & alij contractus id generis prohibentur.  
Parochi oblationis lucro cedant, nisi quibus id iure concessum ab Episcopo sit, aut aliàs legitime.  
Caducitatum iura prosequenda.  
Bonorum & iurium vniuscuiusq. ecclesiæ, ecclesiasticæ beneficii, aut Capituli, trium mensium spatium consiciatur, ex præscripto concilij provincialis primi.  
De inuadentibus et asportantibus bona clerici mortui, decreta provincialia seruentur.  
De ecclesiæ item scriptis instrumentis à clericis mortui hæredibus ecclesiæ tradendis.  
De ecclesiarum scriptis occultatis agatur ex decreto provinciali.

De cautione synographaue solutionum, quæ ex prædictis ecclesiasticis in emphyteosim aut ad longum tempus locatis fiunt, decretum provinciale seruetur.  
De bonorum item deuolutorum alienationibus.  
De solutione anticipata.  
De arborum incisione cauenda.  
De bonorum ecclesiasticorum locatione propinquis non faciendâ.  
Neque præterea patronis, nec cessionarijs, neque coniunctis item.  
De bonorum ecclesiasticorum locationibus cum de melioribus ijs reddendis cautione, formula teneatur præscripta in Concilio provinciali secundo, & synodo diocesana secunda.  
De bonorum ecclesiasticorum locatione publico instrumento consicienda, et schedulis proscribenda.  
De ecclesiæ bonis quæ laici administrarint; instructiones seruentur vulgariter editæ.

De Canonicis hæc vt infra præstentur.

**CANONICORVM** à choro absentiam punctatores notent; eorum etiam qui residentie participes non sunt.  
Punctationes autè anno confecto nobis tradantur.  
Regula de capitulis celebrandis.  
Quo tempore scilicet Capitula habeantur.  
Vt ad ea canonici conueniant.  
Ratio seruetur tractationum Capitularium.  
Capitulum spirituale in singulis hebdomadas habeatur.  
Cancellarius capitularis eligatur, eiusq. officium.  
Capitularis archiepi locus statuatur; illiusq. item præfectus.  
De fructuum ad sacristiam pertinentium ratione & usu, decretum in provinciali secundo concilio editum seruetur.  
De fructuum præbendalium parte dimidia, aliâq. emolumentorum portione soluenda primo anno, quo quis canonicus fit, ratio seruetur in sanctione Pij V. Pont. Max. & decreto provinciali præscripta: neque omnino excedatur.  
Capitularia bona ne cuiquam de capitulo locentur.

In parochijs, quæ ex instructionum præscriptis hoc ipso tempore præstari debent, hæc sunt.

**TABERNACVLVM** maius, serico rubro (si non est) intrinsecus vestiatur trium mensium spatium.  
Conopæum ad illius tabernaculi contegendi usum duorum mensium spatium.  
Tabernaculum item; aut si quod est ad usum processionum, reconcinnetur duorum mensium spatium.  
Lunula illius paretur duorum mensium spatium ad formam in instructionibus præscriptam.  
Pixis item; ubi non est, ad menses duos.  
Vela decetia ad tegenda pixidis usum, mensium spatium.  
Mappa etiam seu tobalea communionis populi usui, ad menses duos.  
Laterne ad sacræ Eucharistiæ comitandæ usum, mensium duorum spatium.

Vasculum

Vasculum cum aspergillo, quo aqua benedicta ad ægros afferatur, mensibus duobus item.  
Vasa purificationis forma præfinita, ad mensem.  
Vasa tria sacrorum oleorum inter se distincta, forma in instructionibus demonstrata, vnius mensium spatium in vrbe, in diocesi verò duorum mensium.  
Vas item alterum simile antè quadragesimæ proximæ initium.  
Vas item ex instructionum nostrarum forma, ante calendâs Februarias fiat, ad aqua baptismalis accipiendæ usum.  
Liber distributionis oleorum, duorum mensium spatium, in omni præpositura, ecclesiæ plebana quæ caput plebis dicitur, duorum mensium spatium paratur: & sit forma præfinita.  
Confessionalia, modo & forma in instructionibus demonstrata ad duos item menses construantur; vel quæ extant, ad eandem formam redigantur.  
Crucifixus, qui ad ægros defertur, decenter consiciatur duorum mensium spatium.  
Thuribulum, acerra, & cochleare, forma demonstrata fiant mensibus item duobus.

A Parochis præterea præstentur hæc perpetuò.

**I**nuestigatio suspectorum de fide.

Observatio venientium è locis suspectis.  
Diligentia & cautio cum ijs qui è locis nomine hæresis suspectis redeunt, aut ad ea proficiscuntur.  
Recognitio de improviso librorum qui venales circumferuntur.  
Observatio diei festi sancti Patroni ecclesiæ suæ parochialis; denunciatio item eiusdem, & reliqua decreto concilij provincialis tertij præscripta.  
Instructio populi de ratione festi diei colendi, & denunciatio item eiusdem festi dominico die præcedente.  
Occupatio pia populi diebus festis.  
Instructio populi antè singulas anniuersarias solemnitates.  
Admonitio opportuna, ne qui in vrbe habitare solent, diebus solemnibus & in quadragesima rus eant, aut ibi morentur.  
Restitutio & conseruatio diligens orationis vespertinæ.  
Orationis item matutinæ institutum, vt scilicet diluculo in diocesi per horæ quadrantem, & in vrbe itidem dato campanæ signo è Metropolitana ecclesia, parochi ipsius præsentia in ecclesia, quo tempore oratio fit: eiusdem item crebra cohortatio ad populum de frequenti ad orationem conuentu: admonitio item, vt si quis è populo statim ea hora ad ecclesiam precaturus non conuenit, ubicunq. tamè sit, vel domi, vel in officina tabernaculæ, vel in agro, alioque loco, oret, facta illius horæ variæ precatationis significatione campanæ sono.  
Commenitio item, vt ob procellas nimbosue datis campanæ signis populus oret, et ad litanias precetur, in parochialem ecclesiam conueniat.  
Restitutio veteris instituti de benedictione peregrinorum, & in itineris susceptione, & in reditu.

Impetratio literarum testimonialium, etiam in breui peregrinatione, cum admonitione & præscriptione regulari, quæ in Synodo diocesana quarta explicata sunt.  
Concio & sermo intrâ Missarum solemnibus, lecto scilicet euangelio.  
Executio decreti visitationis Apostolicæ, de prædicatione quæ fit aliquando de libro.  
Executio decreti, de ijs qui à parochi concione non absoluta discedunt.  
Solicitudo diligens pro festorum dierum cultu, vt scilicet à media nocte præcedenti vsque ad mediam noctem sequentem, festis diebus ab operibus seruilibus & alijs prohibitis populus abstineat, ex præscripto decretorum nostrorum, & visitatoris Apostolici.  
Custodia, & exhibitio exempli librorum parochialium, de baptizatis scilicet, confirmatis, & matrimonio iunctis.  
Celebritas solemnibus benedictionis fontis baptismalis in ecclesijs plebanis, ex præscripto ordinationis nostræ.  
Inuestigatio de qualitatibus patrinorum, qui in baptismo adhibentur.  
Cautio de nomine infanti imponendo in baptismo.  
Euitatio comeestionum in baptismo.  
Instructio populi & obstetrici de forma baptismi.  
Institutum benedictionis puerperarum.  
Institutum benedictionis puerorum.  
Liber de Communionibus peregrinorum & aduenarum in Pascha.  
Monitio & delatio fidelium non communicantium in Pascha.  
Executio decretorum de arcendis à communione illis, de quibus in concilijs nostris sancitum est.  
Instructio rarè communicantium.  
Instructio primò communicantium.  
Instructio populi in frequenti communione.  
Vestitus communicantium modestus.  
Armorum depositio in Communione.  
Comunio populi inter Missam semper cum potest.  
Locus communicantium distinctus; clericorum scilicet ad altare; laicorum in cappella choriue ingressu; mulierum in parte paulò remotiori.  
Nulla elemosina queritatio tempore communionis fiat; nullaq. ob eam causam vasorum expositio.  
Communio ægrotis sæpè illam petentibus ne denegetur.  
Pluuialis indutio ubi potest, in sacra Communione deferenda ad ægros.  
Clericorum plurium comitatus.  
Preces in via dum defertur.  
Officium postquam detulerit.  
Executio officij sanctione Pij V. et decretis provincialibus sibi præscripti, vt ægroti confiteantur.  
Cura vt idem præstent, et ægrotantis familiares, et medici.  
Denunciatio eorundem delatione ad Reuerendissimum Archiepiscopum, vt alijs penis illos afficiat.  
Denunciatio itè medicorum nuper aduenientium, nisi iurisiurandi præstiti testimonium exhibeant: premonitio itè ne medendi artem interea exerceant.

K k 2 Execu-

Executio scripti testimonij de aegroti confessione praescripta, antequam medicus curationem suscipiat, praescripto tempore elapso.

Executio interdicti contra medicos integre non seruantes sanctionis illius praescriptum.

Executio decreti, de ijs qui extra dioecesis fines ad confessarios sacerdotes accedunt.

Regula de confessionibus, quo tempore, quo loco, nec vero in priuatis adibus audiendis.

Cautio de casibus Episcopo vel summo pontifici seruatis.

Executio decreti de publica penitentia non remittenda nec commutanda.

Executio decreti, de ijs Episcopo deferendis, quos solemniter penitere oportet.

Decreti executio, de pecunia per penitentes soluenda attributioneue distributioneue.

Executio decreti de indulgentia etiam antiqua non promulganda sine comprobationis nostrae literis.

Stolam & superpelliceam induant Sacerdotes, cum accedunt ad ministrandum sacrum oleum infirmorum.

Executio decreti, de modo deferendi cum precibus.

Apparatus decens fiat in adibus aegroti.

Officij executio, parochi, praepositi, vicarij, & praefecti regionarij, erga parochum vicinum aegroti.

Introductio instituti, de petenda benedictione archiepiscopali a moribundis, praesertim in vrbe, locouere ubi Archiepiscopus sit.

Educatio & institutio puerorum complurimorum ad militiam clericalem.

Processio & supplicatio ante sacram ordinationem.

Residentia parochorum in adibus parochialibus vera, cibum & somnum ibi capiendo.

Instituti introductio, de genuflexione cum signum campanae datur in eleuatione Missae.

Executio decretorum, de clericorum ministerio & adiumento parochis praestando in diuinis.

Institutum de processionibus generalibus mane obeundis, ut ea ante Missam sacrum agantur.

Institutum de distinctione populi per parochias, in agendis processionibus, oblationibus, & alijs eiusmodi, retineatur in vrbe.

Itidem seruetur in locis dioecesis, cum parochiarum complurium homines conueniunt.

Executio contra mulieres, ut in ecclesijs, & in processionibus, vere omninoque, ex praescripto nostro velata versentur, & incedant.

Celebratio anniuersariorum statim suis diebus, eorumque notatio in libro certo.

Executio decreti, de elemosina funeris officijs praestatis, & loco separato distribuenda.

De mensa in funeribus.

De amissione emolumentum funeralis.

Instructio populi, de matrimonij ui & sanctitate.

Cautio de consensu matrimonij non extorquendo.

Formula executio de concessione facultatis matrimonij celebrandi.

In matrimonio celebrando abusus ille tollatur, quo introductum est, ut candelas sponsi in manibus gestent.

Cautio & diligentia de cohabitatoribus suspectis nomine coniugum.

Instructio dominorum officinarum.

Amotio aut emendatio imaginum obscenarum in adibus laicorum.

Supplicationes frequentes vacante parochiali ecclesia, ex cura vicerektoris.

Officium cum populo de solutione decimarum.

Instituti introductio, de benedicendis oblationibus quae extra Missam sacrum fiunt, ex praescripto libri sacerdotalis.

Executio decretorum de populi immodestia, & alijs abusus tollendis in oblationibus: de puellis item nubilibus, quibus ne ecclesiarum quidem nomine elemosinam quaeritare permittatur.

Decretum indictionis Synodi v. i. futurae.

**SYNODVM VI.** dioecesanam, quam ex sacri Tridentini Concilij decreto, anno sequenti MDLXXVIII. iuuante Christo Domino celebraturi sumus, cum stata ea die, quam in decreto nostro dioecetano praescripsimus, habere non possimus ob concilij prouincialis celebritatem; quod per nos indictum, in idem ferè tempus cadit; eam indicimus futuram esse die duodecimo mensis Iunij eiusdem anni.

Laus Deo.

Finis Synod. Dioeces. V.


SYNO.

# SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS VI.

A Carolo S. R. E. Card. Tit. S. Praxedis Archiepiscopo.

Habita Anno à Chr. nat. M. D. LXXIX.

Gregorio XIII. Pontifice.



**D**ECRETA quae in hac synodo VI. Archiepiscopus confecit, perpauca admodum sunt: sed synodales actiones ferè omnes consumpsit grauissimis concionibus pastoralibus: quibus frequentissimum cleri conuentum vehementer sanè accendit, cum ad omnem clericalis vitae cultum, tum verò ad sanctorum disciplinae interioris instituta, quae prodesse vidit ad maiores in religiose agendo progressiones. Quae vero literis mandata, & in hoc synodali coetu acta, de suggestu ut moris est, enunciari voluit, haec sunt.

## DECRETA EDITA IN SYNODO DIOECESANA sexta Mediolanensi.

In nomine Sanctae, & Indiuiduae Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis, Archiepiscopus Mediolani.

Decretum. I.

De modo viuendi tempore Synodi.



**Q**UONIAM nihil ferè saepius diuinis literis commendatum est, quam clericalis ordinis hominum vitae integritas, innocentia, fides, religio, pietas, virtutumque omnium ornamenta, quibus domus Dei potissimum excolitur; ideo vos vniuersos & singulos monemus, & per viscera misericordiae Dei nostri obtestamur, ut cum semper laicis hominibus omni virtutum splendore prae luceatis, tum maxime hoc tempore ita vos geratis in verbo, in conuersatione, in charitate, quemadmodum Apostolus monet, ut cum vos posuerit Deus in acquisitionem salutis, atque in aedificationem; officij vestri memores, in iustitia & sanctitate veritatis viuatis: sicque abstinentes ab omni specie mali, ambuletis digne Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam.

Affidue, castè, pureque, preces Deo adhibete.

Ad rei grauitatem attentis cuius causa contumetis, tota animi cogitatione in eam incumbite.

Ad cauponas ne diuertite. Nolite per plateas vagari, aut praecuriositate hanc atque illam circumcurfare.

Ad synodalem sessionem stata hora indicta sollicitè conuenite.

Nec verò raptim, sed graui incessu. Vbi conuenistis, loco constituto, superpelliceam munda ac decentia, aut alias vestes, pro ecclesiastici beneficij ratione induite.

Deceter vos induti, ad statum sessionalem locum non turbulentem, sed quietè accedite.

Bini, quoad eius fieri potest, conuenite. Ordine confidete.

Manè priusquam conueniatis, cibum ne capite, sed ieiuni adeste.

Ieiunium, quod in ecclesiasticis his actionibus olim institutum fuit, ut seruetis, hoc valde hortamur in Domino.

In loco autem benedictionis, quod est templum Dei, confidentes, ne vocibus obstrepite.

Ne tumultibus rem synodalem perturbate.

Ne confabulationibus operam date.

Ne è cancellis, intra quorum fines sessio dioecetana habetur, exite: nisi absoluta sessione, aut necessaria de causa.

Cum autem exire necesse habetis, facultatem à Vicario generali petite: reuersi ad eundem venite, antequam designato loco confideatis.

Sessione de more absoluta, ne raptim itè turbulenter discedite, sed grauiter, decoroque incessu.

Haec omnia seruate.

Cauete denique, quaecumque & ecclesiasticæ disciplinae, & synodalis actionis dignitati, & loci venerationi minimè conueniunt.

Quoniam verò in huius synodi promotione nobis

bis opus est ecclesiastici hominis adiumento, qui promotoris munus obeat; idcirco constituimus & decernimus in hac nostra synodo diocesana sexta promotorem Reuerendum D. Octavianum Abbatem, I. V. D. Canonicum Ordinarium nostrae Metropolitanæ ecclesiæ.

Si qui autem vestrum sunt, qui alicuius absentiam excusare velint, Vicarium nostrum generalem adeant, cui illius absentiae rationem & causam afferant, atque probent.

Si qui verò querelas vel accusationes contra quempiam delaturi sunt, Vicarium nostrum in criminalibus conueniant.

Decretum. I I.

Eorum qui synodo interesse debent, nomina deferenda.

VICARIJ foranei ad Vicecancellarium eorum nomina (si qui non detulerunt) deferant, qui in sui vicariatus finibus commorantes, in hac synodo præsentés adsunt. Syndici quoque portarum itidem præstent (si minus præstiterint) de ijs qui intra fines portæ suæ habitant, & huic diocesanæ synodo interesse debent; quò faciliùs cognosci liceat, qui præsentés non adfuerint.

Decretum. I I I.

De præiud. non afferendo.

DECERNIMVS, si cui contigerit, qui in hanc nostram synodum conuenerit, suo loco non sedere, aut incedere, aut aliud quippiam agere, gerere uel id propterea nemini ius acquiri, acquisitum uel esse, neque quidquam de cuiusquam iure possessione uel detrahi: sed omnia in eo ipso statu permanere, in quo antequàm hæc diocesana synodus haberetur, esse reperiébantur.

Decretum. I I I I.

Collecta in Missa pro peccatorum uenia.

EDICIMVS quoque ac mandamus, ut in Missa omnes & singuli sacerdotes, oratione, aut collectam, quæ pro peccatorum uenia postulanda dicitur, per septem dies deuotè recitent: idemque clerici pia oratione precentur. Quod ut populus etiam deuotè agat, suos quifque parochus Christi fideles diligenter moneat, atque cohortetur.

Decretum. V.

De Synodi trident. decr. recipiendis, & profefs. fidei præstanda. Scfs. 25. decr. de refor. c. 2.

SACROSANCTA Tridentina synodo illud grauissimè sancitum est, ut quicumque vel hoc tempore, vel in posterum ecclesiastica beneficia obtinebunt, qui item in diocesanam synodum conuenire debent; omnes in ea ipsa synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, recipiant omnia & singula, quæcunque eodem Concilio Tridentino decreta & constituta sunt, reliquaque omnia præstent, quæ in sessione xxv. capite I. enucleatè præscripta sunt.

Atque id ipsum quidem decretum Tridentinum nos in Synodo prouinciali prima executi, fidei etiam professionem ex formula præstitimus, quam summus Pontifex Pius quartus cõcepit & confecit.

Vniuersos igitur & singulos, qui ecclesiastica beneficia obtinent, sacris ordinibus initiati sunt, iubemus ac præcipimus, omnia & singula, quæ in œcumenica illa sacra synodo decreta ac definita sunt, recipere, fideique professionem ex Pontificia ea formula præstare: si modò aliàs id in synodo nunquam præstiterunt.

Decretum. V I.

SACRO Tridentino Concilio decretum & constitutum est, quotannis in diocesanam synodum ab Episcopis viros aliquot idoneos referri debere, qui diligenti examinis ratione, de vita, moribus, doctrina eorum quærant, qui parochialium ecclesiarum curationi præficiendi sunt.

Hoc igitur ipsum decretum nos exequi cupientes, animaduertentesque præ nostræ diocesis amplitudine maiorem examinatorum numerum requiri; proponimus vobis hos venerabiles viros viginti tres, quorum nomina à cancellario de suggestu pronuntiabuntur.

Ex ijs porrò omnibus illos deligi per vos liceat, qui vobis & satisfaciant, & probati sint: ita scilicet, ut qui dimidiam partem suffragiorum, ab ijs qui ex compromisso vestro delecti sunt ad suffragandum, tulerint, hoc examina di munus habeant, quousque alia synodus diocesana celebrabitur.

Decretum. V I I.

SACRA item œcumenica & vniuersalis Tridentina synodus iubet, aliquot viros, eosque tales deligi, quales summus Pontifex Bonifacius octauus sua constitutione præscripsit.

Qui & alioquin ad id apti & idonei constituantur, ut ipsis causæ ad forum ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandè committantur. Ut igitur illud ipsum Tridentinum decretum nos exequamur, vobis proponimus ac nominamus hos octo viros, quibus causæ delegentur; ita ut quatuor ex his suffragijs vestris pluribus designati, munus habeant eiusmodi causas iudicandi, quoad altera synodus habebitur.

Decretum. V I I I.

VERVS est consuetudo sacrosanctis canonum decretis introducta, & decreto prouinciali communita, ut Synodis singulis diocesanis, viri aliquot vita & moribus graues ac probati deligantur, qui animaduertant diligenter, an aliquid in vrbe & diocesi sit, quod corrigi emendari uel debeat: ac si quid tale cognoverint, id nobis, vel Vicario nostro generali, aut visitatoribus nostris significent; interrogati que

Tit. de profefs. fid. pag. 1.

De examinato-rib. deligendis. Scfs. 24. decr. de refor. c. 18.

De Iudicibus Synodalibus. Scfs. 25. decr. de refor. ca. 10. ca. statutum de refor. in 6.

De Testibus Synod. deligendis. Prou. 4. tit. de Test. Syn. p. 179

Decretum. X.

de aliqua re quæ emendationem requirat, summa integritate referant.

Nos propterea vetus illud ac probatissimum institutum, & prouinciale decretum secuti, huic muneri proponimus ac nominamus hos viros, quos cancellarius iussu nostro de suggestu, & in vrbe & in diocesi testes synodales pronunciat.

Superiora proxima decreta, sunt in omni synodo quasi solemniter; ut potè, quæ partim initio synodi, partim in sessione synodali, in qua de examinadoribus, de iudicibus delegatis, testibusque synodalibus agitur, promulgari de more solent.

Decretum. I X.

Liber litaniarum instructionum, & memorialis ab ecclesiasticis habendus.

OMNES & singuli sacerdotes atque clerici, librum Litaniarum nuper iussu nostro editum mensis spatio sibi comparent.

Quòd ut planè præstetur, id Visitatores nostri, & Vicarij foranei efficiant omnino.

Idem etiam de libro instructionum iamdiu in lucem edito sancimus.

Hoc ipsum constituimus de libro, quem præcipuè ad perpetuò retinendam memoriam beneficij, quod in peste mirabiliter extincta ciuitas & diocesis Mediolanensis à Dei misericordia accepit, nos confecimus, in lucem que propterea edi iussimus.

IAMPRIDEM concilii Tridentini auctoritate, vniuersis singulisque beneficijs ecclesiasticis vrbes & diocesis nostræ Mediolanensis certam fructuum portionem seminario soluendâ imposuimus.

Nunc verò cum & beneficiorum ecclesiasticorum, quæ eidem seminario adiunximus accessione, & alia præterea ratione illius census auctus sit; æquum esse statuimus (ut in eodem etiam Tridentino, prouinciali que concilio discernitur) pro ratione accessionis factæ, onere contributionis, ea beneficia quibus illud impositum fuit, leuare.

Itaque de consilio Deputatorum eiusdem seminarij, illam fructuum portionem, quam iam pridem in ipsa seminarij institutione atque erectione imposuimus, hoc decreto ad mediam illius summæ partem redigimus.

Decretum. X I.

SYNO DVM diocesanam septimam, quam sex sacri Tridentini Concilij decreto, anno sequenti M. D. LXX X. iuuante Christo Domino celebraturi sumus, ad decreti nostri diocesanæ præscriptum indicimus & significamus futuram esse eodem anno, die scilicet vigesimo mensis Aprilis.

Decima Seminario attributa ad medietatem redacta. Scfs. 23. decr. de refor. c. 18. Prou. 1. tit. de sem. pag. 13.

Indictio synodi futuræ.

Laus Deo.

Finis Synod. Dioces. VI.

SYNO.



# SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS VII.

Quam Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis  
Archiepiscopus

Habuit Anno à Chr. nat. M. D. LXXX.

Gregorio XIII. Pontifice.



**I**N hac synodo de more promulgata sunt Concilia prouincialia duo, nempe quartum, & quintum. Qua in promulgatione synodali penè triduum cōsumptum est: ideò nullum temporis spatiū relictum fuit alijs decretis diœcesanis vel conficiendis vel euulgandis. Verùm Archiepiscopus concionibus, quas quatuor in frequentissimo Cleri synodali conuentu habuit, de toto ecclesiasticæ disciplinæ genere ita explicatè, atque ad eò vberimè differuit, vt fermè omnium constitutionum synodaliū instar illæ esse queant. Et quoniam hac ipsa synodo primùm, synodali disciplinæ modus præscriptus est certa tabella: hic apponi eam non alienum esse iudicauimus.

## DECRETA EDITA IN SYNODO DIOECESANA

Septima Mediolanensi.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

**N**OS Carolus S. R. E. Presb. Cardinalis tit. Sanctæ Praxedis, Dei apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, hæc vt infra monemus & decernimus.

Decretum. I.

De synodali disciplina.

**M**ULTIPLEX, & graue admodum munus, cum in omnibus alijs curæ Archiepiscopalis rationibus, tum verò etiam in omni synodali actione nobis impositum esse agnoscimus. Quod sanè quidem non modò pastorali quodam desiderio, aut voluntatis significatione, sed studio, officio, atq; ad eò omni opere sanctè religiosèq; exequi debemus. Cum autem consilij sumus, eam esse humanæ conditionis

nostræ imbecillitatem, vt non simus sufficientes ne cogitare quidem aliquid ex nobis, tanquàm ex nobis; sed sufficientiam omnem, quæcūq; sit, à Deo patre luminis existere, qui postulantibus à se sapientiam dat omnibus affluenter, & non improperat eis: ideò non viribus nostris quæ exiguæ sanè sunt, confisi, sed Dei vnus cuius ministri sumus, ope atque auxilio freti, toto animo totaq; mente supplices illud ab eo deprecamur, vt quæcūq; in hac diœcesana synodali actione opportuna sunt, in ijs vel promouendis, vel decernendis, vel exequendis, adesse nobis sancti sui spiritus lumine dignetur.

Monemus præterea sacerdotes omnes & singulos, vt & sanctissimis precibus, & Missæ sacrificio, synodalem hanc nostram actionem, quam hodierno die aggredimur, adiuuare studeant; orantes in primis pro optimo eiusdem synodali actionis successu, vt ciuitas & diœcesis hæc Mediolanensis salutaribus adiuta disciplinæ institutis, in dies suffragantibus sanctissimi Patris Ambrosij, & beatissimorum martyrum Geruasij & Protasij patronorum nostrorum, & aliorum sanctorum meritis, fructus afferat vberiores in Domino.

Clerici præterea omnes & singuli, frequentiori ora-

2. Cor. 3.

Iac. 1.

ri orationis studio illud idem piè à Deo precentur.

Quoniam verò nihil ferè sapius diuinis literis commendatum est. Et reliqua, quæ mox in superiori synodo adhibita sunt ad illius celebrandæ initium.

Alia item stata decreta, ad omnem synodi inchoandæ rationem vsuq; accommodata, eodem loco explicata sunt.

Decretum. II.

Ne quisquam Mediolano ante Synodi dimissionem recedat

**V**OBIS præterea omnibus & singulis, qui huic synodo iure interesse debetis, pœna excommunicationis propoita vetamus, vt ne vestrum aliquis, antequam hæc nostra diœcesana synodus de more absoluta ac dimissa sit, ab vrbe Mediolano discedat, facultate sibi à nobis non concessa: sed huic synodo, synodalibusq; sessionibus aut conuentibus quibuscunq; qui indidentur, omnes & singulos vos interesse iubemus eadè propoita pœna.

Decretum III.

Pro quibus orandum tempore synodi.

**E**T quoniam veteris instituti solemnissq; ritus est, in eiusmodi synodali conuentu pro publicis rebus orationem fieri: ideò in omni prece, & à sacerdotibus præsertim in Missæ sacrificio, his synodalibus diebus ad Deum orationem adhiberi edicimus pro his vt infra ordine descriptis. Pro sanctissimo D. N. Gregorio Papa XIII. Pro sanctæ ecclesiæ tranquillitate. Pro Serenissimo Rege nostro Catholico Philippo. Pro felici prosperoq; successu rerum & status regni Portugalliæ. Pro sedandis tumultibus Flandriæ. Pro christianæ disciplinæ, cleri populiq; conformatione & progressionem, in vrbe, diœcesi, & prouincia Mediolani. Pro ministerio omni Archiepiscopali nostro, præsertim in hac rerum synodali tractatione. Pro ministris nostris, quos in huius vrbs, diœcesis, & prouinciæ nobis commissæ culturam adhibemus.

Decretum. IIII.

De commemoratione p mortuis. Tit. quæ ad diuin. off. pert. S. In synod. pag. 273.

**E**DICIMVS præterea ex decreto Concilij nostri prouincialis quinti, cras pro sacerdotibus, & clericis, qui post proximam synodū obierunt, solemnem commemorationem fieri. Decreti synodali formula de professione fidei, paulò ante in synodo sexta enucleatè præscripta est.

Decretum V.

De promulgatione dec. Trid. Conc. de residentia.

**E**CCLIASIATICÆ disciplinæ & tuendæ & restituendæ ratio in eo præter cætera

posita est, vt personalis residentia munus ipsi præstent, qui ecclesiastica beneficia, præsertim cum animarum cura coniuncta obtinent. Ideò hoc de genere sacra œcumenica synodus Tridentina decreta duo sancit, vnum Paulo Tertio, alterum Pio Quinto Pontificibus maximis.

Quæ duo decreta quò frequentius hominum mentibus infixæ, nulla aut obliuione, aut defuetudine abolerentur, in omni concilio non solum prouinciali sed diœcesano promulgari iussit.

Quamobrem ea ambo ad Tridentinæ sanctionis illius præscriptum in hoc nostro diœcesano conuentu euulgari, & de suggestu pronunciari mandamus.

Decretum. VI.

**S**ANCTIONEM à Pio secundo contra clericos editam, qui sine canonica dispensatione extra stata tempora ante legitimam ætatem se ad aliquè ordinem prouehi procurauerint, legi volumus ad præscriptum concilii nostri prouincialis tertii.

De promulgat. constit. de clericis malè promotis. Bulla edita 18. Cal. Decembr. 1461. Tit. q. ad ord. sacra. pag. 93.

Decretum VII.

**D**E confidentiis constitutionem, quam summus Pontifex Pius Quintus edidit, quoniam in synodo diœcesana de scripto recitari, prouinciali decreto iussum est. Ideò illam à Cancellario de suggestu legi mandamus.

De promulgat. constit. de Confid. edita Cal. Jun. 1569. Prou. 3. vt sup.

Decretum. VIII.

**Q**VALES eos esse oporteat, qui diuino cultui sacrisq; mysterijs consecrati sunt, celestis magister Christus Dominus docuit illis verbis: Vos estis sal terra, ac lux mundi. itaque nihil illos agere, nihil gerere, nihilq; præ se ferre oportet, quod non simplex, castum, integrumq; sit; vt modestiæ, morum sanctitatis, ac virtutum denique omnium cæteris exemplum, quasi lumen aliquod ipsi præbeant. Quare clericorum animis nihil frequentius infigi oportet, quàm canones, decreta, constitutiones, de vitæ honestate eorum sanctitas.

De promulg. de cr. de vita & honest. cleric.

Matt. 6.

Et quoniam eo de genere in concilio prouinciali primo certas & explicatas rationes præscripsimus, illas vobis in hoc diœcesano conuentu de verbo ad verbum publicè repeti volumus, quò diligentius exequamini, quæ ad vestri ordinis dignitatem pertinent.

Tit. cod. pa. 15.

Primo die synodali sub vesperum oratio metalis in quinque partes distributa; his verbis enunciata.

**F**RATRES charissimi. Toto pio affectu orate pro sanctissimo D. N. Gregorio Papa decimo

cimo tertio: ut eum Deus Spiritu sancto suo in salutari gratia conseruet, gubernet, dirigat, ac defendat.

- 2 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate: ut inclinet Deus ad preces humilitatis nostrae aures misericordiae suae, & in protectione Ecclesiae suae sanctae antiquae brachij sui operetur miracula: ita ut hostium audacia dextera diuina auxilio prostrata, pacis tranquillitate fruatur, & in laudibus misericordiae diuinae incessabili exultatione letetur.
- 3 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate pro serenissimo nostro Rege Catholico Philippo: ut desideria in eo bona Deus quotidie multiplicet: arma caelestia eidem tribuat; quibus protectus, aduersantium conamina confringat, commissaque cultarum gentium gubernacula, iure pietatis in perpetuum tueatur.
- 4 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate; ut Deus regnorum omnium protector, in Portu galliae regnum charitatem pacis infundat, caelestique benedictione prosperum ac felicem rerum successum dignanter attribuat.
- 5 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate: ut haereticorum feritate compressa, Flandriae status diuino munere, & pacis & fidei catholicae integritate semper exultet.

Decretum IX.

De promulgat.  
Conc. prou. 4.  
& 5. in synodo  
facienda.

**Q**UOD antiqui instituti est, id etiam nostris decretis cauimus, concilia prouincialia in synodo dicecesana proxima promulgari ac legi. Cum igitur nuper Concilium prouinciale & quartum & quintum ediderimus, illud expedire visum est, ut in hac ipsa synodo septima, quae vtriusque editioni proxima est, vnum & alterum item de verbo ad verbum legatur.

Decretum X.

De Breuiario  
& Calendario  
exhibendo.

**E**DICIMVS, & iubemus, omnes & singulos, qui diuini officij recitandi lege adstrikti sunt, Breuiarium & Calendarium hodie in sessionem afferre, iisque exhibere, quos recognitioni cleri praefecimus, notato in vtriusque initio nomine & cognomine possidentis.

ALTERO DIE SYNODALI.

Oratio mentalis quinquepartita enunciata  
his verbis.

**F**RATRES charissimi. In omni actione nostra in duamur iustitia. erigamus igitur animos & corda nostra deuote ad Deum: & ab eo interna mentis oratione hac religiose precemur.

Ut impleamur agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali, digneque ambulemus vocatione, qua vocati sumus: ita ut in omni opere bono nos fructificantes, & crescentes in scientia Dei, quotidie perfectiorem iustitiam esse

riamus & sitiamus.

- 2 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate: ut in omnibus operibus Dei veloces simus: nec fastidiosè, sed grauius, ac strenuè in vinea eius laboremus. Scriptum est enim: Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter.
- 3 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate: ut spiritu ambulemus; desideria carnis nunquam perficiamus; affectus prauos perpetuo deseramus; semper mortificationem Iesu Christi in corporibus nostris circumferentes, vsque ad eum, ut vita eius manifestetur in corporibus nostris.
- 4 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate: ut quae sursum sunt, ubi est Christus Dominus, in dextera Dei sedens, quæramus, & sapiamus: Omnia verò mundi huius tanquam stercora arbitantes, abundemus in diuitijs simplicitatis, bonaeque conscientiae, & opibus gratiae atque gloriae nostrae.
- 5 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate: ut in omni humilitate, & mansuetudine ambulemus: ut solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis, & Christi Domini iugum suauis, & onus leue patienter portantes, demum habere reditemus caelestem terram vinetium, & in multitudine pacis aeternae delectemur.

Demum absoluta est synodalis promulgatio concilij prouincialis quarti: in cuius promulgationis fine cancellarius alta voce dixit. CONCILIVM PROVINCIALE IIII. Cui quadam ecclesiastica acclamatione à clero vniuerso responsum est: Deo Patri misericordiarum, & Deo totius consolationis gratiae.

Decreta porro, quae statuta sunt de examineribus, de iudicibus, de testibus synodalibus, explicatae tradita sunt mox supra in synodo VI.

DIE SYNODALI III.

Concilium prouinciale quintum de more promulgatum est; cui promulgationi clerus synodalis vniuersus acclamauit, ut supra.

Decretum

De indictione synodi VIIII. futurae.

**A**VXILIANTE Dei misericordia, synodum dicecesanam octauam anno sequenti M. D. LXXXI. die xij. mensis Aprilis in hac ipsa nostra Metropolitana ecclesia ad praescriptum Concilij Tridētini de more celebraturi sumus; nisi per nos, aut Archiepiscopali nostra auctoritate aliter indictum erit.

Oratio mentalis quinquepartita ac distincta  
his punctis.

**F**RATRES charissimi. Toto mentis affectu orate; ut huic urbi & ditioni Mediolanensi serenissimus Rex gubernatorem constituat; qui sapientia, iustitia, omni virtute praesse, & bonorum operum exemplo prodesse indefinenter possit.

2 Fra-

tio tulerit, in vesperis fieri: idcirco tabellam certis capitibus distinctam, ad cuius praescriptum usque ad Natiuitatem beatæ Mariæ Virginis clerus & populus hora constituta preceatur & oret, edi & promulgari decreuimus in hac verba vulgariter concepta.

Punti dell'Oratione  
laquale si farà in tutte le feste diuotamente,  
fino alla Natiuità della Madonna.

**P**ER la Santità di N. S. Papa Gregorio XIII. che Dio lo conserui, & guidi nel gouerno della Chiesa santa.

Per la pace & tranquillità di tutto il Christianesimo. Per il Serenissimo Re nostro catholico Filippo; che Dio le dia gratia di vincere i nemici della santa fede, & di mantenere i suoi Regni & stati sempre nella pietà christiana.

Per la Fiandra; che tolto via il disturbo che patisce dalli heretici, ricuperi intieramente la pace, e la diuotione della fede catholica.

Per la visita, che si farà quest'anno nella diocesi. Per la riforma, e progresso della disciplina christiana, nella Città, diocesi, e prouincia di Milano.

Per l'Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinale et Arcivescovo; che Dio gli argomenti largamente le sue gratie, per ben sodisfare al suo ministerio nel gouerno di questa chiesa, e sue attioni.

Per i ministri, e cooperatori tutti, che se impiegano nel medesimo gouerno spirituale di questa diocesi.

Per il clero tutto; che nella vocatione sua ogni giorno faccia maggior frutto, & creschi in spirito di santità, e d'operationi buone a gloria di Dio, a salute dell'anime, & a edificatione della Chiesa santa.

2 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate: ut hac urbis, diocesis, & prouinciae disciplina christiana sapienter sata seminibus, uberiores fructus afferat in Domino.

3 Fratres charissimi. Pro interna deuotionis, & orationis affectu, orate pro Reuerendissimo Archiepiscopo nostro, ut spiritualibus amplificetur augmentis, & verbo atque exemplo quibus praestit proficiat ad vitam sempiternam.

4 Fratres charissimi. Toto cordis affectu orate pro ministris Reuerendissimi Archiepiscopi; quatenus dum manus in bonis operibus eleuant, laborum suorum benedictionem à Deo largissimam consequantur.

5 Fratres charissimi. Obsecremus Deum omnipotentem, ut toties praesertim in hac synodo septima nos moniti, & ad spiritum sacerdotalem excitati, adiutrice eius diuina gratia viam latam & spatiosam relinquamus, quae ducit ad perditionem; & diuinam virtutis dextera deducamur in illam angustam atque arctam semitam spiritualis vitae, quae ducit ad vitam; illamque viam usque ad obitum pergamus, quousque ad Christum Dominum perueniamus, qui est nobis via, veritas, & vita.

Acclamationibus denique de more factis, Archiepiscopus aliquo temporis spatio in omni sua diocesi precationem & orationem ab vniuerso clero & populo fieri statuit. Quam orationem communi sermone indixit, & unicuique rationi vrbis diocesisque praescripsit.

Decretum.

**Q**UONIAM censuimus orationem in vniuersa vrbe & diocesi à clero populoque festis diebus pro rebus publicis, ut temporum ra-

Laus Deo.

Finis Synod. Dioces. VII.


SYNO.

# SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS VIII.

A Carolo Cardinale Tit. S. Praxedis Archiepiscopo  
Habita

Anno à Chr. nat. M. D. LXXXI.

Gregorio XIII. Pont. Max.



**N**AE hæc synodus celebrior quidem fuit quàm aliæ superiores, nõ decretis condendis, sed ijs exequendis, quæ antea concilijs vel prouincialibus vel dioecesanis iam pridem confecta atque edita sunt. Quam ob causam scrutinijs clericalis, quod ex veteri instituto in proxima superiori synodo ad vsum reuocatum fuit, accuratior sanè ratio adhibita est. Nam cum dies synodalis certus scrutinijs de more constitutus est; tum scrutinijs diligentissimi modus introductus est, ad perquirendum de concionandi ratione, quam parochi adhiberent, de diuini officijs, de ministerijs ecclesiasticis, atque de omni denique disciplina cleri. Et verò executio multis partibus quò diligentior esset; literæ synodales synodo dimissa ad populos ab Archiepiscopo diligenter scriptæ fuerunt, de iis rebus quas exequi studiosè illi deberet. Ad cæteras actiones synodales accessit etiam celebritas translationis sanctorum martyrum Marini & Leonis, & beati confessoris Arsatij Episcopi: quæ frequentissimo synodali cleri conuentu, ac summa populi frequentia, solemnijq; pompa, ac religioso viarum apparatu acta est. Ac præterea ad synodi præparationem, literæ de oratione & precatione præfectis monasteriorum regularium sermone vulgari scriptæ sunt in hanc sententiam.

Carolus S. R. E. Presb. Cardinalis  
tit. S. Praxedis, Archiepiscopus  
S. Mediolanen. Ecclesiæ.

**R**euereudo Padre - Sempre sono à N. S. Dio accette l'orazioni e prieghi fatti con affetto di diuotione, e purità di cuore, & altre debite circostanze; ma quelle nondimeno che si fanno per publici bisogni spirituali, in vn concorso di frequente clero e popolo, & in occasione massime de riforme & instituti della disciplina ecclesiastica, sogliono inchinar tanto maggiormente la bontà sua diuina ad essaudirci, & mitigar l'ira cõtra di noi. Hauemo pensato adunque esser molto espediente, che in questa occasione della synodo ottaua, la quale di presente siamo con l'aiuto de Dio benedetto per celebrare, si facciano instanti & diuote orationi.

E però desideriamo, che V. R. con tutti li religiosi del suo monasterio, in questi tre giorni della detta synodo aiuti questa nostra attione, cominciando

dimane, & facendo calde orationi: nelle quali s'habbi particular memoria di raccomandare à Dio la Santità di N. S. Papa Gregorio XIII. la santà Chiesa, il Re Catolico nostro, & per il buon successo di questa synodo, & per la riforma del clero e popolo di questa Città e sua prouincia, & per la perseveranza nella pietà & disciplina christiana, & finalmente per il nostro ministerio in questo gouerno spirituale, & tutti i cooperatori nostri in questa vigna del Signore; distribuendo in tal modo l'hore fra le persone del suo Monasterio, che si faccia oratione continua, se sarà possibile, per questi tre giorni, aggiungendo anco nella Messa in specie la colletta per il synodo. Sarà anco contenta V. R. questa sera al segno che si darà in Duomo, far sonare solennemente con vn segno lungo di campane doppie, & anco dimane alle diece hore con tutti li frati del Monasterio ritrouarsi in Duomo per la processione solenne, che si farà per dar principio al synodo. E la pace del Signor sia con voi. Dall' Arcivescouato li. xj. d' Aprile. M. D. LXXXI.

Literæ

Literæ quoque eo de genere ad præfectas monialium in eandem sententiam scriptæ sunt.  
Traslationis porrò sanctorum, quos mox supra cõmemorauim⁹, celebritas solènis in singulis parochijs de more indicta fuit ac denunciata bis verbis.

Carolus S. R. E. Presbyter Card. tit. S. Praxedis,  
Archiep. S. Eccl. Mediolanensis.

**A**uxiliante Dei misericordia die decimoquarto huius mensis Aprilis feria sexta, sanctorum martyrum, Marini & Leonis, S. Arsatij Episcopi & Confessoris, sacri cineres & ossa in basilica S. Stephani Protomartyris intra sacellum S. Vincentij olim recondita, processione solemnij, ritu celebri, frequentiq; vniuersi cleri & urbani & diœcesani conuentu synodali piè trāsferuntur. Cuius traslationis publicam solemnemq; processionem, & sanctam celebritatē vniuersi & singulis sacerdotibus, clericisq; qui ad synodum hæc octauam conuenire debent, et omnibus præterea singulisq; regularium vrbs ordinibus, disciplinatorum, penitentium, & aliorum pijs confratrijs indicimus: ita vt constituta ea die, summo manè datis eo nomine campanarum signis, ornatiori sacrarum vestium apparatu, crucibus insignioribus, & celebratam hanc in eadem basilica S. Stephani collegiatim conueniant; eiusdemq; solènis processionis munus piè, ritè, stasq; precibus & luminibus obeant.

Clerus autem omnis secularis tã urbanus quàm diœcesanus Missæ solemnibus in eadem basilica religiosè intersit.

Hanc præterea solemnitatem Magistratibus, Decurionibus, Doctorum, Procuratorum, Notariorumq; collegijs, & vniuerso populo significamus.

Stata igitur die, hora constituta, pietatis omnium est, dum præsertim processio agitur, ab alia omni actione, negotiatione, opere abstinere, frequentes ad celebritatem conuenire.

Omnes verò quicumque sint, collegiatim aut sigillatim, ordine tamen bini, vt processionis ritus est, sancti parochialis patroni vexillo per parochias distincti, & mulieres etiam binæ deinceps eadem distinctione, sicq; omnes ad celebritatis huius contemplationem ex ecclesiæ instituto creati, processionem prosequantur accessis luminibus, pia prece, religiosaq; veneratione; vt quorum sacras reliquias debito cultu veneramus in terris, eorum meritis intercedentibus gloriam consequamur sempiternam in cælis.

Hanc verò traslationis celebritatem, cras die Dominico Parochi singulis vrbs in Missa parochiali de more, & ad præscriptum prouincialis Concilij quarti populo enuncient. Dat. Mediolani, ex ædibus nostris Archiepiscopalis, die octauo Aprilis 1581.

In solemnij autē processione traslationis clerus vniuersus cantu solèni adhibuit hanc precationem.

Hymni, Antiphonæ, & Psalmi in solemnij processionis translationis SS. Martyrum Marini & Leonis, & S. Arsatij epi. & conf.

Hym. **A**eterna Christi munera.

Aña. **S**ub umbra domini requiescunt iusti, et sicut vitis florebit memoria eorum.

Gaudete iusti in Domino. Psal. 32.

Aña. **G**audete sancti ante conspectum agni, paratum est vobis regnum ab origine mundi.

Deus noster refugium & virtus. Psal. 41.

Aña. **P**reciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Credidi propter quod locutus sum. Psal. 115.

Aña. **S**ancti tui florebut sicut lilia: & sicut odor libani erunt ante te.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.

Psal. 14.

Aña. **I**usti & sancti in domino gaudent.

Beati omnes qui timent. Psal. 127.

Aña. **G**audete gaudio magno martyres Christi: gaudete & exultate, quia merces vestra magna est in Cælis.

Antiphonæ.

De S. Arsatio Pont. & Confessore.

**S**tatu it illi Dominus testamentum sempiternum: & dedit illi sacerdotium magnū. Sacerdotes domini benedicite domino: serui domini hymnum dicite Deo nostro.

Confessor sancte, sacerdos magne, beate Arsatii intercede pro nobis.

**I**n hac synodo vt in cæteris, de professione fidei, de examinatoribus, de iudicibus, de testibus synodalibus, de pñatoribus, cæterisq; acti & gesti est. Quo in genere toto decreta illa tralatitia promulgata sunt, quæ scilicet de vna in aliam synodum perpetuò transferre consueuimus ad huiusmodi vsum. Sed cleri nominatio diligentius facta est, quàm alio tempore: itidemq; scrutinijs ratio accuratius inita.

Decretum

De nominatione cleri, & scrutinio,  
& cathedratico.

**E**DICIMVS vocationem cleri, & synodale scrutinium ad præscriptum decreti in hesterna sessione promulgati. Vocati igitur vniuersè, certo ecclesiæ titulo, bini, & ordine ad Illustrissimum Archiepiscopum accedant, & reuerentiam exhibeant.

Inde ordine etiam ad præfectos scrutinijs se cõferant. Parochi præterea ad Oeconomum: cui cathedraticum ex instituto soluant.

Decretum.

Penitentia clericis imposita synodali tempore  
cauponas frequentantibus.

**Æ**QUISSIMUM est, ecclesiasticos homines, qui contra clericalis & synodalis disciplinae



disciplinæ leges, conciliis & prouincialibus & diœcesanis sancitas, de suggestuq. in hesternâ sessione promulgatas, ac in tabella intrâ septuaginta sessionis synodalis propositas aliquid committunt, subiacere canonicæ disciplinæ & correctioni.

Mandamus igitur hos N. N. qui hoc synodali tempore ad cauponas diuerterunt (id quod & decreto prouinciali, & disciplinâ synodalis sanctione vetitum est) superpelliceo exutos, ad altare maius genibus flexis psalmos septem pœnitentiales dicere; & cras, feria sexta ieiunare pane & aqua; & quicquid pecuniæ in dimenso cibo crastinâ feriæ erogaturi erant, id in elemosinam Christi pauperibus cõferre.

*De indictione Synodi IX. futuræ.*

**S**YNODVM nonam diœcesanam, quam ex sacri Tridentini Concilii decreto anno sequenti M. D. LXXXII. iuuante Christo Domino celebraturi sumus; cum stata ea die, quâ in decreto nostro diœcesano præscripsimus, habere non possimus ob concilii prouincialis sexti celebritatem, quod per nos indictum, in idem ferè tempus cadit; eam indicimus futurâ esse die sexto Iunii eiusdem anni.

*Processione solemnè acta, acclamationibus de more factis, osculo pacis inter se dato, & cæteris ex pontificali libro ritè cõfectis, synodus ita dimissa est.*

**A**CTORE Deo absoluta synodo, omnes & singulos qui ad hanc synodum nostram octauam conuenerunt, dimittimus in pace ad suas sacerdotales clericalesque stationes.

Qui verò in hesternâ sessione congregationi oblatorum se adscribi petierunt, nobis uel se obtulerunt, aut se offerre proposuerunt; cras ad nos in ædes Archiepiscopales veniant, ut cum eis deliberemus.

Vicariis itè foraneis cras etiâ audientiâ totius diei indicimus, & iis quoque qui aliquid habent, quod nobiscum aut ministris nostris agant. Illis quoque quibus à Visitatoribus præfecti uel scrutiniu iussum est ad nos venire.

*Dimissa ritè synodo, literæ synodales ab Archiepi-*

Synodus Diœcesana Med. IX. & X. Quas Carolus Cardinalis tit. S. Praxedis Archiepiscopus habuit Annis à Christi Natiuitate. M. D. LXXXII. & M. D. LXXXIII.

*Gregorio XIII. Pontifice.*

**I**N his duabus synodis nullum omnino decretum (præter generalia, de quibus in superioribus) conditum est. Verum in eo potissimum studium omne posuit Illustriss. Card. & Archiepiscopus, ut superioribus statuta ac decreta temporibus, in usum quam maximè fieri posset inducerentur. Quamobrè processione de more facta, usque lectis & promulgatis tum Tridentini tum etiam prouincialium Concilii decretis, quæ in unaquaque diœcesana synodo de suggesto recitari solebant, primum nominatio cleri, deinde uerò scrutinium à præfectis regionum incipit, & absolutum est. In synodo autem decima solemnè præterea Concilii prouinc. VI. quod illo ipso anno editum fuerat, promulgatio ad præscriptum sacrorum canonum, & Conc. prou. I. u. facta est.

*scopo decreta sunt: quarum una edita fuerunt hoc exemplo.*

Carolus Cardinalis Archiepiscopus.

**P**astoralis officij nostri ratio illud à nobis deposcit, ut in synodo diœcesana, quâ ex decreto Tridentino quotannis celebramus, non solum cleri & populi disciplinam quasi è specula quadâ Archiepiscopali assidue contempleremur & cognoscamus; sed etiam in eam curâ toto animo studioque omni incumbamus, ut decreta prouincialia & diœcesana eo de genere confecta in executionis usum inducantur. Quare non sine maxima animi molestia intelleximus, quod nobis in hac synodo allatum est; in Vicariatus tui cura, populorum dies festos, qui ex ritu & instituto huius ecclesie Mediolanensis obseruari debent, ut in proxima synodo quinta decreto in tabula exarata declarauimus & promulgauimus, minime obseruari; neque adeo interdum ab operibus seruilibus, alijsque eiusmodi rebus, quæ decretis & edictis nostris prohibentur abstinere; & clerum præterea sacrorum eorum dierum officium solempne ex decretis nostris, & Calendario anniuersario non celebrare; & uerò in vestitu, atque in chori disciplina ad præscriptum decretorum prouincialium se non gerere. Itaque bis nostris literis synodalibus tibi præscribimus, & iubemus, illud omni opera, cura, studio prouideas & perficias; ut populus sicuti in tabella præscriptum est, eos dies festos colat atque obseruet; & clerus officium solenne ex Calendarij ritu de ijs celebret; & quæ de uestitus ratione, choriq. disciplina decretis prouincialibus sancita sunt, pie inuiolateq. præstet. In eam sanè rem omni sollicitudine atque officio incumbes: nam præterquam quod si te negligentem præbueris, eo nomine tanquam negligens seruus à Deo iusto iudice iudicaberis; nobis etiam palam in synodo proximè futura rationem es redditurus. Eamq. ob causam à cancellario nostro hanc culpam notari iussimus, ut quam diligentiam & sollicitudinem ad eam corrigendam ipse contuleris, suo tempore perspicere queat. *Christus te diuinæ gratiæ, sanctæq. charitatis cumulo augeat.*


*L A V S D E O.*

**SYNODVS DIOECESANA  
MEDIOLANENSIS XI.**

Quam Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Praxedis  
Archiepiscopus Mediolani

Habuit Anno à Chr. nat. M. D. XXXIV.

*Gregorio XIII. Pont. Max.*



*Carolus S. R. E. Cardinalis tit. S. Praxedis, Dei sedisq. Apostolicæ gratia  
Archiepiscopus S. Ecclesie Mediolanensis.*



**N**EMO vestrum est, qui hic præsentem in synodo nostra undecima adestis, qui nesciat, quantum nostrum studium semper fuerit disciplinæ exequendæ; quam & conciliis tam prouincialibus quam diœcesanis, & omni alio Archiepiscopali munere studioque iam pridem Deo in primis benè iuuante constituimus. Sed quoniam quæ studiosè utiliterque decreta sunt, cumulationem executionis diligentiam, quam antea factum est, requirunt; ideo hoc sacro loco in conspectu Domini, omnes singulosque Vicarios, Visitatores, Archipresbyteros, Præpositos, Canonicos, Capitula etiam basilicæ nostræ Metropolitanæ, parochos, rectores ecclesiarum, curatores, præfectosque scholarum, & locorum priorum, omnem denique clerum, populumque urbis & diœcesis nostræ uniuersè sigillatimque id etiam atque etiam monemus; ut pro suo quique munere, præsertim in quibus aliorum cura commissa est, omni officio ac sollicitudine exequantur, & ad usum consuetudinemque perpetuam inducant omnia, quæcunque & sacro œcumenico Concilio Tridentino, & synodis tam prouincialibus quam diœcesanis nostris constituta sunt: ac præterea accuratè præstent, quæ per nos tradita promulgataque sunt nostris instructionibus; quas aut de foro cancellariæ; Archiepiscopali, aut de fabrica, & suppellectile ecclesiastica, aut de concionatoribus, aut de sacramentorum pœnitentiæ & sanctissimæ Eucharistiæ administratione, aut de statu cleri, & animarum uniuersuiusque parochiæ describendo, aut de festis, processionibus, officiisque mortuorum, aut de aliis quibuscunque iam dudum edidimus.

Quibus in omnibus exequendis quantum quis in officii sui munere curaque superioribus annis negligentius se gessit, tantò diligentior operam, exquisitius studium, maiorem solertiam, atque officium ardentiori cura exercitatum, nos sicut ab eo maximè requirimus, ita accuratissimè in posterum præstare debet; ut pro conscientiæ suæ religione, & officii sui curæ, & disciplinæ publicæ ac priuatæ executionibus, & uoluntati nostræ satisficiat.

Et quoniam præcipua quedam capita sunt, in quibus exequendis longè languidiori studio actum, aut fortasse crebrius peccatum est (id quod ex speculatione nostra Archiepiscopali, quam in uisitatione, alioque munere præstare debemus, hoc ipso præsertim anno animaduertimus;) ideo ut prospiciamus, atque adeo caueamus, ne quid ex eo detrimenti iam institutæ disciplinæ ratio progressioque patiat; uolumus his nostris monitis assiduam eorum exe-

cutionem excitare, eandemq; explicationibus augere, atque aded ob oculos ponere: quò distinctius & clarius, ob eamq; rem facilius & commodius in executionis usum, ab iis ipsis quorum interest, inducantur.

MONITA

Executionis Decretorum Prouincialium, & diæcesanorum.

Quæ ad fidem. Prou. 1. tit. de profess. fidei. pag. 1. De iis quæ ad fidei tuendam studium, ad doctrinam christianam, & ad prædicationem verbi Dei pertinent.

DE fidei professione præstanda, ab ijs ut infra. Ab omnibus & singulis, quicumque sint, qui publicè aut priuatim, quouis nomine, vel domi sua vel aliena, quascunque artes literarias, aut alias liberales disciplinas, etiam ipsa prima grammaticæ rudimenta, pueros, adolescentes, aliosuè cuiusuis ætatis, sexus, etiam gratis, & quacunque lectionis, interpretationis, aut repetitionis ratione, alioquò quouis modo docent.

Prou. 4. de fid. prof. pag. 114. Prou. 5. §. Ne mini. tit. quæ ad fid. pa. 206.

A profitentibus & docentibus musicâ, & arithmeticam.

A confessarijs, & concionatoribus.

Idq; antequàm probationis, benedictionisue testimoniũ è Cancellaria habeant.

Ibid.

A Medicis, & Chirurgis.

Quod etiam locum habeat in alio quouis, qui medendi artem exercent.

A Bibliopolis, & impressoribus.

Quò autem commodius fidei professio ab his singulis præstetur; apud Vicarium foraneum in diæcesi, ex facultate nostra scripta præstari licebit, notario, & testibus adhibitis.

Prou. 6. §. Bibliop. tit. quæ ad fidem tuè. pag. 299.

Vicarij foranei in diæcesi, & in vrbe Visitatoris cura sit, de magistrorum, qui publicè vel priuatim quouis modo docent, fide, vita, & moribus testimonium perquirere, vt concilio prouinciali tertio decretum est.

§. Et quoniam. tit. quæ ad fid. tuen. pag. 89.

Quod testimonium scriptum ad nos afferatur, vt de eorum probatione deliberemus.

Nec verò ad fidei professionem præstandam antè admittantur, quàm per nos de eorundem probatione deliberatum sit.

Quos autem pro loci distantia, dignitate, aliaue conditione, aut pro personæ officijue ratione, aliaue causa, ad nos fidei professionis præstandæ gratia euocari censuerimus, id arbitratu nostro, prout expedierit, statuemus.

De ludimagistris, & alijs quibuscunque, qui quouis modo vsupra docent, à parochis ex concilij prouincialis decreto mensis spatio denunciandis. Id ab illis præstetur eodem temporis spatio præscripto; cuius initium fieri declaramus ab editione horum executionis monitorum. De cæteris omnibus qui fidem profiteri debent, ex præscripta forma ab eisdem ad mensum præstetur.

Prou. 1. §. Vt autem titul. de prof. fid. pag. 1.

Quicumque negligens erit, mulctam luat numeri aurei.

DE LVDI MAGISTRORVM vi-

ta, & puerorum, adolescentumue institutione aliquando obseruanda ex decreto prouinciali. Id à parochis etiam præstetur.

Quæ ad ludimagif. pro. 3. vsupra.

Quorum etiam cura sit, vt iidem qui docent, exequantur, quæ de libris obscenis, & vetitis, & de interpretationibus morum probitati aut pietati repugnantibus, & quæ item de fidei rudimentis, & religionis christianæ præceptis die festo præsertim exponendis, & de pueris ad ecclesiam, & ad pietatis opera adducendis, eodem concilio præscripta sunt: & quæ de profanis explicationibus ad christianæ disciplinæ usum transferendis, de prece item & oratione, ante & post quotidianas scholæ exercitationes, de tabella sacre imaginis, & reliqua ludi literarij disciplina in concilio quinto constituta sunt.

Prou. 5. Quæ ad fid. tuen. pa. 210. §. episcopi.

Quæ autem toto hoc de genere Visitatori, aut Vicario foraneo referri aliquando oportebit, quàm primum prout opus erit, referant. De ludi etiam magistrorum moribus, & docendi rationibus, in prorogatione facultatis docendi diligenter perquirendis, ex concilio prouinciali quinto.

Titu. Quæ ad præd. §. Si quæ prof. pag. 211.

Visitator in vrbe, & Vicarius foraneus in diæcesi, quotannis in hebdomada septuagesimæ, de eorum vitæ moribus, docendi ratione, alijsq; vsupra præscriptis extraiudicialiter inuestiget, in sua quisque regione.

§. Quò autem exploratores.

Quæ autem ita inuestigando compererit, ea scripta in hebdomada quadragesimam proximè præcedenti ad nos mittat.

Atque in his inuestigationibus notet vnusquisque præsertim, an iidem ludimagistri decreta de illis constituta seruauerint.

Si quæ item mulieres docendi munus (præterquam in doctrinæ christianæ scholis) exercent: id omne itidem de illis seruetur; sed accuratius; neque palàm. Earum præterea scholæ frequentius à Visitatore & Vicario foraneo visitentur.

De eo quod concilij prouincialibus vetitum est, ne quis sine Archiepiscopi probatione doceat, vt caueatur, quod ad executionem attinet.

Prou. 3. vsup. §. paroch. pro. 5. vsup.

Ob eam causam parochus, Dominica prima quadragesimæ quotannis denunciaret, vt ludimagistri, & alij vsupra qui docent, fidei professionis præstitæ testimonium, & probationis facultatem, quæ sibi ad præscriptum docendi causâ ab hinc triennium concessæ sunt, ante Dominicam palmarum sibi exhibeant: qui non exhibuerint, eis docendi munere tãdiu interdicit, quoad exhibuerint.

Qui verò non paruerit, eius nomen statim ad Archiepiscopum deferat: nec verò interea eidem sine eiusdem concessu tempore paschali sacramenta ministrari permittat.

Quæ ad hæreticos. Prou. 2. tit. 1. dec. 1. pag. 61. DE EDICTO contra hæreticos promulgando ineunte aduentu & quadragesima.

Visitator in vrbe, & in diæcesi Vicarius foraneus, ac præterea vnusquisque parochus in eo inuigilet, vt si quis ludimagister, aliusuè sæcularis, aut ecclesiasticus homo, puerum adolescentemue, qui ex parochis, aut regionibus hæresis nomine suspectis oriatur, in disciplinam, vel literarum, vel linguæ Italicæ, vel mercaturæ exercendæ causa susceperit, de eius statum nos certiores per literas mensis spatium diligenter faciat: vt de pia catholicaq; eorũ educatione & institutione regulas accuratè præscriptas à nobis quam primum accipiat.

De facultate ijs concedenda, qui ad hæreticorum loca proficiscuntur: & de conditionibus seruandis, si quando conceditur.

Parochus tñ istiusmodi commercia omni pio studio atque officio prorsus euellere studebit. DE REGVLIS indictis, ab impressoribus, bibliopolis, & ab alijs omnibus quorum interest, obseruandis.

De circumferentibus libros venales, aut vendentibus, alijsuè, quos indicem subscriptum habere compertum non erit.

De recognoscendis libris à mortuo relictis. Id vt oïno seruetur, præcipua cura parochi sit.

De libris Euangeliorum & epistolarum vulgari sermone impressis. Ii prohibentur, nisi homiliæ probatæ eodem contextu adiunctæ sint.

DE HEBRÆORVM consuetudine, vbi illi commorantur, legatur sanctiones pontificiæ, vt concilio prouinciali primo, & quinto cautũ est. De corundem flagitijs tollendis euulgetur sanctio Gregorij xij.

Inquiratur diligenter & à Visitatore, & à Vicario criminali, si quando hebræi contra vetus institutum Mediolani diutius triduo commorentur: & ad nos referatur, vt opportunum remedium adhibeamus.

DE CINGARORVM vita, & moribus obseruandis. Id parochus, & Vicarius foraneus diligenter præstet; vt si quid delinquat, contra eos agatur.

DE DOCTRINÆ Christianæ libello, cũ libris rudimentorum grammaticæ imprimendo. De indulgentia scholis doctrinæ Christianæ concessa duabus ante calendas Maij Dominicis promulganda, & de communione operariorum doctrinæ christianæ calendis Maij. Hæc promulgatio fiet etiam die solemnium omnium sanctorum, & die item natali sanctorum Innocentium.

Qui ambo dies scholarum doctrinæ christianæ celebritati adscribuntur: ideoq; in illis processio solemnitas ab iisdem agatur.

In vnaquaque plebe aut Vicariatu, scholæ omnes doctrinæ christianæ veluti membra quædam inter se coniuncta vnum corpus conficiant; itaut quæ in singulas plebes distinctæ, Priori generali illius Vicariatus parent, vni-

uersæ Priori generali Mediolani obediant. De opera à sacerdotibus & clericis parochis nauanda in munere doctrinæ christianæ, seruetur decretum Synodi diæcesanæ quartæ.

dec. 5. pag. 314

Quicumque sacerdos, aut beneficium obtinens, parochum non adiuuerit, mulctetur duobus nummis realibus: alius autem clericus, arbitrio Vicarij foranei, vel Visitatoris.

Eandem operam nauent scholastici, vbi constituti sunt: secumq; præterea ad eas scholas discipulos suos perducant.

Ecclesiasticus vir vnus, pluresuè pro ratione amplitudinis regionum, in vnoquoque vicariatu constituatur, qui scholas doctrinæ christianæ diligenter & pio studio visitet: ac præter cætera sui officij munera, singulis saltem mensibus de statu & progressu vnusquisque scholæ Vicario nostro generali scripto referat.

DE FREQUENTI prædicatione verbi Dei per parochos & animarum curatores, ex præscripto Concilij Tridentini.

Quæ ad præd. verbi Dei.

Id ita præstetur, vt ii omnes (præter illos quibus causa cognita id aliquando scripta facultate remiserimus) concionentur saltem singulis Dominicis, & festis diebus: in Quadragesima præterea in singulas hebdomadas tercia quarta, & sexta: in aduentu autem, saltem feria sexta.

Quod concionandi munus, manè semper illis diebus exequantur.

Si qui autem concionatores, etiam regulares, in eorum auxilium missi sunt, non propterea ipsi illis diebus concionari desistant, sed post vesperas concionem suam habeant.

Qui parochi ad concionandum idonei non sunt, ob eamq; causam de libro iussu nostro concionari debent; alij, si fieri potest, saltem in quadragesima mittantur, qui eorum vices suppleant.

Prou. 4. tit. de verbi Dei §. Parochis. pa. 132.

Quamobrem Vicarius foraneus istiusmodi parochorum, qui in suo vicariatu sunt, indicem quotannis ante Dominicam in septuagesima cancellario Archiepiscopali mittat, vt opportunè concionandi officio consulamus.

Librum instructionum de prædicatione verbi Dei, omnes tam parochi, quàm alij, quibus concionandi munus commissum est, mensis spatium habeant, diligenterque in usum inducant.

In facultate autem quæ concionatori datur, ea conditio adscribatur, vt eum librum habeat, & antea studiosè legat, quàm concionandi munus aggrediatur. Alioqui facultas nulla sit.

De ritu, & habitu sacerdotis secularis concionantis in altari, aut in suggestu.

Prou. 4. vti. §. Parochi.

Id omne seruetur: ac præterea, quod moris est in ecclesia Metropolitana, vt pridie eius diei, quo sacerdos vel regularis vel sæcularis, vel parochus, vel præpositus concionaturus est, signum concionis vesperæ campanæ sono detur: itidemque fiat postridie manè.

Pr. 4. §. Curent  
tt. de pd. Verb.  
Dei. pag. 131.

De concione intrā Missæ conuentualis solemniam  
post euangelium ex præscripto concilij provin-  
cialis quarti habenda.

Id ut in ecclesijs etiam regularibus feruetur,  
curet in diœcesi Vicarius foraneus; in vrbe  
Vicarius generalis.

Ita tamen Missa in tempore celebretur, vt ad  
concionem populi frequentis concursus esse  
possit.

De concione. passionis Domini feria sexta in  
parasceue habenda post recitatum de ea euange-  
lium.

De regularibus ad concionandum non admit-  
tendis sine nostra scripta facultate.

Quod parochi, & Vicarij foranei diligenter,  
sed moderatè tamen præsent, etiam cum regu-  
laribus mendicantibus, qui conquirendæ elee-  
mosinæ occasione concionari volunt.

Nec verò eam conquisitionem in ecclesijs se-  
cularibus sine facultate nostra scripta ab illis  
commendari patiantur.

Parochus aduentum concionatoris, qui intrā pa-  
rochiæ suæ fines eo officio functurus est, vbi  
legitima testimonia ille ostenderit, tridui spa-  
tio Vicario foraneo significet.

Visitator in vrbe, & Vicarius foraneus in diœ-  
cesi, tum per se, tum etiam per parochos, aliosq.  
pios viros, quadragesimæ tempore singulos  
concionatores obseruet: de ijsq. antequam  
Dominica in albis depositis aduetet (nisi quid  
grauè commiserint, quod ante id temporis, &  
statim denunciandum sit) ad nos per literas  
deferant, vt etiam cum eisdem concionatori-  
bus, prout expedire videbimus, agamus: & in  
eorum delectu quem habemus, cum illorum  
superioribus de eisdem aut de alijs delibere-  
mus, qui sequenti anno id muneris obeant.

De pecunia collecta sine licentia scripta per  
concionatorem non faciendâ, nec de se commen-  
dando elemosinæ conquirendâ causa.

Id præstetur, curante Vicario foraneo in diœ-  
cesi, in vrbe autem Vicario generali, & Visita-  
tore.

Concionatores concionandi munere perfun-  
cti, ad nos se conferant; aut impediti, per lite-  
ras saltem significet, quidquid & pro Dei glo-  
ria, & pro animarum salute nobis suggerendū  
existimauerint.

Idem Visitatores, & Vicarij foranei de con-  
cionatoribus præsent, qui aduentum tempore  
mittuntur: de quibus etiam per literas ineun-  
te Ianuario ad nos referant.

Referant item de parochis, qui in quadragesi-  
ma concionati sunt; ac præterea quibus die-  
bus, & quo paterno charitatis officio id munus  
obierint.

Idem parochos etiam obseruet, qui remissius  
& negligentius in concionando se gerunt;  
quique loco parochialis concionis, trita quædâ  
& vulgaria tantum, ac sæpenumero inania, si-  
ne villo studio, breuiq. effundunt; vt isti negli-  
gentiæ suæ pœnas dent.

De concione habenda ex antegressa lectione ali-  
quarum clausularum de libro euangelij, sacraue  
Scripturæ.

Quod aliquando in vsum à parochis induca-  
tur, prout se ad eam concionandi rationem  
aptos senserint.

Quibus locis complures vicinæ de alendo  
concionatore conuenient, cum illuc eos mitte-  
mus, pro ratione & partitione dierum hebdo-  
madæ, quam Vicarius foraneus statuerit, illi  
modò in vna, modò in alia ecclesia viciniae  
parochiali conciones habebunt.

Vicarij foranei exercitationes, quæ oratoria  
dicuntur, colloquutionum spiritualium, vbi cõ-  
modè fieri potest, quàmprimùm instituant, ad  
eam rationem, quæ Mediolani in ecclesia san-  
cti Sepulcri seruatur.

De quarum exercitationum progressionibus  
nos certiores faciant diligenter.

Præpositi, parochi, canonici, & alij quicunq.  
chori officijs deuincti, qui item pro muneris  
sui ratione concionari aut legere publicè de-  
bent, ne concionis, lectionisue parandæ præ-  
textu, aut defatigationis quæ inde aliquando  
existit, causa, si à choro absunt, distributionū  
illius officij participes sint, in quo præsent  
non adfuerint; nisi cum aliqua corporis neces-  
sitas, verè eos, vt illos etiam chori officio ad-  
strictos, excusat.

M O N I T A

Executionis Decretorum, quæ ad dies  
festos, sacra tempora.

Loca item, & supellectilem sacram  
pertinent.

DE historia vniuscuiusq. sancti sanctæue, cu-  
ius corpus, reliquiæue sacrae insignes in ali-  
qua ecclesia reconduntur, conscribenda, & appro-  
banda.

Qua in re illud feruetur, vt quibus in ecclesijs  
vitæ sanctorum conscriptæ extant, ad nos, qui  
illas recognoscendas curabimus, quàmprimùm  
mittantur: nec verò antea publicè in ecclesia  
legantur, quàm iussu auctoritateq. nostra pro-  
bata sint.

Vbi verò scriptæ non extant, saltem nomina  
eorum, & quæ præterea ex probatis monumē-  
tis conquiri compeririue de illis possunt, ad  
nos rectè scripta mittantur, vt eiusmodi vitæ  
auctoritate nostra conscribantur.

Dum verò liber is de vita sanctorum in lucem  
prodierit, legantur interea licet in vesperis vi-  
giliarum solemnium ad vsum duarum lectio-  
nū, vitæ in breuiario nuper adscriptæ & edite.

De festis diebus, & alijs quibusuis celebritati-  
bus recto ordine in librum certum à cancellario  
referendis, ac præterea morum corruptelis, quæ  
quandoq. incidunt, notandis, ex præscripto con-  
cilij provincialis sexti.

Pr. 4. de ver.  
Dei præd. S. epi  
scopus. pa. 132.

Quæ ad dies fe-  
stos.  
Pr. 4. tt. de sac.  
reliq. S. Vniuf-  
cuiusq. pa. 116.

Tt. de diebus fe-  
sti. S. Quo reli-  
gios. pag. 300

Id

Id vt diligenter, & quàmprimùm fieri potest,  
præstetur, vnusquisq. parochus dierum festo-  
rū, qui vniuersè, aut sigillatim intrā parochiæ  
suæ fines coluntur, & aliarum etiam celebra-  
tum, quæ indulgentiarum, iubilei, alteriusue  
rei causa aguntur, ita vt populi concursus sit,  
indicem Cancellario nostro Archiepiscopali,  
aut Vicario foraneo in diœcesi mittat, affe-  
ratuè.

Qui Vicarius illum statim eidem Cancellario  
tradat, tradendumue curet.

In eo indice notentur si qui abusus in illis ce-  
lebritatibus committuntur.

Idem in postetum feruetur, si quæ alia celebri-  
tas, indulgentia, aliaue causa, accesserit, ob quã  
ad ecclesiam parochialem concursus deinceps  
fiat.

De die festo, & commemoratione sancti Am-  
brofij.

Id in vsum quàmprimùm inducatur, etiã vbi  
in diœcesi nostra officium more Romano fit.  
De monitionibus, pro recto dierum festorum  
cultu, ab omni parcho, & concionatore præ-  
standis.

De cura adhibenda, vt ad dierum solemnium ce-  
lebritates Magistratus in ecclesia conueniant.

In diœcesi parochorum & Præpositorum ope-  
ra id agatur.

De diligentia in eo præstanda, vt ne ab vrbe dis-  
cedant, qui sacro quadragesimali tempore, &  
in maioribus solemnitatibus abesse solent.

Id parochi sæpenumerò populum moneant de  
altari, vel inter concionandum.

De monendis patribus familias, vt quos in pa-  
scendis bestijs occupant, diebus festis iubeant in-  
teresse Missæ sacrificio.

Id parochi non semel atque iterum, vbi opus  
est, sed sæpius quàm antea fecerunt, populum  
publicè & priuatim moneant; ac præterea  
cum singulis omni charitatis officio agant, vt  
decretum tam salutare in executionis consue-  
tudinem, ab omnibus quorum interest, indu-  
catur.

Edictum de obseruatione dierum festorum,  
quotannis promulgetur Dominica prima post  
Pascha resurrectionis Domini.

De collectis talearum, aut exactionibus publicis  
priuatissue die festo non faciendis.

Quod vt feruetur, cura præcipua sit Vicarij fo-  
ranei; vt contra eos, qui die festo choreas du-  
cunt, agatur ad præscriptum formulæ traditæ.  
De iudicijs in nullo foro, manè, quadragesimæ  
tempore, diebus ieiuniorum, & quatuor tem-  
porum exercendis.

De causarum quæstionibus, seu processibus  
die festo non instituentis, nec testibus exami-  
nandis, nisi in casibus, iure permissis.

De contractibus in festo, executionibusq. non  
faciendis, nisi cum iure nominatim permis-  
sum est.

Denundinis, emporijs, aut mercatibus, die festo nõ  
exercendis.

Pr. 4. tt. de san-  
cto Amb. p. 120

Pr. 3. tt. de fest.  
S. Vt verò. pag.  
16.

Pr. 2. tit. 1. dec.  
12. pag. 62.

Pr. 1. tt. de Sa-  
cra. euch. S. Mo-  
neant. p. 10.

Pr. 3. tt. de fest.  
S. Ne collectæ.  
pag. 85.

Prou. 4. de fer.  
pag. 120.

Ibid. S. Ac ne te-  
stes.

Pr. 3. de fest. S.  
Ne contractus.  
pag. 85.

Ibid. S. Ne ijs.

Quare mensis spatio Vicarius foraneus locorū  
sui vicariatus indicem nobis mittat, vbi diebus  
festis eiusmodi mercatus aguntur: vt à Vica-  
riis nostris, & Visitatoribus, quatenus opus  
sit, summarie, omniq. executione agatur, etiã  
ablatis mercibus, aliaq. multa & pœna, qua  
itiusmodi corruptelis, & dierum festorū vio-  
lationi occurratur.

Contra etiam cupidarios, factores, offella-  
rios, cæterosq. qui irritamenta gulæ ad vendē-  
dum exponunt; qui flores item, vnguenta, a-  
ues, & alia eiusmodi die festo vendunt; sedulo  
agatur ad executionem edicti nostri de dierū  
festorum obseruantia.

Quam ob causam diebus festis Vicarius crimi-  
nalis, & procurator Fisci nostri, & officiales  
fori Archiepiscopalis in vrbe, ac præterea in  
diœcesi Visitatores, & Vicarij foranei omni ra-  
tione agant cõtra eosdem, ablati etiam cistis,  
vasisq. rerum, quæ venales propositæ sunt,  
alijsq. pœnis eosdem mulctent; & quibus lo-  
cis opus erit, satellites etiam & ministros fo-  
ri secularis contra eiusmodi violatores adhi-  
beant.

Vicarius criminalis, procurator Fisci, Visita-  
tores, notarii, aliq. ministri fori Archiepisco-  
pali nostri, vrbe, ecclesiãq. die festo obeant  
& perlustrent: in eamq. curam accuratè incum-  
bant, vt decreta edictaq. nostra de dierum fe-  
storum cultu, de velo mulierum, & pia rectaq.  
in ecclesijs conuersatione feruentur, atque ob-  
seruentur.

Quæ de dierum festorum cultu, de choreis in  
eorum celebritate tollendis, & de iis præterea,  
quæ de disciplina & cleri & populi, & quæ et  
de cultu ecclesiarum constituta sunt; omnino  
præstari curent Visitatores vrbe, intrā fines lo-  
corum, quæ corpora sanctorum Mediolani nū-  
cupantur.

Vicarius foraneus mensis spatio omnes cuiusuis  
generis abusus & corruptelas, quæ ad dierum  
festorum cultum violandum in suo vicariatu  
irreperunt, nobis per literas quàm diligentis-  
simè significet: vt in congregatione pœnitenti-  
ariæ, & fori nostri, omnibus diligenter con-  
sultatis, deliberetur, quid tollendum, quidue  
permittendum sit; & statuatur deniq. modus,  
& ratio summarie omniq. executione contra  
violatores agendi.

Contra istos violatores vnusquisq. Vicarius  
foraneus formulæ præceptorum pœnaliū  
vtatur, quæ in cancellaria nostra vsui est ad exe-  
cutionem decretorum provincialium, & edi-  
cti nostri de obseruantia dierum festorum.

In eos, qui alienæ diœcesis homines diem festū  
in Mediolanensi diœcesi violant, & contra il-  
los item, qui nostræ diœcesis homines aliò mi-  
grantes idem admittunt, agat Vicarius fora-  
neus citationibus per literas subsidiales, ad for-  
mulam præscriptam.

DE edicto quadragesimæ in Dominica quin-  
quagesimæ promulgando.

Quæ ad sacra  
tempora.  
Pro. 5. Quæ ad  
dies fest. S. Quæ  
omnia. pag. 213.

De



Ibid. §. Parochi pag. 215.

Prou. 4. de sacris quat. tēp. pag. 119.

Prou. 5. tit. quæ ad dies. §. Quāobrem. pa. 215.

De diebus fest. §. Episcopus. pag. 86.

Prou. 5. tit. de votis. pag. 215.

Prou. 4. De peregr. §. laici. pag. 122.

*De patrumfamilias conuocatione & congregatione parochiali ante initium quadragesimæ.*

Id parochus vnusquisque diligenter præstet, ita vt executionis vsus nobis constet.

*De denunciatione ieiunij quatuor temporū vulgariter edicenda.*

Id omnis parochus certo eo tempore ad præscriptum præstet, ex formula vulgariter explicata.

*De officinis & tabernis in quadragesima eo breui tēpore claudendis, dum sacra concio habetur.*

Quamobrem omnis Præpositus, Vicarius foraneus, & parochus in diœcesi, vt decretū hoc seruetur, studiosè cum mercatoribus agar; vt nos etiam in vrbe id præstandum omni officio curabimus.

Parochi quadragesimæ tēpore videant & perquirant, si quæ in parochia sua superstitiones sint.

Quas si compererint, in capita distinctas, Visitatori in ciuitate, & Vicario foraneo in diœcesi tradant.

Anteà verò quàm Synodi dies aduentet, hic, & ille nobis eas in scriptum relatas exhibeat.

*DE votis, & piæ consuetudinis institutis perquirendis, ex præscripto Concilij provincialis tertij.*

Si quæ igitur vota vniuersitatum de cultu certi alicuius diei festi sunt, ea Vicarius foraneus accuratè inuelliget, videatq. an votum constat, illudq. inuiolatè obseruari curet, atq. efficiat: si verò vniuersitas illius commutationem fieri petit, id ad nos referat; vt si ita expedire censuerimus, illius vniuersitatis rogatu & precibus commutatio ex nostra auctoritate fiat.

Commutationem autem cum fieri contigerit, illius ratio hæc seruabitur; vt die Dominico, qui diem votiuum proximè sequitur, oblationem ecclesiæ primùm vniuersitas per eius Syndicos publicè faciat: tum verò reliqui fideles singuli pro sua quique deuotione offerant: processio præterea intrà ambitum saltè ecclesiæ aut cœmiterij litanis & precibus de more agatur: & verò in Missâ commemoratio fiat sancti sanctæuè, cuius nomine votum nuncupatum fuit.

Parochus autem curet, vt his omnibus piis officijs populus frequens adsit: si qui tamen non aderunt, ne iis peccati scrupulus aliquis iniiciatur.

*Si quando autem votum non planè constat, idq. tamen vniuersitas seruare cupit: id denuò nuncupetur, ritèq. celebretur, ex formula in concilio provinciali præscripta.*

Sin autem vniuersitas tale votum nec libenter obseruat, nec verò illius commutationem fieri patitur: tunc Vicarius foraneus illius voti monumenta, scripta, & testificationes perquirat.

Si quid verò compererit, nobis mittat, vt quid quid de eo discernendum erit, statuamus.

*DE vsu litterarum formatarum ad vsu pie peregrinantium introducendo.*

Id cura parochi præstetur, ita tamen, vt iis tantummodo, qui eiusdem parochi testimonium scriptum habent, de vita, moribus, & de sacramentis debito tempore susceptis eæ literæ detur ex cancellaria Archiepiscopali.

Cauebit autem parochus, ne cuiquam homini vago, aut quæstuarie artis nomine suspecto, tale testimonium det.

*DE nouis ædificijs in ecclesia construendis, modo & forma ad præscriptum concilij provincialis tertij.*

Id ita omnino seruetur, vt antequàm in ecclesia, cappella, oratoriouè quidquam noui ædificij, ornamentum aut picturæ fiat, illius operis exemplar aut delineatio nobis primùm scripto probata, in vrbe Visitatori, & in diœcesi Vicario foraneo exhibeatur; vt de eius consilio, initio operis, progressu, & fine agatur, & præstetur omnino ad præscriptam formam.

Qui secus fecerit, omni iure compellatur ad eadem sumptu suo reficienda, in quibus deliquerit.

*DE ecclesijs extrinsecus pingendis, de parietibus exterioribus, earumq. frontispicio ad præscriptum instructionum.*

Qua omni in re seruetur, vt parietes, qui à tergo, & vtroque latere sunt, nō imaginibus, sed rubro colore pingantur: frontispicium autem pictura decenti & sacra, illustriq. ornatu profacultatibus condecoretur.

Nihil verò profani in vlla parietum parte affigatur,

*De pingenda, sculpendauè in superiori parte ostij maioris singularum ecclesiarum, præsertim parochialium, imagine beatæ Mariæ Virginis, & sancti sanctæuè cuius nomine ecclesia nuncupatur.*

*De claudendis oratorijs campestribus.*

Id præstetur, vt vnus cuiusque oratorii aut ecclesiæ campestris nemini iam in curam traditæ instaurationibus fabricisue duos pluresue pios homines Vicarius foraneus quindecim dierum spatio præficiat.

Si verò quidquid eleemosinæ collegerint, quid quid impense fecerint, in librum rectè referat: administratæq. huius curæ rationem sæpenuerò eidem reddant.

*De pilis struilibus in vijs publicis, cruce aut sacra imagine exstruendis, conseruandis, & vbi colapse sunt, restituendis reficiendisue.*

Fenestræ vnus cuiusque ecclesiæ, & oratorii retibus ferreis, aut vbi præ inopia non potest, iudicio Visitatoris, retibus funeis ceratis, quatuor mensium spatio muniantur, quoad æreis muniti poterunt.

*De præscriptis in sacra imagine pingenda, aut sculpenda, non solum à pictoribus & sculprores, sed etiã ab omni rectore ecclesiarum seruandis.*

Id ita præstetur, vt pictores & sculprores delineationem & formam sacre imaginis in papyro saltè expressam, nobis, aut deputatis nostris ostendant: nec verò illam pingere aut scul-

Quæ ad loca sacra. Tit. de iis quæ pert. ad ord. §. Ne in eccl. pa. 101.

Instruc. fabr. l. i. c. 3.

Prou. 4. de sac. loc. §. In vnus cuiusque. pag. 123.

Prou. 4. tit. de Orator. §. Valuis. pag. 129.

Ibid. §. Pilæ.

Prou. 4. de sac. imag. §. Pictoribus. & §. Recto ribus. pag. 118.

pere

pere aggrediantur, nisi primùm approbationis facultate literis tradita.

Seruent præterea regulas, quæ iussu nostro edentur: alioqui rectores ecclesiarum nisi probatam ne admittant; nec verò in suis ecclesijs eos pingere villo modo patiantur.

Ecclesiarum, campanarum, aliarum item rerū in suo vicariatu consecrandarum indicem Vicarius foraneus vnusquisque nobis, Cancellario uè nostro tempore Synodi deferat, vt opportune in visitatione, aliàsue consecrentur.

Sacris indumentis & locis, ne insignia stemmata uè familiarum, aliaq. profana appingantur, contexantur, aut sculpantur.

Quæ verò contexta, apposita, pictaq. septem ab hinc annis sunt, ea duorum mensium spatio amoueantur; ijs tantummodo exceptis, quæ in sepulcrorum operimentis insculpta sunt, si modò non emineant.

Insignia familiarum, quæ in funere ad parietes ecclesiæ adhibentur, ita affigantur, vt exequijs de more absolutis, absq. parietum detrimento aut deturpatione facile tollantur.

*De sedilibus priuatis singulorum hominum, etiam quæ ad præscriptum confecta sunt, ab ecclesia tollendis, & præterea de cõmunibus conficiendis.*

Id impensis vel vniuersitatum, vel piarum scholarum præstari poterit.

De cancellis aut clathris, de baptisterio, de altaribus, & de alijs id generis ex formula præscripta exstruedis, nusquam censeatur quidquam contra permissum, quàm decretis visitationis apostolicæ & nostris constitutum est; nisi aliter concessum esse ostenderit ex literis facultatis concessæ.

Vbi ad tempus baptisteria quæ ad formam præscriptam non omnino exstructa sunt, etiã scripto permittuntur, habeant ex visitationis apostolicæ decreto conopœum saltem, & alia quæ necessariò requiruntur.

NE ecclesiæ supellex, & indumenta, quæ ad præscriptam formam libri instructionum confecta non sunt, comparantur, sacra uè prece benedicantur: nec verò quæ comparata sunt, si cum præscripta ratione & forma non congruunt, ad vsum ecclesiæ adhibeantur; pœna ea proposita, vt eorum indumentorum supellectilem à præscripto modo diuersam qui confecerit, sumptu suo præstet ad præscriptam formam; & alia præterea multa grauiori afficiatur arbitrio Vicarij foranei, & Visitatoris.

Indumentorum sacrorum armaria, quatuor mensium spatio ad summum ex præscripta instructionum forma conficiantur, ad vsum parochialium ecclesiarum, etiam si quæ sint, quæ nullam sacramentam habeant.

Sacræ vestes, indumenta, omnisq. sacra supellex, ne in priuatis ædibus, ac ne in illis quidè, quæ sunt rectorum ecclesiarum villo modo asseruentur: vbi verò necessitas aliter fieri coegerit, id ex facultate scripta ad tempus à Visitatore impetrata, fiat licet; ita tamen, vt in armario

decenti, & loco (si melius non potest) cancellis saltem distincto, & à domestico vsu separato asseruentur.

Ne sacræ reliquiæ, olea sacra in armario sacrorum vestium contra concilij provincialis quati decretum asseruentur, sed in ipsis ecclesijs omnino recondantur, in fenestella ad præscriptum confecta.

Quibus autem in ecclesijs cappellæ maiores nondum ædificatæ sunt, aut breui ad præscriptum congruentioris formæ instauratione erūt; fenestella interim loco decenti, in qua reliquiæ sacre recondantur, & altera, vbi sacrum oleum infirmorum asseruetur, de Visitatoris sententia & consilio duorum mensium spatio ædificetur. Reliqua autem sacra olea in ciborio baptisterij custodiantur.

Supellex rerum infra ordine descriptarum, vnus mensis, duorum uè ad summum spatio, in vnaquaq. ecclesia parochiali à rectoribus, & ab alijs quorum interest, comparetur.

Qui præscripto tempore id non præstiterit, mulctetur arbitrio Visitatoris, & Vicarij foranei.

Supellex hæc est.

Alperforium ad præscriptum instructionum. Clauis inauratæ tabernaculi sanctissimi Sacramenti cum serica cordula.

Vascula sacrorum oleorum ex formula præscripta, etiam ad vsum ecclesiarum plebanarū. Tabellæ secretorum cum coronicibus ad præscriptum instructionum.

Signacula serica ad vsum Missalium. Signacula item serica ad vsum breuiarij.

Vela calicum.

Tela stragula altarum colore viridi ad præscriptum instructionum.

Panni ad vsum baptizandi ad earundem præscriptum.

Vrceoli & eorum peluiculae ex præscripto item.

Instrumentum ferreum ad vsum conficiendi hostias.

Cotila cum plumbo ad vsum hostiarum confectarum.

Telare corporalium, vt à sacerdotibus ea dealbentur, & aptentur.

Conopœum, & alia omnia ex præscripto visitationis apostolicæ, quæ ad baptisterium pertinent; & illa item quæ ad tempus permittuntur.

Vasa purificationis cum ansis ad vsum infirmorum: & theca item coriacea.

Thuribulum more Ambrosiano ex præscripto instructionum.

Telare altarium.

Confessionale.

Tabellæ ad vsum confessionalium.

Tabellæ ad vsum altarium.

Tabellæ in sacristijs ad præscriptum instructionum.

Suggestus ex præscripto item.

Sacrarium etiam aliud extra cappellam baptisterij.

Fe-

Lib. infr.

Prou. 4. de ornatu. fa. loc. §. Vt & pag. 126.

Quæ ad supellectilem eccles.

Fenestellæ vrcolorum ex præscripto instructionum.

Omnes autem & singuli quorum interest, se hæc omnia & singula præstitisse nobis testatum faciant literis subscriptione Vicarij foranei signatis: qui vnusquisq; vel diligentiam vel negligentiam in hoc genere ad nos deferat.

Pro. 5. de eccl. De regulis & instructionibus nitore & munditie ecclesiarum, altarium, sacrorum locorum, & suæ pellestilis ecclesiasticæ. §. Vt in omni. pag. 275.

Quæ regulæ in hac vndecima Synodo promulgatæ in lucem cum edentur, ab vniuersis & singulis quorum interest, in executionis vsum inducantur diligenter.

Vñs olei oliuarum commendatus ad lumen lampadum in ecclesijs, vbi fieri potest, retineatur omnino, & ad consuetudinem inducatur in omni ecclesia.

Quæ ad modum versandi in ecclesijs. Prou. 3. de cul. eccl. §. Grauius. pag. 101. Pro. 6. §. Quod de velo. tit. quæ ad process. pag. 309.

PRIMA Dominica, quæ dicitur in albis depositis, post resurrectionem Domini, id publicè generatimq; mulieres moneantur, vt in ecclesia, & in processionibus velato capite sint, sub pœna interdicti, ex præscripto edicti nostri.

Id exequatur Vicarius foraneus, aliusque, cui potestatem delegauerimus: ita ut si qua mulier contrafecerit, ecclesiæ ingressu illam interdicit, & denunciât, ad præscriptum formulæ tradita.

Pannus, quem mulieres ad velandum caput in ecclesia adhibent; non tenuis, sed densus; nõ à fronte reuulsus, nec omnino amouibilis; sed acu transfixo, aliouè opere firmiter capiti hæreat, & capillaturam omnem tegens, etiam à fronte demissus pendeat.

Alioquin sacris canonibus, & decretis conciliorum satisfacere ne censeantur: quinimmo parochi, & alij qui debent, in eas, postquam generatim monita erunt, interdicto, & alijs pœnis ad præscriptum agant.

Ruri diebus non festis mulieres summo manè ad opus in agros ituræ, & vesperi domum redeuntes, panno lineo partim complicato, & partim à tergo reuincto, caput velatum habentes, in ecclesia admittantur licet; aliàs verò si capite velato in ecclesia ad præscriptum non erunt, pœnis ex Concilijs & edictis plectantur.

Mares, si cappa, aliaue superiori veste pro ratione eorum status induti non erunt, in ecclesia ad sacramenta, aut etiam ad audienda diuina ne admittantur: Operarijs tamen summo manè ad opera exeuntibus, missæ in aurora, & causa precandi ad breue tempus diebus non festis, etiam sine pallio in ecclesia esse liceat.

In eadem Dominica edictum de recta in ecclesia conuersatione promulgetur.

Qui in eo deliquerit, contra eum Vicarius foraneus, & alius quicumq; à nobis facultatem habet, agat ad præscriptum formulæ.

Quæ ad cœmeteria. Prou. 4. de cœmit. pag. 125.

De cœmeterijs omnino claudendis.

Quæ cœmeteria, si à fronte ecclesiæ sunt, sepiantur parietibus altis cub. 3. unc. 8. ne illius aspectus impediatur: si verò à latere ecclesiæ, pa-

rietes eorum altiores sint, vt prospectus è via publica tollatur.

Quamobrem quæ cœmeteria spatio temporis quod Visitator præscripserit (non longius tamen sex mēibus) post editionem horum monitorũ, non ita septa & clausa erunt; in ijs non sepeliatur, nec verò in eorum ecclesijs etiam regularibus: idq; tamdiu, quoad de ijs præstitum non sit, quod hoc decreto cauemus.

De arboribus à cœmeterio tollendis, & de reliquorum cultu ac nitore.

Prou. 4. de orn. Sacr. loc. §. ex cœm. pag. 126.

Id ita præstetur: vt si mensis spatio post horum monitorum editionem, omnia arborum, stirpium, arbustorumque genera ab ijs non conuelantur; ecclesia, cui eiusmodi cœmeteria coniuncta sunt, tamdiu interdicta censeatur, quoad præstitum sit omnino, quod præstari mandamus.

De sepulcris ad formæ præscriptum exædificandis.

Quæ ad sepulcra. Prou. 4. de sepulcr. pag. 124.

Id vt in executionem inducatur, rectoribus ecclesiarum multam decem nummũ aureorum constituimus, ne in suis ecclesijs ea sine scripta nostra facultate extrui patiantur: qua cauendum censemus, vt exhibita prius forma, magnitudineq; ecclesiæ, locus certus statuatur ad sepulcri structuram: ea verò facultas ita concessa, Vicario foraneo ostendatur; sine cuius cõsilio & consultatione nihil quidquam in illius operis initio, progressu, & fine fiat.

Is verò curabit, vt omnia præstetur ex præscripto facultatis concessæ.

De canonicorum, & parochorum, & aliorum ecclesiasticorum hominum sepulcro.

Prou. 5. Quæ ad diu. off. §. Hoc ipsum. pag. 273. Tit. de sepulcr. pag. 124.

Id seruetur, vt extra chorum, & cappellam maiorem omnino sit, ad præscriptum concilij prouincialis quarti, & instructionum fabricæ. Id autem in Metropolitana nostra ecclesia anni spatio præstetur, curantibus fabricæ Præfectis, ad præscriptum formulæ, quam nos comprobauerimus.

De rixis in ecclesia aut cœmeterio non excitandis, neque armis stringendis.

Prou. 4. §. Ne quis. tit. de religio. pag. 127.

Qua ex re cum sæpenumerò ecclesiæ pollutio existat, parochus in cuius ecclesia id admittitur, statim Vicarium criminalem in vrbe, & Vicarium foraneum in diœcesi certiore faciat; vt inquisitione facta opportunè, qui deliquerint, iure plectantur.

M O N I T A

Executionis Decretorum, quæ ad Sacramentalia,

Et Sacramenta pertinent.

VBI contra præscriptum prouincialis quinti, regulares populo candelas benedictas, cineres, & palmas distribuunt (cum parochiale munus sit) Vicarius foraneus obseruet, nobilq; referat, vt remedium adhibeamus.

Quæ ad sacramentalia & sacramenta. tit. q. ad sac. generatim. p. 217.

De facultate exorcizandi energumenos ad præscriptum

Tit. Quæ ad sacramentalia. p. 133. Pr. I. p. 30.

ptum concilij prouincialis quarti.

Sine qua facultate, ne quis etiam regularis minus id obeat; ac ne ecclesiasticus homo huius diœcesis, extra diœcesis nostræ fines id audeat. Sacra Eucharistia, & sacrum item oleum, & alia sacra cum tangenda sunt, præcedat os, subsequatur deinde manuum ablutio: at verò post sanctissimæ Eucharistiæ tractationem, ne purificatorio digiti abstergantur, antequam abluantur.

Vascula sacri chrisimatis, & oleorũ sacrorum, ita bambacio intrinsecus munita sint, vt ne quid sacri olei inde effluere vlllo modo possit, cum circumferuntur.

Vnctio, quæ sacro oleo ad baptismum adhibetur, bambacio abstergetur, lotio autem mappa.

Quæ ad baptismum. Prou. 5. tit. de bap. §. Quoniam. pag. 219. Prou. 6. tit. de bap. §. Parentum. pag. 303. Prou. 5. de bap. §. obstetrices. pag. 220. Prou. 4. de bap. §. Graue. p. 135. Prou. 6. tit. eq. §. Grauiusimo. pag. 303.

De pompa cauenda in baptismo infantum. De die baptismi à parentibus etiam notando. De instructione obstetricum.

Qua in re magna diligentia & cura parochi desideratur.

De cautione infantibus natu minoribus vno anno adhibenda.

Decretũ ab omni parocho sæpenumerò euulgetur. idem de illius declaratione præstetur. Qua in re ab eisdem & peccati & excommunicationis causa proponatur.

Decreto autem de ea cautione satisfieri censeatur, si infantis periculo caueatur cistella ex virgulis confecta, cum non materia sed forma præstetur; præsertim in regionibus montuosis, quæ ex rerum inopia & paupertate laborant.

Quoties parochus ex certa duorum triumue testificatione etiam extra iudicium constat, alioquin eo nomine, quòd præscriptam cautionem ad infantem anniculum in lecto tenendum nõ adhibuerit; ad se præsentibus ijsdem testibus illum accersat: quibus, alijque præsentibus, si illius decreti cautionis violationem confiteatur, illum coram eisdem testibus scripto moneat, dierum quindecim spatio se ab ea culpa & excommunicatione absolutum ostendat; intereaq; ecclesiæ ingressu, & sacramentorum communione abstineat, pœna declarandæ excommunicationis proposita.

Eo autem quindecim dierum spatio confecto, illum excommunicatum decernat, declaret, ac denunciât, ex facultate quæ huius decreti facultate sibi conceditur; si modò Vicarius foraneus, aut Visitator id temporis non prorogauerit, ita tamen vt prorogatio non diuturnior sit octo diebus.

Quæ ad confirmationem.

Qua in ecclesia parochiali confirmationis sacramentum ministratur, parochus schedulas illas à confirmatis traditas diligenter in vnum colligat, & in primis studiosè de industria recognoscat.

Illas autem quæ parochialium suorum sunt, cum singulis patribus familias conferat, vt nomen errorem deleat, qui aliquando incidere potest: errore autem delero si quis inest, confirmatorum nomina in codicem constitu-

tum octo dierum spatio referat ex præscripta formula.

Alijs præterea parochis eodem constituto tempore, parochialium, qui in eorum cura sunt, confirmatorum schedulas tradat, vt eas recognoscat, & conferat item vt supra, libroq; notet ex eadem præscripta formula, & constituto itè ad id faciendum eodè temporis spatio.

De tabernaculo item sanctissimi sacramenti accommodando ad præscriptum concilij prouincialis quarti.

Quæ ad S&ist. Euch. Sacram. Tit. cod. p. 136.

De lampade coram sanctissimo Sacramento. Quæ lampas vt assidue præluceat, inuigilet Visitator, & Vicarius foraneus.

Prou. 1. §. Antè ipsam. pag. 8.

TABERNACULA gestatoria prohibentur, quæcunq; duorum mensium spatio ad præscriptam formam confecta omni ex parte nõ sint: ita vt ne minimum quidem discrepent à modo & forma demonstrata in instructionibus nostris.

De pixide, & sacculo ad vsum deferendi sanctissimi sacramenti in loca difficilia.

Prou. 4. vt sup.

Quæ pixidis sacculusq; mensis spatio paretur, ex forma demonstrata in libro instructionum nostrarum.

Vñs paruuli conopœi, quo pixis obtegatur, planè tollatur; cuius loco velum adhibeatur.

De hostijs ad sacræ Eucharistiæ vsum à laico ferminandis non conficiendis.

Prou. 4. Quæ ad s&ct. Miss. §. Hostias. pag. 151.

Vicarius igitur foraneus curet, vt cura conficiendi hostias clericalis ordinis homini committatur: & verò si commodè fieri potest, in omni parochiali, aut saltem in vnaquaq; plebana ecclesia & collegiata id ipsum præstetur: ferreaq; instrumenta ad eum vsum comparentur, etiam pecunia multatarum, si quando commodè comparari alia ratione non poterunt.

Imago sacra crucifixi, & non alia, in hostijs maioribus, & imago pietatis in particulis imprimatur; nec hostijs & particulis incongruè incisis, non seruata delineatione harum sacramentorum imaginum in eis expressa, cuiquam Sacerdoti vti liceat.

Cotylæ & vasa ad asseruandas hostias, argentea, æburnea, stamneauè, vel saltem olsea desiderantur: quòd si lignea erunt, panno serico, lineouè decorè intus vestiantur.

Integumentum verò plumbeum, panno serico, vel lineo decorè obuolutum, ad easdem hostias comprimendas in eisdem cutilis adhibeatur.

Hostiæ vigesimo quoq; die renouentur, vel nouæ comparentur, nec quæ antiquiores sunt, vsui esse possint.

Instrumentum ferreum formam rotundâ imprimens, ad excidendas ad amicum forma rotunda hostias & particulas comparetur.

Cribrum item è retibus confectum, ad expurgandas particulas à fragmentis antequam consecrentur, in vnaquaq; Ecclesia adsit.

Ad corporalia autem abluenda, & vligine triticea, quam amicum vocant, illustranda, & decorè

corè componenda , primo quoq. tempore in-  
basilica nostra Metropolitana , atque in vna-  
quaque collegiata ecclesia clericalis ordinis  
homines instruantur : vbi autem primùm ea  
lauari cõtigerit, id à subdiaconis vniuscuiusq.  
ecclesie præstetur.

Ne hostiæ magnæ, siue consecratæ, site non  
consecratæ, ad vsum communionis populi frã-  
gantur, nisi ob vtgentem necessitatem; sed or-  
biculatæ parentur.

Pr. 4. de Euch. S. Quinque. pa. 136. De sanctissima Eucharistia octauo quoq. die reno-  
uanda.

Qua in re parochus & animarum curator dili-  
gentior sit, atque adeò præstet, quod in sacra-  
mentali libro demonstratur.

Cùm sanctissimum Sacramentum in hostia  
maiori est renouandum, hæc ratio seruetur: vt  
in Missa duæ aliæ maiores consecrentur; qua-  
rum altera à consecrante sacerdote sumatur,  
altera verò seruetur.

Quòd si hostia consecrata vterius asseruanda  
non erit, sacerdos ipse cùm celebrat, eam su-  
mat in Missa, nec eam populo sumendam vn-  
quam tradat.

Ibidem. S. Ora- tio. pag. 137. Sanctissima Eucharistia, ne quavis causa, sed pu-  
blica tantummodò, eaq. graui, exponatur, ser-  
uatis omnino regulis præscriptis.

Prou. 6. tit. Que ad dia. S. Feria. pag. 308. De custodia loci, vbi feria quinta in parasceue sa-  
cra Eucharistia reconditur, à Sacerdote, alionè  
sacris initiato præstanda.

In omni parochiali ecclesia singulis mensibus  
processio sanctissimi sacramenti stata Domini-  
ca tertia agatur: in Missa præterea saltem il-  
lius commemoratio fiat.

Pro. 4. de Euch. S. Quo autem. pag. 139. Vnusquisq. parochus die Dominico, qui solè-  
nitatem sanctissimi Corporis Domini præce-  
dit, ad confessionem & communionem sacram  
sumendam, aliaq. in ea celebritate ei usq. octa-  
uis præstanda, parochiales suos cohortetur, pa-  
terneq. præmoneat.

Prou. 6. tit. de indulgent. S. Idem præstetur pag. 301. De indulgentia promulganda, ijs concessa qui vbi-  
cunq. fuerint, signo dato eleuationis Corporis  
Domini, piè orauerint.

Pr. 1. tit. cod. S. Adolescentib. pag. 8. De præparatione primò communicantium seruen-  
tur hæc, vt infra.

Parochi præter diligentiam, quam in hoc offi-  
cio in scholis item doctrinæ christianæ pone-  
re debent, singulis mensibus semel certa con-  
stituta die, pueros qui annos nouem attingūt,  
ad ecclesiam euocent, sigillatimq. ad rectam  
confitendi rationem instruant regulis in sacra-  
mentali libro traditis: illos autem qui decen-  
nium attigerint, hebdomadæ septuagesimæ ini-  
tio accertant, & sigillatim instruant atque eru-  
diant ad cognitionem; cultumq. sanctissimi sa-  
cramenti Eucharistiæ: doceantq. quàm humi-  
liter, & religiosè, reuerentèq. ad eam sumen-  
dam accedant, ex regulis item præscriptis eiuf-  
dem libri sacramentalis.

Idem doceant parochi, & alij vniuersè, etiam

cùm in scholis doctrinæ christianæ aliquando  
concionem habent.

Cùm de pueris deliberatur, qui ad sacram cõ-  
munionem accedūt, parochus quidem perqui-  
rat etiam à parentibus, de eorum pietate, & in-  
genij præstantia, vsuq. rationis.

Eorum, qui primò sacram communionem su-  
mēt, nomina parochus in vrbe nobis antè qua-  
dragesimæ tempus mittat aut afferat: in dice-  
cesi autem Vicarijs foraneis.

Qui primò ad sacram communionē accedunt,  
de manu parochi sui sumere studeant: si verò  
visitationis occasio, aliaue tulerit, vt à nobis su-  
mere possint, paterna charitate illis ministrabi-  
mus, quicunq. parochi testimonio idonei erunt,  
quibus ministremus.

Cùm autem primò accedunt, testificationem  
scriptam ab eodem parochus habeant, quam cle-  
rico ministrorū ante tradant, quàm sacram cõ-  
munionem sumant.

De sacra communionē paschali tempore sumenda in ea parochiali ecclesia, in cuius finibus maio-  
rem anni partem vnusquisq. manserit; alioqui  
ecclesie præcepto idem satisfecisse nõ censetur.

Cui decreto hæc præterea cautio adhibeatur;  
ne cuiquam eadem proposita pœna alibi com-  
munionem sacram accipere liceat, etiam con-  
cessu permittuq. parochi, nisi id scripto nos  
probauerimus.

Cuius decreti cautionem quotannis ineunte  
quadragesima ab omni parochus euulgari man-  
damus.

Quicunq. verò familiam vno loco habet, ipse  
autem alibi maiorem anni partem fortalsè mo-  
ratur; sacra Eucharistiam in ecclesia parochia-  
li sumat, intrà cuius limites familia domiciliū  
habet.

De testimonio sumptæ paschali tempore sacrae com-  
munionis, ab ijs afferendo qui abfuerint.

Quod ab omnibus, & ab ijs etiam, qui ad ex-  
teras prouincias & nationes mercaturæ artiu-  
uè causa proficiscuntur, vt inuiolatè seruetur,  
parochus curet atque efficiat.

De eodem testimonio ab illis afferendo, qui sex men-  
ses in diocesi totidemq. in vrbe, alionè loco man-  
serunt.

De communionē peregrinorum.

Qua in re parochus seruet, vt eorum nomina,  
cognomina, patriam, domiciliuè locum in li-  
bro certo scribat, quem rectè asseruet.

De communionē mendicorum & vagantium in pa-  
schali tempore.

Ad huius decreti executionem parochus eam  
diligentiam adhibeat; vt de istiusmodi vagis  
& mendicis hominibus, ab hospitibus alijstue  
quouis modo hospitium exercentibus perqui-  
rat, omniq. alia ratione inuestiget, vt eorum  
nomina antequàm hebdomada in authentica  
aduentet, nobis afferat: sicq. exequamur, vt illi  
ex decreto prouinciali sacram communionem  
eo paschali tempore in basilica Metropolita-  
na sumant.

De

Pr. 2. tit. 1. dec. 13. pag. 63. De ijs qui paschali tempore sacram communionem  
non sumpserint, monendis, interdendis, & de-  
nunciandis.

Qua in re parochus hoc præstet, vt quotannis  
die Dominico resurrectionis Domini, & sacris  
duabus ferijs proximè sequentibus populum  
publicè moneat, vt qui eo sacro tempore com-  
munionem non sumpserunt, intrà octauas pa-  
schæ sumant, pœna interdicti proposita: qui  
verò eo tempore exacto non paruerint, eos die  
Dominico octauas proximè sequenti publi-  
cè interdictos denunciaret ex præscripta for-  
ma.

Liceat tamen ipsi parochus in alios etiam octo  
dies, vel ex facultate Vicarii foranei in diocesi,  
& Visitatoris in vrbe, in dies item quindecim  
post octauas resurrectionis Domini illud tem-  
pus ob causam differre prorogare; sin autem  
ob grauissimam causam cuiquam longius  
tempus constituendum censuerit, id per literas  
nobis significet, vt maturè, & salutariter de eo  
deliberemus.

Pr. 6. tit. de pœnit. S. Episcopi. pag. 304. De reuocandis item à sacra communionē, & inter-  
dicendis ijs, qui peccandi occasiones publicas nõ  
præcidunt, etiam si emendatæ vitæ testimonium  
à confessario afferant.

Parochus autem, & interdictorum hominum,  
& eorum etiam, si quibus fortalsè propter  
maius illorum spirituale adiumentum sacram  
communionem ministrare ad tempus distulerit,  
indicem nobis octo post octauas Resur-  
rectionis Domini diebus si in vrbe est, si verò  
in diocesi quindecim dierum spatio mittat,  
proposita ei mulcta aureorum nummum qua-  
tuor.

Pr. 5. de Euch. S. Parochus. pag. 221. De apparatus in adibus ægroti adhibendo, cùm san-  
ctissima Eucharistia ad eum defertur.

De cereo à singulis patribus familias parando, ad  
sacra Eucharistiæ comitandæ usum.

Clericus, cùm æger non potest, Confiteor re-  
citet.

In ecclesia aut oratorio scholæ confratriæ si  
quando sacra communiõ ministratur, is ritus  
itidem seruetur, vt intrà Missarum solemniam  
ministratur.

Si quæ verò fragmenta particularum consecra-  
tarum supererunt, à sacerdote qui ministrarit,  
antè purificationem omni sancta reuerentia  
diligentissimè sumantur.

Quòd si particula, præter eas quas sumpserit,  
etiam aliqua supersunt, processionis ordine,  
hominibus confratriæ comitantibus, ad eccle-  
siam parochialem, intrà cuius fines oratorium  
est, sanctè ferat, vbi in tabernaculo asser-  
uet.

Quæ ad pœnit. sacr. Pr. 4. de pœnit. pag. 139. DE Confessionalibus etiam quampluribus, de ta-  
bellis diuersis eorum vniciq. assignandis.

Qua in re illud præstetur, vt in singulis paro-  
chialibus ecclesijs confessionalia duo ad mini-  
mum sint; & verò plura, vbi portiones iudem  
quamplures, ad præscriptum visitationis Apo-  
stolica.

Infra 3. par. A. Et.

Atque id mensium duorum spatio in executio-  
nem omnino inducatur; nisi quibusdam pau-  
peritate laborantibus alios etiam menses duos  
Visitator Vicariuè generalis prorogarit.

Quæ autem confessionalia præscriptæ formu-  
læ non respondent, constituto eo ipso tempo-  
re reconcinentur: ab omnibusq. ostiola amo-  
ueantur.

Quæ verò cancellis vti voluerit, pateant illi om-  
nino, dum pœnitentis confessionem confessa-  
rius audit.

In singulis porrò ijs plebibus confessionalia ge-  
storia aliquot confessionis audiendæ causa  
in vnaquaque ecclesia parochiali parentur,  
cùm in eam vel ob visitationem vel ob a-  
liam celebritatem fidelium concursus frequen-  
tior sit.

Visitator in vrbe, & Vicarius foraneus in dice-  
cesi id sedulo curet, vt confessionalia loco de-  
centi & aperto etiam in regularium ecclesijs  
collocentur.

De tabella confessoriorum sacrifiæ valuis affi-  
genda.

Quod etiam à regularibus præstari curet Vi-  
sitor in vrbe, & in diocesi Vicarius fora-  
neus: qui etiam ineunte mense Nouembri &  
Maio, nobis per literas de confessorijs regu-  
laribus monasteriorum suæ regionis signi-  
ficet.

Confessario qui cuiuscunq. criminis, etiã mini-  
mi, socius particepsue vilo modo fuit, munere  
interdictum sit confessionis eorum audiendæ,  
quos illius socios habuerit.

Idem de illis item abfoluendis sancitum sit.

Si quam verò auctoritatem iurisdictionemq.  
habet, ea ne abutatur, illum priuamus, quod ad  
hanc causam culpamq. attinet: nec verò abso-  
lutio, si quam impartierit, vllius roboris sit;  
sed irrita planè ac rescissa nullaq. omnino, tan-  
quàm ab eo impartita, qui iurisdictionis & fa-  
cultatis expertus est.

Et verò si quis confessorius culpæ socius parti-  
cipeusue aliquid contra ausus erit, excommuni-  
cationis sententiam statim subeat: cuius vincu-  
lo irretitus, ab alio sacerdote nisi à nobis ab-  
solui non possit.

Ne quis parochus confessionem audiat homi-  
num alienæ parochiæ, nisi à nobis, vicariouè  
generali nostro scriptam huius rei facultatem  
generatim aut sigillatim habeat.

Aduenas autem & peregrinos, quos intrà paro-  
chiæ suæ fines breui tempore in diocesi mora-  
ri contigerit, audire liceat, etiam tempore pa-  
schali; nisi fortalsè de industria eò accesserint,  
ne in parochiali ecclesia sacramenta sumant.

At verò parochus basilicæ Metropolitanæ ad  
præscriptum concilij prouincialis secundi sa-  
cramenta illis ministret.

Quod in nostris sacramenti pœnitentiæ instru-  
ctionum additionibus cautum est, vt tempore  
paschali parochi aliorum parochorum mini-  
sterio

Pr. 4. de pœnit. S. Sacerdotum. pag. 140.

Tit. 1. dec. 12. pag. 62.

Infra in 4. part. A. S. orum.

M m sterio



sterio ad confessiones parochialium suorum audiendas ut possint; id de parochis tantum modo intelligi declaramus, quibus extra parochia propria fines ad audiendas confessiones probatis, scripta facultas data est.

Quare unusquisque Visitator parochorum suorum delectum habeat, quos ad audiendam confessionem fidelium extra parochiam suam de gentium de priorum parochorum facultate audire contingit: & quos delegerit, eorum nomina nobis significet, ut scripta facultas & probatio illis a nobis detur.

De confessionibus parochialium parochia vacantis, aut derelictae, aut adiumento egentis audiendis.

Id a paroco, cui illorum confessiones audiendi Vicarius generalis vel foraneus potestatem fecerit, ita seruetur; ut si eam facultatem Vicarius foraneus dederit ex auctoritate sibi a nobis per literas concessa, ne diutius duobus mensibus suffragetur, contra praescriptum facultatis a nobis permissae.

Parochus unusquisque in vrbe parochiales suos generatim ineunte quadragesima hoc moneat, ut cum ipse multis occupationibus eo tempore distineatur, quicumque alius confessarius Sacerdotibus approbatus quos maluerint, confite ri velint, eos ad confitendum adeant, & confessionis testimonium scriptum ante hebdomadam sanctam ipsi paroco tradant.

In diocesi autem & generatim & sigillatim parochus se facilem praebet, in consentiendo parochialibus suis, de quibus nulla sit suspicio, eos medicinae vitandae causa parochi iudicium subterfugere, ut ad alios confessarios a nobis testimonio scripto probatos se conferant, qui peccatorum suorum confessionem audiant.

Immo vero eam facultatem sponte sigillatim offerre debet, ijs qui lites, controuersias, dissensionesue secum exercuerint, exercentue, de ijs praesertim rebus, quae ad munus spirituale parochialis curae non attinent.

Qua in re si parochus defuerit, tunc ijs Vicarius foraneus facultatem concedat licet, ut alios confessarios adire possint.

Verum ne idem Vicarius foraneus & parochus generatim consentiat, eos a quo maluerint confessario audiri, sed ab eo quem ipse, vel parochus, vel Vicarius maluerit; vel ab illo, quem ex pluribus pijs & peritis ab eodem paroco & Vicario propositis, penitens ipse sibi delegerit.

Pr. 6. de poenit. S. Episcopi. pa. 304. De diligenti opera adhibenda cum ijs, qui peccatorum laqueis publicè aut turpissimè peccandi occasione impliciti sunt, id accuratissimè praestetur.

Quare ineunte quadragesima istiusmodi hominum, & difficultatum praeterea aliarum spiritualium, quibus parochus in sua parochia impeditur, indicem nobis ipse deferat; diocesanus autem parochus Vicario foraneo: qui om-

ni pio officio in id incumbat, ut quae concilio prouinciali sexto tota ea de re praescripta sunt, executionem habeant.

Si quid autem erit, quod auctoritatem operamque nostram desiderare videatur, nos prout opus erit idem Vicarius consulat, ut praesens opportunumque remedium adhibeamus.

De libro, indice penitentium a parochis, & alijs confessarijs tempore paschae conficiendo. Pr. 4. de poenit. S. Ultimo. pag. 140.

Id Visitator, & Vicarius foraneus praestari curet ab omnibus, praesertimque a regularibus, proposita item poena suspensionis a munere audiendae confessionis.

De quatuor capitum doctrinae christiana recitatione. Pr. 6. de poenit. S. Quo faciliorem. pag. 305.

Quod ad eos attinet, quos illa scire certum & exploratum est, parochis, & confessarijs etiam regularibus, quibus expedire videbitur, facultatem concedemus, qua illam recitationem remittant ijs, qui paschali tempore (si regularibus confitentur) illa capita paroco, ante vel post confessionem semel recitarint; & ita satisfecisse censeantur, etiam si eodem tempore paschali crebrius confiteantur.

Ex facultate etiam quam concedemus, ea recitatio illis qui in anno crebrius confitentur, in scholisque doctrinae christianae frequentes sunt, remittatur licet; ita tamen, ut ante confessionem statim saltem quater in anno illa recitent audiente paroco: alia autem semper ipsi secretò pronuncient.

Quod vero ad alios pertinet, decretum concilij prouincialis quinti, seruetur omnino. Tit. quae ad pd. & doct. christ. S. Ad salutem. pag. 211.

Regularibus autem, qui huius recitationis saluum testimonium dederint, cum penitentes, quorum confessionem audierint, re vera eam non praestiterint; poena, quam ipso facto subeant, suspensionis a munere audiendae confessionis constituitur.

Nec vero confessarius tam regularis quam saecularis, etiam cum testimonium confessionis datum penitenti non est, sine scripta nostra facultate cuiusquam confessionem audiat, nisi ille primum ea capita recitarit.

Qua de re Visitator in vrbe, & Vicarius foraneus in diocesi studiosè inquirat.

Si quem autem in hoc negligentem, aut contumacem compererit, eius nomen statim nobis deferat, ut contra eum agatur poena suspensionis a munere audiendae confessionis, & alijs etiam poenis arbitrato nostro.

Qui autem ea capita ignorat, si modo quantum in se fuit, accuratè praestitit, quod sibi de illis ediscendis praecipuum fuit; ei talem recitationem remittat licet Vicarius foraneus, ex praescripto concilij prouincialis quinti, & ex facultate nostra scripta sibi concessa: ita tamen ut ille rudis scholas doctrinae christianae frequentet, in eisque perseveret.

Si vero ea capita, vel praesentitate, vel praesentitiae hebetudine, vel alia causa se non possit ediscere dicat, nec verò scholas doctrinae christianae adire velit; neis sine nostra facultate in confessione audiatur. Immo verò si in pascha non confessus, neque sanctissimam communionem sumpserit; ingressu ecclesiae perinde interdicatur, ac si culpa negligentiae sua praescripto matris ecclesiae non paruerit.

Prou. 6. de poenit. pag. 305. S. Quo faciliorem.

ediscere dicat, nec verò scholas doctrinae christianae adire velit; neis sine nostra facultate in confessione audiatur.

Immo verò si in pascha non confessus, neque sanctissimam communionem sumpserit; ingressu ecclesiae perinde interdicatur, ac si culpa negligentiae sua praescripto matris ecclesiae non paruerit.

Quibus autem confessarijs permissum est, eam capitum recitationem penitentibus remittere; ij caueant, ne id condonent illis, quos ea capita rectè scire, memoriterque tenere, certum exploratumque non habuerint.

Aegrotis graui infirmitate laborantibus, aut in mortis articulo constitutis, cum confessarius necesse esse censerit, eorum capitum recitationem remittere poterit.

De sudastris, qui usque adeo audiendi sensu grauius laborant, ut confessarij verba ob interpositam confessionalis tabellam auditione accipere non possint; periculum primum fiat; an remedium satis sit, illos in confessione audiri hora meridiana, aliaue qua nemo ferè quifquam in ecclesia est, proindeque. Sacerdos cum illis alius colloqui possit.

Si verò ne hoc quidem satis sit, iudicium facti Vicario diocelano committitur: qui si illos aurium sensu ita captos impeditosque, verè iudicet, scriptam facultatem paroco, aliaue confessario a nobis probato permittat licet, qui eos extra confessionale audiat.

Pr. 1. de poenit. S. Salutarem. pag. 10. Pr. 4. tit. eod. S. Medici. pa. 140.

De confessione aegrotorum ad praescriptum constitutionis Pij Quinti, & decretorum prouincialium.

Id ita praestetur, ut qui confessarius aegro sacramentum poenitentiae ministrarit, testimonium scriptum ministratae poenitentiae statim ex illius constitutionis decreto ei det.

Si quid verò impedimenti inciderit, quamobrem tunc confestim dare non possit, tunc saltè antequàm ille ipse dies transeat, det omnino vel ipsi aegro, vel illis qui eius curam habet. Quod si quis parochus, aut alius confessarius saecularis non fecerit, nummis aureis duobus mulctetur: regularis autem suspensionem a munere audiendae confessionis ipso facto subeat arbitrio nostro.

Pr. 4. vtsupr. S. Nec vero.

Vicarijs foraneis in diocesi, & poenitentiario in vrbe facultatem permittimus, qua ob causam infirmis confitendi tempus secundo quoque die (ita tamen ut octo dierum spatium non excedat) prorogent licet.

Rarò tamen hac facultate vtantur, & maxima adhibita moderatione.

Prou. 1. vtsupr.

De officio Medicorum cum aegrotis praestando, ad praescriptum eiusdem constitutionis pontificiae, & decretorum prouincialium.

Id ita obseruetur, ut quicumque medicus ei constitutioni, illisque decretis non paruerit, & ad aegrorum, qui praestitae confessionis testificationem scriptam ei non ostederint, & tradiderint, curationem accesserit: in eum agatur de-

claratione poenarum a Vicario Criminali.

Quam ob causam, de Medico qui contrafecerit, quaestio processus a Vicario foraneo instituitur, & conficiatur; quem deinde statim ad ipsum Vicarium criminalem mittat.

De iureiurando Medicorum praestando pro Pr. 4. vtsupr. obseruatione illius constitutionis.

Id a medicis qui in diocesi sunt, siue etià alium de ad aegros curandos veniunt, Vicario foraneo praestari licebit, ex facultate scripta ei a nobis data.

Pr. 5. de Episcopo. S. Parochus. pag. 282.

De interdictorum, & excommunicatorum nominibus ad Cancellarium Archiepiscopalem a paroco deferendis.

Id ita praestetur, ut si mensis spatium a die denunciationis parochus eorum nomina non detulerit, aureis nummis duobus mulctetur.

Visitator autem in vrbe, & Vicarius foraneus in diocesi, eorundem, qui excommunicati & interdicti in sua regione sunt, nomina mensis spatium ad Cancellarium Archiepiscopalem deferat, & deinceps sapius prout opus erit.

Poenitentiae interdictis iniunctae, quae ante absolutionem loco publico ante ianuae ecclesiam praestandae sunt, ita longè ab ecclesiae foribus praestentur, ut ne qui interdictus est in ecclesia introspectans diuina spectare possit, quasi illis interlit.

Cum autem qui paschali tempore ob negligentiam & culpam non confessi, sacram etiam communionem non sumpserint, interdicti, eo vinculo absoluuntur; istis inter alia poenitentiae salutaris opera id etiam praescribi vtile salutareque erit, ut in singulos menses de peccatis confiteantur.

Pr. 3. tit. de poenit. S. Studet. pag. 93. Pr. 5. eod. tit. S. Quod in conc. pag. 213.

De poenitentia publica, & solemnè imponenda ad praescriptum concilij prouincialis tertij, & quinti.

Id eam executionem habeat, ut si qui tale facinus commiserint, ut poenitentia publica & solemnè satisfacere debeant, eorum nomina parochi mense ante quadragesimae initium ad nos deferant, ut ineunte quadragesima ex instituto ecclesiae ritè ea poenitentia imponatur.

Vicarius foraneus, & alius quiuis Sacerdos, cui ex facultate nostra interdicere licet, regulas seruet commonstratas.

Pr. 4. de poenit. S. Casus. p. 140.

De rerum incertarum restitutione decretum.

Ita declaratur, ut quod ad iudicium faciendum attinet, locum etiam habeat in restitutione rerum; quae casu inuentae, nec furto subtractae, aliaue dolo sublatae, aut alio modo male parte restituendae sunt.

Ad cuius decreti faciliorem executionem hoc praestetur, ut in basilica nostra Metropolitana, & in vnaquaque ecclesia diocesis plebana, certo loco conspicuo & distincto capsa perpetuò constituitur, quae literis grandaeusculis a fronte inscribatur, CAPSA INCERTORVM. ea capsula clauibus duabus inter se diuerso fabri li opere distinctis claudatur; quarum vna apud Cancellarium Archiepiscopalem, altera

apud depositarium auctoritate nostra constitutum asseruetur.

Certis præterea signis eadem capsula ita ab alijs distinguatur, ut ab omnibus etiam rudibus facile dignosci possit: collocetur autem ita commode loco, ut eò tam mares quam fœminæ facile accedant.

Quæ verò in capsula conijci non possunt, apud depositarium custodiantur.

Res verò inuentæ, quæ pecunia non constant, ne in capsula ante reponantur, quam diligenter inuestigatum sit de domino earum rerum, expresscripto instructionis quæ eo nomine edetur. Cum quod inuentum est, verè restituitur; vel si qui inuenit, præ paupertate, aliaue causa restituere non potest, idonea sponcione caueat, se mensium saltem sex spatio restitutum: tunc parochus, alijq. confessorio, quibus scripta facultas data erit, ab huiusmodi casu penitentem absolueri licebit.

Ob paupertatem, vel ob aliam causam, quæ confessorio videbitur, facultatem ei damus, ut nostra auctoritate remittere possit debitam restitutionem rei inuentæ, quæ pluris non valeat viginti solidis.

Depositarius rei inuentæ & conditionem, & venditionem, & restitutionem (si quæ verò vniquam Domino fiet) & erogationem in usum pium describat diligenter, ad præscriptum eiusdem instructionis, & præterea si quid iusu nostro inde deprometur ad usum item piû. Liber præterea rerum incertarum quæ inuentæ sunt, in Cancellaria archiepiscopali conficiatur, & asseruetur: in quo notatis perpetuo ordine diebus mensibusq., & res inuentæ in capsula coniectæ describantur, & quæ item inde depromptæ in usum pium erogatæ sunt.

Cui libro adiunctus sit index, alphabeti ordine in singulas plebes distinctus.

Huius capsulæ institutum, & locus ubi illa constituta est, bis in singulos annos, semel initio aduentus, iterum quadragesimæ principio, in vnaquaq. parochiali ecclesia à parochus denuncietur.

Quæ ad sacr. ord. dimis, & ad clericum. Tit. de Sac. ord. §. Ut ad eccl. p. 141.

**De pueris à parochus in clericali disciplina instituendis, ex visitationis apostolicæ, & concilij provincialis quarti præscripto.**

De quorum puerorum educatione & progressionem, vnusquisq. parochus tertio quoq. mense nobis per literas significet; idem etiam Vicarij foranei congregationis annuaria & Synodi tempore rectè præstent.

De processu, & inuestigationibus eorum qui ordinandi sunt, præstandis, id conficiatur ad præscriptam formam eo de genere traditam: utq. ita seruetur, Vicarij foranei in diœcesi curent.

**De clerico parochiali habendo, & educando ad præscriptum concilij provincialis quarti.**

Id omnino ita præstetur, ut parochus, aliusue, qui clericum habere debet ex decreto, aut iusu particulari, quotiescunq. non habuerit, pro

rata temporis quo illum non habuerit, multetetur, ratione supputata nummum aureorum triginta in singulos annos.

**De clerico in Missa ministrante, ad præscriptum concilij provincialis quarti.** Ibid. §. Quibus etiam.

Quod ut omnino in vrbe præstetur, cura sit visitatoris, ut in Ecclesijs etiã monialium, in oratorijs confratriarum & hospitalium executionem habeat.

Vbi clerici sustentandi onus populo incumbit, ut id præstet, cum eo agatur, vlt. adeò, ut etiã in eius ecclesia Missa & diuina officia non celebrentur, quoad illius sustentationi prouiderit. Vicarius tamen foraneus, ubi inhibitiõ facta non est, per mensem celebrare permittere possit, quoad prouisum erit.

Quod si ob inopiam aliquam populi ratio habenda sit, nobis Vicarius foraneus & Visitator id significet, ut remedium adhibeamus.

Ne puero laico Missa ministrandi facultas ab alio quam à nobis, cum præsentibus aderimus, fiat: quæ ne cuiquam prius detur, quam de eius peritia, vel periculum per examen fiat, vel à Vicario foraneo testimonium detur.

Quod si ante id testimonium & experimentum aliquando cuiquam ea facultas dabitur, ea conditio adscribatur, ne facultate utatur, nisi prius à Vicario foraneo examinetur, & approbetur.

**De facultate, quam obtinere debent Sacrista, clerici, musici, organista, ad præscriptum concilij provincialis quarti.** Ibid. §. Nec vero etiam.

Id præstari mandamus pœna arbitraria à Visitatore, & Vicarijs archiepiscopalibus propofita contra præfectum ecclesiæ, qui tales sine facultate admiserit; & contra illos item, qui tale munus susceperint: qui etiam mercede stipendiouè multentur.

Vicario tamen diœcesano potestatem facimus, ut eam facultatem ad duos menses concedere possit, dum illa à nobis impetretur.

Si quis eorum ministrorum, aut qui alia ratione alicui ecclesiæ adscripti sunt, ab ecclesia, & à præscripta functione munereuè discesserit; id parochus, præfectusue ecclesiæ octo dierum spatio Visitatori in ciuitate, & Vicario foraneo in diœcesi significet; qui de eo ipso per literas dierum quindecim spatio nos certiores faciat.

**De clericis, qui ecclesijs adscripti sunt, & præsertim de eorum functionibus, ac præterea de functionum præstitarum testimonio, quæcunq. concilio provinciali primo, secundo, tertio, & quarto constituta sunt, ea accuratè, diligenterq. præstari curet, & Visitator in vrbe, & Vicarius foraneus in diœcesi, & præfectus item ecclesiæ in qua illi adscripti sunt.**

**De eorum adscriptorũ absentia, et erratis notandis.**

Id ipsum seruetur etiam de sacerdotibus, & alijs quibusuis ecclesiasticis, qui certæ ecclesiæ non adscripti, in propriam tamen ecclesiam conuenire debent, ex decretis provincialibus.

Pro. 1. de funct. min. ord. p. 30. Pr. 2. tit. 1. decr. 24. pag. 64. & tit. 2. dec. 28. p. 69. Pr. 3. tit. de ord. sacr. §. Quod al. tera. pag. 94. Pr. 4. eod. tit. §. Minorum. pag. 146. Pr. 4. de distrib. §. Idem stat. pag. 161. Pro. 2. & 3. vlt. & Syn. diœc. 3. dec. 3. & 4. pag. 348.

De ec-

**Pro. 4. de ord. sacr. §. clericos. pag. 146.** **De ecclesiasticis interdendis munere ordinis suorum, qui sine facultate scripta ab Ecclesia discesserint, cui adscripti sunt.**

Id exequantur & præstent Visitatores, & Vicarij foranei.

**Intra in parte 4. Astorum.** **Denunciationibus faciendis à parochus, & à quouis Ecclesiastico homine, in mutatione domicilij, Ecclesiæ, cappellæ & c. ad præscriptum libri instructionum de statu cleri.**

Qui contrafecerint, ijs pœna sit arbitrio Visitatoris, & Vicarij foranei: quam pœnam uterque diligenter exequat.

**Visitator tam in Vrbe quam in diœcesi statum cleri suæ regionis in singulis annis quater recognoscat: primùm in hebdomada post Epiphaniam: iterum in hebdomada quarta post resurrectionem Domini: Tertio in hebdomada prima mensis Augusti: quarto in vltimis duabus hebdomadis mensis Octobris.**

Qua in omni recognitione experiundo cognoscat, præsertimq. certis examinis rationibus, quem quisq. progressum in studijs habuerit.

**Pro. 1. de cler. vlt. §. Externa. pag. 18. Pr. 2. tit. 2. dec. 31. pag. 70. Pro. 4. de vit. & honest. cler. pag. 170. diœces. 4. dec. 19. pag. 361 §. In vestitu.** **Unusquisq. ecclesiasticus homo vestem interiorem & exteriorem talarem, pro statu, & officij ratione, & præscripto Synodorum provincialium & diœcesanarum semper induat, & gestet.** Non modò in vrbe, sed in loco etiam sinibusue propriæ parochiæ, & in oppidis locisue insignibus saltem, frequentioribusue: cum item ad visitationem, aut congregationes foraneas, ad celebritates dierum festorum, ad funera officiaue mortuorum euocatur.

Pœnam autem multamue luat aurei nummi, quoties deliquerit, alijsque præterea pœnis multetur, pro culpæ grauitate, & personæ ratione, idq. arbitrio Vicarij Generalis, vel Criminalis, vel Visitatorum, vel etiam Vicariorum diœcesanorum.

Liceat tamen Vicario diœcesano ob locorum distantiam aut difficultatem quandoq. potestatem facere induendi vestem viatoriam breviorè loco togæ talaris, cum ad funera aliquis euocatur.

Omnis autem Ecclesiastici ordinis homo, cum iter facit, veste viatoria superiori semper utatur, etiam si pedibus iter habeat, & quocunq. item proficiscatur, eadem pœna delinquenti constituta.

Nemo, etiam in gradu doctorali constitutus, anulum gestet; nisi ecclesiastica dignitate præditus, cui cum dignitas confertur, anulus traditur tanquam illius dignitatis insigne.

Parochus doctoratus gradu ornatus, nõ doctoralem vestem, sed quæ grauissimi & præstantissimi muneris sui propria est, parochiale induat. Si quis contrafecerit, multetur statim anulo quem induit, & ijs vestibus doctoralibus: pœna etiam suspensionis à functione ordinis suorum afficiatur à Vicarijs nostris, etiam foraneis, & alia item eorum arbitrio.

Quod decretum vim roburq. habeat, à die, quo primùm editum erit.

Coadiutores curæ animarum, Curati itè amouibiles, capucium, & vestis superioris latas manicas, quæ sunt propria parochorum insignia, ne deferant: sed habitu pro ratione sui status à Conc. pro. & diœc. præscripto, contenti sint.

**In vestibus color ne alius quam niger adhibeatur.** Prou. 1. & 4.

Vestes etiam domesticæ clericales nigro colore sint omnino, quibus cum aliquis induitur, habeat etiam vestem interiorem saltem demissam infra genua, eamq. itidem nigri coloris.

Tegumenta illa capitis domestica & oblonga, quæ biriola vocant, & pilei item viatorij instar turbini, aut qui sunt alia forma, quam quæ præscripta & probata nobis est, interduntur omnino.

Caligæ item quouis modo turgentes, nauticarum etiam instar, & aliæ cuiusuis generis coriaceæ, vetitæ censentur.

Pallia item, quæ ferraiola vulgò vocant, & vestis denique omnis quocunq. genere, quæ diuersa sit à forma præscripta in concilij tam provincialibus quam diœcesanis, omnia eiusmodi sunt, quæ nemo ecclesiastici ordinis homo induat: alioqui ex canonum sanctionibus plectatur, ac præterea ut infra.

Quicumque in hoc vestitus genere deliquerit, multetur vestibus & indumentis, quæ contra præscriptum induerit, alijsque præterea pœnis plectatur, arbitrio Vicarij Generalis, Criminalis, aut Visitatorum, & Vicariorum etiam diœcesanorum.

Quæ omnia ut planè præstentur ab his vnuerfis & singulis cura diligentior desideratur, in executione decretorum provincialium & diœcesanorum de clericali vestitu.

Ne quis ecclesiasticus in platea, porticu, vicinijs, tabernis, officinisue publicis otiosè subsistat, aut vegetetur; neue ijs publicis locis colloquium sermonemq. habeat, in longiusq. ducat cum laicis, præsertim fœminis, etiam affinis consanguineisue, nisi necessitas postulat.

Ne item post primam noctis horam necessitate non cogente domo exeat: qui contrafecerit, multa ei sit aurei nummi, quoties deliquerit, aliq. præterea pœna pro culpæ ratione.

A domicilij, mensa, confabulationibus, & consuetudine laicorum, præsertim eorum qui suspicione malè agendi non carent, ut omnino abstineant, cura sit diligens Visitatorum in vrbe, & in diœcesi vnusquisq. Vicarij foranei; qui ut ab ista consuetudine clericalis ordinis homines auocent, multas & pœnas illis proponant, quas grauiiores etiam arbitrio nostro pro culpæ modo constituemus.

Ne secum domi fœminas, etiam arctissimo consanguinitatis affinitasue vinculo coniunctas, aut cibi parandi, aut alia domestica officia præstandi causa, aliaue causæ spec. e, etiam si non pernoctabunt, vllus ecclesiastici ordinis homo sine scripta nostra facultate vllò modo habeat, recipiatue.

Qui contra fecerit, aureo nummo multetur, M m 3 quo-

quoties culpam hanc admiserit.

Atqui ea facultas, cum nos Mediolani sumus, à nemine cuiquam permittatur nisi à nobis; ac præterea nisi primùm de statu mulieris Visitator, aut alius cui id curæ dederimus, diligenter perquisierit, testimoniumq. nobis fecerit.

Visitator vnusquisque in vrbe, & Vicarius foraneus in diœcesi, tertio quoq. mense mulieres visitet, quæ cum ecclesiasticis, etiam ex scripta nostra facultate habitant.

De iisdem præterea secretò perquirat: & si quid erit, cui consuli prouideriq. oporteat, si graue est, ad nos referat; si minus, ipse remedium adhibeat, prout opus esse viderit.

Vnusquisq. ecclesiasticus homo, quotannis in synodo diœcesana, quo die scrutinium cleri fit, suas, si quas habet, facultates eiusmodi exhibeat; quibus vel certa in ecclesia Missam celebrare, confessiones audire vel cum laicis habitare, vel mulieres domi habere sibi permillum sit.

Quicumq. non exhibuerit, id ei multæ pœnæq. sit, vt si quam habet, nihil in posterum ipsi suffragetur, ac nummum præterea aureum pendat.

Indicem quoq. librorum, cui manu sua subscriptum sit, rectè distincteq. notatum ostendat, ac tradat.

Clerici etiam singuli ecclesijs adscripti, idem de functionum testimonio præstent, arbitraria pœna constituta.

Testes synodales quarto quoq. mense, de his quæ pro ratione sui muneris debent, ad nos, vicariumuè generalem nostrum, cum absumus, scribant.

Catellos verò canesue ne ecclesiasticus quis alat, neque habeat, pœna constituta nummum aureorum decem.

Nec verò culpam hanc admittat, ne custodiendæ quidem domus causa, nec verò prætextu cohabitationis agnatorum.

Quicumq. præterea regularis aut sæcularis ecclesiasticus cum catellis canibusue ad funera officiaue aliarum celebritatum accesserit, excludatur, nec villo modo admittatur.

Quicumque contumax, & negligens erit, à Vicario foraneo, & Visitatore arbitraria pœna plectatur.

Clericos denique, qui in foro mercatorum Mediolani, vbi nullum planè negotium habent, sed præ curiositate, quæ à vitæ clericalis institutis aliena est, sæpius vagantur, præfecti, & Visitatores nostri vt diligentissime poterunt, et per se, & per alios obseruent.

Quicumque verò semel atque iterum moniti, ab istiusmodi consuetudine non abstinerint; eorum nomina ad Vicarium nostrum Generalem criminalem deferant, vt pœnis multæsiue eorum vitæ clericalis corruptela animaduertatur, & coerceatur.

Ne quis clericalis ordinis homo, qui Mediolani habitat, sine Visitatoris facultate scripta

ab hac vrbe, nec verò diœcesanus à loco vbi manet, absq. Vicarij foranei concessu itidem scripto discedat, cum is alio loco pernoctaturus est.

Quicumq. Sacerdos, aliusue qui beneficium detinet, contrafecerit, aureo nummo mulctetur: alij autem clerici plectantur arbitrio Visitatoris, aut Vicarij diœcesani.

Nec verò quicumque eorum huius absentia facultatem concedat licet, quæ triduo diutius duratura sit.

Die autem festo, ne villo quidem prætextu, parochus, canonicus, aliusue clericus certè ecclesiæ adscriptus diœcesanus Mediolanum veniat, nec eius rei potestatem Vicarius foraneus faciat, aut facta ei suffragetur, sed feriali tantummodo die.

Neque huius absentia profectioisue facultas cuiquam clericalis ordinis homini detur, qui duodecim millia passuum Mediolano distat, nisi semel ad summum in singulas hebdomadas; eaq. conditione, vt in vrbe non pernoctet, nisi ob causam, quæ facultatem concedenti probetur; eademq. in facultatis literis exprimitur.

Is verò ne vnquam eam facultatem concedat, nisi ob causam semel tantum in singulos menses. Quicumq. contra præscriptum à sua clericali statione abfuerit, aureis nummis duobus mulctetur, quoties deliquerit.

Vicario autem foraneo breuis huius absentia facultatem antiquior parochus Vicariatus, aut alius quem huic curæ nos præfecerimus, concedat licet: sine qua facultate à sua residentia abesse pernoctando non possit.

Mediolani ne Sacerdoti diœcesano Missam celebrare liceat, nisi absentia sua facultatem à Vicario foraneo scriptam, & Vicarij Generalis, alteriusue nostri deputati manu signatam ostenderit.

Nec verò quicumque Sacerdos diœcesanus, ad Missæ celebrandæ munus ordinarium, aut ad dierum festorum celebritates, aut ad funera, officiaue mortuorum, absq. Vicarij Generalis facultate scripta recipiatur: alioqui stipendio constituto mulctetur, aliaq. pœna arbitraria: qui verò receperint, eis constituta sit mulctæ, aurei nummi.

*Parochi animarumue curatores, ne breui quidem temporis spatio à sua Ecclesiæ statione parochiali absint ijs temporibus, quibus fidelium confessiones frequentiores esse solent, vt concilio provinciali cautum est.*

Qui contra præscriptum abfuerit, pœna ei sit aureus nummus in singulos dies, quibus sine legitima causa abfuerit, quæ à Visitatore, Vicariouè Generali probetur.

Vicarius foraneus, qui breuis huius absentia facultatem parochi dederit, alium parochum à nobis iam probatum confessionibus audiendis deligat, qui illius absentis vice partes sustineat curæ animarum.

*Canonicus, aliusue chori officijs deninctus, ne diutius*

Titul. de min.  
Ecc. §. Ne mul-  
tis. pag. 27.

*tius triduo abesse possit, sine facultate nostra literis exarata, ad præscriptum concilij provincialis primi.*

*Quod verò de tridui absentia ex præfecti chori facultate constitutum est, id intelligi volumus de facultate, quæ etiam à Visitatore in vrbe, & in diœcesi à Vicario foraneo comprobata sit.*

Vnusquisque Præpositus, & Parochus item, absentiam canonici, cappellani, alteriusue ecclesiastici hominis, qui in Ecclesia præpositurali vel parochiali residentia iure obstrictus tenetur, dierum octo spatio, si in vrbe est Cancellario, si in diœcesi Vicario diœcesano per literas denunciaret: qui Vicarius diœcesanus itidem Cancellario illas denunciationis literas mittat.

Idem de parochis animarumue curatoribus absentibus, & præterea de alijs quibuscunque clericalis ordinis hominibus, qui à diœcesi abfuerint, per Vicarium diœcesanum præstetur.

*De clerico qui mensem saltem abfuerit, præstetur quod præscriptum est concilio provinciali secundo.*

*Quicumque clericus causa studij abfuerit, executionem decretorum provincialium præstet.*

Alioqui pœnam, & mulctam subeat arbitrato nostro.

Nec verò quis clericus physica, aut iuri ciuili operam det, sine facultate sanctæ Sedis Apostolica.

*De Theologis & Scholasticis.* DE Theologis Scholasticisq. in diœcesi nostra constitutendis ea ratio seruetur, vt vbi comode fieri potest, præbenda Theologi & scholastici instituantur.

Scholasticus. Scholasticus præbenda, stipendio vniuersitatis curandum est vt instituat, cū aliqua si opus erit, accessione census, cappellæ, alteriusue emolumenti, cui nullum munus in choro residendi sit coniunctum, præter dies festos; vt ab omni alio munere liber, frequentior in scholis esse possit.

Vicarij igitur foranei cum populis agant de stipendio ei constituendo, vt eorum pueri & adulescentes rectè informantur pietatis moribus, & literis.

Quidquid verò cum illis egerint, aut delibera- rint, ad nos referant.

Idem Visitatores præstent, qui etiam accuratè animaduertant, an cappellania, alioque simili beneficio, aut alia ecclesiastica ratione, scholastici sustentationi adiumentum subministrari possit.

Vbi tamen vna tantummodo præbenda constitui potest, ea scholastico attribuat; qui hoc instituendæ pueritiæ & adolescentiæ munus in populis nostris obeat.

Si verò scholasticus ex scholasticæ suæ institutione Missas celebrare debet; si Sacerdos non est, anni spatio cum ad ætatem peruenerit, sacerdotio initiatur; alioqui ea præbenda statim priuetur: interea autem tanquam substitutus seruiat.

Illius munus erit in primis, omnes pueros & adulescentes, quos nos statuerimus, grammaticam, humaniores literas, & rhetoricam artem, prout eorum ingenij solertia tulerit, docere gratis.

Catechismi præterea compendium, aliaque pias institutiones iudicio nostro diebus præfertim festis explanet.

Et præterea vt maxime fieri poterit, rectè etiam scribere, quod ad characterem attinet, noscat, & doceat, quæ nos ei constituerimus, pro temporum & loci ratione.

*PRÆBENDAM* porrò theologalem eo iure niti volumus, vt illius optandæ locus non detur, ordineq. primarium locum in canonicatibus obtineat: vsque adeo, vt cum is qui illam obtinuerit, ad primam chori sedem post dignitates peruenerit, eo loci consistat perpetuò, etiam si post alios eiusmodi præbendam habuerit.

Sex mensium spatio is theologus diaconatus ordine initiatur: alioqui nisi præstiterit, præbenda ipso iure vacet.

Theologi præcipuum præter cætera munus hoc etiam erit, vt omni die festo sacras literas in ecclesia publicè interpretetur; in ferijs autem hebdomadæ, vbi cleri numerus est, sacram item scripturam, conscientia casuum tractationem, aut catechismi, alteriusue ecclesiasticæ doctrinæ aut disciplinæ lectionem, quam nos præscriperimus, exponat: si verò in ferijs omnibus id præstari non poterit, ter saltem in singulas hebdomadas, prout expedire censuerimus.

Clericos porrò inferiorum ordinum, aut catechismi Romani doctrina, aut alia lectione etiam separatim à reliquo clero sæpius in hebdomada erudiat atque instituat, ex præscripto regularum nostrarum.

Hæc etiam officia mox infra descripta præstet, cum vel à nobis, vel à Vicario foraneo à se præstari iussum erit.

Officio muneriq. definitoris & consultoris casuum conscientia, non solum in Vicariatu vbi domicilium habet, sed etiam in ijs alijs finitimis fungatur, idq. tam in congregatione mensura, quam etiam alio tempore.

Promotoris etiam officium obeat in studijs cleri illius regionis, rei q. literariæ excitandis: quibus in omnibus non discedet à regulis, quas nos constituerimus.

Concionatoris præterea officium aliquando præstet, cum Ecclesiæ Præpositus aliqua necessaria occupatione distinetur: cõciones quoque, & orationes publicas, quas aliquando in frequentiori cleri cõuentu recitari contigerit, conficiat, & habeat: sacras etiam confessiones in ecclesia interdum audiat, cum illius ministrum in eo munere Præpositus requiret.

Quod ad distributiones quotidianas attinet, si quando in residentia sua ecclesia sacra cõfessionem audiet, aut si aberit, re uera occupatus



tus in congregatione mensura, aut necessario itinere impeditus, quod ob eam causam susceperit in definitoris munere officiosè; earum perinde particeps sit, ac si in choro præfens ad esset: alioqui residentia legibus adstrictus sit, vt ceteri, qui chori officiis deuincti sunt.

**Magister cantus.** P R A E B E N D A etiã magistri cantus Ecclesiasticis, vbi comode institui poterit, præsertim in ecclesiis collegiaris insignibus, danda à nobis opera est, vt instituantur.

Omnes igitur Vicarii diocæsani etiam per literas nobis significant ac suggerant, quidquid ea in re dignum duxerint, quod nos delibremus.

Vbi præbenda hæc instituta est, aut in posterum instituetur, eo iure fixa hæreat, vt illius optanda facultatem nemo habeat.

Qui verò eiusdem præbendæ emolumentum habet, id etiam oneris sustineat, vt musicam semel singulis diebus clericis ecclesiæ adscriptos, & pauperes item pueros, adolescentescuè laicos indice nostro descriptos doceat, aliaq. præstet, quæ nos statuemus, prout occasio tulerit.

**Quæ ad studia D E S T V D I O R V M** ratione, doctrina, disciplinaq. clericorum inferioris ordinis, de eorundemq. institutione, qui spem præbent progrediendi in literis, quæcunque concilio provinciali tertio decreta sunt, ea Vicarius diocæsanus, adhibita etiam opera Theologi Vicariatus sui, vbi expedire cõsuerit, præstare multiplici ratione curet: primùm cū parentibus, aliusuè agat, qui eorum clericorum curam habent, vt à ludimagistro, aut ab ecclesiastico viro docto, his literarum initiis instituantur, quibus aditus fiat ad grauiora studia.

Si in eorū patria nemo est qui illos instituat, nec verò ij facultates habeant, quibus sustentari literario studio possint: Vicarius diocæsanus nobiscum agere debet, vt loci pii, vel monasterii, Ecclesiæ, aut cappellæ alicuius sumptu, aut parochi, Sacerdotis uè alterius impensa qui clericum alere debet, sustententur: aut alicui parochi, aliusuè ecclesiastico homini pio & docto in curam tradantur, à quo ipsi clericale munus præstando, & literis & disciplina instituantur ad aliquam studiorum progressionem.

Idem Vicarius diocæsanus nobiscum agat, vt ii pauperes clerici in Seminario Mediolani, aliumuè institutionis locum cooptentur, cum ea victus parte, quam ipsi præ facultatibus ad sustentationem conferre poterunt.

Quamobrem ipse Vicarius quotannis, & in anniuersaria stata cõgregatione, quæ ante septuagesimam agatur, & in altera item ante synodi diocæsani celebritatem, & potissimum prima hebdomada Septembris, quo mense visitatio Seminarii agitur, nobis per literas exponat, de eorum clericorum statu, studiis, & progressionibus.

**Parochus prætereà vnusquisque bis clericis illa dili-**

**gentis charitatis officia præstet, quæ ex Concilio provinciali debet.**

prou. 4. de ord. sacr. 5. Vt ad Eccl. 141.

Clerici denique qui Mediolani sunt, vt frequèntissimè possunt, ad ludimagistros ecclesiasticos se conferant; nec verò vsquam ad laicos, nisi ex facultate nostra sibi literis exarata.

Quò autem commodius quæcunque, & de ratione studiorum, & de parochorū, aliorumq. ecclesiasticorum hominū exercitationibus decreta sunt, perpetuo executionis vsu præstentur: in eam curam Visitatores incumbant, vt cum visitationem obeunt, vnicuique ecclesiastico homini pro ingenii illius industria, intelligentia, & munere, studiorum rationes & exercitationes singularibus decretis præstituât ac præscribant.

Singulis autem, modò vnus, modò alterius probati auctoris liber, aut eius capita aliqua præcipua proponantur, quæ certo tēporis spatio studiosè ac distinctè ipsi legant, & tractēt. Eorum autem deinceps studiorum, quæ cum Visitatore, Vicariouè diocæsano, aut cum eo, quo duce & magistro vtuntur ad doctrinarū cursum, conferre debent, rationem certis temporum interuallis, aut verbis, aut scriptis summatim saltem, certa tamen via & modo referant, vsque adeò, vt in perpetuis exercitationum curriculum illos versari idem Visitator aut Vicarius videat, ac statuât.

Quicumque in hac studiorum ratione negligēs erit, si semel atque adeò iterum monitus diligentem se non præstiterit, eius nomen ad nos deferatur, vt desidæ & negligentia suæ consulatur.

Aliis verò, prout Visitator opus esse viderit, præter illas studiorum exercitationes & collationes, iubeat etiam pœna suspensionis alia uè arbitrato suo proposita, eos certo constituto tempore Mediolanum ad examinatores, quos eo potissimum nomine constituerimus, se conferre: vt doctrinarum, librorumq. quibus ex decreto visitationis studuerint, accuratam diligentemq. rationem iis reddant.

Sicq. & alio etiam modo & industria progressionis eorum in literis non recognoscantur solùm, sed adiuuentur, atque excitentur.

Parochis autē, aliusuè ecclesiasticis, qui ad animarum curam gerendam idonei sunt, aliqua de casibus conscientia summa probati doctoris, vt potè sancti Antonini, & alterius, cuius in hoc studii genere doctrina probata eluceat, proponi & præscribi poterit: è qua summa tractatio aliqua seligatur, verbi gratia de pœnitentia eiusq. partibus, de matrimonio, de voto, de restitutione, aliisq. eiusmodi ad conscientia casus & curam animarum pertinētibus, in quibus Visitator pro personarum locorumq. ratione opus esse viderit, illi tempus, studium, industriamq. ponant.

Commentarius item aliquis antiqui patris, aut doctoris pii & probati præscribetur, quò vtantur ad euangeliorum, epistolarum beati

Apo-

Apostoli, & aliorum Apostolorum, aut alterius partis sacrarum literarum luculentam explicationem.

Sermonum etiam concionumq. sacrarum, librorumq. probatorum delectus habeatur; in quorū studio ita versentur, vt inde facile haurire possint, quæ ad rectè concionandum, & ad præclaram cleri disciplinam instituendam, & ad populum pietatis moribus informandū, vsui atque adiumento esse queant.

In concionibus autem sacris conscribendis, & habendis, præclarè elucet pietas, doctrina, & studium Reuerendi patris Aloysij Granatensis; qui omnem ferè antiquam spiritualium exercitationum disciplinam, & scribendo, & concionando ad vsum ita reuocauit, vt eius documenta & monumenta, ad omnem piè christianoq. more agendi laudem & imitationem insignia sint.

Quamobrem illius concionum volumina, quæ Mediolani iussu nostro imprimi curatum est, vnusquisque ecclesiastici ordinis homo, qui in concionandi munere versari debet, sibi parat atque habeat, duobus ad minimum mensibus postquam in lucem prodierint.

Visitator igitur, & Vicarius diocæsanus exequatur, quod nos hoc decreto præstari statuimus ad huius diocæsani nostræ vsum, & utilitatem.

Illud quoque iisdem præscribi poterit, vt ex ijs, alijsq. etiã libris ecclesiasticis piè docteq. conscripitis, doctrinarum genera sparsim tractata & scripta, locosq. communes variè hic atque illic diffusos in vnum colligant: sacra uè scripturæ auctoritates diuersis commentariis & concionibus explicatas in indicem certum ordine referant: eaq. ratione, alia uè singulari industria argumentorum genera vndique conquirant, atque excipiant, quibus sibi subsidiū comparent ad ecclesiasticarum doctrinarum cognitionem.

Qui verò aliquam theologiae cognitionem tenent, iis proponi poterit ea pars summæ sancti Thomæ, quæ pro eorum munere futura sit illis maiori adiumento, atque vsui.

Ad cuius summæ explicationem adhibere illi poterunt tractationes & commentarios studiorum præfecti iudicio probatos.

Si verò in theologiae scientia nõ adeò magnas progressiones habent, proponi eis poterunt institutiones Ioannis Viguerii, aut epitome Summæ sancti Thomæ, in cuius studio operam ponant.

**Alij prout idonei erunt, adscribi poterunt, vel casuum conscientia, vel sacra scriptura, vel catechismi Romani studijs: quæ in statis congregationibus hebdomadarijs explicabuntur, ex præscripto concilij provincialis secundi.**

Cum ijs etiam alij inferiorum ordinum studia sua conferant.

Si eodem loco complures Sacerdotes sunt, & illi quidem apti collationum spiritualium stu-

dio & oratorio (quod bis saltem in singulas hebdomadas habeatur) huic exercitationi illi adscribantur.

Ijs quoque illud præscribi poterit, vt aliquando conciones & latino & vulgari sermone de ijs conscribant, quæ vel ad eorum officia disciplinamq., vel ad populi commissi institutionem spectant: eas autem scriptas, Visitatori, aut studiorum præfecto tradant, atque adeò alia ratione literariae cleri exercitationes curriculaq. omni studio progrediantur.

Qui verò vel præ senectute, vel ingenii tarditate, exiguam progressionem spem præbent, cum ijs illud seruetur, quod eodem concilio constitutum est: hocq. potissimum præstetur, vt vel in Romani, vel alterius breuioris catechismi, ab auctore tamen probato conscripti, lectione studioq. diligenter versentur, eumq. vulgariter reddant, versionemq. Visitatori, aut Vicario diocæsano exhibeant.

In eo etiam studio assidui sint, vt Missæ mysteria, ritus, & caeremonias rectè teneant: & verò eam Missæ partem ritè discant, quæ sanctæ consecrationis & oblationis mysteria cõtinet. Reliqui autem qui rudiores sunt, in alicuius libri spiritualis, quem Visitator probat, lectionem, aut per se incumbant, aut alicuius probati sacerdotis opera adiuuentur; cui eos Visitator commendet, vt eius adiumento, Missæ mysteriorum, sacrorumq. rituum cognitionè percipiant, ad præscriptum concilij.

Vbi verò in aliqua parochia ecclesiastici homines duo saltem sunt, secundo quoque die ad minimum studia sibi præscripta inter se conferre ne omittant.

Vbi autem plures sunt, quorum munus diligentius in librorum tractationibus & studijs versatus sit, ita vt Visitatori ad alios erudiendos idoneus videatur; is cleri eius loci studiorum præfectus constituatur, cum quo in singulas hebdomadas ter saltem alij rationes literarias conferant.

**Bis prætereà singulis hebdomadis congregatio habeatur, vbi in aliqua parochia sacerdotes quinque saltem sunt, ad præscriptum concilij provincialis secundi.**

In qua congregatione id seruetur, vt quamuis parochus ex decreto provinciali conuocandæ congregationis curam habeat, tamen & cleri studiorum præfectus, & qui reliquos interroget, & quæstiones in congregatione explicet, sit is, quem ei muneri Visitator præfecerit.

Qua in parochia sacerdotes pauciores sunt quinque, eos Visitator, prout expedire viderit, vel adiungat congregationi, quæ in finitima parochia habetur, vel plurium parochialium ecclesiarum eum sacerdotum numerum non habentium, nec duobus miliaribus longius inter se distantium, sacerdotes in vnam congregationem coopte: quæ semel atque adeò sæpius in singulas hebdomadas habeat. Sed ne congregationes & exercitationes, in quibus

Prou. 3. vt sup.

Quæ ad congregationes cleri. Prou. 2. tit. 2. c. 30. pag. 69.

Tit. 2. decr. 30. pag. 69.

quibus præsens adesse clero sæculari aliquis non poterit, qui ad aliorum studia instituenda, aut ad sacras literas, & ecclesiasticas res explicandas idoneus sit, adiuumento careant, ut huic incommodo occurratur, Visitator pro ut opus esse viderit, opera etiam regularium, quorum monasterium propè sit, uti poterit, ad præscriptum eiusdem Cœcilii prouincialis. Visitatores præterea ciuitatis, quæcunque de cleri studiorum ratione & disciplina præscripta sunt, sedulo præsent: ad quam rem operam theologi suæ regionis adhibeant: omniaq. in communi Visitatorum congregatione, cui sæpenumero præsens ipse theologus aderit, cum præfecto generali studiorum cleri vrbis conferant; coram nobis, aut Vicario nostro generali.

Visitator item præter eas studiorum cleri exercitationes quas præscripsimus, alias etiam constituet ad vitæ spiritualis studia & adiuueta.

Quamobrem in omni conuentu hebdomadario, vbi de alijs disceptationibus actum est, in omniq. alia congregatione, quæ singulis hebdomadis habebitur, de rebus spiritualibus mutua colloquia fieri instituet; & de ijs præsertim rebus, quibus à peccatorum via homines auocari, christianæq. perfectionis iter & cursum tenere possunt; & de rationibus ite, quibus resistendum sit omni Satanæ tentationi. Proponentur etiam in ijs colloquijs remedia, quæ ad singula peccata vitiaq. depellenda adhiberi oporteat: & rationes pariter, quibus turbulentæ animi commotiones sedari, prauiq. habitus adiutrice Dei gratia radicatus extirpari possint.

De periculis præterea agatur, quæ vitæ spiritualis cursum interrumpunt & impediunt: rursusq. de adiuumentis, quibus illa propulsantur. De ratione pariter, quæ ad sanctæ orationis, diuinarumq. meditationum studium ac vsum fideles instrui debent.

De modo item piè deuoteq. preces horarias recitandi, & Missam sanctè religioseq. celebrandi.

De ratione item subministrandi moribundis adiuueta ad sanctè pièq. in Domino moriendum.

De alijs præterea auxilijs spiritualibus, quibus adiuuari proximus potest, ut in sanctitate & iustitia Deo seruiat.

Aliquando etiam vnusquisque conferat, quid eo die sibi in oratione & meditationibus, maiore cum animi sui vi, spiritualiq. lætitia Dei benignitas communicarit.

Frequenter quoque ex diuinis mysterijs, atque ex dictis factisq. sanctorum meditationes aliquæ excitentur, & proponantur.

Quæ sanè omnia ad executionis vsum & consuetudinem inducantur, præter illa, quæ ex decreto prouinciali in capitulis canonicorum spiritualibus præstari debent: in quibus omnibus capitulis, & congregationibus spiritualibus,

Vicarius foraneus in diœcesi, & Visitator in vrbe, frequenter quantum per occupationes poterit, intersit.

Cuius præterea officium erit, aut eo absente præfecti illius capituli, congregationisue, per se, aut per theologum lectoremue alios interrogare, colloquia spiritualia instituere, & meditationum rationes exercitationesq. proponere.

Sacerdotum etiam, aliorumq. ecclesiasticorum hominum spirituales societates, (ut olim in hac ipsa nostra diœcesi fuisse compertum est, & Mediolani floruisse ex sancto Augustino accepimus) quibus in locis, plebibusue commode fieri poterit, per Vicarium diœcesanum, aliosq. sacerdotes vitæ spiritualis studiosos aliqua diligenti ratione excitentur.

De quibus omnibus nos certiores faciant, & consulant.

Vnusquisque Visitator in vnaquaque regione, aut illis locis per nos constitutis vrbis, societatem etiam spiritualem clericorum per alios pios clericos excitet; eandemq. exercenda curet.

In qua congregatione ad spiritualium exercitationum studia clerici illius regionis die festo conueniant.

Earum autem exercitationum curricula, ut rectè instituantur atque adedè fiant, regulæ sumantur è Seminario nostro Mediolanensi; in quæ ea societas Deo iuuante erecta est.

Visitator autem vbi illam instituerit, in illius cura eò diligentius inuigilabit, quò maiores progressiones à clero inferioris ordinis habeantur, ad vitæ spiritualis studium & consuetudinem.

Visitatores in vrbe pro suæ quique regionis cura, ecclesiasticorum omnium, etiam eorum qui alienæ diœcesis sunt, qui studij, alteriusue rei causa Mediolani commorantur, vitam, mores, disciplinam obseruent: & quæ præterea decretis prouincialibus diœcesanisq. de vestitu, de tonsura, de denunciarione domicilij, & de reliqua denique omni disciplina vitæ clericali constituta sunt, ut ea ab illis inuiolatè seruentur, ipsi curent, atque adedè efficiant.

Præfectus autem studiorum ciuitatis curam etiam illorum suscipiat, in ijs quæ ad studia pertinent.

Ecclesiastici ordinis hominibus diœcesis nostræ, qui alibi literis operam in gymnasijs publicis nauant, Præfectos, quocunque studiorum causa proficiscuntur, ibi constituemus, viros spectata probitate & auctoritate, quibus illos intimè in Domino commendemus.

Idemq. etiam laicis diœcesis nostræ, qui aliò ad studia se cõferent (cum eorum quoque omnium in benè pièq. agendo progressionem vehementer in Domino expetamus) omni paternæ charitatis nostræ officio præstabis.

## MONITA

## Executionis decretorum quæ ad diuina officia pertinent.

**D**IVINVM officium in ecclesia, aut si aliquando domi, in conspectu sacrae imaginis flexis genibus omnes quicunque illius recitandi lege deuincti sunt, non deambulando, neque vagando, nec verò in via, nisi itineris necessitas aliter postulat; deuotè recitare student.

In qua officium piè recitandi ratione, clerus cū decreta nostra prouincialia seruet; tum ad eam ipsam etiam, & ad ceteras pias spiritualesq. meditationum exercitationes libellū verè aureum adhibeant, qui verè pietatis excolendæ rationibus cumulat, ob eam causam Theaurus piarum & christianarum institutionum in scribitur.

Quem libellum omnes & singuli clericali ordinis homines duorum mensium spatio ab editione horum monitorum sibi comparent, habeant, studioseq. legant.

Significatio autem diuinorum officiorum sono campanæ stata hora fiat pro ratione temporū, ad præscriptum tabellæ quæ edetur.

Ne die festo vesperarum signum in aliqua vrbe ecclesia parochiali ante detur, quàm in basilica nostra Metropolitana datum sit.

Prou. 7. tit. de off. sac. §. Habebat. pag. 28.

Prou. 4. de distrib. §. cum & Tridētini. pa. 160.

Prou. 1. tit. de his qui dign. §. constituatur. pag. 28.

De tabella clericalium functionum, alijsq. tabellis in vnaquaque sacristia ordine assignandis, decreta seruentur.

Quæ itidem à quibusvis clericis eidè ecclesie adscriptis omnino præstentur.

De hebdomadarij officio à collegiatarum ecclesiarum Canonicis in choro per orbem præstando.

Quo autem die Missam conuentualem præpositum canere contigerit, ne propterea canonicus hebdomadarius Missam celebrare in eadè ecclesia intermittat; præsertim si ibi sacerdotum paucitas est, populi verò multitudo non exigua.

Prou. 4. de sac. Mis. §. Quibus diebus pa. 154.

De duabus pluribusue Missis conuentualibus in vna quaque collegiata ecclesia in celebritate certorum dierum canendis.

Qua in re illud seruetur, ut si anniuersaria celebranda sunt, post Primam semper, & officium & Missa pro defunctis celebretur: alia autem officia pro defunctis, ut septimam & trigessimam celebrari licebit post Missam conuentualem stata hora celebratam, ut conueniendi spatium clericis aliunde aduenientibus detur.

Prou. 1. de frequent. §. Cæteris pag. 16. Prou. 2. titu. 2. decr. 26. pa. 68.

De frequenti clericorum communione.

Qua in re illud præstetur, ut in collegiatis ecclesijs nō solum diaconus & subdiaconus, qui dalmaticis induti Missæ ministrauerint, diebus Dominicis & solemnibus sacram communionem in eadem Missa conuentuali sumant; sed alij etiam canonici, Diaconi, & subdiaconi, alijsq. item clerici quicunque sint ei ecclesie adscripti, diebus sibi præscriptis.

Qua in re quicunque defuerint, si distributionum quotidianarum participes sunt, aliquot dies, non amplius tamen octo, à Visitatore, aut Vicario diœcesano, chori ingressu, aut distributionum perceptione multentur: alij verò aliqua pœnitentia correctioneue afficiantur, pro ratione negligentia, alteriusue culpæ.

Quæ verò de clericorum comunione præscripta sunt, præstentur etiam ab iis, qui parochialibus ecclesijs adscripti sunt.

De sacra communione feria quinta in cœna Domini sumenda ab vnoquoque ecclesiastico collegiata ecclesie, in Missa solemnique illo die in ea celebrabitur. Prou. 3. tit. de diu. off. §. feria. pag. 97.

Id etiam præstetur in omni parochiali ecclesia, vbi sacerdotes & clerici adscripti ad Missam eo die celebrandam conuenire debent.

De diuinis officijs die Dominico & festo stata modulatione canendis ad præscriptum concilij prouincialis quarti. Prou. 4. de sac. Mis. §. Iudè præterea. pag. 154.

Id executionem diligentem & cumulatam habeat, in basilica etiam nostra Metropolitana, & in singulis collegiatis ecclesijs, etiam diœcesanis; præter illas, quibus ob librorum inopiā aliamue causam, ad tempus nos aliud scripta data facultate concesserimus.

De hebdomadario canonico pluuiali in vesperis canendis induto diebus festis. Ibid. §. Diebus.

De Diacono & subdiacono in Missa conuentuali, canonicis, vbi potest, at vbi canonici desunt, clericis alijs. Ibid. §. Dominicis.

De lectione ante epistolam Missæ conuentualis in vnaquaque ecclesia collegiata die Dominico & festo canenda. Synod. 3. decr. 18. pag. 350.

Quamobrem lectionum capita ex antiquo libro Metropolitanæ nostræ basilicæ imprimantur, folio amplæ formæ, quæ respondeat folio Missalis.

De officio Sextæ & Nonæ ante aut post Missam conuentualem recitando pro ratione temporum diuini officij. Prou. 4. vsup. §. Horæ.

Quæ paulo ante præscripta sunt, de stata modulatione & ordine diuinorum officiorum, de lectione in Missa conuentuali, ea præstentur etiam in vnaquaque ecclesia, vel parochiali, vel alia, in qua ob diei festi celebritatem, aliamue causam, Missa, diuinaq. officia canuntur.

De vesperis etiam die festo ab omni parochio canendis. Prou. 3. tit. de paroch. §. Parochus in sua. pag. 98.

Qua in re id præstetur, ut psalmi omnes & antiphonæ ad præscriptum rubricarum Breuiarij nuper editi dicantur, multa nummi aurei constituta.

De Missis, Matutinis, alijsq. officijs diuinis in omni anniuersaria solemnitate à parochis de more ritè celebrandis, ad præscriptum concilij prouincialis quarti. Prou. 4. de paroch. §. Cū omni. pag. 166.

Quod planè seruetur in omni parochiali ecclesia, in qua Visitatores vrbis & diœcesis præstari decenter posse censuerint.

Aequissimum est, cum ritu inq. ratione, & canonum iure conueniens, à Metropolitana basilica,

filica, quæ aliarum diocesis ecclesiarum mater est, reliquas in diuinorum officiorum cultu non discrepare.

Quod igitur ex sanctæ matris ecclesiæ Romanæ instituto vsuq., & ex ecclesiæ nostræ Ambrosianæ monimentis, nos in ipsa Metropolitana nostra basilica fieri institimus, vt in vigilijs diei Natalis Domini media nocte nocturnis de more absolutis, eorumq. oratione perorata, statim Missarum solemnia celebrentur, deinde mox Laudes canantur; idem planè in omni alia vrbs diocesisq. collegiata & parochiali ecclesia ritè fieri præstariq. decernimus. Probatus ille vsus, vespèras die sabbato in omni parochiali ecclesia canendi, cum sit veluti præparatio quædam ad sacrum diem Domini cum religiose celebrandum, Visitationum nostrorum cura & officio introducat, ac præterea in vigilijs sanctorum, quoad eius fieri potest. Martyrologij vsus in ecclesia Dei peruetus, patrù institutus introductus, perpetuaq. ecclesiastica consuetudine ita retentus est, vt cum in choro publicè illud legi solemne semper fuerit; tñ in voluminibus ecclesiasticis vnus liber antiquo canone censetur, cuius lectio nominatim clericalis ordinis hominibus præscribitur.

His igitur rationibus nos adductos, vt eius vsus in ecclesia nobis commissa, quam omnibus pietatis ornamentis excolere vehementer in Domino cupimus, institueremus, ad eam ipsam rem etiam valde admodum confirmauit sanctissimi doctissimiq. patris & patroni nostri Ambrosii auctoritas: qui vt martyrum inuentione atque celebrata mirificè in Domino exultauit; sic rerum quas illi gesserunt, studio & lectione delectatus, non solum antiqua eius generis monimenta singulari cura cõquisiuit, sed etiam de sanctis martyribus, Protasio, Geruasio, Nazario, Celso, Sebastiano, Xysto, Laurentio, Thecla, Pelagia, Agnere, Sotere, alijsq. luculentè in suis libris narrauit, vt præclari eius instituti documētū exemplumq. relinqueret.

Quare quod in Breuiarij Ambrosiani iussu auctoritateq. nostra nuper editi rubrica de martyrologij vsu & lectione institimus, idemq. Deo benè iuuante iam introductum, in perpetuum deinceps ita retineri, seruari, atque obseruari in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt in Metropolitana nostrâ basilica, in omniq. collegiata ecclesia tã vrbs quàm diocesis de more in choro deuotè recitetur ritu vt infra.

Semper in singulos dies, præterquam triduo ante Pascha Resurrectionis Domini, legatur Martyrologium pridie illius diei, quo memoria agitur sanctorum.

Primoq. loco semper fiat memoria illius sancti, de quo officium celebratur.

Legatur autem absoluto primæ horæ officio, postquam pronunciatu erit versus, *Benedicamus Domino*. Lectionis verò vsus sit to-

no lectionum matutini.

In fine autem singularum quotidianarum lectionum semper addetur: *Et alibi aliorum plurimorum sanctorum martyrum, & confessorum, atque sanctarum virginum.*

*Re. Deo gratias.*

*Deinde hebdomadarius absolute dicit.*

*Ps. Exultabunt sancti in gloria. Chorus.*

*Latabuntur in cubilibus suis.*

*Oratio absolute.*

*Beata Maria, & sanctorum tuorum nos Domine quasumus, continua oratione custodi: vt ijsdem suffragantibus dirigatur ecclesia, quorù commemoratione gloriatur. Per Christum Dominum nostrum. Re. Amen.*

*Ps. Fidelium anima &c.*

Alios denique sacerdotes, & sacris initiatos, qui diuini officij in choro collegiatim recitandi lege deuincti non sunt, hoc in Domino nemus atque hortamur, vt pro pietatis deuotionisq. sacerdotalis studio, quò ardentius sanctorum exemplis ex martyrologij etiam lectione ad imitationem propositis ad sanctæ vitæ cursum progrediantur, idem quoque institutum vsuq. cum patrum regulis congruentè pia sollicitudine suscipiât, susceptumq. in omni vita retineant.

*De libro Missarum, in quo singulis diebus celebrans sacerdos subscribat, ad præscriptum concilij prouincialis quarti.*

Id omnino præstetur pœna aurei nummi singulis Præfectis ecclesiarum eum librum nõ habentibus; & solidorum duodecim multa sacerdoti non subscribenti constituta.

Ne sacerdoti cuiquam in confratriæ scholæuè alicuius oratorio absque facultate nostra literis exarata Missam celebrare liceat.

Vbi secus factum erit, cum ecclesiæ oratorio uè inter dicti pœna proposita sit, tum sacerdoti pœna suspensionis à celebratione Missæ per dies quindecim, ac præterea si sæcularis sacerdos erit, aureo nummo mulctetur, quoties contrafecerit.

*De itinere ab ecclesiasticis non suscipiendo diebus festis, ex decreto concilij prouincialis quinti.*

Id omnino parochi præstent; ita vt ne vlllo modo, ne prætextu quidem conuenienti ad diem festum in alia ecclesia finitima concelebrandum, à parochia sua discedant absintuè vlla illius diei parte, sine scripta facultate à nobis data, ac seruatis præterea reliquis, quæ clericis ad festorum dierum celebritatem conuenientibus in concilio prouinciali quarto constituta sunt.

Quicumque contra fecerit, aurei nummi multam soluat, quoties deliquerit.

Quòd si quibusdam in regionibus, præsertim montanis, sacerdotes qui ad eas celebritates euocari queant, verè non sint alii quàm parochi, Vicario diocesanò liceat tribus tantummodo ob eam causam discedendi facultatem facere.

Atque

Atque ij quidem eiusmodi sint, qui & propius absint, & pauciores populum habeant, seruatis reliquis omnibus ad præscriptum eiusdem concilij nostri.

Ne cuiquam ecclesiastico homini solemnibus diebus, earum celebritatù occasione, vlla quauis causa aut prætextu, à Rectore ecclesiæ, canonicis uè, aut ab alijs ecclesiasticis comestatio seu refectio in vrbe detur.

In diocesi autem prandium tantummodo dari liceat ijs, qui aliunde euocati sunt, non illis qui eo loci manent; cœnam verò nunquã: in quo prandio autem ne minimum quidem discedatur à regulis de frugali mensa conuentuum menstruorum.

Paretur autè in ædibus ecclesiasticis, aut in ijs quæ ecclesiasticis hominibus vsui tantum sunt.

*Prou. 4. tit. de cler. ad dierum fest. con. pa. 120* *Conuiuuarum autem numerus ne maior sit quàm præscriptus est, cæteris item seruatis ad præscriptum concilij prouincialis quarti.*

Omnis sexta feria ob acerbissimam passionem Christi Domini plena est religiosi vereq. christiani mœroris: quem in quadragesima quotannis ecclesia nostra Mediolanensis quò signifiantius exprimat, filiorumq. suorum mentes atque animos ad illius recordationem & memoriam excitet, illud in antiquissimo perpetuoq. more & ritu habuit, singulis illis feriis sextis quadragesimalibus Missæ sacrificium non celebrare, cum id præter cætera mysteria summam quandam & cumulatam populi catholici spirituale lætitiã præ se ferat.

Cum hac nostræ ecclesiæ consuetudine & instituto multis ex partibus conuenit, & quod Romano more sexta feria in parasceue fieri solemne est, quodq. in quadragesima itidem præsertim illis ferijs in ecclesia græca veteri, cum qua ritus multos ecclesia nostra cões fereque eosdè habet, fieri à patribus græcis proditu est. Ad eius præterea pij doloris mœstitiæq. memoriam excitandam illud etiam accedit, quòd sanctissimum Eucharistiæ sacramentum omni sexta illa quadragesimali feria in sacrario reconditum, non exponi, sed intus alleruari, perpetuè consuetudinis in hac eadem nostra ecclesia fuit.

Et verò quanquàm vt aliquorum deuotioni aliquid daretur, non multis abhinc annis idè sacræ Eucharistiæ sacramentum in altari exponi permillum est: hæc tamen nostra ecclesia veterem ritum, precumq. officia, quæ non festam aliquam illius celebritatem, sed quæ potius pium illum religiosumq. mœrorem significant, quem ex acerbitate passionis Christi Domini fideles præ pietate intimè concipere, omniq. deuotionis officio, atque ad eò salutariibus lachrymis exprimere debèt, ad vsum reuocare ac retinere postulat.

Quamobrem vt populi deuotio ad mysterium, quæ præcipuo studio illis sextis feriis ecclesia fidelibus suis proponit, memoriam meditationemq. excitetur; & sacri ritus qui

temporum iniuria penè collapsi sunt, ad antiquæ disciplinæ ecclesiasticæ regulas restituantur; & cæremoniæ, cum sanctorum illarum feriarum officio, quod tamdiu rectè riteque seruatum est, omni ex parte conueniant; & denique illud instauretur, quod huius nostræ ecclesiæ proprium, ad præcipuam pietatis laudè insigne est: idèd hæc vt infra agèda cõsemus. Sexta quaque feria quadragesimali, in basilica nostra Metropolitana, & in ecclesijs tam collegiatis quàm parochialibus, sanctissimo Eucharistiæ sacramento alleruato & recondito in tabernaculo, vt alijs diebus moris est, sacra crux ob memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi in altari maiori adoranda exponatur: cui sex saltem lumina adhibeantur, eo præsertim tempore, quo manè officia diuina in choro recitantur.

Populus autem ad hoc ecclesiæ institutum piè ab vnoquoque parochia erudiat, quò diligentius se se illius ritibus conformet ad deuotionis & pietatis studium, quod ei tam religioso ritu proponitur.

Excitetur præterea idem, frequentiorq. illis sextis ferijs conuocetur ad orandum, proposita etiam à sacerdote aliquo spiritualium contemplationum perito aliqua pia meditatione de Christi Domini passione, ex præscripto libri, qui iussu nostro in lucem emittetur.

Concio autem habebitur de sanctissima passione Domini, aut de parte eius aliqua, in singulas illas ferias pro ratione distributa.

In omni præterea parochiali ecclesia parochus, & solemni signo campanarum, & antegressa aliqua monitione, populum frequentem ad ecclesiam euocet; crucem in altari maiori vt supra exponat, & meditationem etiam de eodem libro proponat; & præterea diuinu officium, preces, litanias canat, aut saltem recitet, ad præscriptum Breuiarij, quod ampla forma emittetur.

*De sanctissimæ crucis adoratione in parasceue, non ante in alijs ecclesijs præstanda quàm in primaria.* *Prou. 5. de diu. off. §. initio. pag. 270.*

Quod à regularibus & confratrijs seruari Vicarius diocesanus curet, ac præterea visitator in vrbe.

*De retinendo, augendo, atque excitando orationis tam vespertinæ quàm matutinæ instituto ac studio, ad præscriptum concilij prouincialis quarti.* *Prou. 4. de oratione. pag. 129.* Cui vtrique orationi parochi ipsi in ecclesia semper interesse studeant; ita vt exemplo suo alios inflamment ad eam orationem, quæ ab omnibus fidelibus, præsertim manè & vespèris præstanda est.

*De oratione item vespertina pro defunctis, & indulgentia à parochis populo crebrius commendanda, ad præscriptum concilij prouincialis sexti.* *Prou. 6. de fun. §. Pro fidelib. pag. 308.*

Quæ oratio ab omnibus eadem hora, nempe ætate hora prima noctis, hyeme verò secunda habeatur.

Quam eandem horam regulares etiã seruent.

N n Huius



Huius orationis significatio campanæ sono fiat, ritu salutationis Angelicæ: ita tamen, vt inter primum & secundum campanæ signum tres etiam ictus campanæ distincti breuissimo interuallo dentur; inter secundum autem & tertium signum ictus præterea inter se se eo interuallo itidem distincti.

Ad dandum signum salutationis angelicæ, mane, vesperi, & meridie, alioq. tempore, eadem ratio in omni ecclesia seruetur, de more producta, præteretur, non tamen more festo.

**Prou. 6. de indulg. §. Idē præstetur.** De promulganda indulgentia orationis sine intermissione.

Id initio orationis fiat, quotiescūque habetur. Cappellæ maioris clavis, ecclesiæ vbi oratio publica agitur, tabella affigatur, ex qua populus causam illius orationis perspicat.

**Prou. 3. de diu. off. §. Religiosis pag. 97.** De Antiphona, Salve Regina, aliaq. antiphona de beatissima virgine Maria, pro ratione temporū singulis sabbatis canenda in omni parochiali ecclesia, ad præscriptū concilij prouincialis tertij.

Quæ etiam antiphona in vnaquaque ecclesia collegiata canatur, quibus omnes choro illius ecclesiæ adstricti præsentibus adsint.

Is autem singulis ex communi residentia censu tantum distribuatur, quantum dari solet, cum in choro interfunt officio horæ tertiæ illius sequentis Dominicæ diei.

Tantundem consequantur ex eodem censu, qui die festo in ecclesia vespertina orationi interfuerint.

Quæ tamen oratio hyeme etiam ante horam salutationis angelicæ habeatur.

His omnibus orationis officijs, & alijs item extraordinarijs, clerici, & sacerdotes, quicunque ad eadem officia conuenire in alia ecclesia non debent, in ecclesia parochiali interfint, intra cuius fines habitant: alioqui penitentia afficiantur & mulctentur, ad præscriptum concilij prouincialis quarti.

**Prou. 4. de distib. §. Idē stat. pag. 161.** Quæ ad processiones.

AD PROCESSIONALIS libri sufficiendi vsum, Vicarius foraneus vnusquisque nobis mensis spatium ab editione horum monitorum, indicem mittat processionum, quæ in Vicariatu suo vel vniuersè vel sigillatim aliquo loco obiri solent.

Quo in indice notatum sit, quo die, qua hora, quo ordine, per quæ loca, ad quas ecclesias, quo ritu, & quibus precibus agantur: & denique descriptum sit, quidquid vel piæ consuetudinis seruetur, vel quidquid deprauati moris irrepserit.

Idem præstent de processionibus triduanis, & Gregorianis: in quibus notent præsertim, ad quæ loca procedatur ex antiqua vel noua consuetudine.

Referant præterea diligenter, quidquid in processione solemnitate sanctissimi sacramenti seruetur, & præsertim quæ ad stationem & circuitum pertinent.

De processione generali in eadem solemnitate, Visitatores diocesis prout meliùs esse cen-

fuerint, in parochijs statuatur, an ad Præposituralem, an verò ad parochialem ecclesiam propinquiore conueniendum sit: qua in rationem habeant & distantia locorum, & frequentia populorū, & amplitudinis locorum. In eaq. processione hoc seruetur omnino, vt illa agatur ante Missam conuentualem.

Obseruent præterea Visitatores diocesis circuitum earum processionum in pagis & vicis: ac si qua emendatione aut reformatione opus est, nobis referant, aut ipsi prouideant.

De conuentu regularium ad processiones publicas vnà cum clero seculari agendas, ex decreto Tridentino, & concilio prouinciali tertio.

Sefs. 25. ca. 13. de regul. Tit. de diu. off. §. Tridentini. pag. 97.

Regulares igitur intra cuius parochialis aut præposituralis ecclesiæ fines monasterium in diocesi habent, ad omnes illius ecclesiæ processiones cum clero seculari conueniant, ad quas etiam Regulares Mediolani conuenire solent.

Qui verò huic processionum officio defuerint, postquam de hoc decreto regulares moniti erunt, nobis à Vicario foraneo deferantur.

Parochus negligentes in obeundis processionibus sanctissimi Sacramenti, quæ in singulos menses aguntur, & in alijs etiam quas agere debent, & quas item in ecclesia præpositurali, aliaue à Visitatore constituta, festo die sanctissimi Sacramenti præstare debent, Vicarius diocesanus ad nos per literas deferat, vt pro negligentia ratione contra eos agatur.

Processione solemnè ad ecclesias, etiam Regularium, cum conuentum est, in ijs eo tempore Missæ non celebrentur, vt ne à processione populus distrahatur.

In omni processione regionaria, in qua clerus scilicet vnus tantummodò regionis, aut portæ vrbis conuenit, si quādo nos præsentibus adesse non poterimus, tunc Vicarius generalis, & Præfectus regionarius illius portæ interfint.

Parochi omnes processiones obeant, quæ aut ex voto, aut ex deuotione parochialium suorū institutæ sunt, etiam si ad ecclesias longius distantes supplicationis causa procedendum sit. Id verò gratis sumptuq. suo præstent. vbi tamen consuetudinis est, cibaria, aliamq. necessariam impensam eis à populo subministrari, ea consuetudo à nobis, Visitatoreuè literis probata seruetur.

In singulis vrbis regionibus viri pij aliquot à Visitatoribus constituantur, qui in celebritate inuentionis sanctæ crucis, in qua sanctissimus clauus exponitur, cleri populiq. diocesani processiones, vbi primum Mediolanum venerit, rectè ordineq. excipiant, dirigant, instruant, & ad basilicam Metropolitanam deducant.

Ad quod munus ritè obeundum deligi poterunt aliqui operarij doctrinæ christianæ ex vnaquaque regione ciuitatis, prout Vicarius generalis Visitatorum consilio adhibito opus esse censuerit.

Quæ ad funera & exequias. F v n v s die festo ne agatur: si quando autem ob

ob vrgentem causam agi oportet, Vicarius diocesanus illius agendi facultatem scriptam ita det, vt manè nullo modo, sed post vespères agatur.

Quicunque parochus, contra fecerit, aureo nullo mulctetur: alij autem sacerdotes & clerici emolumentum amittant, quod ex funeris officio consequentur.

**Pro. 6. de fune. pag. 308. §. Lumenta.** De non extinguendis in funere luminibus, nisi expleto sepultura officio, ad præscriptum concilij prouincialis sexti.

Id in ecclesijs etiam regularium Visitator regionarius vrbis, & Vicarius foraneus in diocesi, ecclesiarumq. præterea præpositi potissimum præstari curent.

**Pro. 1. de fun. §. clerici pag. 25. Prou. 2. tit. 2. dec. 16. pag. 67.** De candelis, intorticijsq. omnibus, quæ in funere impensis hæredum accenduntur, sacristiæ, alijsuè attribuendis ad præscriptum conciliorum.

Quod in funere datur, cum præpositis, aut parochis, aut alijs non communicandum, ad præscriptum concilij prouincialis quarti.

Qua in re illud omnino caueatur, ne qui aliquando eorum nomine mittuntur, plus capiāt, quàm si proprio nomine vocati conuenirent.

**Pro. 6. de fun. §. In omni. pag. 308.** De anniuersarijs, & septimis item, trigessimisq. in hebdomada celebrandis, die Dominico præcedenti à parochio denunciandis, ex præscripto concilij prouincialis sexti.

**Synod. dioc. 3. decr. 46. 47. pag. 353.** De elemosina officio mortuorum præscripta, ijs tantummodo qui verè præsentibus adfuerint, ex decreto diocesano, & pro ratione Missarum celebratarum, & præterea pro ratione punctationis ex præscripto libro de officijs mortuorum.

In officijs mortuorum, quibus certus Missarū numerus scriptus non est, neque ex legato, neque alia ratione, sed sola pietate voluntateq. hæredum illa celebrantur, sacerdoti qui eis interfuerit, non tamen Missam in ecclesia celebrarit vbi pro defunctis sit, si hæredes qui sciunt eum alibi celebraffe, tantundem dederint elemosinæ, quantum alijs sacerdotibus qui celebrarint, satisfacere ille sacerdos censetur, si eorum defunctorum commemorationem stas orationibus fecerit eo die in propria ecclesia celebrans.

Visitator tam in vrbe quàm in diocesi diligenter conquirant, & in scriptum referant, quidquid in vnaquaque plebe aut parochia seruatur, de emolumentis quæ in funere dantur: videantq. in primis, an illa clericorum cupiditate auctæ sint, an verò diminuta quadam populorum auaritia: perquirantq. quando sit, quòd eorum emolumentorum ratio mutata sit, & quam etiam ob causam.

Quæ omnia vbi diligenter inuestigarint, ea ordine scripta nobis referant, vt ex ijs, & alijs etiam scriptis iam in Cancellariam Archiepiscopalem relatis, atque ex omni alia diligentia, quæ per Visitatores adhibenda erit, pro ratione laudabilis consuetudinis, stipendium in funeribus & exequijs per nos constituat.

Schedulæ omnes, quibus funeralium emolumentorum rationes taxatè norantur, nobis tradantur, vt illas recognoscamus.

Concilio prouinciali primo, Episcoporum exequijs cum præter cætera eam rationem constituerimus, vt ne amplius cerei vigintiquatuor in ijs accendantur: modum etiam sumptibus funerum in vrbe diocesiq. nostra Mediolanensi adhibere, & pastoralis nostræ curæ officio, & pietati modestaq. Christianæ, quæ cum in omni actione, tum in hac elucere debet, consentaneum esse censuimus: vt ne quod ad religionis cultum, & ad animarum salutem pijs suffragijs procurandam sancta mater ecclesia spiritu Dei edocta salutariter instituit, eo fideles nobis in fidem curamq. traditi, ad inanis pompæ ostentationem, ambitionis studium, luxurq. æmulationem perniciosè abutantur.

Tit. de fune. epi §. In exequijs. pag. 35.

Quamobrem in funere defuncti, quacunque dignitate, statu, ordine ille fuerit, eum sacerdotum, capitulorum, & conuentuum etiā regularium, ac præterea cereorum numerum tantummodo adhibere licere decernimus ac iubemus, qui in tabella, quam eo propterea nomine edemus, à nobis certus constituetur ac præscribetur.

Cereorum præterea pondus, & elemosina item, quanta in funus exequiasuè conferatur, in ea ipsa tabella sigillatim præscripta planè seruetur atque obseruetur.

Quicunque sit, qui contra hanc nostram constitutionem, tabellæq. eo nomine editæ præscriptum fecerit, pœna excommunicationis afficiatur, aliaq. arbitrio nostro.

Vicarius diocesanus diligenti inuestigatione perquirat, si quid pecuniæ, ceræ, alteriusuè rei, elemosinæ, aut emolumenti, confratriæ disciplinatorum, aliorumq. scholarium Vicariatus sui, cum ad funera vocantur, accipiāt, aut exigant; sibi ipsis, an scholæ eam elemosinam acquirant: quos item psalmos, antiphonas, & orationes, & quo loco temporeuè cantant aut recitent: quæ denique tam in suis oratorijs, quàm in ecclesijs etiam regularium seruent: referant præterea nobis mensis spatium, quidquid compererint, quod vel ad vsum, vel ad abusum pertinet.

De tabella onerum vniuscuiusque cappellæ, altaris, legatue ad præscriptum Concilij Prouincialis quarti.

Conci. prou. 4. tit. de cap. & altar. §. onera uero. pag. 124.

Id Visitatoris, & Rectoris, Præfectiq. ecclesiæ vniuscuiusque cura omnino præstetur spatium ad summum trium mensium.

De absentia, & erratis in vnaquaque ecclesia collegiata notandis ad præscriptum Concilij prouincialis quarti.

Prou. 4. de distib. §. Punctatorum. pa. 181.

De libris punctationum in singulas hebdomadas conferendis ad præscriptum conciliorum.

Prou. 1. de offi. punct. §. Singulis pag. 29.

De errorum expositione rescindenda, vbi aliquod diffensionis assertur.

Prouin. 4. de distib. §. Singulis.

## MONITA

*Executionis decretorum quæ ad Parochos pertinent.*

- Prou. 4. Ibid.** Id Vicarij diœcesani, & Visitatoris regionarij arbitrio relinquatur.
- Ibid.** De supputatione canonicalis ministerij, quod vnusquisque canonicalis mense superiori in choro præstitit: & de supputatione item erratorum constituenda, ad præscriptum eiusdem concilij.
- Ibid.** De supputatione censuum capitularium in fine anni, & de attributione item pro ratione laborum.
- Ibid.** De syngraphis supputationum, à chori, & capituli præfectis, & à punctatoribus manu signandis, thesaurarioq; tradendis.
- Ibid.** De non soluendo ante stata tempora, & de modo soluendi, ad præscriptum eiusdem concilij.
- Pro. 1. de ædib. canonic. §. Quarum ædium-pa. 19.** Quarum ædium canonicalium impluuium, atriumue concludi commodè potest, claudatur omnino quadraginta dierum spatio ab editione horum monitorum: & in eo præsentur, quæ de clauibus constituta sunt.
- Prou. 3. de diu. off. §. Vt erratis. pag. 98.** E quo impluuium atriuuè, pueri, aliuè quicunque, ludis, clamoribus, aliouè modo obstrepuunt, excludantur etiam à ianitore, quem certo stipendio capitula constituunt, vbi ob capituli inopiam aliud à nobis non decernatur.
- De punctatoribus in celebritate festorum, funeribus, officijs mortuorum, & processionibus item, ex præscripto concilij provincialis, & instructionum nostrarum.** Vbi verò impluuium, atriumue apertum est, nullumq; ædium canonicalium septum eiusmodi est, quo concludi possit: Visitator rationem aliquam omnino ineat, vt & claudatur, & eadem præsentur, quæ in eodem concilio provinciali constituta sunt.
- De punctatoribus in celebritate festorum, funeribus, officijs mortuorum, & processionibus item, ex præscripto concilij provincialis, & instructionum nostrarum.** Qua in re diligentia maior, & Visitatorum, & Præfectorum ecclesiæ, & Vicariorum diœcesanorum à nobis summopere desideratur.
- De punctatoribus in celebritate festorum, funeribus, officijs mortuorum, & processionibus item, ex præscripto concilij provincialis, & instructionum nostrarum.** Erit igitur cura Visitatorum, punctatores etiã alios constituere, vbi iam constituti non satis erunt.
- De punctatoribus in celebritate festorum, funeribus, officijs mortuorum, & processionibus item, ex præscripto concilij provincialis, & instructionum nostrarum.** Punctatorum autem partes præterea erunt, in singulos menses librum punctationum Visitatori regionario vrbis, & in diœcesi Vicario diœcesano tradere, cum ad parochiales conuentus veniunt, vt in ijs errata etiam publicè legantur: & qui deliquerint, errarintuè, plectantur pro ratione culpæ & errorum.
- De punctatoribus in celebritate festorum, funeribus, officijs mortuorum, & processionibus item, ex præscripto concilij provincialis, & instructionum nostrarum.** Præfecti ecclesiarum, errata, & absentiam clericorum, qui eorum ecclesijs adscripti sunt, singulis mensibus Visitatori in vrbe, & Vicario foraneo in diœcesi significant: vt si errarint, ab eo saluari saltem aliqua pœnitentia afficiantur, ad præscriptum concilij quarti.
- De punctatoribus in celebritate festorum, funeribus, officijs mortuorum, & processionibus item, ex præscripto concilij provincialis, & instructionum nostrarum.** Idem Rectores præsent de relatione functionum, tonsuræ, habitus, & disciplinæ clericorū, qui ecclesijs suis adscripti sunt.

**V**ICARIAE perpetuæ, vbiunque in diœcesi à nobis erigi opus est, id Vicarius diœcesanus & Visitator curent diligenter.

Præpositus ad sacramenta ministranda, aliaq; functiones ecclesiasticas obeundas in sua plebana regione cappam induat, etiam si neminè alium ecclesiasticum hominem quàm propriū clericum socium habeat.

At verò extra plebanæ ecclesiæ fines ea tantūmodo vtatur, quando vnà cum capitulo ecclesiæ suæ collegiatim incedit: si capitulum canonicorum residentium non habet, quando cum clero loci: si clerus non adsit, quando cū populo ecclesiæ præposituralis eam actionem obit, in qua si clerus esset, præsens adesset: & denique quādo cum capitulo parochorum, & cleri suæ plebis, aliquā ecclesiasticam functionem exequitur.

**De partitione curæ gerendæ in ecclesijs parochialibus, vbi portiones curatæ plures sint, ad præscriptum concilij provincialis quarti.**

**Prou. 4. de paroch. §. Quia in ecclesia. pa. 164**

Id accuratè per Visitatores in visitationis munere consultis nobis præstetur.

Quicūque parochi ex visitationis decreto, alia uè ratione coadiutorem curæ habere debent, pro temporis ratione quo nō habuerint, quidquid stipendij debuissent, id fabricæ, alij uè ecclesiæ vsui arbitrato nostro Visitatoris uè iam nunc attributum esse decernitur.

Quamobrem à Vicario foraneo sequestri nomine agatur, & quidquid sequestri iure obligatum erit, relaxetur deinde apud scholares confratriæ sanctissimi corporis Domini, aut apud fabricæ curatores, alio uè quorum interest.

Parochi, hostias, vinum ad vsum communionis populi, quam omni anni tempore etiam in Pascha agent, candelas die festo Purificationis, aut oliuas parochialibus suis stato eodie Dominico distribuendas parèt sumptibus suis, proposita multa graui, si vnquam defecerint.

Vbi tamen vsus iudicio Visitatoris probatus is est, vt parochialium impensis, aut confratriarum, aut fabricæ ecclesiæ sumptu, alia uè ratione id præstetur, eum piè seruari iubebit.

**De Missarum celebrandarum munere non suscipiendo à parcho, præter id quod ex parochialis curæ officio sustinet, nisi ex facultate scripta.**

**Prou. 4. de sacr. Mil. §. Episcop' in facultate. pa. 148.**

Quæ facultas ne ab alio quàm à nobis, cū Mediolani sumus, cuiquam concedatur.

Id Parochi seruent multa stipendij constituta, aliaq; grauiori arbitrato nostro.

**De oblationibus die Dominico & festo in Missa parochiali colligendis, ad præscriptum concilij provincialis quarti.**

**Prou. 4. de paroch. §. Oblatio num. pa. 165.**

Ita tamè, vt vbi ex consuetudine iā vel fabricæ eccle-

## Synod. Diœces. XI.

ecclesiæ, vel scholæ sanctissimi Sacramenti, vel alteri pio vsui attributæ, eam ob causam fiunt, ne à parochis subtrahantur, sed eidem fabricæ scholæq; acquirantur.

**Ibid. Synod. 2. dec. 21 pag. 340. Synod. 4. decr. 32 pag. 366.**

**Vbi pia aliqua consuetudo est oblationum, quæ à populo ecclesiæ fiant, retineatur: et manè in Missæ sacrificio illæ præstentur ad præscriptum conciliorū.**

Parochus vnusquisque vrbis die festo Dñicā præcedēte, in qua oblationes ab vnaquaque regione publicè certo ordine fiunt, præmoneat populū, vt ne cōquirēdis eleemosinis, & earū oblationū occasione instrumenta musicalia per vrbem adhibeantur, aliaq; præterea præstentur ad præscriptum decreti nostri diœcesani.

**De stationibus, indulgentijs, processionibus, officijsq; mortuorum à parcho die Dominico promulgandis: & de oratione item populi intrā Missarum solemnias ab ipso quoque denuncianda ad præscriptum concilij provincialis tertij.**

**Prou. 3. de par. §. Dominicis. pag. 98.**

De denunciatione matrimoniorum, dierum festorum, vigiliarum, seu ieiuniorum, & huiusmodi parochialia officia omnia intrā Missæ cōuentualis solemnias præstentur, vbi collegiatæ ecclesiæ sunt parochiales.

Visitator regionarius vrbis, & Vicarius diœcesanus mensis spatio nobis tabellam scriptā mittat: in qua ordine scriptæ sint formulæ omnes, quibus in regione sua parochi vtuntur, ad vigiliis, dieq; festis, processiones, officia mortuorum, matrimoniaq; denuncianda, ad res item amissas aut inuentas euulgandas, & ad alia cuiusvis generis.

De enunciandis ieiuniis, vigilijs, diebus festis, processionibus, votis, officijs mortuorum, matrimonijs, rebus item amissis, inuētis, cæterisq; forma seruetur, quæ præscripta in hoc libro edetur. Baptizatorum, confirmatorum, matrimonioq; iunctorum nomina, animarum item statum, parochus vnusquisque in libros referat ex formula præscripta.

**Prou. 4. de paroch. §. Neque pterea. pa. 166.**

**De facultate scripta impetranda à parochis pueros docentibus.**

Quam facultatem qui mensium duorum spatio ab editione huius libri nō impetrauerint, nūmis aureis quatuor multentur, aliaq; grauiori arbitrato nostro.

Quam multam Vicarius diœcesanus, & Visitator regionarius vrbis exequatur sedulò.

**Pro. 5. de sacr. extr. vnctio. §. Quod conc. pa. 223.**

**De infirmis in vicinia parochiali à parcho quotidie visitandis post Missæ celebrationem.**

**De cura ecclesiasticorum infirmorum, & spirituali, & temporali, ad præscriptum conciliorum.**

**Prou. 2. titu. 1. dec. 15. pag. 67. Prou. 6. de paroch. pa. 301.**

In quam curam qua decet pietate & charitate, parochi omnes tam vrbis quàm diœcesis, & Vicarij item diœcesani incumbant.

**A**ED ES parochiales, sacerdotalesuè, à domicilijs colonorum pariete omnino distinguantur trium mensium spatio, aut breuiori etiam tempore, prout Visitator constituerit, ex forma èt ab eodè præscripta: multa autè sit nummum aureorum vigintriquinque ei proposita, qui ad constitutum tempus id non præstiterit.

Quæ autem ædes ex visitationis decreto iam distinctæ & separatæ esse deberent, id præstetur mensis spatio, multa eadè constituta: culpa verò & negligentia præterita nomine, à Vicario generali, & criminali contra negligentem agatur multa executione.

## MONITA

*Executionis decretorum quæ ad visitationem pertinent.*

**D**E populi studio paulò ante visitationis tempus, pastoralibus literis inflammando ad sacram confessionem, et communionem, orationemq; pro salutari visitationis successu.

**Prou. 4. de Vi. sit. §. At verò. pag. 172.**

**De oratione quadraginta horarum triduo ante visitationem à parcho instituenta & habenda.**

**Ibid. §. Hæc ipsa.**

Quæ omnia vt religiosius & facilius præstentur, Visitator, aut eo impedito, alius què nos delegerimus, aliquot ante diebus q̄ visitandi munus aggrediamur, ad pagos, vicos, locaq; singula plebis de cuius visitatione agitur, se conferet, adiunctis secum duobus pluribusuè confessorijs probatis. Eò cū venerit, vel ipse, vel alius idoneus sacerdos aduentum nostrum ob visitationem præmonebit, grauiq; & salutari concione populū lectis etiam nostris de visitatione literis pastoralibus vehementer ad ea hortetur, quæ ad spiritualem præparationem ab eo præstari conuenit.

Confessarii autem quos secum duxerit, vt audiendis confessionibus singulorum populorū assidue incumbant, rectè curet pro ratione & ordine locorū, quò illos mittere opportunius esse viderit. Atque is quidem alios etiam confessorios, etiam parochos (quos tamen potius è longinquis plebibus deligat) adiungere poterit, prout opus esse censuerit. Et verò quæ de edictis, instructionibusq; promulgandis, de ijs parandis quæ ad visitationem pertinent, de reliquisq; omnibus præstandis in concilio provinciali quarto constituta sunt, ipse locis singulis ea omnia exequi curet diligenter. Ecclesias præterea, apparatusq; omnè, quoad eius fieri poterit, ipse ante inspiciat, q̄ nos aduentemus. Populo item aditum præbeat, & potestatem faciat se conueniendi, secumq; colloquendi.

Siq; visitationis causa aliquid vel perquirèdum, vel testificandum erit, siq; viliæ causæ, aut agendæ sunt, vel transigendæ, decidendæuè, quæ nostram præsentiam non desiderant; id omne exequi ipse studeat: vt ne cū venerimus, ob eas causas diutiùs in visitationis munere versari necessè habeamus.

Vnusquisque parochus visitationis tempore, in ecclesia sacristiaq; instruenda & ornada, in scripturis, instrumentis, inuentarijs, indicibus, testificationibus, cæterisq; omnibus ex concilij provincialis quarti decreto apparandis, diligentes & assidui sint: ideò à confessionibus audiendis abstinebunt, ijs præsertim locis, quò confessorij

feffarij antea missi sunt, aut vbi nos presentes aderimus, nisi aliquando aliter faciendum censuerimus.

*Idem habeat exemplar omnium indicum, quos Visitatoribus exhibere debet ex decreto concilij prouincialis quarti.*

Ibidem.

Qua in re hoc videat, atque efficiat, vt earum rerum quæ notam infamiae inurere possunt, indices separatos habeat.

*De Cancellaria Archiepiscopali.*

**Q**VÆCVNQVE edicta, decreta, monita, literæ item scribuntur, eduntur uè, tam pastorales, quàm etiam illæ, quæ vniuersè, aut ad Vicarios diocesanos, aut ad parochos, clerum uè à nobis nostrauè auctoritate mittuntur, Cancellarius archiepiscopalis ea omnia & singula in codices certos & distinctos rectè ordineq. referat, vt certo loco in cancellaria asseruentur perpetuò.

Exemplaria testificationum, informationum uè, aliarumq. causarum, & questionum criminalium, quæ fori, cancellariæq. archiepiscopalis nomine à Vicario diocesano conficiuntur, denuò assignata, ad Vicarium nostrum generalem aut criminalem mittantur, vt in cancellaria nostra asseruentur.

Qui Vicarius, & notario, & alijs etiam qui eo in genere operam nauauerint, debitam mercedem statim persolui iubeat, cancellariæ pecunia, alia uè ratione, ac si necesse erit, ex ærario mulctarum.

## M O N I T A

*Executionis Decretorum, quæ ad bona Ecclesiastica pertinent.*

Tit. 3. decret. II. pag. 72.

**D**E bonis ecclesiasticis melioribus reddendis, præstetur, quod decretum est in concilio prouinciali secundo.

In qua re Visitatores omni diligenti ratione, etiã fructuũ sequestro illud curent, vt ea bona vbiq., illorũ qui beneficia obtinent, impensis, quatenus opus est, meliora reddantur omnino.

Ibid. decret. 10.

*De syngraphis aut confessionibus locationum, linellorum ecclesiasticorum, publico instrumento conficiendis, ex decreto concilij prouincialis secundi.*

Id præstetur multa pena uè constituta amissionis dimidiæ partis fructuum vnus anni.

Hæc q. omnis executio Visitatoris sit, & Vicarij diocesani.

*De Mendicantibus.*

**C**ONTRA mendicos nulla inualetudine morbo uè affectos, & alios quoscunq. qui sine facultate scripta eleemosinã in diœcesi quæritant, Vicarius foraneus agar: atque vt istorum desidia & nequitie, vel malitiæ potius cõsulatur, ad cõgregatione mendicantium referatur.

Idem ab eo præstetur contra illos, qui sine ea facultate eleemosinam monialium nomine in diœcesi conquirunt: & præterea contra moniales ipsas, quæ alienæ diœcesis sunt.

*De capsulis, vasculo, mensa, sine facultate scripta non exponendis ad usum colligendi eleemosinas, id omne præstetur, quod sancitum est in concilio prouinciali quarto.*

Pr. 4. de ornat. sacr. loc. §. Ne in ecclesia. pag. 125.

Id ipsum omne, tum de facultate scripta, tum de duabus clauibus, seruetur, & præstetur itidem de capsulis, seu busulis eleemosinarijs, quæ cuius uel ecclesiæ, vel scholæ, vel loci pij, vel alterius pij instituti per urbem diœcesim uè circumferuntur.

Quæ capsulæ eleemosinariæ confectæ sint ad præscriptum formulæ nostræ, ac præterea à deputato nostro ob signatæ signo S. Ambrosij.

Alioqui Vicarius diœcesanus, & præterea Visitator regionarius vrbis illas auferri; & qui easdem circumferunt, puniri curent Vicarius noster & Generalis & Criminalis: cui utriusque hanc curam delegamus.

*De Regularibus.*

**V**ICARIO diœcesano, aut parochi, antequàm regulares ad eleemosinas in Vicariatu viciniaq. parochiali conquirendas admittantur, eorum facultas exhibeatur.

Is autem omni modestia uideat, an vniuersè, an verò speciatim ad certa loca tantummodo ea facultas pertineat: sicque ne limites facultatis ab ijs excedi patiatur.

Parochus autem si quid in ea re dubij erit, Vicarium diœcesanum consulat.

Vicario vnicuique diœcesano facultatem delegabimus agendi contra regulares delinquentes in casibus, in quibus contra eos agere Episcopus potest de iure, tam auctoritate ordinaria, quàm ex Cõcilio Tridentino, aliter uè delegata. Qua tamen facultate Vicarius diœcesanus utatur omni moderatione & prudentia.

*Quæ generatim ad hæc monita pertinent.*

**Q**VÆCVNQVE executio inferioribus delegata est, eadẽ superioribus etiã commissa censetur; ita vt quæ parochi præstare debent, in illis ipsis exequendis Vicarius diœcesanus, & Visitatores, & Vicarij superiores, pro suo quique officio incumbant diligentissimè.

Quicunq. monitis, decretis, eorumq. executio ni nõ paruerint, etiam vbi in illis ipsis certa pena constituta est, aliam præterea penã subeant arbitrio Vicarij Generalis, aut Visitatoris.

Mulctæ penæq. in tabella constituta, quæ de errorum mulctis iam pridem edita est, si in hoc monitorum decretorumq. libro grauiores sanctæ non sunt, quàm in ea ipsa errorum tabella, vt ad eiusdem tabulæ præscriptum persoluantur, officium cura q. sit vniuscuiusq. Visitatoris, & Vicarij diœcesani.

## A C T O R V M

## S. MEDIOLANENSIS

## ECCLESIAE.

## Pars III.



EDICTA VARIA  
ORDINATIONES,  
ET DECRETA.



# EDICTA VARIATA ORDINATIONES ET DECRETA.

*Ab Illustriss. & Reuerendiss. Carolo Sanctæ Prædix Presbytero Cardinali  
Archiepiscopo Mediolani varijs temporibus promulgata.*

**P**ROXIMO Concilijs Prouincialibus Synodisq; Diocesanis lo-  
co subiecimus edicta & ordinationes, varijs de rebus diuersisq;  
temporibus promulgatas. Hæc enim omnia eandem etiã quam  
conciliaria ipsa decreta vim habent. In ijs autem disponendis  
non eum ordinem secuti sumus, quo illa edita sunt (nec enim  
id commodè præstari potuit: ) sed sic ea disposuimus, quemadmodum rerum  
ipsarum natura ac dignitas postulare visa est. Ad extremum quoq; partis  
huius addita sunt decreta generalia Visitatoris Apostolici Mediolanensis  
Ecclesiæ. cum enim illa ad urbem hanc nostram & Diocesim pertineant  
(quamobrem etiam in Synodo Diocesana promulgata sunt de suggestu; ) in  
aliqua certè huius voluminis parte collocari debuerunt.

**EDICTVM DE HÆRETICIS,**  
Hæresum uè nomine suspectis, & ijs item denun-  
ciandis, qui hæreticorum libros, scripta, aut  
alia id generis Sedis Apostolicæ au-  
thoritate quouis modo prohibi-  
ta legunt, vel apud se  
habent.

*Carolus Borromæus S. R. E. tit. S. Prædix Presb.  
Cardinalis, Dei & Apostolicæ Sedis gratia  
Archiepiscopus sanctæ Mediolanensis  
Ecclesiæ, Vniuersis & singulis  
urbis & diocesis nostræ  
fidelibus  
Salutem in Domino.*

**C**VM viam veritatis tanquam magistri men-  
daces hæretici fugientes, & à corpore CHRI-  
STI, quod est Ecclesia, segregati, iamq; serui  
satanae facti, nihil non agant ac moliantur, vt  
seducant multos; & vt lupi rapaces dissipent  
gregem Domini: contra eos sanè quidem om-  
nium communis esse debet vigilatia, quoniam  
contra communes hostes pro communi salute  
suscipitur.

Quarè nos pastoralis curæ & sollicitudinis spi-  
ritu inducti, vt & quod in nostro munere po-  
situm est, agamus; & ceteri à nobis item admo-  
niti, quas CHRISTO Domino atque ec-  
clesiæ debent officij partes, in re salutari & pla-  
nè necessaria non prætermittant, ac ne in iudi-  
cio CHRISTI rei sint de silentio, etiam si  
non contaminentur assensu: hoc edicto, quod  
de hæreticis denunciandis promulgandū quo-  
tânus concilij nostri prouincialis secundi decre-

to constituimus, omnes & singulos huius ur-  
bis diocesisq; nostræ homines, tum ecclesiasti-  
cos, tum laicos, etiam quauis dignitate, gradu,  
honore uè præditos, monemus, eisdemq; in vir-  
tute sanctæ obedientiæ, pœnaq; excommuni-  
cationis latæ sententiæ proposita id iubemus,  
vt si eorum quispiam iam scit cuiusuis sectæ  
hæreticos, aut hæresis nomine infames suspe-  
ctos uè homines; aut quouis modo à fide catho-  
lica aberrantes, aut eorum sectatores, fautores,  
defensores, illis credentes, aut quempiam, qui  
vel hæreticalia verba protulerit, vel qui hære-  
ticorum libros, scripta, alia uè id generis Sedis  
Apostolicæ auctoritate quouis modo prohibi-  
ta legit, legerit uè, aut apud se habet, habuerit uè;  
decem ad summum diebus post edicti hu-  
ius promulgationem; si verò sciet in posterū,  
viginti diebus postquam id norit, illos omnes  
& singulos nobis aut Reuerendo Patri in hoc  
statu Mediolanensi hæreticæ prauitatis Inqui-  
sitori denunciaret.

Parochis præterea nostris vniuersis ac singulis, Tit. de fid. pro-  
fess. pag. 1.  
cum ea omnia, quæ primo prouinciali concilio  
eisdem hoc de genere præscripta sunt, tum  
etiã id modò edicimus atque iubemus, vt edi-  
ctum hoc latino & vulgari sermone expressū,  
perpetuò bis in singulis annis, semel Quadra-  
gesimæ initio, iterum ineunte Domini Aduen-  
tu, publicè in sua quisque parochiali Ecclesia  
cum in Missa frequentior populus adest, de scri-  
pto pronuncient ac promulgent.  
In quarum rerum fidem edictum hoc sigillo  
nostro munitum, & Cæcellarij nostri manu si-  
gnatum, in Metropolitana Ecclesiæ nostræ  
ædiumq; .

Tit. 1. decr. 1.  
pag. 61.

M V A C T O A  
S I M P L I C I T A T E  
A R C H I E P I S C O P I  
M E D I O L A N E N S I S  
E D I C T A  
V A R I A  
O R D I N A T I O N E S  
E T D E C R E T A

ccib H

ædiumq. Archiepiscopatum valuis, & alijs locis in quibus affigi moris est, publicè proponi & affigi item iussimus. Dat. ex Ædibus Archiepiscopatus die vigesimo Decemb. 1570.

## EDITTO

Che si denuncino Heretici, sospetti d'Heresia, & quelli ancora che leggono, o hanno presso di loro libri d'Heretici, Scritti, o Compositioni altre tali in qual si voglia modo prohibite per autorità della Santa Sede Apostolica.

Quale si deve pubblicare nella Domenica prima di Quadragesima, e dell' Aduento.

Carlo Borromeo Prete Cardinale della Santa Romana Chiesa del Tit. di Santa Prassede, per gratia di Dio, & della Sede Apostolica Arcivescovo della Santa Chiesa di Milano,

A tutti & ciascuno fedeli della Città & Diocesi nostra salute nel Signore.

**C**ONCIOSIACOSA che gli Heretici fuggendo come maestri bugiardi la via della verità, & separati dal corpo mistico di CHRISTO, che è la Chiesa, fatti già serui & ministri di Satanasso, tentino ogni via, & machinino per sedurre molti, & per dissipare come Lupi rapaci il gregge del Signore; deve esser però veramente contra di loro vna commune vigilanza di tutti, poscia che per comun salute tal diligenza s'abbraccia contra communi nimici.

La onde Noi mossi da spirito di sollecitudine & cura pastorale, & accioche essequiamo quel che è debito dell'ufficio nostro; & parimente gli altri ammoniti da noi, non pretermittino le parti dell'ufficio, che in cosa così salutare, & necessaria deueno al Sig. GIESV CHRISTO, & alla Chiesa santa, ne siano nel giudicio di CHRISTO, rei & colpeuoli di silentio, se bene non sono nel consentire di colpa macchiati: con questo Editto, quale per decreto del secondo Concilio nostro prouinciale hauemo statuito, che sia ogni anno publicato, affinche gli Heretici siano denunciati, ammonemo tutte, & ciascuna persone di questa Città & Diocesi nostra, così Ecclesiastici, come secolari, etiam di qual si voglia dignità, grado, & honore siano, & alle medeme persone comandiamo in virtù di santa obediencia, & sotto pena di scomunicazione late sententia, che se alcuno d'essi hora tiene notizia di Heretici di qualonche setta si siano, d'huomini infami, & sospetti d'Heresia, o che in qual si voglia modo deuiano dalla Fede Catholica, o che sappia lor seguaci, fautori, defensori, o credenti a loro, o alcuni, quali habbino detto al-

cuna parola Heretica, o fatto qualche atto, & cosa da Heretico; ouero alcuni, che leggino, o habbino letto, o che tenghino, o habbino tenuto presso di se libri di Heretici, scritti, o altre compositioni tali in qualonche modo prohibite per autorità della Sede Apostolica, debba al più lungo dieci giorni dopò la promulgatione di questo Editto, denunciare tutti & ciascuno tali a Noi, o al Reuerendo Padre Inquisitore di questa Città & Stato di Milano; E se nell'auenire saprà tal cosa, sia tenuto parimente a denunciarla venti giorni dopò che sarà peruenuta a sua notizia.

In oltre commetteremo & comandiamo a tutti & ciascuno Curati nostri, che oltre la piena obseruanza di tutto quelli, che in tal materia è stato loro prescritto nel primo concilio prouinciale, etiamdi sempre due volte ogni anno, cioè vna volta nel principio di Quaresima, & l'altra nell'Aduento del Signore leggino & publichino volgarmente questo Editto nelle loro Chiese publicamente, quado si dice la Messa nella maggior frequenza del popolo. In fede delle quali cose habbiamo comandato, che questo Editto segnato col nostro sigillo, & sottoscritto per mano del Cancelliero della nostra Corte Archiepiscopale, sia posto in publico, & attaccato alle Porte della Chiesa nostra Metropolitana, & del Palazzo Archiepiscopale, & in altri luoghi soliti.

Dat. nel Palazzo nostro Archiepiscopale il dì decimoquarto di Ottobre. 1572.

## S O M M A R I O.

**Q**ualonque persona ha notizia d'alcuna setta d'Heretici, e di persone sospette d'heresia, o che in qual si voglia modo deuiano dalla fede Catholica, o vero d'alcuni habbino detto parola alcuna Heretica, o fatto qualche atto, e cosa da Heretico, ouero che leggino, o tenghino, o habbino letto, o tenuto presso di se libri d'heretici, scritti, o altre compositioni in qualonq. modo prohibite dalla Santa Sede Apostolica, o che sappia e lor seguaci, fautori, defensori, o credenti a loro, sia tenuto fra dieci giorni all' hora prossimi seguenti dopò la publicatione di questo Editto; parimente chi per l'auenire sappia tal cosa, debbi fra venti simili da poi che si haurà hauuto notizia, denunciare questi tali, e ciascun di loro al Reuerendissimo Monsig. Arcivescovo, o al Reuerendo Padre Inquisitore di Milano: altrimenti s'intendino esser & siano incorsi senz'altra dichiarazione da farsi in pena di scomunicazione.

LETTERA A PAROCHI per quelli che vanno a terre d'heretici.

Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Mediolani.

**R**EVERENDO Parocho. Hà inteso N. S. che alcuni di questa Città & Diocesi di Milano

lano, con occasione di mercantia, o altri pretesti, vanno fuori in varij luoghi doue sono Heretici, con manifesto pericolo, che per tal pratica vengano a preuaricare & deniare dalla Santa Fede Catholica: & ritornando poi vanno anco disseminando il veneno dell'heresia in questi paesi.

Al qual pericolo volendo sua Santità dare ogni rimedio opportuno, ci hà commesso di ordinare, si come ordiniamo in virtù della presente, auiso & lettera nostra.

Che niuno di qual si voglia stato, grado, & conditione, presuma di andare in simili luoghi, se prima non ne otterrà la licenza in scritto da noi, o nostro Vicario Generale, ouero dal Reuerendo Padre Inquisitore.

Questa licenza si darà gratis senza spesa alcuna, & con hauere consideratione alla qualità delle persone, & alla loro conseruatione nella purità della santa fede Catholica Romana.

Contra tutti quelli che partiranno senza licenza, o non obserueranno le conditioni prescritte nella licenza sudetta, si procederà dal Tribunale nostro Archiepiscopale, & dal Reuer. Padre Inquisitore, con pene, & censure ad arbitrio de Giudici, etiam come contra sospetti di heresia, conforme alla giustitia.

E perche di questo ordine, & prohibitione nessuno possa pretendere ignoranza, vi ordiniamo, che publiciate quanto prima con la presenza di due o tre testimonij all'altare fra la Messa parochiale in tre giorni di festa questa nostra lettera; & di questa publicatione nello spatio di vn mese dopò diate relatione sottoscritta da voi, & dalli sudetti testimonij alla nostra Cancelleria.

Dopò anco fra l'anno leggerete la medesima lettera alcuna volta, secondo che vedrete essere espediente.

In oltre farete ogni esatta diligenza, per raccogliere, & esibire nel termine di vn mese nota di tutti quelli, che hora si trouano fuori in simili paesi; esplicando il luogo doue sono, & l'occasione, & l'esercizio loro, & il tempo che sono dimorati fuori in quelle parti.

Dall'Arcivescouato di Milano il 21. di Aprile. 1580.

## EDITTO

Che non si tengano Bibbie volgari, ne Libri di controuersie con gli Heretici.

Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. Sanctæ Praxedis, & Mediolanensis Archiepiscopus &c.

**N**ON conuenendosi, che i misterij della sacra Scrittura siano da tutto il popolo indifferentemente letti & esaminati; poi che per l'altezza loro, & imperitia di molti, possono gli a-

nimi semplici facilmente implicarsi in varij errori, & restar oppressi.

Però con gran ragione e consiglio è stato in diuersi tempi proueduto, che la sacra Biblia volgare, & i libri di controuersie con gli Heretici, non fossero a tutti egualmente permessi, ma solo a persone con maturo delecto approuate; si come nel sacro Indice Romano publicato in executione del sacro Concilio di Trento, e di poi più strettamente è stato ordinato.

Di qui è che noi per il Pastorale nostro ufficio volendo diligentemente essequire i sudetti ordini; comandiamo generalmente a tutti e ciascuno della Città e Diocesi nostra, così Librari e Stampatori, come altri di qualunque stato, grado, sesso, e conditione, tato secolari quanto Ecclesiastici, etiam regolari di qual si voglia ordine, & essenti: che debbano tra termine di giorni 10. dal dì della publicatione del presente Editto, hauer depositato in mano del Reuer. Monsig. Marc' Antonio Bellino Ordinario del Duomo, e nostro Cancelliere Archiepiscopale, tutte le Bibbie volgari, e tutti i libri di controuersie con gli Heretici scritti in lingua volgare, ancorche approbati, e permessi da noi, e dal Reuerendo Padre Inquisitore, e da nostri Vicarij, o Deputati, etiamdi con licenza scritta: i quali suspendiamo, & consignamo in deposito come di sopra, fin tanto che si darà da noi altro ordine, a beneficio commune, e seruitio dell'anime; sotto pena a chi non hauerà obedito, non solamente della perdita d'essi libri, ma etiamdi di tutte l'altre censure e pene, da sacri Canoni, e constitutioni e decreti Apostolici, cōtra quelli che ritengano appresso di se libri prohibiti, statuite; alle quali si procederà contra ogn'vno irremissibilmente. Dat. Romæ in ædibus nostris Sanctæ Praxedis die 4. Decembris. 1582.

Carolus Cardinalis tit. Sanctæ Praxedis Archiep.

Ordini da obseruarsi da Librari, Stampatori, et altri, secondo le Regole & Indice di libri prohibiti, intimati, e dati a loro per commissione di Monsig. Illustr. & Reuer.

Cardinal Borromeo Arcivescovo, e del Reuer. Padre Inquisitore.

**P**ER essequire quel che altre volte da Sommi Potefici, e già da Leone Decimo nel Concilio Lateranense, & vltimamente per l'Indice di libri prohibiti, e per constitutioni Prouinciali e Diocesane di Milano necessariamente si è costituito, per ouviare alla peste di libri cattiu, e perniciosi; si ordina e commanda.

1. Che ciascun Libraro o venditor di libri tenghi

ghi nelle lor botteghe l'Indice di libri prohibiti, accioche colti nel comprare, come nel vendere, serui come deue inuolabilmente le regole d'esso Indice; e nelle visite che per l'auenire si faranno, e con l'altre diligenze che si uisaranno, non sia trouato colpeuole.

- 2 Che ciaschedun di loro habbia nelle sue botteghe vn libro, d'inventario di tutti i libri che hora hanno, & haranno per l'auenire. Qual inuentario sarà da noi sottoscritto, visto, e riconosciuto diligentemente; sotto pena di perdere tutti li libri, che non saranno descritti in tal'inventario.
- 3 Che ciascuno d'essi dia in termine d'vn mese la copia d'esso Inuentario giusto in mano Nostra.
- 4 Che nissuno di sopradetti possa uedere, o dar in qual si voglia modo altri libri, eccetto quelli che saranno notati nel detto loro inuentario.
- 5 Che qualunche di loro ha libri posti da banda, per ordine che noi gli hauemo dato, secondo che hauemo di tempo in tempo visto i libri, in termine di dieci giorni dopo l'intimazione di questi ordini, li mandi alla Santa Inquisitione.
- 6 Che Bibie volgari non si possin vendere, se non à quelli che haranno fede, e testimonio d'integrità e bontà incrispiti dal loro Curato, o Confessore, con licenza, e sottoscrizione Nostra.
- 7 Che libri volgari delle controuersie trà cattolici & heretici non si vendano à ogni persona, mà in ciò si serui l'ordine, che si è detto delle Bibie volgari.
- 8 Che i Testi Canonici di qualunche stampa siano, ancora gli ultimamente stampati in Venetia, si tenghino nelle librerie, & vendino purgati secondo la censura di Roma.
Che conforme all'obbligo che tutti hanno sotto pena di peccato mortale, ciascuno in ciascun giorno quadragesimale fuora delle Domeniche digiuni, eccettuati quelli, che per l'età sono eccettuati da questo obbligo.

Che i cibi vietati non si ponghino in ogni luogo publicamente à vendere per vsò di ammalati, è di infermi, ma solamente in certi luoghi à ciò deputati: che quanto alla carne in Milano farà la Tanaglia appresso il Verzero; è per la diocesi si faccia medesimamente la deputatione in qualche luogo simile: è ciò quanto à vendere la carne, si comincia seruare il Venerdì immediate precedente la detta prima Domenica.

Che non si vendino i cibi sodetti à bottega tutta

ta aperta, ma la maggior parte ferrata.  
 Che non si ponghino fuora pubblicamente su le piazze à vendere, etiandio ne da contadini, ò altri.  
 Che non sia lecito venderfi da ogni vno, ma solamente da quelli, che haueranno licéza in scritto, nella Città dal nostro Vicario generale, nella diocése dal Vicario foraneo.  
 Che non si venda ogni forte di carne, se non di Vitella, ò d'altro animale, che à giudicio de medici sia solamente per vfo de infermi.  
 Che non si venda à ogn'uno, ma solamente à chi haurà licenza da i Deputati à ciò, come qui di sotto.  
 La quale licenza se non harà tempo determinato, sia à fatto finita, subito che cessa la causa per la qual è concessa.  
 Ma se la detta causa durarà più di dieci giorni; di nouo si ottenghi la detta licenza, altrimenti s'intenda estinta.  
 E' il medesimo si faccia di m<sup>a</sup> in mano almeno ogni dieci giorni, fin che farà bisogno.  
 Che Hosti, Tauerneri, ò altri ch' alloggiano, è danno da mangiare, ò tengono camere locande, non tenghino, ne vendino, ne mettino fuori à vendere, ne ponghino in tauola à forastieri, ò viandanti, ò ad altri, qualunque siano, carne, latticini, ò altri cibi prohibiti nella quadragesima: se non haranno particolarmente la licenza in scritto dal detto nostro Vicario generale nella Città, nella Diocése dal Vicario foraneo.  
 Che ne anco cibi tali, comprati, ò portati da altri, li cuochino, ò acconcino, ò in altro modo preparino.  
 Che ne parimente cotti, ò preparati, ò acconci altroue, lascino mangiare nella loro hostaria, albergo, camera locanda, ò luogo che sia sotto la lor cura, senza la sudetta particolar licenza.  
 Tutte le sopradette cose, e ciascuna d'esse, noi comandiamo sotto le pene e multe da applicarsi à luoghi pii, penitente, e censure ordinate da i sacri Canoni, e concilij, e Constitutioni Apostoliche contra i violatori della sacra quadragesima, & altre anco, etiam dell'interdetto dalla Chiesa, e dalla scomunica in sussidio all'arbitrio nostro, secondo la trasgressione, e la gravità della colpa di qualunque contrafacesse.  
**ESSORTIAMO** poi, e ricordiamo l'infra-scritte cose, che altre volte parte ricordate à questo popolo dal suo Pastore Santo Ambrosio, parte da altri santi Padri, parte da noi ne i nostri Concilij Prouinciali, particolarmente nel Quinto, e Sinodi diocesani, hanno à eccitare l'anime de i fedeli; che sono sotto la nostra cura, à maggior profitto spirituale, & à salute loro.  
 Che ogni vno in questo tempo di quadragesima cerchi di ritirarsi à disciplina più seuera di vita, e conformarsi à instituti, e costumi conuenienti al detto sacro tempo.  
 Che ciascun fuga il vestir di seta, e sontuoso; ma

velta conforme al tempo, che è di penitenza, e di digiuno.  
 Che si lascino à fatto le inimicitie, gli odij, le risse, i rancori, e si habbia pace con tutti.  
 Che il christiano procuri di raffrenare gli appetiti carnali, non solo con stretta astinenza, e digiuno; ma anco con cilicij, e discipline.  
 I maritati, se nò tutta la quadragesima, come mostra il canone antico; almeno ne i giorni di Domenica, studijno d'astenersi d'accordo, si come ciò piamente ammonisce il santissimo Pontefice Nicolò primo.  
 In ogni tempo conuiene che il Christiano s'astèghi da burle, e ciancie: ma in tempo della quadragesima tanto più diligentemente hà da farlo, quanto più souente, e studiosamente hà di attendere all'oratione, all'astinenza, & à ogni forte di penitenza.  
 Fuggirà dunque i solazzi, i ragionamenti vani, & molto più i lasciui, e scandalosi.  
 Si astenerà dalle caccie, come b<sup>e</sup> ammonisce quel santo Pontefice, nel detto tempo di quadragesima; nel quale non è lecito mangiare carne, e però non conuiene cercare carne.  
 Non cercherà in questo tempo delicatezze de cibi quadragesimali, ne meno empirà la tauola cò varietà de viuande.  
 Si guarderà di far conuiui, ne anco le domeniche di quadragesima, si come il medesimo Pontefice ammonisce.  
 Sarà ciascun più assiduo nell'oratione: con dolore piangerà i suoi, e gli altrui peccati.  
 Farà elemosina ciascuno, purchè possi più larga; e massime il ricco, come ricorda S. Agostino, q<sup>l</sup> che col digiuno auanza di non spendere, darà per elemosina à i poueri di Christo.  
 Più spesso conuerà alla Chiesa: starà à gl'vficij diuini, alle orationi, con ogni attentione, e meditatione santa.  
 Ogni mattina cerchi per ogni modo vdiré la Messa.  
 Ogn'vno si sforzi di vdir la predica: e per questo tenga la bottega ferrata à quell'hora.  
 La mattina si tenghi questa buona vsanza, di non aprire i tribunali, sino che non è finita la predica.  
 I lettori e professori publici, e maestri di Scuola, conduchino i suoi scuolari alla predica.  
 Qualunque in altri tempi suole andare, ò stare in villa, nel tempo di quadragesima procuri di ritirarsi alla Città, & alle terre principali donde sono, per vdir le prediche, i diuini officij, & fare altri essercitij spirituali, che ricerca quel sacro tempo.  
 Ricordiamo in oltre particolarmente à gl'infermi, come anco habbiamo ordinato nel nostro Concilio Prouinciale secondo; che essendo à loro concessa in scriptis la licenza di mangiare nella quadragesima, carne, ouero oui, butiro, e simili cibi; la vsino moderatamente, e con pietà christiana: nè mangino tali cibi in publico; ne alla presenza di tutti i suoi di casa; ma in luogo

luogo appartato, e ritirato, e con vn dolore intimo prendano così fatto cibo; poiche nel tempo che gli altri digiunano, loro non lo possono fare.  
 I Medici poi, per quel che tocca à loro, si ricordino, che il Christiano ha d'hauer cura del corpo talmente, che maggior conto hà da tener della salute dell'anima.  
 Però vedano bene, di non partecipare de i peccati d'altri, con la facilità e larghezza loro nel far fede della necessità de cibi prohibiti.  
 Ultimamente ogn'vno attenda con tanta pietà e diligenza alla santità della vita, che se nò ogni giorno, almeno tutte le Domeniche possa santamente comunicarsi: come già fù instituto religioso nella santa Chiesa.  
 Finalmente essortiamo, & amoniamo tutti, che essendo questo tempo quadragesimale, tempo consecrato à digiuno, e tempo di penitenza; ciascuno con l'obbligo che hà, di astenersi da i cibi vietati, s'astenga insieme da ogni forte di delizie; e sopra ogni cosa fugga il peccato, e l'occasione di peccare.  
 Il tempo di quadragesima è tempo accettabile, e tempo di salute, che così lo chiama la Chiesa santa.  
 Ciascuno però cerchi con ogni maggior studio, di piacere à Dio; di far la sua santissima volontà; di spogliarse de i vitij; di far bene; e per ogni via essercitarsi per quanto può, nelle virtù, & opere christiane: che quest'è il digiuno, che per bocca d'Esaià profeta Iddio dice che gli è accetto, e grato.  
 Speriamo, che ogn'vno in questo tempo non perderà tempo, ma che attenderà all'accumularsi gratie, e meriti di vita eterna; il che Iddio conceda per sua diuina misericordia. In quarum rerum testificationem hoc edictum manu nostra signatum, & subscriptione Cancellarij nostræ ecclesiæ Mediolanensis, sigilloq. Archiepiscopali S. Ambrosij munitum, publicè affigi mandauimus. Illudq. quotannis Dominico die in Quinquagesima, aut alio die festo Dominicam primam Quadragesimæ proximè præcedente, de more promulgari iubemus. Dat. Mediolani in ædibus Archiep. die quarto Februarij 1581.

## Deputati à dar le licenze.

**D**Eputiamo nella Città il Reuerendo Canonico Ordinario Penitentiero della nostra Chiesa Metropolitana, à dar licéza, à chi harà necessità di mangiare come di sopra, cibi prohibiti nella quadragesima.  
 Deputiamo per il medesimo effetto nella Diocése ciascun Parocho nella sua propria parochia.  
 Ordiniamo, che nella Città non si dia la sudetta licenza, à chi non essibirà nella forma stampata per ordine nostro la fede del proprio Curato; & anco del Medico, quanto à quelli che lo possono hauere.

Il medesimo quanto alla fede del Medico, ordiniamo che si offerui nella Diocése.  
 In oltre deputiamo per quelli, che pretendono ha uer legitimo impedimento, e causa di essere escusati dal digiunare, il proprio Parocho ad approuar la causa, & impedimento loro, e darle la licenza in scriptis: nella qual cosa incarichiamo la conscienza di esso Parocho.

## Edictum de sacra ordinatione.

## CAROLVS

S. R. E. Presb. Cardinalis Tit. Sanctæ Prædix, Dei & Apostolica sedis gratia Archiepisc. S. Ecclesiæ Mediolanensis.

**M**AGNA est sacramenti ordinis dignitas, magnaq. huius dignitatis præstantia: ac magnum propterea ponderis est, maximiq. momenti, sacros ordines & conferre, & suscipere: id quod cum sapè beatus Apostolus Paulus multis verbis doceat; tum aliorum etiam Apostolorum exempla monent; tum sacrosancta præterea ecclesiæ instituta planè declarant: quibus cautum est, sacram ordinationem solemniter haberi certis stans quatuor anni temporibus, orationi & ieiunio consecratis: tum id ipsum item apertè significant sanctorum patrum decreta, & illa quidem multa, de eorum qui ordinis sacramento initiari volunt, vita, moribus, genere, patria, ætate, institutione, loci educatione, doctrina, instructioneq. in lege Dei, & cæteris virtutibus edita.  
 Cum igitur summa cura, summaq. diligentia, ac sollicitudo plena uigilantia, plenaq. prudentia adhibenda sit in dispensatione diuinorum munerum, & cælestium dignitatum, cuiusmodi sunt in ecclesia clericorum ecclesiasticorumq. hominum munera: nos sacram ordinationem proximè solemniter celebraturi, ut ne ordines aut indignis conferantur, aut vitio suscipientium dignitas ordinum minuatur; hæc, partim ex sacrorum canonum iure, partim ex pontificum sanctionibus, partim ex patrum regulis, partim ex œcumenica Synodo Tridentina, partim ex nostris prouincialibus Concilijs sumpta, hoc nostro edicto comprehensa, eo de genere toto monemus, statuimus, edicimus, ac promulgamus.

Ac primùm quidem denunciamus, ab omni sacræ ordinationis limine & ingressu arcendos esse omnes & singulos canonicis impedimentis irretitos; veluti minores natu, sacramento christiatis non confirmatos, rudes & ignaros, criminosos, solemniter pœnitentes, neophytos, ebriatos & gulæ deditos, impudicos, lapsos post ordinem susceptum, periuros, vsurarios manifestos, infames, ratiocinijs obligatos, seruos, corpore vitiatos, insigniter deformes, illegitimè natos, peregrinos & ignotos, bigamos, irregulares quouis alio modo, suspesos, interdictos,

excommunicatos, amentes, morbo caduco laborantes, enervatos, non examinatos & probatos, furtim per saltumque promotos.

Si quis verò huiusmodi, vel alio quouis impedimento, etiam occultè illigatus teneatur, illud planè nobis saltem patefaciat, antequàm se sacris istis clericalis militiæ mysterijs obtrudere audeat.

Porro sciat quisque, sibi ad examen pro quocunque ordine accipiendò aditum aliter non patere, quàm si decenti vestitu clericali indutus, & cum congrua pro sui status & ordinis ratione corona se se coram examinatore sistat.

Scriptas quoque ætatis, natalium, aut dispensationis concessæ, beneficii ecclesiastici, vel pensionis, patrimonij, testificationesq. aliquas decretis provincialibus præscriptas, Vicario nostro generali recognoscendas, illiusq. subscriptione signandas ac approbandas quisque initiandus prius exhibeat, quàm se examinandum sistat coram examinatore: qui & ipsi quoque à nostro Cancellario Archiepiscopali ante omnia de huiusmodi testationibus certi instructiq. reddantur.

Quicumque vel tonsura clericali primùm initiari, vel ad ordines maiores statim illa ordinationis die per nos promoueri volunt, his literis edicimus atque significamus, ipsos omnes & singulos mense ante statam ordinationis diem ad nos continere; tum sua, suorumq. parentum, patriæ, parochialisq. ecclesiæ in cuius vicinia natus est, & in qua item habitat, nomina; tum præterea (eos scilicet, qui sacrum ordinem suscipiunt) beneficium ecclesiasticum, pensionem, aut patrimonium, aut sponsonem vel cautionem, cuius nomine titulouè vnusquisque eorum sacro ordine initiandus est; rectè diligenterq. singula notata ad R. Canonicum Ordinarium Cancellarium nostrum Archiepiscopalem afferre.

Omnes verò tum eos ipsos, tum alios, qui ordinibus etiam minoribus initiari volunt; si in vrbe illi quidem sunt, feria secunda hebdomadæ ordinationem proximè præcedentis; si verò diocesani, & alij qui extra urbem habitant, ante quartam feriam hebdomadæ in quam sacra ordinatio incidit, ad nos examinis causâ iterum conuenire significamus atque edicimus.

Quo tempore omnis, quicumque vel primam tonsuram, vel ordines minores maiore suè suscepturus est, ea singula quæ mox infra ordine præscribuntur, de se literis legitime testata nobis faciat.

Primò se legitimo matrimonio natum esse, aut ob natalium impedimentum secum super illo ordine què suscepturus est, dispensatum esse. Præterea se vel origine, vel beneficio ecclesiastico quod in diocesi nostra obtinet, vel decenali domicilio, vel alia ratione diocesanum esse; aut familiarem nostrum, qui per triennium nobiscum commoratus sit.

Tum à Parocho, & ludimagistro, eouè quem in quouis studiorum genere audit, aut si in Seminario adscriptus est, ab illius rectore loco parochi ob signatas literas afferat, quibus de vitæ suæ disciplina moribusq. testatum fiat.

Doctrinæ item Christianæ scholas se frequentasse: id testimonij afferat, vel à præfecto illarum in parochiali vicinia sua constituto, vel ab eo qui omnium id generis scholarum curæ præest.

Hæc præterea testimonia afferet, qui prima tonsura initiari voluerit.

Se sacro chrismate confirmatum esse.

In ecclesia frequentius, religiosiusq. versatum esse.

Spe esse, se in clericali ordinis disciplina permanurum.

Hoc verò testimonium à parocho, aut ab eo sacerdote habeat, cui in disciplinam à nobis traditus est, postquam clericali ordinis suscipiendi animum voluntatemq. nobis patefecit. Sacram item communionem crebrò per annu sumpsisse.

Qui verò aliquo minore maioreuè ordine initiandus est, testimonium præter ea quæ supra præscripta sunt, afferat etiã de his quæ sequuntur. De prima tonsura, ordines quem proximè suscepit.

De illius ordinis functionibus à se præstitis: idq. testificationis habeat à præfecto ecclesiæ, cui adscriptus est.

In qua verè ac speciatim exprimat, quas functiones, & quamdiu, & quam diligenter, & quam piè, & quam decenter rectè riteq. præstitit.

De habitu clericali ad provincialium diocesanorumq. conciliorum præscriptum post ordinem proximè susceptum à se continè gestato. Quam testificationem à parocho afferat.

De confessione frequentiori ex decretorū provincialium præscripto: cuius rei testimonium ob signatum ab aliquo Confessario sacerdote probato ad audiendas confessiones clericorum habeat.

De sacra communione, vt decretis provincialibus iussum est, crebrius sumpta.

Hoc autem testatum afferat, vel à parocho, vel à præfecto ecclesiæ in qua adscriptus est, vel ab alio sacerdote qui iussu nostro ministrarit.

Quicumque prima tonsura initiandus, aut alicui maiorum ordinum adscribendus est, ea præterea de se nobis testata faciat.

De se ex præscripta formula denunciations in ecclesia cathedrali, tum in propria parochiali, tum in illa etiam, in cuius finibus postremò domicilium habuit, tum etiam vbi per nos denique iussum erit, publicè die festo inter Missarum solemnias factas.

Qui sacrum ordinem suscipiturus est, præter cætera testetur.

Ætatem sanctione Tridentina præscriptam; annos scilicet vigintiduos, si subdiaconatum; viginti

viginti tres, si diaconatum; viginti quinque at rigisse, si sacerdotium suscipiturus est.

Censum item vel ecclesiasticum vel laicalem, quem & pacificè possideri, & tantum esse verè constet, quantum ad vitæ eius sustentandæ usum satis esse censuerimus; aut census loco sponsonem certa cautione factam ab aliquo, se quæ ad vitæ cultum usu necessaria sunt, illi qui sacris initiandus est, suppeditaturum, saltem donec ei aliunde prouisum sit, eaq. donatio, sponsonem verè ac sine fraude dolouè facta sit, eiusq. tabulæ ritè & rectè confectæ.

De eo autem censu sponsonem factas esse publicè die festo denunciations inter Missarum solemnias, tum in cathedrali Ecclesia, tum in propria parochiali, tum in illa etiam, in cuius finibus postremò domicilium habuit, tum demique vbi illas fieri per nos iussum erit, tum omnino in parochiali Ecclesia, intrâ cuius limites maior census siue ecclesiastici, siue alterius generis pars posita est.

Quicumque verò subdiaconus aut sacerdos creandus est, id præter alia testificationis afferat, se de peccatis omnis antea vitæ in primis confessionum, spirituales exercitationes ad decreti in visitatione Apostolica editi, & nostræ Synodi provincialis quartæ præscriptum præstitisse teporis spatio per nos constituto, adhibito sibi duce & moderatore viro religioso, à nobisque in primis probato.

QUICUNQUE de vestitu ecclesiastico, de frequenti sacramentorum usu, de ecclesiasticis functionibus, de vitæ morum disciplina literas testificationis exhibiturus est, eas recenter datas, aut renouatas confirmatasque afferat, ita scilicet, vt ne vetustiores sint duobus mensibus antè statam ordinationis diem.

Si verò quis à domicilio suo diu abfuerit, quâ obrem vetustiores testificationis literæ accipi debeant; recentiores simul, à quibus debet, afferat, eo loco datas, vbi proximè moratus est: & si locus extra diocesim est, ab eiusdem loci Episcopo ob signatas, vel communitas eius auctoritate.

QUI alienæ diocesis est, hæc ab ordinario suo habeat.

Literas dimissorias de ordine suscipiendo. Literas testificationis de ordine proximè suscepto.

Testimonium scriptum de statis denunciations ordinis suscipiendi.

Testimonium de natalibus, aut de dispensatione legitima super defectu natalium.

Testimonium de functionibus præstitis.

Dispensationem super interstitio, si quâo scilicet non confecto illo temporis spatio, quo ex Concilio Tridentino in ordine suscepto versari debet, ad alium maiorem ordinem pro ecclesiæ suæ utilitate ac necessitate Episcopus eum promouendum censuerit.

Testimonium cõprobationis scientiæ per examē, aut literas facultatis de examine faciendo.

Testimonium item de vita, & moru honestate. Testimonium præterea afferat (qui scilicet ordinem sacrum suscipiturus est) de patrimonio, vel de titulo, vel de cõsuetudine, aut sponsonem cautione.

Literæ verò dimissorias de ordine suscipiendo, & testimoniales de præstitis functionibus, & de vitæ morumq. honestate, ne vetustiores sint duobus mensibus à die sacre ordinationis suppeditandis.

Si verò alicuius diuturna absentia antiquiores etiam literas accipi probariuè postulet; recentius datas à quibus debet, inde afferat, vbi proximè commoratus est: siq. extra diocesis suæ fines locus est, illas ab eiusdem loci Episcopo ob signatas, aut eius auctoritate cõmunitas afferat.

REGULARIS qui ad sacram ordinationem conueniet, primam tonsuram aut ordines suscipiturus, caueat ne obstrictus sit aliqua culpa impedimentouè canonico supra de alijs initiandis demonstrato.

Ipsè quoque mense ante statam ordinationis diem ad nos conueniat, & nomen cæteraq. supra de alijs ordinandis præscripta ad Cancellarium Archiepiscopalem deferat.

Testata præterea hæc habeat.

Exercitationem frequètem functionum illius ordinis, quem proximè suscipit.

Frequentiore confessionem, & sacram communionem.

Progressionem in ecclesiastica disciplina. Obedientiam & reuerentiam erga sacerdotes & superiores.

Loco tituli censusuè afferat testificationem præstitæ professionis regularis.

Testimonium item habeat, De denunciatione sui nominis publicè in ecclesia facta.

De ætate item, vt supra de alijs cõstitutum est.

De tráfacto interuallo post ordinem proximè susceptum à Tridentino Concilio præscripto.

Afferant literas dimissorias à Superiore de ordine suscipiendo, quo eorū quilibet initiandus est.

Quæ literæ ne vetustiores sint duobus mensibus, à die sacre ordinationis suppeditandis; nisi ob absentiam Superioris, aliamuè causam, eas longiori tempore datas, renouatasque accipi, probariuè debere censuerimus.

Testimonium etiã scriptum à Superiore suo, qui ostendat eum vita & moribus præditum esse, qui dignus sit, vt illi ordini adscribatur, quo is initiari vult: sit verò hoc testimonium non antiquius duobus mensibus, vti in Superioribus est declaratum.

Si verò diutius à Monasterio abfuerit, hoc testatum afferat à superiore Monasterij, in quo proximè commoratus est.

Testificationem item de ordine, qui proximè præcedit, iam suscepto.

Si verò statum tempus præscriptum à Concilio Tridentino, quod interiectum esse debet inter susceptionem vnus & alterius ordinis, nondum expletu est; tunc à suo Superiore scriptum afferat, quo testatum fiat, vtile ac necessarium

Pp cessarium



cessarium Ecclesie sue, Monasterioue esse, secundum dispensari super eo interstitio.

Quod si quis statura die non adfuerit, aut quae ex praescriptis ad se pertinent, singula non bene nec satis testata fecerit, sciat se ab ordinatione, quae statim eo tempore habebitur, exclusum fore.

**DOMINICO** autem promulgationis huius edicti die, ob sacram ordinationem proximam futuram in singulis parochialibus ecclesijs processio de more agatur litanis ac supplicationibus publicis; in quibus unusquisque secum mente reputans, quam pauci operarij in melle multa sint, hoc Deum toto corde exoret, ut qui Dominus est messis, ipse mittat operarios in messem suam, lumenque nobis praebet in ijs deligendis, quos ordinibus adscribamus, tum quos elegerimus, ope diuina illi adiuti in sanctitate & iustitia ei seruiant, eiusdem gloriam omnibus in rebus sibi proponentes.

Quod ut eo nomine Deum populus supplex facilius oret, id illum singulis diebus Dominicis per mensem ante statam sacrae ordinationis diem crebra cohortatione parochi inter Missarum solemniam praeroneant.

Dominico praeterea die illam proximam praecedente, pastorales etiam nostras literas de scripto accuratè iterum recitent, tum diligentem etiam admonitionem populum ad illud excitent, ut non modo supplicationes ob eam causam nostro Concilio prouinciali secundo decretas, pie religioseque tunc obeat; sed illis ipsis stans, qui sequuntur, sacrae ordinationis diebus, frequens in oratione pure sancteque versetur; tum quae die sacra ordinatio habebitur, quae in vrbe sunt, in Metropolitana ecclesia frequentissimi praesentes ad sint, huic orationis officio studiosius attentis, ut à Deo Sanctorum ope ijs fidelium praecationibus impetrata, & nos ordines ijs conferamus, quos viles operarios ecclesia Dei postulat, & qui ordines suscipiunt, in dies progressus maiores in vitam morumque sanctitate, religione, doctrina, atque prudentia faciant; ijsque virtutibus adiutrice diuina gratia aucti, cum exemplum pie sancteque agendi laicis perpetuo praebent, tum Deo in primis, cui in ministerium dicati sunt, grati ministri, pro populo intercedentes, caelestia diuinæ gratiae misericordiamque munera vberiora impetrant, ipsique digni sint donis & priuilegijs, quae singularia, & Deo, & ecclesia ministris suis benigne concessit.

Indictio diei sacrae ordinationis.

CAROLVS

S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. Sanctae Praxedis, Dei & Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus S. Ecclesiae Mediolanensis.

**A**VXILIANTE Domino Deo, ac Salvatore nostro Iesu Christo, nos ex sanctae matris Ecclesiae institutio, sacram ordinationem in nostra Metropolitana Ecclesia solemniter cele-

braturi sumus, proximis stans quatuor temporibus, die scilicet Sabbato mensis N. proxime futuri. Quare edictum nostrum de sacra ordinatione editum, ut omnibus ad quos spectat, notum sit; intra Missarum solemniam in nostra Metropolitana Ecclesia de suggestu cum nostris pastoribus eo de genere editis, & his etiam nostris indictionis diei sacrae ordinationis literis legi; atque in eius item valuis, ut moris est, affigi; & quod praeterea peruulgatius sit, à parochis omnibus & singulis, tam in vrbe quam in diocesi, die Dominico proximo postquam has Archiepiscopales literas acceperint, hoc idem fieri mandamus.

Omnes verò & singuli, quicumque vel clericali tonsura, vel aliquo ordine initiati sunt, ut omnia & singula praestent atque exequantur, quae cumque edicto illo nostro de sacra ordinatione praescripta sunt, his nostris literis edicimus, atque monemus. Dat. Mediolani ex aedibus nostris Archiepiscopalibus, Die

### INSTRVCTIO

Pro Parocho ad fidem faciendam de natalibus, & aetate ordinandi.

**P**RIMO videat, an ordinandi nomen, cognomen, & baptismi tempus reperire possit in libro illo, in quo baptizatorum nomina ex more & praescripto S. Concilij Tridentini notantur. Et si inueniat, exemplum ex illo libro exscribat, ac sua, & duorum, si commodè fieri possit, testium manu ob signatum mittat, ut constare possit, quo tempore ordinandus fuit baptizatus.

Similiter ex libro matrimoniorum capiat exemplum si reperiat, ut probetur legitimum matrimonium inter parentes ordinandi contractum. Si haec non reperiantur, & ad maiorem fidem, ut constet an ex legitimo matrimonio, & ex quibus parentibus, & quo tempore natus sit ille qui ordinari cupit, parochus testes fide dignos, vicinos, parentes, & alios qui ordinandum norunt, examinet hoc modo.

In praesentia duorum proborum virorum, vel vnius notarij, si commodè reperiat, deferat cuilibet testi iuramentum de veritate dicenda circa aetatem, & natales ordinandi.

Tum separatim, & secretè coram eodem notario vel duobus testibus examinet quemlibet testem, & eius dicta scribat, eum interrogando primum.

- 1 An nouit N. qui fuit denunciatus in Ecclesia, & vult ordinari.
- 2 An nouit eius parentes, & quanto tempore, & qua occasione eos nouit.
- 3 An sciat, quod N. sit eorum filius, & quomodo sciat.
- 4 An sciat, quod eundem N. illi quos eius parentes testatur, pro suo filio aluerint, tenuerint, ac tractarint. Et an communi voce & fama omnium, eum pro talium filio haberi, & reputari sine ulla suspitione contrarij sciat.
- 5 An sciat quo anno, mense, die sit natus, & ubi natus sit, & qua occasione, memoria teneat annum,

Gl'infra critti sono, che non possono essere promossi.

**C**HI non ha l'età requisita.

Chi non è cresmato.

Chi è rozzo e ignorante.

Chi è criminoso, o solito à commettere delitti.

Chi haueffe fatta publica, e solenne penitenza.

Chi è Neofito, cioè di nouo venuto alla religione christiana.

Chi è lapsò, cioè caduto in peccato di fede dopo l'auer preso ordine.

Chi è spergiuro.

Chi è usuraro manifesto. Chi è infame.

Chi è obligato à rendere conti per qualche compagnia di traffichi o maneggi.

Chi è scibauo.

Chi è defettofo nel corpo, o stroppiato.

Chi è notabilmente deforme.

Chi non è nato di legitimo matrimonio.

Chi è forastiero, & incognito.

Chi è bigamo, cioè c'habbia hauuto due moglie.

Chi è irregolare in qual si voglia altro modo.

Chi fosse stato in guerra, doue ne sia seguita morte d'huomini.

Chi haueffe essercito l'officio del Giudice Criminale nel foro secolare.

Chi haueffe dato sentenza capitale.

Chi haueffe dettato, o scritto atti, sentenza, o processi in causa della quale ne sia seguita sentenza capitale.

Chi haueffe essercito l'officio di Procuratore, o Fiscale, doue habbia potuto incorrere in irregolarità. Chi è sospeso.

Chi è interdetto dall'ingresso della Chiesa.

Chi è escommunicato. Chi è pazzo.

Chi è sottoposto à mal caduco.

Chi è vessato da spiriti immondi, o inspirato.

Chi è approuato senza effame.

Chi è promosso per salto, cioè non passando ordinatamente da vn ordine à l'altro.

Chi non ha seruato i debiti interstitij di tempi nel pigliare ordini.

Il Paroco, quando publicarà questi impedimenti, procurarà di dichiararli al popolo, doue ne sia bisogno.

### EDICTVM.

Contra clericos habitum clericalem non induentes.

CAROLVS

Borromaeus miseracione diuina S. R. E. tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Mediolanensis.

num, mensem, diem, locum natiuitatis eiusdem. N. & occasionem huiusmodi memoriae speciatim declarer, dicendo (exempli gratia) quia eodem anno seu mense ego uxorem duxi, vel fuit mihi nata proles, vel ex sacro fonte suscepi. N. vel mea proles, vel vxor, aut pater, mater obijt mortem eodem mense, vel tale signum aliud ostendat, quo se tempus natiuitatis eiusdem. N. memoria tenere probet, cum sine tali notabili signo hominum memoria soleat esse labilis circa tempus diu praeteritum.

Tum rogetur, an sciat. N. esse legitime natum ex iisdem parentibus, videlicet ex legitimo matrimonio, & quomodo sciat eisdem parentes esse coniuges legitimos.

1 An fuit praesens quando se coniunxerunt eo matrimonio per verba de praesenti, & an illa verba audiuit.

2 An verò audiuit duntaxat dici, & à quibus, & quandiu.

3 An in illa parochia omnium iudicio, & voce publica ac fama habeantur pro viro & vxore sine ulla rumore in contrarium iisdem parentes N. ordinandi.

4 An simul cohabitent, & se inuicem tractent populo sciente tanquam coniuges, & quomodo, quare, & quamdiu ille id sciat.

5 An ille signum aliquod notabile teneat memoria, quo adducitur, ut tempus, & locum matrimonij, contracti, & coram quibus contractum fuit, iam post tot annos recordetur.

**P**ATER, & mater quoque ordinandi possunt examinari, de aetate sui filij, & de suo quoque proprio matrimonio, ut videatur, quomodo cum testibus concordant.

Si ipse parochus aliquid nouit de aetate ordinandi, & matrimonio legitimo parentum eius, testari id in schedula scribendo sua manu poterit, & in verbo sacerdotis significare se veritatem dicere: causamque suae scientiae, secundum ea quae superius notata sunt, exprimat.

Prudenter utatur parochus instructione superioris adnotata secundum testium qualitatem, & astutiam vel simplicitatem; ut simpliciores iuuet istis interrogationibus ad testificandum veritatem directè, & concludenter; atutos vero non instruat ad falsum deponendum, eos particulariter rogando, quos potius expedit generaliter rogari de causa suae depositionis, seu scientiae.

Formula di denunciare, o publicare al popolo nella Messa in giorno di festa, quelli che hanno d'esser promossi à ordini.

**S**I notifica alle charità vostre, come N. figliuolo di N. della terra di N. è per promouersi all'ordine del N. & però se alcuno di voi sapesse, che fosse impedimento alcuno, per il quale non possa esser promosso à detto ordine, venga à notificarlo à me N. ouero vada à notificarlo al molto R. Monsig. Vicario Gen. Archiepiscopale.

**E**T si nos veterum canonum, & Tridentini concilij iussa exequentes, iam pridem publico edicto, quod Vicarius noster generalis die 25. Octobris 1564. nostro nomine promulgauit,

mulgavit, nostræ Civitatis & Diocesis clericos monuimus, ut habitum, & clericalem tonsuram, quæ est spiritualis militiæ insigne, sumerent, ac deferrent: animaduertimus tamen nonnullos adhuc contumaces esse.

Quamobrem prosequentes nos quæ provincia li nostræ Mediolanensi Synodo decreuimus, hoc edicto publicè proposito, omnes & quascunque Ecclesiasticas personas, quæ aut factis initiatæ sunt, aut dignitates, personatus, officia, beneficiaue qualiacunque etiam simplicia obtinent, etiam si studij causa absint, & in publicis gymnasijs, aut vbiuis locorum sint, vehementer hortamur in Domino, ac semel, iterum, & tertio, trinaq. hac monitione præmissa monemus; ut qui in provincia sunt, ad duos menses clericalem habitum sumant, & deferant, ordini suo ac dignitati congruentem; tonsuramq. clericalem presbyteri tribus digitis, cæteri inferioris ordinis clerici duobus saltem ex omni parte latam perspicue gerant: damusque eis ad id omnino efficiendum, pro primo viginti dies, pro secundo alios item 20. pro tertio & peremptorio termino 20. etiam reliquos duorum mensium, quos præscripsimus dies. qui verò extra provinciam sunt, illud idem ad tres menses præstent; ijsq. vnum pro primo, alterum pro secundo, & tertium mensem pro tertio & peremptorio termino assignamus. quòd si qui huic nostro edicto nõ paruerint; si beneficia Ecclesiastica obtinent, aut eorum fructus referuatos habent, omnibus ij anni vnus fructibus iure ipso priuati sint, quos arbitrato nostro pijs locis aut operibus attribuemus: sin autem beneficium Ecclesiasticum nullum obtinent, trium mensium carcere eos multandos declaramus; & qui sacris ordinibus initiati fuerint, etiam ab ordinum suorum munere sint suspensi.

Ab eo autem tempore, quod & ad tonsuram & habitum clericalem sumendum hoc edicto præstitimus, post mensem, si qui vel eum non suscepisse, vel susceptum deposuisse conuicti fuerint; eos beneficijs atque officijs Ecclesiasticis omnibus iam nunc, etiam nulla alia declaratione facta, priuatos esse declaramus.

Præterea quoniã quæ nos provinciali nostræ Mediolanensi Synodo de clericalium vestium colore, de sericis vestimentis aut ornamentis, de interiori veste, de mantelleti longitudine, de pallio quod ferrarolum vocant, de caligis non inflatis nec dissectis, de camiscijs vt dicunt lateucatis, aut arte elaboratis, de anulis, & reliquo denique clericorum vestitu cõstituiimus; ea cum intelligamus à pluribus negligi, inter alias pœnas, quas de clericis in eo genere contumacibus ex illo nostræ Synodi decreto pro personarum conditione & modo culpæ arbitrato nostro sumemus; vestimentorum etiam, quibus quisque clericus contra illud decretum usus fuerit, amissionem ei denunciamus, eaq. contumacibus clericis adempta, pauperibus di-

stribuemus. In quarum rerum fidem hoc edictum cõfici, & signo nostro munitum, nostriq. Cancellarij manu subscriptum, Metropolitanæ nostræ Ecclesiæ valuis affigi, alijsq. locis in publicum proponi iussimus. Dat. Mediolani ex ædibus nostris Archiepiscopalibus die 24. Decembris. 1566.

## E D I C T V M

De horis Canonicis ad præscriptum Breuiarij noui Ambrosiani recitandis.

## C A R O L V S

S. R. E. Cardinalis tit. S. Praxedis Archiepiscopus, vniuerso Clero Mediolanensi salutem in Domino.

**D**IUINAE misericordiae munere donoq. Ecclesia Mediolanensis, cuius Archiepiscopalem curam & administrationem Dei fedijsq. Apostolica gratia gerimus, cum multis alijs ornamentis exulta sit, tum hoc vno etiã, quòd diuinorum officiorum ritum præcipuum, atque eum quidem antiquissimum habet: quem ab sancto Ambrosio patre patronoq. nostro institutum, & à beato Simpliciano auctum, deinceps Archiepiscopi qui ordine successerunt, tanquã amplam sibi hereditatem relictam religiose conseruauerunt.

Itaque nos vbi primùm ad hanc Archiepiscopalem curam gubernationemq. vocati sumus, cum alia, quæ vel ad cleri disciplinam, vel ad populi morum conformationem, vel ad ecclesiarum instaurationem, ornatumq. pertineret, pro sollicitudinis nostræ officio non solum cõcilijs, tam provincialibus quàm diocesanis, sed omni alio Archiepiscopali munere, quantũ in nobis fuit, benè iuuante Deo procurare studuerimus: in id quoque maximè incumbere, operæpretium esse censuimus, vt antiqua Ecclesiæ huius nobis commissæ instituta, veteresq. ritus, atque adeò ab ipso S. Ambrosio institutos rectè tueremur, & vbi opus esset, instaurarem. Quamobrem multis ab hinc annis, præter cætera quæ ad huius ecclesiæ rones vsumq. opus esse vidimus, illud maximoperè curauimus, vt Breuiarium in primis adhibito peritorum piorumq. hominum consilio recognosceremus, ritumq. & congruenter veteribus Ambrosianis institutis conformaremus.

Quo in genere cum exemplaria antiqua, aliaq. comprobata huius ecclesiæ monimenta adhiberi mandauimus; tum verò totius officij normam, in multiplici Breuiarij Ambrosiani varietate diuersis temporibus non rectè à nonnullis Sacerdotibus priuatim introductã, ad ritum accommodari voluimus, quem clarissimi diuinorum officiorum scriptores docent; & Theodorus in primis Archiepiscopus prædecessor noster, qui eiusdem Ambrosiani diuinarum precum

precum officij nocturni matutiniq. partes piè & eruditè explicauit luculenta mysteriorum interpretatione.

Hoc igitur Breuiarij opus demum diuinæ pietatis abundantia confectum, & ritui veteri accommodatum, & quod ad lectiones sacræ scripturæ attinet, cum ratione, canone, atque instituto antiquo huius nostræ ecclesiæ congruens, cæterisq. partibus absolutum, in lucem emitti iussimus.

Quare vniuersis & singulis ecclesiastici ordinis hominibus, etiam Regularibus, qui iure, instituto, consuetudine, constitutione, decreto nostro, aut alia quacunque ratione, causaue, Ambrosiano more diuina officia obire debent, ijs edicimus, & in virtute sanctæ obedientiæ iubemus, præcipimusq., vt ad huius Ambrosiani nostri Breuiarij præscriptum canonicas horas diuinumq. officium deinceps perpetuò, tam publicè quàm priuatim præstent. Quòd si quis secus fecerit, cum eum canonicarum horarum officio quod debet, non satisfacere declaramus; tum pœnis affici facimus, quæ Lateranensi Concilio à Leone X. Pont. & alijs sanctionibus Pontificijs, ac provincialibus synodis Mediolanensibus contra clericos constitutæ sunt, qui canonicarum horarum officium intermittunt.

Illud autem eos vniuersos singulosq. hortamur, ac monemus, vt diuinæ charitatis studio incensi, ita se in huius Breuiarij vsu exercent, vt quod ore psallunt, mente spirituq. idem intimè psallant: sicq. toto animo suæ pietatis fructus in dies vberrimos à Deo percipere studeant, intercedente beatissimo patre Ambrosio, in cuius ecclesia ipsi ministrant. Dat. Mediolani 8. Idus Septembris. 1582.

## E D I C T V M

De ædibus, & habitatione ecclesiasticorum.

**I**O. BAPTISTA CASTELLIVS I. V. D. Protonotarius Apostolicus, Reuerendiss. in Christo Patris, & Illustriss. Domini, D. Caroli Presbyteri Cardinalis Borromæi nuncupati, S. Mediol. Eccl. Archiep. Vic. gen. &c.

Vt ea quæ in Concilijs Mediolanensibus sancita sunt, de clericis vnã cum laicis, aut in laicorum ædibus non habitandis, exactius executioni mittantur quàm hucusq. missa sint: Edicimus, ac iubemus, quòd à festo S. Michaelis proximè venturo in antea, persona aliqua ecclesiastica non audeat neque præsumat habitare in domibus laicorum, etiam consanguineorum, aut affinium, quouis consanguinitatis, aut affinitatis gradu coniunctorum, sine nostra speciali in scriptis licentia.

Quòd omnes & singulæ personæ ecclesiasticæ cuiuscunque qualitatis, dignitatis, & gradus, habitantes in domibus conductis, debeant per totum præsentem mensem Iulij, in manibus

R. D. Ferrandi della Cruce, Archidiaconi Ecclesiæ Mediolanen. detulisse eorum nomina, & cognomina, ac locum habitationis eorum.

Et quòd omnes & singulæ ecclesiasticæ personæ habentes domos ecclesiasticas locandas, intra decem dies proximos præf. R. Archidiacono notulam deferant eorum domuum locandarum, aut earum partis, vel solitarum locari, cū qualitate, & situ earum.

Quòd intra præsentem mensem debeant cum effectu denuciare, & excumiasse omnes & singulos laicos è domibus ecclesiasticis, quas ipsi locarunt; nec illas in posterum eidem, aut alijs locare absque nostra in scriptis speciali licentia, etiã quòd pars domus locada, aut ædes ipsæ totaliter essent segregatæ à domibus, aut cubiculis, quæ ab ipsis personis ecclesiasticis inhabitantur.

Præterea etiam de mado prædicti Illustriss. D. Cardinalis annullamus omnes facultates cuiuscunque personæ ecclesiasticæ, etiam per Illustriss. Dominum concessas, vt in laicorum ædibus, aut vnã cum laicis habitare possint, nisi intra quindecim dies proximos à nobis confirmationem obtinuerint.

Declaramus tamen, nos illos, qui alijs edictis nostris, & decretis Synodalibus super his omnibus aut singulis alijs statutis & publicatis non paruerunt, à pœna in quam ob id inciderunt, non liberare, nec absoluerè.

Qui præscripto tempore conductori laico nõ denunciauert, vt è domibus ecclesiasticis conductis prædicto tempore discedat; multetur tanta pecuniæ summa, quanta quolibet anno ex ficto domus Ecclesiæ suæ locatæ percipere solet, aut potest.

Si verò contra præsentis edicti tenorem, ecclesiasticas ædes locare ausus fuerit, locatio irrita sit & nulla; neque conductori ex ea aliquod ius acquiratur, tanquàm ex ea, quæ facta sit lege prohibente; Clericus verò fictum amittat, & locis pijs applicetur, insuperq. multetur & puniatur ad nostri arbitrium.

Qui verò contra alia in hoc monitorio nostro cõprehensa commiserit, pœnam, & multam arbitrio nostro subeat.

Et vt hæ nostræ, quas vim edicti publici habere decernimus, ad omnium notitiam verisimiliter peruenire valeant; volumus, & mandamus ipsas affigi valuis Ecclesiæ Mediolanen. Palatii Archiepiscopatus, & Ecclesiarum collegiatarum S. Ambrosij, & S. Mariæ della Scala Mediolani; atque eas ita affixas arctare omnes & singulos supra nominatos decernimus, ac si eis omnibus & singulis præsentis nostræ literæ personaliter fuissent intimatæ. In quorum testimonium præsentis fieri iussimus, & sigilli nostri impressione muniti: de quarum affixione, positione, & dimissione, relationi cuiuslibet nuncij in hac parte nostri plenam dabimus fidem. Dat. Mediolani die Martis 12. mensis Iulij. 1569. Indictione 12.

## Edictum de residentia.

*Carolus Borromaeus miseratione diuina S. R. E. Tit. sanctae Praxedis Presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Mediolani.*

**Q**UONIAM multorum, qui curata cuiusvis generis beneficia, officiaue ecclesiastica, Praepositorum, atque alias ecclesiasticas dignitates obtinent, in ijsq. residere iure vel consuetudine debent, ea est contumacia, ut neque veterum Canonum, concilijq. Tridentini decretis, nec Pij Quarti Pontificis Maximi constitutione, nec postremo Sanctissimi D. N. Pij V. iussu, neque edictis praeterea nostro nomine promulgatis adduci potuerint, ut beneficiorum suorum residentiae quam debent, praesentes satisfaciunt; cumq. id nos pro nostri Archiepiscopalibus muneris ratione diutius ferre nullo modo possimus, nec sanè debeamus; ad ultima quidem remedia descendere cogimur.

Quamobrem hoc nostro edicto, omnes & singulos, quicumque in nostra Mediolanensi & ciuitate & dioecesi beneficia eiusmodi in titulum vel commendam habent, vehementer hortamur in Domino, requirimus, ac semel, iterum, & tertio, hacq. trina monitione praemissa monemus, praecipimusq., ac mandamus; ut si in prouincia illi sunt ad duos menses, quorum 20. dies pro primo, alios deinde 20. pro secundo, tum reliquos 20. pro tertio & peremptorio termino ipsis assignamus; si extra Prouinciam, ad tres, unum pro primo, alterum pro secundo, tertiumq. mensem pro tertio item & peremptorio termino, ad sua beneficia se conferant, atque in ijs quemadmodum sacro Tridentino concilio sancitum est, assidue residendo, nisiquam inde discedant, nisi à nobis permiffa sibi in scripto huiusce rei facultate.

Quod si qui salutis suae immemores, hoc ipso tempore quod ad residendum praescripsimus, ad suorum beneficiorum residentiam non accesserint; aut sine nostra scriptis permiffa facultate inde postea discedentes, amplius duobus mensibus siue continuatis siue interruptis in anno absuerint, etiam si eo temporis spatio ipsi in alijs suis beneficijs, canonicatibus, dignitatibus, etiam si in quacunque cathedrali Ecclesia sint, resederint: eos praeter poenas, quae & sacrorum Canonum decretis, & eodem concilio, & Pij Quarti Pont. Max. constitutione non residentibus propositae sunt, ordinum suorum munere officioq. suspensos, ac eisdem curatis beneficijs iure ipso priuatos declaramus.

Interim autem fructus quos absentes suos non faciunt, nec sine conscientiae lae retinere possunt, Fabricae Ecclesiae cui quisque praest, & ornamentis, pro rata temporis eorum absentiae adiudicamus. à qua poena, atque etiam à mortali peccato, quod ut Tridentino concilio declaratum est, committunt, qui sine nostra scri-

pra facultate absunt, ne ij quidem immunes sunt, qui, quonia à suis ecclesijs absentes, apud nos, & à nobis ipsis saepe videtur, nostro quafacito permiffu se abesse existimant: quod à nostri animi sententia longè alienum esse, etiam his literis declaramus.

Edicimus praeterea ac iubemus omnibus, quicumque Ecclesiastica beneficia, curata, vel non curata, in titulum aut commendam obtinet, quae tamen personalem residentiam iure vel consuetudine requirunt, si qua non residendi studij causa permiffa facultate tueri ac defendere se posse arbitrantur, quod minus ipsi in suis residentiae beneficijs, ut eam ad idem tempus supra respectiue praescriptum, nobis aut Vicario nostro exhibeant; alioqui sciant, nos de eis poenas esse sumpturos, quae contra non residentes constitutae sunt. In quarum rerum fidem hoc edictum confici, signoq. nostro signatum, & nostri Cancellarij manu subscriptum, Metropolitanæ nostrae Ecclesiae valuis affigi, alijsq. locis publice proponi iussimus. Volumusq. eo vnumquemque ita teneri, ut si ipse personaliter monitus esset, ac citatus. Datum Mediolani ex nostris Archiepiscopalibus edibus, die 10. Ianuarij. 1567.

## Edictum de Visitatione.

*CAROLVS Miseratione diuina Tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis Borromaeus, Archiepiscopus Mediolani.*

**C**VM ad nostri pastoralis officij rationem Visitationis cura ita pertineat, ut ex sacrorum Canonum iure, & Conciliorum decretis praetermitti neque possit, neque debeat: nos illud à nobis debitum munus, omni qua maxima possumus diligentia, Deo iuuante aggredi atque perficere cupientes, perutile fore existimamus, omnibus & singulis iurisdictionis nostrae fidelibus, caeterisq. quorum id interest, hoc significare.

In eam verò curam ita incubemus, ut non ordinaria nostra solum, verum etiam delegata nobis auctoritate accuratè visitemus omnes & singulas has Mediolanensis & Ciuitatis & Dioecesis Ecclesias; Metropolitanam nostram, collegiatis, earum item capitula, tum personas; curatas praeterea Ecclesias, etiam eas, quae ipsi Metropolitanæ, collegiatis, alijsue Ecclesijs, Monasterijs, Collegijs, aut pijs quibusuis locis annexae sunt.

Monasteria item quae commendata sunt, Abbatia, Prioratus, siue Praepositorum, aliouè nomine nuncupata, in quibus non viget regularis obseruantia; caetera quoq. beneficia curata, ac non curata, saecularia, regularia quouis modo, comendata, etiam si exempta sint; Ecclesias ite quascunq. quauis ratione exemptas, quauis ip-

nullius

nullius dioecesi sunt, quibus Metropolitana nostra propior sit quam alia cathedralis Ecclesia; omnes denique Ecclesias non curatas, cappellas, oratoria, hospitalia, collegia quacunq., cōfraternitates laicorum, Montes pietatis, piaq. loca omnia, quamuis exempta sint, etià ad laicorum administrationem pertinentia; Moniales etiam quae Sanctae Sedi Apostolicae immediate subiectae sunt, quauis etiam Sancti Petri, vel Sancti Ioannis capitulorum nomine, vel alio quouis modo nominantur; Monialium item quarumcunq. clausuram; Monasteria insuper in quibus cura exercetur animarum personarum saecularium, in ijs quae ad Sacramentorum administrationem pertinent; omnes denique & quascunq. saeculares personas Ecclesiasticas, etiam exemptas, & regulares extra Monasterium vitam agentes.

Hoc igitur nostro publice promulgato edicto, omnes & singulos certiores facere volumus, nos die vigesimo quinto huius mensis visitandi initium facere velle, eo animo eoq. consilio, ut quantum in nobis est, diuina benignitate adiuti, omni & diligentia, & pietatis, & pastoralis officij studio in ea incubamus, quae ad animarum salutem, ad cultus diuini rationem, ad Ecclesiarum statum, ad Christianam morum institutionem, ad Cleri, & fidelis populi vitae atque officij disciplinam spectare iudicabimus.

Quare monemus omnes & singulos, ad quos earum Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum quae diximus, cura, vel gubernatio, vel administratio, vel Missarum ac diuinorum officiorum quae in ijs praestanda sunt celebratio, aliorumue munerum functio pertinet, ut quo die singulas illas Ecclesias, locaque visitabimus, proferant ac ostendant nobis, vel ei cui tale munus delegauimus, vel Cancellario nostro cuius opera in hoc visitationis munere utemur, tuorum omnium beneficiorum, & factorum ordinum titulos, & Ecclesiarum capitulorumue statuta, constitutiones, ac obligationum onera quae eis imposita sunt. Inventarium praeterea bonorum mobilium & immobilium, atque eas res omnes ostendant, quae ad Ecclesiae aut pij loci cultum, apparatus, & ornatum pertinent.

Si quis autem, cuiusvis ordinis aut dignitatis sit, aliqua in medium afferre voluerit, quae ad Dei laudem, Ecclesiarum commodum, & animarum salutem interesse putauerit; eum hortamur in Domino, ut omnia ea nobis vel sermone vel scripto patefaciat.

Et quoniam ab ijs quae alijs praestant, initium sumi decet; primum Metropolitanam nostram Ecclesiam visitabimus, ad alias deinde Ecclesias & loca quae diximus progrediemur, ea seruata ordinis ratione, quae ad eam rem bene gerendam magis expedire nobis videbitur.

Itaque monemus, praecipimus, atque citamus capitulum Ecclesiae nostrae Metropolitanæ, eiusq.

Archipresbyterum, Archidiaconum, Primicerium, Praepositorum, Decanum, Canonicos qui ordinarij appellantur, Notarios, Primiceriorum lectores, Mazzeconicos, cappellanos, custodes obedientiarum, clericos, veglones & veglonissas, cappellanum curatum curam animarum exercentem in parochialibus Ecclesijs Sanctorum Theclae, & Ioannis ad fontes Monasterij Lantasi, & Galdini, Archipresbyterum ite, & canonicos Decumanos, scholares, cofratre, & beneficiatos officiales, ministros, caeterosq. singulos, qui nostrae Metropolitanæ Ecclesiae ministrant vel ministrare debent, ut eo quem ediximus die 25. summo mane omnes ad visitationem conueniant, ac sui quisq. beneficij quod in ea Ecclesia obtinet, titulos, dispensationem, statuta, constitutiones, ordines, obligationumq. onera, nobis ut supra ediximus exhibeat, in eaq. Visitatione quam statuto iam die aggrediemur, etiam si non eo ipso die absolue re poterimus, tamdiu adesse pergat, quoad omnibus ijs quae ad eam pertinent, quaeq. nos necessaria & opportuna censuerimus, perfectis, illam omnino absoluerimus.

**L**APIDEVM, vel saltem lateritium, ita constructum aut reconcinnatum, ut fenestella, foramennè nulla ex parte relinquatur, ubi quidquam asseruari possit aut recondi, nisi forte reliquæ Sanctorum sint: sed si columellis erit suffultum, neque in eo quidquam subius ponatur. Altitudinis à Scabello ligneo vel Bradella cubitis duobus uncijs octo sit; longitudinis verò utique ad minus cubitis quatuor, latitudinis item saltem cubitis duobus.

Hæc autem habeat omninò.

- 1 Iconam, vel saltem picturam in pariete.
- 2 Crucem.
- 3 Candelabra saltem duo.
- 4 Cartulam cum secretis è regione positam Sacerdotis celebrantis.
- 5 Petram sacratam (si mensa ipsa consecrata nō sit) mensa ipsius medio aptè insertam. Mensa autem unicuique non consecrata tabula lignea superponatur, quæ mensam ipsam totam contegat, in eaq; sacrata Petra inserta sit: consecrata verò Mensa tela cerata cooperiatur, quæ totam ipsam Mensam tegat, etiã si ex parte lateritia sit.

Petræ ipsæ sacratæ ad annum permittuntur, quæ longitudinis unciarum xiiij. latitudinis verò x. saltem sint; quæ verò longitudinis xvj. paulò verò maioris latitudinis erunt, ad biennium; quæ autem xvij. longitudine, latitudine autem paulò item maiores erunt, ad triennium: sed transactò triennio permittitur nulla, quæ

Tit. quæ ad sacramentalia & sac. pag. 91. §. Sacrum præterea.

quæ præscriptæ magnitudinis, unciarum scilicet viginti in longitudine, sexdecim in latitudine non reperietur, præter capsæ cui inserta erit, dimensionem.

Quæ minores sunt prima tolerata mensura, frangantur statim, reliquæ quæ in eis inveniuntur, honestè asseruatis.

6 Tobaleas tres, quarum una ad planum usque pertingat, aliæ duæ, quæ diuise sint, totam mensam contegant.

Totidem Tobaleæ præterea esse debebunt, ut possint mutari, cum erunt purgandæ.

7 Puluinar unum paruulum pro Missali in Altare sulciendo.

8 Telam viridem, aut alterius coloris, ad Tobaleas à puluere defendendas.

9 Telare ligneum vulgò appellatum, cui pallium possit commodè affigi.

10 Pallium decens, quod tamen non idem semper esse debebit.

11 Scabellum ligneum, vulgò Bradellam, quæ à fronte Altaris cubitos saltem duos producta latè pateat.

12 Tegmen ex asseribus, aut tela cærulea honestè picta confectum, ubi fornix non est, qui totum Altare tegat, aut ei aded proximus, ut sæpè purgari facile & commodè possit.

13 Fenestellam in pariete à parte Epistolæ aptè constructam, ad aquam excipiendam ablutiois manuum Sacerdotis celebrantis, & ad peluim cum Urceolis collocandam.

14 Septium ferreum, vel lapideum, altitudinis cubitorum circiter trium, aut (si ita Reuerendiss. Archiepiscopo videbitur, vel in Visitatione ita cautum sit) ligneum; quod quidem ligneum ea altitudine, & forma etiã poterit construi, ut ad illud possint commodè genua flecti.

Inter septium autem & altare (non tamen maius) id spatij sit, ut clerico ministranti locus relinquatur, Missam audientibus non item: distet verò omnino septium ipsum à scabello ligneo saltem cubito uno uncijs octo: & quamuis interuallum illud paulò esset maius, eò tamen Missa audientibus non erit permittendus ingressus.

In his autem Cappellis, quæ quidem habent septium, sed longè distans ab Altari, sepes altera erit apponenda.

In Altaribus verò maioribus pro situs capacitate spatium ipsum esse debebit; sed planè huiusmodi, ut Missis maioribus possit commodè ministrari.

15 Tintinnabulum vel appensum ad Altare, vel certè è Sacristia delatum.

**S**E X mensium spatio transactò à Decretorum horum euulgatione, in his altaribus non celebretur, quæ ad præscriptam formam non erunt redacta, ipsæ, omnibus rebus instructa, quæ supra declarata sint; etiã si maiora altaria sint.

In quibus autem Ecclesijs plura altaria sunt, in eo celebretur, (licet maius non sit) quod ad præscriptam formam erit redactum; quòd si nullum in ipsa Ecclesiâ erit eiusmodi, in eo celebretur,

quod Vicarij Foranei, vel alterius ad id deputati à Reuerendiss. Archiepiscopo in Diocesi; in ciuitate verò Præfeti Portæ, vel alterius iudicio; In Regularibus autem Ecclesijs, eiusdem Ecclesiæ superioris sententia, ad ipsam formam magis accedet, eamq; plus imitabitur, atque exprimet: Anno verò elapso Altaria omnia demoliantur, quæ supradicta requisita non habebunt; præter maius, quod curetur omni ratione, ut ad formam primo quoque tempore redigatur. Ecclesiæ ipsius Sindicos curatoresq; si qui sunt, ab Ecclesiæ ingressu prohibendo, Ecclesiâ ipsam interdicens, Rectorem multando, atque etiã à Missa celebratione suspendendo, aliq; huiusmodi respectiue agendo, quæ Reuerendiss. Archiepiscopo videbuntur expedire.

Quod idem fiat sex mensium tantum transactò termino, in his Ecclesijs, in quibus Altare maius unicum est.

In Regularium autem Ecclesijs si id non præstabitur, Reuerendiss. Archiepiscopi munus sit, Superiores ea de re admonere, & duorum mensium elapso termino, si ea admonitio non proderit, id ad Sanctissimum D. Nostrum omniino referre.

In quo Reuerendissimæ ipsius Dominationis conscientia vehementer oneratur.

Liberum autem atque integrum sit Reuerendiss. ipsi Archiepiscopo, & Regularium Superioribus Provincialibus, anni spatium superscriptum Altaria ad formam non redacta demoliendi, ad sex præterea menses protrahere, si antè caueatur publico instrumento idoneè, id eo termino omniino præstandum.

Quòd si Altare aliquod reperietur, cui Nicciam quis vulgò appellatam ad Emicycli speciem in parietis concavitate ad formam velut construe re, aut fortasse Cappellam integram edificare; secundus ad id annus concedi possit, præstita cautione superscripta.

Neque Altare ullum in posterum edificetur, cui quidquid desit ex superscriptis requisitis; quodq; præterea non habeat iuxta Instructiones generales, Calicem, & alia instrumenta, paramenta, & ornamenta congrua ad Missam celebrandam: vel idoneè publico instrumento cautum sit, infra biennium ad summum fore, ut ea comparentur.

Altare unumquodq; statim amoueatur, quod subter Suggestum, aut Organum, aut ad columnam, vel Pilam edificatum sit, aut aduersum sit Altari maiori; neque in posterum Altare ullum in locis eiusmodi edificetur, aut quod alteri Altari, præsertim maiori, nimis propinquum, aut ubi septum commodè non admittat, atque Ecclesiâ nullo modo impediatur, vel planè non respondeat formæ, & regulis præscriptis in generalibus Instructionibus superscriptis.

Obligationes atque onera quæ Altari alicui imminet, adimpleantur interea ad Altare illud, in quo superscripta ratione poterit celebrari.

Quæ obligationes autem & onera, item emolumen-



ta quaecumq., atque etiam Tituli altarium, quae vel iam amota sunt, vel amovebuntur, particularibus, vel generalibus huius Visitationis decretis, transferantur ad alia Altaria iam constructa vel construenda in eadem Ecclesia, quae Reuerendiss. Archiepiscopus, vel Regularis Superior censuerit.

Quod si Altare aliquod cum dote, vel legato reperitur huiusmodi, quod Reuerendiss. Archiepiscopo, vel Provinciali Regulari videbitur ornamentum afferre Ecclesiae, neque esse demolendum, sed omnino instruendum; neque ratio alia appareat id faciendi; subtrahi possit interea, vel totum, vel aliqua ex parte seruitium, & ea pecunia ipsi instructioni applicetur.

Verum si redditus debiti seruitij necessariam impensam superabunt, totum illud quod superabundat, ad hanc impensam transferatur: Atque id, nisi nominatim aliter in ipsa Visitatione cautum, insumme sit, aut aliter Reuerendiss. Archiepiscopo videbitur, & Regularium Provincialibus iusta de causa; qui etiam rationem habeant aliorum onerum, si qua eidem Altari nominatim incumbunt.

## SACRISTIA.

**H A E C** habeat Sacristia vnaquaque.

Armarium, vel Vestiarium ad Paramenta conseruanda: ipsa verò Paramenta eiusmodi, quae iuxta Instructiones generales à Reuerendiss. Archiepiscopo ex Decreto Provincialis Concilij constitutas, pro Ecclesiae, aut Cappellae, atque etiam altarium facultate requiruntur. Idem dicitur de Missalibus, de Calicibus, Patenis, velis pro ipsis Calicibus cooperiendis, & sacculo pro ijs reponendis, Corporalibus, Purificatorijs; quae omnia ad praescriptam eisdem regulis formam & mensuram sint, neque Vas desit ad ea lauanda ramneum stannatum; sed ex Aurichalco, vbi facultates suppetunt; neque item Peluicula, & Urceoli desideantur: Non adhibeantur autem in Sacrificio Urceoli argentei, vel ex alia materia, ut apparere extra clarè non possit aqua & vini color. Non desint item in Parochialibus Thuribulum cum Nauicula, & Cochleari, & Situlum pro aqua benedicta cum Aspersorio, & Pocula vitrea ad dandam Purificationem; quae nullo modo detur Calice.

Oratorium separato quantum fieri poterit loco positum, atque disiuncto, in quo possit Sacerdos in solitudine se colligere, & orare; ut dicetur inferius, cum de ipsis Sacerdotibus, & Missa agitur: Ad ipsum verò Oratorium in pariete Orationes ad id propriae affixae sint.

Labellum cum Manutergio appenso ad manus abluendas & abstergendas ante & post Missae celebrationem.

Cartulam cum orationibus sacro uniuersis indumento accommodatis; quas attentè recitet Sacerdos, cum sacras ipsas vestes induit, & exiit.

Tabellam appensam in pariete cum descriptis one-

ribus Missarum, & Annualium omnium; quae illi incumbunt Ecclesiae: & quo die unumquodque erit persoluendum.

Librum pro Missis annotandis ad praescriptam regulam, ut in singulos dies celebrantur.

Silentij nomen appensum magnis literis; quod seruetur utique, omisis verbis omnibus, quae necessarii eo in loco proferenda non sunt; quod re ipsa omnino praestetur.

Ligneum ostium (vbi id commodè fieri poterit) extrinsecus communi ostio appositum, quod pondere appenso, ex se ipso pessulo claudatur; fenestellamq. habeat clatris ferreis septam, unde laici homines possint, si quid velint, è Sacristia quaerere; quibus laicis è patere ingressus nisi urgenti necessitate non debet. Vbi verò ostium ipsum extrinsecus fieri non poterit, fenestella ipsa omnino aperiatur ad praescriptam formam in communi ostio.

Decebit autem, ut in Sacristia insignium praesertim Ecclesiarum, si tapetia desint, crata lignea pavimento ipsi superponatur, in qua Sacerdos stans sacras vestes induat.

Hostia à laico homine nullo conficiantur.

Vbi in Visitatione locus Sacristiae constructioni expressè assignatus non est, priusquam ea edificetur, forma accipiatur à Reuerendiss. Archiepiscopo.

TABERNACVLVM LIGNEVM  
pro Sanctissimo Sacramento  
conseruando.

**P A N N O** serico ab intus ornatum sit.

Conopeo decenti pro Ecclesiarum facultate contentum.

Benè, ac tutò clausum: cuius clavis à nemine, quam à Rectore teneatur.

Ita aptatum, ut ex eo possit Sanctissima ipsa Eucharistia commodè extrahi, neque super Altare propterea ascendendum sit.

Vacuum à Reliquijs, vasculo Olei infirmorum, atque etiam inani Vase; ut omnino nihil aliud ibi conseruetur, quam Sanctissima Eucharistia.

Decebit autem, ut lampas è regione non à latere praeluceat.

Antiquae custodiae in pariete Sanctissimi Sacramenti penitus amoueantur; vel signo omnino delicto, in alios usus adhibeantur, ut Reliquiarum, aut Olei infirmorum, ad praescriptam formam aptatae.

TABERNACVLVM PRO  
faciendis Processionibus.

**C L A R O** vitro vndiq. circumdatum sit.

Lunulam habeat, in qua Sanctissima Eucharistia inseritur, huiusmodi, ut possit commodè aperiri, & fragmenta colligi, si qua fortè ibi relicta sint: Ipsa autem Lunula, & Basis, & Scutulus saltem ex argento constet.

Ponatur verò in ipsa itidem Cathedralis Ecclesiae

siè Sacristia Lunula huius materialis forma.

## P I X I S.

**A** Tabernaculo supradicto disiuncta sit, et ad formam conflata, ex argento inaurata; quae forma itidem ponatur in eadem Cathedralis Ecclesiae Sacristia.

Duas Pixides vnaquaque Parochialis Ecclesiae saltem habeat, alteram maioris formae pro communione generali, alteram minoris pro Sanctissimo Sacramento ad infirmos deferendo. Pro qua Pixide ad infirmos ipsos deferenda, Bursa à Parocho vnoquoque per Diocesim habeatur ornatissima, cum opus fuerit, adhibenda.

## RELIQVIARIVM.

**R**eliquia in honore conseruentur in Ecclesia, Reliquiario pro Ecclesiarum facultatibus, & dignitate constructo, ad formam Generalibus instructionibus demonstratam.

## SANCTISS. CRUCIFIXI IMAGO.

**E**cclēsia nulla sit, quae Sanctiss. Crucifixi imaginem sculptam non habeat, loco conspicuo inter Altare maius & populum; sed è ornatiorem, quod Ecclesia ipsa erit insignior.

## CONFESSIONALE.

**P**arochialis vnaquaque Ecclesia, item singula Parochiali annexa, in qua audiri confessiones soleant, Confessionale vnum saltem habeat; duo verò, quae ultra quadringentas animas curat. Ecclesiae verò etiam non Parochiales, tam seculares, quam Regulares, quae plures Confessarios habere consueverunt, tot Confessionalia habeant, quot Confessarios.

Confessionalis ipsius perfecta forma in Cathedrali Ecclesia poterit cognosci; ad quam vnusquisque suum redigat, in Vrbe trium mensium ad summum spatium, in Diocesi verò sex; qui terminus possit à Reuerendiss. Archiepiscopo protrahi ad tres menses in pauperibus Diocesis Ecclesiis. In ipso Confessionali affixa itidem sit Bulla in Cœna Domini, vel eius transumptus; Notula casuum reseruatorum Reuerendiss. Archiepiscopo; Forma absolutionis; & Orationes quaedam pia ad id impressae; quae omnia in iisdem Cathedralis Ecclesiae Confessionalibus conspiciantur.

Èo termino transacto, qui mulierum confessiones in Ecclesia audierit, etiam si Regularis sit, non constitutus ad eam formam Confessionalibus, vel saltem non habentibus, quae in eis potissima sunt, ut asseres, & laminam, Confessarium à femina honestè ac tutò iudicio Reuerendiss. Archiepiscopi diuidentes; à Confessario munere ipso facto suspensus sit, quoadusq. Reuerendiss. Archiepiscopo videbitur.

Idem sancitur, si quis in his Confessionalibus mu-

lieres audiendo, eas genuflexas habuerit è conspectu sedis suae, non loco à latere penitenti constituto.

Confessionale autem ipsum loco aperto atque conspicuo sit in omnium oculis collocatum, ut et Confessarius, & confitens possit ab vnoquoque facile conspici.

## VAS PRO AQVA BENEDICTA.

**I**n Ecclesia sit, non extra.

In ingressu Ecclesiae, & ad Portam vnquamquaque à dextris, non à sinistris introeuntium.

Marmore constet, vel petra solida, non lateritia. Columella, vel alia Base suffultum sit.

Aspersorium decens habeat appensum, non ex spongia, sed è setis confectum.

## FENESTRAE.

**N**ulla permittatur fenestra, ex qua foris stans Missam quis possit videre, sed in edificentur omnes duorum ad summum mensium spatium; alioquin Ecclesiae ipsae interdicantur, donec id praestitum sit.

Fenestrae omnes vitro, vel saltem tela contexta sint, atque etiam clatrate, praesertim in Parochialibus, nisi altè admodum sint: Opportunum autem videretur, ut rete etiam rammi, vel saltem fili essent contexta, ne in Ecclesiam possent aues intrare, & nidus construere; quos nidus nihilominus amoueat statim Rector, sub pena scutorum sex, Sodalitati Sanctissimi Sacramenti applicandorum.

## SEPVLCRA.

**M**armore, vel petra solida contexta sint duplici, vel saltè unica, ita aptè utiq. atque compressè, ut inde malus odor exire nullo modo possit: atque id trium ad summum mensium spatium: quo termino transacto, Sepulcra omnia in quibus id non erit praestitum, humo impleantur adeo quato solo, et nullus in illis amplius sepeliatur. In posterum verò nulla in Ecclesiis Sepulcra edificentur, nisi ostium illarum duplici petra obstruatur, octo inter se uncis distante; & humus inter utramque petram ponatur, quò tutior à fetore reddatur Ecclesia.

Petra autem ipsa ostij aequalis vndequaquae sit, neque figuram vllam, aut insculptas literas, vel aliud quidquam habeat, quod supereminet ac superstet.

Sepulcrorum ipsorum in posterum edificandorum ostium longè absit ab Altaris Scabello ligneo, vel Bradella, cubitis ad minus tribus: Sepulcra verò ipsa ad Scabellum ligneum non pertingant.

Verum curetur omni ratione, ut antiquus, ac probatissimus mos sepeliendi in Cœmeterijs in usum renouetur: neque Sepulcra noua in Ecclesiis edificentur absque licentia in scriptis obiecta à Reueren-

uerendissimo Archiepiscopo: In Regularium vero Ecclesiis, saltem à Reuerendo Patre Prouinciali: qui eiusmodi licentiam dare non possit, nisi ea Sepulcra ad præscriptam formam conseruantur.

## COEMITERIA.

**T**FTO clausa sint cœmeteria omnia, & in eorum ingressu crata ferrea, vel saltem lignea apponatur, ut in ea brutis impediatur accessus. quod si ratio possit iri, ut etiam canes arcerentur, præclarè actum videretur.

Vites, arboresq; omnes fructiferae è Cœmeterijs omnibus extirpentur, atque benè illa purgentur; idq; fiat duorum ad summum mensium spatium, sub pœna Reçtori ipsi Reuerendiss. Archiepiscopi arbitrio.

Campestrium & aliarum ruralium Ecclesiarum clauis à Parocho teneantur, nisi aliq; id à Reuerendiss. Archiepiscopo committatur; neque in illis quidquam profani reponatur; cureturq; omnin ratione, ut clausa seruentur: Quod si omniconatu & diligentia, ac censura etiam ecclesiastica, & temporali multa adhibita, id non poterit obtineri, & pro stabulis, vel alijs vsibus indecentibus illa omnino dignoscuntur inferuire (ut in Visitatione alicubi cognitum est:) satius videtur esse, ut demoliretur, quam ut diutius permitteretur, ad vsus eas tam sordidos ac inhonestos adhiberi.

Si verò quidquam habebunt Ecclesiæ huiusmodi in redditu, ea pecunia ad earum clausuram potissimum tuendam insumatur.

Decernitur autem, & declaratur ex nunc, pauperibus loci Vicarij Foranei iudicio diuidendum, quidquid profani in huiusmodi, atque etiam in alijs quibusvis Ecclesiis reperitur.

Hæc de materialibus Ecclesiarum rebus collecta sunt, in quibus peccari frequentius cognitum est in Visitatione: Plura verò, atque exactiora ab Illustriss. Ordinario animaduersa atque comprehensa sunt in suprascripto libello, quem de ea re confecit ex Prouincialis Concilij Decreto; ad quem libellum hæc quoq; omnia referantur, eaq; ad expressam in eo rationem & formam perficiantur: & item ea, quæ ab Illustrissimo ipso Ordinario in suis iam peractis Visitationibus decreta sunt, et in hac Visitatione comprobantur.

**MENSVRA** Cubiti de qua in his Decretis agitur, quæ vncijs xxiiij. constat.

Eius Cubiti quarta pars transfersa hac linea describitur, sex vncijs dispartita.

## QVAE PERTINENT Ad Clerum.

**E**TSI ea est Cleri huius Mediolanensis, tum in Diuino cultu, Ecclesiasticisq; muneribus; tum in domesticis moribus, atque institutis disciplina; ut eius nequaquam pœnitendum sit: tamen cum nonnullis in rebus multorum studium ac diligentia desiderata fuerit, in parendo salutaribus iamdiu ab Illustriss. Ordinario præscriptis, & frequenter innouatis monitis atque præceptis: Quædam visa sunt hoc loco colligenda, in quibus cognitum est peccari crebrius, ut planè vitentur in posterum; & nouæ etiam rationes ineantur ab eodem Illustriss. Ordinario, ut præceptis illis ac monitis omnino obtemperetur.

Missæ ne omittantur, quæ tum proprio Parochiæ munere, tum ex Altarium, aut Cappellarum institutione, aut quouis legato, aliove nomine, celebrandæ sunt: Quod si maius sibi aliquis onus ex institutione, aut legatis impositum sentiat, quam ut ferre videatur posse; non sibi ipsi ea in re ius dicat, sed ad Reuerendiss. Archiepiscopum confugiat, qui onus ipsum legitime subleuabit.

Idem dicitur de Annualibus.

Habeat Parochus vnusquisq; requisitos libros, atque etiam ex Spiritualibus aliquem; qui si à Clerico in Mensa quoq; priuata legeretur, optime factum videretur: sed Benedictio Mensæ ipsius, ac postea gratiarum actio nequicquam omittatur.

Libri autem ipsi tractentur, & statuta lectiones frequententur, & Congregationibus; incumbaturq; omni ratione in sacrarum literarum studia, & in deuotionis ac pietatis spiritum acquirendum. Festis diebus Parochus nullus sit, qui Populum suum in Missa non alloquatur, aut (si ad id idoneus non sit, donec Coadiutorem eo in munere habeat) è libro saltem recitet aliquid, quod ab omnibus intellectum, eorum animos ad amorem Dei, & proximi dilectionem possit accendere:

Quamobrem qui recitabit, id, quod lecturus est, antè solus diligenter cognoscatur, eiusq; sensum percipiat; quem si libro dimisso postea suis verbis explicaret, magis Populo absque dubio prodesset: Populum verò alloquendi nulla potest utilior excogitari ratio, quam si Euangelium ipsum interpretetur, cuius explicatio, & interpretati ipsi facilius erit, & auditoribus fructuosior, si libro Euangeliorum ante Sacerdotem collocato, Euangelium Lector (cuius id proprium munus est) si adsit; sin minus, Clericus (dum commodè legat) aut planè Sacerdos ipse, per membra, clausulas, & sententias sedatè, distinctè, atque ex ordine pronuntiando, eadem illud ratione exponatur: Verum si quid erit Reuerendiss. Archiepiscopi iussu in Missa enunciandum, aut è scripto recitandum, id erit faciendum antea; neque supradicta omittenda, si tempus patietur.

Cum sacramentum aliquod administratur in frequentia Populi, eius vim atque virtutem explicare non omittat Sacerdos.

Suum

**SVM ETIAM MVNVS** diligenter obeant Parochi.

**I**N Ecclesiarum, sacrarumq; Officiorum, ac totius diuini cultus decore ex animo diligendo, atque eam dilectionem re ipsa comprobando.

In continendo in officio, & deuotione Populum, ut pie ac religiosè se gerat in Ecclesia, & à præscriptis ea in re legibus non recedat; atque ut mulieres à viris separatae atque disiunctæ sint, præsertim in Prædicatione.

In Doctrina Christiana Scholis fouendis, atque augendis; atque in instituendis pœcudum, aut iumentorum Pastoribus, cum domi degunt in hyeme.

In Choreis publicis, ac ludis Festo die impediendis; Idetinendo præsertim tunc temporis Populum in Ecclesia, diuinis Officijs, sacris precibus, & pijs sermionibus occupatum.

Vespertinae Orationis probatissimo instituto retinendo.

In curando, ut vnusquisq; & pauperes etiam male vestiti, qui propterea ingredi Ecclesiam erubescunt; et Pastores ouium, aut iumentorum, Missam audiant Festis diebus, idq; in Parochiali propria: Munusq; sit Reuerendissimi Archiepiscopi operam dare, Romani etiam Pontificis implorata si opus sit auctoritate, ut impedimenta amoueantur, si quæ obstant Decreto huic saluberrimo, de Missa audienda ab vnoquoq; in propria Parochiali Festo die. quæ Missa oportuno tempore celebretur, neque ad cuiusvis auctoritatem differatur: sed in quibus Parochialibus Ecclesijs plures Missæ celebrantur, vna celebretur in Aurora quotidie, nisi Festis diebus ea re Populus à Prædicatione cognoscatur auerti.

In benè instruendo atque erudiendo, qui primùm ad Sanctissimam Communionem accedunt.

In non admittendo ad tenendum infantem in Baptismo, qui prima Fidei rudimenta ignorat.

In Baptizatorum ipsorum, & compatrum nomina, item Matrimonia contrahentium annotando; & Statum Animarum consiciendo ad præscriptam formam; ipsosq; libros statutis temporibus deferendo in Archiuum Archiepiscopale.

In Medicos admonendo, & ludi Magistros, ut salutaribus Apostolicis, & Prouincialibus Constitutionibus, quæ eos tangunt, obediant.

In Hæreticis hominibus, aut suspectis hæresis peruestigandis, eorumq; nominibus infra statutum terminum deferendis, & omni adhibenda diligentia, ne aut vicinitas, aut conuersatio sanos inficiat.

In describendo singulis annis vniuersos suæ curæ commissos doli capaces; & in non administrando in Paschate Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, nisi confessis sibi, aut alicui ex Confessarijs approbatis: de qua Confessione fidem scriptâ ferant: quam fidem Confessarij omnes promptè faciant; & apud se etiam nomina confitentium describant, ut multis fraudibus occurratur.

Missæ celebretur, non quasi ex consuetudine, sed magna cum attentione, & deuotione, sedatè, tran-

quillè, leniter; ut spiritualem, ac diuinam rem agi omnes cognoscant.

In Missa nihil addatur, vel omittatur; Sacerdosq; ad id benè instructus in vnaquaq; Plebe per Diocesim, & in singula Regione per Ciuitatem, iuxta Prouincialis Concilij Decretum nominetur; ad quem accedat vnusquisq;, ut cœmonias in Missa requisitas benè cognoscat.

Dum Sacris vestes induit Sacerdos celebraturus, præscriptam indumento vniciq; orationem ac preces recitet; item post Missam celebratâ: & antè ac post se ipsum colligat, cogitans, quid acturus sit, & egerit.

Missæ verò eodem tempore in Altaribus ita inter se disiunctis ac separatim celebrentur, ut alter Sacerdos ab altero non perturbetur, neque si fieri possit, audiatur: In quo peccari solet maxime, dum Officia pro Defunctis peraguntur; cum Sacerdos vnusquisq; more impatientis, quid deceat ea in re, nihil curat: Quod si tempus eo die non patietur, ut Missæ illæ omnes celebrentur, in alteram potius diem differantur aliqua, quam ut salubri huic Decreto non pareatur.

Dum autem Missam Reuerendissimus Archiepiscopus celebrat vel publicè vel priuatim in Ecclesia, aut Sermonem habet, Missa alia interea in eadem Ecclesia non celebretur, donec Benedictio in fine Missæ impartita sit, nisi aliter aliquando urgenti de causa eidem Archiepiscopo videbitur: Hoc idem Institutum induci paulatim poterit in Missis etiam Conuentualibus, ac præsertim in Oppidis, & Pagis, & præcipuè Festis, ac solemnibus Ecclesiarum ipsarum diebus.

**IN COLLEGIATIS ECCLESIIS** seruentur accuratius, quæ in Prouincialibus, & Diocesanis Synodis ea de re statuta sunt.

**D**E hora incipiendi diuina Officia.

De accedendo, stando, & recedendo è Choro. De recitando, aut canendo distinctè, & explicatè. De punctandis absentibus, aut qui vetitum quid in Choro admiserint.

De Missis duabus solemniter celebrandis, cum vel feria, vel diei festi ratio ita postulat.

De duabus Lectionibus in Missa solemniter cantandis ex Ecclesiæ huius instituto.

De Canonicalibus adibus habitandis, earumq; communi porta noctu claudenda.

De Archiuo construendo.

De Lectione Theologica, vel saltem Grammatices, pro conditione Ecclesiarum habenda.

De Baculo in Processionibus à Præpositis deferendo: Item de Cappa Præpositis ipsis nuper concessa.

De Spiritualibus Capitulis celebrandis: à quibus qui sine legitimo impedimento absuerit, diei illius distributiones amittat, quas acqviserit.

De cura diligenti habenda, ut iuxta Bullam felic. Recor. Pij V. & decreta Archiepiscopalia, Populus honestè ac religiosè versetur in Ecclesia.

IN

IN SVIS ETIAM MODERANDIS moribus, & ad præscriptam sibi iamdiu Regulam conformandis, Clerici diligentes sint.

**I**N Avaritia evitanda, præsertim in Funeribus; quo in genere peccatur maiori cum scandalo. In frugalitate victus sectanda.

In consecrante non contemnendo, licet ingenio, vel doctrina inferior sit.

In abstinendo à vestibus vetitis, & coloribus, & à nimia cum Sæcularibus familiaritate, & à vagando per Vicos, & Plateas.

In Tonstris deferenda, præsertim labiorum.

In se presentando Reuerendiss. Archiepiscopo, vel eius Vicario, cum è Diœcesi quis Mediolanum accedit.

Omnino qui stat, videat, ne cadat, & qui se aliquid in via Domini proficisci sentiat, gradum non sistat, sed progrediendo quotidie magis, & vitæ Sacerdotalis puritatem, ac sanctimoniam plus plusq; in dies amplectendo, ad metam contendat, ad quam, non ante, coronatur.

Qui ad Subdiaconatus Ordinem promovendi erunt, in tam magna totius suæ vitæ deliberatione omittere nullo modo debebunt, quin antè ipsam Promotionem generali antea vitæ totius Confessione facta, in spiritalibus exercitationibus saltem per mensem versentur, duce sibi aliquo ea in re Religioso ac pio viro & moderatore assumpto, à Reuerendiss. Archiepiscopo ad id comprobato: quod etiam à Diaconibus omnibus planè desideratur, antequàm ad Sacerdotij gradum ascendant.

Idem si Sacerdotes etiam facerent, atque ij quoque, qui procellioris ætatis sunt, magnum inde planè fructum perciperent: Valde item esset utile, ut Sacerdos unusquisq; atque etiam Clericus tam in Civitate, quàm per Diœcesim, certum ac firmum Confessarium Sacerdotem haberet ex approbatis, à quo nisi in magna necessitate non recederet; siquidem animæ solet non minus obesse Confessariorum mutatio, quàm corpori Medicorum.

Functiones sibi assignatas in Statutis Ecclesiis obire unusquisq; non præmittat; & confiteri præscripto tempore peccata sua; & Sacram Communionem sumere, omni pietatis, & in viâ salutis progrediendi studio; & fidem habere scriptam Confessionis, ut eam iuxta præscriptum exhibeat.

Sacerdotes autem in primis Decretum ipsum de frequenti Confessione faciendâ servent accuratissimè, Confessarius ad eorum confessiones audientas probatis.

Clericus saltem unus in unaquaq; Parochiali Ecclesia sit, qui à Parocho ipso non occupetur in vilibus & sordidis operibus, quæ ei impedimento sint ad suum munus exequendum, & literas addiscendas: cureturq; à Parocho unoquoq;, quò poterit maiorem puerorum numerum ad Ecclesiasticas res, & disciplinam appli-

care, ut iam omnes admonuit Illustriss. Ordinarius.

Laici non permittantur functiones exercere minorum Ordinum, & merces quæ Custodi alicubi assignata est, ei detur, qui spem præbeat in Ecclesiastica via progrediendi:

Atque is etiam habitu utatur Clericali, præsertim in Ecclesia: omninoq; tota hac in re executioni demandetur Decretum Synodi quartæ Diœcesanæ.

Inventaria bonorum immobilium Ecclesiarum quarumcunq;, quæ adhuc delata non sunt, infra annum omnino deferantur in Archiivium Archiepiscopale, iuxta Provincialis Concilij sanctionem.

Nulla aut Capsula, aut Cutula, aut Vas aliud, aut excavatum lignum, aut aliud quidvis ponatur in Ecclesia, etiam Cathedrali, vel Atrio, quavis occasione, vel causa, ad Eleemosinam recipiendâ, nisi de licentia Reuerendiss. Archiepiscopi in scriptis obtenta: tuncq; Capsule illi, vel rei aliæ ad id paratæ, duæ claves apponantur diuerso fabrilis opere fabricatæ; quarum altera teneatur ab eo, quem ad id Reuerendiss. ipse Archiepiscopus nominarit; altera ab ijs, quorum nomine ea Eleemosina colligetur.

Merces, quæ datur à Populo curatis suis, ita firmetur, ut perpetua sit, & certa; quò Sacerdotes suam ipsi Populo operam præstantes, ut propriis omnibus præsentibusq; suam mentem cogitationemq; defigant: quod facere neutiquam poterunt, si ex aliorum nutu pendebunt, ac variis hominum opinionibus nitentur.

Commune Diœcesanorum Sacerdotum, & Clericorum Hospitium Mediolani constituatur, ratione iamdiu excogitata ab Illustriss. Ordinario; ut Caupona penitus vitentur, & impense etiam Sacerdotum ipsorum consulatur.

## QVAE PERTINENT Ad Pia Loca.

**A**D MINISTRATIONIS Sodalitatum, Scholarum, Hospitalium, Consortiorum, Congregationum, Fabricæ Ecclesiarum, & Piorum locorum quorumcunq; rationes exhibeantur quotannis Reuerendiss. Archiepiscopo, vel ab eo ad id electo; ab eodemq; Sodalitates, Scholæ, Consortia, Hospitalia, Fabricæ Ecclesiarum, Congregationes, & Pia ipsa loca quæcunq; visitentur iuxta Sacros Canones, & Sancti Tridentini Concilij Decretum: Ipsiq; Administratores, vel Deputati, aut Scholares seruent diligenter Provincialia Decreta, de Iuramento præstando, de Bonis non alienandis, de Inventario Bonorum omnium immobilium conficiendo: cuius Exemplum Notarij publici auctoritate munitum in Archiivium Archiepiscopale infra annum omnino deferant; tum reliqua præsentent, quæ ipsis ab iisdem Conciliis præscribuntur; illudq; in primis, ut in Eleemosinarum distributione,

quicumque id oneris habent, atque omnes planè in tota ipsa administratione, eam rationè ineant, atque ita se gerant, ut constare facile possit Reuerendiss. Archiepiscopo, Pia omnia relicta, iuxta testatorum, vel aliorum qui dederunt voluntatem, executioni penitus fuisse demadata.

Librum autem habeant, in quo distinctè & explicatè descripta sint legata omnia, & onera, quæ illis imminet; cuius Libri exemplum, publici item Notarij auctoritate munitum deferant in Archiivium Archiepiscopale: Tabella præterea sit in loco affixa, in quo solent congregari, cum iisdem oneribus, & legatis strictim annotatis, mensium ordine servato, & rerum ipsarum genere, ad formam Tabellæ illius, quæ à Congregatione Sancti Ioseph nuper impressa est: In quibus quidem libris, & Tabella, ea in dies erunt addenda, vel demenda, quæ aut auferri contingit, aut minui.

Nullo modo permittatur, ut Administratores supra scripti Fabricæ Ecclesiarum, aut Piorum locorum quorumcunq;, vel eorum Procuratores Urbani, vel Rurales, aut eorum filij, vel propinqui, vel alius qui ex illis pendeat, Emphiteosis, locationisve nomine conducatur prædia, aut aliud quidvis, quod ad suam administrationem, vel procuracionem pertineat: Si quis autem est qui id fecerit, statim ab ea administratione vel procuracione amoveatur, cæteraq; in ea re seruentur, quæ Decreto Provinciali cautæ sunt.

Ipsi verò Procuratores, animadvertatur, ne rerum sibi arrogent imperium, diutius in Procuracione illa perseverantes; qui, si alioquin erunt idonei, poterunt ad alias provincias, aliâq; onera transferri.

Sed omnino curetur, ut administrationis suæ rationes frequenter Procuratores ipsi exhibeant; & Formula eis præscribatur, qua Diarios, & Codices tenere possint eiusmodi, ut facile, atque explicatè describatur, & cognoscatur expensaratio, & accepti.

Liber separatus habeatur in Capitulo unoquoque, Fabricæ Ecclesiarum, & Piorum locorum quorumcunq; in quo libro apposito dic describantur Propositiones omnes, quæ in ipso Capitulo fiunt, & non obtinentur; ut constare facile possit omni tempore, eas fuisse reiectas.

Decreta omnia, vel Ordinationes, quæ sunt in Capitulo fabricæ Ecclesiarum, & Piorum ipsorum locorum, exarentur in libro ad id confecto à Cancellario, eisdemq; subscribatur ab ijs, quorum id munus est, planè antè proximum futurum Capitulum; in quo etiam Decreta illa ab eodem Cancellario recitentur.

Eleemosina, quæ per capita, non veris pauperibus

distribuantur, inter ipsos pauperes tantummodò erogentur; nisi sex mensium spatio probatum sit Reuerendiss. Archiepiscopo, ita expressè à Testatore fuisse cautum, atque iussum.

Sodalitates omnes Disciplinatarum Regulam habeant Sodalitatibus huiusmodi ab Illustriss. Ordinario conscriptam, & impressam, eamq; exequi omni studio nitantur.

Aliarum item Piarum Sodalitatum, & Confraternitatum Regula, ac libri, vel Constitutiones, aut Orationes, à Reuerendiss. ipso Archiepiscopo recognoscantur, iuxta Decretum Concilij Provincialis Secundi; quæ verò nullam Regulam habent, ab eodem Archiepiscopo eam sumant quò citius.

Convivia ex Sodalitatis alicuius facultatibus, aut eleemosinis fieri solita, nullo modo in posterum celebrentur.

DECRET A supra scripta generalia, item particularia suo quæque loco posita ad Pia loca pertinentia, ut executioni omnino demandentur, efficiat Reuerendiss. Archiepiscopus.

AT QVE hæc quidem omnia, quæ tum priuatis, tum communibus Decretis continentur, non tã ad novas leges condendas, quàm ad vetera Illustrissimi ipsius Ordinarij Statuta executioni planè demandanda, conscripta sunt.

CAET ERA, ut in Concilij Provincialibus, Diœcesanis Synodis, & impressis Illustriss. ipsius Ordinarij Instructionibus, Generalibusq; Admonitionibus, & Edictis: quæ cuncta, ut pie, ac prudenter composita, magnoperè comprobantur: quibus etiam ea in dies erunt addenda, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam quotidie magis augendam, & præse illi probatissima (quantum fieri poterit) conformandam Spiritus Domini suggererit.

EX POENIS, vel multis, quæ passim in huius Visitationis Decretis posita sunt, primùm ea fiant (si præfinito tempore non erunt peracta) quæ decernuntur: tum quod erit reliquum, in eius ipsius Ecclesia, in qua ea Statuuntur, commoda, atque ornamenta, vel in alium pium usum, Reuerendiss. Archiepiscopi arbitrio conuertantur: Vbi verò multa non est apposita, ab eodem Archiepiscopo, pro sua prudentia, & charitate apponatur.

DECRETORVM OMNIVM, tã particularium, quàm Generalium Visitationis huiusmodi executio, Illustriss. & Reuerendiss. D. Carlo Cardinali tit. S. Praxedis Archiepiscopo summo perè commendatur: de qua quidem executione reddere ipse rōnem debeat, & Summo Pōtifici, cuius nomine, atq; auctoritate hæc Visitatio facta est; & Christo Domino in die IVDICII.

L A V S D E O.

Partis tertie Actorum Finis.

R R A C T O R V M



# ACTORVM

## S. MEDIOLANENSIS

### ECCLESIAE.

Pars III.



# INSTRUCTIONES

## VARIÆ.

L A V S D E O

INSTITVTIO AGRI...  
R...


Rr & IN.

M V R O T O A

S. MEDIOCRITATE

INSTRVCTIONES

PARTE III



INSTRVCTIONES

VARIAS

# INSTRVCTIONES PRÆDICATIONIS VERBI DEI.

Ex Concilij Prouincialis III. decreto omnibus concionandi munere in vrbe diœcesi prouinciaq. Mediolanensi fungentibus editæ, Caroli S. R. E. Card. tit. S. Prædixidis, & Archiepiscopi iussu.



*Carolus S. R. E. Tituli Sanctæ Prædixidis Presbyter Cardinalis,  
Dei & Apostolica sedis gratia Archiepiscopus Mediolani,  
Vrbis, diœcesis, prouinciaq. Mediolanensis Concionatoribus Salutem in Domino.*

**P**RÆDICATIONIS verbi Dei officium in ecclesia sancta tantum illud sanè est, vt ad Dei gloriam, & ad cœlestis regni propagationem, & ad animarum salutem plurimum interfit, non solum quales sint, qui præstantissimo illo munere funguntur, verum etiã qua via, quauè ratione illud præstent. Quare superioribus annis eo de genere nos decreta aliqua in concilio prouinciali primo confecimus, deinde alia concilio item prouinciali tertio, tum alia etiam quarto adiunximus, ad rectam illius sacræ prædicationis disciplinam. Verum quò accuratius, vberioriq; spiritali fructu concionatores tantæ rei munus administrarēt atque exequerentur; nos de Episcoporum prouincialium, qui præsentibus in eo tertio concilio adfuerant, sententia & assensu, instructionem grauissimæ illius functionis, quæ vniuersæ nostræ prouinciæ vsui esset, per nos illis edendam decreuimus. Itaque certis regulis, quas partim ex iisdem nostris concilijs, partim ex sapientum virorum, sanctorumq; hominum disciplina, partim ex optimorum concionatorum vsu accepimus, illam Deo iuuante confecimus: in eaq; concionatoris imaginem, si minus omnibus numeris absolutam, perfecteq; expressam, at certè aliquo modo adumbratam ijs omnibus & singulis proponimus, qui vel pro pastoralis officio, vel pro ratione datæ facultatis, munus prædicationis in vrbe, diœcesi, prouinciaq; Mediolanensi nostra obeunt. Multa sunt, quæ ad concionandi rectum officium pertinent: sed ea tantum breui complexi sumus, quæ opportuniore videntur, quæque concionandi rationibus accommodatiora, concionatorem adiuuare, atque ad ea in primis instruere possunt, quæ proposuimus. Hæc enim si ad vim illam diuinam, quam sacrarum literarum verbis spiritus sanctus iniecit, rectè accesserint: vix dici potest, quàm facile cœlesti in primis ope, non modò bonorum mentes ad omnem partem pietatis religionisq; inflammentur; verum etiam malorum & peccantium durissima corda infringantur, animiq; hominum

num sceleratorum tenebricosa vitiorum nocte circumfusi, suauissima luce veritatis collustrentur. Huius igitur instructionis regis cum illi omnes & se, suumque officium, & ceteras actiones conformare debeant; tum vero ut id ipsum omni studio iisdem praestent, in sua quisque dioecesi Episcopus prouinciae nostrae decreti etiam prouincialis auctoritate curabit. Verum quod instructio haec omnis ad singulas prouinciae partes rectius accommodata, eò vberior pietatis fructum fidelium animis afferat; ab vnoquoque prouinciali Episcopo aliquid ei (praeterquam illa, quae decretis nostris prouincialibus speciatim sigillatimue cauta sunt) addi, detrahi, rursusque mutari liceat, prout ex ecclesiae dioecesisue suae vsu viderit. Et vero nos, sicut diligentiam, quam eo in genere Episcopi prouinciae ponent, magno his instructionibus adiumento fore arbitramur: ita non dubitamus, quin ex studio quo ad eas ipsas exequendas concionatores vtentur, spiritualia illa commoda existant, quae vehementer expetimus, cum ad Dei gloriam, tum ad animarum salutem procurandam.

## DE IIS QUIBUS VERBI DEI PRAEDICANDI MUNUS INCUMBIT.

**ESTIFICOR** coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius, praedica verbum, inquit sanctissimus Apostolus Paulus in epistola quam Timotheo Episcopo & discipulo scribit.

2. Tim. 4.

Quibus ex verbis perspicuum planè fit, quod & sacrarum literarum monumentis perpetuo proditum, & aliorum Apostolorum, veterumque patrum exemplis demonstratum, oecumenica etiam Synodus Tridentina proxime censuit; verbi Dei praedicatione episcopi esse munus praecipuum, idemque maxime necessarium.

Sess. 24. c. 4. de refor.

Toto igitur pectore in eam curam incumbens, gregem sibi commissum, tum per se ipse, tum per alios verbo Dei pascet, ad illius Tridentinae synodi, & conciliorum prouincialium praescriptum. Parochus praeterea animarumue curator, sollicitudinis pastoralis memor (in cuius sanè partem vocatus est, tanquam fidelis operarius ad messem missus, qui Episcopum opera sua adiuuet) eam praecipuam praedicationis verbi Dei curam sibi quoque impositam praestet atque exequatur, ex praescripto item decretorum, & oecumenicae eiusdem Synodi Tridentinae, & prouincialium conciliorum.

Ibidem.

Si quis id aliquando praestare non poterit, sub sidio omni, quod illis Synodis commostrarum est, omnino vtatur, ut verbi Dei pabulum statis diebus nullo modo desit gregi sibi incurram tradito.

Et vero quanquam Episcopus assiduis officij sui pastoralis laboribus muneribusque occupatissimus, saepe ad omnem populum sibi commissum concionem habere non potest: tamè tam veterem, atque adeo ab apostolicis vsque temporibus deriuatam rationem adhibere stude-

bit, ut dioecesis suae populis à se distantibus per literas pastorales aliquando concionetur. Hanc enim concionandi viam non modò sanctus Paulus Apostolus tenuit, sed etiam ceteri Apostoli, qui per epistolas absentibus praedicaunt.

Idem ab antiquis sanctissimisque patribus factitatum esse constat: quorum animi eo charitatis amore flagrant, ut alij in exilium pulsi, alij in custodiam detrusi, vel alia ratione à grege commisso procul remoti absentibus, cum coram non possent, epistolarum pastoralium scriptione vterentur ad concionandum. Atque hoc quidem concionis genere Episcopus cum saepe vtatur, tum maxime quo tempore solemnes anniuertariae mysteriorum nostrae redemptionis celebritates aguntur.

Cum autem id saepe contingat, ut Episcopus nò solùm in ecclesia cathedrali, sed in vniuersa dioecesi verbi diuini ministerium alijs deleget: quàm diligentissimè videbit, cui illius facultatem det, ne tanto muneri iniuria fiat, neue res sanctissima violetur; cum praesertim non cuiusuis sit, inquit Nazianzenus, de Deo, diuinis que rebus differere, concionariue.

Non facile igitur illam ei concedet, qui sacerdos non sit, ut sanctissimi Leonis Pontificis canone constitutum est.

Si quando verò ob iustam aut necessariam causam diacono permittit; habebit rationem non solùm doctrinae, & morum disciplinae (quae duae res in concionatore requiruntur) sed etiam aetatis: quae solida & confirmata spectari in eo debet, sanctissimi sapientissimique Pontificis Gregorij Magni iudicio.

Nullo autem modo concionandi potestate faciet permittetur ei, qui diaconus non sit.

Neque item indocto, vel inepto, vel vitioso, vel vitij criminisue infamia notato; neque saecularibus negotijs implicito: quem Nazianzenus in primis ad hoc munus nequaquam idoneum esse existimauit.

Qua in re habenda est etiam ratio corporis. Ideo cui concionandi munus committitur, nò erit is tur-

is turpiter distortus, vel aliqua corporis parte vique adeo deformis, ut cum à sacris quoque ordinibus suscipiendis canonum iure repellatur, iudicet Episcopus illius deformitatem id generis esse, ut indecorè etiam, ac non sine aliqua inde populi offensione, ille praestiturus sit tam graue praedicationis ministerium.

Solent enim in concionatore quaedam corporis deformitates, praesertim si sint per insignes, tum offensionem, tum risum asserre.

Regulares porò cuiuscunq. ordinis, qui tanquam Episcopi, parochiae adiutores, in hoc munere vicariam operam nauant; licet ab illis qui eorum curam praesunt, concionandi facultatem habeant, ne in suis ecclesijs, ut Tridentino concilio sancitum est, concionentur, nisi benedictionem ab Episcopo antè petierint: neque autem villo sanè modo eo contradicente, repugnanteue. In ecclesijs quae ordinis sui non sunt, nullo praeterea modo, ut eadem Tridentina sanctio cautum est, nisi scripta facultate ab Episcopo concessa.

Sess. 5. c. 2. de refor.

Ibidem.

Facultatis verò, & benedictionis testimoniù, antequàm concionandi munus aggrediantur, rectori ecclesiastico oppidi, pagi, lociue vbi concionaturi sunt, exhibeant.

Qui praeterea regulares non sunt, concionandi munere (praeter parochum in ecclesia parochiali) nunquam fungantur sine illa Episcopi facultate scripta.

Nec verò quisquam, ne regularis quidem, etià in sui ordinis ecclesia ante concionari ingredia- tur, quàm Episcopo fidei professionem ad sanctionis pontificiae praescriptam formulam praestiterit, aut illius praestitae testimonium obli- gnatum exhibuerit.

De disciplina virtutum, & vita innocentia concionatoris.

Exod. 29.

**I**LLVD maxime sibi persuadebit, qui concionandi munus suscipit, se, nisi rectè, & euangelij quod praedicat legibus congruenter vixerit, non magnam in audientium animis vim imprimere.

Quemadmodum enim in arca testamenti duo illi Cherubim ita collocati erant, ut semper mutuo se aspicerent: ita vita concionantis doctrinae ex altera parte respondere debet, vsque adeo ut & vitam doctrina collustret, & doctrina rursus vita corroboret, viresque eidem perpetuo addat.

Nam de abstinentia, ieiunio, lachrymis, oratione, eleemosina, patientia, aliaque christiana virtute cum concionatur; magnum certè pondus, maximumque momentum apud auditores habet, si in omnibus eius vita virtus elucet, cuius praepcepta concionando tradit.

Sciat itè, se exiguum porò fructum spirituale fide libus allaturum, nisi verè, ex animo, totoque spiritu dicat: ita verò dicere is certè potest, qui verè spiritualis est; sanctaeque vitae institutis at-

que vsui planè deditus.

Hoc praeterea in animum inducet, se nò posse vitiorum, nec verò virtutum vim naturamque, satis planè ostendere; neque rursus docere, quemadmodum haec amplectendae sint, & illa fugienda (cum tamen in vtroque eo genere officium concionatoris maxime eluceat) nisi depulsis primùm vitijs, & mundi huius cupiditatibus abiectis, maximarum virtutum praesidiu vsu atque exercitatione benè religiosequ. agendi sibi comparauerit.

Mundari enim prius oportet, quàm mundare, inquit beatissimus Pontifex Gregorius Magnus.

Erit igitur concionator singulari vitae innocentia, moribus sanctissimis, & diuinis virtutibus instructus.

Dei igitur timore, terrenarum rerum despicientia, animarum salutis zelo, humilitate, mansuetudine, patientia, charitate, ceterisque religiosae disciplinae ornamentis benè munitus sit.

Quo de genere toto audiet sanctissimum virum Ioannem Chrysostomum ita monentem: *Doctor, concionatorue omnibus debet virtutibus esse excultus.*

*Debet enim pauper spiritu esse; ut auaritia studium, atque omnem quaestus cupiditatem libere reprehendat.*

*Debet perpetuo sua & aliena peccata lugere; ut eos exagitet, qui antequàm peccant, peccare non verentur; & ubi peccauerint, dolorem non concipiunt scelerum quae admisierint.*

*Debet esurire & sitire iustitiam; ut operum bonorum studio languescens excitet verbo Dei, & exemplo suo accendat.*

*Debet esse mansuetus; ut ametur potius quàm timeatur.*

*Debet esse misericors erga alios, & seueritatem sibi adhibere.*

*Debet esse mundo corde, ut ne cogitationes quidem inanes & inutiles huius saeculi suscipiat, ne dum saecularibus negotijs se implicet.*

*Debet esse pacificus, ut populum quem docet, sollicitus sit seruare unitatem spiritus in vinculo pacis.*

*Debet esse paratus ad omnes res, vel difficillimas, pro gloria Dei, proque Ecclesia ferendas, non inani quodam animi impetu, sed solida veraque constantia digna martyribus.*

Neque sanè solùm his Chrysostomi monitis se conformabit; sed disciplinam imitabitur aliorum duorum etiam graecorum patrum, qui & sanctitatis, & doctrinae laude celebrantur, Basilij, & Gregorij Nazianzeni.

Hic in libro primo quem de theologia elucubratus est, ille in epistola quam de vita solitudine ad eum ipsum scripsit, aliquando docet, qualem eum esse oporteat, qui concionatoris officium & personam sustinet.

At verò vitae perfectae, quam optimus quisque concionator instituat, genus potissimum sequetur ad praescriptum Gregorij Magni Pontificis: qui cum saepe concionatorem informat;

tuna



tum verò & in libro pastorali, & in morali-  
bus, præsertim libro xxx. cap. xx. i. & libro v. r.  
cap. xv. alijq. prætereà locis; quibus perspi-  
cuum sit, qui verbi diuini ministerium susci-  
pit, talem esse debere, qualem se fuisse san-  
ctus Paulus Apostolus ostendit his verbis: *Mi-  
hi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

*De scientia concionatoris.*

**I**AM verò concionator antequàm prædica-  
tionis officium aggrediatur, in omnis sacræ ec-  
clesiasticæq. doctrinæ studijs, vt maximè po-  
test, versari debet: præsertim si adhuc nullum  
docendi munus vnquam gessit.

Habebit omnes theologiæ notos & tractatos  
locos.

Traditionum apostolicarum ecclesiasticarum-  
que notitiam tenere studebit.

In sanctorum patrum scriptis atque sermoni-  
bus peritè versatus erit.

Sanctorum item spiritualiumq. interpretatio-  
num vsu literatè peritus erit.

Nec verò ignorabit sacros ecclesiæ ritus, qui in  
sacramentis, in diuinorum officiorum cultu, in  
tota deniq. ecclesiastica ratione instituti sunt:  
eorumq. mysteria & significationes, quibus ex-  
plicandis mentes fidelium accendantur ad pie-  
tatis studium.

Cognoscat item rerum in ecclesia sancta gestarum,  
ac memoriæ veteris, & antiquitatis ecclesiasti-  
cæ ordinem: maximè autem sanctorum pa-  
trum historiam, summorumq. Pontificum, &  
Episcoporum, quorum sanctitas præclare elu-  
xit, vitas.

Tenebit prætereà aliquam veterum canonum  
scientiam, summorumq. Pontificum descripta  
iura atque instituta, & conciliorum decreta.

Theologiæ illius, quæ tota in spiritualis vitæ  
instituti tradendis, quæq. in purgandis affec-  
tibus, in reformationeq. interiori versatur; at  
que ob eam causam mystica, aut therapeutica  
vocatur, præcepta atque exercitationes bene  
norit.

Sanctarum, meditationum, orationisq. menta-  
lis vsu ac peritiam habebit, vt alios ad cœle-  
stium contemplationum studium erudire con-  
cionando possit.

Casuum conscientie doctrina instructus erit.  
Morum, & virtutum christianarum locos, non  
solum ordine collectos, sed rectè notos ha-  
bebit.

Locos item omnes sibi comparabit, quibus au-  
ditorum animi commoueri atque excitari so-  
lent ad Dei amorem, ad cœlestis patriæ deside-  
rium, ad pœnitentiam, ad scelerum detestatio-  
nem, ad virtutum studium, ad metum diuini  
iudicii, ad spem misericordie, ad misericordiæ  
charitatemq. erga proximum, & ad cæteras  
prætereà affectiones, quæ ad cœlum excitatæ,  
christianas virtutes pariunt.

Locos etiam illos tenebit, qui sapissimè vsu ve-

niunt; vt pote de diuitiarum & honorum de-  
spicientia, de condonandis iniurijs, de rebus  
aduersis constati christianoq. animo ferendis,  
de immoderatis sumptibus, alijq. morum er-  
roribus eripiendis.

Copiosa quasi suppellectile instructus erit do-  
ctrinarum, quibus aliquando vtetur cum opus  
erit, tum ad coarguendam impiorum hominum  
audaciam, qui de fide catholica malè sentien-  
tes, ecclesiæ veritatem oppugnant; tum ad ec-  
clesiæ dogmata rectè pieq. commostrandam; tū  
verò ad alia multa eius generis.

Præcepta etiã rectè intelliget officiorum, quæ  
magistratum, quæ ciuium, quæ seniorum, quæ  
adolescentum, quæ viri, quæ vxoris, quæ parē-  
tum, quæ liberorum, quæ dominorum, quæ ser-  
uorum, quæ denique præcipua singulorum:  
vt si quando vsu venerit, de illis ex præscri-  
pto diuinarum literarum, sanctorumq. patrum  
quàm optime concionetur.

Illud denique non parum expediet, si concio-  
nator etiam græcè, & hæbraicè nosse studebit:  
nam harum linguarum peritia, cū ad alia mul-  
ta utilis est, tum maximè & ad eliciendos ex  
eadem scriptura plures catholicos sensus, &  
ad explicandas illas sacrarum literarum voces  
ac dictiones, quæ magnam vim magnamq. em-  
phasum habent.

Vim & copiam habebit similitudinum, quæ ab  
agricultura, vinea, semente, Sole, Luna, alijq.  
rebus ducuntur quæ sub sensum cadunt at-  
que intelligentiam, præsertim eorum etiam  
rudium, ad quos concio habetur.

Agricolis porro si concionabitur, plurimum ad  
rem proderunt similitudines, ab agro, vinea,  
frumento, vitibus, lino, cannabi, arboribus, stir-  
pibus, alijq. agriculturæ partibus ductæ: itidē  
eueniet, si alterius cōditionis auditoribus ap-  
tè illas ita accommodabit, vt eorum ordo postū-  
labit: qui sanè quidem cū ad certam quandā  
status sui cognitionem doctrinamq. natura du-  
cantur; tum certè facilius multò trahuntur, si  
vel à vitæ, vel ab artis, vel ab alterius rei quā  
profiterentur genere, documenta sumuntur.

Multiplicem etiam variamq. copiam argumēto-  
rum colliget, quæ propriè ac rectè accommo-  
detur.

Sunt vrbani, & rustici; sunt nobiles, & igno-  
biles; sunt magistratus, & priuati; sunt docti,  
rursusq. imperita multitudo.

Pro audientium igitur genere, locos doctrina-  
rum, ex quibus concionem conficiet, non mo-  
dò distinctos, sed optimè explicatos habebit.  
Atque in hoc quidem multiplici genere cōcio-  
nator videbit, ne quæcunq. (vt sanctus Grego-  
rius scitè monet) legerit, aut sciētia comprehē-  
derit, omnia enunciet, atque effundat: sed de-  
lectū habebit, ita vt documenta alia exponat,  
alia tacita relinquat, prout locus, ordo, condi-  
tioq. auditorum deposcit.

Sicut autem rerum, quæ supra mox commemo-  
ratæ sunt, quarumq. prior cura esse debet, scien-  
tiam

tam tenere concionatorem oportet: ita etiam  
sibi parare necesse habet bene concionandi mo-  
dum.

Ex præceptis igitur rhetoricæ ecclesiasticæ lo-  
cos discet, vnde concionis exordium, quando  
eo vtendum esse iudicauerit, rectè ducat, vt ab  
vitijs exordijs longè refugiat.

Disponendæ concionis modum intelliget.

Dilucidè distincteq. rei enarrandæ rationem  
percipiet.

Bene pronuntiandi, decoreq. agendi vsu  
tenebit.

Verborum pondera vimq. ita habebit, vt au-  
dientium animos penetret.

Quare priusquam concionandi munus aggre-  
diatur, vires suas bene cognitatas habebit: vt  
nec materiam quæ ingenij sui viribus præstet,  
nec formam dicendi sumat, ad quam apposi-  
tus nullo modo videatur.

Ad quam sanè rem multum adiumenti hoc af-  
fert, si amicum, aut alium adhibebit, præser-  
tim concionandi vsu peritum; qui semel, ite-  
rum, atque adeò sapius publicè concionantē  
audiat: quiq. non ambitiosè corrigat, sed libe-  
rè; priuatim, remorisq. arbitris moneat, si  
quid in aliqua parte erratum sit.

Ad imitandum etiam sibi constituet aliquem  
prædicandi laude florentem.

Quo in genere illud accuratè cauebit, vt ne  
(quod plerique faciunt) leuia quædam, ac sa-  
pe etiam vitiosa imitetur; sed illa tantum, quæ  
sapientum iudicio præclara atque egregia in  
eo potissimum cernuntur.

Verum enim verò sicut diligentissimè videre  
debet, quem cōncionatoribus qui nunc sunt,  
aut certè superioribus temporibus extiterunt,  
ad imitationem deligat: ita maximè sibi ve-  
teres patres proponat, quorum in dicendo vir-  
tutes sequatur; Gregorij Magni & Chrystosto-  
mi disciplinæ moralis copiam; Leonis Magni  
& Basilij grauitatem; Nazianzeni vim, Nyssē-  
ni subtilitatem, Augustini acumen, Ambrosij  
temperatum dicendi genus, Bernardi dulcem,  
deuotamq. orationem; atque omnino admira-  
bilem & diuinam eloquentiam sanctissimi Pau-  
li Apostoli: cui vni omnia quæ summi sunt  
concionatoris, atque adeò oratoris, multis præ-  
claris exemplis tribuunt doctissimi patres, Au-  
gustinus, & Chrystostomus.

In concione autem quam habiturus est, illud  
sibi potissimum proponet, in quo omnes ner-  
uos roborq. industriae suæ adhibeat, & in quo  
munus suum versari cognoscat; vt auditorū  
scilicet animos commoueat: cū præsertim pec-  
cent homines, non tam quia verum ignorent,  
quàm quòd malè affecti sint.

Dabit igitur operam, vt quemadmodum per  
singula corporis membra sanguis diffunditur;  
ita in omnibus concionis suæ partibus quædā  
insint, quæ ad commouendum valeant.

Quare locos omnes optimè percipiet sanctarū  
affectionū, quæ mox supra commemoratæ sunt.

Posteà verò quàm ijs doctrinarum ornamen-  
tis Deo bene iuuante instructus ad prædica-  
tionis functionem accesserit: hæc quæ sequitur,  
omnino curabit, atque exequetur.

*De præparatione quam concionator vniuersè gene-  
ratimq. adhibebit ad concionandi munus  
salutariter exequendum.*

**Q**UO studiosius, atque adeò religiosius cō-  
cionator muneri præstāssimi, quod san-  
cte & suscipere, & gerere debet, partes exequa-  
tur; illius in primis dignitatem auctoritatemq.  
attentè cogitabit.

Qua in cogitatione hæc quatuor facillè pspiciet.  
Primum scilicet ad Dei omnipotentis gloriā,  
ad animarumq. salutem referri omnem cōcio-  
nandi vim ac rationem.

Deinde se, qui prædicationis munus aggre-  
ditur, ministrum esse, per quem verbum Dei ab  
ipso diuini spiritus fonte ducitur ad fidelium  
animas diuinitus irrigandas.

Post, res etiam sanctas diuineq. traditas à se  
tractari oportere.

Tum prætereà id prædicationis munus quod  
capescet, non modò sanctissimis ac diuinis vi-  
ris, prophetis, Apostolisq. à Deo commissum,  
sed ab ipso etiam Dei filio Christo Domino  
præstitum esse.

Verum quò magis atque magis se se excitet; vi-  
debit diligenter, quanta, & quàm summa diffi-  
cultas ei proponitur, qui in tanta, tamq. perpe-  
tua & mundi & Satanæ oppugnatione fidelium  
animas ad viam Domini renouare contendit.

Atque ijs quidem sempiternis aduersarijs cū  
ad resistendum se imparem esse senserit; non  
modò illis virtutum armis, vt ostendimus, se  
communit, sed assidua prece, & ieiunio fre-  
quenti Dei auxilium implorabit, ad impetus  
hostium adeò importunorum repellendos.

Cū autem bene appositèq. dicere, sit omnium  
iudicio vel maximè difficile; huius sanè rei  
difficultatem aliquando, ac potius frequenter  
meditabitur; vt ardētiori studio confugiat ad  
Deum, qui diuini sui spiritus afflatu omnia  
dicendi adiumenta subministrare potest.

Neque porro viribus suis fides; sed imbecilli-  
tatem suam rectè agnosens, se se coram Deo  
abijciet: cuius cœlesti benignitate ipse, quam-  
uis abiectus, & prædicationis munere indig-  
nus, adiuuetur.

Vtq. ad omnia sancta studia, quibus iuuare  
possit, vehementius accendatur, secum sapè  
reputabit, quàm magnum præmium consequa-  
tur, qui ab errore vitæ suæ peccantē abduxerit.

*Qui enim conuerſi fecerit peccatorem, inquit  
sanctus Iacobus, ab errore vitæ suæ saluabit ani-  
mam eius à morte, & operiet multitudinem pec-  
catorum.*

Hæc sapè, pieq. meditatus, is qui cœlestis do-  
ctrinæ concionator futurus est, cū viderit,  
quanta res sit, quàm diuina tota cōncionandi  
ratio;

ratio; tantæ rei quasi horrore quodam perfusus, ad eam suscipiendam se diuina in primis ope præparabit, atque muniet.

Hæc igitur supplex continenter peter.

Vt diuino adiumento, propriæ laudis aut gloriolæ non modò studio, sed ne opinione quidem efferatur; nullamq. illius rationem planè habeat.

Vt se vehementius in dies inflammet, cum ad præclaram illam diuinæ gloriæ cupiditatem, tum ad singularem erga proximos charitatem concipiendam.

Ad quas res duas potissimum ipse omnes nervos intendet pietatis suæ.

Vt denique ope diuina, & rei cuius tractandæ munus suscepit, sanctitati; & personæ quam concionatoris sustinet, dignitati atque officio respondere possit.

Sibi verò quàm maximam potest, vim in eo adhibebit, vt tota mente totoq. animo defixus in cœlesti Christi Domini regno propagando, in procurandaq. animarum salute, suorum & commodorum & vtilitatum obliuiscatur omnino.

His igitur virtutibus, nempè sacris doctrinis, vitæ innocentia, morum sanctitate, & cœlestium rerum contemplationibus, is qui concionator futurus est excultus, idoneum se præbebit, vt ad prædicandum missus, populo valde proficit, tribus his quæ Sanctus Bernardus commemorat, verbo, exemplo, & oratione.

Fugiet autem tanquam pellem, omnem ambitionem, omnemq. illius suspensionem.

Ne loca insigniora, vbi prædicationis suæ semen spargat, ambiat, affectuè: memor Christi Domini, quem à patre è cælo demissum ad erudiendum genus humanum, pagos, & vicos, & castella obijisse legimus.

Nunquam in opinionem inducet, maiori atq; nobiliori suggesto se dignum esse.

Fuit hæc quondam incredibilis ambitio ethnicorum oratorum.

Christianus autem concionator ab istius ambitionis suspitione alienus esse debet, qui ad prædicandum Christum Crucifixum, non ad sui ingenij ostentationem vocatus est.

*De præcipua vitæ ratione, quam scilicet speciatim concionator adhibebit, vbi concionandi munus suscepit.*

**Q**UOD sanè verò iam initio positum est, quodq. S. Augustinus scitè præscribit, in illud toto animo totisq. viribus adiutrice diuinæ gratia, concionator cum concionandi munus susceperit, incumbat, vt verbis perpetuò æqualem paremque vitam agat.

Est porrò euangelica doctrina, verbiq. Dei prædicatio, ignis ille semper in altari exardescens: cui perpetua sollicitudine is subministrare debet ligna, nempè optima præclaraq. vitæ suæ sanctissimæ exempla, officia, atque opera vir-

tutum, quibus corda fidelium accendat ad sanctè agendi studium.

De diuino illo viro Ioanne Baptista illud euangelij literis proditum est, quod *lucerna erat ardens, & lucens*: quippè cum cœlestem illam doctrinam quam docuit, virtutum sanctarum splendore perenni collustrauit.

Quare perpetuam sanctissimæ vitæ consuetudinem seruabit.

In incessu, statu, accubatione, deiectione vultus, oculorum demissione, capitis inclinatione, genuum inflexione, in omni deniq. motu corporis tenebit grauitatem & decorum, à persona quam sustinet non alienum.

Erit in omni colloquio grauis, mansuetus; ac salutaris.

In habitu vestituq. religioso sacerdotaliq. modestus.

In victu temperatus & parcus: ac ciborum varietatem fugiens, frugalitatis abstinentiaq. studiosissimus.

Nec verò præ concionum laboribus, aliaue causa nisi necessaria, id studium remittat: tantum abest, vt à statis ieiunijs se eximat: immo verò illa religiosè colat, vt cæteros exemplo suo accendat ad leges abstinentiæ ieiunijq. rectè seruandas.

Si quo autem in loco vbi concionatur, moris est, cibum à fidelibus concionatori opiparè præterq. modum apparari: & verbis, & ipsa frugalitate qua perpetuò vretur, omniq. alia ratione, ab eo apparatu eos reuocare studebit.

Apud laicos cænare, prandereuè, vt potest maxime recufabit.

Venientium ad se hominum salutationes quotidianas atque frequentes ne patietur.

Familiaritates & consuetudines laicorum valde euitabit.

Cum autem eius vita debeat esse specimen virtutum omnium, non solùm ne peccato, sed etiã ne exemplo vnquam nocebit.

Caveat quàm diligentissimè fieri potest, ne cuiquam etiam arripere volenti, vel obloquendi, vel malè suspicandi quauis de re, quæ reprehendi meritò possit, occasionem dictis aut factis præbeat; ne eius ministerium quod sanctum est, vituperetur.

Quare cum cætera, quæ supra præscripta sunt, accuratè seruet; tum hæc infra descripta.

In proprio monasterio, qui regularis est, habitet; aut in ædibus parochialis, collegiatæuè ecclesiæ, vbi concionatur; aut saltem in alijs ecclesiasticis domicilijs, si villo modo potest, ac distinctis omnino à laicali habitatione.

Ne eò fœminas ad colloquium secum ineundum introducat, admittatue.

Ne ad mensam & conuictum adhibeat aliquem præsertim laicum, nisi spiritualis religiosæq. vitæ studiosum.

Ne ostentet, quæ ad propriam laudem referri posse videantur.

Communi autem vtilitati seruiet.

Erk

Erit in omnes beneficis: vt quisque adiumento indiget, ita opitulabitur, & consolando, & consulendo, & benignè faciendo.

Nihil nisi quod honestum, quod pium, quod religiosum, quod sanctum sit, aut admirabitur, aut optabit.

Prædicationis porrò nomine occasioneuè concionator regularis eleemosinam nullam paciscetur: si quæ spontè datur (præter illum quãdo extra monasterium degit quotidianum cibum) monasterio ordinis sui eam in commune conferet; aut superiori pro instituti cuiusque ratione & regula tradet; memor voti paupertatis, quo adstrictus, nihil proprium habere debet: immo illud proprietatis vitium in homine regulari detestabile fugiet, & corde, & ore, & opere.

Nihil sibi peret, nec verò extorquebit.

Non vestem, non indusia, non sudariola, non cætera id generis sibi quaritabit.

Nec vllum præterea munus, etiam cibarium capiet: nisi valetudinis imbecillitas aliquid esculentæ aut poculentæ rei donum requirit.

A superiore autem expectare debet indumenta, & alia necessaria vli vel vitæ vel studiorum. Parochus etiam, aliufuè, quicumq. in sacra prædicationis munere versatur, itidem rectè seruabit.

Omnis denique concionator quicumque sit, cauebit, vt nò solùm crimine, sed etiam omni vel leuissima suspitione auaritiæ careat: quæ vbi in animum irrepserit, paulatimq. illum occuparit, omnem sanctè agendi cursum atque adeo progressum impedit.

Ne animo quidem appetat, nedum petat quidquam, quod sibi aliquam cupiditatis notam inurat.

Nullis etiã perturbationibus animi succubet. Ne iracundiæ cedet.

Non alij in eadem vrbe eodemq. oppido concionanti frequentiores auditorum multitudinem inuidebit.

Et verò (quod diligentissimè cauere debet) neque aut verbo, aut facto, aut alio modo ei detrahet.

Auditores ab illo auocare non studebit.

Sed vt est Apostoli præceptum, *honore præueniens*, illum diliget, colet, obseruabit.

Nec præterea despondebit animum, si per paucos auditores ad se conuenire viderit: quoniã summus ille magister vitæ Christus Iesus, cum Dei sapientiam, vitamq. æternam monstraret mundo, paucitate discipulorum cõtentus fuit: immo aliquando solam mulierem Samaritanã habuit, quæ illum & de diuino cultu, & de cęlesti gratia loquentem audiret.

In rebus aduersis omnem animi abiectionem vitabit.

Pro gloria Christi, pro salute animarum, in omni oppugnatione, nihil non fortiter constanterque æget.

Amore Dei inflammatus, non modò probra,

conuicia, contumelias patienter feret; sed mortem ipsam si opus fuerit, forti inuictòq. animo subibit.

Offeret, commendabit se diuinæ luci, & præclusis sensibus in illius infinito amore immensaq. charitate conuiescet.

Superbiam, fastidium, atque arrogantiam valde cauebit.

Ac propterea illa tantum sola proferre studebit, non quæ qualis aut quantus ipse sit, declarent, sed quæ audientibus salutariter profutura sint.

In omni denique actione, functioneq., vniuerso populo spiritale gaudium, virtutumq. sanctarum exemplum præ se feret.

Hæc verò vt Dei beneficio donoq. rectè assequatur; id valde curabit, vt singulis diebus matutinas & cæteras canonicarum horarum preces officiumq. ritè, distinctè, pieq., ex instituto atque ex præscripto regula quam profiteatur, si regularis est, aut si secularis clericus choro adstrictus, ex illius disciplina, cum potest, in ecclesia, atque in ipso choro vnà cum cæteris præstet.

Recitato officio, aliquid temporis in diuinarum rerum contemplatione, pioq. tacitæ meditationis studio ponet.

Ita enim fiet, vt diuini amoris ardore inflammatus, qui orando meditandoq. maxime exardescit, auditores suos, ad charitatis, quæ seminatum est omnium virtutum, studium incendat ardentius.

Missæ sacrificium quotidie offerre non prætermitter, nisi legitima causa impediatur.

Hoc sanctissimi sacrificij offerendi vsu frequenti, cum sibi in omnes sanctè agendi partes plurimum proderit; tum fideles etiam excitabit, vt sacrificij sanctissimi sint cultores, & diligentiores & religiosiores.

*De præparatione qua concionator vtetur ad singulas conciones.*

**P**RIMUM, cum prædicandi munus, non humanæ scientiæ aut eloquentiæ, sed diuinæ virtuti ac spiritus sancti gratiæ inniti concionator intelligat; diligentissimè sibi cauendum existimabit, ne mortali culpa affectus *Spiritum sanctum contristet*, & apostolicum opus, atque adeo D. N. Iesu Christi munus attingat.

Sed cōscientiam antè ab omni peccatorum impuritate pœnitentiæ sacramento expurgabit, quàm ad verbi Dei tractationem accedat.

Et verò grauissimam illam prophetæ obiurgationem vehementer pertimescendam ducat: *Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas; & assumis testamentum meum per os tuum?*

Deinde cum concionis quam proximè habiturus est causa, se studio dabit, sanctum Thomam Aquinatem, & alios sanctitatis laude claros viros ad imitationem sibi proponet; qui religio-

Plal. 49.

Ioan. 4.

sa aliqua precatone vsi sunt, prius quam studijs se dederent.

Post breui oratione ad Deum vsus id omnino studebit, vt quod in concione dicturus est, antea bene cognitum habeat: vbi verò ex studio, librorumq. tractatione cognouerit, ac perceperit, quod concionaturus est, tum singulas concionis partes quas animo concepit, etiam atq. etiam diligenter pieq. meditabitur.

Qua in meditatione ita religiosè se se afficere conabitur, vt audientium animos mentesq. ad illum ipsum pietatis affectum sancte q. agendi ardorem, quantum in se est, excitet.

Ad se ardenti pietate inflammadum, dum etiã in concionis studio tractationeq. versatur, Christi Domini cruci affixi, vel Apostoli Pauli predicantis (vt sanctus Chrysostomus fecisse traditur) imaginem sibi ob oculos ponet: quam tacita meditatione intueatur.

Maximè verò nocte qua concionis diem præcedit, eam præparationem adhibebit, vt ardentem Deum oret, omnis sapietia, omniumq. sanctorum virtutum auctorem, qui & sibi, & alijs qui audituri sunt, largiatur, vnde diuinus cultus, & salus animarum adiuuetur.

Nec porro nostra ætate defuerunt, qui non solum profusis lachrymis, sed cælo etiam verberibus corpore id à Deo petere consueuerunt.

Id etiam institutum habebit, vt ante quam suggestum ascendit, perpetuò sibi proponat concionem eiusmodi, qua scilicet vel multitudo sit hominum esurientium, cibumq. à prædicatione sua expectantium; vel cæcus claudorū, paralyticorum, hydropis laborantium, mutorum, cæcorū, surdorum, malo dæmone estuatum, leprosum, valetudinis beneficium querentium.

Huc cum spectare debeat, ita in omni concionandi parte se comparet, vt eorum rationibus salutiq. prospiciat, & consulendo, & consolando, & omni officio, præstantiq. remedio.

Consideret præterea, se piscatorem hominum esse: idèò neruos omnes intendere debet, atque adèò expiscari, vt sagenam euangelicam impleat, nempe animas pereuntium Christo Domino lucrifaciat. quare videat, ne in prædicationis officio langueat.

Sed vt sanctas commotiones in alijs excitet, tales primùm animo suo ipse concipiet, atque in se se exsuscitabit: ita vt quales in aliorum mentes transfundi cupit, ipse illas animi sui sensibus rectè conceptas, quasi spectandas cæteris proponat.

Id assequi studebit primùm ardenti precatone; deinde rei de qua dicturus est, explorata cognitione; tum vehementi cogitatione, & quasi ob oculos posita specie ipsius rei quam meditatione concepit; ac præterea attenta lectione loci sacrae scripturae, qui cum re conueniat, quam animo excogitatam habet.

Et quoniam ad commouendos animos parum valet concio alieno labore conscripta: nunquã

ad affectionum excogitationem aliena concionis industria vtetur: sed ingenio suo concipiet ac gignet, quò vehemētius primùm se, deinde alios afficiat.

Disciplina enim cibus qui populo proponitur, mente propria, quasi stomacho concoctus, vires maiores habet ad omnem sanctam commotionem.

Ne igitur concionator se totum in alienas conciones temerè ingurgitet: satius est, eas ex sanctissimorum ecclesiae doctorum, Gregorij Magni, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, aliorumq. patrum homilij, sermonibus, & tractationibus confici, & quasi constari.

Eam quoque præparationem in omni concione rectè explicanda adhibebit, vt quem deuotionis ardorem ex religiosa diuinarum precū recitatione, sacra celebratione, & pia meditatione Deo iuuante conceperit, eundem studio sè curet secum in suggestum deferre.

#### De concionatoris officio in suggestu.

**A**TQVE hæc quidem sunt, ad quæ concionator se parat, antequam suggestum ad concionandum ascendat: quem vbi ascendit, illud in primis breui tacita oratione rursus à Deo precabitur, vt syncerum castumq. sit prædicationis suæ studium; vt nemini noxium; vt & sibi, & omnibus in commune salutare.

Hocq. etiam summa prece tacitus contendet, vt si fortasè in concionando se vel gloria inani, vel alio vitio attentari aliquando contigerit; id, & alia omnia, quæ aliorum quam ad diuinam gloriam, ad animarumq. salutem spectent, Deus diuine suæ gratiæ virtute disijciat, atque planè auertat.

Deinde, quod antiquissimi instituti est, ac non sine mysterio quidem, salutationem angelicã, non festinanter, non canorè, sed graui piãq. pronuntiatione, ac genibus flexis recitabit, ad præscriptam verborum formulam qua ecclesia sancta vtitur: ita vt ne verbum quidem vel addat, vel detrahat, vel mutet, quod ab illius instituta ratione diuersum sit.

Si concionatur intrã Missarum solemniam quæ ipse celebrat, salutatione angelica non vtetur. Dum in concione versatur, sibi ob mentis oculos perpetuò proponet tanquam in aduerso pariete Christum Dominum in maiestate iudicantem: qui ab se quoque iam iam *uulcationis rationem* deposcat.

Post concionem verò, prout ratio valetudinis tulerit, antequam cibum capiat, paulisper orabit: sicq. quos progressus concionando facere cœpit, eos orando prosequetur: & sic deinceps adinuabit perpetuo opere sanctitatis, ac voce virtutis.

De

#### De ritu concionandi.

**S**ACRAM concionem intrã Missarum solemniam, euangelio scilicet recitato haberi, antiqui instituti est.

Id igitur seruabitur non solum ab Episcopo, parochia, animarumq. curatore, aut sacerdote Missam celebrante, sed à quocunque alio concionaturo, etiam qui tunc celebrat ibi.

Episcopus in Missa solemnium sacrificio concionem habebit, mitra, episcopaliq. sacro omni vestitu indutus.

Ministros sacris indumentis vestitos sibi concionanti ab utroque latere assistentes adhibebit, ex veteri canone septem, vbi potest; si minus, pauciores.

Ministram præterea pluuiali indutum; qui à latere sinistro baculum pastorem ante se sustineat.

In Missa sacrificio non solemnium concionatur, vtetur stato Missa vestitu, mitra, baculo, & ministris saltè duobus superpelliceo indutis: qui si canonici sunt, canonicali chori vestitu induentur.

In alia actione quam in Missa sacrificio, alio tempore, pluuiale, mitram, baculumq. adhibebit, & duos pluresq. ministros sibi assistentes arbitrato suo, prout actio solemnium, & frequentia populi, & ecclesiae vbi concionatur, ratio postulat.

Qua etiam in actione cappam episcopalem, & stolam potius quam pluuiale & mitram adhibeat licet, & duos item sibi assistentes, superpelliceo, aliove chori habitu indutos; & duos præterea ministros, vnum qui pastorem baculum, & alterum qui mitram à dextero latere teneat.

In actione minus solemnium, in ecclesia non in signi, rochero, & mozaera vtetur, stola adiuncta, adhibitis etiam assistentibus & ministris vt supra cum insignibus episcopalibus.

Sed in omni alia functione, præterquam in Missa sacrificio, triplici hac indumentorum ratione prout maluerit, vtetur; ita vt modò pluuiale, modò cappam episcopalem, modò rochetum mozetamq. cum stola induat, pro temporis, loci, personarumq. ratione.

Si quando ex tempore vsu venerit vt concionetur, vbique etiam sine stola gregem suum verbo Dei, salutaribusq. monitis pascet.

In ecclesia cum concionatur, id muneris obibit sedens in medio altari in faldistorio, aut in sede loco eminentiori collocata, aut in cathedra episcopali; aut etiam suggestum, ambonemq. ascendet: vbi itidem sedens concionem habebit, mitra item cæterisq. vt supra pro ratione adhibitis.

Si in oratorio, aliove loco concionem habebit; de suggestu, si vllus est, aut de sede aliquantò altius collocata concionabitur.

De libro etiam vbique concionetur licet ad præscriptum concilij prouincialis quarti; ita

vt vel ipse, vel Archidiaconus, aliusve quem maluerit, ei per clausulas sacrae scripturae verba distinctè de libro pronunciet, quæ ipse deinceps ordine sigillatim explicet.

Parochus autem animarumq. curator, qui inter Missarum solemniam concionem habet; aut in altari ab epistolæ latere capite aperto concionando stabit; aut opportunus suggestum ascendet: vt facilius (præsertim cum populus frequens conuenit) ab omnibus exaudiri possit. Quo in loco capite aperto erit, & stabit, aut se doli inhærebit, casula dum concionatur indutus vel exutus, prout maluerit.

Alius verò sacerdos, cum non celebrat, inter Missarum solemniam concionaturus, non in altari sed de suggestu concionem habebit.

Quòd si parochus animarumq. curator, aut alius sacerdos, aliquando intrã Missarum solemniam, quæ alter sacerdos celebret, aut alio tempore quam in Missa concionatur; ad eius muneris functionem superpelliceo & stola vtetur.

At verò Regularis qui parochus non est, stolæ & superpellicei loco, vestitum adhibebit, qui ex regula præscripto in choro ad diuinorum officiorum celebritatem adhibetur.

Diaconus si quando ex facultate permissa concionatur, superpelliceo etiam vtetur, & stola in transuersum ducta.

Si præterea parochus, aliusve concionator, in Oratorio, aut Sacello, alibi concionem habiturus est, vbi suggestus nullus sit: aptiorem decentioremq. locum ibi deliget, vnde concionetur.

Poterit autem idem parochus aliquando, cum ita expedire viderit, concionando libro euangeliorum vti: de quo libro ipse sacra verba per clausulas & sententias distinctè pronunciat; tum ordine sigillatim explicabit.

#### Quibus temporibus concionandum est.

**P**RÆDICATIONIS munus, nullo neque tempore, neque loco sibi Christus Dominus præfinit: neque Apostoli item, qui omni loco, omniq. tempore sacrosanctum euangelium disseminarunt.

Huncq. prædicandi morem sanctissimi viri, Dominicus, Franciscus, & Vincentius secuti sunt: qui vel in ipsis agris conciones habuissent se dicuntur.

Cum igitur vel temporis, vel loci opportunitas tulerit, non solum in ecclesia (qui locus prædicationis proprius est) sed vbique, omniq. tempore sacra concione populus Dei pascendus erit.

Quamobrem Episcopus in primis oblata sibi occasione, semper, & vbique gregem suum verbo Dei salutaribusq. documentis pascet pro munere suo pastoralis: cum eius & dicta & facta, quasi perpetuam quandam prædicationem ministrare præbereue debeat.

Sf Om-



Omnibus autē saltem Dominicis, & solemnibus diebus festis, in Quadragesimāq. & Aduentu quotidie, aut saltē tribus hebdomadæ diebus, quemadmodum œcumenica synodus Tridentina sanciuit, sacras scripturas, diuinamq. legē annuntiabit: & aliās, quotiescunque id oportunē fieri possē iudicauerit.

Idem officium præstabit in sacris quatuor temporibus, scilicet anni solemnitatibus, supplicationibus solemnibus, iubilæi indulgentiæ, & celebritatibus, in synodalibus actionibus, in omni sacramentorum administratione, in omniq. consecratione & benedictione solempni, & in omni denique muneris episcopalis functione, quæ mysterij quod agit explicationem postulare videatur.

Quo in pascendi munere vsque aded diligens erit, vt si quando episcopum qui aliunde uenerit, hospitio exceperit; hanc etiam occasione nactus, cum eo agat, vt concionem populo habeat: id quod ex Clementis Pontificis & martyris constitutione in cōcilio prouinciali quinto cautum est.

Parochi uerō, omnesq. animarum curatores itidē omnibus Dominicis, & solemnibus diebus festis, & in quadragesima aduentuq. diebus singulis, aut tribus saltem quibus episcopus iusserit, ex Tridentina sanctione, & prouinciali decreto, uerbo Dei populum pascent.

Cum item quatuor ieiuniorum tempora, aduentus Domini, septuagesima, & anniuersariæ Domini solemnitates instant; idq. constitutis aliquot antē diebus, ad præscriptum concilij prouincialis tertij.

Idem præstent, quoties sacramenta ministrabunt, idq. præsertim catechismo Romano.

Is etiam diebus, cum proximē sacramentum Confirmationis ab Episcopo ministrandū erit, ac præsertim de eo sacramento; quō populus ad illud religiosē suscipiendum instructior accedat.

Id ipsum etiam agere non omittent, cum aliqua statæ processiones, vel alię supplicationes ob publicam causam extra ordinem indictæ agentur.

Cum iubilæum item celebratur.

Quo præterea die vel exequias agent, vel ædiū benedictionem, vel alterius rei benedicendæ, vel piæ societatis instituendæ, vel cuiusuis rei agendæ, quæ parochi sacerdotis officium attingat, munus aggredientur.

Nemo autem præter parochum animarum uerō curatorem, cuiuscunque ordinis sit, aut quocunque loco concionetur, concionem habebit, vt à Clemente quinto pontifice in cōcilio Viennēsi sancitum est, qua hora episcopus in eadem urbe, oppido, locouē concionatur: nisi aliter is concesserit.

Nec uerō etiam parochus, quando episcopus ita iusserit.

Illud enim episcopo, cui prædicationis munus præcipuē incumbit, tribui æquissimum est.

Proinde cæteri concionatores quibus prædicatione delegata est, id etiam non est cur ægrē ferant, si in quadragesima, Aduentu Domini, alio uē tēpore, certos aliquos dies potissimum episcopus aliquando deligat, quibus in ecclesia cathedrali, alio uē loco ubi illi concionetur, oues sibi commissas ipsemet pabulo uerbi Dei pascerere aut reficere uelit.

Dum concio habetur, in ecclesia ubi habetur, missa non celebretur, ne in loco quidem subterraneo, quæ confessio dicitur.

Videbit etiam concionator, ne à prandio, qua hora doctrinæ christianæ scholæ habentur, concionetur: neque item qua hora diuina officia in cathedrali ecclesia, vel parochiali celebrantur: à quibus populus abduci non debet.

Ne noctu vnquam concionem habeat: sicubi uerō concionem de passione Domini haberi de nocte moris est, in matutinum tempus sextæ feriæ transferat.

#### Materia sacre concionis unde sumenda.

**P**RIMO concionator ita suam instituet concionē, vt ex doctrina constet euangelica: quæ ubique gentium & terrarum omni creaturæ à Christo Domino & magistro uitæ iubetur prædicari.

Ita uerō constabit, vt ad illam ipsam præclarē contexendam, alia diuinæ legis diuinarumq. literarum testimonia, sanctorum patrum disciplinas & exempla, sacras ecclesiæ traditiones, sanctiores interpretationes, & totius ecclesiasticæ antiquitatis cognitionē rectē appositeq. vt vsu uenerit, accommodet.

Euangelicæ igitur historiæ commemorationē nunquam omittet: vt (quod sæpè fit) aliud dicendi argumentum non sumat; nisi uel temporis, uel celebritatis, uel officij quod peragitur, ratio, aliter aliquando deponere uideatur: aut opportuniùs aliquando censuerit alias Missæ partes tractare, vt mox infra.

Epistolæ etiam, quæ in Missa ex instituto ecclesiæ recitata est, explicationem dilucidam cum euangelij interpretatione interdum coniungat.

Ex vna & altera explicatione locos aliquot cōmunes deliget: quibus populum ad Dei charitatem, ad proximi dilectionem, ad uitæ christianæ instituta, ad pietatis opera atque officia inflammet.

Proponet item sapiūs fidelibus, quid eo die ecclesia Dei precetur, quidq. potissimum oret. Quamobrem aliquando preces seu orationes, quæ collectæ nominantur, præsertim quæ primo loco ponuntur, fidelibus accuratē pieq. exponet.

Sacrificij etiam Missæ, diuinorumq. officiorū, & anniuersariarum solemnitatū, ac temporū mysteria auditoribus diligēter explanabit: vt ritē recteq. instructi, ecclesiæ filij à matre in tanta mysteriorum celebritate non modò

ope-

operibus non discordent, sed ad omnē religionem, eorum quæ sanctē aguntur cultum, ardētius inflammentur: atque aded uerbiorem spiritalem fructum ex rebus diuinis capiant.

Instituta præterea ecclesiæ, sanctasq. consuetudines, vt occasio tulerit, docebit.

Sancti cuius dies festus agitur, uitam uerē grauiorēq. conscriptam, patrum iudicio comprobata, vt infra præscribitur, commemorare non omittet, aliquo delectu exemplorum, quibus animos cōformet in omnes benē sancteq. agendi partes.

Digredietur interdum, vt & occasio, & arguementi ratio feret, ad symboli, orationis dominicæ, salutationis angelicæ, decem præceptorum, & sacramentorum explicationem.

In omni porrò materia, genere concionis tractationis uē, hæc cauebit vt mox infra.

Ne à ueteri uulgataq. Bibliorū editione perpetuo sanctæ ecclesiæ vsu comprobata, proferēdis diuinarum literarum sententijs discedat, sed illam pro authentica habeat, vt decreto Tridentino cauetur.

Ad planiorem tamen illius explicationem uerbioremq., ut etiam licebit græca, & hebraica lectio.

Ne sacram scripturam ad suos sensus contorqueat, contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater ecclesia, aut contra unanimes patrum consensum, vt sapienter eadem Tridentina synodus cauit.

Si quam uerō nouam interpretationem ab ecclesiæ sensu patrumq. sententijs non alienam, quæ uel fidei catholicæ doctrinam illustret, uel pietatis studium excitet, aliquando afferre cogitat; aliquid breui præfabitur, quo id sibi licere humiliter præsertim ab episcopo præfente petat.

Subtiliores quæstiones apud imperitam multitudinem ne attingat.

Ne de beatissimæ Virginis immaculata conceptione disputare ausit, contra præscriptum sanctionis pontificiæ Pij Quinti.

Ne hæreticorum nomina, portenta illa quidē & monstra in uulgus dicat: nisi cum aliquando, & in locis eorum finitimis, ubi ea nota per uulgataq. sunt, istorum nefaria doctrina exagitata & explodenda est.

Ne facerias, ridicule uē dicta afferat.

Ne res ineptas, uel superuacaneas, uel parum fructuosas afferat; sed eas tantum, quæ dignæ Dei templo, dignæ christianis moribus, auribus iudicentur.

Ne nouas allegorias comminiscatur; sed eas feligat ex receptis ab ecclesia scriptis.

Ne quidquam ab ecclesia, eiusq. institutis, ritibus, consuetudine, perpetuoq. vsu alienum, quodq. cum probatis ecclesiæ doctoribus consentiens non sit, proferat.

Ne historias ex apocryphis scriptorib⁹ narret. Ne uulgaria, ac minus comprobata, cum de sancto concionatur, in medium afferat; sed quæ

uera, grauiorēq. uirorum literis prodita, fidē augent doctrinæ catholicæ, atque audientium mentes ad pietatis studium incendunt.

Proinde aliquod peculiare præcipuumq. donum diuinitus ei datum exquirat, quod auditoribus enunciet.

Neque id omni loco, sed potissimum in extrema parte concionis.

Ne miracula narret, quæ certi auctoris testimonio non commendentur.

Ne incerta, quæq. speciem falsi præferunt, commemoret.

Ne futurorum prædicationem sibi sumat.

De extremo iudicij die & Antichristi aduentu ita ad populum uerba faciat, ut ea expectatione peccatores terreatur; de tempore autem quo illud futurum sit, nihil pro certo affirmare audeat.

Ne ex profanis libris (qui non sine reprehensione ab hominibus religiosis legi possent uidentur) quidquam in medium afferat.

Ethnicorum doctrinam, poetarum uersus, philosophorum disciplinas, quæ religioni christianæ non alienæ sed accommodatæ uidentur, ad utilitatem & vsum reuocari, sancti doctores, Augustinus, & Hieronymus, aliq. censuerunt. Sed concionator hoc faciat quā rarissimē: neque ubi primò disputationem aliquam aggressus est, sed posteaquā sacrarum literarum testimonio attulerit.

Nec uerō in illis doctrinis longior sit, quā deceat, sed paucis quidquid ab eis afferet, complectatur; atque ita quidem, vt multæ cognitionis ostentationem caueat.

Ne patrum sententiam temerē vnquam refutet: cum autem in medium attulerit, antē sapienter perpendat: præsertim græcorum patrum, quorū interpretatio fidei catholicæ hostibus contaminata aut deprauata est.

Ne singulares quasdam opiniones (quæquā illæ quidem in scholis afferuntur) ad concionem adhibeat.

Si quando doctrinam scriptoris alienæ scholæ afferet, de ea honorificē aliquid paucis præfabitur.

Ne doctores & auctores neotericos in mediū afferat.

Ea est enim suggesti auctoritas; vt sacram scripturam in primis, & sanctorum ueterum patrum doctrinam requirat.

Ne sanctorum doctorum prolixas sententias sed breues latino sermone recitet.

Si eos complures aliqui nominatim appellare cōtigerit: primò ueteres, tum ordine deinceps alios ab illorum ætate recentes nominabit.

Ne profanum quidquam, ne edicta laicalia, ne cætera id generis de suggestu enunciet.

Ne pauperem quidem eleemosinæ nomine cōmendet, nisi episcopi eius uē ministrorum auctoritate.

Ne indulgentias item populo promulget, nisi vt per episcopum iussus erit.

Si 2 Ne

Sess. 24. c. 4. de refor.

Tit. de episcopo pag. 230.

Vt supra.

Tit. quæ ad concionat. pert. pag. 88.

Sess. 4. de decret. edit. & vsu sac. libr.

Ibidem.

Ne quemquam nominatim insectetur, vel ita verbis depingat, ut quo de loquatur, facile possit auditor animaduertere.

Ne in ordinem vllum, aut statum, aut vitæ genus ab ecclesia receptum inuehatur.

Ne episcopos, aliosque prælatos, nec verò civiles magistratus in cõcione asperius obiurget; sed si quando occasio tulerit, piè potius admoneat.

Ne cum reprehendit, id hominum, sed peccatorum odio, immo pietatis & charitatis studio ductus faciat.

Ne vitijs exagitantibus quasi furenter iratus excandescat nimis.

Ne iniuriosa verba proferat, neque ignominiosa.

Ne obrectationibus, quæ aliquando fiunt, & querimonijs de suggestu respondeat.

Ne de suggestu vnquam cõqueratur, sibi coronam non adesse frequentium auditorum.

Reprehendat tamen licet, præsertim parochus, negligentiam populi, si quando non frequens ad concionem conuenit.

Ne aures facile præbeat laicis clericorum vitæ detrahentibus, aut ciuitatis rectorum præsidum culpam aliquam calumniantibus; sed omnia antè diligenter diuq. perpendat, quàm ad reprehensionem descendat.

Ne statim cum concionari aggressus est, sed postquam aliquot concionibus habitis, prudētis, docti, & religiosi concionatoris nomen adeptus est, ad vitia acrius insectanda se conferat.

Sed in eo genere, in omniq. admonitionis atque exhortationis officio eam beneuolentiam & charitatem auditoribus suis ostendat, atque adeò præstet, qua patens liberos amplectitur. Assidueq. secum reputet, quod Apostolus scripsit: *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.*

Ad Gal. 4.

*Peccata studio concionatoris tollenda, quæ frequentius contra diuinæ legis præcepta committuntur.*

**E**T quoniam animarum salus in eo posita est, ut populus fidelis, quæ mala peccataq. sunt, fugiat; & rursus quæ bona, virtutumq. officia pietatis studio conseruetur: ideò hæc genera assidue concionator vrgeat atque instet, pro conditione loci, rationeq. personarum quibus prædicat.

Vniuersè verò peccata omni increpatione exagitet: cruciatus tormentaq. perennia ac sempiterna damnatorum exaggeret: sæpè mundi res caducas, breuiq. interituras, & eius infinita incommoda ad omnem exagitationem studiosè proponat ac recenseat calamitates.

Atque mala quidem, vitia, ac peccata quæ concionator tollere studebit, permulta sunt; sed quæ contra legis diuinæ præcepta committuntur, quæq. eripere omni perpetuo prædicatio-

nis officio contendet, hæc frequentiora sunt. Detestabile blasphemiarum scelus, ac nefaria maledicta, quæ in Deum, sanctosq. conijciuntur.

Superstitiones, auguria, diuinationes, veneficia, cantiones, & cætera id generis, quibus castissimus Dei cultus violatur.

Dierum festorum violatio.

Immodestus, ac parum pius quorundam accessus ad ecclesias, indulgentias, stationes, & supplicationes publicas: quò omni religiosa pietate frequentissimus concursus esse debet ad vberiore gratiam promerendam.

Impura in illis item, aut in earum atrijs, & cœmiterijs conuersatio, ac nequaquam cum pietatis christianæ rationibus conueniens, præsertim cum diuina celebrantur.

Nefarium rei familiaris cum alterius iniuria parandæ atque augendæ studium.

Pecuniæ conciliandæ sitis, & omnis denique auaritia.

Tot contractuum genera, quæ excogitata sunt in fraudem legis omnem vsuram prohibentis. Litium, & controuersiarum immoderatum illud studium, christianoq. nomine indignum. Improbis eorum, qui malas causas defendunt.

Auaritia, atque negligentia illorum, qui lites longius ducunt.

Nequitia item illorum, qui litibus iurgijsque odia & inimicitias alunt.

Malitia præterea quorundam, qui tanquam hirudo litigantium, omni litigandi arte immoderatos sumptus exhauriunt.

Calumniæ quæ passim in foro versantur.

Adulteria, stupra, incesta, fornicationes, operaq. carnis.

Impia licentia falsi testimonij dicendi, aut falso iurandi, etiam in re aut vita cuiuscunque tuenda.

Impurus vsus ganeas frequentandi, heluandiq. auaritas, atque omne gulæ, & ventris explendi vitium.

Nec verò satis putet, vniuersè generatimq. peccatum & vitium reprehendere; sed ad species, præcipuasq. actiones, quæ prauæ inde existunt, in vsuq. sunt, descendat: quò rectius auditores peccata cognoscant, multoque cautiùs fugiant.

Et quoniam plerique sunt, qui certis vulgaribus argumentationibus disciplinæ christianæ repugnantibus vtuntur ad peccatorum excusationem; de industria aliquando prout vsu venerit, concionator piè docteq. ostendat, quàm magnopere isti argumentationis atque opinionis humanæ errore decepti, à via salutis aberrant.

Atque ij quidem, alij sunt, qui honorum studijs ambitioniq. seruiunt, propterea quod & mundo, & propinquis satisfaciendum putet. Alij angustam illam viuendi viam ad euangelij præscriptum minimè tenent, quia cõem vitæ consuetudinem amplectendam arbitrentur.

Alij

Alij pietatis opera multa aspernantur, quoniam aicularum ea potius esse arbitrantur, quàm virorum.

Sunt, qui à perfectiori vitæ ratione, atque à frequenti sacramentorum vsu se atque adeò alios abducent, quòd sine eo diligentiori studio homo salutem consequi possit.

Sunt item qui peccata excusent adolescentiæ nomine, vel aliam causam prætexunt.

Atque ita quidem multi malè agere pergunt, vulgi opinionibus falsis, ineptisq. argumentationibus ducti, quæ à concionatore coarguendæ atque refutandæ sunt.

*Officium concionatoris in perpetuo reprehendendis tollendisq. prauis consuetudinibus, vnde peccandi seminaria extant.*

**P**UBLICORVM peccatorum illecebras, quas homines deprauatæ consuetudinis errore decepti pro nihilo putant, concionator perpetuo reprehendat, atque in summum odium adducere contendat; ostendetq. quàm grauius Deum offendant; quàm multa mala, atque adeò publicæ etiam calamitates, infinitaq. detrimenta inde existant.

Spectacula, ludos, ludicrasq. res id generis, quæ ab ethnicorum moribus originem ducunt, disciplinæq. christianæ aduersantur, perpetuo detestabitur, execrabitur: demonstrabit incommoda, publicasq. ærumnas inde in christianum populum dimanare.

In quam sententiam valde populum confirmabit argumentis, quæ grauissimi viri, Tertullianus, Cyprianus martyr, Saluianus, & Chrysostomus afferunt.

In eoq. argumenti genere nullum aliud omittet, quo tanta corruptela radicitus extirperet. Choreas, saltationes, ac tripudia, è quibus mortifera cupiditates excitantur, de suggestu sæpè grauius reprehendet atque insectabitur.

Scenicarum personarumq. actiones, vnde tanquam è quodam seminario semina malefactorum ac flagitiorum penè omnium existunt, quàm à christianæ disciplinæ officijs abhorretes, quàm valde cum paganorum institutis cõuenientes, atque diaboli astu inuētæ, omni officio à populo christiano exterminandæ sint, qua maxima potest religiosa contentione ager.

Omnem in muliebri vestitu luxum, caudatas vestes, superbium ornatum, deformem illam capitis ornandi speciem, muliebres fucos ac pigmenta, cæteraq. ad molliem, atque adeò ad libidinis incitamentum fœdè excogitata, omni persuasionum vi, & argumentorum quasi telis oppugnabit: quæ multa subministrabunt magni illi ecclesiæ viri, Cyprianus martyr, Basilus, Augustinus, & Ambrosius in primis.

Effusam etiam virorum impensam, & omnem intemperantiam, quæ ad barbararum gentium à fide alienarum similitudinem tam valde accedit, omni studio coarguet.

Seruorum, quorum opera nulla est neque domi neque foris, multitudinem inutilem ac desidem, superuacaneam dissuadebit.

Epulas illas sumptuosas, & comestiones immoderatas à frugalitate christiana alienas, omnis intemperantiæ, impudiciæ, libidinis, aliorumq. vitiorum illecebras arguet, increpabit, atque planè dissuadebit.

Omnem aleam, omnemq. eius generis ludum, vnde iurgijs, furto, maledictis, ac alijs malis maleficijsq. quasi fores aperiuntur, grauius obiurgabit atque exagabit.

Eorum peccatum insectabitur, qui ædes suas quasi ludum aleatorum exponunt.

Multorum otiosam vitam ac voluptariam ita facile peccatis expositam reprehendet quàm sapissimè.

*Concionatoris officium in instituendis fidelibus ad sanctissimum sacramentorum usum.*

**C**VM autem nihil possit esse populo christiano vtilius, quàm scientia, & rectus vsus sacramentorum: quàm religiosè, quàm piè, quàm humiliter ad illa accedendum sit, accuratè docebit.

De baptismo cum loquetur, cætera cum exposuerit quæ ex catechismo Romano sapienter præscripta sunt; tum in eo versabitur, ut deprauatum vitæ morem fidelium exagitet, qui contra quàm in baptismo sponderint, viuunt, & carni, & mundo, pompisq. eius, & Satanæ atque illius operibus; Deo autem mortui sint: & quàm laboriosa putet, quæ Dei sunt; quàm rursus facilia, quæ mundi, quæ carnis, quæ Satanæ.

Quo in genere omnem concionis suæ vim concionator adhibebit.

Neque præterea omittet, compates docere ac monere, quàm solliciti esse debeant, ut quos in baptismo susceperunt, fidei christianæ rudimentis, sanctarum virtutum officijs quibus ad salutem via munitur, rectè instituant.

De confirmationis sacramento concionem instituet: in qua diuina illa dona cum commemorauerit, quæ Deus illis impartitur, qui ritè sancteq. hoc sacramentum suscipiunt; tum ostendet, quàm sollicitè, quantaq. religiosi animi præparatione fideles ad id suscipiendum conuenire debeant.

Exponet item, ad quæ vsui sint ea spiritus sancti munera.

Arguet, qui negligentes sint, ac planè desides in ijs accipiendis.

Admonebit & hortabitur ad illa rectè obeunda. Monebit, ut qui ad hoc sacramentum accedunt, in primis instructi sint fidei christianæ rudimentis, & virtutum christianarum officijs.

Cohortatione item ager, ut cum hoc sacramentum ministratur, & pro ijs qui suscipiunt, & pro illis qui eosdem adducunt offerunt, ac tenent pieq. orent.

Sf 3 Cæ-

Cætera præstabit ex præscripto literarum episcopaliū.

Pœnitentiæ, & sanctissimæ Eucharistiæ frequentiam esse fructuosissimam, & maximè commendandam, rationibus multis, & sacræ scripturæ testimonijs comprobabit.

Eam consuetudinem cõcionando inducere studebit; vt populus, si minus dominico quoque die, saltem semel in singulis mensibus confiteatur, & sacram communionem sumat.

At in quadragesima, & in aduentu, vt singulis diebus dominicis hoc faciat: id quod antiquæ fidelium pietatis est.

De ordinis sacramento cum tempus postulat, aget quàm diligentissimè.

Quo in genere cum cætera cõmemorabit, quæ multa catechismi Romani literis prodita sunt; tum clericorum vitæ instituta, muneris sui partes, ac functiones.

Quàm ab omni labe puros eos esse oporteat.

Quàm à perturbationibus animi alienos.

Quàm continentes, & quàm abstinentes.

Quàm castissimis moribus præditos.

Quàm spiritualis vitæ studiosos.

Quàm omni virtutum exemplo præstantes.

Quàm in primis charitatis, quæ seminariū omnium virtutum est, amantes.

Quàm diuini cultus zelo accensos.

Quàm salutis animarum cupidos & appetentes.

Quàm doctos, omnifq. disciplinæ sanctæ peritos.

Quàm liberales eleemosinis dandis, qui præsertim vberes fructus ex ecclesiasticis prædijs capiunt.

Quàm hospitales item.

Quàm benignos salutaribus consilijs dandis.

Quàm munificos, ac prõptos in omni spiritali dono, opereq. misericordiam.

Quàm valdè diligentes & sollicitos in ordinis sui functione.

Hæc omnia, longèq. plura, prout in Domino expedire viderit, piè, doctè, sapienterq. ita explicabit, vt populus accendatur ad honorem & obseruantiam, quam nauare præstareq. ijs debent, qui ecclesiasticis ordinibus adscripti sunt.

Quod argumenti genus nactus concionator fideles docebit officia erga clerum.

Ostendetq. in primis, quàm magnus honor tribuendus sit Episcopo, vt patri, vt domino, vt pastori, vt spiritalium comodorum auctori, salutemq. populi omni sollicitudine procuranti.

Quam in sententiam multa dicet, cum ex sacris literis, tum ex sanctorum patrum documentis, ex doctrinaq. præsertim beatissimi pontificis & martyris Clementis.

Eius præterea monitis, iussis, edictis, decretorum sanctionibus quàm prompta volūtate & obsequio parendum sit, sæpenumero grauitèr docebit. *Episcopo enim*, inquit diuinus Ignã-

tius martyr, *subiecti estis, velut Domino.* Nam ipse vigilat pro animabus vestris, vt qui rationem Deo redditurus sit.

*Reueremini*, alio loco scribit, *Episcopum, sicut Christum, quemadmodum nobis præceperunt apostoli. Episcopus enim typum Dei patris omnium gerit.*

Sed hæc, & alia id generis concionator è fontibus hauriet diuinarum ecclesiasticarumq. literarum.

Quanta sit sacerdotij dignitas demonstrabit: qua reuerentia, quo honore populus eos prosequatur, qui sacerdotio initiati sunt.

Parochos præsertim quàm valde colat, qui curatores animarum sunt, qui pastores, qui parentes spirituales, quiq. paterna sollicitudine in populi salute, salutaribusq. commodis euigilant.

Quàm grato propterea animo, quàm pia liberalitate, quàm libenter decimas primitiasuè eis debitas soluat.

Quàm paratissima ad obediendum voluntate eorum cohortationibus, monitis, præceptisq. obtemperet.

Quàm frequenter cum vsu venerit, eos adeat, à quibus salutaria consilia petat.

Quàm sæpè, præsertim diebus dominicis festisq. ad parochialem ecclesiam conueniat, vbi salutariter erudiatur ad omnem benè recteq. agendi disciplinam.

Rursum concionando monebit parentes, quàm diligentem educationem filijs adhibere debeant, quos ordini ecclesiastico destinant.

Qua in re multa quæ his temporibus necessaria sunt, tum ad parentum instructionem, tum ad filiorum rectã in disciplina clericali educationem, illos commonefaciet grauitèr & accuratè.

Populum hortabitur, vt statis illis quatuor anni temporibus, & priuatim in suis quisque ædibus, & publicè in ecclesia oret, ad litanias conueniat, Deum precaturus pro ijs qui ordinis sacramento initiantur: Cæteraq. præstet ex præscripto literarum episcopaliū.

Tractationem de sacramento matrimonij quàm sæpissimè suscipiet: cum ad omnem licentiam prolapsa sit hominum libido.

Docebit illius sacramenti vim, & sanctitatem. Monebit, quàm religiosa præparatione idè sit ineundum.

Hortabitur Tobiam exemplo ad orationem, ad ieiunium, tum ad confessionem, & communionem, antequàm matrimonium conficiant.

Instruet in primis fideles, cur nubendum: quo in genere multa disferet de educatione filiorum. Commonefaciet etiam, vt antequàm matrimonium contrahant, rectè discant se filios esse, nēpè parentibus obediētes esse, illisq. se amorem, metum, obseruantiam, & venerationem debitam præstare.

Quo fiat, vt cum ex matrimonio liberos susceperint, rectè sancteq. educent: alioquin

con-

contra faciant, inde & sibi & alijs infesta proles existet.

Admonebit item, vt videant cui nubant: à Deo presentur vt rectè nubant: ne tribulationem carnis quam habituri sunt, habeant ad perniciem, sed ad salutem: nam proprium donum Dei est vxor bona, & prudens.

Vt in re tanta parentum consilium adhibeant: quod quamuis necessarium non sit, lex tamen naturalis humanaq. suadet, & sacrarum literarum exempla docent.

Vt considerent ætatem, & mores.

Vt pro dote magna virtutem putent.

Vt qui se continere non possunt, melius esse doceat, vt nubant.

Alia multa speciatim admonebit, prout opportuna esse viderit.

Præcipuè verò in id incumbet, vt si quæ morum corruptelæ nuptijs celebrandis ex deprauato vsu adhibentur, radicibus extirpètur; præsertim saltationes, choreæ, cyathorum confractioes, vocum à profano gentiliū more nō abhorrentium strepitus in vijs plateisq.; ac præterea fascinoes, veneficiaq. in ijs impediendis.

De sacramento quoque Extremæ vnctionis dicet accuratè, præsertim cum de morte concionem habet.

Qua in tractatione fideles docebit, vt quando in febrem morbumuè incidunt, ipsi statim tum confessionis & sanctissimæ Eucharistiæ sacramenta, tum hoc extremæ vnctionis in tēpore petant; & præsertim cum integra mente sunt. Docebit vim sacramenti; ex qua consolatione illis iniiciet: cum viderint nullum sibi remedium defuisse, quod mater ecclesia adhibet ad filiorum salutem.

Ostendet religiosas preces, quæ in eo sacramento peraguntur, salutariter prodesse.

Et cætera multa adiunget ad sanctam spem excitandam.

*De virtutum officijs bonisq. operibus exponendis.*

**S**ICVT autem in vitijs dissuadendis atque exagitandis nō modò vniuersè, sed speciatim singulas partes, vitiosasq. actiones persequi concionator debet: ita virtutes, earumq. præcipua officia exponet, nō modò in vniuersum, sed sigillatim, ac diligenter.

Quare ad certas species descendet, quæ ad verum Dei cultum, quæque ad animarum salutem pertinent.

Hocq. diligentius atque enucleatius præcepta institutaq. huius generis præcipua tradet, quò negligentius his temporibus tractari solent.

Spiritalis vitæ partes atque officia, quæ ex intima sanctissimorum virorū disciplina deponentur, exponere studebit præclare, atque vsque adèò accuratè, vt nullū spiritalis sanctæq. institutionis locum reliquat.

Ad euangelica consilia amplectenda, ad perfectioris vitæ disciplinam suscipiendam, ad mundi contemptum audientium animos sæpè impellet: quò studiosius cœlestis spiritalisq. vitæ instituta amplectantur.

Atque hic quidem amplissimus campus est, in quo sæpè christiani concionatoris excurrat sermo.

Nec prætermittet auditores ad misericordiam eleemosinæq. opera perpetuè excitare.

Nam hic locus latè patet, pertinetq. ad omnes. Huic consequens est concionari aliquando de hospitalitatis officijs, de hospitalibus, de societibus seu sodalitatibus charitatis, atque de omni cura pauperum.

Alter locus, etiam, atque is quidem vberimus est, de eleemosina spiritali.

Qui locus à concionatore nūquam omittatur, cum vsu venerit; veniet autem sæpissimè.

Correctionis igitur fraternæ, quæ ad eleemosinæ spiritalis speciem refertur, necessitatem demonstrabit: corrigendi fraternè modū docebit: præcepta atque instituta vtiliter prouideretq. tradet.

Ad pœnitentiæ exercitationes, corporis macerationem castigationemq. populum sæpè accendat.

Ad ieiunium, prout vigilia, & aduentus, quadragesimæq. tempora incidunt, sæpè concionem transferet, qua & ieiunij necessitatem, & salutes fructus qui inde existunt, vberimè exponet.

Et quod plurimi interest, docebit sancti ieiunij certas leges, quas religiosi viri non modò instituerunt, sed executi sunt diligentissimè.

Atque in hoc genere versabitur, & sæpius, atque diligentius, quò grauius ab omnibus ferè peccatur.

Quò autem frequētius, atque adèò studiosius, non modò sermonibus suis, sed etiam tractationibus ad pietatis opera, & spiritalis vitæ studia exercitationesque populus exciterur: quam sæpissimè cõcionator piorum librorum lectionem suadebit, ostendetq. salutes vtilitates, quæ inde vberimè existunt.

Contraq. nihil non agat, vt librorum inutiliū, atque adèò turpiū, quorum studio morum disciplina corrumpitur, vsus omnis plane extinguatur.

Idem aget de turpibus obscenisq. imaginibus, atque alia ratione improbatis.

Sacras tantum imagines, quæ ad pietatem animos inflamment, domi, & vbique haberi debere docebit.

Ethnicorum libri, qui in falsorum deorum commentitiarumq. fabularum commemoratione versantur, vt ex omni puerorum schola literariaq. infantum exercitatione tollantur, cum occasio tulerit, concionando suadere ne desistat.

At doctrinæ christianæ institutionem, qua pueris prima fidei rudimenta traduntur, quàm sæpissimè



pissimè atque maximè populo suadebit, & cõmendabit.

Quo in genere ostendet, quò nobiliores sunt, in illius doctrinæ scholas eò frequentiores cõuenire debere, & ad docendum, & ad perdiscendum, quæ in christiana nobilitate præstissima sunt, salutis nostræ necessaria instituta ac præcepta.

Nec verò ve: bis solùm, & cohortatione aget, sed exemplo suo accendet.

Ideo eas scholas sæpenumero ipse adibit: suã item operã illis nauabit, prout Episcopus, episcopale uè Vicarij eandẽ ab ipso requisierint. Porro illud omnino præcipuum munus suum esse putabit, vniuscuiusque status homines docere atque instruere, beati Pauli exemplo; qui excellens, omnibusq. numeris absolutus vniuersarum gentium concionator, omnes ad officij sui functiones erudiuit.

Monebit igitur sapissimè parentes, liberos, virum, vxorem, dominum, seruum, clericum, laicum, priuatum, magistratum, eius officij quod cuiusque proprium erit.

Quauè ratione fieri possit, vt bonis animi, corporis, & externis ad consequendam sempiternam beatitudinem vtantur.

Qua moderatione, prospera; qua patientia rursus, aduersa ferre debeant.

De filiorum autem educatione, & totius familiarum cura quàm diligentissime aget, & crebrò item; cum optima hæc institutio maximi interfit ad omnes totius Christianæ disciplinæ rationes.

Quo in officio, matrum ad vanitatem filias instruendum, & dominarum in pudicitia ancillarum tuenda negligentium, culpas valde coarguet.

Commendabit vt supra, obseruantiam, & obedientiam, quæ præstanda est pastoribus, & sacerdotibus, ac quæ item principibus, & magistratibus, & denique maioribus.

Monebit, quàm crebrò pro illis Deũ precetur. Qua moderatione de eis loquatur, cum in hoc sapissimè peccetur.

Rursus magistratus cum opus est, & alios qui præfunt, commonefaciet, populi commoda nõ sua spectare debere: exemplo, & auctoritate ad veras virtutes, ad optimamq. disciplinam illum dirigere: paterno amore eundem amplecti, religionem in primis, iustitiam, clementiam, fortitudinem, & temperantiam in omni vita colere.

Nobiles, humilitatis officia, modestiæ partes, cæterasq. virtutes, quæ nobilitatis splendore prælucent, accuratè docebit.

Nullam nobilitatem esse ostendet, quæ cum Christiana nobilitate sit conferenda.

Proinde homines, nobiles præsertim qui ruri habitant, cum aliquando insolentius se gerat, admonebit, quàm benignè, quàm modestè, cū rusticis, cum pauperibus, cum cæteris inferioris ordinis agant: ac docebit, quàm valde in-

decorum sit atque adeò turpe, & christiana nobilitate indignũ, imbecilliores iniuriosius tractare, opibus oppugnare, & (quod flagitiosissimum est, & ad infamiæ notam insigne) puelularum pudicitiam attentare.

Ignobiles ad verã nobilitatem, quæ in religionis pietatisq. cultu, & in præclaris humilitatis, patientiæ, christianarumq. aliarum virtutum officijs elucet, vehementer accendet.

Diuites monebit, quomodo ad salutem dirigant diuitiarum vsum.

Quo item modo omnia misericordiæ opera. Docebitq. omnes diuites esse, quia participes diuitiarum & thesaurorũ cælestium fecit nos Christus, cœli & terræ rex, & bonorum omnium dominus.

Pauperes frequenter ad patientiam cohortabuntur; consolatione leniet; atque excitabit ad sanctarum virtutum copiam, & vium.

Pro hominum denique conditione varia salutis præcepta illis tradet: ita vt & rusticis hominibus, & colonis, cæteri q. cuiusvis ordinis ac status deesse nolit, neque cohortatione, neque admonitione, neque officio ad vniuscuiusque institutionem christianam accommoda. o.

Hæc, atque adeò alia multa, vt & locorum, & temporum, & personarum ratio postulabit, sibi ad concionandum piè prudenterq. concionator comparabit: ad quæ item sicut expedire videbit, ab euangelij tractatione opportunè apteq. digredietur, cum digressionis locus erit.

Denique id concionator sibi statuet, ad auditorum salutem, quidquid dicturus est, referre: itaque omnia planè cauebit, quæcunq. ab eo proposito aliena sint.

Quæ verò meditati sibi in mentem venerint, omnia ad eum finem referet.

#### De ecclesiæ institutis, & precandi studio fidelibus proponendo.

**C**VM cætera ecclesiæ instituta, vt paulò antè commemoratum est, ritusq. pro ratione temporum populo concionator proponeret: tum sæpè in omni concione illum docebit, quando, pro quibus, & quomodo oret.

Vt manè saltem, & vesperi precari ne omittat ex instituto vespertinæ, & matutinæ orationis.

Vt statis canonicis horis, cum diuinorum officiorum significatio campanis datur, si minus ad ecclesiam conuenire potest, cum intelligat eo signo se ad orationem vocari, saltem paulùm, se mente colligens tacitè precetur, vel orationem salutationemq. angelicam piè attentèq. pronunciet.

Vt signo campanæ dato, quo ad Missæ sacrum vocatur, paulisper se colligens, mortalis peccati conscius, dolore ex eo affectus, proposito illius confitendi suscepto supplicet à Deo veniã perat.

Vt cum datur, & vesperi, & manè, & meridie signum salutationis angelicæ, genibus flexis vbi

vbi vbi sit oret, vt sanctissimi instituti est. Idem faciat feria sexta ad nonam, cum campana pulsatur ad orandum, & ad passionem Domini paululum pia mentis cogitatione recolendam.

Vt certum diè sumat, quo pro defunctis oret, secundam scilicet quamque feriam.

Vt cum orationis signum campana parochiali datur, pro eo qui nuper ex hac vita migravit, illius animam pia precatione commendet.

Absoluta item concione, præsertim diebus festis, fideles excitabit ad orationem preceq. adhibendas pro fidei christianæ propagatione, pro summo Pontifice Romano, pro episcopis, pro principibus, pro magistratibus, pro emendatione vitæ peccatorum, pro extirpatione hæreticorum, pro conuersione infidelium, pro auersione calamitatis si quæ impendet, ac denique pro publicis alijs necessitatibus, si quæ vnamquam præcipue sunt; ac pro alijs etiam causis, quas pro temporum varietate episcopus indixerit, aut significauerit.

Docebit, quomodo oret, piè, attentè, perseueranter, humiliter, toto spiritu: & quo statu etiã corporis, tam in ecclesia, quàm domi; nempe genibus flexis, iunctis manibus, aut erecto aut prostrato corpore, & capite demisso, aut rursus brachijs expansis instar crucis, sublatis in cælum oculis.

Si quid in eo genere peccatur (vt ab ijs fit, qui vnum tantum genu in oratione flectunt) aut certè quidquam id generis committunt, quod precantis pietati nõ conueniat, id graui sermone coarguet.

Oratio enim humilem & religiosam corporis positionem requirit.

*Cura concionatoris in eripendis corruptelis, instituentis operibus pictatis, in concione accomodanda ad episcopalis gubernationis rationem.*

**C**VM verò ad concionandum aliquò concionator venerit, vel ab episcopo, vel à parcho, aliocũ ecclesiæ rectore, accuratè illius loci morum corruptelas conquiret: quas vt occasio feret, verborum vi, & sententiarum pondere, & in primis sacrarum literarum testimonijs exemplisq. constantissimè vsque adeò exagitat, vt funditus, quantum in se est, extirpet, Deo benè iuuante.

Eas item consuetudines, quæ & si malæ non videntur, tamen occasionem præbent peccandi.

Nec verò semel atque iterum, sed sæpenumero prout vsu venerit, illas ipsas detestabitur. Immo perenni quadam doctrinæ, ardentisq. cohortationis perseuerantia, & perpetua quasi contentione (id quod olim sanctissimos viros, Ambrosium, Augustinum, & Chrysostomum fecisse traditum est) inueteratos malè viuendi mores, deprauatamq. consuetudinem radicitus euellere studebit.

Curabit etiam rursus in omni loco vbi concionatur, aliquod pietatis opus, ei loco ad piè agendi studium episcopi iudicio aptius conuenientisq. institui; aut institutum vehementius excitari.

Pia item instituta, religiosaq. consuetudines, quàm diligentissimè, ac perpetuò retinendas esse, ac si quæ vel antiquatæ sunt, vel intermissæ, ad vsum reuocandas ostendet.

Id verò omne persuadere non desistet, quoad rem confecerit, quam salutariter in Domino optat.

Omni præterea concionum suarum vim ad episcopalis pastoralisq. gubernationis rationes accommodabit: episcopi monita, iussa, edicta, decreta, instituta, ac disciplinam omnem perpetuò cõmendabit, atque adeò tuebitur; vt & clericus, & populus, concionibus suis benè excitatus, ei obtemperet, pareat omni sanctæ obedienciæ spiritu.

Sanctæ præterea Inquisitionis perpetuò se studiosissimum præbebit: illius officij partes acriter defensione tuebitur: illorum qui præfunt, auctoritati, edictis, decretis, quàm diligentissimè parendum sit, crebrò vt vsu venerit, præclare ostendet: populum docebit, quanta vnicuique necessitas imposta sit deferendi illorum nomina, qui vel factis, vel dictis, vel alio quouis modo à doctrina catholica aberrant: quicq. contra sanctiones, decreta, edicta uè, eiusdem officij causa nominatè promulgata, agunt, aut dicunt. Si verò ipse aliquando, vt euenire potest, vel verbo vno labetur errabit uè; confestim in nullaq. mora interposita, ex Episcopi, Inquisitionis præscripto, sententiam, aut concionem retextat, atque ad verum fidei doctrinæq. orthodoxæ dogma reuocet, quidquid fuerit, in quo ab illius doctrinæ decretis aberrarit.

Idq. non obscure agat, neque aliqua verborum circuitione; sed apertissimè planissimeq. erratum suum emendet; aut sententiam, si ambiguè dixerit, explicet ad illorum præscriptum.

Concionator quoque regularis parochorum curæ omnino prodesse studebit: ita scilicet, vt nõ modò nihil quidquam proferat, quod parochialis curationis officia inturbet; sed omne studium adhibeat, quo populus in omnes parochialis curæ partes piè sancteq. conformetur.

Facultate autem, si quæ sibi dabitur, vel sacræ confessionis audiendæ, vel etiam absolueudi à casibus reseruatis, ita vtetur; vt & parochiale vtilitatem, & populi disciplinam nunquam vilo modo labefaciet, sed communiat omni studio atque officio.

Quo in genere toto instructiones de ministerio pœnitentiæ quàm accuratissimè adhibebit. Et verò in primis proponet sæpè auditoribus Concilij Tridentini decreta: ex quo, tanquam è purissimo fonte hauriet, quæ pertinent ad mores omnium ordinum corrigendos, fidem explicandam, & christianam disciplinã restituendam.

Conciliorum item provincialium nostrorum, & episcopaliū synodorum constitutiones ac decreta non modò ad populi memoriam reuocet; sed docebit, quàm utilis eorum executionis usus, quàm inde vberimus fructus: Proinde crebrò in hoc officij genus incumbet, ac nullam planè occasionem prætermittet.

*De ijs quæ ad formam concionis pertinent.*

**M**ATERIAM concionis cum ex euangelij tractatione, alijsq. locis aptè appositis, digressionibusq. concionator sibi parauerit: ita eam disponat, vt oratorie illius concionis partes, quatenus vel euangelij, vel rei alterius de qua dicturus est, ratio patitur, nullæ desiderentur, præsertim quæ illustriores sunt, quæq. ad commouendum pertinent.

Instruat autem atque exornet, non verborum vel lectissimorum inani sonitu, & sermone nimis elaborato, & penè calamistrato ac fucato, quo nihil potest esse infructuosius: sed graui plenoq. sanctæ doctrinæ, ac referto disciplina, quæ verè christiana, præstansq. sit ad salutem. Ita præterea quæcunq. ad dicendum piè meditata sunt, distinctè partiatur, vt auditores omnia & facillè percipiant, & memoria teneant; quò maiorem inde fructum capere queant. Memoriam cuncta ita mandare studeat, vt fugiat tamen memoriam ostentationem, vt potè in sententijs quamplurimis pronuntiandis, aut certè rebus permultis recensendis.

Vbi ad finem concionis venerit, breui epilogo sapè vtetur, quo partes concionis breuiter repetat.

Tum concionem concludet more sanctorum patrum, breui precatone, gratiarum actione, & laudibus benignitatis Christi Iesu Domini nostri.

Aboluta concione, paululum de suggestu, vel apud altare genibus flexis tacitus orabit: tum auditores aliquando moneat, vt itidem faciât. Si apud rudem multitudinem concionatur, orationem dominicam, salutationem angelicam, & symbolum apostolorum à populo vnà secum purè ac distinctè toto corde pronuntiari; tum Dei misericordiam humiliter voce implorari aliquando curet.

*De Decoro.*

**P**RIMO totam concionem accommodabit concionator ad ingenium conditionemq. hominum, apud quos concionaturus est. Nihil enim ineptius & absurdius dici fingiue potest, quàm si in pauperrimo pago, apud rusticos fame frigoreq. confectos ita concionatur, vt in opiparas epulas, splendidissimas vestes aut argento intextas, quas homines indigentissimi ne somniarunt quidem, perpetuò inueharur. Concionaturo igitur hæc erunt cogitanda om-

nia, non solum scilicet auditorum status, sed etiam locus, tempus, res de qua dicturus est, & personæ suæ auctoritas, & vitæ genus, vt aptè, decorè, conuenienter, & cum dignitate concionetur.

Itaque, quæ inuoluta, vt commonimus, quæq. explicatu difficilia sunt, de ijs apud rudes nullam concionem instituet: nec verò græcæ, hebraicæ, chaldaicæ, Syracæ. dictionis vim, quando cum iisdem ager, interpretari studebit.

At contra, si ad eruditissimam quamq. explanationem apti sunt qui audiunt, nullum genus prætermittet disertæ interpretationis, quam ipse rectè norit.

Sed quando non æqualis est omnium conditio, vt diximus, non idem vitæ modus; certè concionis argumentum non dissimile erit à statu eorum qui audiunt.

Et verò quemadmodum ab audientium conditione discrepare non debet: ita talem esse se conuenit, qualem eorum mores requirunt.

*Mendaces Cretenfes, male bestie, ventres pigri,* inquit sanctus Paulus. omnis porro obiurgatio vel acerrima ad eorum emendationem adhibenda fuit.

Duri certè obiurgandi sunt, & tractandi durius; at mitius, qui in pestifera viuendi consuetudine non peristunt.

Hoc docet idem sanctissimus Pontifex Gregorius exemplo galli; qui, vt media nocte in artissimo hominum somno rauè quodammodo canit, deinde sub auroram suauis cantum emittit: ita concionator homines in peccatorum quasi somno grauissimè dormientes obiurgationibus acerbis excitet; cum ijs verò, qui in via virtutis tanquam vigilantiores facti sunt, cohortationum suauitate alliciat ad omnem in rectè sanctèq. agendo progressionem.

Neque præterea concio diuersa erit, ab euangelij quod eo die à populo auditum est, historia: quæ si ministrat genus concionandi de penitentia, non aliud concionator sumet, quod nullo modo conueniat cum illius diei euangelica lectione: nisi aliquando à re proposita digrediendi materiam aliquis locus, aut occasio præbeat.

*De elocutione concionatoris.*

**E**locutionis genus exquisitum ne affectet. Fucum omnem fugiat.

Imperitæ multitudinis consuetudinem loquendi ne sequatur: cum in ea sint multa absurda, multaq. indigna concionantis grauitate.

Dicendi forma vtatur, cui per artem atque exercitationem par esse possit.

Verba antiqua, & peregrina fugiat.

Fati, fortunæ, infortunij nomina, aliaq. id generis ab ecclesiæ vsu iam pridem explorata, omnino cauebit.

Epithetorum item nimium vsus, & poeticum dicendi genus ne consecetur.

Anicu-

Anicularum non adhibeat prouerbia.

Inflata oratione ne vtatur, sed graui.

Exordiat moderato & temperato dicendi genere: in quo exordio vitentur similitudines, præsertim poetico more explicatæ.

Vocabulorum frequentem synonymiam omnino caueat: nisi cum vnum altero significatius, aut magis proprium fuerit.

Metaphoras, similitudines, & exempla à rebus maximè notis & insignibus sumat: nam deijcit maiestatem orationis, qui à rebus humilibus similitudines frequenter trahit.

Vim illam dicendi vehementem & concitatam ne affectet importunè: sed ijs præparationis vijs quæ supra commòstratæ sunt, ad eam spiritus sancti ope atque auxilio feratur, vt auditoribus proficit.

Eiusdem rei repetitionem vitet, quoniam molestæ est, & affectum restinguit.

Cum de peccatis ad luxuriam pertinentibus agit, cautionem adhibeat, ne imprudens in obscena verba incidat.

Et videat in primis, ne loquendo turpes cogitationes iniiciat.

Exclamationes videat, quo loco adhibeat: ac rarò quidem certè.

Adulationis verba omnino fugiat, cum de magistratibus, aut apud eos verba facit.

Ambitiosum dicendi genus caueat.

Splendidos titulos, & nomina adiuncta illustria, vt, *serenissimus David*, planè rejiciat.

Honorifica tamen, breuiq. præfatione eos viros excipiet, quorum exempla proponit ad imitationem: id quod aliquos antiquos patres, præsertim Gregorium Nazianzenum facere animaduertimus.

Verba ecclesiastica, & si minus elegantia habent, ne dicere recuset: at profana, & noua repudiet omnino.

Apostolos, martyres, virgines, confessores, & qui cælesti gloria perfruuntur, sancti nomine semper appellet.

Dictionem vitet, quæ indignationem, & fastidium parit, præsertim cum de incommodis suis loquitur.

Attentionem cum petit, ne arroganter faciat: ne uè se magna dicturum & admirabilia polliceatur.

Ne ambiguè loquatur; vt eadem oratio variū sensum possit asferre.

Ne concisè item; vt auditores incerti sint, & animo pendant.

Ne obscurè; vt dictū facillè percipi non queat.

*De voce, & corporis motu.*

**D**E pronuntiatione, gestu, actione, ab antiquis rhetoribus permulta tradita sunt: quæ exquisito quodam studio perinde consecrari, quasi in ijs ipsis benè concionandi finis positus sit, hoc longè alienum esse debet à concionatore verbi Dei: cum ij præsertim motus

corporis aliquos commòstrarint, non modò leues, pueriles, sed planè histrionicos, ob eamq. rem indignos & persona concionantis, & auctoritate suggesti; qui locus grauissimus est.

Quæ igitur de toto illo genere isti præceperunt, eorum tantum, quæ ad grauitatis, decoriq. laudem insignia sunt, delectum quendam à concionatore haberi conueniens est; vt aliquid etiam adiuuenti inde sibi comparet ad fidelium animos inflammandos, studio rei de qua concionem instituit.

Vocem igitur, & actionem ita temperare concionator conabitur, vt non ex arte petere, sed verè, & ex natura dicere videatur.

Pro rerum quas dicit varietate, voce & gestu vario vti studebit: ne fortè res mediocres, aut etiam fortassè leues magna contentione tractet, quasi sola voce, & gestu velit persuadere; aut verò quæ magna sunt imminuat; aut cuidam recitanti potius, quàm ex animo dicenti similis videatur.

Ita illud vitium quoq. cauebit, ne vno vocis sono tota constet oratio; quod satietatè parit. Vocis mollitiem, vel suauitatem quandam, magnitudinem item ne affectet; ne item in quouis genere nimiam contentionem.

Vt nimiam tarditatem, quasi verba difficilè inueniens; ita nimiam celeritatem fugiat: non enim proficit oratio ita effusa, sed quasi animos auditorum præteruolat: itaque pro rerum opportunitate, nunc tardè, nunc celeriter eloquatur.

Canoram vocem in exordio, & magnam fugiat; hæc enim & modestum exordium esse vetat, & reliquæ orationi pronuntiandæ nocet. In alijs fortassè imitandis prudentiam adhibeat; ne vel leuia quædam, aut etiam vitiosa imitetur; aut ea, quæ cum alijs conueniant, à se tamen aliena sunt.

In gestu & corporis motu tantum item faciat, quantum natura rerum patitur: quod vel ex eo discere potest, si aliquos rectè natura tantum pronuntiantes in communi consuetudine obseruet.

Ita neque eodem gestu semper vtetur; neque manu eodem modo composita; neque vno brachio tantum; neque eodem motu corporis, & eadem vultus moderatione.

Non importunè suggestum palmis feriat; sed cum rei magnitudo poscit.

Non per suggestum quasi volitabit, nunc ex hoc, nunc ex illo angulo proficiens.

Non quasi ex suggesto medium corpus demittet; aut alijs multis moribus vtetur, qui aut deformes sunt, aut digladiantis potius quàm dicentis esse videntur.

Hæc omnia facillè cauebit, si christianam modestiam, & grauitatem prædicatoris non obliuiscetur: nihilq. audebit, quod supra vires, artè, & exercitationem suam esse suspicetur; quodq. ex conceptu affectu non proficiatur.

Sed vt distinctiùs de pronuntiatione præscribatur,

tur, quæ in voce, & corporis motu versantur, hæc concionator teneat.

In exordio vocem sedatam adhibeat, & quotidiano sermone proximam.

In narratione vocis varietate utatur, ut quod quidq; pacto gestum sit, ita narrate videatur. res enim strenuè gestæ, vocis celeritate; quæ verò dignitatem habent, plenis faucibus, & sedatissima voce narrandæ sunt.

In cohortatione quæ in epilogo concionis fit, primò voce utatur attenuatissima, quæ sit faucibus contractis: deinde clamore leni, non obstrepero; mox sono æquabili; ac postremò voce celeri.

In conuestione item, quæ pars etiam epilogi est, vocem adhibeat depressam, crebra intervala, longa spatia, & magnas commutationes.

In corporis statu & motu hæc caueat.

Ne in suggestu vnquam corpore innitatur; sed rectus stet, aut sedeat.

Ne deiecto, ne supino, ne præduro, ne in latius inclinato capite sit, sed planè recto.

Ne supercilia cõtrahat, ne diducat, ne remittat.

Ne nares corruget, ne moueat, ne inflet, ne digito diducat, ne plena manu resupinet.

Ne labra lambat, ne mordeat.

Ne mentum pectori affigat.

Ne humeros attollat, ne rursus contrahat.

Ne brachium tanquam gladiator immoderatè projiciat.

Ne læuam manum iactet nisi rarò, & in maximo concionis æstu.

Ne manum supra oculos tollat, ne demittat infra pectus.

Ne digitorum gestum indecorum adhibeat, sed decentem; nempe in principijs lenem, & in vtranque partem modicè prolatum; in narrando paulò productiorem; in reprehendendo acrem & instantem.

Ne argutijs digitorum utatur.

Ne femur feriat, nisi rarò, cum indignationem mouere studet.

Ne pedibus supplodat, nisi opportunè in summa contentione.

Ne tussiat, ne expuat crebrò, nisi necessitate coactus.

Ne in eloquendo per nares maiorem spiritus partem effundat.

Ne crebro anhelitu iumenta imitari videatur onere laborantia.

Hæc atque adedò alia ut fugiat, in consilium adhibeat prædicationis vsu peritos.

*Sunt etiam quedam alia capita ad concionatores pertinentia, quæ quoniam vulgari sermone confecta sunt, infra suo loco cum instructionibus alijs communi lingua editis posita sunt.*

# SACRAMENTALE AMBROSIANVM.

In quo continentur instructiones pro administratione  
omnium Sacramentorum.



*Carolus S. R. E. Presb. Card. tituli S. Praxedis Archiepiscopus  
vniuerso Clero vrbis diæcesisq; sue Mediolanensis  
salutem in Christo Iesu.*



**N**OBIS in Archiepiscopali hac vigilia versantibus ea præter cæteras vna proposita est sollicitudo, ut quam ecclesiæ huius hæreditatem sacram, iam olim Ambrosius sanctissimus à beatæ memoriæ Archiepiscopis, Miroclete, Eustorgio, & Dionysio acceptam, se conseruaturum esse dixerat, eam deinceps ab ipso Ambrosio patre auctam, & perpetuo sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ matris consensu retentam, & religiosa consuetudine, vsuq; prædecessorum nostrorum constantissimè conseruatam, nos pariter Deo benè iuuante integram non modò seruemus, verùm etiam si quam eius partem vel negligenter amissam, vel certè aliquo modo parum cultam animaduertimus, diligentissimè itidem & restituamus, & excolamus. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui consolatus est nos in laboribus, vigilijsq; huius ipsius nostræ sollicitudinis. Superioribus annis Breuiarium, quod opus fuit diuturni temporis, magnæq; diligentia, ita restituendum curauimus, ut antiqua huius nostræ ecclesiæ monumenta, veteresq; concelebrandis diuinis laudibus Ambrosianos ritus iam planè integros liceat agnoscere. Nunc sanè sunt item reliqua, in quibus iamdiu fixæ cum sint non solum cogitationes, sed labores nostri; denique apparere, & extare debent. Atque in ijs quidem (præter Missale, in cuius quoque edendi curam incumbimus) præcipuum etiam opus est, quod Sacramentale ex vetustissimo vsu vocamus. Id porrò si ferius, quàm decreto Synodali iam pridem promiseramus, in lucem prodijt, vos ipsi probè nostis factum esse multitudine, magnitudineq; occupationum Archiepiscopalijs; quibus pro temporum varietate nos non solum in singulos dies, sed in singula ferè momenta assidè distenti, necesse sapissimè habuimus cursum interrumpere industria & curæ, quam in eo conficiendo diligentissimam ponere iam pridem statueramus. Verùm si recta reputamus via, profectò ab huius nobis commissæ Ecclesiæ rationibus haudquaquam alienum fuit, rem, quæ tempus, & diligentiam postulabat, diutius differri; ut pluribus, quàm ab initio potueramus, ijsdemq; necessarijs partibus eam absolutam redderemus. Copiam certè habuimus exemplarium, quæ & manu scripta, & impressa, eaq; antiqua admodum, ex multis tam basilicæ nostræ Metropolitanæ, quàm aliarum ecclesiarum vrbis, diæcesisq; vniuersæ tabularijs conquisita, ac suppeditata, adhiberi ab ijs eccle-

T t siastici



fiatistici ordinis viris volumus, quos & pietatis studio flagrant, & doctrina laude claros, & rituum sacrorum vſu literatè peritos ad opus delegimus. Ex ſancti Ambroſij item fontibus multa hauſimus, quem Eccleſia hæc patrem magiſtrumq; habet omnium virtutum gloria florentem: quiq; cum de ijs qui initiantur myſterijs, tum de ſacramentis libros præcipuè ſcripſit. Neque ſolum his domeſticis adiumentis contenti fuimus, ſed aliunde ſubſidia comparauimus, ab ijs præſertim religioſis ſcriptoribus, qui rituum noſtrorum & diligentiffimi interpretes, & teſtes locupletiffimi extiterunt. Cum ijs igitur monumentis recognoſci ab initio potuit, vt certè recognitum eſt, opus Sacramentale, quod modò emittimus. Sed quoniam ad eius perfectionem etiam non parum intereſſe cenſuimus, exſpectare, vt prouinciæ concilia aliquot haberemus, in quibus ſingulis, ſapientiffimorum Epiſcoporum conſilio, & pietate, nos ea de re non doctrina ſolum, ſed vſu probatum aliquid ſemper ſtatuere: rem vſque adeò protulimus, vt ſynodis prouincialibus Dei munere ſex iam demum celebratis, neceſſarium opus plurimis decretis adiuuerimus. Accedit etiam hoc, quòd cum editionis libri Sacramentalis diem de die vſque adeò duxerimus, vt omnis diœceſis noſtræ viſitationem antè abſoluerimus: ex hac ipſa Archiepiſcopali ſpeculatione, in qua vſu multa comperimus ad Sacramentorum adminiſtrationem cultumq; opportuna, quæ minus præſtabantur, adiumenta item rei conficiendæ non parua ipſi ſubminiſtrauimus. quæ quidem adiumenta, in ijs quæ inſtructionum, ſeu rubricarum nomine cuique ſacramento copioſè adijci iuſimus, in primis apparebunt. Quamobrem ſi diutiùs libri editio iam prorogata eſt: diuturnitas tamen vtilitates permultas peperit, quas ex aſſiduo illius vſu vos ipſi cognoscetis. Sacramentale igitur edimus, multis partibus excultum atque abſolutum, vt mox ſupra demonſtrauimus. Veſtrum eſt omnium & ſingulorum qui ſacerdotes eſtis, quiq; in vrbe, & diœceſi noſtra Mediolanenſi ſacramenta ritu moreq; Ambroſiano miniſtratis, ita vos huius Sacramentalis regulis inſtituere, in omneſq; partes conformare, vt cum ad illius præſcriptum ea purè, ſanctè, & religioſè tractetis; tum cæremonijs & ritibus hoc ipſo traditis vtamini, neque vllis prætereà alijs. Atque ob eam ſanè cauſam iubemus, vos vniuerſos ſinguloſq; quorum intereſt, duobus poſt editionem menſibus hoc ipſum habere, legere, atque in vſum introducere, vt charitatis veſtræ, qua in procuranda animarum ſalute eximiè præcellere debetis, ſtudium in Domino commendemus.

## R V B R I C A E

SEV INSTRUCTIONES  
G E N E R A L E S.

De ſacramentorum adminiſtratione.



**I**N ſanctiſſimis ſacramentis & miniſtrandis & percipiendis, religioſa, diligentiq; cura requiritur. Quæ ſanè res cum ex ipſis myſterijs intelligi poſſit; tum etiam perſpicitur ex precibus, & ſacris cæremonijs, quæ à diuinis, apoſtolicisq; traditionibus deriuata, ac perpetuo ſanctæ Eccleſiæ vſu corroborata, ad hæc vſque tempora piè retinentur. ſacramenta enim

à Chriſto Domino ſaluatore noſtro inſtituta, & ad communem omnium ſalutem propoſita, cum cœleſtia munera ſint, atque inſtrumenta diuinæ gratiæ, ſolemnibus cæremonijs tractantur, & miniſtrantur: vt eorum tum adminiſtratio ſancta ſit, tum perceptio plena religionis. Quarè primo loco hæc generatim traduntur, vt tam qui ſacramenta miniſtrat, quàm qui ſumit, ad pietatis ſuæ partes breuiter inſtruantur.

Primo igitur parochus, omniſq; ſacerdos, cuius eſt ſacramenta adminiſtrare, meminiffe debet, ſancta ſe tractare, omniq; ferè temporis momento paratum eſſe oportere ad tam ſanctæ adminiſtrationis munus. Quamobrem is, cum alios per ſacramenta purget, atque illuminet, hoc maxime ſtudebit, vt ipſe vitam purè, caſtè, ac religioſè agat, mentemq; item & animùm

animùm ab omni peccati labe purum adiutrice Dei gratia conſeruet diligenter. Nam eſſi ſacramenta, diuinam quidem virtutem quæ illis ineſt, nunquam amittunt; tamen impurè ea miniſtrantibus aternam mortem afferunt. Itaque primum ſollicitè, & intimè recogitare debet, an alicuius peccati mortalis (quod ſanctiſſima cautione ſacerdos euitare debet) ſibi conſcius ſit. Quòd ſi reum ſe eſſe nouit, priùs ſacramentali confeſſione ſe expiare ſtudebit: contritionem certè habere quàm diligentiffimè curet.

Quacunque diei aut noctis hora ad ſacramenta miniſtranda vocabitur (cum præcipuum eius munus, cuius cauſa à reliquo populo ſeparatur, ab eccleſiaq; ſuſtentatur, præter cætera, eorum adminiſtratio ſit) nullam tam ſanctis pietatis officijs moram interponet. Immo populum ſæpenumero, prout occaſio tulerit, accuratè præmonere, vt cum opus eſt parochiali miniſtratione atque officio, ſe quàm primum, & liberè accerſat, nulla habita nec temporis, neque loci longè diſtantis, neque aliterius cuiuſcumque incommodi ratione.

Cum autem accerſetur, tantùm abeſt, vt verbis, vel vultu, vel alio ſigno oſtendat ſe grauè iturum, vt illius, cui miniſtrare debet ſalutis deſiderio ſe accenſum patrem præbens, verborum benignitate, vultuq; hilari charitatem paternam ſignificante, & libentiſſimè, & vt poteſt, celerrimè accedat.

Antè verò quàm accedat, paululum ſaltem in ſacræ actionis quam ſuſcepturus eſt meditatione attentè verſabitur. Atque vt & ipſe ſanctè miniſtret; & cui miniſtrabit, piè ſalutariterq; percipiat (niſi cum neceſſitas eum feſtinare cogit) genibus flexis ad altare paululum orabit, & hanc orationem adhibere poterit, vbi propria adſcripta non eſt.

*Psall. Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.*

*Ŷ. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto.*

*Œ. Sicut erat &c. Iterum. Veni ſancte Spiritus. Ŷ. Dominus vobiscum. Œ. Et cum ſpiritu tuo.*

*Oratio. Domine Deus omnipotens, qui me indignum propter tuam miſericordiam miniſtrum feciſti ſacerdotalis officij, propitiuſ eſto mihi peccatori, vt condignè poſſim diuina clementiæ tuæ ſacramenta fidelibus ad ea confugientibus miniſtrare. Per dominum noſtrum &c.*

Et prætereà ne titubanter quidquam in miniſtratione agat, quamuis ordinem miniſtrandi, cæremoniaſq; ritè teneat, antè tamen quàm miniſtret, attentè ex libro religioſa animi intentione, quæ agenda ſunt, recognoſcet.

Si incommoda valetudine laborat, qua tamen à ſacramenti miniſtratione non impediatur, alium ſacerdotem ab Archiepiſcopo probatum ſibi comitem adiunget: quo adiutore vtetur, ſi quando præ ægritudine, vel in via, vel in miniſtratione deſiceret.

Accerſet item parochiæ ſuæ clericos, quos decenti habitu, & ſuperpelliceo in primis rectè indutos, tot vt poterit adhibebit, quot ſacramenti ratio depoſcet.

Præmonere eos breui cohortatione quandoque, quàm modèſtè, & quanta deuotione eam functionem proſequi debeant.

Hoc etiam præcauebit, vt veſtes ſacræ, ſupellex, & vaſa, quæ ad miniſtrationis vſum adhibentur, ab omni ſorde pura ſint, atque adeò quodam eccleſiaſtica munditiæ nitore colluceant. In omni ſacramentorum adminiſtratione ſemper ſuperpellicem decens, & ſtolam adhibebit. quæ ſtola colore erit, quem ſacramenti miniſtrandi ratio ritè poſtulat.

De libro hoc preces, & ſacramentorum formulaſ, cæteraq; pro ratione eorum quæ miniſtrabit, rectè leget: nec verò memoriæ, quæ plerunque labitur, confiſat.

Sacramenti quod miniſtrabit, vim, ratione, vſum, ſalutareſq; fructus, prout temporis, ac perſonæ ratio, & præſentium multitudo tulerit, diligenter explicabit, præſertim catechiſmi Romani doctrinis: quas partim etiam ſumere poterit ex libris ſancti patris noſtri Ambroſij de ſacramentis; & de ijs qui initiantur myſterijs. Cum verò cæremoniæ, quæ ad ſacramenta adhibentur, mentes illorum qui eas intuetur, accuratèq; obſeruant, ad ſublimium rerum cogitationem erigant, fidemq;, & charitatem in ijs ipſis excitent; earum etiam vim, ſanctioresq; ſignificationes, vt diligentiffimè poterit, idem populo exponet, cum vſu venerit.

Ritibus autem, & cæremonijs vtetur hoc libro præſcriptis: quibus nihil, ne alicuius quidem priuatæ deuotionis nomine addet, nec detrahet; neque verò aliquid mutabit: niſi aliter aliquando faciendum rubrica ſuo loco oſtèdat.

Dum verò ad miniſtrandum proſciſcitur, animi meditatione attentus erit ad rem, quam ſanctè acturus eſt: piè pſalmos, & orationes ſtatim in hoc libro præſcriptas recitabit. Nihil quidquam cum alio colloquetur, niſi neceſſitatis cauſa, & quàm breuiſſimè: neque ſalutationibus in via vacabit.

Grauitè prætereà matureq; incedet, non properanter, niſi inſtante neceſſitate. callopodijs autem, ſeu zoccolis, nunquam vtetur ſanctiſſimis ſacramentis ferendis.

Sacramentum prætereà aliquod cum miniſtrat, vt id magna cum religione præſtet, ſingula verba, quæ ad illius formam rationemq; pertinet, omni animi attentione & pietate diſtinctè pronunciabit, & clara item voce, vt ab illis audiri poſſit, quibus miniſtratur.

Sacras item preceſiones ſanctè grauitèq; dicet. Solènes prætereà alios ritus cæremoniaſq; ita decenter obſeruabit, vt veluti antè oculos ponere videatur eximia illa dona, quæ in eo ſacramento continentur.

Ita verò demum in omni ſacramenti adminiſtratione ſe geret, vt non actione ſolum tota;

sed vultu etiam, illos qui adsunt, incitet ad pietatem, ac deuotionem.

Illudque, norit præterea officij sui esse; & hac sancta administrandi ratione, & præterea assiduis orationibus, & doctrina, & omni sacerdotali industria, fideles sibi commissos tales efficere, quibus dignè, vtiliterque sacramenta ministrari possint.

Lumina adhibebit in ministratore, prout sacramenti ratio deposcit: id quod cum mysterij significatione, & reuerentiæ, cultusque officio fit. Sacramenti ministratorem cum aggreditur, id intendat, idque sibi agere proponat, quod Christus Dominus instituit, & sancta mater Ecclesia intendit, atque agit.

In ipsa verò ministratore, animo menteque defixus erit in cogitatione sacramenti quod ministrat. idque quantum fieri potest, studiose curabit.

Illud porro cauebit, vt ne in ministratore, eiusdem causa aut occasione aliquid exigat, petatur aliquo modo. Sed quæ gratis accepit, gratis ministrat, sine aliqua vel minima cuiuscunque auaritiæ suspitione.

Vt autem sacramentis debitus religionis cultus, etiam externus, ab ijs tribuatur qui ea suscipiunt: non patietur quemquam ad illa suscipienda accedere, nisi exteriori quoque habitu, vestiumque modestia, debitam illis venerationem præferat.

Videbit igitur, vt viri armis depositis, vtque mulieres rectè velato capite accedant; vt omnes vestitu, & toto corporis habitu modesto humilitatem christianam præferant.

Curabit etiam pro loco, & tempore, & personarum ordine, vt idem faciant, quicunque dum sacramentum ministratur, aliquod officium præstant, vt potè patrini, & paranymphi.

Monebit id quoque reliquos omnes qui adsunt, vt remoto inani colloquio, actusque indecenti, piè ac deuotè vt debent, intersint capite aperto, mente etiam ipsi reputantes cœlestia illa dona, quæ sacramentorum virtute fidelibus impartuntur.

Iudæos autem, infideles, hæreticos, & excommunicatos non patietur in sacramentorum ministratore præsentem adesse: nec verò catechumenos.

Cætera denique omnia ritè & ordine seruabit, prout vnicuique sacramenti ministratori accommodata, suis quæque locis sigillatim demonstrata sunt.

Cum verò sacramenta quinque tantum, nempe Baptismum, Eucharistiã, Pœnitentiam, Matrimonium, & Extremam vnctionem, Parochus ex officio administrare possit, eorum cæremoniæ, quas rectè seruet, locis proprijs præscriptæ sunt.

Reliquis autem sacramentis duobus, Confirmationi, & Ordini, quorum administratio solius Episcopi est, non cæremoniæ administrandi in hoc libro describuntur; sed adiungi operæpretium fuit breuem quandam instructionem

rerum, quas cum ea Episcopus solemniter ministrabit, debet ipse Parochus, pro curæ parochialis munere agere atque exequi.

## Rubricæ, seu instructiones.

### De Baptismi ministratore.

**B**APTISMVS inter sacramenta sicut primum locum obtinet, ita maximè etiam necessarius est: cum sine eo nemini pateat aditus ad cœlestem regnum: *Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei*, inquit Christus Dominus. Quare Sacerdos cuius est hoc sacramentum ministrare, cum ea omnia, quæcunque ad illud conficiendum attinent, rectè scire, accuratè animaduertere, riteque seruare debet: tum pleraque etiam, prout vsu venerit, populum accuratè præmonebit, ac docebit. Quæ omnia vt ordine facileque præstet, hoc loco breuiter traduntur, atque exponuntur.

*Quæ Parochus in Baptismi ministratore, quod ad eius materiam, & formam attinet, animaduertat, & populum etiam doceat.*

**I**N Baptismo, sicut in cæteris sacramentis, cum præter eius qui ministrat intentionem, de qua mox supra dictum est, materia, forma, & minister requirantur; de ijs Parochus vt infra obseruabit, ac fideles quoque instruet, ac monebit, prout opportunum viderit.

Quod igitur ad huius sacramenti materiam pertinet, id animaduertet, vt aqua (quæ materia sacramenti Baptismi est) nō solum vera, naturalis sit, sed etiam eo ipso anno, quemadmodum sanctè cautum est, benedicta in Sabbato sancto Paschæ Resurrectionis Domini, aut Sabbato Pentecostes.

His igitur duobus Sabbatis, quibus ex veteri instituto fontis baptismalis benedictionem agi celebrarique solemne est, ipse cum clericis parochiæ suæ quotannis, si in vrbe est, ad Basilicam Metropolitanam; si in diocesi, ad ecclesiã plebanam tempestiuè conueniet: vasculum proprium, atque vsui huic tantummodo addictum, idemque nitidum afferet; quo aquam baptismalem inde in ecclesiam suam reportet.

Eò cum venerit, superpelliceo, & stola alba indutus, cum clero ecclesiæ vbi fontis celebritas agitur, processionem ordine ad fontem obibit, & ministerium etiam suum, vbi opus erit, in benedictione præstabit.

Peracta solemnè benedictione, vasculum quod portauit, offeret, vt aqua benedicta impleatur: impleti os diligenter occludet: tum illud velo albi coloris conteget, in parochialemque ecclesiam debita veneratione deferet, clericis duobus proximè præeuntibus, qui lumina portet. Ad ecclesiam suam vbi venerit, vasculum cum luminibus in fonte baptisterij collocabit: inde

Psal. 41.

## Instruct. Baptismi.

in sacristiam rectè veniet: vbi mox sacris Missæ vestibus se induit, sicque indutus cum clero & populo ad fontem procedit: vbi canit antiphonam. *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus*. Mox vasculum aquæ baptismalis capit, effunditque in fontem, ac mox adiuuante Diacono, alioque ministro, aliam præterea aquam, quantum satis sit ad eum implendum, quem statim rectè claudet.

Tum quo ordine venit, ad altare procedit, & Missam celebrat. nec verò antè Missam celebrabit his Sabbatis, nisi absoluta fontis actione. Sed si ob viæ longitudinem, aliamuè causam ad suam ecclesiam in tempore redire non possit, vt post huiusmodi actionem liceat Missam celebrare; illam antè celebrare poterit; reliqua verò vt dictum est peragere.

Aquam baptismalem (quoniam puram illam quidem, mundam, nitidamque esse, ob tanti sacramenti dignitatem conuenit) in ipso fonte per totum annum, quoad eius fieri potest, tum decorè, tum purè conseruabit. Quam ob causam cum fontem pro sacramenti maiestate expresscripto decenter extructum, ornatumque habebit: tum etiam totum ipsius fontis opus vndique ita contextum tenebit, vt nec puluis, neque vllæ alię fordes intrò penetrent, quibus aqua corrumpi, aut impura fieri possit.

Quòd si intrà annum, præ temporis diuturnitate, aliamuè causa illam corrumpi contigerit, in sacristiam propè fontem Parochus proieciat: statimque & fontem purgabit; & verò si in vrbe est, ad Metropolitanam; si in diocesi, ad plebanam ecclesiam veniet, vnde proprio vasculo nitido aquam baptismalem accipiat, in parochialemque ecclesiã secerè ferat: vbi quàm primum in fontem effundet, baptismalique aquæ allatæ tantum etiam aquæ puræ, nitidæ, & recentis addet, quantum satis erit.

Hoc ipsum quoque præstabit, si etiam aqua baptismalis per annū aliquo modo defecerit.

Si verò in ecclesia, vel Metropolitana, vel plebana, vbi fontis benedictionem fieri solène est, aquam baptismalem corrumpi, aut deficere cõtingerit: tunc Archipresbyter, aut Præpositus, rochero, cappa, & stola violacea indutus, fonte primum diligenter purgato, & aquæ puræ, mundæ, recentisque pleno, oleoque sacro, quod aquæ immisceri debet, parato, benedictionem ommissis cæteris cæremonijs peraget, vt infra suo loco inter Benedictiones, adhibitis saltem duobus clericis.

At verò ne temeraria manus abutatur aqua baptismali ad superstitionem, & perniciem; sacerdos fontem ex expresscripto benè communitum, sera etiam, clauisque claudet, quam ne clerico quidem committens, apud se custodiet perpetuò.

Et quoniam interdum accidit, vt in summa hyeme aqua baptismalis vi frigoris congeliet, aut gelida nimis fiat: tunc vt aliquo calore lique-

facta, aut calefacta, vsui ad baptizandum infantem esse possit (cum animaduerti debeat, ne illa gelida nimis ei noceat) aliam aquam va se mundo calefactam immisceri licet. quæ aqua calefacta longè paucior erit, quàm illa quæ benedicta est. Quæ in re etiam cauebit sacerdos, ne quid aliud commisceat, quàm aquam puram, ac naturalem, quamuis calidam.

Verum cum huius sacramenti ea sit necessitas, vt etiam à laicis instate mortis periculo illud administrari liceat: ne hoc quidem, cum occasio tulerit, præstare prætermittet, vt populum huius sacramenti materiam doceat esse, omne naturalis aquæ genus, siue ea maris sit, siue fluuij, siue paludis, siue putei, siue fontis, quæ sine vlla adiunctione aqua dici solet. Alijs autem liquoribus, aut aquis, quæ è floribus, herbis, alijsuè id generis exprimentur, eliciuntur, Baptismus confici non posse ostendet: aquam præterea puram mundamque esse, pro sacramenti dignitate conuenit: nisi necessitate urgente, in qua vt licet etiam aqua lutulenta.

Sequitur forma baptismi, quæ est:

*Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Quæ, dum infans ter mergitur, continuata pronuntiatione, & singulorum verborum distinctione, rectè integreque profertur, nihil addendo, omittendo, aut mutando.

Et verò quod ad formam ipsam pertinet, ipse Parochus non solum populo generatim ob baptizandi necessitatem; sed etiam priuatim, præcipueque obstetricibus, in ecclesia tamen, eam planè ostendet, ac traderet.

Quam etiam formam an illa rectè teneant, aliquando eodem loco accuratè videbit, ac diligenter queret. Proindeque illarum, quæ intrà parochiæ suæ fines habitant, nomina certo libro descripta habebit, vt illas interdum instruat, non solum Baptismi quæ materia sit, vt mox dictum est, sed quæ etiam forma, & quæ intentio baptizantis.

Ab hac autem ipsa baptismi forma ne minimū quidem vnquam discedat, vt expresscriptum est, nisi cum forma sub conditione vtendū sit, quæ est cum adiunctione verborum: quæ infra suo loco ponitur.

Qua forma vtitur, cum infans, aliusuè qui Baptismo offertur, re diligenter perquisita, dubium relinquitur, aut certe non apparet, eum baptizatum esse: vt de expositis, inuentisque paruulis dubitari, atque ignorari sæpenumerò solet. Quòd si re accuratè inuestigata, exploratū habuerit, illum forma seruata baptizatum esse; caueat omnino, ne hanc sub conditione baptizandi formam adhibeat: cum sacrilegium committat, si contra fecerit; & illud impedimentum contrahat, quod sacri canones irregularitatem vocant.

Si verò fœtus ex vrero matris, quæ in partu periculose laborat, vel manu, vel pede, vel alia aliqua parte extrans, ob necessitatem in ea ipsa

parte ab obstetrice baptizatus est; cum super-  
stes erit, sub eadem conditione baptizetur,  
adhibitis ceteris Baptismi caeremonijs. Si ve-  
rò in capite, quod primum ex utero prodijt,  
baptizatus est, forma rectè seruata; quando  
superuixerit, ad ecclesiam deferatur, cui tan-  
tùm reliquæ caeremoniæ adhibeantur, quæ ad  
solemnitatem Baptismi attinent.

Si quando præterea monstrum humanum Baptif-  
mo offertur, videndum est antequàm baptize-  
tur, an vna persona sit, an verò duæ: tum  
masculus ne sit, an femina. Siq. re perspecta  
dubium est, an sint duo, utpotè quia duo ca-  
pita non habet, nec pectora bene distincta;  
vnus intentione certa, neque vaga, simplici-  
ter baptizetur: alter verò, seu alij sub condi-  
tione: *si non es baptizatus &c.* Si verò quia  
duo capita, pectora duo, aut corpora etiam  
distincta in monstro apparent, homines duos  
esse perspicuum est, singuli simpliciter bapti-  
zetur. Quod si mortis periculum in mora  
erit, numero plurali baptizetur: *Ego vos ba-  
ptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus  
sancti.* Sin autem vna persona est, ut potè  
vnum tantùm caput habens, tanquàm vnus  
baptizetur, etiam si alia membra plura gemi-  
natauè habeat.

At verò monstrum, quod hominis speciem  
non præfert, non baptizetur, nisi primùm  
Archiepiscopus consulatur: de cuius etiam cõ-  
silio agetur, quod supra de monstro humano  
dictum est, si tempus dabitur.

De ministro Baptismi.

**M**VNVS conficiendi hoc sacramentum  
quamuis sacerdoti commissum sit: tamen  
cogente necessitate, omnes, etiam laici, & fœ-  
minæ quoque sine solemnibus tamen caeremo-  
nijs baptizare possunt. Illud verò cauendum  
est (quod etiam Parochus, prout occasio tu-  
lerit, accuratè monebit) vt ne fœmina viro  
præsente; neque laicus clerico præsente; ne-  
que rursus clericus præsente subdiacono; hic-  
que itidem coram diacono; nemoq. præterea  
eorum coram sacerdote baptizare audeat: ip-  
se autem norit, sibi licere baptizare, etiam  
præsente suo Episcopo.

Et quoniam si vel à muliere, vel à laico fe-  
cüs sit, graue peccatum admittitur, id etiam  
monebit.

Obstetricibus autem, quæ baptizare consue-  
uerunt, formamq. Baptismi tenent, baptiza-  
re quidem necessitate urgente permittitur,  
etiam præsente laico, qui huius sacramenti cõ-  
ficiendi planè ignarus rudisq. sit.

Verùm grauissimè Parochus monebit, quàm  
grauiter illæ peccent, si quando mortis necessi-  
tate non cogente, Baptismũ ministrare audèt.  
Quamobrem illud etiam interdum opportu-  
nè nunciabit, vt cum mulier propè paritura  
agrè se habet, de eiusque partu timetur, stu-

deat in primis Parochum in tempore accerfe-  
re: aut, si eum habere non potest, aliquem ex  
ecclesiasticis ministris, aut denique virum lai-  
cum baptizandi peritum in promptu habere:  
vt ne obstetricibus fœminis, nisi in summa ne-  
cessitate, cui aliter prouideri nullo modo po-  
tèst, baptizandi locus vnquam detur.

Parentes autem omnino caueant, ne liberos  
suos baptizent absque manifesta necessitate,  
cum scilicet alij quoquo modo apti non ad-  
sunt, & periculi vrget necessitas. quod ipse  
etiam monebit, prout vsu aliquando veniet.

De modo ministrandi Baptismi.

**M**INISTRATUR Baptismus triplici mo-  
do, immersione, infusione aquæ, & asper-  
sione. Sed immersionis modus cum antiquis-  
simo in sancta Dei Ecclesia instituti ritusq. sit,  
idemq. in ecclesia Ambrosiana perpetuò reten-  
tus: ab ea mergendi consuetudine recedi non  
licet, nisi imminens mortis periculum instet;  
tumq. vel aquæ infusione, vel aspersione mini-  
strabitur, seruata illa stata baptizandi forma.  
Ad aquæ baptismalis infusionem non manus,  
sed vas ob eam causam paratum adhibebitur.  
Id Parochus mergendo seruabit, vt ab ea par-  
te fontis baptismalis stet, vbi directo obitu  
orientem spectet.

In immersione hoc seruabit, vt infantis latera  
manu vtraque firmiter excipiens, illius supini  
occiput ter mergat: primò dicens, *In nomine  
patris*, iterum, *& filij*, tertio, *& Spiritus  
sancti.* Qua in immersione animaduertet, vt  
dum mergit, infantem ne laedat, at aquam ve-  
rè illius occiput immersione tangat.

Si quando autem duo, pluresuè infantes Baptif-  
mo offeruntur, eorum vnique exorcismũ,  
catechismũ, & reliquas stas caeremonias se-  
paratim adhibebit: super ijs tamen simul ora-  
tiones dicere poterit, numerumq. commutare  
vbi opus est, vt pluribus conueniat.

Infantibus autem oblati, partim maribus, par-  
tim fœminis, separatim, atque ordine ministra-  
bit, maribus scilicet primò, & deinde fœmi-  
nis, mutata nominis verbiq. ratione pro sexus  
genere.

Et verò quod in Ecclesia Ambrosiana veteris  
instituti & consuetudinis est, decreto etiam  
prouinciali renouatum, vt infantes in hebdo-  
mada authètica nati, Sabbato sancto ad Basili-  
cam Metropolitanam; & qui item hebdoma-  
da Pentecosten proximè antecedente in lucem  
editi sunt, ad eandem Basilicam Baptismo of-  
ferantur; id vnusquisq. Parochus seruet; vt  
ijs solemnè ritu huius ecclesiæ Archiepiscopus  
Baptismũ ministret. A qua solemnitate, quæ  
Archiepiscopalis muneris est, alius omnino vel  
Archipresbyter, vel Præpositus, vel Parochus,  
tam vrbis, quàm diœcesis abstinebit.

Prou 4. tit. que  
pert. ad sacram.  
bap. pag. 135. 9.  
Si quis.

De caeremonijs quæ in Baptismo adhibentur.

**R**ITVS, caeremoniæ, & solemnitates, quæ  
in Baptismo adhibentur, eiusmodi sunt, quas  
omitti nefas est, nisi cum baptizandi necessitas  
instat.

Quamobrem Parochus cum illas, tum earum  
mysteria & significationes rectè tenebit, vt &  
religiosè ritèq. hoc sacramentum ministret;  
& peritè pieq. earũ mysteria fidelib⁹ exponat.  
Has autem stas caeremonias sacerdos cum Ba-  
ptismũ ministrabit, numquam planè omit-  
tet, nisi quando ob necessitatem ministrabit.

Atque omnes quidem hæ caeremoniæ precatio-  
nesq. ad tria capita rediguntur.

Aliæ enim sunt, quæ antequàm accedatur ad  
Baptismi fontem, seruantur: aliæ, quæ cum ad  
ipsum fontem ventum est, adhibentur: & aliæ  
præterea, quæ peracto iam Baptismo addi so-  
lent.

De caeremonijs, quæ priusquam Baptismus ministratur, adhibentur.

**I**N primis aqua paranda est, qua ad Baptismũ  
vri oportet.

Consecratur enim Baptismi fons, addito mysti-  
cæ vnctionis oleo: neque id omni tempore,  
sed Sabbato Paschæ Resurrectionis Domini,  
& Pentecostes.

Hæc enim facta duo tempora, mysteriorum  
plena, Baptismo celebrando solemnè legiti-  
maq. esse docent Ecclesiæ Patres, & in primis  
Leo Pontifex sanctissimus.

*Nam quamuis, inquit is, totum, quidquid in  
Christo Domino, & virtutis diuinæ est, & infir-  
mitatis humanæ, ad nostræ reparationis tendat  
effectum, propriè tamen Paschali tempore, nem-  
pe in morte crucifixi, & in resurrectione ex mor-  
tuis, potentia baptismatis nouam creaturã con-  
dit ex veteri, vt in renascentibus, & mors Chri-  
sti operetur, & vita, dicente beato Apostolo Pau-  
lo; An ignoratis, quia quicumq. baptizati su-  
mus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati su-  
mus? Consepulti enim sumus cum illo per Ba-  
ptismũ in mortem, vt quomodo surrexit Chri-  
stus à mortuis per gloriam patris, ita & nos  
in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complan-  
tati facti sumus similitudini mortis eius, simul  
& resurrectionis erimus, &c. ex quibus appa-  
ret, Paschale tempus electum ad filios hominum  
regenerandos, & in filios Dei adoptandos.*

Epist. 4. ad Epi-  
scopos Siciliae.  
cap. 3.

Ad Rom. 6.

Ead. epist. c. 4.

*Huic paschali obseruantia additur etiam Pen-  
tecostes ex aduentu Spiritus sancti consecrata so-  
lemnitas, quæ de paschalis festi pendet articulo.  
Eo autem die, quo omnem credentium numerum  
promissus Spiritus sancti repleuit aduentus, triũ  
millium populum sua prædicatione conuersum  
laacro baptismatis consecrauit.*

Aqua autem adhibetur, ad significandam animæ  
ablutionem, quam Baptismus efficit.  
Ideoq. ab Apostolo *lauacrum* appellatur: oleũ

autem ad ostendendam gratiam Spiritus san-  
cti, quæ per Baptismũ datur.

Deinde antè fores ecclesiæ, qui Baptismo ini-  
tiandi sunt, offeruntur, propterea quòd indigni  
sint, qui more fidelium, domum Dei, ante-  
quàm Christo Domino se addixerint, ingre-  
diantur.

Tum verò Parochus ab eis exquirat, qui illos  
offerat.

Quo cognito, ter conceptis verbis, eum qui ba-  
ptizandus est, interrogat: *Abrenuncias, &c.*  
Et eius nomine patrinus ad singulas interroga-  
tiones respondet. *Abrenuncio.*

Et quoniam huius sponsonis chyrographum  
sanctè conceptum magnam vim habet in cœ-  
lo, tum Parochus illos admonet, & testatur  
dicens: *Memor esto sermonis tui, &c. vt ex  
his verbis intelligant, quàm diligenter hæc  
sponsonis præstanda sit: sciantq. hanc professio-  
nem christianorum esse propriam, vt non sint  
de hoc mundo, sed cor habeant ad Dominum,  
qui in cœlis est, expectantes beatam spem, &  
aduentum gloriæ magni Dei.*

Ad huius, aliorumq. mysteriorum explicatio-  
nem adhibebit doctrinam patris nostri san-  
ctissimi Ambrosij.

Et verò cum huius ipsius mysterij, harumque  
sponsonum ratio diligentissimè explicata sit  
canone Concilij Parisiensis, non alienum est  
illius verba excipere: *Constat igitur vnum  
quemque fidelem Deo in baptisate duarum  
pactiõnum nexibus se obligare: altera, qua ab-  
renunciare Diabolo, & omnibus operibus eius,  
& omnibus pompis eius: altera verò qua se in  
patrem, & filium, & Spiritũ sanctum credere  
profiteatur.*

Conc. Paris. 2.  
lib. 1. cap. 9.

*Vnde etiam sub eiusdem sanctæ Trinitatis in-  
uocatione baptismatis gratiam consequitur.*

*Cum ergo post huiusmodi abrenunciationem  
quibuslibet illecebris vitiorum illectus, ad ea  
quibus renunciauit, redit; nec non & post tantæ  
fidei perceptionem in apostasiam aut infidelita-  
tis, aut hæreticæ prauitatis, aut fraterni schis-  
matis prolabitur: proculdubio vtriusq. pactio-  
nis transgressor efficitur; quarum altera, quia  
Baptismi iteratione nequit, pœnitentiæ lamen-  
tis, elemosinarum largitionibus, ceterisq. bono-  
rum operum exhibitionibus dilui potest.*

*Altera verò, quæ prædictæ contagionis lepra cõ-  
maculata fuerit, nisi hac primùm per Christi  
caruerit gratiam, & ad unitatem Ecclesiæ redie-  
rit, mundari, & pristina fidei colorem, sanita-  
tisq. vigorem recuperare non poterit.*

*Quia ergo flammæus ille gladius, qui propter  
peccatum primi hominis ianuam paradisi obice  
mortalibus immobili oppilauerat, in sacro san-  
cto baptismatis fonte extinguitur, & eadem  
ianua credentibus aperitur: omnibus fidelibus  
studendum est, vt pactiõnis, & sponsonis, quam  
cum Deo in baptisate fecerunt, semper me-  
mores existant; caueantq. ne quibuslibet vitiorũ  
fordibus se maculantes, non solum eundem sibi  
reac-*

Gen. 3.



reaccédant ignem, verum etiam immundum spiritum à se tempore baptismatis expulsum, cum septenario demonum numero sibi addito, ad se quoquo modo redire faciant: sicut illis, ut Dominus ait, nouissima peiora prioribus: & impleatur in eis quod beatus Petrus Apostolus ait: Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuertere ab eo, quod traditum est illis, sancto mandato. apteturque eis illud, quod idem ait: canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti.

Postea salua oris sui Parochus tangit infantis aures, & nares, prolatis Christi Domini verbis, quibus aures, & linguam surdi, & muti tangendo usus est: Ephata, hoc est adaperire: celebratur enim mysterium apertionis aurium: ut aperiantur nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei, & pietatis æternæ; & ad discernendum bonum odorem à malo, sanam doctrinam à corrupta: aures autem ad audiendum mandata Dei; ut doctrina quæ de ore altissimi fluxit, per eius aures intret, & ei suauiter oleat.

Deinde adhibetur exsufflatio, ut hoc mysterio Spiritui sancto cedat fugiens malignus spiritus: id quod fit non sine Christi exemplo, qui insufflauit in discipulos suos, ut Spiritum sanctum eis daret.

Tum sequitur exorcismus ad expellendum Diabolum, eiusque vires frangendas & debilitandas sacris illis & religiosis verbis.

Obsignantur præterea oleo sacro, figura crucis, pectus, & scapulæ: ut intelligamus, eos qui Baptismo initiantur, quasi Christi athletas, ait sanctus Ambrosius, luctamen huius sæculi lucturos. Solent enim luctantes inungi. Deinde, ut sciamus Baptismi gratiam non nostris meritis, sed Christi beneficio, & gratuita misericordia donari, quæ oleo significatur. Præterea quia oleum est medicamenti species, quandoquidem Samaritanus infudit in vulnera oleum, & vinum: ideo hac vnctione demonstratur, intima animæ nostræ vulnera, & morbos hac medicina curari; fomitemque ipsum, quamuis non omnino extinguitur, at certe debilitari, viresque & robur spirituale nobis addi, quo Satana, carnisque tentationum impetus depellamus. Pectus præterea vngitur, ut intelligamus, mentem animumque diuina virtute corroborari. Scapulæ verò, quia dantur homini vires ad iugum Christi Domini ferendum.

Inungitur autem, & retrò, ut vndique muniatur, & confirmetur, ad opera bona præstanda corde, & corpore, voluntate, & opere.

Nomine deinde, quod parentes imponi volunt, appellatur, signoque sanctæ Crucis obsignatur: quod ostendit, eum qui Baptismo initiatur, Christi Domini seruituti addici, cum nominis impositio signum sit dominij. Quam ob causam cum vellet Deus docere Adam, eum principem, & dominum esse omnium animantium, ad eum illa adduxit, quibus nomina imponeret. Saltem in illius os qui ad Baptismum adducen-

duus est, inseritur, quo significatur, eum fidei doctrina, & gratiæ dono consecuturum esse, ut à peccatorum putredine liberetur, saporemque bonorum operum percipiat, & diuinæ sapientiæ pabulo delectetur.

Iis peractis, infans in Ecclesiam introducitur: ubi primum apud sacrum fontem humi collocatur. Qui ritus cum supplicem eius petitionem, qui se baptizari postulat, ostendit (cum prostrati humi olim baptismum peterent) tum significatio est sanctæ humilitatis, quam Christianus profiteri debet.

Tum sacerdos vnà cum eo qui baptizandus est, aut si infans, cum compatre, commatreue dicit symbolum Apostolorum, & orationem Dominicam. Quæ res indicat fidei professionem, quam christianum publicè præstare oportet.

*De cæremonijs, quæ cum ad Baptismi fontem ventum est, adhibentur.*

**S**ED cum iam Baptismum administrari oportet, quærit Parochus ab eo qui baptizandus est, num baptizari velit: quo quidè per se, vel eius nomine patrino annuente, statim de fide orthodoxa ab eo quærit trina interrogatione, ut tres sunt in diuinitate personæ. Id verò fit, ut sciamus, primum sine recta fide Baptismum nihil ad æternam salutem prodesse: Nam qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. deinde, hoc Baptismi sacramentum esse, dicitur, sacramentum fidei, ut per illud infantibus habitus fidei infundatur; & adulterum fides gratia Dei illustretur, formetur, & perficiatur. Trina item interrogatio, trinaque responsio, quæ fit verbo, Credo, adhibetur: ut multiplicem lapsum, inquit sanctus Ambrosius, superioris ætatis, absoluat trina confessio. Denique ut vobis, inquit idem, afferatur exemplum, sanctus Apostolus Petrus posteaquam in passione Domini lapsus videtur infirmitate conditionis humanæ, qui antè negauerat, postea ut illum lapsum aboleret, & solueret, tertio interrogatus à Christo, si Christum amaret, tunc ille dicit: Tu nosti Domine quia amo te. tertio dixit, ut tertio absolueretur. Sicut ergo peccatum dimittit pater, sic dimittit filius, sic & Spiritus sanctus.

Interrogatus ter mergitur, in memoriam mortis, & resurrectionis Christi Domini: utque intelligat, se cum Christo consepultum resurrecturum esse. Trina autem mersione, significatur triduana Domini sepultura.

*De cæremonijs, quæ peracto Baptismo seruantur.*

**P**OST Baptismum dicitur litania genibus flexis; ut intelligamus, Baptismi sacramentum eum communi omni sanctorum adscriptum esse, quorum nomina inuocantur. Inungitur præterea à Parocho in vertice sacro chrismate, ut intelligat se ab eo die Christo capiti

pitit tanquam membrum coniunctum esse, atque eius corpori insitum, & ea re christianum à Christo, Christum verò à chrismate appellari. Induitur postea baptizatus veste alba. quæ vestis, inquit sanctus Ambrosius, est indicium, quod baptizatus exuerit inuolucrum peccatorum, & induerit innocentia casta velamina. Indicat item resurrectionis gloriam, ad quam per Baptismum renascimur.

Libertatem christianam, quam hoc sacramentum affecuti, erepti de seruitute Diaboli. Innocentiam, atque integritatem, quam in omni vita baptizatus seruare debet.

Lætitiam internam, & gaudium spiritus. Sicut enim vestis pulla est signum tristitiæ, ita candida gaudium indicat.

Traditur demum baptizato in manum cereus ardens. quo cereo significantur tres theologice virtutes, quæ ipsi hoc sacramento infunduntur; fides in lumine, charitas in calore, spes in cerei recta altitudine: quæ sursum ascendit; ut spes nostra ad cælos usque excitatur, atque erigitur. Id præterea, quod Baptismo nobis fit communicatio lucis, & depulsio tenebrarum: ob eamque causam Baptismus sacramentum illuminationis, & baptizati, ij quidem illuminati à patribus dicuntur.

**E**X antiquissima catholice Ecclesiæ consuetudine, cum præter ministrum qui Baptismum conficit, alij etiam ad sacram ablutionem adhibeantur, qui patrini, aut compatres vocantur: Parochus de ijs vt infra animaduertet, ac seruabit. Non adhiberi sinet ex ijs plures, quam vnum tantum, siue virum, siue mulierem, ex sacrorum canonum præscripto; vel ad summum vnum, & vnã, vt Concilio Tridentino statutum est. Non tamen simul virum & vxorem adhibebit. Ne excommunicatos, interdictos, publicè criminosos, infameque; pueros natu minores quatuordecim annis; nec præterea qui sana mentem non sunt; neque eos, qui in Pætcha communionem non sumpserint; nec verò monachos, regulares, clericosue sæculares sacris initiatos, ad infantem de Baptismo suscipiendum adhiberi sinet. Nec præterea illos, quos putet ignorare symbolum, orationemque Dominicam, salutationem angelicam, rudimentaque fidei christianæ; neque item eos, qui nondum Confirmationis sacramentum susceperint. Eam quoque rationem cohortando habebit, vt ne peregrini, hospites ignoti, & ij denique compatres adhibeantur, quorum domicilium cum longè absit, verisimile non est, consuetudinem inter baptizatum eorumque ita futuram, vt suscepti muneris functionem in eo instruendo præstare possint.

Præmonebit autem accuratè parentes paulò antè Baptismi ministrationem, vt compatres tales deligant, quales eos esse oportet; qui & vitæ exemplis, & christiana disciplina, castisque moribus alios instruere debent. Itaque in hoc delectu, non nobilitatis, aut diuitiarum, non

potentiæ, non auctoritatis, non potestatis, non amicitia, non cuiusuis alterius commodi, emolumentum rationem habebunt; sed eos potius feligent, qui filiolorum animæ magis consulere, quam qui inopiæ subuenire possint.

Compatres, cum in Baptismi ministerio symbolum & orationem Dominicam dici ritus postulat, vnà secum recitare iubebit.

Nō patietur autem eos sacri attingere chrismata. Neque item infanti, eiulue parentibus quidquam Baptismi tempore ab eo, eam donari; neque vt canone vetitum est, quidquam sibi pecuniæ dari.

Infantem propterea quem baptizauerit, supra altare non collocabit: ne inde compatrum muneribus redimatur.

Ne compatri, comatriue linteola ad Baptismum adhibita, tageda, aut osculanda exhiberi sinet. Compatres denique is cum sæpè alias, præsertim pætchali tempore, & in Pentecoste; tum maxime posteaquam Baptismum ministrauerit, huiusce debiti officij monebit; docebitque eos hac potissimum lege obstrictos esse, vt spirituales filiolos perpetuò commédatos habeant; ad vitamque christianam instituant; ac iuxta sancti Augustini sententiam admonere non desistant, vt castitatem custodiant, iustitiã diligant, charitatem teneant; & ante omnia, nisi à parentibus, aut ab alijs instruantur, symbolum, orationemque Dominicam illos doceant: decalogumque etiam, & quæ sunt prima christianæ religionis rudimenta. Proinde ipse Parochus inibit studiosè certam aliquam rationem perquirendi etiam huius officij, quod compatres verè præstent. Speciatim autem grauibis verbis eos commonefaciet, quorum filiolos animaduertet doctrinæ christianæ scholas non frequentare, puerilibus ineptijs, ac vitijs deditos esse, aut in rebus humanis, puta in pascendo grege ita perpetuò occupatos, vt ne festis quidem diebus ad Missam accedant.

*De ijs, quæ Parochus antequam infans in ecclesiam ad Baptismum deferatur, curet, ac præmoneat.*

**P**AROCIVS infantem natum in ecclesiam quamprimum, aut omnino, vt in Concilio Prouinciali i. cauetur, antè nonum diem ad Baptismum suscipiendum deferri curabit. Idque etiam, cum ob necessitatem domi baptizatus est, vt statæ cæremoniæ ex ritu ecclesiæ suppleantur. Sine villo pompæ ornatu, sed simplici amictu eundem deferri præmonebit; cum candela: quæ, vbi commodè haberi poterit, ceræ albæ erit.

Admonebit etiam de nomine quod infanti imponetur, vt turpe non sit, non obscenum, non ridiculum, non fabulosum, non ethnicum, non falsorum Deorum, non brutorum animantium, non facinorosorum hominum: nisi nomen tale

1. Petr. 1.

Ioann. 20.

Luc. 20.

Gen. 1.

Mart. vi.

Ioann. vi.

Sess. 24. de reformatione matris. cap. 2.

Tit. de bapt.

le fit, quod sancti habuerunt. Est enim cum pietatis, disciplinaeque Christianae ratione atque officio coniunctum, quo primum tempore nomen Christo Domino in Baptismo datur, id eligi, atque imponi, cuius nominis recordatione fideles aliquando excitati, neque turpiter agant, & in ijs piorum operum curriculum versentur, quae proponunt eis exempla sanctorum, quorum nomina habeat.

Exposito autem infanti nomen imponet, quod in schedula collo eius appensa scriptum est: illudque notabit certo libro, quod facilius, atque adeo certius, qui infantem exposuit, si quando voluerit, ex nomine recognoscat.

Quam ob causam aliquando pro opportunitatis ratione, hospitalium locorum ubi infantes exponi moris est, administratores, praefectos monebit, ut ea ipsa schedula asseruetur diligenter.

Cum vero saepe alias, prout locus, tempus, personarumque conditio tulerit, tum maxime cum expositum baptizat, hoc grauer monebit; ut omnes, quicumque sint, caueant suos, aut alienos filios exponere, nisi virgens magnaque necessitas id facere cogat: tuncque si fieri potest, ne exponant in compitis, via, aliove loco, ubi facile perirent; sed in hospitalibus, locisque speciatim eo nomine constitutis; ac praeterea collo appensa alligatae infantis qui exponitur schedula, aut nota alia indicante nomen, & Baptismum, si baptizatus est.

Cum infans praesertim si iter longius est, ad Baptismum feretur, vas etiam aquae portari monebit Parochus; ut si quod fortasse mortis periculum (quod aliquando incidere potest) in itinere euenerit, ministraretur etiam in via periculo instante.

Vestem etiam candidam paruulam instar pallioli, e tela linea, aliove genere, non serico tamen, albi coloris confectam, quae collo annecti possit, e domo parentum infantis portari significabit: qua veste illum baptizatum induet cum dicit, *Accipe vestem candidam*, ut infra suo loco.

*De ijs quae Parochus curet, cum timetur de partu.*

**Q**UONIAM de improviso periculum partus incidit, hoc etiam Parochus aliquando monebit; ut obstetrix, aliaue mulier in partu praesens, si quando aliquam in parturiendo ita laborantem animaduertit, ut foetus periculum mortis probabile antequam integre nascatur immineat, ubi primum aliquod membrum vitalem motum habens ex matris utero extare videbit, illud aqua perfundens, aspergensque, nullo nomine imposito baptizet, dicens; *Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Si quando autem in partu mulier obierit, hoc fieri admonebit, ut uterus aperiat, indeque foetus eductus, si uiuit, quamprimum baptizetur. Id

verò magna cautione fiat, ut & is uiuus ex utero extrahatur, & tunc in primis, cum mater uere mortua est, ne pro salute filij mater occidatur. Hoc uero etiam parentes, & domesticos, prout oportunitas feret, admonebit; pro foetu qui in utero est, Deum assidue intimeque precari, ut ille incolumis in lucem edatur, dignusque sit anteaquam obeat, Baptismi gratiam percipere, ne sine salutis sacramento decedat.

Et quod pia deuotionis est, id quoque prout usus uenerit admonebit, ut tempori pariendi propinqua mulier ad ecclesiam accedat, ubi pro ea praesente sacerdos oret.

Mulier autem eo nomine cum ueniet, pie ac deuote ad altare maius benedictionem suscipiet; quam ille rite adhibebit, ut suo loco descripta est.

*De ijs, quae Parochus ipse seruet, & paret, antequam Baptismum ministret.*

**P**RIMO Parochus uidebit, ut sine conscientia peccati mortalis, quemadmodum supra in rubricis generalibus traditum est, pure sancteque sacramentum hoc administret.

Ieiunus, & mane ministrabit, nisi necessitas aliter postulat. Nec uero ante ortum, neque post occasum solis, nisi itidem necessitate urgente.

Ex aliena autem parochia infantem delatum non baptizabit, nisi instante necessitate, aut de Episcopi, Parochiaeque proprii licentia; aut alia legitima facultate. Quamobrem primum quaeret, an suae Parochiae sit infans Baptismo oblatus.

Diligenter in primis ante inuestigabit, an infans baptizatus sit, & a quo, & qua materia, & qua forma. Eum uero qui baptizauit, de forma prolata interrogabit, ut certo sciat, an ea recte adhibita sit. Quam si certo compererit rite adhibitam esse, nullo modo Baptismum iterabit, sed preces, & alia quae ad Baptismi solemnitatem pertinent, supplebit.

Neque autem in priuatis aedibus, oratorijs, aliove loco, praeterquam in ecclesia Parochiali, baptismaliter, solemniter baptizabit.

Paulo ante quam Baptismum ministrat, praeparabit oleum sanctum, & chrisma, suis quodque uasculis perspicue ut supra distinctum, eo ipso anno in hebdomada sancta die Coenae Domini benedictum. Veteri autem uel oleo sancto, uel chrismate non utetur, nisi antequam nouum habeatur, necessitas illius utendi inciderit. Omnis autem Parochus, usque adeo in tempore alium sacerdotem, aut clericum sacris initiatum mittet, qui sacrum oleum recens ferat e Basilica Metropolitana, ecclesiaeue plebana, ut eo recenti uti possit, neque necesse habeat uetus adhibere. Verum si recenti iam allato aliquid reliqui est de veteri, in Lampadario statim comburatur.

Si uero oleum sacrum, chrismaue intra annum deficere uidetur, neque aliunde haberi potest; in tempore aliud non benedictum, ut alio loco dictum

dictum est, sensim tantum infundet, ut hoc minus sit quam illud, quod consecratum benedictum est.

Parata quoque habebit haec omnia, utpote peluuium uel ecclesiae addictam, in qua lauet manus peracta Baptismi ministratio: vas item aquae; mappulam; bambacium ad abstergendas infantis partes, oleo, & chrismate sacro linatas; quod quidem bambacium afferet in peluicula deceti, in eadem reponendum post absterfionem, medullam panis item ad abstergendos sibi digitos inunctos; uasculum cum sale benedicens; mantile decens, & mundum ad abstergendum caput baptizati ad praescriptum Concilij Prouincialis quarti.

Tit. de bapt.

Sal, non domo infantis qui baptizandus est, asportatum, sed in uasculo, quod uasi chrisomatis adiungitur, bene paratum habebit; ita ut purum sit, candidum, nec uero commixtum, ac praeterea non humidum, sed siccum.

Illud uero speciatim benedicet ad usum eius qui tum baptizandus est: neque sale utetur diebus Dominicis exorcizato ad aquae benedictionem. Si quid uero supererit, cauebit, ne aliò asportetur, sed in sacrarium, aut in aquae benedictae labrum proicietur.

Parabit item hunc librum: in quo prauidebit etiam, ac dispiciet ordinem, & caeremonias Baptismi.

Habebit etiam unum, aut plures ubi fieri potest, clericos paratos, superpelliceis indutos, sibi opportunè ministrantes.

In altari praeterea, si quod in baptisterio, aut prope baptisterium est, paratas habebit candles duas: quae accensae colluceant, dum Baptismum ministrat. quod si altare satis commodum Baptisterio non sit, in mensa ibi cum mappa decenti posita eadem lumina habebit.

In ipsa autem ministratio, praeter caetera, quae uel generatim, uel speciatim iam supra tradita sunt, haec etiam animaduertet, ut ubi litera N. scribitur, nomen eius, eorumque, qui catechantur, baptizanturue, apte recteque exprimat pro ratione sexus, numeri, & casus.

Ubi adscripta est crux, crucis figuram formabit.

His ita paratis & animaduertis, Parochus, sacerdosue, infante ad Baptismum oblato lauat manus; superpelliceo, stolaque violacea in exorcismis, catechismisque utitur; cum ad baptizandum accedit, illa deposita, aliam albi coloris sumit.

Accedens igitur ad fores Ecclesiae, interrogat primum, qui susceptores sint: tum baptizandi ordinem tenet, ut infra.

### Ordo Baptismi paruulorum.

**I**NFANS sub vestibulo Ecclesiae praefortibus à compatre, aut commatre, brachio dextro illum, uel illam sustentante, ita offertur, ut eò

specu Parochi sit: qui superpelliceo, & stola violacea indutus, in limine ostij Ecclesiae stans, primum interroget, an suae Parochiae; tum masculus ne sit, an foemina: post, an domi baptizatus. Ubi uero baptizatus non sit, ita ut infra ordine riteque interrogat: & aduertat, ut genus in pronunciando semper mutet, si foemina fuerit, ut in rubricis dictum est.

Parochus. *Quis illum offert?* Patrinus. *Ego.* Par. *Quid uult fieri?* Pat. *Christianus.*

Par. *Meretur à parentibus suis?* Pat. *Meretur.* Tum Parochus abrenunciationis mysterium inchoando, ad infantem uersus, interrogat.

*Abrenuncias Diabolo?*

Patrinus pro infante respondet.

*Abrenuncio.*

Parochus. *Abrenuncias saeculo, & pompis eius?* Patrinus. *Abrenuncio.*

Tum Parochus illum admonet, & contestatur dicens.

*Memor esto sermonis tui: & nunquam tibi excidat tua series cautionis.* Pat. *Memor ero.*

Deinde Parochus pollice & indice salua oris sui perfuso, tangit infantis aures, & nares.

Cum tangit aures, dicit. *Ephata, quod est, adaperire.*

Nares tangendo, dicit. *In odorem suauitatis, in Christo Iesu Domino nostro, in vitam aeternam. & Amen.*

Post ter faciem illius ad similitudinem Crucis exufflat, dicens.

*Exuffla te immundissime spiritus, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Tu autem effugare Diabole: appropinquabit enim iudicium Dei.*

Hic oleo catechumenorum pollice suo intincto, eum ungit in pectore, & inter scapulas, signum Crucis faciendo, simulque dicens:

*Ego te linio oleo salutis, in Christo Iesu Domino nostro, ut habeas vitam aeternam. & Amen.*

Postea bambacio partes uinctas abstergit; quod in peluicula reponit, ut post Baptismum coburatur, & in sacrarium mittatur, ac deinceps dicit.

*Domine uobiscum. & Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Aeternam, & iustissimam pietatem tuam deprecor Domine sancte, pater omnipotens, aeternae Deus, luminis auctor, & ueritatis, super hunc famulum tuum N. ut digneris eum illuminare lumine intelligentiae tuae. Munda eum, & sanctifica: da ei scientiam ueram, ut dignus efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui. Teneat firmam spem, consilium rectum, & doctrinam sanctam: ut aptus sit ad percipiendam gratiam tuam. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.*

Exufflat in faciem eius ad similitudinem Crucis, tum dicit.

*Exorcizo te, omnis immundissime Spiritus, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Omnis incurfus aduersarij, omnis ira, omne phantasma, eradicare, & effugare ab hoc plasmate Dei, quod Dominus noster Iesus Christus hodie ad templum sanctum suum uocare dignatus est, ut fiat templum*

plum Dei vini, & Spiritus sanctus habitet in eo, in nomine + Dei patris omnipotentis, & in nomine + Iesu Christi filij eius, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. R. Amen.

Hic interrogat, quod nomen parentes, aut offerentes infanti imponi volunt, eoq. nomine appellans, crucem in fronte faciens dicit:

N. Accipe signum sancte + Crucis, serua precepta diuina: verbo Dei hodie renascaris, & celesti luce formaris. Ingredere templum Dei viui, & sublato errore tenebrarum, euasisse relinque mortis latens agnosce. Nunc ergo promissa celestia, & aduentum Dei omnipotentis expecta; ut possis sperare venturum verbum genitum, in finali partu editum, credentibus annunciatum, in cuius inuocatione illuminaris, cuiusq. signaculo in fronte signaris, per hoc signum quod non delebitur, in nomine + Dei patris omnipotentis, & in nomine + Iesu Christi filij eius, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. R. Amen.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio. Deus, cui ad imitandum nulla paruitas non idonea est, qui omnem aetatem, omnemq. sexum ad maiestatis tue cultum dignanter admittis; tibi hac noui hominis exordia, & rudis vite dicamus infantiam. Da ut hunc ignarum mali paruulum vniuersi tui signo sancte + crucis tueatur inscriptio: tuus sit, tibi adoleseat, te timeat, te diligat, te creatorem suum semper agnoscat, & ad sanctum lauacrum regenerationis te deducere perueniat. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Hoc loco Parochus exorcizat, & benedicit sal. In quo benedicendo exufflat super illud ad similitudinem crucis, & dicit:

Exorcizo te creatura salis, in nomine Dei patris + omnipotentis, & in charitate Domini nostri Iesu + Christi, & in virtute spiritus + sancti. Exorcizo te per Deum + viuum, per Deum + verum, per Deum + sanctum, per Deum, qui te ad tutelam generis humani procreauit, & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari precepit.

Proinde rogamus te, Domine Deus noster, ut hac creatura salis in nomine sancte Trinitatis efficiatur salutare sacramentum, ad effugandum inimicum: quam tu, Domine, sanctificando + sanctifices, & benedicendo + benedicas: ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum. In nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. R. Amen.

Deinde accipit sal benedictum primoribus digitis, & dum modicum immittit in os infantis, eum nominatum appellando, ita dicit.

N. Accipe sal sapientie: propitiatum sit tibi in vitam eternam. R. Amen.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio. Deus patrum nostrorum, Deus vniuersae

conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius: ut hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo repleatur caelesti: quatenus sit semper diuino spiritu feruens, spe gaudens, & tuo nomini seruiens. Perduc eum ad nouae regenerationis lauacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum eterna praemia consequi mereatur. Per Dominum nostrum, &c.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, & filios Israel de terra Aegypti eduxisti, deputans eis Angelum pietatis tuae, qui custodiret eos die & nocte; te quasumus Domine, ut mittere digneris sanctum Angelum tuum, ut similiter custodiat & hunc famulum tuum N. & perducatur eum ad gratiam Baptismi tui. Ergo maledicte Diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo viuo, & vero; da honorem Iesu Christo filio eius, & spiritui sancto; & recede ab hoc famulo Dei, quia istum sibi Deus, & Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemq. baptismatis vocare dignatus est. Et hoc + signum sancte crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare seculum per ignem. R. Amen.

Hoc loco Parochus exuit stolam violaceam, & induit albi coloris aliam: qua non infantem tangens, sed nutu significans ut introeat, praecedendo illum introducit in ecclesiam, dicens: Ingredere fili in Domum Dei: audi patrem tuum docentem te viam scientiae.

Dum accedit ad fontem, potest dicere psalmum sequentem. Psalmus 41.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat, &c. usque ad finem. cum Gloria patri, &c. Sicut erat, &c.

Infans apud sacrum fontem humi collocatur, pedibus versis ad baptismalem fontem: & sacerdos ad altare spectans, vna cum compatre, com matreue dicit, Credo, & Pater noster. Deinde

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio. Omnipotens sempiternae Deus, respice propitius de excelsa sede maiestatis tuae super hunc famulum tuum N. competentem, qui ad tuam cucurrit ecclesiam. Concede ei Domine, ut sub protectione manus tuae ad sacri baptismatis gratiam peruenire mereatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Postea interrogat eum qui baptizandus est proprio nomine hoc modo.

Parochus. N. Quid petis? Patrinus. Baptizari.

Par. Credis in Deum patrem omnipotentem, Creatorem caeli & terrae? Pat. Credo.

Par. Credis & in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum, natum, & passum?

Pat. Credo.

Paro-

Pat. Credis & in spiritum sanctum: sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem: vitam eternam? Pat. Credo.

Deinde Parochus infantem lupinum à patrino sublato vtraque manu excipit, ita ut dextera capiti eius propior sit, tum ter occiput mergit in aqua in crucis formam. Et mergendo, si certò scit, illum non esse baptizatum, explicatè profert.

N. Ego te baptizo, in nomine patris, + & filij, + & spiritus + sancti. Amen.

Quae verba proferantur, dum ter mergit; semel dum ait: N. Ego te baptizo, in nomine patris. Iterum dum ait: & filij. Tertio dum dicit: & Spiritus sancti. Amen.

Compater autem postremò manum infanti supponit, & de fonte leuat: atque ita tenet, ut orientem spectet.

Si autem Parochus re inuestigata atque explorata, dubitat, an infans baptizatus sit, ita dicit: N. Si baptizatus es, non te baptizo: sed si nondum baptizatus es: Ego te baptizo in nomine patris + & filij + & spiritus + sancti. Amen. Idq. mergendo modo supra notato.

Parochus baptizati infantis caput mantili abstergit: tum genibus flexis cum compatre, dicit litaniam.

Baptizato infante, sacerdos intingit pollicem in chrismate, & profert orationem sequentem: & dum dicit, Ipse te liniat, &c. vngit verticem infantis in formam crucis.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio. Deus omnipotens, pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua, & spiritu sancto, quiq. dedit tibi remissionem peccatorum omnium; ipse te liniat chrismate salutis in Christo + Iesu Domino nostro, in vitam eternam. R. Amen.

Deinde bambacio eum abstergit, & reponit ut supra: imponitq. ei vestem candidam; & dum imponit, ita dicit:

Accipe vestem candidam, sanctam, & immaculatam, quam perferas sine macula ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, ut habcas vitam eternam, & viuas in secula seculorum. R. Amen.

Postea dat Compatri, commatriue infantem in dextera tenenti, candelam accensam, & ait:

Accipe lampadem ardentem irreprehensibilem: custodi Baptismum tuum, serua Dei mandata; ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis ei occurrere vna cum omnibus sanctis in aula caelestis, habearisq. vitam eternam, & viuas in secula seculorum. R. Amen. Y. Dominus vobiscum.

Oratio. Omnipotens sempiternae Deus, qui regenerasti famulum tuum ex aqua, & spiritu sancto, quiq. dedisti ei remissionem omnium peccatorum: tribue ei continuam sanitatem, ad cognoscendam diuinitatis tuae virtutem. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Y. Benedicat, & exaudiat nos Deus. R. Amen.

Y. Procedamus cum pace. R. In nomine Christi.

Y. Benedicamus Domino.

R. Deo gratias.

Y. Benedictio Dei omnipotentis, patris, + & filij, + & spiritus + sancti, descendat super te, & maneat semper. R. Amen.

Quae seruanda sunt post Baptismum.

**B**APTISMO expleto, medulla panis digitos Parochus abstergit: aqua manus ambas solus lauabit, neque vllus praeterea alius: aqua ablutionis in sacrarium statim effunderet.

Si quae autem lintea ad abstergendum infantis caput allata erunt, ea sic adhibita, in vsu profanum non conuerteret. quòd si ecclesiae vsibus accommodari non queunt, comburet: cinerè verò in sacrario recondet.

Lotis manibus, sermonem pro personarum multitudine, statuq. habebit; in quo praeterea cetera aliquam etiam considerationem christianam explicabit, de solempni sponione, quam vnusquisque fidelis in Baptismo facit; ut fideles qui adsunt, tam sanctae promissionis recordatione excitati, videant, atque exequantur, quae solempniter sponderunt.

Compates praeterea monebit, docebitq. eorum officij partes, quas pro susceptionis, fideiussionis munere praestare debent; ut scilicet, quem admodum sanctus Augustinus monet, infanti semper sollicitudinem verae charitatis impendant, curentq. ut is instituat doctrinae christianae rudimentis: admoneantq. ut idem castitatem custodiat; à maledicto, & periurio linguam cohibeat; cantica turpia & obscena non proferat; superbia non efferatur; non inuideat; iracundiam, odiumue in corde non teneat; & alia id generis.

Demonstrabit item cognationem spiritualem, quae inter Compates & baptizatum, illiusq. patrem & matrem; ac praeterea inter baptizantem, baptizatum, baptizatiq. patrem & matrem tantum contracta est.

Quae cognatio spiritualis, docebit, quam mutuis sanctae charitatis officijs, & quam sincere, & quam castè in primis colenda sit.

Monebit, de poena excommunicationis decreto Concilij Prouincialis proposita ipso facto subeunda, si ante annum exactum puerpera, nutrixue, aut alia quaevis mulier, aut alius quicumque vir, infantem vna secum in lecto teneat sine praescripta cautione; aut si quis id facere coegerit.

Monebit item, ut puerpera, simulatq. domo pedè à partu efferet, ecclesiam parochiale adeat, vbi benedictionem accipiat, statim prece praescripta in huius libri parte secunda.

Cauebit, ne ob eam causam ipse puerperae domum ingrediatur, etiam si illa aduersa valetudine laboret.

V u Ne-



Neque eidem panem benedictum sub hostiæ forma præbebit.

Cauebit à comellationibus Baptismi tempore, etiam domi parentum infantis.

Notabit præscripta ratione in libro baptizatorum, anteaquam discedatur, si commodè fieri potest, nomina, & cognomina ac patriam infantis, parentum, & patrini, ac matrina, siue in ecclesia, siue domi infans baptizatus est: annū item, & diem, cæteraq. ad præscriptum formulæ tradita.

Monebit denique, eundem Baptismi diem à parentibus notari: ut quo die infans baptizatus est, eum ex instituto patrum, quotannis ardentiori prece, elemosina si per facultates potest, omniq. charitatis opere atque officio, spiritalisq. gaudij celebritate recolat: memor se chyrographo damnationis deleto, hereditatis cælestis participem in Christo Domino factum esse. Repete, inquit sanctissimus pater noster Ambrosius, quid interrogatus sis; recognosce, quid responderis. Renunciaſti Diabolo, & operibus eius, mundo, & luxuria eius, ac voluptatibus. memor esto sermonis tui, & nunquam tibi excidat tuæ series cautionis.

### Ordo

Supplendi in ecclesia solemnes Baptismi cæremoniae, cum infans domi ob necessitatem baptizatus est.

**P**AROCIVS superpelliceo & stola violacea indutus, in limine ecclesiæ de infante domi baptizato in vestibulo ecclesiæ oblato ut superius dictum est, interrogat. deinde à patrino nomē infantis inquit; tū illū appellans dicit: *N. Memor esto sermonis tui, & c. ut supra.*

Deinde Parochus pollice & indice salua oris sui perſuſo, tangit infantis aures, primò dexteram, deinde sinistram dicendo:

*Ephata, quod est, adaperire, & c. ut supra.*

Hic oleo catechumenorum pollice suo inuncto, eum vngit in pectore, & inter scapulas, signum crucis faciendo, simulq. dicendo:

*Ego te linio oleo salutis, & c. ut supra.*

Postea bambacio partes vnctas abtergit: ac deinceps dicit. *ŷ. Dominus vobiscum*

*Oratio. Aeternam, ac insissimam pietatem tuam deprecor Domine sancte, & c. ut supra.*

Hic illum appellans signat in fronte signo crucis, his verbis:

*N. Accipe signum ✝ sanctæ crucis, & c. ut supra.*

*ŷ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Deus, cui ad initiandum nulla paruitas non idonea est, & c. ut supra.*

Hoc loco Parochus exorcizat, & benedicit sal. ut supra.

Deinde accipit sal benedictum, & c. ut supra.

*ŷ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Deus patrum nostrorum, & c. ut supra.*

Deinde stola alba suscepta, introducit eum in ec-

clesiam, & ait. *Ingrederi fili, & c. ut supra.* Dum accedit ad fontem, potest dicere psalmum. *Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū, etc. ut supra.* Infans apud sacrum fontem humi collocatur: & sacerdos vnà cum compatre, cōmatreue dicit, *Credo, & Pater noster, ut supra.*

*ŷ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Omnipotens sempiternæ Deus, respice propitius de excelsa sede maiestatis tuæ super hunc famulum tuum N. qui ad tuam cucurrit ecclesiam. Per Dominum nostrum, & c.*

Deinde dicit cum compatre litaniam genibus flexis, ut supra.

Postea persequitur reliqua omnia vsq. ad finem.

### De Baptismo adultorum.

**L**ICET Episcopalis cura sit, quemadmodum Prou. 5. tit. de Bap. pag. 219. S. Libris. concilij Prouincialibus decretum est, ut quæ cura & diligentia ex canonum præscripto, Patrumq. doctrina adhibenda est, in ijs ad Baptismum admittendis, qui adulta, seu perfecta sunt ætate, ea ne vilo modo omittatur; immo Episcopi plerumq. eius ætatis homines ipsi baptizare soleant: hoc tamen loco ea res omnino prætermittenda non fuit.

Cum is Baptismum petit, siue Iudæus ille sit, siue paganus, siue alius; primò quarantur testimonia certa de eius conditione, antea cta vita, statūq. omni: & hominis voluntas diligenter exploretur; vtrum ex animo, veraq. pietate Baptismum petat.

Si ita comperiat, per pium religiosumq. virum inquiretur, vtrum priorem vitam rationem deserere verè proponat; vtrum peccatorum suorum pœniteat, atque in posterum abstinere statuat.

Ad quæ si ille rectè, pieq. animo sit paratus; tum idoneo religiosq. viro cōmittatur, à quo per aliquot menses (nisi iusta, vel necessaria causa breuius spatium requirat) fidei doctrina, & christianæ vitæ institutionibus accuratè erudiat; & congrua quoq. abstinentia exerceatur.

Cum satis fuerit Archiepiscopi arbitrio christianè instructus, ad ecclesiam ducatur communi vestitu, albam vestem mox post Baptismum ritè accepturus; eiq. statæ cæremoniæ adhibeantur ex ordine Baptismi paruulorum.

Et quoniam dilatio Baptismo adulti conuenit, poterit plerumq. ad maiorem sacramenti cultū, vnum ex statis temporibus Paschatis, & Pentecostes expectari.

Interroganti respondeat ipse, non patrini: quod si fortè mutus, aut furiosus baptizandus esset; Archiepiscopus consulatur: qui item statuat, quando illa interrogatio adhibenda sit, *Meretur à parentibus?*

Patrini tamen semper assistat, tanquam qui pro baptizando spondeat.

Genuflexus debet, qui baptizandus est, fidem profiteri, Baptismumq. petere.

Bapti-

Baptizetur per immersionem, ut ritus Ambrosianæ ecclesiæ postulat, si quidem commodè fieri possit; alioqui per infusionem.

Quomodo autem qui baptizatus est, postea curetur, siue à patrinis, quorum proprium officium est, siue ab alijs ab Archiepiscopo probatis, cōcilio Prouinciali primo expressum est, quo loco de Iudæis agitur.

Tit. de Iud. pag. 54.

## DE SACRAMENTO Confirmationis.

### Rubricæ seu instructiones.

Quæ Parochus, alijue sacerdotes curent, atque exequantur, Episcopo sacramentum Confirmationis ministrante.

**Q**VI per Baptismū christiani facti sunt, quoniam ij adhuc imbecilli in spiritali certamine viriliter pugnare non queunt; Christum sacramento, quo spiritus sanctus in corda fidelium se infundit, roborati, nisi aliud illius efficientiam impediatur, aduersus omnes carnis, mundi, & Diaboli impetus fortiores fiunt, nouæq. virtutis robore firmiores Christi milites esse incipiunt. ob eam causam Confirmatio sacramentum hoc appellatur. cuius sacramenti ministrandi solus Episcopus habet potestatem ordinariam. At Parochus tamen pro curæ suæ munere in eo inuigilabit, ut aliquas etiam partes curet atque exequatur, quæ ad illud piè religioſeq. suscipiendum attinent.

Primum igitur Dominico, festiue die, qui solemnem huius sacramenti administrationem proximè præcedet, pastorales Archiepiscopi literas promulgabit; vnde etiam instructionem suam met sermonis & cohortationis suæ.

Argumentum quoque ei vberimum ad instruendum populum suppeditabunt, sacramenti huius vis, natura, & dignitas, salutareſq. effectus; ac præterea rituum & cæremoniarum quæ adhibentur, sanctiores significationes: quæ in re etiam catechismi Romani doctrinam, & sententias patrum appositas habebit.

Materia huius sacramenti est Christisma, quod ex oleo & balsamo solemni Episcopi consecratio ne conficitur: atque id non omni quouis tempore, sed statò sacro solemniq. die cœnæ Domini. Hinc ostendet Parochus, quanta religione, quantis virtutibus, quam multis rectè factis conscientia christiani hominis nitere debeat; quandoquidem nitorem illum oleum significat, quod cum pingue sit, naturaq. sua distuat, gratiæ etiam plenitudinem exprimit; quæ per spiritum sanctum à Christo capite in alios redundat, atque effunditur. Hic locus est, quo Parochus demonstrabit illa diuinæ gratiæ munera fidelibus collata: ex quibus diuinæ misericordiæ abundantiam pietatis officijs agnoscant,

religioſeq. recolant. Virtutum autem omnium, quibus homo christianus circumfluere debet, suauitatem in omnem partem diffundere illū oportere, significat illud quo linitur, balsamū oleo mixtum, cuius odoratus iucundissimus distillat. quod idem, quoniam putrescere non finit, quæ illo fuerint circumlita, ostendit, hominem confirmatum facilius à contagione peccatorum defendi posse.

Forma illa solemnis, qua Episcopus in sacramento hoc ministrando vitur, plena mysterijs est: quibus etiam populo explicandis Parochus studium adhibebit: diuinam potestatem, quæ, ut principalis causa in sacramento operatur, ostendet in ijs verbis: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Tum præterea in ijs verbis, *Confirmo te Christmate Salutis,* obseruabit, atque adeò exponet robur animi, & spiritus, quod per sacram vñctionem fidelibus ad salutem tribuitur: id quod latius explicabit ab effectibus huius sacramenti, qui mox infra ordine exponuntur. Sed huius diuini roboris & fortitudinis, quæ hoc sacramento confertur, exemplum longè omnium maximè illustre Parochus faciliè ab sanctis Apostolis sumet: qui antea quidem imbecilles, timidiq. clausis ædibus se continebant; sed vbi postea die sacro Pentecostes spiritum sanctum acceperunt, facti sunt viri fortes, constantissimi, atque ad omne certamen & pugnam pro fidei confessione, & propagatione expeditissimi: ita ut summa apostolicæ virtutis contentione vnuerſum orbem terrarum, breui, etiam repugnantibus importunissimis hostibus, Euāgelij luce collustrarint. Atque huius quidem generis copia ex alijs quoque locis magna Parocho concionanti suppeditabitur.

Obseruabit item Parochus, dum sanctæ Confirmationis formulam Episcopus profert, ab eo simul imprimi fronti eius quem confirmat, signum crucis.

Primum eo ritu ostendet, christianum hominē, non verecundiam, quæ in fronte maximè elucet; neque metu, nec periculo perterriti vnquā debere, quin palam, & liberè Iesum Christum ignominiosè pro peccatis nostris cruci affixū, & omnem eius doctrinam confiteatur. Deinde appositè etiam exponet, illo crucis signo quo Christus Dominus triumphauit, christianum hominem, in cuius fronte, dum confirmatur, illud imprimitur, in numerum adscribi fortissimorum eius militum.

Hunc instruendi populi locum is nactus, admirabiles etiam alios huius sacramenti effectus diligenter exponet. illum præsertim, qui ad spiritus sancti septem dona pertinet: de quibus tū alij Patres, tum S. Ambrosius ita loquitur.

*Sequitur spiritale signaculum, quod audistis hodie legi, quia post fontem superest, ut perfectio fiat, quando ad inuocationem sacerdotis spiritus sanctus infunditur: spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, atque virtutis, spiri-*

V u 2 tus

tus cognitionis, atque pietatis, spiritus sancti timoris. Septem quasi virtutes spiritus. Et omnes quidem virtutes ad spiritum pertinent, sed istae quasi cardinales sunt, quasi principales. Quid enim tam principale, quam pietas? Quid tam principale, quam cognitio Dei? Quid tam principale, quam virtus? Quid tam principale, quam timor Dei? Sicut timor seculi infirmitas, ita timor Dei magna est fortitudo. Istae sunt septem virtutes, quando consignaris. Nam ut ait Apostolus sanctus: Quia multiformis est sapientia Domini nostri, & multiformis sapientia Dei; ita multiformis est spiritus sanctus, qui habet diuersas variasque virtutes.

Cum dona spiritus sancti parochialibus suis exponet, illos etiam ad id inflammabit, ut ea cum frequenter, tum vero quo tempore hoc sacramentum ab Episcopo ministratur, animo menteque reputent, ac simul videant in tanta diuinorum munerum gratia progressiones suas. Repete, inquit sanctus Ambrosius, quia recepisti signaculum spirituale, spiritum sapientiae, & intellectus, spiritum consilij, atque virtutis, spiritum cognitionis, & pietatis, spiritum sancti timoris: & serua, quod accepisti. Signauit te Deus pater, confirmauit te Christus Dominus, & dedit pignus spiritus in corde tuo, sicut apostolica lectione didicisti.

In Pentecoste praecipue hoc sacramentum ministrari ostendet, quoniam eo maxime die Apostoli spiritus sancti virtute roborati confirmati sunt: cuius facti recordatione fideles admonebit, quae, quantaque mysteria in sacra Confirmatione cogitanda sint.

Episcopus eum leuiter in maxilla caedit, quem chrismate confirmat. Hunc ritum Parochus ita docebit, ut sciat homo christianus, se iam militem esse, cuius pugna, & victoria eluceat in patiendis iniurijs, non in illis inferendis: deinde se in christiana militia constitutum esse, in qua non huius vitae iucunditates & comoda quaerant, sed incommoda potius, atque adeo mala multa patienter ferat: ac praeterea intelligat officij sui esse, in acie stare, telaque vnde veniant obseruare; ita ut quamuis illis telorum ictibus corpus, honor, opesque laedantur, anima tamen nullo pacto offendatur.

Patrinum hoc etiam sacramento adhiberi ostendet, ut sciat christianus, se spiritus sancti gratia perfectionem ita esse affecturum, ut sibi ipse tamen non fidat, sed aliorum, qui vel aetate, vel disciplina prouectiores sunt, monita consiliaque libenter audiat, atque amplectatur.

Postremo pacem confirmatis dari ostendit, ut intelligant, se gratiae caelestis plenitudinem, & pacem quae exuperat omnem sensum, consecutos esse.

Ex ijs omnibus denique ritibus facile parochialibus suis demonstrabit, quanti momenti sit esse confirmatum.

Iam vero sacramentum hoc, ut mox supra demonstratum est, cum sit res sanctitatis plena, per

quam fidelibus diuina munera tam largè impertiuntur: Parochus id vigilantissime studebit, ut sui parochiales, qui nondum confirmati sunt, nullam in eo suscipiendo negligentiam committant; utque praeterea pie religioseque suscipiant.

Si quos autem negligentes animaduertit, eos paterna obiurgatione id valde cohortabitur, ut ad Confirmationis sacramentum suscipiendum, data praesentis Episcopi ministracione celebrantis opportunitate, seintinent; alioquin illis timendum valde esse demonstrat, quod cum potuerint, in re salutari tam negligentes extiterint. Atque in Confirmationis sacramento suscipiendo negligentes, ut decreto prouinciali ex canone Rhemensi cauetur, canonicis subiacent disciplinis. Et praeterea parentes, quorum negligentia id factum est, ex libro poenitentiali poenitentiam olim egisse annos tres apparet.

#### Preparatio ante ministracionem sacramenti Confirmationis.

**P**A V C I S ante ministracionem diebus, Parochus in cuius Parochia huius sacramenti ministratio indicitur, primo orationem publicam instituet, ut sui diuinæ gratiae dona vberissime recipiant. distinctè per familias notabit, qui hoc sacramentum nondum susceperint; indicemque illorum rectè atque ordine conficiet.

Pueros describet, qui annum octauum attigerint. quam aetatem si quos rationis vsu, deuotionisque studio antecedere forte viderit, eos quoque in numero eorum adscribet, qui Confirmationis sacramento initientur; ut spiritus sancti virtute confirmati, accedant etiam ad praestantissimum Eucharistiae sacramentum.

Qui in puerili aetate confirmati fuerint, ij, ut aetate procedente à parentibus ea de re fiant certiores, Parochus moneat.

Aegrotos praeterea nondum confirmatos designabit, eosque Archiepiscopo denunciabit, ut ne ingravescente morbo sine hoc sacramento decedant.

Notandis nominibus eorum, qui Confirmationis suscipient, hoc curabit, ut si qui turpe nomen habent, illud mutent, sumantque in Confirmationis sacramento nomen Sancti alicuius, quem in caelis patronum deligant, & ad imitationem sibi proponant ad pie agendum, illius virtutum exemplis, recordationeque excitati. quam in sententiam dicet etiam, ut supra in sacramento Baptismi demonstratum est.

Praemonebit ut nemo excommunicatus, interdictus, in graui, publicoque peccato iacens, accedat ad hoc sacramentum; neque qui in Paschate communionem abstinerit.

Illud vero maxime hortabitur, ut hoc sacramento cum spiritus sancti gratia vberissime conferatur, ad eam consequendam se ieiunijs, elemosina qui per facultates possunt, alijsque pietatis officijs & operibus parent: atque in primis

frequentiore, & ardentiore religiosae orationis studio deuote se se exercent, exemplo sanctorum Apostolorum; qui dum expectarent spiritum sanctum, perseverantes erant in oratione, & ieiunio. sed efficiet saltem, ut pridie diei Confirmationis ieiunent, qui possunt.

Hoc vero diligenter curabit, ut de peccatis confiteantur; confessioque ad Confirmationis sacramentum accedant; tum confirmati sacramentum communionem sumant; si commodè seruari poterit, antiquae consuetudini erit accommodatus. seruent certe illi, qui ad id rectè praeparati, tunc primum sacramentum communionem percipere solent.

Confessionis autem praestitae testimonium scriptum ei praebent, cui cura haec commissa est. Praemonebit item, ut omnes mane ieiuni illud suscipiant; quemadmodum & ieiunus Episcopus ministrat.

Ut mares, tam qui Confirmationem suscipere solent, quam qui ad eam patrinus adhibebuntur, vestitu simplici, moderato, & modestiae christianae consentaneo accedant; & arma item deponant.

Idem foeminae praestent: ita scilicet, ut ne fucos, & pigmentis facie illita, non immoderato capitis, corporisue ornatu accedant; sed ita, ut cum capite rectè velato sint, tum reliquo vestitu, cultuque eiusmodi, qui christianas mulieres, graueque decet.

Ut omnes qui confirmandi sunt, accedant non incompositis, atque vsque adeo promissis capillis, ut penè frons obtegatur. Neque rursus fronte sint aut forte madida, aut sordibus confersa. Pridie igitur diei quo Confirmationem suscipient, caput lauent, aut mudent; capillos item tonderi curent.

#### De modo procedendi ad sumendum Confirmationis Sacramentum.

**C**onstituta die bene mane omnes & mares & foeminae cum suis patrinis in ecclesiam suam Parochialem ad signum campanarum conueniant, ut hora tertia confirmari possint. inde praesente Parocho, parochiali que sancti Patroni vexillo, ut moris est praelato; ad Basilicam Metropolitanam, aut collegiatam, aliamue, vbi hoc sacramentum Archiepiscopus ministraturus est, bini ordine procedant.

Quam vero diem, & ecclesiam certam Archiepiscopus ad hoc sacramentum ministrandum unicuique viciniae parochiali constituerit: id ita cuncti seruent, ut ne quisquam neque alia die, neque in alia ecclesia illud sumat: nisi fortasse constituta ea die necessariò impeditus sit.

Venient autem primo in locum, scribendis illorum qui confirmandi sunt schedulis praefinitum. Eoque loci testimonium praestitae confessionis sacerdotibus, ac luthisque dabunt, huic curae praefectis. Deinde ut experiundo cognoscatur, an

& ipsi qui confirmandi sunt, & patrinus eorum, quos rudiores esse probabile sit, orationem Dominicam, salutationem Angelicam, solum Apostolorum, & Decalogum rectè norint, Parocho in primis, & reliquis deputatis memoriter reddant; nisi tamen id in confessionis sacramentum praestitisse, in testimonio ipsius confessionis appareat.

Idem foeminae exequentur loco deceti, sibi potissimum separatimque constituto. Vbi haec fidei rudimenta reddiderint, accipiant singuli statim suscipienda Confirmationis schedulam: inde ad suam quique ecclesiam partem, foeminae ad septentrionalem, mares ad australem reuersi, pijs precationibus meditationibusque parent se ad sacramentum hoc deuote rectèque suscipiendum.

Quam schedulam vbi acceperint, alium patrinum quam in ea notatum nemo sibi quisquam eligat. Si vero quis ob causam eum mutet, schedulam item aliam sibi conficiendam statim curet, in qua is scribatur.

Quibus locis fideles conueniunt, ne fusi vagè varieque dispersi sint, dum morantur; sed omnes simul, & qui confirmandi sunt, & patrinus, deceter se habebunt, ut sese pie cum silentio praeparant, precibusque vacent: aut etiam vnà cuncti litanias recitent; quod ut verè praestetur, ecclesiae presbyteri, ac ministri diligenter curent.

Prouideatur etiam, ut omnes Missae sacrificio deuote intersint.

Dum ad inuocandum spiritus sancti gratiam preces fierent, omnes genibus flexis deuote orabunt, in mysterij meditatione fixi quod peragendum est.

#### De Patrinis.

**Q**UI confirmandi sunt, singuli patrinum sibi adhibent: cuius munus est, filiolum quem in Confirmatione tenuit, monere, eique tanquam ducem se praebere, ut in quotidiano spiritali certamine aduersarium vincat: sed & si rudem illum viderit, non solum fidei christianae documentis instruere, verum etiam ad viam salutis, virtutumque christianarum disciplinam erudire cohortationibus, atque exemplis, ut in sacramento Baptismi traditum est.

Quamobrem patrinus is deligatur, qui non solum doctrinae christianae instituta praecipuaque teneat; sed etiam qui vitae pie exemplo ita se instituit, ut magister, vereque patrinus, ac dux alijs esse possit ad bene agendum, progrediendumque in via Domini.

Nec vero patrinus casu eligendus est, ut potè homo quisquam planè ignotus, aut verò hospes & peregrinus, cuius consuetudinem in posterum probabile sit minime habendam.

Patrinum autem vnum duntaxat ad hoc sacramentum quis deliget: matrinam itidem vnà. Erit patrinus qui deligetur, vbi fieri potest, natu maior eo, quem sibi filiolum in Confirmatione suscipit; aut saltem id aetatis, ut illius re-

Etè instruendi partes officiūq. præstare queat. Id denique seruabitur, vt (quoniam ita honesta ratio postulat) neque fœminis mares, neque rurſus fœminæ maribus patrini vel matrinæ adhibeantur. Neque item minores quatuordecim annis, nisi quando necessitas aliter cogit. neq. pater item, aut mater: neque vir, aut vxor. Ne patrini, qui in Baptismo, vel catechismo adhibitus est, idem in hoc sacramento adhibeatur, nisi necessitate cogente.

Nemo autem neque in hoc etiam sacramento patrini sit, qui excommunicationis, aut interdicti vinculo irretitus tenetur: quiuè item Paschali tempore proximo sacram communionē non sumptit: nec verò præterea, qui in graui, publicoq. peccato iacet.

Ne item patrini sit, qui sacro chrismate nondum confirmatus est. sed neque quo die quis confirmatus est, eo ipso die alios confirmandos offerat. Idemq. in fœmina seruetur.

Nemo patrini, matrinæ eodem die plures in Confirmationis sacramento teneat quàm vnum, nisi ex Archiepiscopali facultate.

Hæc Parochus præmonebit, & cætera item, quæ pro temporum ratione Archiepiscopus præmonenda censuerit, literis eo nomine editis.

*De Ecclesia, & apparatu ad Confirmationis ministrandæ usum.*

**E**CCLĒSIA (quæ ampla, vt commodè capiat multitudinē fidelium, qui confirmandi sunt, & cunctis vicinijs parochialibus commoda esse debet) distincta sit item ad præscriptum tabularo, telauè, vt mares à fœminis separatim maneant, neuè ordine dispositi, è conspectu, regio neuè sint.

Collegiata quoque rectè erit, aut saltem eiusmodi, in qua aliquis cleri numerus sit, è quo sacerdotes, acoluthiq. deligi possint, qui solemnè huic actioni ministerium operamq. nauent.

Parochus, Præfectusue ecclesiæ, vbi solemnè huic sacramenti ministratio celebrabitur, eâ piè ornabit ad præscriptum, præsertimq. altare maius, vbi ministrari solemne est.

Signum item campanarum solemne dari curabit, tum vesperi antè ad significandam huius ministerij celebritatem; tum manè, vt ad conueniendum in tempore omnes excitentur.

Apparentur autem atque instruuntur commodo loco, & decenti, rebus ad scribendum usum necessarijs mensæ duæ; vna in qua marium, altera in qua fœminarum nomina ordine exscribantur. Eæ verò ita distincte, atque ad eò seorsum collocabuntur, vt earum situs nullam commixtionem permixtionem confusionemue pariat.

Res porro, quæ ad ministrandam huius sacramenti usum necessariæ apparabuntur, erunt hæc.

Indumenta sacra, tum Archiepiscopi, tum assistentium.

Vasculum chrismatis, in peluicula ritè & de-

centur accommodatum.

Lana gossipina, seu bambacium, ad vsum abstergendæ frontis sacro chrismate illitæ. cuius bambacij tanta copia parabitur, quanta satis videtur, pro ratione multitudinis fidelium ad Confirmationem suscipiendam conuenientium. Mantilia duo vsui ecclesiastico addicta, vnum ad abluendam, alteram ad abstergendam frontem. Pelues duæ, vna ad bambacium colligendum, altera ad manus lauandas.

Medulla panis ad abstergendas manus, & manutergium.

Cerei duo, qui præferentur Archiepiscopo sacramentum hoc ministranti.

Vas aquæ ad alterum mantile madefaciendum.

*De sacerdotibus, alijsq. ministris ad solemnè huius ministrandæ usum adhibendis, eorumq. officio.*

**D**ELIGENTVR sacerdotes, alijue facti ministri moribus graues, qui schedulas eorum scribant qui confirmandi erunt, qui huic officio satis sint.

In his potissimum vnus eligatur: cui vt supra recitent fidei rudimenta qui cõfirmandi sunt; & alij qui schedulis subscribat.

Nemini schedulam sumendæ Confirmationis dabant, qui patrini, aut si fœmina, quæ matrinam secum non habeat.

Patrini, & matrinam adhiberi non sinent, nisi si ijs conditionibus vt supra demonstratis.

Et verò antequàm schedulam dent, hæc sedulo videbunt: an confirmandi sint ætate præscripta, an confessi, anq. item habitu decenti; & omnino an aliquid habeant contra quàm præscriptum est. Instruent autem, vbi hæc viderint, ad præscriptum.

Vbi breui instruxerint, tum demum Confirmationis suscipiendæ schedulam dabunt: in qua nomen eius qui confirmandus est, patris item, & cognomen, parochia, aut locus notabuntur. patrini item, & eius patris nomen, & cognomen, parochia, locusue.

Si nupta erit, pro patris nomine ei adscribent nomen coniugis, cognomen verò familiæ, in qua nata est, & mariti item. Idem de matrina nupta seruabitur.

Nomina autem singulorum, vt potè & eius qui confirmandus est, & patrini, à capite lineæ ponantur.

Formula Schedulæ.

*N. filius N. Parochiæ S. N.*

*Patrini N. filius N. Parochiæ S. N.*

Si matrimonio iuncta erit, formula adhibebitur hæc.

*N. vxor, N. Parochiæ, &c.*

Schedulis singulis subscribetur, vt supra.

Schedulæ singulæ singulis dentur.

Præpositus ecclesiæ, in qua solemnè hæc actio celebratur, aliusue qui dignitate præstet, ad vasculum chrismatis, & ad librū pontificalem minister

Archi-

Archiepiscopo præstò erit, veste indutus, qua in choro ad diuina officia vitur.

Minister alter adhibebitur, qui schedulas colligat, in ijsq. scripta nomina Archiepiscopo ordine recitet, voce quæ audiatur.

Is hæc animaduertet vt schedulæ ex formula rectè confectæ sint: vt præterea ne patrini alius adhibeatur, quàm in schedula notatus. iridem de matrina: ne item qui accedit, alterius parochiæ sit, quàm eius, quæ tum ad confirmationem vocata est.

Ne quis item alterius diocesis sine facultate sui Episcopi, ad præscriptum Conc. Prou. 4.

Nec verò schedulas manu alterius scriptas, quàm eius, cui cura potissimum data est, accipiet: vt certum exploratumq. esse possit, de ijs, qui fidei rudimenta recitarint.

Singulas demum schedulas vt accepit, ordine in filum acu infiget, quem paratum habebit. Præstò erunt præterea alij ministri duo, quorum erit, caeremonias ritè curare; vt scilicet qui confirmandi sunt, sinistrum pedem supra dextrum suorum Patrinarum ponant, manibus piè iunctis sint, & recti stent.

Videbunt item cætera vt seruentur, quæ de vestitus modestia præscripta sunt.

Obseruabunt etiam, vt patrini matrinæ, vnum, vnamue, nec verò plures in confirmatione eodem die teneat, nisi vt supra.

Aderunt item ministri alij duo: vnus, qui sigillatim dum Archiepiscopus confirmat, ordine abstergat bambacio frontes eorum qui confirmati sunt: tum idem bambacium, quod ad abstergendum usum adhibuerit, in peluim ab acolutho manibus sustentatam ponat; vt deinceps comburatur, combustumq. projiciatur in sacrarium. Alter qui mantili madido abluat frons confirmatorum, & mantili altero abstergat. Cauebit autem, vt ne guttula quidem aquæ è mantili madido in terram defluat.

Ambo hi ministri moribus & ætate graues erunt, modestiaq. exemplis probati, ij præsertim, qui ad fœminarum confirmationem adhibebuntur.

His præstò erunt itidem clerici duo, vnus qui peluim gesserit ad colligendi bambacij usum: alter, qui alteram peluim habeat mantilis madefaciendi causa, ad frontes abluendas.

Alius item præter hos adhibebitur: cuius cura erit, confirmatos in ordine continere, dareq. operam, vt ne quisquam inde discedat, nisi cunctis qui in ordine sunt, confirmatis. Quos vbi confirmatos viderit, inde ad certum locum, cappellamue deducat, vbi litanijs, alijsq. orationibus sanctè precentur, quoad Archiepiscopus precibus ritè peractis omnes solemnè benedictione dimiserit.

Idem de fœminis confirmatis exequetur, illas etiam deducendo ad certum locum à maribus separatum, vbi itidem orient.

Sacerdos præterea præstò erit, qui prout parochiarum ordo postulat, in ecclesiam introdu-

cet eos, qui confirmandi sunt. Proinde ex scheda quam in manu habebit, ordine parochiarum fideles ad Confirmationem euocabit: singuliq. parochijs locum constituet, viris quidem distinctum à fœminis.

Quo in officio ita ager, vt in tempore introducat, ne ministratiōi mora interponatur.

Acoluthi præterea aderunt duo, qui Archiepiscopo ministranti cereos accensos duos præferant: ostiarij duo, pluresue, qui ianuam custodiant, vt ad confirmationem vocati ordine ingrediantur.

*In Confirmatione hæc vt infra seruabuntur.*

**P**RIMUM in ecclesiam introducti qui confirmandi sunt, mares vt dictum est, à parte australi, fœminæ à septentrionali manebunt. Genibus item flexis, manibus antè pectus iunctis orabunt.

Omnes præterea alij, quicumque sacro illi ministerio adsunt, silentio sancto videntur, sancteq. precabuntur.

Summa animi attentione spectabunt solemnè mysterij celebritatem.

Mente secum reputabunt illa spiritus sancti dona, quæ sacramenti huius virtute fidelibus impartuntur.

Tacita etiam meditatione videbunt, quanto peiore ipsi ijs donis indigeant.

Acceriti autem primò mares, deinde fœminæ, cum suis quique patris, matrinæ, graui incessu, non turbulento, & ceteri præproperouè gressu, manibus iunctis, ad Confirmationem accedent: locoq. & ordine ad præscriptum monitoris consistent.

Archiepiscopus cum propius ad confirmandum accedet, ordine quique sinistrum pedem, vt supra dictum est, supra dextrum patrini, aut si fœmina est, matrinæ ponet, manibus deuotè iunctis. Quo in statu permanebit, quoad frons abluta, absterlaq. erit. Nemo autem frontem sacro chrismate illitam attingat, ne crucis quidem causa, nisi prius ablutam, atque abstersam. Inde postea omnes simul ordine ad constitutum locum venient, vbi sanctè precentur vt supra dictum est, vsque ad solemnem Archiepiscopi benedictionem.

*Post confirmationem quæ agenda sunt.*

**I**MPERTITA confirmatis solemnè benedictione, vnusquisque Parochus curet parochias suos reducere ad ecclesiam suam, ordine quo venerunt: vbi hæc moneat.

Vt recens confirmati, ob sacramenti reuerentiam eo saltem die à frontis lotionem abstineant.

Vt pro pietatis studio orationem dominicam, salutationem angelicam, & tymbolum, singulis septem diebus septies, qui literarum rudes sunt recitent; officium autem de spiritu sancto septies itidem qui legere norint: memores septem



septem cœlestium donorum, quæ illius sacramenti virtute acceperunt.

Vtq. solliciti sint in ijs religioſe conſeruâdis. Vt anniuersarium ſtatum illum diem, quo confirmati ſunt, religioſius ſinguli pietatis officijs, & precibus colant; conſeſſiq. ſacram Eucharistiã ſumant, vt benigniſſimo Deo gratias agant de donis acceptis.

Eum confirmationis ſuæ diem ob eam cauſam certo libro adulti notent: itidemq. faciant parentes eorum, qui pueri confirmati ſunt.

Cognitione quoque ſpiritualem denunciabit, quæ contracta eſt inter confirmatum, parentes eius, & patrinam.

Denique ad præſcriptam formulam referet in librum quem paratum habebit, nomina & confirmatorum, & patrinorum, matrinarumue.

## DE SACRAMENTO

### Sanctiſſimæ Eucharistiæ.

#### Rubricæ, ſeu inſtructiones.

##### Quæ Parochus populum doceat.

**N**ihil habet eccleſia hoc ſacramento dignius, nihil admirabilius, nihil ſalubrius, nihil ſanctius. Continetur enim in eo præcipuum & maximum Dei donum, & ipſe omnis gratiæ, & ſanctitatis fons, auctorq. Chriſtus Dominus.

Parochus igitur vt populum ſibi commiſſum idoneum reddat ad maximos vberriſſimq. huius ſacramenti fructus percipiendos; ſingulis diebus feſtis, qui ſcilicet frequentem illius communionem proximè antecedent, atque adeo ſæpius prout opportunum viderit, illum accurata, piaq. concione docebit, planeq. explicabit fidem, doctrinam, excellentiamq. huius præſtantiffimi ſacramenti: quo item modo ad illud ſumendum accedant; quàm admirabiles itidem illius fructus ſint, quanta vis, ac dignitas: & denique vbi ſumpſerint, quo modo gratiam conſeruent.

Hos autem fructus enumerare poterit.

Gratiam in animam influit, cum purè, & ſanctè ſumitur: *Qui manducat*, inquit Dominus, *meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Qui enim pietatis & religionis ſtudio affecti hoc ſacramentum ſumunt, Chriſti corpori tanquàm viua membra inferuntur, ſiquidem ſcriptum eſt: *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me.*

Animam alit, atque ſuſtentat: quoſque vſus corpori panis & vinum adfert, eos omnes animæ ſaluti, & iucunditati, ac meliori quidem ac perfectiori ratione, Eucharistiæ ſacramentum præbet.

Vires animæ addit, efficitq. vt ſpiritus diuinarum rerum delectatione magis comoueat, vt

virtutibus augeatur, ac diuinè corroboretur.

Venialia peccata hoc etiam ſacramento remittuntur: vt merito dicat S. Ambroſius, *panem hunc quotidianum ſumi in remedium quotidiana infirmitatis.*

Vires præbet, vt à criminibus fideles puros & integros, atque à tentationum impetu incolumes conſeruent. Ac prætereà tanquàm cœleſti medicamento animam præparat, ne alicuius mortiferæ perturbationis veneno facilè infici, & corrumpi queat.

Concupiſcentiæ ardorem debilitat, dum charitatis igne animos fidelium vehementer inflammatur.

Postremò vt vno verbo dicatur, ſummam vim habet ad æternam gloriam comparandam. eius videlicet gratia, dum hanc vitam fideles degunt, conſcientiæ pace & tranquillitate perfruuntur: deinde eius virtute recreati, nõ ſecus atq. Elias, *qui ſubcineritij panis fortitudine ambulauit vsque ad montem Dei Oreb*, cum ex vita emigrandi tempus aduenit, ad æternam gloriam & beatitudinem aſcendunt.

##### De frequenti ſacra communionis vſu.

**A**d ſaluberrimum igitur huius ſacramenti frequenter ſumendi vſum Parochus fideles cohortabitur, atque excitabit, naſcentis Eccleſiæ inſtitutis, ac exemplis, & ſanctorum patrum omnium conſentiente doctrina, vt ex ca rechiſſimo Romano diſcere poterit; & ſententia œcumenicæ Synodi Tridentinæ: quæ optaret quidem, fideles in ſingulis Miſſis non ſolum ſpirituale affectu, ſed ſacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicare. curabit certè, vt præter Paſchatis communionem, quæ Eccleſiæ præcepto neceſſaria eſt, ſaltem in præcipuis ſolemnitatibus, veluti die Natali Domini, Epiphania, Pentecoſte; in diebus ite feſtis maioribus beatæ Mariæ Virginis communicent.

Crebris prætereà monitis, illud quod beatiffimus Siluerius Pontifex ſtatuit, in conſuetudinem reuocare ſtudebit, vt qui ſæpius non comunicant, in quadrageſima ſaltem Dominicis diebus corpus Domini ſumant, & die item cœnæ Domini ex antiquo inſtituto; ac prætereà in Aduentu itidem præſent.

Eam prætereà conſuetudinem in parochia ſua introducere curabit, vt quoties quis iter longum, aut inſeſtum, remq. arduam & difficilem, etiam in qua nullum mortis periculum extimeſcendum ſit, aggredietur; qui item aliqua graui perturbatione, vel ex filiorum, coniugiuè obitu, vel ex bonorum amiſſione, vel ex alia re aduerſa affligitur, ſacram communionem conſeſſus ſuſcipiat. Idemq. faciat, itinere, vel negotio difficili quod ſuſceperit, conſeſto, vel quocunq. beneficio accepto; gratias Deo acturus huius ſacramenti ſumptione: in quo præcipua quædam ratio ineſt, qua Deo pro

3. Reg. 19.

Scs. 22. de ſacr. Miſſæ, c. 6.

pro immenſis in nos collatis beneficijs aliquam gratiam piè referamus.

Curabit item, vt mulieres proximè parituræ hoc ipſum præſtent, ac prætereà cum primum à puerperio ad eccleſiam accedent.

##### De cuſtodia ſanctiſſimæ Eucharistiæ.

**O**MNEM etiam maximam diligentiam, curam, ſummumq. ſtudium Parochus in eo ponat, vt, cum ipſe tremendum hoc ſacramentum, qua debet reuerentia, debitoq. cultu tractet, cuſtodiat, & adminiſtret; tum etiam populus ſibi commiſſus religioſe colat, ſanctè, ſerè quenterq. ſuſcipiat.

Sacroſanctam Eucharistiã, vt decèſſimè fieri poteſt, in altari maiori cuſtodiat, & aſſeruet. Ad cuſtodienti aſſeruendiq. vſum habebit tabernaculum ad præſcriptam rationem factum. quod quidem clauè (quam apud ſe tenebit, neque clerico committet) benè clauſum habebit; ne, quod eccleſiæ, & Chriſtiano populo datum eſt ad ſalutem, maleficorum manus Diabolo operante ad perniciem abutatur: id quod etiam veteri canone cautum eſt. Alioqui ſi ea in re negligentiam ipſe commiſerit, graues ſibi pœnas ex canonum diſciplina propoſitas eſſe meminerit.

Eius ornatus exterior, & veſtitus interior, & oſtiolum erit ad præſcriptam formam.

Prætereà tabernaculum ipſum, aptè, rectè, & decenter, firmiterq. collocabitur, fixumq. altari inhaerebit: conopœo decenti operietur: atque ab omni alia re vacuum erit: neque prætereà armarium vllum, etiam ſubtus habebit.

Pixides item habebit tanto ſacramento dignas, ex canone, & ad præſcriptum.

Lampadarij ſit, in quo lampades accenſæ ſemper coluceant; ſiq. non plures, vna ſaltem in conſpectu ſanctiſſimæ Eucharistiæ. Lumen vero lampadam oleo oliuæ nutrietur; nec verò alterius generis adhibeatur, niſi quibus locis Archiepiſcopus ob eam cauſam conceſſerit, quia nullum eius generis haberi poteſt.

Sanctiſſimæ autè Eucharistiæ, pro parochiæ magnitudine, & communicantium multitudine, particulas opportuno tempore habebit: ſed quinque ſaltem perpetuo cuſto diet in pixide. Eas autem octauo quoque die ad ſummum renouabit, præfertim quinta quaque feria, ſi commodum erit; in qua Chriſtus Dominus hoc tantum ſacramentum inſtituit: hoſtiæ autem adhibeantur recentes, & à viginti diebus ad ſummum conſeſtæ. Id verò etiam præſtabit, vt vbi recentes conſecrauerit, veteres primò miniſtret.

##### Qui ad ſacram communionem admittendi ſunt.

**O**MNES fideles ad ſacram communionem admittendi ſunt, exceptis ijs, qui iuſta ratione prohibentur. qua de re quæ à ſacris do-

ctoribus traduntur, cognoscere ſtudeat. ſed hoc loco hæc ſummatim monentur.

Non admittuntur ad communionem hæretici, ſchiſmatici, excommunicati, interdicti, publicè criminofi, manifeſteq. infames; vt meretrici, publici concubinarij, foeneratores, magi, ſortilegi, blaſphemi, & alij id generis publicè facinoroſi homines. Atque iſti quidem ſi ad pœnitentiam & communionem admiſſi, poſtea in eiſdem peccatorum ſordibus verfabuntur; ad huius ſacramenti perceptionem rursus ne facilè admittantur, quoad ipſe Parochus qui illorum curam gerit, eos vitam & mores re ipſa emendaſſe perſpexerit.

Reis capite damnatis in tẽpore miniſtrabit: aget verò cum iudice, magiſtratuè, vt quo die illi corpus Domini ſumpſerint, ne eo die ob reuerentiam afficiantur vltimo ſupplicio.

Amentibus prætereà hoc ſacramentum non miniſtrabit; quãuis ſi antequàm in infaniam incidèrint, piã & religioſam animi voluntatè præſe tulerint, licebit in fine vitæ ex decreto Concilij Carthaginenſis, modò vomitionis, vel alterius indignitatis, & incommodi periculum non ſit. licebit etiam, ſi quando ad ſanitatem redeunt, & deuotionem oſtendunt, dũ in eo ſtatu manent; ſi idem periculum abſit.

Pueris item, qui propter ætatis imbecillitatem nondum huius ſacramenti cognitionem, & guſtum habent, ſacram Eucharistiã non miniſtrabit.

Nec verò grandiuſculis præbebit, qui tunc primum illam ſumere voluerint; niſi aliquot antè diebus eos examinarit, atque inſtruxerit de vi & ratione huius tanti ſacramenti. Id verò quò diligentius præſtet, in quadrageſima per ſingulas parochiales familias delectum habebit puerorum, atque adoleſcentum, qui primum in Paſchali celebritate proxima ſacram communionem ſumpſerint. Ac prætereà his ipſis omnibus in ſingulas quadrageſimæ hebdomadas certos præſtituet ſcrutinij dies, quibus illos non ſolum accuratè examinet, ſed inſtruat quàm diligentiffime.

##### De præparatione animi.

**P**ORVLVM etiam docebit, qua præparatione, & quanta animi religione ac pietate, quàm ſupplici mente, & humili etiam corporis habitu ad illud ſumendum accedere debeat: quãtaq. rursus illis ſupplicia parata ſint, qui indignè illud ſuſcipiunt.

De qua quidem animi præparatione hæc poſtiſſimum tradet.

Primum fidelis vnufquiſque ita paratus & inſtruetus eſſe debet, vt huius ſanctiſſimi ſacramenti fidem integram teneat, rectèq. diſcernat meſam à menſa, hanc ſacram ab alijs profanis, cibum à cibo, cœleſtem hunc panem à communi; rectèq. ſciat, in communionem quæ ſub vno tantum ſpecie à laicis ſumitur, integrum corpus

Ioan. 7.

Ibidem.

pus Domini etiam cum sanguine sumi: & cū frangitur hostia consecrata, totum Christi Corpus in qualibet parte fracta contineri.

Conscientiam præterea suam scrutetur diligentissime, ne forte exitiali aliquo peccato contaminatus sit, ut prius contritionis, & confessionis medicamento eluatur. Atque omnem præterea adhibeat diligentiam, ne quid ei desit ad summam animi integritatem, & innocentiam.

Omnem distractionem mentis, animiq. somnolentiam depellere studeat.

Exquirat tacitus à seipso cum timore an illud Petri Apostoli sibi usurpare liceat: *Domine, tu seis, quia amo te.*

Videat etiam, num pacem cum alijs habeat; nū proximos verè, atque ex animo diligat.

Ab omni desiderio, delectatione, omniq. sensus amore, quo diuinæ charitatis studium languescit, purum integrumq. animum conseruare studeat; sensusq. omnes seueritate quadam moderata cohibere, etiam in rebus licitis.

Sanctis item meditationibus ad Dei amorem inflammet animi sui voluntatem, quam pietatis operibus etiam atque etiā sæpè confirmet.

Desiderium cœlestis huius cibi sumendi excitet duplici consideratione; quarum vna est, ut altissimi huius sacramenti excellentiam, admirabilemque fructus, salutaremque utilitates meditetur: altera est, ut tacitus etiam cogitet ipsi rituales inopiam suam, spiritalesque suas necessitates.

Humilitatem autem, & reuerentiā excitabit, ita ut secum mente reputet, totum Christū ibi esse, quem in cœlo Angeli adorant; ad cuius nutum columnæ cœli contremiscunt, & pauēt; cuius gloria plenum est cœlum & terra. Deinde cogitabit, quàm indignus ipse sit, cui tantū diuinumque beneficium à Domino tribuatur. Atque his quidem; alijsque meditationibus ita se parabit, ut & sancto desiderio, & summa reuerentia, humilitateque, ad sacram mensam huius pabuli cœlestis accedat.

In communionem ipsa ut sanctè religioseque fideles animo versentur, hæc docebit Parochus, & oportune præmonēbit.

In primis quo ardentius sanctum amorē, qui in sacra communionem requiritur, fideles in se excitent, illos docebit, quo modo eo temporis momento quo sacram Eucharistiam sumunt, passionem Christi Domini, ex cuius vulneribus pius ille amor hauritur, religiosè meditetur: tum etiam considerent præiens illud beneficium, in quo tanta cum dignatione, immè saq. charitate Christus Iesus se communicat, & intimè illis se coniungit.

Deinde ut spem eorum inflammet, demonstrabit, tunc temporis illis considerandum, in Christo Domino esse quiddam piam christianorū fiduciam, spemque excitare potest: cum ipse sit & omnipotens, qui omne bonum conferre potest; & summè benignus, qui magis desiderat

conferre nobis sua dona, quàm nos recipere; & sapiens, qui benè nouit, quæ nobis & expediunt, & opus sunt ad salutem.

Ac præterea ad hoc illos instruet, ut in ipsa sanctissima communionem, toto corde, omniq. intimi animi pietate Deo gratias agant de tanto beneficio, infinitaq. charitate, qua erga populum christianum vsus est.

#### De præparatione corporis.

**N**EQUE verò animi solùm, sed etiam corporis præparatione opus est. De qua hæc Parochus proponet.

Ut ieiuni fideles ad sacram mensam accedant, ita ut saltem dimidia antecédentis diei nocte, vsque ad illud temporis punctum quo Eucharistiam accipiunt, nihil omnino comederint, aut biberint: etiā si postea dormierint, quàm comederunt.

Sed præstantissimi huius sacramenti dignitas hoc postulat, ut pridie illius diei quo illud sumunt, ieiunium celebrent, aut saltem parcius cœnent: & quod fideles aliquando facere cōsueuerunt, in orationibus, pijsq. meditationibus parte noctis vigilent, aut saltem prolixius orent, quàm alias soliti sunt.

Postulat etiā, ut qui matrimonio iuncti sunt, aliquot dies à concubitu vxorum abstineant, Davidis exemplo admoniti, qui propositio-

nis panes cum à sacerdote suscepturus esset, se, suoque pueros ab vxorum consuetudine pueros iam tres ipsos dies esse professus est: & ex canone etiam veteri, qui tres, vel quatuor, aut etiā octo dies abstinentiæ in hoc genere proponit. Quod ad corporis habitum pertinet, quem in sacra communionem adhibeant, hæc Parochus præmonēbit, & curabit.

Ut summa reuerentia, omniq. humilitate fideles accedant, & sumant.

Oculis non vagis, sed in Christi corpus piè coniectis.

Barbæ pilis circa os benè præcisus.

Ore supra pannum lineum suppositum modè rectè porrecto.

Capite non demisso.

Lingua paululum labrum inferius intus attingente, non tamen extra os prominente; in qua particulam suscipiant: neque linguam ipsam retrahant, priusquam presbyter manum remouerit: tum verò caput humiliter demittant.

Ita etiam ut suspirijs abstineant, quibus particulæ possint excuti.

Manibus pectori admotis instar crucis, ex veteri fidelium disciplina: aut supplicibus, iisdemque nudis.

Pallio quantum fieri possit, adhibito.

Non birretis, pileisue pluma inaniter ornatis. Armis depositis.

Toto denique corporis habitu decenti, humiliter, & modesto, non sordido.

Mulieres, non sumptuosas, non caudatis vestibus

Quæ obseruentur post communionem.

**H**æc verò Parochus præterea fideles monebit.

Ut ne posteaquam sacram communionem sumplerint, ab ecclesia statim discedant, sed permanent in oratione, quantum fieri possit, quieto & remoto loco: proindeque certam aliquam precandi rationem illis indicet; rudiioribus, ut ter, aut quinquies, *Pater noster*, & *Aue Maria* dicant: alijs, pro eorum captu, rosarium Beatæ Mariæ Virginis: alijs orationes in officio eiusdem beatæ Mariæ virginis dispositas, quæ inscribuntur *orationes post communionem*; & quæ S. Ambrosij sunt, præsertim indicet, & antè & post communionem.

Monebit etiam, ut reuerenter glutiant; ut benè se purificent; ne statim spuunt, sed per quartam saltem horæ partem à sputatione abstineant. Si verò necessitas coget prius spuere, id in loco saltem fiat à pedibus prætereuntem remoto.

Ne præterea statim cibum capiant, sed dimidia post sumptam sacram communionem, aut saltem quarta horæ parte.

#### De ministrante sanctissima Eucharistia.

**H**OC institutum Parochus perpetuò seruare studeat: ut quod antiquissimi ritus est, intra Missarum solemnias post sanguinis sumptionem præbeat sacram communionem: cum tamen nonnunquam accidat, ut etiam extra Missam præbenda sit.

Cum celebrata Missa sacram communionem statim ministrat, vestitus sacerdotalibus, quibus in Missa vsus est, indutus ministrabit, calula tantum deposita, & manipulo item.

Si verò alio tempore extra Missarum solemnias; tum superpelliceo, & stola rubra utitur.

Eum verò ordinem in sacra communionem ministranda seruabit, ut primò sacerdotibus, si qui aderunt qui illam sumant, superpelliceo, & stola instar crucis antè pectus composita indutis; deinde clericis pro ordinis gradu, superpelliceo tantum indutis; postea verò laicis maribus, tum sceminis, nullo discrimine conditionis habito.

Locus præterea distinctis ministrabit; nempe clericali ordinis hominibus in gradibus altaris; at laicis, tam maribus quàm sceminis loco remotiori aliquantò ab altari.

Præparatas habebit hostias, prout numerus est fidelium, qui sacram communionem suscipiēt; sed plures etiam, quàm eorum numerus est.

Erunt hostiæ rotundæ, non quadræ, non angulares, recentes, iusta magnitudine, integræ, non fractæ, non incisæ, nec verò dimidiatæ, tantum fragmenta hostiæ maioris: tales item, ex quibus fragmenta faciliè non fiant.

Pixidem paratam habebit, quæ pro communicantium numero particulas capiat: nam patenam non adhibebit, cum amplius sex sunt, qui communicant.

Altaria vbi ministratur, luminibus collucebunt. Clerici ad sint duo cum superpelliceo, qui pixidi supposita mantilia sustentent.

Diaconi præterea duo, aut subdiaconi, vel saltè clerici, qui purificationem, & mantile præbeant. Vinum ad purificationem faciendam; quod album si fieri possit, adhibeatur: & aqua ite quibus opus sit, vtrumque in vas nitidis, ijsque vitreis, vel crystallinis, & ei vsui tantum addictis. Ne verò ad capiendā eleemosinā occasione sacrae cōionis vas exponat, alio modo vtatur.

Ut ne posteaquam sacram communionem sumplerint, ab ecclesia statim discedant, sed permanent in oratione, quantum fieri possit, quieto & remoto loco: proindeque certam aliquam precandi rationem illis indicet; rudiioribus, ut ter, aut quinquies, *Pater noster*, & *Aue Maria* dicant: alijs, pro eorum captu, rosarium Beatæ Mariæ Virginis: alijs orationes in officio eiusdem beatæ Mariæ virginis dispositas, quæ inscribuntur *orationes post communionem*; & quæ S. Ambrosij sunt, præsertim indicet, & antè & post communionem.

Monebit etiam, ut reuerenter glutiant; ut benè se purificent; ne statim spuunt, sed per quartam saltem horæ partem à sputatione abstineant. Si verò necessitas coget prius spuere, id in loco saltem fiat à pedibus prætereuntem remoto.

Ne præterea statim cibum capiant, sed dimidia post sumptam sacram communionem, aut saltem quarta horæ parte.

Ut animi cogitationes, sensus omnes, & linguam cohibeant: abstineantque præcipue eodie à verbis otiosis, cogitationibus inanibus: sed in sanctis meditationibus, precibus, diuinorum officiorum frequentia, ecclesijs etiam frequentandis, alijsque pietatis officijs atque operibus versentur.

Ut denique assistant Christo hospiti sanctissimis exercitationibus atque actionibus: à profanis autem negotijs & secularibus abstineant: quod si non omnino possunt, curent tamen à sancta communionis sumptæ meditatione, & à sui intima custodia non alienari.

Ut denique assistant Christo hospiti sanctissimis exercitationibus atque actionibus: à profanis autem negotijs & secularibus abstineant: quod si non omnino possunt, curent tamen à sancta communionis sumptæ meditatione, & à sui intima custodia non alienari.

Ut denique assistant Christo hospiti sanctissimis exercitationibus atque actionibus: à profanis autem negotijs & secularibus abstineant: quod si non omnino possunt, curent tamen à sancta communionis sumptæ meditatione, & à sui intima custodia non alienari.

#### De præparatione, quam adhibebit Parochus in communionem frequentis populi.

**C**VM dies instat communionis sacrae frequēti populo ministrande, pridie illius diei Parochus scamna oblonga, & alta, & lata ad formam præscriptam apparatus: mappas itidem à sorde puras & candidas, quibus illa rectè ordineque sternantur, pro frequentis populi ratione.

Parabit mappam lineam subtili textura nullo artificio elaboratam, quæ cubitis tribus longa feratur, si opus sit, sub pixide, & manibus ministrantis.

Scabella duo decentia: in quibus collocentur vasa, & cætera ad purificationem vsuum.

Mantilia ad scabella illa sternenda. Intortitia duo, plurauē, pro ratione diei solemnibus; quibus lucentibus clerici itidem duo præeant sacerdotem ministrantem.

Clericos parochiæ suæ omnes stata communionis die præsentés adesse præmonēbit: qui superpelliceo induti, ministrantem pro munere sui functione adiuuent.

Altare

Altare vnum maribus, alterum fœminis constituet, vbi communicent; maxime si ingens populi sacram communionem fumentis multitudo est.

Deliget verò in sacra cõmunione fœminis ministranda, si opus sit, sacerdotem adiutorem spectata integritate; & clericos probatos, qui illum ministrantem etiam adiuuent.

Omnibus rectè paratis, vespere, aut prima hora noctis signum campanarum solemne dabit, quo fideles, qui sacram communionem postridie sumpturi sunt, se excitent ad meditationem, orationem, omnemq. aliam pietatis præparationem: alij verò etiam precetur sibi id gratiæ dari, vt desiderio & voto sacra Eucharistiæ sumendæ incenduntur, quò frequentius ad diuinam hanc mensam veste nuptiali ornati accedant.

Inter communicandum præterea id etiam per alium idoneum sacerdotem aliquando præstabit, vt verborum pondere, & sententiã quasi iaculis, opportunaq. aliqua, & breui cohortatione populus collectus excitetur, cum ad hanc sanctissimam præparationem, tum ad frequentiam huius sacramenti. præterea & ex veteri instituto antiphonam, & psalmos item vt infra, à reliquo clero parochiali religiosè cani studebit; & etiam repeti, si spatium detur.

### Ordo ministrandi sacram communionem.

**P**AROCIVS sanctissimam Eucharistiã ministraturus; si quidem intrã Missam, seruentur rubricæ Missalis; si statim post Missam, casulam à parte Euangelij, & manipulum deponit: si alio tempore, lotis manibus induit superpelliceum, & stolam rubri coloris: ad gradus altaris orat: mox ascendit.

Facta genuflexione, ad populum conuersus, à parteq. Euangelij stans capite aperto, sermonem habet ad communionem accommodatũ, si tempus opportunum dabitur.

Deinde monet, qui communicaturi sunt, ne cedant, nisi pacem cum proximo habeant; & omnino nisi rectè purgati sint, & præparati.

Rursus genuflectit; pixidem è tabernaculo extrahit; aut si extracta est, eam aperit; & repetita genuflexione, à parte Euangelij consistit, ita versus ad populum, vt tamè etiam sanctissimum sacramentum reuerenter manibus iunctis aspiciat.

Tum Diaconus, aut Clericus superpelliceo indutus à parte epistolæ genuflexus, monet omnes, signum crucis sibi quemque adhibere; ipseq. alta, & clara voce signans se dicit: *In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.* & manibus iunctis confessionem generalẽ dicit eadem voce, & tarda pronuntiatione: illis

simul cum eo distinctè pronuntiantibus; aut saltem attentissimè audientibus.

*Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptista, sanctis Apostolis Petro & Paulo, beato Ambrosio confessori, omnibus sanctis, & tibi pater; quia peccavi nimis cogitatione, verbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: idè precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, beatum Ambrosium confessorem, omnes sanctos, & te pater, orare pro me ad Dominũ Deũ nostrum.*

Qua cõfessione pronuntiata Parochus dicit: *Deo gratias.* Tum statim pergit dicere, manibus iunctis. *Misereatur vestri omnipotens Deus: & dimissis omnibus peccatis vestris, perducatur vos ad vitam æternam. R. Amen.*

Post manu dextera crucis signum fidelibus communicantibus adhibet, & dicit.

*Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus. R. Amen.*

His pronuntiatis ad altare se conuertit, genuflectit, manu sinistra pixidem prehendit: & conuersus in medio altari ad populum, duobus digitis pollice & indice sacramentum accipit, paululumq. de pixide eleuat.

Tum Diaconus vel Clericus genuflexus vsupra, clara voce dicit:

*Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo tuo, & sanabitur anima mea.*

Quod iterum, ac tertio repetet; per singulas vices pectus percutiens. qua formula etiã vtẽdum est, cum fœminæ communicatio ministratur. & qui communicaturi sunt, vnã cum clerico eam pronuntiabunt, saltè submissa voce.

Postea Parochus ad communicandum accedit; initiumq. facit ab ijs, qui à parte epistolæ sunt; singulisq. sacramentum præbens, signũ crucis super pixidem ante faciem communicaturi faciens, dicit

*Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animã tuam in vitam æternam.* qui accepturus est respondet, *Amen.*

Videat verò Parochus, vt antequàm sacramentum præbeat, satis spatij relinquat ad dicendum. *Amen.*

Dum sacramentum præbet, adsit minister superpelliceo indutus, qui vasculum purificationis manu dextera tenens, sinistra mappulam ad abstergendum os, Parochum modico interiecto spatio sequitur, & ministrat vasculum ad purificandum, & mappam ad abstergendum. quod vasculum ita poterit etiam fœminis ministrare; vt cum primæ porrexerit, ipsa reliquis det, & omnes inter se tradant.

Si præbendo sacramentum, digitos ex ore communicantium madefaciat; purificatorium sibi in peluicula decenter afferri iubeat, quo eos ab-

abstergat; vel ipse ad altare reuertatur, & id faciat.

Parochus posteaquàm omnibus sacramentũ præbuerit, digitis pollice & indice quibus ministravit super pixide simul iunctis, ad altare reuertitur. Ibi deposita pixide supra corporale, eaq. contecta, tum facta genuflexione, statim digitos, quibus sacramentum tetigit, à parte epistolæ vino & aqua abluit in vase non consecrato, quod præbetur ijs, qui communiceant: tum purificatorium abstergit: & rursus facta genuflexione, pixidem reuerenter reponit: & dicit.

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus, te humiliter deprecamur: vt accipientibus fratribus, & sororibus nostris sacrosanctam Eucharistiã corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi filij tui, & animæ, & corporis sit salus. Per eundem dominum nostrum &c.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.*

*Y. Benedicat, & exaudiat nos Deus: & dum dicit, signum sibi crucis adhibet. R. Amen.*

*Y. Procedamus cum pace. R. In nomine Christi.*

*Y. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.*

*Y. Pax, & benedictio Dei omnipotentis, patris, & filij, & spiritus sancti, descendat super vos, & maneat semper. R. Amen.* & ita dicendo, signo crucis populo benedicat.

Oratio præcedens ita dicitur: vt illud nomen, *fratribus*, omittatur, quando fœminis solum cõmunio ministratur: & verò contra, cum ministratur maribus tantum, omittitur illud, *sororibus*; Itidemq. singulari numero dicitur *fratri nostro*, si mari tantum; ac præterea, *sorori nostre*, si fœminæ solum ministrabitur.

Antiphona, & psalmi dicendi pro opportunitate in frequenti cõmunionem, vt supra præscriptum est.

Antiphona. *Dominus dabit.*

*Psalmus 84. Benedixisti Domine terram tuam. &c. vsque ad finem. Gloria patri &c.*

*Psalmus 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. &c. vsque ad finem. Gloria patri &c.*

*Psalmus 33. Benedicam Dominum in omni tempore. &c. vsque ad finem. Gloria patri &c.*

Antiphona. *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.*

*Quæ Parocho seruanda sunt in paschali cõmunionem.*

**P**ASCHAE tempore, præter ea quæ mox supra demonstrata sunt, hæc Parochus seruabit.

In paschali cõmunionem, vt nemo parochialium legitime ætatis, quemadmodum est sanctæ matris Ecclesiæ præceptum, omittat hoc sacramentum percipere in sua parochiali ecclesia; sæpenuero Parochus in quadragesima populo promulgabit, atque ad eò explanabit consti-

tutionem illam, in Concilio Lateranensi ab Innocentio Tertio Pont. editam, cuius initium Cap. 21. est: *Omnis vtriusque sexus.* Censuramq. in ea sancitam diligentissimè proponet.

Quæ constitutio vt perfectè seruetur, in quadragesima item per familias, vt Concilio Provinciali cautum est, nomina eorum describet, qui per ætatè rationis vsum adepti, in pascha sacram communionem confessi sumere debent. Hortabitur autem eos, vt qui in pascha sacram communionem sumere debent, ipso die paschæ Resurrectionis id præstent. Quo paschæ tempore ipse, non alius sacerdos ministrabit. si verò frequentem populum habet, alium quoque sacerdotem adhibeat tunc licet.

*Quibus paschæ tempore sacramentum hoc ministrat.*

**P**AROCIAE suæ fidelibus in pascha ministrabit: alienæ autem parochiæ nullo modo, nisi vt infra. Proinde quod antiquis canonibus cautum est, ad populum conuersus antequàm ministret de altari enunciat; alienæ parochiæ fideles ad proprium Parochũ remitti, à quo sacram cõmunionem in paschali cõmunionem sumant.

Iis etiam ministrabit, qui maiorem anni partem in parochia habitauerint: illis quoque, qui saltem sex menses.

Peregrinis item, & aduenis, in diocesi: at Mediolani eos ad Metropolitanam ecclesiam, vbi communionem sumant, abire Parochus præmonet.

Illis præterea, qui paucis antè diebus aduenierint, animo constituendi domicilij.

Et verò illis quoque, qui facultatem ab Archiepiscopo literis concessam habuerint.

Aegrotis etiam parochialibus, etiam si communionem sumpserint, in pascha quoque afferet, & ministrabit.

Qui parochiales paschæ tempore à parochia abfuerint, nisi se communionem sumpsisse testatum fecerint, in eos ad præscriptum conciliorum provincialium agat.

Qui autem præstituto paschæ tempore non communicauerint, eos ex præscripta formula ad altare altero ex diebus festis pascha proxime sequentibus monebit: & in contumacia perseverantes, ad Archiepiscopale forum deferet.

Formula monitionis.

*Omnes & singulos parochiæ nostræ fideles legitime ætatis, qui in pascha ex præcepto sanctæ matris Ecclesiæ sacram communionem sumere debent, qui nondum sumpserunt, hoc monemus; vt intrã hanc hebdomadam, aut Dominica proxima sequenti confessi sumant: alioqui illos, qui ad constitutam eam diem, vel ad sex dies post octauam paschæ ad summum non præstiterint, ad Reuerendissimum Archiepiscopum deferemus.*



mus; ut mox ingressu ecclesie, ecclesiasticaq; sepultura interdicti, intra Missarum solemniam denuncientur, valuisq; ecclesie parochialis nomina eorum affigantur. Atque hanc quidem vnicam monitionem pro tribus satis esse, vobis edicimus. Quam quidem monitionem etiam vulgari sermone explicabit.

Habebit igitur Parochus librum comunions paschalis, in quo praeter parochiales, aduenatum etiam comunicantium nomina separatim notabit.

De exponenda sacra Eucharistia in oratione quadraginta horarum.

**C**ORAM sanctissima Eucharistia oratio quadraginta horarum in ecclesijs fiat, vbi Archiepiscopus stauerit; & quando id concesserit. Ne quavis causa tamen Eucharistia palam, & aperte exponatur, sed publica tantum, eaq; grauius alijs verò de causis orationem licebit instituire, sed non sacramento aperte exposito.

Exponatur ordinariè in altari maiori: sed in alio quoque, si ita Archiepiscopus censuerit.

Quod vt cum dignitate, decorè, religioseque agatur, altaris, vel cappellæ, vbi palam exponetur, collocabiturue, ornatus decens sit, ac religiosus.

Cerei praeterea in altari accensi, ad summum decem, minimum verò sex, decenti crassitudine, ac longitudine colluceant: lampades item ne plures quam duodecim, aut tredecim; nec verò pauciores quam tres: idq; nisi Archiepiscopus ob causam permittat, vt maior luminum numerus aliquando adhibeatur.

Orationis initio, cum sanctissimum sacramentum palam proponendum est, primum datis solemniter de more pridie illius diei vesperi, & iterum eo die paulò ante campanarum signis; praesens adsit, cum sacerdos pluuiiali rubro indutus, qui illud religiose proponat; tum illius ecclesie vbi oratio futura est, aut toti parochie, si ecclesia parochialis est, clerus superpelliceo vestitus, qui in hac functione illum adiuuet.

Si verò qui conuenerint clerici vel parochiae vel ecclesiae, pauciores sint quam sex; alij aliunde euocentur, vt ne eo numero pauciores adsint, hiq; cum luminibus accensis: tum homines itidem parochiae, in cuius ecclesia finibusue oratio exponitur, praesertim sanctissimi sacramenti sodalitati adscripti.

Processio cum sanctissimo sacramento exponendo per ecclesiam agatur litanis, statimq; antiphonis, precibus, & orationibus; tum cereis accensis, & umbella idemq; in eo reponendo seruetur.

Dum illud in altari propositum est, interdum clerici duo superpelliceo induti capite aperto ad altare semper assistant; quorum alter Diaconus saltem sit: noctu verò saltem vnus, isq; in sacro ordine constitutus.

Ad altaris verò, cappellæue, vbi propositum sanctissimo sacramento oratio sit, candelas, affixæ sint tabula precum & orationum, quæ pro tempo-

rum calamitatumq; ratione, orantium vsui ex sanctæ matris Ecclesie instituto accommodata, eaq; literis grandiufulis exscriptæ, loco perspicuo sint.

Ad excitandam praeterea populi in ista hac oratione versantis pietatem, hoc curetur, vt aliquando quo praesertim tempore, quauè hora frequens est fidelium ad eam concursus, sermo, isq; breuis, ad piæ meditationis studium inflandum appositè habeatur.

Hoc orationis tempore, in ecclesia vbi illa celebratur, foemina à maribus separata, tabulato ad instructionum praescriptum interiecto, aut saltem alio intersepto adhibito orent.

Ne sumptus huius orationis causa ad eleemosinam excipiendam vas aliquod exponatur, aut alia ratione quaeratur; nisi quantum Archiepiscopi facultas dabit.

Ne noctu foeminis ista hora ad orandum aditus in ecclesiam detur.

Quod si noctu orantes deerunt, sanctissimum sacramentum in tabernaculo reponatur.

Si fortè ex hac, vel alia causa, Archiepiscopi iussu aliquando noctu intermitteri conigerit; interdum compensetur maiori orandi spatio.

Cum oratio noctu celebratur, ne propterea ecclesiae ostia pateant, sed clausa, pulsantibus, & ad orandum conuenientibus etiam lingulis aperiatur.

In ecclesijs monialium cum oratio hac celebratur, nemo prorsus noctu in illam ad orandum intromittatur. Verum ibi sanctissimum sacramentum per noctem in tabernaculo maiori repositum, moniales solum ab interiori ecclesia adorantes, nocturno eo tempore per istas horas in oratione perseuerent; summo verò mane iterum è tabernaculo illud depromatur.

De veteri illo, & ordinario instituto orationis quadraginta horarum per vrbes ecclesias ordine & continenter habendæ, seruentur in concilijs, alioque modo praescriptæ regulæ.

## DE SACRAMENTO

### Pœnitentiæ.

#### Rubricæ, seu instructiones.

Quid Parochus generatim doceat horteturq; populum sibi commissum.

**P**AROCIVS fideles sibi commissos, quantum potest, sæpè hortetur, vt ad pœnitentiæ sacramentum, non solum cum ex præcepto Ecclesie tenentur; sed quam frequentissimè accedant. Moneat sapius, pœnitentiæ quidem radices esse amaras, sed fructus suauissimos. doceat, per pœnitentiæ nos in Dei gratiam restituere, quo nihil nobis debet esse optatius. animam quouis scelerum pondere oppressam per eam subleuari, conscientia pacem & tranquill-

quillitatem, quæ omnes superat voluptates, tribui. Proinde his, alijsq; fructibus propostis, & ex doctrina praesertim catechismi Romani explicatis, studeat, quotiescunque se occasio offerat, fideles ita permouere, vt ad tantum remedium beneficiumq; animæ suæ comparandum frequenter sese excitent: idq; ea præparatione fiat, quæ tantis fructibus digna sit; ita vt in spiritu humilitatis, & amaritudine animæ suæ, peccator quisque sua possit peccata deflere, & confiteri.

Antè Quadragesimam moneat fideles parochiae suæ, qui confessionis frequentem vsum non habent, quemadmodum decreto Concilij Provinc. V. iubetur; vt se ad confessionem parat: neque eam differant in postremos Quadragesimæ dies.

Moneat, opportunè se se sacra confessione munire illos, qui eò proficiscuntur, vbi mortis periculum sit; vel vbi confessarij copiam habituri non sunt. item si rem arduam & difficilè sint acturi. quod idem transacta re facere, ad gratias Deo purius agendas hortetur: quibus de rebus in Concilio sexto praescriptum est.

Quomodo se comparet: & ne auctoritatis suæ fines transeat.

**A**NIMADVERTET Parochus, & Confessarius, ne, dum hoc sacramento vulneribus aliorum medetur, ipse telo peccati se configat. Quamobrem caueat, ne mortifero peccato inquinatus, ad sacramenti ministracionem accedat; neque item censuræ ecclesiasticae, aut alio canonico impedimento irretitus.

Immo verò ita sanctè viuere studeat, vt pœnitentes non verbis solum, sed exemplis quoque ad virtutum christianarum officia erudire possit: neque eius dicta à factis villo modo dissentiant. quantum enim magis omni virtute, praecipueq; charitate paterna, zeloq; salutis animarum ipse praecellenti or erit, tanto aptius erit instrumentum bonitatis Dei.

Quò magis autem ad omnem vitæ bonitatè sese excitet, cum sæpenumero secum ipse tacita meditatione cogitabit, cuius vicem ipse gerat, & quam sanctæ sint suscepti ministerij sui partes: tum verò id omne attentissima contemplatione reputabit, cum ad audiendam confessionem vocabitur.

Quo tempore ita se geret, vt neque in incessu, neque in gestu, motuue alio corporis, neq; etiã in vestitu videatur, nec verò in eius voce quidquam audiatur, quod nõ deceat virum graue, atque adeò sanctum, quiq; meminerit, se tenere locum Dei.

Intimè verò, atque in corde suo humiliter desentiet, ita vt tanquam in Dei conspectu cum reuerentia & timore sancto ministerium audiendæ confessionis peragat: & animo vsq; adeò se demittat, sancteq; abijciat, vt pœnitentes quorum confessionem audit, se meliores putet.

Ad audiendas porrò confessiones, non inani gloria, non lucri cupiditate, non curiositate, non denique villo humano affectu ductus; sed salutaris fidelium procurandæ studio inflammatus accedet.

Nec propterea quenquam pœnitentem subterfugiendi laboris causa reijciat, ne nutu quidem, nedum verbis: immo se paratum semper, proutum, facilem, humilemq; præbebit.

Ita etiam se constanter geret, vt nullius metu, aut gratia, officio suo desit.

Caueat Curatus, ne ijs temporibus, quibus confessiones frequentiores esse solent, praecipue per octo dies antè Natalem Domini, & à Dominica de Lazaro vsq; ad resurrectionis octauam, etiam aliò ad funera, & alia sacra officia vocatus, illud audiendæ confessionis munus in sua ecclesia sine causa necessaria prætermittat, aut villo modo differat.

Et quoniam confessionis minister, iudicis, & medicum simul personam gerit: vt & quod ad iudicem attinet, ex varijs peccatorum generibus, quæ grauiora, quæ leuiora sint, quouè modo corrigenda, pro cuiusq; hominis ordine & genere iudicare possit; & tanquam medicus ea remedia ægroto adhibeat, quæ ad illius animam sanandam, & in posterum contra vim morbi muniendam aptiora videantur: opus est, vt is tunc scientiam atque eruditionem, tum prudentiam studeat sibi, quantam potest, comparare; tum ex divina gratia, quæ assidua precatione supplex à Deo petat; tum ex auctoribus probatis, qui eam materiam piè, pleneq; tractarunt.

In primis benè cognita habeat, quæ monitis seu instructionibus in hac ecclesia editis ad Confessariorum vsum continentur.

Sacramenti igitur huius doctrinam omnem rectè nosse studebit: ita ut quæ illius ratio, qui effectus, quæ illius partes, quæ earum partium vis & natura, petite intelligat.

Quæ peccata mortalia, & quæ venialia cognoscat. Peccati circumstantias sciat, quæ praesertim mutant speciem peccati; & quæ in confessione explicandæ sunt; quæ restituendi onus inducant.

Censurarum rationem & vim rectè intelligat, & quibus criminibus annexæ illæ sint.

Causas reseruatòs in promptu habeat; ita vt rectè sciat, qui iure canonum Summo Pontifici, qui rursus Episcopo, qui praeterea in Bulla Cœnæ Domini, quiq; pro varietate temporum Episcopo reseruatòs sint.

Differentiam satisfactionum pœnitentialium etiã probe noscet, ac praeterea canones pœnitentiales vt infra ordine decalogi explicatos.

Memoria tenebit causas, quibus confessio sit iteranda.

Cognitum etiam habere Confessarius omnis debet, ac praeterea animaduertere, antequam ad audiendas confessiones accedat, quanta sit auctoritas potestatisq; iurisdictionis suæ: ita vt cum norit, & quos, & à quibus peccatis, censurisque

Tit. quæ ad sacra. pœn. pert. pag. 222.

Prou. 6. tit. de sacra. pœn. pag. 304.

Infra in instructionibus vulgaribus.

absoluere possit, tum etiam caueat, ne facultatis suae fines prætergrediatur.

Supra. pa. 410.

Parochus quisque ne eorum confessiones audiat, qui alienae parochiae sunt, nisi facultatem eius rei habeat, ad præscriptum Synodi vndecimae. Excommunicationis latae sententiae poenam recordentur Confessarij, quam subire eos decretum est in Concilio quarto, qui sine Episcopi facultate hoc Sacramentum ministrant: qui que aliquem absoluere audeant à casibus Archiepiscopo reservatis sine ipsius facultate, ut in quinto Concilio decretum est.

Pag. 409.

Ne obliuiscatur item excommunicationis illius, cui in Sinodo vndecima subiecti sunt ij, qui socios criminis audent absoluere.

Pag. 411.

Item decretum aliud memoria teneant, factum in eodem Concilio quinto in hæc verba.

*Ne facultatum, priuilegiorum uel iure, quae cuiusque, etiam Rosarij, & cruce signatorum scholæ, confratris, collegiorum, etiam laicorum, quae uel collegis, confratribus uel in eo adscriptis antè uel post Concilij Tridentini confirmationem concessa sunt, confessarij, cuiusvis ordinis sit, ab ijs casibus quos sibi Episcopus in sua diocesi reseruauerit, poenitentes sine illius facultate absoluat. Si contra fecerit, suspensionem à diuinis ipso facto incurrat.*

Quod idem fieri prohibitum est, etiam ex indulgentiarum literis, quae ecclesijs concessae sunt, Concilio prouinciali sexto.

Tit. vlt. sup. pag. 305. §. Quod superioribus.

*Quae Parochus speciatim doceat, horteturque, facere poenitentes in sacramento poenitentiae.*

**P** OENITENS antequàm ad Parochum, sacerdotem uel cui peccata confiteatur accedat, multitudinem, & grauitatem peccatorum, qui bus se irretitum esse sentit, uehementer intimè dolebit ac deplorabit, Dei que misericordiam omni prece flagitabit. Proposita sibi ob oculos sanctissima Christi crucifixi, uel alia pia imagine, cor suum pro peccatis remittendis effundet, excitans, & humilians spiritum uehementer ad compunctionem.

Primò peccata omnia præsertim grauiora ad memoriam reuocabit: qua in recordatione excitabit deuotionem, & cordis compunctionem.

Et quò magis & contemptum sui ipsius, abiectiōnem, humilitatem que, ac deuotionem in se excitet, recensebit gemens peccata, quae uehementius suam conscientiam angunt.

Et quò diligentius conscientiam examinet, sibi proponet ob oculos decalogum, ad cuius singula præcepta se, mores, vitam que, suam accurate contemplantur.

Singula que, præcepta ita examinabit, ut perpendat, atque adeò uideat sigillatim, si quae contra unumquodque præceptum, uel cogitatione, uel uerbo, uel opere admiserit, commiserit: aut rursus si quid de eo omiserit.

Aliud præterea examen conscientiae suae inibit ex septem peccatis capitalibus singulis, quae

item aut cogitatione, aut uerbo, aut opere commiserit, aut omissione etiam.

At uerò omnem examinandae conscientiae rationem fideles præsertim rudes Parochus Confessarij uel aliquando docebit, prout opus esse uiderit.

Cum igitur poenitens ex singulis notatis capitibus conscientiam suam quanta potuit diligentia examinauerit; desiderio consequendae remissionis peccatorum accensus, ad Confessarium uices Christi gerentem accedet: cui omnia & singula peccata quae in memoriam uenerint, si deliter, & integrè exponet.

Accedet autem ad confessionem habitu demisso, & humili, ac nullo planè ornatu, & depositis armis. Si uerò clericalis ordinis est, sine superpelliceo.

Ad pedes Confessarij genua ambo flectet, nullo supposito puluinaro, nisi aliud necessitas postulat.

Decenter se toto corporis habitu & situ ita se componet, ut instar supplicantis sit.

Erit capite aperto, uultu demisso, manibus iunctis & supplicibus.

Faciem sacerdotis non spectabit, ut meminerit, se non coram homine peccatore, sed coram Deo altissimo esse; ut agnoscendo, & confitendo offensas, humiliter veniam petat.

Mulier autem penitus ita capite uelato erit, ut uelut densum caput operiens, demissum sit usque ad supercilia.

*Quae in ministracione sacramenti poenitentiae Parochus & Confessarius obseruet.*

**A** D audiendam confessionem cum accedit, antè breui precatōne, qua diuinæ gratiae lumen in eo ministerio ritè peragendo sibi potest, tacitus utetur: ac præterea preces adhibere poterit, quae infra notatae sunt.

In ecclesia, non autem in priuatis aedibus confessiones audiat, nisi ex causa necessaria, uel urgente: quae cum inciderit, studeat tamen in oratorio, aut certè decentissimo loco id præstare.

Habebit igitur in ecclesia sedem confessionalem ad præscriptum, in qua sacras confessiones excipiat: duas uerò, ubi quingentarum animarum cura geritur; plures, ubi plures sunt Confessarij. quae sedes confessionales, patenti & conspicuo ecclesiae loco, non autem in ecclesiae, aut cappellae alicuius angulis constitutae sint.

Affixa hæc sint cuique confessionali; sacra imago, litera diei Cænæ Domini illius anni; tabula casuum reseruatorum; orationes dicendae antè confessionem; formula absoluendi.

Mulieres antè solis ortum, uel post eius occasum confitentes in ecclesia ne audiat: neuè uilo modo extra sedem confessionalem; & medio inter eum & mulierem intersepto.

Superpelliceo, & stola uioleae coloris utetur; nec uerò ynquã stas, sed sedes audiet, & absoluet, cuius-

euilicunque gradus sit poenitens. neque dum poenitentem audit, inde discedet aliò uocatus, nisi necessaria causa. Dum uerò audit, non aliò neque oculis, neque animo mente uel vagabitur; sed ad poenitentis confessionem attentus erit, illius que, peccata una cum eo intimè dolebit: memor sanctissimorum patrum, ac præsertim beati Ambrosij, qui poenitentium confessionibus audiendis lachrymas perpetuò profudit, eorum culpas simul dolendo.

Vultu, & oculis ita compositis se in sedili confessionali habebit, ut re uera ostendat, se de poenitentis salute paternè sollicitum; ita tamen ut nullo penitus signo inspectantibus indicare possit, se grauitate fortasse sceleris alicuius commoueri.

Ante confessionem Parochus Confessarij uel perquirat generatim statum poenitentis, si eum minime norit. Tum hæc inter cetera.

Quandiu est, quòd confessus non sit.

An poenitentiam impositam præstiterit.

An examinandae suae conscientiae, antequàm ad confessionem accesserit, diligentiam prout opus est, adhibuerit: alioqui differenda esset confessio.

Parochus item interrogabit, an suae sit parochiae, si dubiter.

Si Confessarij nihil impedimenti ob stare uiderit, ad confessionem ueniendum erit: quae ut fructuosior sit, rectè faciet Confessarius, si breui, & efficaci aliqua monitione prius poenitentem præparabit, & accendet ad piè confitendum.

Confessarius quisque antequàm confessionem audiatur, efficiat, ut poenitens ipso audiente recitet orationem dominicam, salutationem angelicam, symbolum fidei, & decalogum, ad præscriptum concilij prou. quinti: nisi eius recitationis certis personis aliquando remittendae facultatem habeat, ut sexto prou. concilio, & dicecesano vndecimo permissum est. cum ijs uerò, qui ea capita recitare nesciunt, aut difficile discere possunt, agat ad præscriptum eorundem conciliorum.

At uerò omnino perquirat, si rudes quidam homines ad confessionem accedentes fidei articulos ignorent, & si opus esse uiderit, eos doceat; ita ut explicitè eos & intelligentèr sciant, non autem quasi recitantes tantum.

Testimonium eiuudem recitationis ne tradat ijs, qui non recitarint; cum etiam regularibus saltem dantibus poena sit suspensionis à munere audiendi confessiones, ex Synodo xj.

Pag. 410. §. Regularibus aut.

Poenitens ipse omnia & singula peccata confitebitur: eum que, confitentem Confessarius adiuuabit, prout opus esse uiderit.

Postea eundem ipse interrogabit, an alia peccata recorderetur. demum de singulis decalogi præceptis, de septem peccatis capitalibus (si tamè expedit pro ratione personae uiderit) item de ommissis, & commissis circa præcepta Ecclesiae, opera misericordiae, uirtutes theologicas, usum quinque sensuum.

Extra materiam peccatorum non uagabitur in confessione.

Prudens cautus que, erit in interrogationibus; ne, rudibus præsertim, atque utriusque sexus iunioribus, ad nouum, & nunquam antea attentatum scelus occasionem aperiat, atque det. hi tamen de peccatis, quorum nullam in confessione mentionem fecerunt, & in quibus probabiliter existimari possunt deliquisse, prudenti cautione interrogandi erunt; ne aut pudore, aut ignorantia celent peccata.

Studeat uerò semper exquirere, si quid poenitens norit, quòd ad sanctae Inquisitionis officium sit deferendum.

Si censura, aut peccato poenitens sit irretitus, à quo ipse non possit absoluere; ne tamen eum reijciat, sed potius iuuare studeat. qua in re, cum liceat eum à quibus potest absoluere, & pro reseruatorum absolutione mittere ad eum qui habet absoluendi facultatem; uidebit tamen, utrum animae illius magis consulatur, si ipse absoluendi facultatem impetret coram, si fieri possit, alioqui per literas saltem, id que, caute quantum fieri possit: ut ita poenitentem uno tempore ab omnibus peccatis absoluat.

Caueat, ne excommunicatum prius absoluat à peccatis, quàm ab excommunicatione sit absolutus. Videat diligenter, ne quem absoluat, qui uel odiu, inimicitiam uel deponere nolit; uel restituere pro facultate recuset alienum; uel à statu peccati mortalis paratus non sit discedere, occasionem uel simili peccati uitare: qua de re doctrinas probatas studeat rectè cognoscere, & secudum eas se gerere.

Obseruet, si quod peccatum mortale in confessionibus præteritis studiosè subtrahit, ut iterari sit opus. In eo maxime cautus sit absoluendo, cui cum facultas ad sit aliena restituendi, uel legata pia persoluendi, id que, iam aliàs in confessione promiserit, præstare tamen neglexit.

Peccata quadam magis uisitata, & quae maximo sunt fidelibus populis damno, & scandalo, studiosius persequatur: contractus, quibus usura palliata inest, ut in cambijs, & uenditionibus multis: crimen falsi testis: choreas, & spectacula; uenereas amicitias; & eiusmodi.

Antequàm poenitentiam imponat, & absolutionem tribuat poenitenti; uidebit, an propter Deum ueram peccatorum suorum contritionem habeat: an que, certum deliberatum que, ei sit, in posterum quantum in se est, diuina gratia adiuuante à peccatis abstinere; & quae antea commiserit, pro ijs satisfactionem persoluere. Quòd si ita animo affectum uiderit, monebit, ualde que, hortabitur, ut pro tanto beneficio maximas gratias Deo agat, ab eo que, celestis gratiae præsidium petere nunquam desinat; quo adiuutus, prauis cupiditatibus facile resistere possit.

Si uerò talem contritionem illum non habere intellexerit; illius desiderio accendere conabitur, hoc admonens, propter Deum ipsum usque, adeò quantum potest, eum peccata dolere oportet.

X x 3 tere

tere, vt saltem adiutrice diuina gratia, quam à Deo intimè precetur, ex sacramentiq. virtute, ex attrito contritus fiat.

Quòd si pœnitens nullam contritionem, nec verò saltem attritionem, aut neque propositum abstinenti in posterum ab aliquo mortali peccato ostendet; eum minimè Confessor absoluat: sed tamen eum salutaribus consilijs, & bonis operibus præscribendis iuuet: quod idem præstet, si antè confessionem id animaduertit; cauendo, ne quemquam asperius tractans, culpa sua inducat, vt vel desperet, vel à confessione abhorreat.

Cauet autem omnino, ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem; sed si prudentiori consilio indigerit, illud absque vlla expressione personæ caute requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum à sacerdotali officio deponendum, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum esse, canone decretum est.

Confessionis testimonium signatum ne dare omittat peccata confessis in Pascha, vt de ea Parochis constet.

Item agrotationis tempore, vt possit medicis ostendi: quod qui non fecerit, eum, si regularis sit, suspensionem; si alius mulctam, pecuniariam subire synodo xj. decretum est.

Pag. 411. §. Quod si quis.

Confitentium nomina & cognomina Paschæ tempore in librum certum appposito die referat, vt is possit petenti Archiepiscopo ostendi.

Ne quid accipiat in facta huiusmodi ministracione, neue arcam aut vas aliquod habeat ad elemosinam hac de causa etiam dissimulanter excipiendam.

Si quid pecunie dare pœnitentes ad satisfactiois, vel pœnitentiæ opus debent, id ne sibi cõfessarius sumat, etiam si erogandum sit in Misæ sacris faciendis.

De cohortatione & monitione Confessoris ad pœnitentem.

CONFESSIO auditæ, perpendens peccatorum quæ ille admiserit, magnitudinè; nempè qualia sint, quàm graua, & quoties peccarit: pro eorum grauitate, proq. illius qui cõmiserit, conditione, cohortationes, monitiones paterna charitate adhibebit, atque correptiones etiam, reprehensionesq. graues, prout opus esse viderit.

Hæc porrò pœnitentem valdè cohortabitur in Domino: vt in officij, aut artificij quod exercet, aut ordinis statusuè sui munere se iuste recteq. gerat.

Benè, ac christiano more viuendi regulas demonstrabit, prout opportunum esse viderit pœnitenti, præsertim patrifamilias, & omnino pro personæ illius ratione, idq. etiam ex libellis eo de genere editis.

In primis, vt sanctissima sacramenta, confessio nem, & communionem deuotè frequentet.

Quotidie, manè saltem vespèriq. ad præsidij orationis confugiat, in qua aliquid de passionis Domini nostri, vel alijs mysterijs meditetur; supplexq. omni intima pietate Deū adoret, ei de beneficijs vniuersè speciatimq. acceptis gratias agat; & factò breui conscientiæ suæ examine, ab eo tota mente totoq. corde petat misericordiam ac veniam errorum suorum; & lumen prætereà, ac virtutem, qua ipse adiutus rectè ambulet, atque adeò progrediat in via mandatorum diuinæ legis.

Docebit etiam optimū fore, si aliquem ex sanctorum numero patronum cœlestem deligat, præcipuè beatissimam Virginem Mariam matrem Dei, cuius intercessionem quotidie imploret.

Sancti etiam cuius nomen habet, exempla virtutum imitari studeat: & quorum sanctorum dies festi coluntur, cum eorum celebritas anniuersaria agitur, ab vniuscuiusque illorum vita aliquam virtutem præcipuam discat, quam sibi quoque proponat ad imitationem.

Et verò pietatis christianæ officia, atque opera charitatis, vt maximè potest, sollicitè amplectatur.

Peccata verò, atque adeò omnem peccandi occasionem fugiat: hisq. fugiendis ipse pœnitenti remedia salutaria demonstrabit.

Eundemq. prætereà adhortabitur, vt malorum consuetudinem deuotè, bonorum, pieq. agenda studiosorum non solum familiaritate, sed cõsilio vtatur.

Pœnitentem vt affectum esse animaduertit, ita opportunè, salutariterq. monebit. Afflictū ad patientiam hortabitur exemplo Christi Domini, & sanctorum eius. Si quem æterni supplicij commemoratione vehementer angere viderit, eum in spem diuinæ bonitatis, & misericordiæ infinitæ eriget. alium qui grauissimè peccarit, si neque contritum, neque attritum viderit; metu diuinæ iustitiæ perterrefaciet, cum eodemq. ager vt supra. agrotum verò cõsolabitur, vt demonstratum est in ea parte, quæ est de visitatione infirmorum.

Omnino more periti medici sciet infundere vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias, & peccati; quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad saluandam agrotum.

Quamquam autem absolutio, quæ est forma sacramenti pœnitentiæ, consistit in illis verbis, Ego te absoluo, debet tñ cõfessarius alia quoque addere, vt infra suo loco in ordine notata sunt.

De modo imponenda pœnitentiæ.

PŒNITENTIA imponenda, adhibebit & prudentiam, & pietatem, & iusticiam.

Habe-

Habebit rationem status, conditionis, sexus, & ætatis.

Videbit, ne ei qui in aliena potestate est, eam pœnitentiam iniungat, qua vel præiudicium afferatur illius iuri, qui pœnitentem in potestate habeat; neue eam, qua vel occasio detur spiritalis ruinæ, vel pœnitentis, alteriusuè peccatum detegi, vel aliquod scandalum suboriri, vel ipse pœnitens nimium deterreri, remissiuè & repidus reddi possit. Quamobrem talem imponet, qualem ab eo præstari posse iudicet. proinde aliquando, si ita expedire viderit, illum interroget, an possit, anue dubitet pœnitentiam sibi iniunctam peragere: alioquin eam mutabit, aut minuet.

Considerabit item animum mentemq. pœnitentis, ac fletum, gemitum, & lachrymas intimi doloris indices.

Cum hæc Parochus, pro prudentia, charitateque sua spectabit, tum verò maximè videbit, vt ne pro peccatis grauibus leuissimas pœnitentias imponat: id quod & Confessoribus, & pœnitentibus periculosum est: cum id à sacris literis, & à conciliorum decretis, & à sanctorum patrum sententia alienum sit. nam diuinæ literæ, ab ijs qui pœnitentiam agunt, hoc est flagrant, vt fructus dignos pœnitentiæ faciant. vtq. ad Dominum conuertantur in ieiunio, fletu, & planctu. Et verò qui peccatis grauibus leues quosdam pœnitentiæ modos imponunt, hi (canon inquit) consuunt puluillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Immo Concilium Tridentinum docet, alienorum peccatorum participes fieri eos Confessores, qui dum cum pœnitentibus indulgentius agunt, leuissima quadam opera pro grauissimis delictis iniungunt.

Matt. 3. & 4. Luc. 3.

Sess. 14. c. 8. de Sac. pœnit.

Sess. 24. cap. 8. decr. de refor.

Si quis igitur grauiter, publiceq. peccarit: cum publicam pœnitentiam restituendam esse sacra Tridentina Synodus decernat, ei publicam pro ratione criminis imponet.

Si cui autem, cum publicè offenderit, pœnitentia publica imponenda est, is ab ea longè refugiat; ne desinat propterea persuadere, vt suscipiat: si minus persuasionibus potest; consulat Archiepiscopum.

In peccati grauitate perpendet item, quoties admiserit: nam si quis in eodem peccati genere sæpius offenderit, dignus est, qui grauiori pœnitentia afficiatur.

Pœnitentis prætereà culpas graues perpendenti, sibi ob mentis oculos proponet canones pœnitentiales, qui lumè & sibi, & pœnitenti quoque afferat; quo videant, quemadmodum pro peccati ratione, pœnitentia & imponenda, & suscipienda sit.

Eorum canonum tamen pœnitentias, vt tempora ferunt, pro charitate & prudentia sua minuet, prout peccati, & peccatoris circumstantiæ requirent: in quibus, præter eas quæ paulò antè demonstratæ sunt, rationem etiam habe-

bit contritionis eius, qui peccauit.

Demonstrabit tamen ijs qui grauius peccarint (quò magis scelerum suorum magnitudinem agnoscant) quanta ipsis pœnitentia ex canonum regulis imponenda esset. nec verò putent sua peccata leuia esse, quia parua illis pœnitentia data est: sed hoc factum esse, ne eam, quæ proculparum ratione iniungenda erat, deserant cum periculo salutis suæ. Proinde pœnitentes ideò hortandi erunt, vt præter pœnitentiæ opera imposta, plura etiam alia præstare conentur.

Iniunget prætereà pœnitentiam pro culpæ, & personæ ratione: Ita vt superbis humilitatis opera: Carnis voluptatem sectantibus, ieiunia, abstinentiam, cilicij gestationem, aliamq. corporis macerationem, pro peccati grauitate indicat: In oratione negligentibus, vt singulis diebus manè saltem, & vespere orationi vacent; serua secunda, & alijs certis ferijs pro defunctis orerit, certis item definitisq. diebus, deuotè visitent stationales, & præcipuè deuotionis ecclesias, & altaria; præsertim in quadragesima, & in aduentu.

Mundi pompas, choreas, aliaq. opera satanæ sectantibus, eam pœnitentiam imponet, vt in hebdomada manè certis diebus (id quod in singulos dies etiam faciendum esse grauissimè beatus Chrysostomus monet) sancta meditatione sibi proposita, solemnem illam sponsonem, quam per compadres in baptismo sanctè fecerunt, redintegrent, intimè Deum precando: in qua precatione, firmo stabiliq. animi proposito statuunt, se Christo Domino adherere, renunciareq. iterum atque iterum sæculi pompis, operibus tenebrarum, & diabolo in primis: cui se aduersarios esse & professi sunt, & profitentur perpetuò.

Pœnitentiæ genera.

ATQVE hæc quidem pœnitentiæ genera à sanctis viris accepta, ecclesiasticæq. disciplinæ interpretibus, pro peccatorum ratione adhiberi poterunt.

Vt pœnitens vestium sericarum vsu, auri ornamento, conuiuiorum apparatu, venatione, aliquo certo tempore absteat.

Vt egentibus hominibus cibum suppeditet, ac ministret: pedes item lauet.

Vt peregrinos pro facultatum ratione hospitio excipiat.

Vt in publica domo hospitali, locouè pio aliquot dies operam nauet.

Vt visitet, qui in carcere sunt, eosdem consoletur, & cum per facultates potest, alar certo præstituto tempore.

Vt se per aliquot dies in monasteriū aliquod, aliumuè semotum locum abdat, vbi pœnitens viuat.

Vt aliquot diebus carne, aut vino itè absteat. Vt certis diebus, præsertim feria quarta, sexta, & sabbatq. ieiunet: vel etiam vesca-



tur solum pane, & aquæ potu utatur.  
 Ut certo aliquo tempore non equiter.  
 Ut si facultates suppetunt, certam pecuniæ, aut frumenti, aut vini quantitatem in elemosinam pauperibus Christi conferat.  
 Ut genibus flexis, aut etiam brachijs extensis in modum crucis, certo tempore, & hora præfinita, ante crucem, aliamuè sacram imaginem in ecclesia oret.  
 Ut humi aliquandiu iaceat, cubetue.  
 Ut flagella certis præscriptis diebus sibi adhibeat.  
 Ut cilicium aliquot dies induat.  
 Ut religiosam aliquam peregrinationem suscipiat, sancteq. conficiat.  
 Ut statos psalmos pœnitentiales, aliasq. pœnitentiales preces piè recitet aliquot dierum spatio.  
 Ut certas ecclesias, puta stationales, vel præcipuæ deuotionis uisitet.

## Ordo

## Ministrandi Sacramentum Pœnitentiæ.

**C**ONFESSARIUS superpelliceo, & stola violacei coloris indutus, prius genuflexus orat, ut tanto possit ministerio satisfacere; tum has quoque preces adhibet pro opportunitate.  
*Y. Cor mundum crea in me Deus.*  
*R. Et spiritum rectum in noua in uisceribus meis.*  
*Y. Ne proicias me à facie tua:*  
*R. Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.*  
*Y. Redde mihi lætitiã salutaris tui.*  
*R. Et spiritu principali confirma me.*  
*Y. Docebo iniquos vias tuas:*  
*R. Et impij ad te conuertentur.*  
*Y. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ:*  
*R. Et exultabit lingua mea iustitiam tuam.*  
**Oratio.** Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut dignè possim tibi gratias agere; qui me indignum propter magnam tuam misericordiam ministrum fecisti officij sacerdotalis; & me exiguum, humilemq. mediatorem constituisti adorandum, & intercedendum ad Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, pro peccatoribus, & ad pœnitentiam reuertentibus. Ideoq. dominator domine, qui omnes homines vis saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; qui non vis mortem peccatorum, sed ut conuertantur, & uiuant; suscipe orationem meam, quam fundo pro famulis, & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam uenerunt, & des illis spiritum compunctionis, quo respiciant à Diaboli laqueis, quibus adstricti tenentur; ut ad te per dignam satisfactionem reuertantur. Per eundem Dominum nostrum, &c.  
 Tum sedet, ut præscriptum est. Pœnitens autem humili habitu, positus humi genibus, iunctis in modum supplicis manibus, se ad confessionem parat.  
 Confessarius perquirat de illius statu, & interro-

gat, quæ supra sunt præscripta.  
 Cum ad confessionem ueniendum est, pœnitens primùm munit se signo crucis dicens:  
*In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.*  
 Deinde benedictionem ab eo petit his uerbis.  
*Benedicite pater.* Tum Confessarius inquit:  
*Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis, ut dignè, & competenter confitearis omnia peccata tua.*  
 Deinde pœnitens dicit orationem dominicam, salutationem angelicam, symbolum Apostolorum, & decalogum, cum ex supra explicatis debet.  
 Tum recitat confessionem generalem usque ad ea uerba: *Ideo precor: percutitq. pectus ad ea uerba mea culpa, &c.*  
*Confiteor Deo omnipotenti; beatæ Mariæ semper uirgini; beato Michaeli Archangelo; beato Ioanni Baptista; sanctis Apostolis Petro, & Paulo; beato Ambrosio confessori; omnibus sanctis; & tibi pater: quia peccavi nimis cogitatione, uerbo, & opere; mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.* quam si memoriter nescit, adiuuante te, suggerenteq. Confessore id præster; & si opus est, etiam uulgari sermone.  
 Peccata sua exinde confitetur, adiuuante quotiescunque opus est, sacerdote: qui demum interrogat, an alia recordetur, & eius conscientiam perfectius examinat, prout conditio personæ postulat: & ad dolorem & contritionem efficacibus uerbis inducere conatur.  
 Postremò pœnitens accusat se de oblitis, & dicit reliquum confessionis generalis.  
*Ideo precor beatam Mariam semper uirginem; beatum Michaelem Archangelum; beatum Ioannem Baptistam; sanctos Apostolos Petrum & Paulum; beatum Ambrosium confessorem; omnes sanctos; & te pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.* deinde pœnitentiam, absolutionemq. humiliter petit.  
 Pœnitentiam confessarius imponit: remedia peccatorum tradit. mox si tunc absoluedus est; dicit primò distinctis uerbis, ut à pœnitente audiatur, capite aperto, & manibus iunctis:  
*Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducatur te ad uitam æternam.* pœnitens respondet: *Amen.*  
 Deinde signum crucis dextra formans uersus pœnitentem, dicit:  
*Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus.* pœnitens respondet: *Amen.*  
 Deinde caput operit: manu dextra supra caput pœnitentis eleuata & extenta absoluit hac formula; & dum dicit: *In nomine patris, &c.* crucis signum dextera format uersus pœnitentem.  
*Dominus noster Iesus Christus te absoluat; & ego auctoritate ipsius qua fungor, absoluo te ab omni uinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si quod incurristi, quantum ego possum, & tu indiges.*

De-

Deinde ego te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.  
 Tum sacerdos capite aperto, & manibus iunctis dicit:  
*Passio Domini nostri Iesu Christi; merita beatæ Mariæ uirginis, & omnium sanctorum; & quidquid boni feceris, & mali sustinueris; sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium uitæ æternæ.* pœnitens respondet: *Amen.*  
 Et confessarius dicit, *Vade in pace, & noli amplius peccare.*  
 Neque omittit uitæ præcepta tradere, & omnino salutis pœnitentis consulere, ut supra explicatum est.

## De absolutione ab excommunicatione.

**S**I certum sit aliquem incurrisse excommunicationem; & absolutionem debita pietate postulet: si Confessarius absoluedi facultatem habeat, eum forma à iure præscripta absoluet: his seruatis.  
 Primò, ut in magnis saltem criminibus excommunicatus iuret parere mandatis Ecclesiæ super eo, de quo est excommunicatus.  
 Deinde, ut pro offensa, aut damno parti satisfaciat, si, & quatenus tenetur satisfacere: & si nõ potest in præfenti, promittat, & caueat cautione saltem iuratoria.  
 Postremò eum absoluet: cuius absolutionis quæuis non sint determinata uerba, hac tamen infra descripta uisitata formula & ratione utetur.  
 Sed mulierem absoluedam nunquam humeros nudare iubebit, neque absoluedus uerberabit.  
 Neque etiam uirum secretò confitentem, si sit in præfentia alterius. Si uerò in occulto sit, aut fortè absolutio danda sit in foro exteriori, omnia seruabuntur.  
 Absoluedi ratio.

Pœnitentem igitur utroque genu flexo, & manibus simul iunctis, humerisq. paululum nudatis, uirga, aut funiculis percutit, dicendo psalmum quinquagesimum, *Miserere mei.* aut alium ex pœnitentialibus, cum *Gloria patri etc.*  
 Deinde dicit. *Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison. Pater noster, &c.* Secretò.  
*Y. Et ne nos inducas in tentationem.*  
*R. Sed libera nos à malo.*  
*Y. Saluum fac seruum tuum.*  
*R. Deus meus sperantem in te.*  
*Y. Nihil proficiat inimicus in eo.*  
*R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*  
*Y. Esto ei Domine turris fortitudinis.*  
*R. A facie inimici.*  
*Y. Domine exaudi orationem nostram.*  
*R. Et clamor noster ad te perueniat.*  
*Y. Dominus uobiscum.*  
*R. Et cum spiritu tuo.*  
**Oratio.** Deus, cui proprium est misereri semper & parcere; suscipe deprecationem nostram: ut hunc famulum tuum quem excommunicationis cate-

na constrinxit, miseratio pietatis tuæ clementer absoluat. Per Dominum nostrum, &c.  
 In qua oratione mutandum est genus, prout quis mas est, uel femina.  
 Quibus peractis eum absoluit hac formula.  
*Ego absoluo te à uinculo excommunicationis, & restituo communioni fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*  
 Si quando committatur confessario absolutio suspensionis, uel interdicti, quamuis nulla sint uerba constituta; hac formula utetur.  
*Ego absoluo te à uinculo suspensionis, uel interdicti. In nomine Patris & Filij, et Spiritus sancti.*

## Canones Pœnitentiales,

Quorum cognitio Parochis, confessoribusq. necessaria est, dispositi pro ratione ordinis, decalogi.

**P**ATRES docuerunt, quàm necessaria admodum sit sacerdotibus qui in audiendis pœnitentium confessionibus uersantur, canonum pœnitentialium scientia. Etenim si omnia, quæ ad pœnitendi modum pertinent, non prudentia solum, ac pietate, sed iustitia etiam metienda sunt: certè norma hæc è canonibus pœnitentialibus sumatur oportet. Sunt namq. ij quasi regulæ quædam, quibus cum ad culpæ commissæ grauitatem rectè dignoscendam; tum ad imponendam pro illius ratione ueram pœnitentiam sacerdotes confessarij ita diriguntur, ut ubi singula, & quæ ad peccati magnitudinem, & quæ ad pœnitentis statum, conditionem, ætatem, intimumq. cordis contriti dolorè pertinent, accuratè perpenderit; tum demum pœnitentiam iudicio ac prudentia sua moderentur. Atque hæc quidem, omnisq. alia, quæ multiplex est huius necessariæ cognitionis ratio à patribus explicata, facit, ut quoniam admodum loco suo supra dictum est, canones pœnitentiales pro decalogi ratione dispositi, in ultimam huius libri partem referantur, unde aliqua eorum notitia ab ipsis confessarijs sacerdotibus sumi possit.

## Præceptum I.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

## Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

**Q**UI à fide Catholica desciscens, intimo summoq. præuaricationis suæ dolore affectus ad ecclesiam redierit, pœnitentiam aget annis decem. Quo temporis spatio decurso ei communiq. præstari debet.

Por. R. tit. 7. c. 4  
 Syn. Elib. c. 12  
 Anf. lib. 11. cap. 120.

Qui



ostiaro itidem : pro lectore itidem : pro exorcista similiter : pro acolutho similiter : pro subdiacono similiter : pro diacono similiter. Quapropter omnis qui interfecerit voluntarie presbyterum, ita pœnitere debet, ut octo homicidia commissa, & nunquam debet esse sine pœnitentia.

Iuo par. 10. Si quis presbyter presbyterum occiderit; pœnitentiam aget annos viginti octo.

Iuo ibid. c. 15. Si quis presbyterum armis contra se irruentem occiderit; pœnitens erit annos decem.

Pœ. R. tit. 1. c. 13 Greg. 11. in ep. 8 Ad Bon. Mog. Anf. li. 11. c. 51. Si quis patrem, aut matrem, fratrem, aut sororem occiderit; toto vita sua tempore non suscipiat corpus Domini, nisi in obitu: abstineat à carne, & vino, dum vixerit: Ieiunet secunda, & quarta, & sexta feria. item

Pœ. R. tit. 1. c. 22 Syn. v. 10. m. c. 30 Bur. lib. 19. Iuo ibid. 163. 164. & c. 173. ex ep. Nicolai Pa. Si quis parricidium fecerit; id est, patrem, aut matrem, fratrem, sororem, patruum, amitam, aut materteram occiderit: si casu, neque per iram fecerit; ut homicidij sponte commissi pœnitentiam aget: si sponte, & iratus; pro foribus ecclesie per annum stabit Deum orans. Anno peracto, in angulo ecclesie per annum item stabit. Quibus peractis, si pœnitentiæ fructus in eo conspicietur, sacra communio participet fiet. Carne abstinebit tota vita: quotidie ieiunabit præter dies festos: à vino, cervisia, mellita abstinebit dies hebdomadæ tres. Pedibus quocunq. ierit, iter faciet: armis nunquam utetur, nisi contra paganos: uxorem si non habet, nunquã ducet. ite

Pœ. R. c. 14. tit. 1 Anf. lib. 11. c. 48. Qui voluntarie genitorem suum, aut genitricem occiderit; extra patriam septem annis exul fiat: tunc demum vsque ad mortem cum fletu, & gemitu pœniteat. Si autem nolenti accidit, decem annis pœniteat iudicio sacerdotis.

Qui voluntarie filium suum, vel filiam suam, vel germanum, aut germanam suam occiderit; quinque annis extra metas ipsius terræ exul fiat: deinceps viginti annis pœniteat. Qui verò voluntarie auum suum, vel auiam suam, vel nepotem suam, vel patruum, aut auunculum, seu amitam, siue materteram, aut filium, vel filiam germani sui, aut germanæ, seu consobrinum suum, siue consobrinam suam occiderit, id est à tertia usque ad septimam: si verò tertia fuerit, duodecim annis inermis pœniteat: si quarta, undecim annis pœniteat: si quinta, decem: si sexta, novem: si septima, octo annis pœniteat. Si autem nolens, arbitrio sacerdotis pœniteat. Qui voluntarie patrem suum, aut matrem, vel filium, aut filiam de sancto lauacro, seu fratrem, siue sororem in Christo, aut Dominum suum, vel Dominam, seu uxorem suam occiderit; quinque annis extra metas ipsius terræ exul fiat: tunc demum quindecim annis inermis pœniteat. Si verò nolens, septem annis pœniteat. Qui vitricum suum voluntarie occiderit, aut noueram, seu priuignum, siue priuignam, vel socerum suum, aut socram suam, seu generum suum, siue nurum; decem annis pœniteat. Si verò nolens, quinque annis pœniteat.

Si quis filium non sponte occiderit; ut homicidij sponte commissi pœnitentia afficietur.

Si quis filium non sponte occiderit; ut homicidij sponte commissi pœnitentia afficietur.

Si quis filium non sponte occiderit; ut homicidij sponte commissi pœnitentia afficietur.

Si quis filium non sponte occiderit; ut homicidij sponte commissi pœnitentia afficietur.

Si quis filium non sponte occiderit; ut homicidij sponte commissi pœnitentia afficietur.

Si quis filium non sponte occiderit; ut homicidij sponte commissi pœnitentia afficietur.

Quæ mulier filios suos necarit; peracta septennali pœnitentia, in monasterium detrusa, monasticam vitam perpetuò regulariter aget.

Si qua mulier post partum filium, filiamue sponte interfecerit; pœnitentiam aget annos duodecim: & nunquam erit sine pœnitentia. Paupercula si ob difficultatem nutriendi id commiserit, annos septem.

Si qua mulier sponte abortum fecerit; pœnitentiã aget tres annos: si nolens, quadragesimas tres. ite

Mulier partum suum perdens voluntarie ante quadragesima dies, pœnitens erit annum: si verò post quadragesima dies, annos tres: si verò postquam editus est in lucem, tanquam homicida.

Quæ sceleris occultandi causa filium necarit; pœnitentiam aget annos decem.

Qui nolens filium oppreberit; si post baptismum, pœnitentiam aget dies quadragesima in pane & aqua, oleribus, ac leguminibus: abstinebit ab uxore dies totidem. Deinde pœnitens erit tres annos per legitimas ferias: tres præterea quadragesimas in anno obseruabit. Si autem baptismum, quadragesima dies ut supra, & quinquennij præterea pœnitentiam explebit.

Cuius paruulus sine baptismo per negligentiam moritur, tres annos pœniteat; unum in pane & aqua. Infans infirmus & paganus commendatur presbytero: si moritur absque baptismo, deponatur: & si per negligentiam parentum fuit, annum unum pœniteat.

Cuius filius sine confirmationis sacramento moritur; parentes, quorum negligentia id factum est, pœnitentiam agent annos tres.

Si quis explenda causa libidinis, vel odij meditatione, ut non ex eo soboles nascatur, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non posset generare, aut concipere; homicida teneatur.

Occidisti uxorem tuam, legitimo matrimonio sociatam, sine causa mortis; non tibi resistentem, non insidiantem quoque modo vitæ tuæ: non inuenisti eam cum alio viro nefariam rem facientem: sed incitatus à diabolo, impio inflammatus furore, latrocinij more, atrocior et crudelior omni belua, eam gladio tuo interemisti. Et nunc post mortem eius addis iniquitatem, filiorum tuorum improbe prædo: qui matri non pepercisti, & filios tuos idem orphanos fecisti, ut superinduceres mortis causam post mortem. Et per unum homicidam, & reprobum testem incusare vis mortuam. hoc nec Euangelium, nec vlla diuina, humanaq. lex concedit, ut vnus testimonio etiam idoneo aliquis cõdemnetur, vel iustificetur. Quanto magis per istum tam flagitiosum & scelestum, nec illa vna debuit condemnari; nec tu poteris post eius mortem excusari. Prius causa criminis subtiliter erat inuestiganda; & tunc si rea fuisset inuenta, secundum legis tramitẽ debuit excipere vltionis vindictam. Nam & si verum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est; post septem annos pœnitentia peracta dimittere eam per approbatam causam poteras, si vo-

Quæ mulier filios suos necarit; peracta septennali pœnitentia, in monasterium detrusa, monasticam vitam perpetuò regulariter aget.

Si qua mulier post partum filium, filiamue sponte interfecerit; pœnitentiam aget annos duodecim: & nunquam erit sine pœnitentia. Paupercula si ob difficultatem nutriendi id commiserit, annos septem.

Si qua mulier sponte abortum fecerit; pœnitentiã aget tres annos: si nolens, quadragesimas tres. ite

Mulier partum suum perdens voluntarie ante quadragesima dies, pœnitens erit annum: si verò post quadragesima dies, annos tres: si verò postquam editus est in lucem, tanquam homicida.

Quæ sceleris occultandi causa filium necarit; pœnitentiam aget annos decem.

Iuo par. 10. c. 186.

Pœn. R. tit. 1. c. 26. Bur. lib. 19.

Pœ. R. tit. 1. c. 33 Bur. lib. 17. c. 17. vlt. Anf. pœn. Bed. c. 3.

Pœ. R. c. 27. 28. Bur. lib. 17. c. 53 Iuo pa. 9. c. 103 & pa. 10. c. 183. Pœ. R. li. 1. c. 29. Bur. lib. 17. ca. 58. & lib. 19.

Pœn. R. tit. 1. c. 31. Anf. lib. 11. cap. 41. 42. Pœ. Bed. c. 2.

Ex pœ. Theo.

Pœ. R. tit. 1. c. 32 Bur. li. 17. c. 57. c. vlt. de hom.

Pœ. R. tit. 1. c. 11 Grat. 33. q. 2. c. 8. Bur. lib. 6. c. 40. Iuo pa. 8. c. 126

voluisses: occidere eam nullatenus debuisti.

Duo consilia proponimus tibi: accepta tecum deliberatione duorum elige magis quod placeat, & miserere animæ tuæ: & tu hic in isto angusto tempore positus, ne sis tu ipse tuimet homicida, & in æternum pereas. Relinque hoc malignum sæculum, quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus; multorum fratrum precibus adiutus, obserua cuncta simplici animo, quæ tibi ab Abate fuerint imperata, si fortè ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis. Istud consilium, ut certissime scias, leuius, ac salubrius est; ut sub alterius custodia luceas deslenda peccata. Secundum autem consilium tale est. Arma depone, & cuncta secularia negotia dimitte. Carnè, & sagimen omnibus diebus vitæ tuæ non comedas, excepto vno die Resurrectionis Domini, & vno die Natalis Domini. Cæteris temporibus in pane & aqua, & interdum leguminibus, & oleribus pœniteas. In ieiunijs, & vigilijs, & orationibus, & in elemosinis persecuta omni tempore. Vinum, & medonem, & mellitam, & ceruisiam nunquam bibas; nisi in illis prædictis tribus diebus. Uxorem ne ducas, concubinam non habeas, adulterium non facias, absque coniugio in perpetuo permanes. Nunquam te in balneo laues, equum non ascendas, causam tuam & alterius in conuentu fidelium non agas. In conuiujs lætantium nunquam sedeas: in ecclesia segregatus ab alijs christianis post ostium humiliter stes, ingredientium, & egredientium orationibus se suppliciter commendes. Communionem Sacri Corporis & Sanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes; in vltimo termino vitæ tuæ pro viatico (si obseruaueris consilium) ut accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa duriora, quæ tibi iuxta pondus tanti facinoris essent adijcienda. sed si hæc omnia, quæ supra misericorditer dicta sunt, perfecto corde Deo auxiliante perfeceris, & custodieris; confidimus de immensa clementia Dei, remissionem tuorum peccatorum te habiturum; & secundum boni iustiq. pastoris imperium resoluat te sancta Ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipsius gratiam, qui eam suo sanguine redemerat, sis solutus in cælis. Sin autem aliter feceris, & sanctæ matris Ecclesie salubre consilium despexeris; ipse tibi sis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, maneat: sanguisq. tuus sit super caput tuum, & sub indissolubili anathemate permanes: donec Deo, & sanctæ Ecclesie satisfacias.

Pœ. R. tit. 1. c. 12 Bur. lib. 6. c. 39. Iuo p. 10. c. 168.

Gr. 23. q. 5. c. 12 Bur. lib. 19. c. 30

Iuo p. 10. c. 186 Par. 10. c. 145.

septem ex alteri canonis prescripto, annos quinque. Si quis hominẽ necare voluerit, neque hoc scelus patrare potuerit; ut homicida pœnitentiã afficietur. Alius canon de homicidio voluntario.

Si quis homicidium sponte commiserit, vel odio, vel possidende hereditatis causa: primò ieiunet in pane & aqua, deinde pœnitentiam agat annis septem. Primo anno post illos quadragesima dies, à vino, caseo, pisce abstinebit. In secundo, & tertio similiter ieiunet: tertiam autem, & quintam feriam, ac sabbatum redimere potest. Reliquis quatuor annis ieiunabit in singulis tres quadragesimas, primam antè Pascha, alteram antè diẽ festum Sancti Ioannis Baptiste, tertiam antè Natiuitatem Domini.

Si quis fecerit homicidium pro vindicta parentum, ita pœnitentiam aget, ut homicida voluntarius. Itidem pro vindicta fratris.

Qui pro vindicta fratris, annum unum, & in sequentibus duobus annis, tres quadragesimas, & legitimas ferias.

Si quis per iram subitam, aut per rixam hominem necarit; pœnitentiam aget annos tres.

Si quis iussu Domini homicidium perpetrarit; dies quadragesima in pane & aqua, & præterea septem annos sequentes per legitimas ferias ieiunabit.

Qui in bello publico iussu principis legitimi tyrannum interfecerit; pœnitens erit tres quadragesimas per legitimas ferias.

Qui liber iubente maiore suo innocentem occiderit; pœnitentiam aget annum unum, & sequentes duos, tres quadragesimas, & legitimas ferias.

Qui homicidij auctor fuit ob consilium quod dedit; erit in pœnitentia quadragesima dies in pane & aqua, cum septem sequentibus annis.

Qui insidiatus est alicui, ut ab alijs occidatur, licet ipse non occiderit; pœnitentiam aget quadragesima dies in pane & aqua, & septem sequentes annos obseruabit.

Qui accusarit aliquem, ob eamq. accusationem occisus est: quadragesima dies in pane & aqua cum septem sequentibus annis in pœnitentia versari debet. Sin autem ob accusationem debilitatus est; tres quadragesimas pœnitentia per legitimas ferias.

Qui insanus homicidium perpetrarit; leuiorem pœnitentiam explebit.

Qui publicè pœnitentem occiderit, tanquam de homicidio sponte commisso duplicem pœnitentiam aget.

Qui furem, aut latronem interfecerit; quadragesima dies ab ecclesia ingressu abstinebit: et præterea in tertia feria, & in sexta, & Sabbato ieiunabit.

Si quis casu homicidium fecerit; pœnitens erit quadragesima dies in pane, & aqua: his peractis, benedictio ab oratione fidelium segregatus non communicabit, neque offeret. Post biennium, in communionem orationis suscipietur: offeret autem, non tamen communicabit. Post quinquennium ad plenam communionem recipietur: à cibis abstinebit arbitratu Sacerdotis.

Qui hominem tanquam feram aliquam latentem

Y y inopi-



inopinato occiderit; quadraginta dies penitentia aget in pane & aqua; & quinque sequentes annos arbitrato Sacerdotis.

**Pe.R.tit.1.c.15** Si plures homines unum per rixam adorti occiderint: quicumque eorum plagam ei inflixerit, tantquam homicida penitentiam aget.

**Pe.R.tit.1.c.17** Qui homicidio, quod postea factum est, consenserit; penitentiam aget annis septem: tres in pane & aqua. Sin autem voluerit, nec verò potuerit; tres tantum annos. Si quis nolens homicidium patravit, penitebit quinq. annis, et duobus in pane et aqua.

**Pe.R.tit.1.c.23** Si quis aliquem vulneraverit, vel ei aliquod membrum praeceiderit; penitentiam aget uno anno per legitimas ferias: siq. cicatrix gravis est, ut vulnervatum deformem reddat; quadraginta etiam dies penitebit in pane & aqua.

**Pe.R.tit.1.c.23** Si quis iustum proximo dederit, nec nocuerit; tridui penitentia aget in pane & aqua: clericus, unius anni & mensium sex.

**Pe.R.tit.1.c.16** Si quis aliquem per iram percussit debilitaverit; soluta medicamenti impensa, si laicus est, penitens erit quadraginta dies in pane & aqua: si clericus, duas quadragesimas: si diaconus, septem mensibus: si presbyter, uno anno.

**Pe.R.tit.1.c.16** Si quis Episcopus homicidium fecerit; in penitentia sit quindecim annis, dignitatisq. gradu amoveatur, vitæq. suæ cursum peregrinando cõficiat. Presbyter penitens erit annos duodecim: quatuor ex his in pane & aqua; & Sacerdotij gradu priuetur: Diaconus annos decem; tres ex his in pane & aqua: clericus inferioris ordinis, annos septem; tres in pane & aqua.

**Bur.li.10.c.60.** Si quis fratri suo quem oderit, reconciliari nõ vult: tamdiu in pane & aqua penitentia aget, quoad reconcilietur.

**Præceptum VI.**

Non furaberis.

Canones Penitentia.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

**Pe.R.tit.4.c.14** **Bur.lib.19.** **QVI** furatus est aliquid de ecclesie suppellectili, vel thesauro: quod sustulit, reddat; & tres carinas cum septem sequentibus annis penitebit.

**Ibidem.** Qui sacras reliquias furatus est, illis restitutus septem carinas ieiunabit.

**Pe.R.tit.4.c.1** **Bur.li.11.c.27.** Pecuniam ecclesiasticam furatus, quadruplum reddet; si quid item de ministerio ecclesie aliquo modo surripuerit, penitens erit annos septem.

Si quis vel ecclesiasticas oblationes rapuerit, vel rapientibus consenserit; quadruplum restituet, & canonicè penitens erit.

**12.q.2.c.17.** **Ex ep. Nicolai** **P.p. ad Frontanum.** **Arch. Burdeg.** Sacrilegus, rerumque ecclesiasticarum inuasor, uno anno extra ecclesiam Dei maneat: secundo anno pro foribus ecclesie sine communionemaneat: tertio anno in ecclesia inter audientes sit sine oblatione; carne, vinoq. abstineat, præterquam in Pascha, & die Natali: quarto anno, si fructuosus triennio penitentia. fructus extite-

rit, communioni fidelium restituatur, ea lege, ut spondeat, se in posterum tale quidquam non commissurum. ac præterea sine esu carnis, & potatione vini, usque ad septennium penitens permanebit.

Qui ecclesia incenderit, illam restituet, penitentiaq. aget annos quindecim, & pretium det pauperibus. Itidem qui incendio consenserit.

Si quis malo studio, vel odio, vel ulciscenda iniuria causa, incendium commiserit, committitue iusserit, curaverit, aut incendiario auxilium, vel consilium scienter dederit; excommunicatur: si mortuus erit, christiana sepultura carebit. Nec verò absolvetur, nisi damnum pro facultatibus resarcuerit: iuretq. se in posterum tale facinus nunquam admitturum. Penitentia præterea hæc ei constituetur, ut Hierosolymis, aut in Hispania, in servitio Dei totum annum permaneat.

Si quis sepulcrum violaverit; penitens erit annos septem: è quibus tres in pane & aqua.

Qui sepulcrum infregerit, ut defuncti sepulti vestimenta furaretur; penitens erit annos duos per legitimas ferias.

Qui de oblationibus, quæ ecclesiis factæ sunt, aliquid retinuerit: penitens erit dies quadraginta in pane & aqua.

Qui decimam sibi retinuerit, aut dare neglexerit; quadruplum restituet, & penitentiam aget dies viginti in pane & aqua.

Qui hospitalis domus administrator aliquid de administratione subtraxerit, restituet quod abstulit; penitensq. erit annos tres.

Qui pauperem oppresserit, eiusq. bona abstulerit: reddet ei suum, & penitens erit dies triginta in pane & aqua.

Clericus furtum capitale faciens; septennium penitentiam explebit, laicus quinquennium: & quod furatus est reddat.

Si quis per necessitatem, cibum, vel vestem furatus sit; in penitentia erit hebdomadas tres: si reddiderit, ieiunare non cogitur.

Qui fregerit noctu alicuius domum, aut aliquid auferet: pretium reddet, & penitentiam aget annum in pane, & aqua: si non reddit, annos duos.

Si quis furtum de re minori semel, aut bis fecerit; restituta re, penitentiam aget annum unum.

Qui rem inuentam non reddit, furtum committit: idcirco tanquam de furto penitentiam aget.

Si quis usuras accipit, rapinam facit: ideoq. quicumque illam exegerit, penitentiam aget annis tribus, uno in pane & aqua.

**Præceptum VII.**

Non mœchaberis.

Canones penitentia.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

**SI** laicus solutus cum femina soluta concubuerit, penitens erit annos tres: & quanto sapius, tanto maiori penitentia afficietur.

Itidem, qui cum ancilla coierit.

Vxor,

**Syn. Mog. c.9.** **Pe.R.tit.16.c.2** **Bur.lib.9.c.69.** Uxor, conscio viro mœchata, ne in obitu quidem communicabitur: si dignam penitentiam egerit, post decem annos sacram communionem sumet.

Si quis uxorem nolentem adulterium perpetrare coegerit: penitentiam aget dies quadraginta in pane & aqua, & septem præterea annos, è quibus unum in pane item & aqua.

**Ex pen. vet.** Si quis coniugè fornicari cõsenserit; diebus omnibus vitæ in penitentia erit arbitrio periti sacerdotis.

**Sy. Nan. c.14.** **Iuo pa.8.c.207** **Bur.lib.9.c.70.** **Ibidem.** Vir solutus, si cum alterius uxore adulterium commiserit: penitentiam aget annos septem: mulier quinq. Mulier soluta, cū alterius marito adulterium patræs, penitentia afficietur decemali: ille quinquennali.

**Syn. Elib. c.69.** **Pe.R.tit.3.c.4** Si quis maritus semel lapsus est, penitentiam aget annos quinq.

**Bur.lib.9.c.67.** **Syn. Elib. c.4.** Si sapius mœchatus est, in fine mortis est conueniendus: siq. promiserit se cessaturum, dabitur ei communio.

**Pen. Bed. c.2.** Qui sæpè fornicatur, laicus cū laica, penitentia aget tres annos.

**Ex Conc. Tol. 3** Si quis uxore simul et concubinã habuerit; in penitentia erit annos septem, et amplius pro ratione culpe.

**Pen. ibidem.** Maritus si ancilla concubina vitur, penitentiam aget annum unum, quadragesimas tres, & legitimas ferias tribus mensibus. Illa si inuita violatur, quadraginta dies; si consentiens, quadragesimas tres, & legitimas ferias.

**Pe. R. c.20.** Qui cum uxore sua turpiter concubuerit, penitens erit quadraginta dies.

**Pen. Bed. c.2.** Si quis adolescens cum virgine peccauerit, penitentiam aget annum unum.

**Pe. R. c.27.** **Bur.lib.19.** Qui puellam, aut mulierem libidinosè obrectauerit, si clericus est, quinq. dies; si laicus, tres dies penitentiam aget: monachus, vel Sacerdos, à ministerio suspensus, penitens erit dies viginti.

**Bur. li.19.c.138** Si quis in balneis cum muliere se lauauerit, penitentiam aget triduo.

**Bur. ibidem.** **Pen. R. c.20.** Qui concupierit virginem, quam postea uxorem duxerit; penitentiam aget annum unum per legitimas ferias: si verò non duxerit, annos duos per legitimas ferias.

**Pen. R. ibid.** Si quis mulierem alij desponsam in matrimonium duxerit; eã dimittet: & penitens erit quadraginta dies in pane et aqua, cū septè annis sequentibus.

**Pen. Bed. c.2.** Vidua quæ stuprum admiserit, penitentia aget annum totum, et præterea in altero anno dies ieiuniorum.

**Pen. R. c.5.** Si quis cum uxoris suæ sorore per imprudentiam fornicationem admiserit; penitentiam sibi indictã aget, si probauerit se tale scelus inscienter fecisse.

**Pe. R. tit. 3. c.7.** Cum duabus sororibus fornicatus, penitentiam aget toto suæ vitæ tempore. item

**Syn. Mog. c.3.** **Bur. lib.17.c.8.** **Iuo par. 9. c.70** **Tart. lib.5.c.30** Qui cum duabus sororibus, vel cum nouerca, vel cum sorore sua, vel cum amita, vel cum nuru, uel quo deniq. incestum admiserit: ab ingreßu ecclesie abstinebit annum unum: quo anno præter festos dies pane solum & aqua utetur, arma non feret, osculum nemini præbebit, sacram communionem nisi pro viatico non sumet; sex deinde annis ecclesiam ingreditur, sed carne, & vino, & sicera non utetur, nisi festis diebus. Postea verò duobus annis quando carne vescetur, à potu vini abstinebit: quod si biberit, carne non vescetur,

nisi Dominicis diebus, & præcipuis festis: deinde usque ad obitum perpetuo præter festos dies à carne abstinebit. Tres legitimas ferias singulis hebdomadis ieiunabit, & quadragesimas tres singulis annis legitime custodiet.

Qui incestum fecerit, ei alij annorum duodecim, alij quindecim, alij decem, alij septem penitentiam constituant.

Quicumque sacerdos spiritualem filiam violauerit, dignitatis honorem amittet, & perpetuam penitentiam aget.

Qui item Sacerdos hoc facinus admiserit, omni muneri sui functione multatus, penitentiam etiã peregrinando aget annos quindecim: deinde in monasterium abiens toto vitæ tempore ibi Deo seruiet. femina autem res suas in elemosinam pauperibus conferet, in monasterioq. Deo seruiet omnibus vitæ suæ diebus.

Si Episcopus hoc admiserit, penitentiam aget annos quindecim.

Qui monialem violarit, penitens sit annis decem. Presbyter si fornicationem admiserit, spontè confessus penitentiam aget annos decem hoc modo: tribus mensibus à cæteris remotus pane et aqua ieiunabit, diebus autem festis modico vino, pisciculis, & legumine utetur; sacco indutus humi cubabit, diu noctuq. misericordiã Dei implorans.

Deinde unum annum & sex menses in penitentia, ieiunioq. panis & aqua explebit, præter festos dies, in quibus vino, & sagimine, caseo, ouisq. canonicè uti poterit. Finito primo anno & dimidio, sacra communionis particeps fiet, psalmos in choro ultimus canet, officia minora geret. Postea verò quàm septimum penitentia annum expleuerit, omni quidem tempore præter paschales dies, singulis hebdomadis per legitimas ferias in pane & aqua ieiunabit. Expleto septennio, usque ad finem decimi anni sextam feriam in pane & aqua ieiunabit.

Qui cum brutis coierit; penitentia afficietur annorum decem, & diuturniori etiã pro personæ cõditione.

Qui contra naturam coierit; si seruus est, scopis castigabitur, & penitebit annos duos: si liber est, & matrimonio iunctus, annos decem: si solutus, annos septem: pueri dies centum: laicus matrimonio coniunctus si in consuetudine habet, annos quindecim: si clericus, de gradu amotus, ut laicus penitentiam aget: qui cum fratre tale scelus admiserit, ab omni carne abstinebit, penitensq. erit annos quindecim: si clericus diuturniori, & grauiori penitentia afficietur.

Mulier in se, aut cum altera fornicans, penitentia afficietur duorum annorum. Vir se inquinans primò dies decem; si iterum, dies viginti: si tertio, dies triginta: siq. nefariè agere perget, penitentia accessio ei fiet: si puer, dies quadraginta: si maior quindecim annis, dies centum.

Puer paruulus oppressus à maiore, hebdomadam ieiunabit: si consenserit, dies viginti: si coinquatus erit, dies centum: si voluntatem suam expleuerit, annum unum.

Qui complexu femina, vel osculo polluitur; penitentiam

C. si quis sacer. 30. q. 1. Cap. deuotam 27. q. 1.

Pen. R. tit. 8. c. 6

Grat. dist. 82. c. vlt.

Anf. lib. 8. c. vlt. Bed. c. 8. in pen.

Pen. R. tit. 3. c. 17. & 19.

Bur. li. 17. c. 32.

Pe. R. tit. 3. c. 18

Bur. lib. 17. c. 34

Iuo par. 9. c. 92

Tur. lib. 1. c. 33.

Pe. R. tit. 3. c. 15

Bur. li. 17. c. 27

Pe. R. tit. 3. c. 13

Pen. Bed. c. 2

tiam aget dies triginta: qui contra eum inuerecundo, menses tres.

Pœ.R.tt.3.c.23 Qui concupiscit mente, sed non potuit; dies decem pœnitentiam aget.

Pœ.R.tt.3.c.29 Bur.lib.19. Qui turpiloquio, aspectuq; pollutur negligens, nec verò peccare voluit; pœnitentiam aget dies viginti: si verò impugnatione tentationis, & cogitationis inquinatur, pœnitentiam aget dies viginti.

Quicumq; lenocinium exercebit, pœnitentiam aget annos duos per legitimas ferias. item

Syn. Elib. c.12 Qui hoc facinus admiserit, sacram communionem non accipiet nisi in fine.

Ex Syn.Rom. Si quæ mulier cerussa, aliove pigmento se oblinat, ut alijs visus placeat; pœnitentia afficitur annorum trium.

Præceptum VIII.

Non falsum testimonium dices.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Bur. lib. 19. tit. de fals. test. Pœ.R. tit. 2. c. 13 Pœ.R. tit. 2. c. 12 Qui affirmat verum, quod falsum est; pœnitentiam aget ut adulter; ut homicida, qui sponte id facinus admiserit.

Qui falso testimonio consenserit; pœnitens erit annos quinque.

Qui proximo falsum crimen obijcit, pœnitentia afficitur ut falsus testis.

Bur. li. 19. c. 117 Pœ.R. tit. 1. c. 26 Bur. lib. 10. c. 56 Qui proximo peccatum imputarit, priusquam seorsum eum arguerit; primum illi satisfaciens, pœnitentiam aget tres dies.

Si quis contra proximum lingua lasciuus erit, tridiana pœnitentia expiabitur.

Syn. Mag. c. 8. Bur. li. 10. c. 12. Idem ibid. c. 26. Si quis murmurauerit, iudicio Sacerdotis pœnitentiam aget pro culpa grauitate.

Si quis conuictum manifestum fratri intulerit, diuturna expiabitur pœnitentia pro modo peccati.

Ibidem 63. Si quis facile detraxerit, falsumq; in hoc dixerit; pœnitens erit dies septem in pane & aqua.

Bur. lib. 19. Pœ. tit. 7. c. 14. Qui falsitatem, fraudem in ponderibus, & mensuris admiserit; pœnitens erit in pane et aqua dies viginti.

Falsarius, in pane & aqua pœnitentiam aget quantumdiu uiuit.

Præceptum IX.

Non concupiscas rem proximi tui.

Canones pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Pœ. Bed. c. 7. REM alienam nefarie concupiscens, auarusq; pœnitens erit annis tribus.

Qui aliena furari concupiscit, furtum est: qui item aliena rapere cupit, rapina est: qui res ecclesiæ furari appetit, sacrilegium est: idè cum nefarie concupiscendo grauius peccet, ut peccati mortalis pœnitentiam aget Sacerdotis arbitratu.

Qui rem aliquam proximi pretiosam inuenire cupit,

ut illam sibi retineat: mortale peccatum concipit, cuius pœnitentiâ aget, ut supra dictum est de furto.

Præceptum X.

Non desiderabis vxorem proximi tui.

Canones pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

SI quis concupiscit fornicari; si Episcopus, pœnitens erit annos septem: si presbyter, quinque: si diaconus, vel monachus, tres; & quibus vnū in pane & aqua: si clericus, aut laicus, annos duos. Si quis in somnis ex immundo desiderio pollutur; surgat, & cantet septem psalmos pœnitentiales: & die, triginta. Si clericus, aut laicus ex mala cogitatione, concupiscentiaq; semen effuderit; pœnitens erit dies septem.

Canones Pœnitentiæ

De septem peccatis capitalibus.

CAPITALIA peccata, quæ principalia etiam vocantur, ut potè è quibus omnia vitia principia habent; sunt, superbia, vanagloria, auaritia, luxuria, inuidia, ira, gula, & accidia.

Pro capitali mortaliq; crimine pœnitentia septem annorum indicitur, nisi peccati grauitas, & personæ status seueriores, diuturnioresq; pœnitentiam requirant.

Pro capitali crimine pœnitentiam aget laicus annos quatuor, clericus quinque, subdiaconus sex, diaconus septem, presbyter decem, Episcopus duodecim.

Sed demonstrata iam paulò antè sunt pœnitentiæ, quæ ex canonum disciplina constituuntur ferè pro peccatis mortalibus, quæ ex his septem capitalibus vitij originè trahunt. Pro gula autem vitio sunt hi præcipui pœnitentiæ canones.

Canones Pœnitentiæ

De gula, & ebrietate.

SACERDOS imprudenter ebrius factus, in pane & aqua pœnitentiam aget dies septem: si negligenter, dies quindecim: si per contempum, dies quadraginta.

Diaconus, & alius clericus ebrius factus, arbitrio Sacerdotis pœnitens erit.

Monachus ebrius, pane & aqua mensibus tribus: si clericus, viginti dies.

Laicus ebriosus grauius arguatur, & pœnitentiam agere à Sacerdote cogatur.

Qui humanitatis gratia alium inebriare cogit, pœnitentiam aget dies septem: si per contemptum dies triginta.

Qui ad bibendum inuitat plus quàm natura fatalis est, pœnitentiam aget.

Qui præ ebrietate & crapula vomitum fecerit, si præ-

Declarationes ex pœnitentiâ Romano.

presbyter, aut diaconus, pœnitentiam aget dies quadraginta.

Si monachus, aut clericus, dies triginta.

Si laicus, dies quindecim.

Si laicus item, à vino, et carne abstineat dies tres.

Si quis gula causa antè horam legitimam ieiunium fregerit; duos dies pœnitentiam aget in pane & aqua.

Ex pœn. ant.

Ex eodem.

Si quis nimio cibo se ingurgitauerit, ut inde dolorè senserit; vnū diem pœnitentiâ in pane & aqua.

Canones Pœnitentiæ

de varijs peccatis.

C. Relatum de consecr. dist. 2. SI quis Sacerdos Missam canit, neque communicat; per annum pœnitentiam aget, nec verò interea celebret.

C. si qs. 17. q. 4. Sacerdos excommunicatus, si celebrat; tribus annis pœnitens sit, hebdomadisq; singulis feria secunda, quarta, & sexta, à vino, & carnibus ieiunet.

C. Accedens, dist. 50. Sacerdos, Sacerdotij sui gradu ordinèq; in perpetuum amotus, si celebrare audeat, priuatur communionem Corporis & Sanguinis Iesu Christi vsque ad vltimum diem, & in excommunicatione est, viaticum tantum in fine sumens.

C. nõ oportet, 30. q. 3. c. si per negligentiâ de consecr. dist. 2. Si gutta Sanguinis Christi in terram cadit; Sacerdos in pœnitentia sit quinque diebus; si super altare, & ad pannum vnum transit, diebus duobus; si vsque ad pannos duos, diebus quatuor: si vsque ad tres, diebus nouem: si vsque ad quatuor, viginti diebus.

Si incautè dimisit, quamuis nil nefandi acciderit; tribus mensibus à sui muneris administratione amouetur.

C. si quis per ebrietatem de consecr. dist. 2. Qui per ebrietatem Eucharistiam euomit; si laicus est, quadraginta diebus; si clericus, sexaginta; si Episcopus, nonaginta diebus; si infirmus, pœnitentiam aget diebus septem.

Scienter rebaptizatus, si propter hæresim hoc sceleris admittit, pœnitentia afficiatur septem annorum, quarta, & sexta feria ieiunans, & tribus item quadragesimis pane & aqua.

Si verò pro munditia hoc facere putarit; eum pœnitentia tribus annis, quòd si ignoranter; non peccat: sed idè non promouendus, licet sit excellens.

Cap. eos quoq; de consecr. dist. 4. Si Episcopus, presbyter, diaconusue spontè est rebaptizatus; quantumdiu uiuit, pœnitens sit. Alij verò clerici, & monachi, & moniales, ab hæreticis uolentes rebaptizari, pœnitentiâ agant duodecim annis.

Cap. si qua 31. q. 1. Sacerdos qui interest clandestinis desponsationibus, per triennium ab officij sui administratione amouetur.

Cap. Nemo de fecr. dist. 2. Sacerdos, qui pallijs altaris mortuum inuoluit, pœnitens sit decem annis, & quinque mensibus: diaconus autem annis tribus, & sex mensibus.

Pœn. Rom. Bur. lib. 19. Qui legata pia ecclesiæ non soluit, vno anno pœnitens erit per legitimas ferias.

Conc. Geng. Qui vir faciem suam transformauerit habitu muliebri, & mulier habitu viri; emendationem pollicitus, annis pœnitens sit tribus.

Pœn. Rom. Bur. lib. 19. cap. 121. Infirmos, aut vinctos visitare negligens, pœnitentiâ aget dies decem, pane & aqua visitans.

Pœnitentia vnus anni, qui in pane & aqua ieiunandus est, talis esse debet. In vnaquaque hebdomada tres dies, idest, secundam feriam, quartam, & sextam in pane & aqua ieiunet; & tres dies, idest, tertia feria, & quinta, & sabbato, à vino, medone, mellito, ceruisia, à carne, & sagimine, & à caseo, & ouis, & ab omni pingue pisce se abstineat: manducet minutos pisciculos, si habere potest; si habere non potest, tantum vnus generis piscem, & legumina, & olera, & poma si vult comedat, & ceruisiam bibat. Et in diebus Dominicis, & Natalis Domini, illos quatuor dies, & in Epiphania Domini vnū diem, & in Pascha vsque in octauam diem, & in Ascensione Domini, & in Pentecoste quatuor dies, & in Missa S. Ioannis Baptistæ, & S. Mariæ, & duodecim Apostolorum, & S. Michaelis, & S. Remigij, & omnium sanctorum, & S. Martini, & in illius sancti festiuitate, qui in illo episcopio celebris habetur: in his supradictis diebus faciat charitatem cum cæteris Christianis, idest, vtatur eodem cibo & potu quo illi: sed tamen ebrietatem, & ventris distensionem semper in omnibus caueat.

Pœnitentia secundi anni talis esse debet: vt hos duos dies, idest, secundam feriam, & quartam in vnaquaque hebdomada ieiunet vsque ad vesperam, & tunc reficiatur de sicco cibo, idest pane, & leguminibus siccis, sed coctis; aut pomis, aut oleribus crudis; vnum eligat ex his tribus, & utatur, & ceruisiam bibat, sed sobriè; & tertij diem, idest sextam feriam in pane, & aqua obseruet: & tres quadragesimas ieiunet, primam antè Natalem Domini, secundam antè Pascha, tertiam antè Missam S. Ioannis; & si tota quadragesima antè Missam Sancti Ioannis imple re non possit, post Missam impleat. Et in his tribus quadragesimis ieiunet duos dies in hebdomada ad nonam, & de sicco cibo comedat, vt supra notatum est: & sexta feria ieiunet in pane & aqua. Et in diebus Dominicis, & in Natali Domini illos quatuor dies, & in Epiphania Domini vnū diem, & in Pascha vsque in octauam diem, & in Ascensione Domini, & in Pentecoste quatuor dies, & in Missa S. Ioannis Baptistæ, & Sanctæ Mariæ, & duodecim Apostolorum, & Sancti Michaelis, & Sancti Remigij, & omnium sanctorum, & Sancti Martini, & in illius sancti festiuitate, qui in illo Episcopatu celebris habetur, in his supradictis diebus faciat charitatem cum cæteris Christianis: sed tamen ebrietatem, & ventris distensionem semper in omnibus caueat.

Pro vno die quem in pane & aqua ieiunare debet, quinquaginta psalmos genibus flexis in ecclesia si fieri potest, decantet. sin autem, in loco conuenienti eadem faciat, & vnum pauperem pascat: & eodem die, excepto vino, carne, sagimine, sumat quidquid velit.

Qui in ecclesia genua centies flexerit, idest si centies

Y y 3 ties

Cap. 23.

Cap. 24.

Cap. 25.

Cap. 26.

ties veniam petierit; si fieri potest ut in ecclesia fiat, hoc iustissimum est: si autem hoc fieri non potest, secretè in loco conuenienti eadem faciat: si sic fecerit, eo die, excepto vino, carne, & sagimine, sumat quod placeat. qui psalmos non nouit, vnum diem, quem in pane & aqua pœnitere debet, diues tribus denarijs, & pauper vno denario redimat: & eo die, excepto vino, carne, & sagimine, sumat quidquid velit.

Cap. 27.

Qui verò psalmos non nouit, & ieiunare non potest, pro vno anno, quem in pane & aqua pœnitere debet, det pauperibus in eleemosinam viginti duos solidos, & omnes sextas ferias ieiunet in pane & aqua; & tres quadragesimas, id est, quadraginta dies ante Pascha, & quadraginta dies ante festiuitatem S. Ioannis Baptistæ; & si antè festiuitatem aliquid remanserit, post festiuitatem adimpleat; & quadraginta dies antè Natiuitatem Domini. In his tribus quadragesimis quidquid suo ori præparatur in cibo, vel in potu, vel cuiuscunq. generis illud sit, esti met, quanti pretij sit, vel esse possit, & medietatem illius pretij distribuat in eleemosinam pauperibus, & assidue oret, & roget Deum, ut oratio eius, & eius eleemosinæ apud Deum acceptabiles sint.

Cap. 28.

Item qui ieiunare non potest, & obseruare quod in pœnitentiâ scriptum est; faciat hoc quod Sanctus Bonifacius Papa constituit. Pro vno die quæ in pane & aqua ieiunare debet, roget presbyterum, ut Missam cantet pro eo (nisi sint crimina capitalia, quæ confessâ prius lauati cū lachrymis debent) & tunc ipse adsit, & audiat Missam, & deuotè ipse offerat proprijs manibus panem & vinum manibus sacerdotis, & intentè respondeat, quantum sapit ad salutationes, & exhortationem sacerdotis: & humiliter Deum deprecetur, ut oblatio, quam ipse presbyter pro se & pro peccatis suis Deo obtulerit, Deus omnipotens misericorditer per Angelum suum suscipere dignetur: & eo die, excepto vino, & carne, & sagimine, comedat quidquid vult: & sic redimat reliquos anni dies.

Cap. 29.

Si quis fortè non potuerit ieiunare, & habuerit vnde possit redimere; si diues fuerit, pro septè hebdomadibus det solidos viginti: si non habuerit vnde tatum dare possit, det solidos decem: si autem multum pauper fuerit, det solidos tres. Neminem verò conturbet, quia iustissimus dare solidos viginti, aut minus: quia si diues fuerit, facilius est illi dare solidos viginti, quam pauperi tres: sed attendat vnusquisque cui dare debeat, siue pro redemptione captiuorum, siue super sanctum altare, siue Dei seruis, siue pauperibus in eleemosinam.

Cap. 30.

Qui non potest sic agere pœnitentiam ut superius diximus, faciat sic. Si tres annos continuos ieiunare debet, & nō potest, sic redimere potest. In primo anno erogat in eleemosinam solidos viginti sex, in secundo anno erogat in eleemosinam solidos viginti, in tertio anno solidos decem & octo; hi sunt sexaginta quatuor solidi.

Potētes autem homines plus dare debent, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Et qui illicita committunt, etiam à licitis se abstinere debent, & corpus debet affligere ieiunijs, vigilijs, & crebris orationibus: caro enim lata trahit ad culpam, afflictâ reducit ad veniam.

#### Alie declarationes breues.

**C**ONFESSARIVS, cum ex ijs quæ scripta sunt, intelligat, pro ratione & temporum & personarum diuersas pœnitentias fuisse, earumq. redimendarum certam rationem adhibitam esse: arbitrio tamen suo illis omnibus mitigandis moderandisq. agat, ut initio traditum est.

De Pœnitentia per legitimas ferias constituta; cōfessarius animaduertet, eo nomine intelligi feriam secundam, quartam, & sextam, canonum legibus pœnitentiæ ieiunioq. præscriptam.

Carinæ ieiunium, quod aliquando pœnitentiâ canone cauetur, id appellatur, quod per quadraginta dies in pane & aqua fiebat, ut sæpenu mero Burchardus interpretatur. Carinam alij dicunt, quidam carenam, alij carentenam, alij quadragenam.

Pœnitentia per tres quadragesimas indicta, ita intelligitur, ut cui imponebatur, is in anno pane & aqua ieiunaret quadragesimas tres: quarum prima est antè diem Natalem Domini; altera antè Pascha Resurrectionis; tertia, quæ scilicet per dies tresdecim antè diem festum Sancti Ioannis Baptistæ agebatur, quemadmodum ex Cōcilij Salegustadiensis decreto perspicitur potest.

## DE VISITATIONE,

### Et cura infirmorum,

#### Rubricæ seu instructiones.

**O**MNI tempore Parochus gregi suo inuigilare debet: sed cum primum aliquis eius curæ commissus in morbum incidit, tunc maxime omnem Parochialis charitatis diligentiam ipse in eo ponet, ut ægrotantem in via salutis rectè dirigat, & à nequissimi Dæmonis insidijs conatibusq. tueatur ac defendat præsidio salutarium adiumentorum.

Quod concilio Agathensi olim piè cautum est, id Synodo Prouinciali renouatū, idem Parochus præstare curet; ut Missa celebrata, si quos in Parochiali vicinia habet, frequenter, atque adeo quotidie, cum per alias parochialis curæ suæ occupationes potest, visitet: eisdemq. præstet, prout opus esse viderit, officia charitatis, & sollicitudinis, Parochiali muneri suo coniuncta.

Quamobrem non expectabit, dum ab egroto vocetur; sed ipse vltro ad illum veniet. Parochiales item suos & vniuersè & sigillatim, sæpenumero prout occasio feret, hoc monebit,

Prou. 5. quæ  
pert. ad sacr. ex  
tr. vnct. pa. 223.  
§. Quod Conci  
lio.

hit, ut se accersant, cum primum aliquis in febrem morbumue incidit.

Et verò quoniam alijs Parochialis curæ officijs aliquando fortasse distineri potest: propterea parochiæ suæ Sacerdotes si quos habet; aut saltem laicos aliquot homines, virtute, & vitæ spiritualis vsu præstantes deliget, qui ægrotum adeant, recteq. cohortentur; cum ad vim morbi patienter in Domino ferendam; tū ad alia christianæ pietatis officia præstanda.

Ad ægrotas mulieres etiam accedet; sed sibi comitem adiungere curabit, virum vel ecclesiasticum, vel laicum sanctæ charitatis operibus deditum: & omnino nunquam erit in cubiculo solus: & cum necesse fuerit ob pœnitentiæ sacramentum ministrandum, patienti tamen ostio id præstabit.

Illis maxime visitandis & consolandis assiduam charitatem nauabit, qui rerum omnium indigentia, & morbi acerbitate miserabilè in modum afflicti, curationem difficillimam experiuntur. quorum paupertatem commotus zelo pietatis ita subleuabit; ut & ipse, si per facultates potest, de suo aliquid erogat; & aliorum eleemosinas cōquirat; & eo nomine collectas certis diebus in Ecclesia edicat ad præscriptum concilij quarti prouincialis.

Tit. quæ ad pia  
loca pertinet. §.  
Primo quoque  
pag. 197.

Parochum propinquum, & sacerdotem item, clericumq. parochialis vicinæ suæ, cum ægrotare audierit, quamprimum inuisit, si præsertim aliorum ope destitutum videat; consoleturq. in primis remedijs animæ salutaribus, & adiuuentis corporis valetudini opportunis.

De ægri statu, genereq. morbi, aduersus valetudine perquiret. eius item mores, vitam, actiones, negotiaq.: ut sciat salubria dare consilia, opportunaq. adhibere remedia, omniq. sancta consolatione iuuare.

Cum ad illum veniet, super eum orabit ratione præscripta; neque semel tantum, sed sæpius, & quotiescunque opportunè id facere poterit. poteritq. vti modò vna, modò alia ex formulis precum, & sacrarum lectionum, quæ ad id præstandum in Sacramentali traduntur.

Accedet parochiali vestitu de more sine superpelliceo indutus.

#### Cohortationes & monita ad ægrotum.

**P**RÆMEDITATVS veniet, ut habeat argumenta ad persuadendum apposita, ac præsertim exempla sanctorum; quæ rectè apteq. adhibita, valde commouent. his autem cohortationum locis vti poterit, etiam alijs qui adsint, paululum secedere iussis, ita ut non audiant, si ita opus esse quandoque viderit.

Hortabitur, ut febrem egritudinemue in quam incidit, patienter ægrotus in Domino ferat: gratiaq. ei agat de ægrotatione qua corpus affligitur. cum iade animæ utilitas salutaris existeret possit, si verè, pièq. charitatem Dei erga se agnoscens, confirmabit se ipsum in omni pa-

tientia: vnde fructum vberimum capiet.

Demonstrare poterit, à Deo, qui fons est omnium bonorum, factum esse, ut infirmus prosperam corporis valetudinem amiserit; quoniam illius animæ salutariter consultum esse vult emendatione vitæ antea.

Si verò ægrū disciplinæ spiritualis, sanctorumq. virtutum studiosum esse animaduertit; morbi vim à Deo illatam esse ostendet, ut in spiritualis vitæ cursu quem suscepit, maiori progressionem versetur, atque adeo perfectius insistant.

Habebit etiam Parochus alios locos, quibus infirmum excitabit ad patientiam christiano homine dignam, & ad fructum ex inualetudine capiendum.

Monebit etiam, ut ne Dæmonis astu, neq; medicorum pollicitationibus, nec propinquorum, aut amicorum, domesticorumue blandis cohortationibus se villo modo decipi sinat, quò minus in ea quæ sibi salutaria sunt, incumbat. Quare hoc infirmo suadere studebit, ut quod item S. Ambrosius sacris scripturis monet, salutare Dei in primis concupiscat, nepe Christum Dominum; sicq. animæ æternam salutem primò expetens, quærat deinde, quæ ad corporis valetudinem attinent.

Quæ quidem Parochus pro ratione morbi, & ægroti conditione, maiori studio, efficacia, vel amplificatione etiam agat.

Videbit, an aliquid domi, præsertim in cubiculo illius sit, quod cum disciplinæ christianæ moribus minus conueniat.

Sacras imagines Christi Domini crucifixi, beatæ Mariæ Virginis, & sancti præsertim apponi curabit, quem æger præcipue veneratur, quem uè patronum cœlestem sibi delegit. Si verò neminè potissimum delegerit, ut deligat, eiusque sacram imaginem domi, in cubiculoque præsertim habeat, Parochus studebit.

Valculum aquæ benedictæ, quando collocatū nō sit, collocari iubebit propè lectū ubi iacet.

Monebit ut eleemosinas det quamplurimas, pro facultatum scilicet ratione, & modo.

Ut pro se orationem, supplicationemq. à religiosis hominibus fieri postulet, omniq. ratione curet.

Ut item domi suæ pro se, dum æger est, familia quotidie certa hora precetur.

Ut ipse cum per morbum potest, aliquid piè meditetur de vanitate mundi, de exemplis patientiæ, de fructu tribulationum, de cœlesti gloria.

Ut quotidie si per valetudinem potest, vel coronam beatæ Mariæ Virginis; vel si literas non rit (quod S. Augustinus fecisse traditur, dum æger fuit) septem psalmos pœnitentiales piè recitet: aut omnino aliquid precum pro viribus suis adhibeat.

Si Sacerdos, aut alicuius sacri ordinis homo est, qui diuini officij recitandi lege adstrictus sit; suadebit, ne recitare facillè omittat, nisi vi morbi,



bi tandem coactus, & de consilio confessarij, & medici.

Proponet etiam ægrotanti, prout illius conditio tulerit, aliquas breues orationes, quas iaculatorias dicimus; præsertim è psalmodum libro sumptas, quæ facillè in promptu sint.

Pollicebitur quoque, se pro eo in Missæ sacrificio, alioq. tempore piè oraturû, curaturumq. vt parochiales itidem pro eo faciant. Id verò ipse omnino præstabit, collectam pro eo dicens, aut saltem orans; idq. frequenter pro ægri necessitate.

Ideò denunciabit etiam populo singulis diebus Dominicis oratione pro egrotis parochiæ suæ.

Monebit, vt cum conualuerit, primò ad ecclesiã veniat, vbi super eũ orationes dicantur; quod in multis ecclesijs pij, frequentisq. est instituti.

#### De Confessione.

**H**OC in primis suadebit, vt de peccatis confiteatur: idq. maximè studebit, vt ad generalem de tora vita antea facta confessionem illũ inducat: proindeq. eius vtilitates, fructusq. salutare breui enarrabit, quos inde capiet.

Si verò æger se difficilem præbebit, vt aut confiteri nolit, aut confessionem longius differre velit; eius rei causam Parochus studiosè perquirat: quæ vnde accidat, vbi animaduertit, tunc illam appositis rationibus amouere studebit. siq. rectè, salutariterq. suadendo illum à proposito deducere non potest; ne tamen ei confitendi tempus proroget vltra quàm liceat, nisi re primùm cum Archiepiscopo, aut eius Vicario communicata.

A medicis autem opportunè contendet, vt facris decretis, pontificiæq. constitutioni Pij Quinti obtemperantes, ad illum inuisendum curandumq. non accedant post præscriptum tempus, nisi ex confessarij scripto cognouerint, eum de peccatis confessum esse.

Et quoniam causa, quamobrem ille confiteri nolit, aut differat, multiplex & varia esse potest; vt potè, vel desperatio, quam ex peccatorum magnitudine, multitudinè concepit; vel affectus alicuius peccati quod abijcere nolit; vel accidia quædam, qua fiat, vt is laborem se disponendi exhorrescat; vel alia grauis causa, quæ eum à confitendo deterreat: ideò benè notos habebit locos, rationes, & argumenta suadendi, vel dissuadendi, prout causa tulerit, qua æger impeditur, aut deterretur.

Quamobrem aliquod studium in ijs libris legendis ponet Parochus, quorum doctrinis methodus traditur, ad eos qui moriuntur iuuados. Cum ægrum autem vel eius spontè, vel hortatu admonitioneq. sua Parochus ad confessionem accensum viderit; tunc ad confitendum condicet diem & horam ei commodã, nisi tñ periculum sit in mora: nam si morbi vis nullam dilationem patietur, cum eo æger, vt confessum confiteatur. Si item eo ipso tempore præpa-

ratus videbitur, eius confessionem audiet: in qua si illum, vel morbo, vel imperitia, vel timore, in enumerandis, discernendisq. peccatis impeditum esse animaduertit, adiumentum pro charitate prudentiaq. sua ei afferet.

Si fœminæ confessionem audiat, ostio patenti id præstet.

Curet ad id munus exequendum, superpelliceũ, & stolam paratam habere.

Sacræ omnino decentiæ consulere studeat, quàm maxime pro loco, & tempore potest, ex ordine sacræ pœnitentiæ ministrandæ supra explicato.

Neque omittat testimonium confessionis scribere; ne pœnam incurrat, de qua supra in Sacramento pœnitentiæ dictum est.

Pœnitentiam ne ideò tamen nimis leuem imponet, quòd iusta ab homine iacente non possit præstari; si probabile sit quòd conualescet, & tunc præstare poterit, quod non potuerat iacens. quòd si credibile sit, eum non amplius surrecturum; rationes pœnitentiæ iustæ eliget, quæ possint præstari à iacente; veluti magnam eleemosinam pro facultatum modo. Suadebit verò semper, vt morbi afflictiones pœnitentiæ loco libenter accipiat, Dominoq. pro peccatis suis offerat.

Item vt indulgentiam consequi curet, ex Pontificia, seu Archiepiscopali concessione.

#### De Communione.

**C**OHORTABITUR ægrotũ Parochus, vt sacram communionem sumat, etiã si grauius non ægrotet; maximè si festi alicuius celebritas id suadeat. neque ipse ministrare recusat si sapius in eadem infirmitate pro deuotione & desiderio ægroti; præsertim si ille cum valet, solet frequentare: de quo in Conc. Prou. 4. decretum est.

Pro viatico ministrabit, cum probabile est, quòd eam amplius sumere non poterit. cauebit autè ne ita cunctetur, vt periculum adeat ægrotus moriendi priusquàm sumat.

Cum præterea posteaquàm viaticũ, extremamq. etiam vnctionem æger suscepit, aliquot dies superstes sibi sacram communionem ministrari petit, eius pio desiderio Parochus non dederit: sed pro viatico illam iterum in eodem morbo non ministrabit. Ideoq. in ministrando vtetur illis verbis: *Corpus &c.*

Vt quo maximo potest, ac debet, pietatis studio, & fidelium frequentia, ad ægrotos sanctissima Eucharistia deferatur; hæc vt infra Parochus diligenter curabit, atque exequetur.

Primùm in sua parochiali ecclesia confratriã corporis Christi instituet præscriptis regulis.

Aget cum vnoquoque patrefamilias, vt cum signum campanæ eo nomine datur, ipse in ecclesiam parochialem ad comitandum tantum sacramentum conueniat, aut saltem filium natum maiorem, aut omnino aliquem ex familia ob-

eam

eam causam mittat. habeatq. præterea domum, pluresuè candelas cereosæ; quibus in hoc pietatis christianæ officio vtatur.

Populum præterea sapius cohortabitur, vt frequens semper, omniq. animi pietate ac religione venerabile sacramentum comitetur.

Neque hoc monere desistet, vt quando sacerdoti illud deferenti fideles obuiam fiunt, ipsi etiam prosequantur; quiq. equo, aut curru vehuntur, descendant etiam, & comitentur item, nisi necessaria, vel vrgenti de causa vehemèter impediuntur.

Quò autem ardentiùs ad id religiosè agendum fideles excitentur, crebrò etiam prout occasio tulerit, indulgentiam eo nomine concessam euulgabit.

Sacerdotes, & clerici ecclesiæ parochialis, nisi necessaria occupatione distinentur, etiam comitari studebunt.

Familia ægrotantis obuiam procedet cereis accensis, omni pietatis cultu, ac depositis armis.

Parochus ad infirmum sacram Eucharistiam ipse feret, nisi morbo inualetudineuè, aut necessaria causa impeditus sit. cum verò alio sacerdote vtitur, is sit, qui ex concilio prouinciali quarto requiritur.

Noctu non afferet, nisi periculo mortis instante. Particulas autem duas feret: nisi cum aliquando ob mortem instantem, vel noctu defert; vel certus est Parochus necesse esse, vt statim post communionem extremam etiam vnctionem ministrat.

Allaturus, accuratè hoc præmonebit: primùm vt ægrotantis ad quem defertur, cubiculum ab omni sorde & inquinamento purgetur; amotaq. omni re profana, exornetur, vbi potest, pio apparatu, & sacris imaginibus: tum præterea mensa consternatur mappa nitida, appareturq. cruce, aliaue effigie sacra, candelabris, & candelis saltem binis. In qua mensa super corporali pixis cum sanctissimo ipso Sacramento collocabitur. sit præterea vas vitreum ad ablutionis vsũ.

Qui ob egestatem id minus præstare possint, eos curet Parochus iuuari à confratribus sanctissimi Sacramenti.

Certis campanæ percussionibus parochiæ suæ clericos, & parochiales, præsertim confratres sanctissimi sacramenti conuocabit.

In deferendo vtetur pluuiali, vbi per loci, temporisq. conditionem fieri poterit: aliàs verò superpelliceo & stola.

Curabit etiam clericos habere, non solum qui res sacras afferant in ministracione adhibendas, sed qui comitentur, & vnà cum eo preces recitent.

Ij superpelliceo induti sint; & si capitulum canonorum ad sit, etiam alijs indumentis, quibus vtuntur in choro.

Sanctissimum Sacramentum deferet vasculo decoro ad præscriptam formam: quod vasculum vel tenui linteo, vel velo ab humeris demisso

decenter contegetur. si verò ob necessitatè noctu, & locis asperis, montuosisq., via præcipiti, aut lubrica deferet; sacrum illud vasculum in sacculum decentem qui à collo pendeat, ita includet, vt si fortasse ipse labatur, sacramentũ in terra decidere nullo modo possit. Umbellã præterea vbi potest adhibebit, maioris vel minoris formæ pro locorum conditione ad præscriptum.

Cum Parochus accessit ad ægrotum, diligenter videat (si quidem grauius laborat) an integro sensu sit; an item periculum tussis; anq. item vomitus. si tunc non potest sumere, necessitate, viq. repentina morbi impeditus, aliquantulum morabitur Parochus; dumq. in mora est, ipse, & reliqui fideles genibus flexis corã sanctissimo Sacramento orabunt. At verò si perseveret impedimentum, illud proponet ei adorandum, si modò ægrotus ita desideret: & impertita ei figura crucis benedictione cum ipso Sacramento, discedet. eodem modo oret, proponat, & benedicat, si, cum venerit, ab initio viderit fieri non posse, vt ægrotus sumat. sed ne deferat tamen vnquam ad eum, quem sumere non posse antè nouerit.

Si autem sumere potest, Parochus illum suauiter alloquetur; & quæret, an aliquid reliquũ sit quod confiteri velit: tuncq. libenter eum audiet, & absoluet: interrogabitq. item, an sanctissimum Corpus Domini sumere velit; & si pro viatico dandum sit, id quoq. exprimet: ad quod piè deuoteq. sumendum paucis verbis inflammabit.

Si quando sine sacra hostia redibit, Parochus antequàm domo ægroti abscedat, lumina extinguat iubebit; superpelliceum, stolam, tintinnabulum, umbellam non adhibebit; pixidem palam non deferet.

Prælato alicuius ecclesiæ, qui in lecto ægrotans frequentissimè sacra Eucharistia pabulo salutariter se reficiet, eam, & cum primò in ægrotatione, & cum pro viatico sumet, sacerdos qui post illum in ipsa ecclesia primariam dignitatem, locumue obtinet, deferet ac ministrabit, vnuerso clero eiusdem ecclesiæ prosequente, & societate etiam sanctissimi corporis Domini. Si verò sapius sacram communionem sumet, alius inferior sacerdos, vel Parochus ministrabit, societate tantummodò corporis Domini comitante.

Alijs sacerdotibus eodè modo deferetur, eiusdè ordinis saltem sacerdotibus, alijsq. clericis comitantibus.

Ægrotus si per valetudinem potest, è lecto surget: decoreq. vestitus; & si est sacerdos, superpelliceo stolaq. indutus, genibus flexis erit, dum sumet.

#### Monita, si morbus grauior fuerit.

**S**I morbus grauior, & cū periculo fuerit, Parochus ægroti suadebit, vt dum integra mē-

te

te est, rem omnem suam rectè constituat, & testamentum faciat.

In testamenti factioe significabit, quanti inter sit religiosos homines doctrina & pietatis vfu præstantes adesse, de quorum consilio ad remedium animæ suæ in vltima voluntate pro facultatibus aliqua pia opera statuat.

Legata pia quæ fecerit, præstari quàm primum, aut etiam ipso viuente monebit; cum hoc ei plurimum suffragari possit ad animæ salutem.

Hæc in primis monebit: quæ quanquam semper præstanda sint, tali tamen tempore in primis: vt si quid alieni habet, si per facultates potest, quàm primum restituat, aut saltem id præstari in testamento caueat.

Vt si de alicuius fama detraxit, curet ei aliqua ratione satisfacere.

Vt si quos inimicos habet, illis omnino ignoscat, omnemq. facultatem, & inimicitias deponat.

Vt si quem offenderit, læserit, vt potest satisfaciatur.

Si ab aliquo læsus, aut fortè vulneratus sit, ei ex animo & toto corde ignoscat, offensionem quæ remittat.

Perquiret item, an sacro chrismate confirmatus sit. quod si illum adhuc non esse viderit, etiã iacentem, si adest Episcopus, confirmari; si minus adest, id cum per valetudinem poterit, vt quàm primum præstet, accuratè monebit.

Monebit etiam, vt morbo magis etiam ingrauescente, sanctissimum viaticum, & extremæ vnctionis Sacramentum in tempore petat; vt dum sensibus integris, & mente viget, piè religioseq. sacramenta accipiat.

Aget cū eo, vt si Dei gratia munereq. ab eo morbo conualecet, vitam omnino emendet, aut sanctiorem viuendi disciplinam suscipiat.

Demonstrabit, satanam nihil non agere, vt impediatur salutaria eius remedia: ideoq. in id studere, vt infirmo in animum sæpenumero inducat, nihil periculi ex morbo quo laborat imminere: medicos autem verborum blanditijs spem longioris vitæ sæpè polliceri, in idipsum quæ familiares etiam & cognatos incumbere.

Periculum igitur morbi ei ita celari ne sinat, vt eum mors opprimere possit inopinantem & imparatum. Atque opportunè inducet illum, & suauiter, vt velit suum sibi periculum patefieri.

Animaduertet autè, ægrotos tribus potissimum solere valde molestis cogitationibus affici, anxietateq. perturbari. quarum primam affert mortis metus; alteram conscientia peccatorum; tertia oritur ex contemplatione diuinæ iustitiæ. quam obrem in promptu habebit argumenta ad persuadendum apposita, pro conditione ægrotantis: quem lenibus suauibusq. verbis alloquetur.

Ostendet, mortem christianis hominibus nõ modo extimescendam non esse, sed etiam amandam, & expetendam: quæ nisi intercedat, fie-

ri non potest, vt à peccati seruitute, & huius vitæ calamitatibus atque incommodis omnino liberati, æternam felicitatem per Iesu Christi meritum consequamur. Atque in hoc suadendi genere rationes & locos sibi sumere poterit ex libro S. Cypriani, qui est de mortalitate.

Quem metum depellere studebit, non solum multis alijs rationibus; sed etiam & sacrarum literarum auctoritatibus, & exemplis sanctorum, & sacris precibus & orationibus.

Si ob affectum quo erga res terrenas irretitus tenetur, aut ob alias causas mortem exhorrescit: hunc affectum expellere conabitur rationibus ab earum vanitate vitioq. deductis.

Ad sedandam perturbationem quæ oritur ex conscientia peccatorum, hortabitur, vt frequenti confessionis, & sacræ communionis vfu sese religiosè corroboret: credatq. omnino sacramentis peccata infinita Dei benignitate deleri.

Ad iustitiæ verò diuinæ contemplationem ægrotum valde se abijcientem, eriget commemoracione infinitæ bonitatis diuinæ; quæ nunquam patitur fideles esse destitutos, qui velint, quam diu in huius vitæ cursu versantur, pœnitentia exactæ vitæ peccata diluere.

Si impatientem ægrotum viderit, ei proponet passionem Christi Domini, tormenta sanctorum martyrum, exempla aliorum sanctorum, Iob, Tobie, Ioseph, & aliorum. Merita prætereà ostendet patientiæ, quæ multa sunt, & maxima. causas item ostendet afflictionum, quas Deus pater amantissimus, & medicus sapientissimus, tanquam medicamenta fidelibus adhibet.

Orationibus etiam breuib. vtetur, quas vnà cum ægrotum pronuntiabit, ad illius impatientiam sedandam, depellendam.

Cohortabitur prætereà, & consolabitur eum, prout affectum esse viderit; agerq. pluribus, aut paucis, pro prudentia charitateq. sua. In eoq. denique diligens erit, vt omnem ex infirmi animo mœstitiam abijciat, paratq. sit, depositum suum, quancunq. illud repetere Deus voluerit, libentissimè reddere.

Si in vrbe, aliove loco æger est, vbi Archiepiscopus moretur; eum inducat ad benedictionem Archiepiscopalem vnà cum indulgentia, cuius facultatem Apostolicam habet, piè petendam. ipsum etiam Archiepiscopum ipse poterit quædoque de illius morbo ægritudine certiorè facere; qui eundem spontè visitabit, & consolabitur; aut alium mittet.

Ingrauescente morbo Parochus infirmum crebrius inuiset, & iuuare ad salutem conabitur quàm diligentissimè.

Si mortis tempus instare viderit, ager ad præscriptum, commendationisq. animæ officium præstabit. Monebit etiam instante periculo se confestim vocari, vt in tempore prestò sit morienti.

Ordo

### Ordo ministrandi Eucharistiæ Sacramentum infirmis.

PAROCHVS conuocatis parochiæ suæ clericis certis campanæ percussionibus; & item confratribus sanctissimi Sacramenti in ecclesia parochiali; paratis item cereis, & umbella: manus lauat.

Posteà superpelliceo, stola, & pluuiali rubeis indutus, ad altare genibus flexis paululum tacitus orabit: mox ascendit, genuflectit, aperit tabernaculum; iterum genuflectit, extrahit pixidem suo velo rectoram; super corporali in altari explicato collocat; rursus genuflectit, & claudit tabernaculum.

Tectis serico velo rubeo humeris, brachijsq., sumit pixidem; vtraque manu eodem velo cooperata, sinistra pedem tenens, dextera nodum ipsius pixidis, & sub umbella procedit; quæ à dignioribus laicis deferetur.

Clericus vnus præbit, qui aquæ benedictæ vasculum cum aspergillo deferet; & tintinnabulum item per certa intervalla pulsabit: cuius fonitu populus ad religionis cultum sanctissimo Sacramento tribuendum genibus flexis prociens excitetur.

Alter item clericus, si fieri poterit, adiungetur, qui bursam rubeam corporali incluso concinnè feret ante pectus; & item librum hunc, de quo ipse Parochus, quæ oporteat, recitabit.

Cerei duo lateribus inclusi à confratribus sanctissimi Sacramenti præferentur: quæ lumina veterum vi, præsertim per hyemem, extingui nõ possint.

Septem psalmos pœnitentiales Parochus in via piè recitabit: quos, si longum est iter, repetet, præsertim psalmum *Miserere*: & alias etiam religiosas preces, hymnos, & psalmos accommodatos, quatenus spatium dabitur; idq. cum sacerdotibus, & clericis, qui comitabuntur, alternatim.

Reliqui fideles bini prosequuntur, orantes ipsi quoque: primo loco scholares sanctissimi Sacramenti: deinde reliqui, viri scilicet, postremo fœminæ; hæc capite velato, illi omnes capite aperto: omnes manu candelas accensas tenentes, vt plures possunt. viri autem aliqui poterunt à lateribus etiam cum luminaribus comitari.

Cubiculum ægrotantis Parochus ingrediens dicit: *Ps. Pax huic domui.*

*Re. Et omnibus habitantibus in ea.*

Tum reponit sanctissimum Sacramentum in mensa apparta, candelis accensis, supposito pixidi corporali explicato: & genuflexus illud adorat. Posteà surgens, aspergillum cum aqua benedicta accipit; ægrotum aspergit ad similitudinem crucis, cubiculum, & reliquos qui præfentes adsunt, dicens antiphonam.

*Asperges me hyssopo, & mundabor; lauabis me, & super niuem dealbabor.*

*Ps. Gloria patri, &c. Re. Sicut erat &c. tum repetit antiphonam.*

*Asperges me hyssopo, &c. vt supra.*

Mox dicere pergat preces sequentes, ita versus ad ægrotum, vt tamen etiam sanctissimum Sacramentum reuerenter aspiciat.

*Ps. Saluum fac seruum tuum.*

*Re. Deus meus sperantem in te.*

*Ps. Mitte ei auxilium de sancto.*

*Re. Et de Sion tuere eum.*

*Ps. Nihil proficiat inimicus in eo.*

*Re. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*

*Ps. Esto ei domine turris fortitudinis.*

*Re. A facie inimici, & persequentis.*

*Ps. Domine exaudi orationem nostram.*

*Re. Et clamor noster ad te perueniat.*

*Ps. Dominus vobiscum. Re. Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium; auxilij tui super infirmum famulum tuum ostende virtutem: vt ope misericordie tue adiuutus, ecclesie tue sanctæ incolumis representari mereatur. Per dominum nostrum &c.*

Si ægrotus extra lectum genibus flexis esse poterit, vt supra dictum est; scannum panno mudo ecclesiastico ltratum ante se habeat: aut ipsum pannum saltem à clericis, clericouè sustentatum. Si verò in lecto esse necesse sit; vt potest eleuatus, & amictus, communicabit, panno itidem ante se extenso.

Hic clericus versus sanctissimum Sacramentum & Parochum genuflexus, monet ægrotum & ceteros omnes, signum crucis sibi adhibere: & ipse signans se dicit: *In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.* & manibus iunctis confessionem generalem dicit; ægrotum si potest cum eo saltem submissa voce pronunciantem, aut saltem attentè audiente: percutitq. ter pectus ad ea verba, *mea culpa, &c.*

*Confiteor Deo omnipotenti, &c. vt supra.*

Qua confessione pronunciata, Parochus dicit: *Deo gratias.* tū ita im pergat dicere manibus iunctis: *Miseretur tui, &c. vt supra.*

Post manu dextra crucis signum versus ægrotum adhibet, & dicit: *Indulgentiam absolutionem. vt supra.* Posteà dicit sequentem orationem manibus extentis, & clerico librum tenente.

*Oratio. Dominus noster Iesus Christus, qui dixit discipulis suis: quæcunq. ligaueritis super terram, erunt ligata & in celo; & quæcunq. solueritis super terram, erunt soluta & in celo: (de quorum numero, quamuis indignos nos esse voluit) ipse te absoluat ab omnibus peccatis tuis, quæ quouis modo, cogitatione, locutione, & operatione egisti: atque à peccatorum nexibus absolutum, perducere dignetur ad regna celorum. Qui cum Deo patre, & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Re. Amē.*

Vbi Parochus hæc precatus erit, ad mensam se conuertit, genuflectit, aperit pixidem; iterum genuflectit,

nusflectit, manu sinistra pixidem prendit, & alterius manus duobus digitis pollice & indice sacramentum accipit, paululumq. de pixide eleuat, & conuersus in medio mensæ versus ægrotum, vt is illud adoret, breui pro personæ, & temporis ratione excitat illius fidem, & deuotionem.

Tum clericus genuflexus vt supra, dicit:

*Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo tuo, & sanabitur anima mea.* quod iterum, ac tertio repetet, per singulas vices pectus percutiens. qua formula etiã vtendum est, cum sceminae communio ministratur. & ægrotus vnã cum clerico eam pronuntiabit, saltem submissa voce.

Quibus verbis pronunciatis, Parochus cautè & diligenter præbet ei sanctissimum Sacramentum, & signum crucis super pixidem antè faciem ægroti faciens, dicit:

*Corpus domini nostri Iesu Christi custodiat animã tuam in vitam æternam.* ægrotus respondet.

*Amen.* videat verò Parochus, vt antequàm Sacramentum præbeat, satis spatij relinquat ad dicendum: *Amen.*

Si verò infirmo communionem pro viatico ministrat, dicat hoc modo:

*Accipe frater, si verò scemina est, soror, viaticum Corporis Domini nostri Iesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur in vitam æternam.* ægrotus respondet. *Amen.*

Posteã Parochus digitis pollice & indice quibus ministravit, super pixide simul iunctis, ad mensam reuertitur. vbi deposita pixide super corporale, eaq. contacta, tum facta genuflexione, statim digitos quibus Sacramentum tetigit, vino & aqua abluit in vase non consecrato ad eum vsum præcipue parato, quod secum portandum curabit; tum purificatorio abstergit. clericus autem præbet ægroti ablutionem: quod si ægrotus sumere non potest, eam ad ecclesiam deferret, & in sacrarium mittet.

Facta purificatione, Parochus stans vt supra dicit manibus iunctis.

*Y. Domine exaudi orationem nostram.*

*R. Et clamor noster ad te perueniat.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

Deinde manibus extentis orationem sequentem.

*Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, te humiliter deprecamur: vt accipienti fratri nostro, vel sorori nostræ, sacrosanctam Eucharistiam corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi filij tui, & animæ & corporis sit salus. Per eundem dominum nostrum. &c.*

Hic infirmum Parochus aliquid admonebit, ex ijs quæ supra exposita sunt: hocq. in primis, vt in tempore petat extremã vñtionem: siq. in eo statu est, vt non sit differenda, ipse Parochus nullam moram interponet.

Videbit antequàm inde discedat, vt si aliquando Sacramentum palato ægroti adhæserit, tantũ vini, aut aquæ det, vt illud glutiat: quod vbi factum viderit, ad mensam genuflectet, & pi-

xidem capiet, vt attulit; & versus ægrotum cum ea crucis signum faciet.

Ita ad ecclesiam rediens quo ordine venerat, dicit canticum sequens: & item alias religiosas preces ad hunc vsum accommodatas (præcipue cum longum est iter) cum sacerdotibus, & clericis alternatim vt supra.

*Benedicite omnia opera Domini Domino. &c. vsque ad finem cantici.*

Reuersus verò collocat debita reuerentia pixidẽ cum Sacramento super altari, supposito corporali extento; genuflectit; posteã stans manibus iunctis dicit:

*Y. Panem de cælo præstitisti eis.*

*R. Omne delectamentum in se habentem.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

Tum manibus extentis dicit orationem sequentẽ.

*Deus qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti; tribue quæsumus: ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari; vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuus & regnas. &c.*

Qua oratione peracta, genuflectit; pixidem vtraque manu tenens, iugnum crucis cum ea versus populum adhibet, benedicens his verbis:

*Benedicat vos omnipotens Deus, pater, & filius, & spiritus sanctus. R. Amen.* deinde conuersus ab alia parte ad altare, reponit pixidẽ in tabernaculo, genuflectit, posteã claudit.

Tum indulgentiam publicè denunciat ijs concessam, qui Sacramentum eo modo comitatur: paucis verbis eos cohortans, vt in religiofo eo instituto perseuerent: & ita fideles in pace dimittet.

## DE SACRAMENTO

### Extremæ Vñtionis.

#### Rubricæ, seu instructiones.

**EXTREMO** vitæ nostræ tempore præsidia diuinæ gratiæ nos eò plura habere conuenit, quò & vehemètius torquemur metu mortis impendentis, & in periculo etiam maiori versamur. Sicut igitur clementissimus Redemptor noster diuina in alijs sacramentis adiumentum fidelibus, dum in hoc sæculo viuunt, parauit: ita hoc extremæ vñtionis sacramento, finem vitæ huius, tanquam firmissimo quodã, cælestiq. præsidio communiuit.

Hoc Sacramentum à Christo Domino vt cætera sacramenta est institutum; apud Marcum quidem insinuatum, per Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem fidelibus commendatum, ac promulgatum. *Infirmatur*, inquit, *quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum; & allenabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei.*

Ad-

Administrantur in ecclesia fidelibus plures sacræ vñctiones, veluti, Baptismi, Confirmationis, Ordinis: & quoniam hæc extrema est, quæ fideli grauius periculoseq. ægrotanti ministratur; ideò sacramentum extremæ vñtionis appellatum est, & sacramentum etiam vñtionis infirmorum, & prætereã sacramentum exeuntium.

Hoc sacramentum, vt alia sacramenta, constat ex materia, & forma. Itaque eius materia est oleum ab Episcopo consecratum, liquor scilicet, non ex quauis pingui crassaq. natura, sed ex olearum baccis tantummodò expressus. Atque hæc quidem materia aptissime illud significat, quod sacramenti vi intus in anima efficitur; mitigatur enim animæ dolor & tristitia vñctione quadam inuisibili; eiusq. vires creantur, vt infra dicitur latius.

Forma verò sacramenti est verbum, & solemnitas illa precatio, qua sacerdos ad singulas vñctiones vtitur, cum inquit: *Per istam vñtionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti; & sic de reliquis.* Quò fit, vt cum aliorum sacramentorum forma, vel absolute significet quod efficit, vt illa, *Ego te baptizo; vel tanquam ab imperantibus pronuncietur, vt in sacramento ordinis, Accipite potestatem; hæc vna extremæ vñtionis forma precatio quadam absoluat.*

Atqui sacramenti huius minister sacerdos est rite sacerdotio initiatus: nec verò tamen cuius id ex sacris decretis administrare licet; sed proprio Parocho qui iurisdictionem habeat, aut alteri, cui ille, Superioruè ministrandi sacramenti facultatem ex causa dederit.

Fructus atque vtilitates quæ ex hoc sacramento capiuntur, Parochus accuratè studioseq. explicabit, cum in visitatione infirmi opportunum viderit; tum maxime in cohortatione ad illud spontè petendum; & in primis in ministratore, quantum per temporis angustiam, & morbi vexationem potest.

Prima igitur vtilitas & effectus huius sacramenti est, quòd peccati reliquias tollit, tanquam complementum sacramenti pœnitentiæ. Quæ reliquæ peccata esse intelliguntur, siue mortalia, siue venialia, quæ post alia sacramenta remanent. potest enim fieri, vt ignorante eo qui commisit, vel non valente confiteri, peccatum mortale remaneat: in quo delendo ita hoc sacramento iuuatur; vt fieri possit eum per hoc sacramentum saluari, qui alioqui fuisset damnandus.

Hæ reliquæ etiam sunt, torpor, mœror, & anxietas quædam, quæ ex peccato relinquuntur, & hominem morti proximum affligit.

Sunt porro multa, quæ ægrotantem variè affligunt; & mortis naturalis metus, & diuini iudicij horror, quo maxime terretur; & morbi vis: quæ illum ita deprimit, vt de Deo, diuinisq. & cælestibus rebus, ac de animæ sua

salute cogitationes aliquando suscipere non possit. Fitq. sæpè interdum, vt morbo vexatus, paulo momento huc atque illuc impellatur, modò ad querelas, modò ad suspiciones, modò ad impatientiam, aliaq. huius generis prauas affectiones, quæ illius animam lædunt. Aduersus hæc porro omnia incommoda sacramentum hoc tanq. saluberrima medicina valet, eamq. vim diuinitus habet, vt leuius ea ferat.

Alia est vtilitas; Cum enim Diabolus, qui diuturno vsu conditionem, ingenium, moresq. ægrotantis didicit, extremo eo tempore omne certamen variè aggrediat, vt eum distrahat, desperatione, & animi abiectioe perturbet, aut nimia arrogancia atque elatione quadam attollat: hoc sacramento vires infirmo diuinæ subministrantur, quibus aduersario fortiter resistat.

Cum igitur aduersus hostem animam corroboret; tum etiam corpus, vbi animæ saluti expedierit, aliquando sanat.

Hoc etiam sacramentum, fidelis qui illud piè sumit, palam publiceq. quodammodo profitemur in obitu fidem catholicam. Apertè enim declarat, se, sicut ad id tempus in ecclesia militante cum fidelibus communionem habuit; ita in fine se se habere; sperareq. in ecclesia triumphante consortium habiturum cū sanctis, qui æterna cum Christo gloria perfruuntur.

#### Ceremonia & ritus ministranda extrema vñtionis.

**PRIMO** multæ ad Deum preces pro eo piè adhibentur, quibus diuinum eius auxilium imploratur: leguntur litanie, Sanctiq. Dei inuocantur: & nullum omnino est sacramentum, quod pluribus precibus administratur: egent enim fideles eo potissimum tempore magno auxilio: & ideò Parochus, alijq. omnes præsentés toto corde precantes tunc eniti debent, vt laboranti subueniant.

Prætereã corporis partes vnguntur; quæ veluti sensuum instrumenta homini data sunt. oculi propter visum, aures propter auditum, nares propter odorem, os propter gustum & sermonem, manus propter tactum. sicut enim in morbo corporis ea pars curatur tantum, à qua morbus manat, non autem totum corpus; ita hic ea tantum membra vnguntur, in quibus potissimum sentiendi vis eminet, vnde peccatum quasi per ostia intrare solet. renes quoque veluti voluptatis & libidinis sedes: tum pedes, qui sunt nobis ingressus, & ad locum mouendi principium.

Quæ duæ partes postremæ non tamen ita sunt necessariae vt aliæ, quæ sunt quinque sensuum, ideò in scemina renium vñtionem omittet.

Si quis membro aliquo careat, quod inungi præscriptum est, vngat partem ei propiore.

Reliquis infirmis manus ab interiori parte inungent, sacerdotibus verò ab exteriori parte, cum prius in sacra ordinatione vñctæ fuerint.



Vngendis autē oculis, alijsq. membris, quæ in homine paria sunt, hoc valde cauebit, ut cum vtrūque membrum vnus tantum sensus sit, vtriusque itidem vñtionem absoluat vnica solum verborum forma, licet duas cruces faciat. Vngetur autem primò dexterum, deinde sinistrum, cruce vniciusque impressa oleo sacro.

Vnguntur oleo, quia gratia spiritus sancti, quæ oleo significari solet, anima pfunditur, ad peccata, peccatorumq. reliquias abstergendas, animam alleuiandam, & confirmandam.

Forma adhibetur, quæ precationem habet, cum S. Iacobus dixerit, *creuit super eum &c.* Atque cum hoc sacramentum sit quoddam pœnitentiæ complementum; infirmiq. eo maximè tempore non possint opera pœnitentiæ facere, ex sola misericordia remissionem expectat, quæ precatione imploratur.

Crux item, dum vñtio sacro oleo adhibetur, imprimitur; ut sciamus, hæc dona nobis concedi meritis crucis & passionis Domini; utq. eo signo, in pugna quæ cum aduersario sustinenda est, vtamur, sensusq. nostros muniamus; itemque vt ad Christi iudicis tribunal signum crucis deferamus, quo ostendamus, nos sub crucis vexillo constanter vsque ad obitum pugnasse.

#### De diligentia in ministrando.

**O**MNEM diligentiam Parochus in eo adhibebit, ut cum periculo mortis ægroto impendat, supremūq. vitæ dies instare videtur, illud in tempore ministret: proposito sibi exemplo sanctissimi Episcopi Malachæ, qui cum culpæ suæ, licet immeritò adscriberet, quod mulier quædam sine hoc sacramento decessisset; totam noctem lachrymans sese afflixit, ita vt Dei misericordia manè illa quasi è somno excitata, è lecto se erigens hoc sacramentum acceperit, & etiam à morbo conualuerit.

Quare cum quis eius curæ commissus periculose ægrotat, cum ab ecclesia Parochus abesse non debet, tum illum, vt de visitatione dictum est, frequenter visitabit: paratūq. erit die noctūq. nulla interposita mora in tempore ministrare.

Vt autem in tempore ministret, cum sapè aliàs, vt potè cum ægrotantem primò visitat, tum quo etiam tempore sacram Eucharistiam pro viatico ei ministrat, hoc illum monebit, vt dum sana mente est, sibi ministrari petat: simulq. item demonstrabit, quàm salutariter expediat, vltro sponteq. piè sacramentum hoc deposci.

Ad quod etiam sacramentum percipiendum quod magis fideles accendant, eius fructus atque utilitates aliquando, prout opportunum esse viderit, accuratè explicabit: idemq. vniciusque infirmo cum ministrat, præstare non omittet, quantum sanè tunc per temporis angustiam, morbiq. vexationem potest.

Atque cum ad ægrum valde periculose ægrotantem sacram Eucharistiam pro viatico fert, vasculum etiam sacræ vñtionis afferet, præsertim si infirmi domicilium ab ecclesia longè abest: vt si morbi vis magis ingrauescet, in tempore ministret.

Ministrabit autem, dum æger integris sensibus est. Quod si aliqua morbi vi infirmus oppressus, dubitatur, viuulne sit, an mortuus: tunc diligenter de hoc sacerdos videbit, cõsulto etiã medico, si in tanta temporis breuitate potest: si non potest, & in dubio est, ea conditione vtetur: *Si es viuus, per istam sanctam vñtionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid &c.*

Si æger autem in eo statu est, vt spiritum antè exhalaturus videatur, quàm sacramenti huius ministracionem ipse Parochus absoluere possit, tunc psalmis, & litanijis prætermisissis, statim formula verborū, singulas corporis partes, quas vngi ritus postulat, inungit. Siq. superstes erit, tunc statas reliquas preces, litaniasq. adhibebit. Si verò dum vngitur, spiritū emiserit, vngere Parochus desistat.

Rursus, si aliquando acciderit, ipsum Parochum, dum vngit, præ virium imbecillitate, aliouè casu deficere: alius sacerdos, si præsens aderit, aut aliunde statim euocatus, reliquas partes quas ille non vnxerit, vngere ritè perget: vñctas autem denuò non vngit.

Si per errorè sacerdos aliud oleum, quàm quod infirmorum est, ad ægrotum vngendum vnquam adhibuerit, etiam si chrisimatis, aut catechumenorum sit; vt erratum emendet, olei sacri quod proprium infirmorum est, vñtionem eidem adhibeat, tumq. sacramenti formam iteret.

Ministraturus, quot commodè potest habere, presbyteros, & clericos adhibere studeat superpelliceo indutos, qui ipsum & ministrantem, & precantem, pietatis, orationisq. studio in eo ministerio adiuuent.

Quod si plures habere non potest, vnum saltem omnino adhibeat clericum sibi ministrantem.

Accedat illud ministraturus stola violacea, & superpelliceo indutus.

Vas sacri olei ne sinu, brachiouè comprehensum, sed sacco serico violacei coloris aptè inclusum cordula serica à collo pendens reuerenter ferat.

Mensam propè ægrotantis lectum paruulam, vbi commodè fieri potest, parati, mappaq. candida sterni curet: super qua vas sit cum bambacio ad abstergendas vñtiones, micaq. panis ad abstersionem digitorum. Sit ibidem vas alterum aquæ ad manus lauandas, & candela cereæ item parua.

Qua in mensa vas sacri olei à parte lecto viciniore ponatur; à laico autem homine ne manenteneatur.

Curet, vt toto eo tempore domestici simul omnes qui

qui adsunt, pro eo Deum piè precentur. Hoc etiam Parochus domesticos qui ægroti curam habent, moneat, vt ne post extremæ vñtionis sacramentum, quod ei ipse ministravit, corporis curam deferant.

#### Quibus ministratur Sacramentum extrema Vñtionis.

**M**INISTRATUR hoc sacramentū adultis, periculose ægrotantibus, propeq. moribundis, & senio etiam confectis, in diem morituris, etiam si ægroti non sint; peste item laborantibus, tamen si mortis periculum imminere tunc non videatur, cum de repente mors nec opinantes eos occupet; periculose etiam vulneratis ad mortem.

At nō infantibus, puerisq., qui nullum adhuc rationis vsum habent, neque peccata admittunt; nec furiosis, amentibusq. toto vitæ tempore insaniam vexatis; nec excommunicatis, interdictis, impenitentibusq.

Neque mulieribus in partu laborantibus; neque ad bellum proficiscentibus, neque nauigationem, aut peregrinationem suscipientibus; neque ijs, qui mox vltimo supplicio afficiendi sunt; neque etiam perpetuo carcere multatis ministratur; nisi cum hi ex morbo in periculo mortis versantur.

Infirmis autem, qui sana mente dum erant, illud petierunt, aut verisimile est, quod petissent; etiam si postea in amentiam incidissent, vel ratione, sermoneq. vt defierint, ministrabitur item.

Si verò dum infirmus amentia phrenesiue laborat, verisimile sit, vt indecore, aut spurcè, impureq. aliquid agat, quo irreuerentia sacramentum huic fiat; non vngetur, nisi alicuius complexu ita teneatur, vt firmus stabilisq. hæreat.

Cæcis, surdis, mutis, paralyticis, quamuis eo sensu vel videndi, vel loquendi, vel ambulandi semper caruerint, præbebitur: peccare enim potuerunt per internas potentias, quibus ea membra respondent.

Item ei ministrari debet, qui fortè dum est in articulo mortis, sit baptizatus.

#### Quæ preparatio ad extrema Vñtionis sacramentum adhibenda.

**Q**UONIAM nihil sacramenti gratiam magis impedit, quàm mortiferi alicuius peccati cõscientia: idcirco in eo ministrando vsum cõsuetudinemq. hanc tenebit, vt si fieri potest, infirmum non antè vngat, quàm peccata confessus sit, ac præterea sacram Eucharistia sumpserit, aut saltem sit confessus; si fortè nō potuerit infirmus ob stomachi, gutturisq. impedimentum sanctissimam cõmunionem sumere. Si quem verò de repente morbi vis occuparit, si quem verò de repente morbi vis occuparit, si neque confiteri, neque communicare poterit; ex aliqua tamen contritionis, aut pietatis

significatione conijcitur, eum velle sibi hoc sacramentum extremæ vñtionis ministrari: tunc Parochus ministrabit.

Quò diligentius item infirmum præparet, præter alia, quæ ei de vi, salutaribusq. fructibus huius sacramenti vt supra dictum est, diligenter exponet, hoc etiã persuadent, vt ea fide se vngendum præbeat, qua olim, qui ab sanctis Apostolis sanandi erant, se ipsos offerre consueverunt. in primis autem animæ salus, deinde etiã corporis valetudo, cum conditione, si ad æternam gloriam profutura sit, expetenda est. Tum verò demonstrabit, illum dubitare non debere, quin sanctæ illæ preces à Deo exaudiantur, quibus ipse Parochus, sacerdos iue, ecclesiæ, & Domini personam gerens, vtitur ad huius sacramenti ministracionem.

Decebit etiam maximè eam corporis præparationem adhibere, vt partes vngendæ prius abluantur, quantum cõmodè fieri possit, ad sacri olei reuerentiam, præsertim quæ sordes solent magis contrahere.

#### Quoties hoc sacramento vtendum est.

**I**NTELLIGET Parochus, infirmum, quamdiu in eadem ægrotatione, & in eodem mortis periculo versatur, semel tantum esse extrema vñtione liniendum. Quod si vñtione suscepta cõualuerit, quoties postea vitæ discrimen inciderit, toties hoc sacramentum ei adhibebitur. Item in morbis quibusdam diuturnis, puta in hydropisi, si ob mortem impendentem quis vñctus fuerit, & euaserit; deinde ex eodem morbo in alium similem casum, & periculum mortis rursus inciderit; rursus etiam vngi debebit.

#### Ordo ministrandi Sacramentum Extrema Vñtionis.

**P**AROCIVS vocatus ad ministrandum Sacramentum extremæ vñtionis, omnibus ijs, quæ mox supra præscripta sunt, rectè animaduersis, & præparatis; vt parochiæ suæ fideles excitet ad orandum pro infirmo, & conuocet suæ parochiæ sacerdotes alios, clericosq., quorum ministerio vt supra dictum est, in administratione vtatur; campanæ signum statim dandum curabit, quod à ligno cõmunionis distingat.

Mox verò indutus superpelliceo & stola violacea, accipit vas olei sacri.

Clericus indutus superpelliceo vas feret aquæ benedictæ cum aspersorio, & librum hunc sacramentalem.

Curabit etiam crucifixi paruam imaginem afferri, si fortè ea ægrotò desit. item cereum laterena inclusum: idq. per clericum, si adsit.

Tintinnabulum verò non adhibebitur.  
 Dum in via est, & ad ægrotum accedit, psalmum  
 50. dicit, & alias pijs precibus.  
 Cubiculū autē, ubi ægrotus iacet, ingrediens, dicit.  
 ✠. Pax huic domui.  
 R. Et omnibus habitantibus in ea.  
 Tunc vas olei facti reponit in mensa præparata,  
 ubi candela accensa sit. deinde dicit:  
 ✠. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.  
 Oratio. Deus qui benedixisti vestigia Apostolorū  
 tuorum Petri, & Pauli, atque Andreae, dignare  
 benedicere domum istam, atque ingressum istum.  
 Expelle hinc Domine omnes insidias diaboli; &  
 reple eam omni gaudio, letitia, sanitate; & pa-  
 ce; & fac eam abundare omnibus bonis: ut de  
 tua largitate semper abundet, & angelus tuus  
 bonus semper eam in pace custodiat. Per Do-  
 minum nostrum. &c.  
 ✠. Propitius sis nobis omnipotens, & misericors  
 Deus, qui fecit cælum & terram, & benedicat  
 nos. R. Amen.  
 Hic aqua benedicta Parochus ægrotum ad simili-  
 tudinem aspergit, & astantes, & cubiculum  
 item, dicens.  
 ✠. Pax, & benedictio Dei omnipotentis, Patris,  
 & filij, & Spiritus Sancti, descen-  
 dat super domum istam, & super omnes habi-  
 tantes in ea. R. Amen.  
 Asperzione peracta, & crucifixi etiam imagine an-  
 te oculos ægroti collocata, Parochus ab illo  
 querit, an aliquid habeat, recordetur, quod  
 confiteri velit: siq. nihil quidquam habet, cle-  
 ricus versus sacram imaginem & Parochum  
 genuflexus, monet ægrotum, & ceteros om-  
 nes, signum crucis sibi adhibere: & ipse signas  
 se, dicit.  
 In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.  
 & manibus iunctis confessionem generalem  
 dicit, ægroti si potest, cum eo saltem submis-  
 sa voce pronunciantem, aut saltem attentè audiē-  
 te: percipitque ter peccatus ad ea verba, mea  
 culpa &c.  
 Confiteor Deo omnipotenti, &c.  
 Deinde Parochus manibus iunctis dicit.  
 Misereatur tui, &c.  
 Deinde signum crucis dextra formans versus æ-  
 grotum, dicit:  
 Indulgentiam absolutionem, &c.  
 Postea omnes qui adsunt, & præsertim familiam  
 præsentem, genibus flexis orare iubet: tum  
 is genibus etiam flexis, dicit vnà cū alijs præ-  
 byteris, vel clericis, si plures interfunt, si mi-  
 nus, cum vno, psalmos pœnitentiales, & lita-  
 nias vt mox infra, si tempus datur: alioqui si  
 non datur, vt supra, dum ab alijs psalmi, & lita-  
 nia dicuntur, ipse stata formula inferius de-  
 scripta vnget.  
 ✠. Deus in adiutorium meum intende.  
 R. Domine ad adiuuandum me festina.  
 Gloria patri. &c. Sicut erat, &c.  
 Antiphona. Infirmus sum.  
 Psalmus 6. Domine ne in ira tua arguas me, &c.

vsque ad finem. Gloria patri, &c.  
 Antiphona. Infirmus sum sana me domine Deus  
 meus.  
 Antiphona. Sperantes in domino.  
 Psalmus 31. Beati quorum remissa sunt iniquita-  
 tes, &c. vsque ad finem. Gloria patri, &c.  
 Antiphona. Sperantes in domino misericordia cir-  
 cundabit.  
 Antiphona. Intende in adiutorium.  
 Psalmus 37. Domine ne in ira tua arguas me,  
 &c. vsque ad finem. Gloria patri, &c.  
 Antiphona. Intende in adiutorium meum domine  
 Deus salutis meæ.  
 Antiphona. Peccaui domine.  
 Psalmus 50. Miserere mei Deus secundum ma-  
 gnam, &c. vsque ad finem. Gloria patri, &c.  
 Antiphona. Peccaui domine, peccaui; & inique  
 egi; munda me à peccatis meis: quia potens es,  
 miserere mei.  
 Antiphona. Clamor noster domine.  
 Psalmus 101. Domine exaudi orationem meam:  
 & clamor meus. &c. vsque ad finem.  
 Gloria patri. &c. Sicut erat. &c.  
 Antiphona. Clamor noster dñe ad te perueniat.  
 Antiphona. Fiant domine.  
 Psalmus 129. De profundis clamavi ad te domi-  
 ne. &c. vsque ad finem. Gloria patri, &c.  
 Antiphona. Fiant domine aures tuas intendentes  
 in vocem orationis meæ.  
 Antiphona. Exaudi me.  
 Psalmus 142. Domine exaudi orationem meam:  
 auribus percipe. &c. vsque ad finem. Gloria  
 patri. &c. Sicut erat. &c.  
 Antiphona. Exaudi me domine in tua iustitia: &  
 non intres in iudicium cum seruo tuo.  
 Antiphona. Infirmorum propitiator, abiectorum  
 protector, desperandorum saluator, Deus pa-  
 tris mei, & Deus hereditatis Israel, dominator  
 cælorum & terræ, creator aquarum, rex totius  
 creaturæ tuæ, exaudi preces nostras.  
 Deinde dicuntur Litanie.  
 Quibus absolutis dicit. Pater noster. Secretò.  
 ✠. Et ne nos inducas in tentationem.  
 R. Sed libera nos à malo.  
 ✠. Adiutorium nostrum in nomine Domini.  
 R. Qui fecit cælum & terram.  
 Credo in Deum. secretò.  
 ✠. Carnis resurrectionem.  
 R. Vitam æternam. Amen.  
 ✠. Saluum fac seruum tuum.  
 R. Deus meus sperantem in te.  
 ✠. Mitte ei domine auxilium de sancto.  
 R. Et de Sion tuere eum.  
 ✠. Nihil proficiat inimicus in eo.  
 R. Et filius iniquitatis non adiciat nocere ei.  
 ✠. Esto ei domine turris fortitudinis.  
 R. A facie inimici, & persequentis.  
 ✠. Domine exaudi orationem nostram.  
 R. Et clamor noster ad te perueniat.  
 ✠. Exurge Christe, adiuua nos.  
 R. Et libera nos propter nomen tuum.  
 ✠. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.  
 Oratio.

Oratio, Quam super ægrotum Parochus stans,  
 manumq. dexteram illi imponens dicit: quod  
 idem faciunt reliqui sacerdotes qui adsunt.  
 Sanctum, ac venerabile nomen gloriæ tuæ inuoco,  
 excelsè Deus, pater omnipotens, qui fecisti cælū  
 & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.  
 Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, qui  
 in altis habitas, & humilia respicis; respice su-  
 per impositionem manuum, quam facimus super  
 hunc famulum tuum. N. quæ manus spiritua-  
 liter operentur super eum. Da ei Domine sani-  
 tatem corporis, & integritatem mentis, longā-  
 nimitatem vitæ, prosperitatem in valetudine; &  
 ab omni inquietudine inimici libera eum, qui libe-  
 rasti filios Israel de terra Aegypti, Petrum de  
 custodia carceris, Paulum de vinculis, Susannā  
 de falso crimine, Danielem de lacu leonum, tres  
 pueros de camino ignis ardentis, Ionam de pro-  
 fundo maris, Lot de Sodomis. Ita ei miserearis  
 domine, qui misertus es ciuitati tuæ Ninive. Do-  
 mine sis ei adiutor, protector, atque defensor, si-  
 cut fuisti puero tuo Dauid ad expugnandum Go-  
 liath: & aperi oculos cordis eius ad cognoscen-  
 dum voluntatem tuam, sicut aperuisti oculos ca-  
 pitis Tobie ad videndum visibilia: & perduc eū  
 ad regnum tuum cælestē. Per dominum. &c.  
 His precibus peractis, vel dum peraguntur, vt su-  
 pra dictum est, Parochus pollice intincto oleo  
 facto vnget in formam crucis has septem cor-  
 poris infirmi partes, oculos, aures, nares, os, ma-  
 nus, pedes, ac renes. Dumq. vnget, verborū for-  
 mā vt infra in singulis partibus profert, crucis  
 signum singulis etiam adhibendo. Vbi verò  
 vnquamque partem vnxit, ipsemet, aut Sa-  
 cerdos alius si adest, aut clericus sacris initia-  
 tus, partem inunctam continuo tergit bambac-  
 cio, quod in vase mundo ponitur ad eū vsum  
 parato, quod secum portandum curabit; quod  
 que deinde peracta tota vnctione ad ecclesiā  
 defertur, & ibi comburitur: cineres verò pro-  
 jiciuntur in sacrarium.  
 Ad oculos, primò dexterum, deinde sinistrum.  
 Per istam vnctionem, & suam piissimam misericor-  
 diam ✠ ✠ indulgeat tibi Dominus quidquid  
 per visum deliquisti. R. Amen.  
 Ad Aures. Per istam &c. ✠ ✠ indulgeat tibi  
 Dominus quidquid per auditum deliquisti.  
 R. Amen.  
 Ad Nares. Per istā &c. ✠ ✠ indulgeat tibi Do-  
 minus quidquid per olfactum deliquisti.  
 R. Amen.  
 Ad os, labris compressis. Per istam &c. ✠ in-  
 dulgeat tibi Dominus quidquid per gustum, &  
 locutionem deliquisti. R. Amen.  
 Ad manus. Per istam &c. ✠ ✠ indulgeat tibi  
 Dominus quidquid per tactum deliquisti. R.  
 Amen. Sacerdoti infirmo non interius, sed  
 exterius manus vngetur, vt supra dictum est.  
 Ad pedes, in plantis. Per istam &c. ✠ ✠ indul-  
 geat tibi Dominus quidquid per gressum deli-  
 quisti. R. Amen.  
 Ad renes. Per istam &c. ✠ indulgeat tibi Do-

minus quidquid per lumborum delectationem de-  
 liquisti. R. Amen. Mulieri renes non vn-  
 guntur, vt dictum est.

Postea Parochus digitum pollicem, quo vnxit,  
 medulla panis benè fricat, & aqua abluit in  
 vase supradicto: tum manutergio abstergit,  
 abluionis verò aquam cum micis refert in Sa-  
 crarium.

His finitis dicit sequentes orationes ad ægrotum  
 versus, manibus extensis.

✠. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.  
 Oratio. Deus Angelorum, Deus Archangelorū,  
 Deus omnium Patriarcharum, & omnium san-  
 ctorum, Deus vniuersa creaturæ conditor: qui di-  
 xisti Apostolis tuis; Ite, super ægros manus impo-  
 nite; demonia eijcite; gratis accipistis, gratis  
 date: vbi nos indigni, & peccatores manus in tuo  
 nomine imponimus, tu domine tuam spiritalem  
 imponere digneris. Per dominum nostrum &c.

Oratio. Domine Deus, qui per beatum Apostolū  
 tuum Iacobum dixisti; infirmatur quis in vobis?  
 inducat presbyteros ecclesie, & orent super eū,  
 ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fi-  
 dei saluabit infirmum, & alleuiabit eum domi-  
 nus, & si in peccatis sit, dimittet eum: cura quæ  
 sumus redemptor noster gratia sancti spiritus la-  
 guores istius infirmi; sana vulnera, eiusq. remit-  
 te peccata, atque dolores cunctos cordis, & cor-  
 poris ab eo expelle, plenamq. ei interius exte-  
 riusq. sanitatem misericorditer redde: vt ope mi-  
 sericordiæ tuæ restitutus, & sanatus, ad pristinā  
 pietatis reparetur officia. Qui viuus &c.

Orationes sequentes alternatim, si plures adsunt  
 sacerdotes, dicunt: singulæ cū, Dñs vobiscum;  
 & concluduntur item singulæ: Per Dominum.  
 &c. Si verò Parochus solus est, ipse singulas  
 dicit: primæq. tantum præponit, Dominus  
 vobiscum. & vltimam solum concludit, Per  
 dominum. &c.

✠. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.  
 Oratio. Respice domine famulum tuum in infirmi-  
 tate sui corporis laborantem: & animam reso-  
 ue quam creasti. Ut castigationibus emenda-  
 tus, continuo se sentiat tua medicina saluatum.  
 Deus qui facturæ tuæ pio semper dominaris affe-  
 ctu: inclina aurem tuam supplicationibus no-  
 stris: & famulum tuum aduersa valetudine cor-  
 poris laborantem placatus respice: & visita  
 eum in saluari tuo: & cælestis gratiæ presta  
 medicinam.

Omnipotens sempiternæ Deus, salus æterna creden-  
 tium, exaudi nos pro famulo tuo, pro quo mise-  
 ricordia tuæ imploramus auxilium: vt reddita  
 sibi sanitate, gratiarum tibi referat actionem.  
 Deus qui beatum Petrum apostolum misisti ad Ta-  
 bitham famulam tuam, vt eius precibus susci-  
 taretur ad vitam: exaudi nos quæsumus: &  
 famulo tuo, quem in nomine tuo visitat no-  
 stra fragilitas, exorata medicina tuæ medela  
 subueniat.

Deus infirmitatis humanæ singulare præsi diū, au-  
 xilij tui super infirmum famulum tuum ostende

virtutem: & ope misericordiae tuae adiuto salutiferam regni caelestis tribue medicinam. Per do-  
minum nostrum. &c.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.  
Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

Y. Benedicat, & exaudiat nos Deus. R. Amē.

Y. Procedamus cum pace.

R. In nomine Christi.

Y. Benedicamus Domino.

R. Deo gratias.

Y. Pax & benedictio Dei omnipotentis patris  
& filij & spiritus sancti descendat  
super te, & maneat semper. R. Amen.

Quae Parochus aget post ministracionem.

**P**AROCIVS ministrato sacramento extre-  
mae vnctionis, si videt spatium vitae esse, an-  
tequam discedat, aegrotum alloquetur, & co-  
solabitur breuibus, ac suauibus, ardentibusq.  
verbis: quibus illum maximè hortetur ad vim  
aegritudinis patienter pro Christo Domino su-  
stinendam, ad rerum humanarum cogitatio-  
nes abijciendas, ad satanae suggestiones Chri-  
stiana virtute depellendas, ad spem de diui-  
na misericordia concipiendam, & ad deside-  
rium in primis vitae aeternae. Tum praeterea  
haec hortabitur: vt se piorum religiosorumq.  
hominum precibus & orationibus commen-  
det; pijs lectionibus audiat, si potest, praecipue  
Domini passionem, quam ipse etiā Parochus  
pro opportunitate leget: eleemosinas, si po-  
test, det: propositaq. sibi ob oculos Christi  
passione & cruce, assidue pie meditetur mor-  
tem, quam omni sanctae christianaeq. humili-  
tatis significatione fortiter obeat: velitq. in ci-  
nere, & cilicio vt poenitens mori, quemad-  
modum Christianum hominem decere, san-  
ctus Martinus affirmavit, & suo exemplo do-  
cuit. Quod si infirmus ita velle mori dixerit,  
tunc Parochus cinerem, & cilicium benedi-  
cet.

Manibus etiam iunctis instar crucis, exemplo  
S. Ambrosij proposito, vt moriatur, pie po-  
terit moneri.

Ne verò crucifixi imago, & etiam alia pro deu-  
otione desit morienti; cuius aspectu excitetur,  
recreeturq.: quam crucifixi imaginem ipse etiā  
moriens manu pie tenere poterit.

Monebit praeterea Parochus domesticos, vt pro  
infirmo orent, ac ne corporis curam deserat:  
hocq. in primis, vt aliquot antè mortem ho-  
ris mittant qui se vocet, vt in commendatio-  
ne animae praesto esse possit.

De cura item spiritali aegroti caetera praestare Pa-  
rochus studebit, quae supra titulo de visitatio-  
ne infirmorum ordine praescripta sunt.

Ad ecclesiam demum, quo modo venit, redibit,  
deuote dicendo psalmum, *Qui habitat*, &  
alias pijs orationes.

Alia officia Parochi erga infirmum propè  
moriturum.

**C**V M. tempus instabit, quo aegrotus propè  
moriturus sit, Parochus tum celerimè præ-  
stabit commendationis animae officium, tum  
omni ratione infirmum tali tempore iuuare  
conabitur.

Si indulgentiam ille ex legitima facultate conse-  
qui possit, in memoriam redigat, proponens  
etiam, quid ad cosequendum agi debeat. si ipsi  
Parochi, aut confessorio fortè commissa sit ip-  
sa concessio, poterit verbis vti ad id ritè accom-  
modatis.

Procul secedere iubebit coniugem, liberos, do-  
mesticos, praesertim gementes ac lugentes,  
eosq. item, quos in vita charos ille habuit.

Magno etiam animae fructu moribundis, quate-  
nus expedire videbitur, ad fidei articulos, alia  
que vt infra confirmanda, & profitenda indu-  
cet; maximè si aegrotantem & morientem da-  
emonis impulsu aliquo modo haesitantem, aut  
titubantem Parochus animaduertit. Interro-  
gatus autem aegrotus verbis respondebit: sin  
autem morbi vi respondere lingua non poterit,  
saltem dum mente integra est, nutu, aut si-  
gno aliquo exteriori respondebit.

Interrogationes autem adhibebit vulgari sermo-  
ne, si latine aegrotus nesciat. sunt autem hu-  
iulmodi.

Nonne frater charissime, firmiter credis omnes ar-  
ticulos fidei, & quidquid sancta Romana catho-  
lica & apostolica credit Ecclesia? R. Credo.

Nonne detestaris, reprobas, & anathematizas om-  
nes haereses, & quidquid eadem detestatur, re-  
probat, & anathematizat catholica mater Ec-  
clesia? R. Detestor, reprobos, & anathematizo.

Nonne vis mori in soliditate fidei catholicae, vt ve-  
rus christianus? R. Volo.

Cognoscis ne, te multum, & saepius offendisse crea-  
torem tuum, animam tuam, & proximum tuum?  
R. Cognosco.

Doles ex corde de omni offensa qualitercunque con-  
tra Dominum Deum tuum, te ipsum, & proxi-  
mum tuum commissa? R. Doleo.

Nonne omnem quem pateris dolorem, propter Deum  
in poenitentiam tuorum peccatorum patienter &  
aequanimiter toleras? R. Tolerō.

Nonne te poenitet ingratum fuisse Deo de multis  
beneficijs in te collatis ad salutem animae tuae?  
R. Poenitet.

Et quod toties recidisti in peccata post acceptam ab  
eo misericordiam? R. Doleo.

Nonne cognoscis tibi opus esse Dei misericordiae,  
& quod meritis passionis Iesu Christi poenitens  
saluaberis? R. Cognosco.

Poterit etiam quandoque cohortari, & facere, vt  
eo modo quo potest, secum oret, etiam vulgari  
sermone, si opus sit, aliquo ex infra scriptis mo-  
dis, prout viderit expedire animae morientis.

In manus tuas Domine commendo spiritum meum:  
sedemisti me Domine Deus veritatis. Dulcissimi-  
me

Psal. 23.

me Iesu Christe, ob virtutem tuae sanctissimae  
passionis, iube me adscribi in numerum electorum  
tuorum: adiuua me Redemptor meus in hac ex-  
trema necessitate; succurre animae egenti, sed in  
te solum speranti: totum me tibi do, non me re-  
nuas: ad te venio, non me repellas: sonet in men-  
tis meae auribus vox illa tua dulcis: Hodie  
mecum eris in Paradiso.

Luc. 23.

Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui pro salute  
mundi in cruce es felle, & aceto potatus: sicut  
tu consummatis omnibus in cruce expirans, in  
manus patris commendasti spiritum tuum: sic  
in hac hora mortis meae, in manus pietatis tuae  
commendo animam meam, vt eam in pace susci-  
pias, & electorum choris aggregari praecipias.

Ibidem.

Deus meus, Deus meus, misericordia mea, refugium  
meum. Te desidero, ad te confugio, ad te venire  
festino: ne despicias me sub tremendo discrimine  
positum, adesto mihi propitius in his meis ma-  
gnis necessitatibus. Ad te venio, qui nullis dees:  
cupio dissolui, & esse tecum. In manus tuas com-  
mendo spiritum meum Domine. Respice in me  
Domine Deus veritatis: & presta mihi Deus  
meus, vt in pace dormiam, & requiescam. Amen.

Psal. 4.

Hac item, & simili ratione poterit cohortari.  
Commenda te gloriosae virgini Mariae, dicens: Ma-  
ria mater gratiae, mater misericordiae: tu nos ab  
hoste protege, & in hora mortis suscipe.

Inuoca angelos, tuum praecipue custodem, dicens:  
Angele Dei, tu praesertim custos mihi assiste mi-  
granti ex hac vita: custodite me Angeli ab im-  
mundorum spirituum inuasione; & animam meam  
in vestrum consortium assumite.

Commenda te sanctis Dei, praesertim quibus ma-  
gis deuotus fuisti, dicens: Sancti Dei omnes ve-  
stro nunc mihi opus est patrocinio: vestris ora-  
tionibus citò mihi succurrite: tu praesertim Be-  
atissima virgo, tu sancte. N. vel sancta. N. in  
quem, vel quam confidentiam semper habui: in  
hoc extremo necessitatis articulo non me dese-  
ras: sed si vnquam alias, nunc maximè me apud  
Deum adiuua.

## DE SACRAMENTO Ordinis.

### Rubricę seu instructiones.

Quae Parochus doceat, & exequatur.

**S**A CRAMENTI ordinis dignitas, vtilitas,  
& necessitas quanta sit, ex eo perspicue mani-  
festum est, quod alia sacramenta ab illo ita pen-  
dent, vt sine eo illa partim confici, ministrariq.  
nullo modo possint; partim solemnem caeremo-  
nia, & religioso quodam ritu, ac pio cultu care-  
re videantur.

Atque si summus eius gradus spectetur, hoc est  
sacerdotium; eius nobilitas atque excellentia  
apparebit: Sacerdotes enim Dei interpretes &

internuncij quidam sunt, qui eius nomine diui-  
nam legem, & vitae praecipua homines edocet,  
& ipsius Dei personam in terris gerunt. nō an-  
geli solum, sed Dij etiam appellatur, quod Dei  
immortalis vim & numen apud nos teneant.  
Potestas Corpus & Sanguinem Domini nostri  
conficiendi, & offerendi, tum peccata remitten-  
di, quae illis collata est, humanam quoque ra-  
tionem, atque intelligentiam superat; nedum  
ei aliquid par & simile in terris inueniri queat.  
Inferiorum quoque graduum dignitas ex eo-  
dem ipso capite potest demonstrari, prout ma-  
gis. minusue ad altaris sacramenta suo quisq.  
ministerio accedit.

Cum igitur hoc sacramentū Archiepiscopus edi-  
cto proposito se ministraturum esse significa-  
bit, haec & alia multa ex catechismo Rom. &  
alijs doctrinis opportuno tempore Parochus  
tradet populo; & ijs praesertim, qui ordines  
suscepturi sunt. & haec praeterea exequetur.  
Edictum de sacra ordinatione praefinito tem-  
pore promulgabit: literas pastorales item eo  
ipso de genere.

Processionem eo ipso promulgationis die in-  
trā ambitum Ecclesiae aget, litaniasq. supplex  
recitabit.

Singulis diebus Dominicis per mensem ante  
stata ordinationis tempora praemonebit, atq.  
hortabitur populum ad pie religiosaq. praeca-  
dum pro sacra ordinatione proximè futura.

Dominico autem die ordinationem proximè  
antecedente, literas Archiepiscopi pastorales  
iterum de scripto recitabit.

Supplicationem praeterea processionemue sta-  
tam iterum obibit.

Denunciabit populo ex praescripta formula sta-  
torum sacrorum temporum ieiunia, & frequen-  
tius ob sacre ordinationis causam orationis stu-  
dium, praesertim stas ferijs, quarta scilicet, sex-  
ta, & sabbato.

Formulam denunciationis temporum vide supra  
Conc. 4. Prou. pag. 119.

Monebit autem praecipue, vt populus precetur;  
& pro Archiepiscopo, vt ordines ijs conferat;  
quos viles operarios ecclesia postulat; & pro  
ijs qui ordines suscipient, vt in dies habeant  
maiores progressiones in sanctis virtutibus.

Et verò cum vel edictum Archiepiscopale, vel li-  
teras eius generis pastorales, vel eorū qui hoc  
sacramento initiandi sunt, nomina euulgabit,  
vel tempore orationis; de illius dignitate ser-  
monem studiosè instituet ad populum, vt su-  
pra demonstratum est.

Quo in tractationis genere ita toto animo, at-  
que adeo omni piarum meditationum studio  
incumbet, vt cum sibi, tum alijs etiam ecclesia-  
stici ordinis hominibus, tū parochialibus suis  
concionando verè profit.

Primum verò ipse sanctis meditationibus &  
precibus se se etiam atque etiam excitabit ad  
eam gratiam resuscitandam, quam hoc sacramen-  
to adeptus est. Deinde eo intimae pie medi-  
tatio-



rationis studio accensus, cum alios, qui ad ordines vocati sunt, ad eadem pietatis officia ordinis dignitati cōuenientia vehementius inflam- mabit; tum alios clericalis ordinis homines ad earum rerum cognitionem erudiet atque in- struet, quibus viam sibi ad vltiores gradus facilius munire possint.

Præterea alios accendet, qui vel sua sponte & voluntate, vel parentum cohortationibus, clericalis vitæ genus sequi velint.

Parentes etiam excitabit, vt filios huic militiæ sac- cræ offerant, oblatosq. religiosè educant, aut educandos curent. Et quos offerunt, melio- res & aptiores ministerio Dei deligant; & quorum indoles præferat spem virtutum disci- plinæ sanctissimæ clericalis.

Docebit item, qua intentione offerant; non rei familiaris augendæ causa, non questus auidita- re, non familiaris suæ sustentandæ studio, nō hono- rum cupiditate, non ambitione, neque de- niq. rei alterius cuiusvis humanæ affectu; sed ea solùm causa, vt Deo, ecclesiæq. seruiant.

Reliquis autem fidelibus ostendet, quanta sit cleri dignitas, & quo honore digni ecclesiæ mini- stri. Proinde grauitè, paternèq. eos arguet, qui clericos, sacerdotesque negligunt, vel asper- nantur. Proponet istis molestias, curas, vigi- lias, quas populi causa illi sustinent: vsq. adeo vt isti intelligant, honorem, quem ipsi clerica- li, sacerdotaliue dignitati præstant, non tanti esse, qui dignitatis, officij, & laborum sacerdo- talium clericaliumue magnitudinem adæquet. Iniquum esse demonstrabit, honorem Sacerdo- tibus non exhibere, qui sese pro populo Deo obstrinxerunt.

Docebit præterea, dignitatem Sacerdotalè cle- ricalèmq., non à persona eorum qui illam ob- tinent, siue obscuro loco, siue humili genere na- ti sint; sed ab officij munere administrationeq. pendere: nec propterea illos æstimandos esse, quatenus homines sunt, sed tanquam dispensa- tores mysteriorum Dei: quorum omnis admi- nistratio illis commissã, ad populi salutem, & perpetuam vtilitatem spectat.

Sed cum multæ summorum pontificum episto- læ & canones demonstrant ac declarant hono- rem, qui honoratis clericis (quos Sacerdotes, & diaconos intelligunt) tribui debet; tum ve- rò vnus præcipuus est à Concilio Matifconensis patribus conscriptus in hanc ipsam sententiã: *Statuimus, vt si quis quempiam clericorum ho- noratorum in itinere obuium habuerit, vsque ad inferiorem gradum honoris veneranter, sicut cō- decet Christianum, illi colla subdat, per cuius of- ficia & obsequia fidelissima Christianitatis iura promeruit. Et siquidem ille secularis equo ve- hitur, clericusq. similiter; secularis galerum de capite auferat, & clerico sincera salutationis munus adhibeat: si uerò clericus pedes graditur, & secularis vebitur equo; illic ad terram de- fluat, & debitum honorem prædicto clerico sin- cere charitatis exhibeat: vt Deus, qui vera cha-*

Conc. Matifc.  
l.c. 15.

ritas est, in vtrisque latetur, & dilectione sua vtrunque adsciscat. Qui uerò hæc, quæ spiritu sancto distante sancita sunt, transgredi uoluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris debonorat, quamdiu Episcopus illius ecclesiæ uoluerit, sus- pendatur.

Quam gratus autem sit Deo honor, quam gra- ta obedientia, quæ ecclesiasticis hominibus, præsertim sacerdotibus præstatur, facile osten- det sacrarum literarum doctrinis: rursusque quod præmium ob eam causam à Deo ferent, qui illius ministros suscipiunt, & honorant, quiq. illis obediunt. *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit: & qui recipit Pro- phetã in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet:* inquit Christus Dominus:

Sunt huius generis loci quamplurimi, quibus Parochus abundare debet, vt & se, & alios ex- citet ad muneris sui partes.

Docebit eos qui Ordinis sacramento initiantur, vt non solùm quod cum omnibus cōmune est, sibi proponant, vt omnibus in rebus Dei glo- riæ seruiant; sed etiam alicui certo ecclesiæ mi- nisterio addicti, vitæ innocentia, morum casti- tate, iustitia, religione, pietate, sanctitateq. ca- teris longè præstent, præcipuis illis muneribus & functionibus obeundis, quas in ecclesia exe- qui debent: & uerò tales deniq. se exhibeant, præsertim qui sacerdotio initiantur, curamq. animarū suscipiunt, quales beatus Paulus Apo- stolus esse oportere scribit, nempe *irreprehen- sibles, sobrios, prudentes, pudicos,* & reliquis virtutibus exultos: quarum officia, & Apo- stolica doctrina, & sanctorum patrum discipli- na, & sacrorum conciliorum decreta, & cano- num leges, & sanctæ matris Ecclesiæ instituta ac ritus in illis maximè desiderant, qui Christi Domini sacerdotio funguntur.

Declarabit etiam Parochus, vt ecclesiastici mini- sterij, & præsertim sacerdotalis functionis ex- cellentiam fideles intelligant, præcipua mune- ra atque officia, quæ Christus Dominus clerica- lis ordinis hominibus, ac potissimum sacerdo- tibus commendauit; vt animarum salutem, quæ profuso sanguine in ara crucis operatus est, per illos consuleretur.

Primum Christus Dominus hoc mandatū eis dedit, præcipuumq. munus commisit, vt euan- gelium prædicarent, regnū Dei annuntiarent, vimq. diuinæ legis traderent, omnesq. institue- rent ad scientiam salutis.

Deinde Baptismum, & alia sacramenta, quibus diuina gratia impartitur, & augetur, per eos ministrari uoluit.

Præterea, sacerdotes sacrificium pro se ipsis, & pro omni populo facere præcepit.

Hæc & alia munera atque officia sanctissima, quibus salus populi curatur, Parochus accuratissimè explicabit; vt qui ecclesiastico ordini adscribi uolunt, faciliè intelligant, se vocari ad magnas, diuinæq. functiones. docebit uerò, nō humana quidem industria ea geri posse; sed diuina

diuina gratia, cœlestiq. virtute opus esse, quæ per Ordinis sacramentum, & ex sancta animi præparatione, spiritualibusq. exercitationibus ministris ecclesiasticis confertur.

*De denunciatione & Inquisitione Parochi.*

**D**enunciationem de ijs qui ordinandi sunt, in ecclesia parochiali habendam, itemq. in- quisionem de eorundem natalibus, ætate, mo- ribus, & vita faciendam, fideliter diligenterq. præstet; literaq. testimoniales accuratè confi- ciat ad Archiepiscopum dandas ex eius man- dato.

*Formula denunciationis vulgari sermone conce- pta, supra posita est. pag. 447.*

Parochus præterea, vt populus intelligat impe- dimenta, quibus aliquis irretitus Ordinis sa- cramento initiati non potest, aut non debet; ea quæ sint, quandoque denunciet; & si opus est etiam explanet. sunt autem.

Minores ætate cuique ordini requisita.

Criminosi.

Hæresis nomine suspecti.

Ebriosi.

Impudici.

Vlurarij.

Scurræ, mimi, comedi, histriones.

Infames quocunq. modo, & vitijs dediti.

Ratiocinijs obligati.

Insigniter deformes, & corpore vitati.

Illegitimè nati.

Bigami quacunq. bigamiæ specie.

Irregulares, veluti

Qui stipendium belli fecerint, vnde cades ho- minum extiterit.

Qui sententiam capitis tulerint.

Qui criminis capitalis acta, sententiam, testifi- cationesq. dixerint, aut conscripserint.

Qui causas criminales egerint.

Suspensi.

Interdicti.

Excommunicati.

Amentes.

Morbo caduco laborantes.

Energumeni.

Antè tempus, aut per saltum ordine initiati.

Qui beneficium, aut facultates non habent, vn- de viuere possint, si sacros ordines susceperint sunt.

Qui non sunt confirmati.

Cum autem de ætate, natalibus, moribusq. ordi- nandi ipse studiosè omni via inquirere debeat; de ætate quidem, & natalibus ad hanc rationem perquiret; si modò id munus, alij ab Archi- episcopo non mandetur.

Primo videbit, an eius qui initiandus est, no- men, cognomen, & diem certum in libro paro- chiali baptizatorum comperire possit. è quo li- bro, si inuenit, exemplum exscribat: suaque, duorumq. testium manu, si commodè fieri po-

test, obsignet: vt constare possit, quo tempore is baptizatus fuit.

Ex libro item matrimoniorum, si inuenitur, exemplum item sumet, cuius testimonio pro- betur, matrimonium inter illius parentes legi- timè contractum.

Quòd si fortassè eiusmodi libri non extant; eam inibit rationem, vt testes fide dignos, nem- pè vicinos, parentes, aliosue qui illum norint, ex mandato Archiepiscopi peritè examinet; ita vt ex eorum testimonio constet, ex quibus pa- rentibus, & quo tempore natus sit, anq. ex le- gitimo matrimonio.

Si uerò de illius ætate, & de parentum matri- monio, ipse Parochus aliquid nouerit: id in verbo sacerdotis uerè testatum faciat literis manu sua scriptis, atque obsignatis: quibus te- statum etiam faciat rationem, & causam, vnde illa sciat.

De vita & moribus, interrogabit præcipuè ordi- nandi magistrum ac præceptorem, si quem ha- bet; & parochiales item homines morum gra- uitate probatos, & alios quoque, qui illum bene norint.

Ipsè uerò semper quam diligentissimè obseruabit clericorum parochialium vitæ disciplinam, mo- res, studiorum, & exercitationum clericalium instituta, omnemq. agendi vsum; vt opportu- no tempore de ijs possit testificari.

*Cura Parochi de adscribendis militiæ clericali.*

**C**ONDITIONES eorum qui initiandi sunt, Parochus benè nosse studeat: vt quan- tum in eo sit, qui ex eius parochia sint ordina- di, curet ijs non carere.

Vt instructi in primis sint vitæ spiritalis studijs atque exercitationibus.

Norint sanctas illas virtutes christianas, quarū officijs ipsi arctius quam laici homines deuin- ciuntur. Atque illæ quidem sunt, deuotionis pietatisq. zelus, castitas, sobrietas, pax, chari- tas, oratio, vsus frequens sanctissimorum sacra- mentorum, aliarq. multæ vitæ spiritalis exer- citationes, in quibus perpetuus esse debet eccle- siasticæ vitæ cursus.

Quò diligentius item clericalis disciplinæ, vi- tæq. religiosæ institutis, ij, qui vel spontè se clericali militiæ adscribi uolunt, vel à parentibus adhuc infantes destinantur, imbuantur; id crebrò illos Parochus præmoneat, vt ecclesiam vel parochialem, vel aliam, quæ ex decretorum prouincialium præscripto eis assignata fuerit, frequentiùs adeant; functiones, quas clerici in ecclesia obeunt, ceteraq. id generis ministeria studiosè obseruent, ad rationem functionum, quæ in Concilio Prouinc. primo, & quarto præ scriptæ sunt: & ex forma, quam Archiepiscopus in eo genere proponi iusserit, item vt eccle- siasticorum hominum pietate præcellentium consuetudine vtantur.

Hac ipsa in re valdè etiã elucebit Parochi pie- tas,

tas, si quam plurimos potest pueros, præsertim pauperes bona indole præditos, qui spem afferant, se sacris initiatos, ecclesiæ ministros viles fore, ad ecclesiasticæ vitæ normam accuratè erudiat.

Doctrinis etiam vt pro ratione ordinis, cui adscribi volunt, eruditi sint, curet.

Musicæ modulationis, quem firmum cantum vocant, periti, vt ordo postulat, in quem volunt cooptari.

Cæremonias ritusq. ordinis intelligant, quò initiantur.

Curabit etiam, vt cum antè statam ordinationis diem ad Archiepiscopum conueniant, decenti vestitu clericali induti sint, & congrua pro sui ordinis ratione clericali tonsura in vertice insigniti. Qui verò tonsura nondum initiati sunt, vestitum clericalem tantummodò induant ex facultate concessa.

Docebit, vt testimonia Concilij Prouincialibus, & in primis Concilio quarto præscripta, afferant.

Tit. quæ pertinet ad sac. ordinis. pag. 241.

# DE SACRAMENTO Matrimonij.

## Rubricæ, seu instructiones.

### Quæ Parochus doceat.

**V**T matrimonium inter fideles sanctè contrahatur, eò diligentius Parocho curandum est, quò grauius aliquando à plerisque peccari solet.

Habebit igitur ipse in primis rectè cognita præcepta illa omnia, quæ in matrimonijs rectè cõficiendis seruari oportere, æcumenica Synodus Tridentina iussit: vt illa ipsa omnia accuratissimè, inuiolatèq. seruanda curet.

Dabit etiam operam, vt illius Tridentinæ sanctionis iussa præceptaq. parochiales sui teneat. Proindeq. sæpenumero, præsertim verò certis stans Dominicis diebus illam sanctionem rectè denunciabit, atque adeò explicabit, ad præscriptum diocesanæ constitutionis.

Sacramenti autem huius institutionem, vim, naturam, & sanctitatem, Parochus, aliusuè sacerdos, cui facultas celebrandi matrimonij data, aut permissa est, sæpenumero, & vt maximè potest accuratè, fidelibus ex catechismi Romani doctrina explicabit; vt omnes non solum perspicuè intelligant, sed religiosè obseruent, cuius rei causa matrimonium institutum sit, & quam animi præparationem, pietatemq. in eo contrahendo requiratur.

In hoc porrò tractationis genere Parocho quò sapius versandum est, eò studiosius rationes colligendæ sunt, ex sacris literis, alijsq. ecclesiasticis monumentis depromptæ, atque ex sanctæ disciplinæ Christianæ fontibus haustæ; qui-

Ses. 24. de cr. de refoz. matrimonij.

bus potissimum hæc tria doceat: primùm, quò modo matrimonium sanctè cõtrahendum est: deinde quò modo in eo castè, pieq. versandū; tum quò præterea modo in eo bene moriendū. Docebit igitur, quò animi affectu, & quam ob causam fideles matrimonium ineant. Quo in genere demonstrabit, ad illud eos non explendæ libidinis causa duci oportere, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus: neque præcipuè efferræ cupiditate diuitiarum: sed cum proli suscipiendæ gratia, quæ sanctam catholicam religionem colens, ad cœlestium præmiorum hæreditatem, christianæ vitæ præceptis, pieq. agendi vsu instituat: tum etiam causa vitandæ fornicationis: & vt coniuges alter alterius ope adiuti, vitæ incommoda facilius ferre, & senectutis inbecillitatem sustentare queant.

Nec verò vniuersè solum, sed sigillatim speciatimq. prout vsu venerit, id officium omni charitate præstare studebit: vt cum de aliquorum matrimonio agitur, eos moneat, quàm singularem mentis integritatem, & pietatè adhibeant; cum ad rem non humanam, sed diuinam, hoc est matrimonij sacramentum, aggrediantur: ad det verò etiam Tobix exemplum ex sacris literis maximè ad hanc rem accommodatum.

Simul verò vt fideles quoque intelligant, quibus factis temporibus à nuptijs abstinentidum sit, ac præterea in frequèntiori orationis studio, quod dierum celebritas, & mysterium postulat, vigilantius incumbendum: ipsarum nuptiarum interdictionem eodem sacro Concilio cõfirmatam diligenter quoque enunciat; ita scilicet, vt eam demonstrat inchoatè à prima Dominica aduentus vsque in diem Epiphaniæ; & à Dominica in capite quadragesimæ vsque in octauam Paschatis inclusiuè.

Neque id cohortari prætermittet (quanquam non est necessarium) vt ex imitatione antiquæ fidelium pietatis, in stans ecclesiæ ieiunijs, præsertim solemnium quatuor temporum, à nuptiarum celebritate fideles abstineant. Si enim coniuges cum orationi, & ieiunijs vacandum est, Apostolus monet, ab matrimonij vsu abstinere: profectò æquissimum esset, & cum sancta disciplina consentiens, eos illo vel breuissimo tempore ab nouo coniugio ineundo se continere.

Et quoniam matrimonij libertas violari nullo modo debet, anathema, quod synodus æcumenica Tridentina ijs constituit, qui vi, metu, alioq. modo libertatè impediunt, vbi opus erit, euulgabit: vt perspicuè omnes intelligant, quàm grauius peccent, qui hoc admittunt.

Hæc etiam vt infra accuratè cauebit.

Non passim omnibus matrimonij cõtrahendi aditum patefaciet, quos ipse præsertim non norit.

Vagantium hominum, & peregrinorum matrimonium nõ facile celebrabit, sed diligenti primùm ex Concilij Tridentini præscripto inquisitione facta, & testimoniorum, quibus legitime

Psal. 29.

Tobiz. c. 8.

Ses. 24. de cr. de refoz. matrimonij. cap. 9.

Ibid. cap. 7.

mè de illis testatum fuit, cautione studiosè adhibita, req. omni ad Archiepiscopum delata, ac facultate celebrandi matrimonij ab eodem impetrata. Quam cautionem eò diligentior tunc adhibebit, cum parochia sua eo loci est, quò diuersarum nationum, præsertim hæreticorum, aliorumue, cum quibus cõtrahi nefas est, concursus sit: aut propius abest à regionibus ipsorum hæreticorum.

Si verò agatur de contrahendo matrimonio cum persona quæ in locis hæreticorum habitet, vel vbi hæreticorum more viuere licet; ne ad secundam denunciationem Parochus veniat, neque alio modo in ea re progrediatur, nisi prius nomen, & cognomen personæ quæ in ipsis locis habitat, Archiepiscopo denunciarit; & ab eo facultatem progrediendi impetrarit ex conc. Prouinc. 2.

Decr. 25. pa. 64

Neque præterea faciliè matrimonio eos coniungat, qui coniuncti, cum fuerint aliquandiu absentes, obijssè rumor est; nisi certam exploratamq. obitus notitiam habuerit, & vt const. Clem. 3. cautum est, certus nuncius de morte allatus sit.

### De Parochi diligentia in denunciationibus, alijsq.

Later. 2. c. 51. Trid. vsup. c. 1.

**A**NTEA QUAM matrimonium celebret, tres denunciations ad Concilij Generalis, & Lateranensis, & Tridentini præscriptum, tribus continuis festis diebus, & de Ecclesiæ præcepto celebrandis, publicè in ecclesia etiã vtriusque, si diuersæ parochiæ contrahentes sunt, inter Missarum solemnias faciet: nisi aliquando Archiepiscopus ex eiusdem concilij Tridentini decreto aliter iusserit.

Ibidem.

Denunciationem vllam ne remittat, nisi ex facultate ipsius Archiepiscopi.

Antea verò quàm matrimonium denunciaret, cognoscat quales sint, de quorum cõtractu agitur: an ætate legitima, qua conditione, an aliquo propinquitatis gradu inter se coniuncti, quo contrahere non possint.

Quamobrem cum accuratè studiosèq. norit canonica impedimenta, & quæ futurum matrimonium impediunt, & quæ contractum dirimant: tum etiam illa aliquando, prout vsu venerit, diligenter exponet, cum multa ea sint, quæ tamen breui enumerantur his versibus.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen. Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si fortè coire nequibus. Hæc faciendæ vetant connubia, facta retrahant.*

*Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum. Impediunt fieri, permittunt facta teneri.*

Atque in his quidem rationem habebit impedimenti ex fornicatione contracti, de quo in sacro Concilio Tridentino cauetur.

Vsup. cap. 4.

Gradus item consanguinitatis, & affinitatis bene notos habebit: & quo gradu contrahiliceat, id etiam rectè sciet, atque adeò interdum pro-

ut occasio tulerit, accuratè exponet ex Cõcilio Tridentino, & probatis documentis.

Matrimonium præterea gradu prohibito contrahi ita non licere ostendet decreti Tridentini auctoritate; vt scienter contractum, etiam separari, & spe dispensationis consequendæ carere debeat; quin etiam pœnam excommunicationis latæ sententiæ eos subire, qui scienter ita contraxerint ex clem. const.

Cap. 5.

Spiritualis quoque cognationis impedimentum & nosse, & enunciare aliquando debet, vt declarauit sacra Tridentina synodus: quæ in Baptismo, baptizantem, & suscipientes, cum baptizato, eiusq. patre, & matre; in Confirmatione verò patrum item & confirmantem cum confirmato, & parètib; itidem illius hanc cognationem spirituales contrahere definiuit; omnibus inter alios huiusce cognationis impedimentis omnino abrogatis.

Cap. 2.

Antequàm denunciaret, primùm à mari, tum à femina Parochus exquirat, an matrimonij quod inter eos tractatur, denunciationis fieri placeat; & an spontè & liberè ad eam rem veniant: & omnino antequàm denunciations inchoet, habeat consensum eorum qui contracturi sunt; quòd si in diuersis parochijs illi habitet, vtriusque item Parochus hoc ipsum seruet. Neque matrimonium alter Parochus denunciaret, nisi ab altero Parocho certior factus sit de postulatu, aut cõsensu illius, qui eius est curæ subiectus.

Qua in re caueat, ne dum matrimonij denunciandi tantummodò voluntatem eorum notam exploratamq. inuestigando habere vult, ea inuestigatione matrimonij, aut sponsalium consensum exquirat.

Itaque de stans solùm denunciationibus explicatè ac distinctè, separatimq. ab vtroque perquirat, idq. à femina loco honesto, & in propinquorum conspectu; ita tamen, vt ne quicquam audiat; neque ita propè sit, vt illa præ pudore, vel alia causa minus liberè animi sui voluntatem exprimere audeat.

Si verò filij familias sunt, conuenit etiam, vt scicitur, de parentumne voluntate, an contra, inuiti sint matrimonium. nam quamuis eorū consensus necessariò non requiratur; si tamen contra faciunt, causam perquiret: qua cognita, illos cohortari paternè non desistet, vt parètib; in quorum potestate sunt, eum honorem tribuant, vt scilicet illis ne inscijs quidem, nedum inuitis, rem tanti momenti aggrediantur: nisi fortè parentes futurum matrimonium malitiosè impediunt.

Monebit præterea eosdè separatim, vt videant, ne matrimonio quod inter se contrahere volunt, aliquod impedimentum sit.

Eos itè graui cohortatione diligenter moneat, vt antè denunciations orationibus se muniat, remq. totam precibus piorum, sanctisq. sacrificijs commendent: tum ad matrimonium dein de ineundum ieiunijs, orationibusq. se parent; sicq. cõtra spirituales nequitas, & carnis procacita-

cacitatem sanctè muniti, salutem & gratiam Dei ex eo Sacramento vberiore sibi comparare studeant.

Denunciationes ipsas, pronuntiato euangelio, aut concione absoluta, Parochus ad populum cõuerfus faciet in hanc sententiam.

*Formula di denunciare il Matrimonio.*

*Si notifica alle charità vostre; come N. figliuolo di N. della nostra parochia, è con l'aiuto & gratia di Dio per far matrimonio con N. figliuola di N. della parochia medesima nostra. Però se alcuno di voi sapeffe, che trà di loro fusse impedimento alcuno di parentela, ouero di cognatione spirituale, che nasce dal battesimo, ò dalla cresima, ò altra prohibitione; ouero impedimento, per il quale non potessero insieme far matrimonio; venga, come è tenuto in coscienza, à notificarlo à me curato quanto prima: auuertendo, che si come ciascuno è tenuto notificare l'impedimento, che sà; così dee guardarsi di notificarne alcuno falsamente: che oltre al graue peccato che cõmetterebbe, ci è ancora la pena della scomunica. & questa è la prima nostra monitione. Ita dicit Parochus, si fuerit prima denuncia- tio: si fuerit secunda, ita dicit: **E questa è la seconda nostra monitione:** Si fuerit tertia denun- ciatio, sic dicit. **Questa è l'ultima, e perentoria monitione.***

In denunciatione hoc animaduertet Parochus, vt & nomen, & cognomen, & patrem, & paro- chiam contrahere volentium nominet; si pater decessit, dicat, *Filius*, vel *filia quondam D. N.* Si intereà dum denunciationes fiunt, aliquod impedimentum certum patefiet, constiterit; abstinere matrimonij contractione. Sin au- tem aliqua existet dubitatio, ambiguitas, aut probabilis suspicio impedimenti alicuius: de re tota Archiepiscopu certiore faciet, nihilq. prætereà agat, nisi de illius mandato. Si ve- rò nullum patefiet denunciabiturq. impedimẽ- tum, sed adhuc aliqua suspicio subesse potest; ipse Parochus per se diligentiùs inquiret, an ali- quod huiusmodi impedimentum matrimonio obstat: & quò cautius id agat, cum viro & mu- liere, de quorum matrimonio agitur, aut cum eorum parentibus seorsum colloquetur; gra- uiterq. monebit, vt liberè dicant, si cuius rei conscij sunt, quæ matrimonio contrahendo le- gitimum impedimentum afferre possit.

Si probabilis dubitatio impedimenti sit, siue ex verbis eorum qui contracturi sunt, siue aliù de; superfedat, & consulat Archiepiscopum, aut eius Vicarium.

Multò magis si fama impedimẽti oriretur, aut testis aliquis etiam vnicus de impedimento af- firmaret.

Si verò nullum impedimentum appareat; tunc matrimonium denũciare, & celebrare pergat: caueatq. ne sine causa procrastinet.

Si quem item malitiosè falsum aliquod impe- dimentum attulisse animaduertit, quò matri- monium impediret; non propterea (re tamen

benè cognita) desistet à denunciationibus, & celebratione matrimonij.

Matrimonij denunciationibus factis, si forte accidit, vt illud duorum mensium spatio non contrahatur; ne illud celebret, nisi ritè repe- titis denunciationibus: si tamen Archiepiscopus aliud non concesserit.

Quo die denunciatio vltima facta est, ne ipso die, nisi impetrata ab Archiepiscopo facultate matrimonium celebret: nisi ea denunciatio facta sit pridie illius diei, quo est initium Qua- dragelime, vel Aduentus. hortetur verò, vt in alterum, aut tertium, aliumuè diem differant; vtq. intereà orationi frequentius vacent, Mis- samq. de Spiritu Sancto cum oratione de Bea- ta Virgine, aut alia, vt est in Missa pro faciendo matrimonio, pro se celebrari deuotè curent.

Monebit coniuges vehementer, vt ne ante matri- monij celebrationem copula vrantur, neque si mul habitent, aut aliquod commercium habeant: simul denuncians, grauissimis decretis secundi & sexti Concilij illius peccati absolu- tionem Archiepiscopo esse referuatam, eiq. gra- uem pœnitentiam esse decretam.

Monebit itè, hortabitur, vt eadem caueant, antequàm benedictionem in ecclesia susceperint.

Agat omni cohortatione cum sponfis, vt ad ma- trimonij celebrationem ne accedant prius, quàm peccata diligenter confessi sacram communio- nem sumpserint; saltemq. triduo ante matri- monij consummationem. omnino autem & ie- iunio, & alijs pijs præparationibus ad huius- modi sacramentum pura mente accedant.

Vt item die matrimonij celebrationis & bene- dictionis, ad ecclesiam accedant omni vestium moderatione, dignaq. sanctitate christianæ re- ligionis: ita vt quantò generis claritate illu- striores sunt, tantò studiosius in luce omnium splendescant virtute præcellenti; quæ Christia- næ nobilitatis propria, in abijciendo sæculi lu- xu, fugiendiq. barbarici vestitus sumptibus maximè elucet.

Vt rem omnem deprauato vsu introductã pro- fanam in sancta matrimonij sui celebritate caueant: vt olim fuit, bibendi, cyathiue frangẽ- di corruptela.

Ne matrimonio quempiam iungat, qui illud cõ- trahere attentarit sine Archiepiscopi concessu; nisi delictum ita occultè sit admissum, vt nullu eius rei extet legitimum indicium.

Ne solempnes nuptias sinat celebrari, nisi post dilu- culum postridie illius diei, qui postremus est temporis, quo nuptiarum celebritas iure sacro- rû canonu, & ritu huius ecclesie interdicta est. Ne eodem tempore permittat sponsam do- mum traduci, aut nuptialia conuiuia celebra- ri: monens, pœnam interdicti ab ingressu eccle- siae ipso facto incurri ab ijs, qui cõtrafecerint.

Omni autem tempore curet ea celebrari, quẽ- admodum modestiæ christianæ conuenit.

Moneat quandoq. fideles sibi commissos, de gra- uissimo

uissimo eorum scelere vitando, qui ad res ma- trimoniales impediendas veneficijs falcinatio- nibusue vtuntur: doceatq., eos pœna excom- municationis læ sententiæ esse irretitos: & eos item, qui in soluendis ijs veneficijs verba improbata, & superstitiosa adhibent, ex Conc. quinto.

Tit. quæ ad ma- trim. pt. 5. Tri- dentina. p. 287.

Qui ad ecclesiam sponfos deducturi sunt (qui pa- ranymphii dicti sunt) ij sint ætate prouecta, & morum grauitate præditi, & plerunq. eorum propinquus, & parentes.

Velatam sponsam deduci monebit, cum ob de- centiam, Apostoliq. præceptum; tum ob signi- ficationem subiectionis erga virum: Rebeccæ etiam exemplo, quæ vt sponsum conspexit, pal- lio caput velauit.

Gen. 24.

Manè celebrabit, non à prandio: nec verò vn- quam noctu.

In ecclesia item parochiali ante altare maius: neque alio prætereà loco, aut alia ecclesia.

Si domi aliquando fieri ab Archiepiscopo con- cedetur; id fiet loco eius decentiori, vbi sit itè sacra imago, alijs profanis reiectis.

Meminerit, præter ipsius Parochi præsentiam, duorum etiam vel trium testium præsentiam necessariam esse, ex Triden. decreto.

Vbi sup. c. 1.

Ne matrimonio iungat, qui doctrinæ christia- næ rudimenta ignorant.

*Quomodo in matrimonio sit versandum, & moriendum.*

**Q**UOD ad illam partem pertinet, quomodo in matrimonio sit versandum: docebit op- portuno tempore Parochus officia viri erga- vxorem, rursumq. vxoris officia erga virum. Monebit, vt incommoda matrimonij patienter ferant, cõtenti ea, in qua vocati sunt vocatione. Quàm diligenter etiam fidem, quam sibi mu- tuam præstiterint, inuiolatam seruent vsque ad mortem.

Quàm seipfos inter se vnice diligat sancto cor- dis affectu, ita vt nefarijs aliorum amoribus non capiantur, nec thorum maritalè inquinẽt.

*Purum matrimonium sit, & ab obscenarum cupi- ditatum contagione liberum*, inquit S. Grego- rius Nazianzenus. Cum enim matrimonium à Deo institutum sit, præcipuè ad sobolem procreandam, quæ sanctè educetur; sanctè illo vti debent: *vnusquisq. sciat*, vt Apostolus mo- net, *vas suum possidere in sanctificatione, & ho- nore, non in passione desiderij, sicut & gentes, quæ ignorant Deum. nõ enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.*

Vt illud meminerint Apostoli, quòd *mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non ha- bet, sed mulier.*

Vt in magnis anni solemnitatibus, diebusque Dominicis, ex Nicolai primi rescripto; diebus ieiuniorum, & certo tempore orationi assigna- to, & quibus diebus Eucharistiam sumpturi

sunt, sumpserintuè, à copulatione, actuq. ma- trimonij, quantum possunt, de communi con- sensu abstineant.

Vt cum vxor grauida est, frequentius ambo in oratione precibusq. versentur, quibus à Deo prolem optimam impetrent.

Vt vbi liberos susceperint, nihil potius curent, quàm vt in timore Dei, & disciplinæ christia- næ institutis educant, & conforment ad præ- scriptum instructionum eo nomine editarum.

Vt rem familiarem modis nefarijs nullo modo augeant; neque studeant locupletiores fieri cõ- offensione Dei, & iniuria proximi.

Vt patrum familias instituta exequantur libro instructionum explicata.

Sed vberiore etiam cohortandi materiam Pa- rochus sumet ex sanctis præcationibus, quibus in nuptiaru benedictione mater ecclesia vitur.

De alia verò parte, qua scilicet ratione in matri- monio moriendum sit; hæc doceat.

Primùm, vt in ægrotatione, sicut in omni alia re necessaria, sibi mutuam opem ferant, atque succurrant omnibus officijs, quæ cum ad corpo- ris curationem, tum in primis ad animæ salutẽ pertinent.

Vt propterea in ægrotatione nullum alter alte- ri præstet impedimentum, quominus continuã habeat Dei memoriam: immo verò potius se- se mutuo consolentur salutaribus consilijs; hocq. cohortentur, aliosq. item hortatores ad- hibeant, vt sanctissima sacramenta, pœnitentiã scilicet, & Eucharistiam, & extremam vnctio- nem in tempore suscipere ægrotus curet.

Vt liberos etiam suos pie, ardentisq. charitatis studio admoneat, instruatq. ad vitæ christianæ rationes. Et verò vitia, quibus potissimùm il- los deditos esse animaduertit, vehementer obiurget. Demum benedicat exemplo sanctis- simorum patrum.

Vt domui suæ benè disponat, & testamentum rectè conficiat, præsentem etiam patre spirituali: de cuius consilio in testamenti etiam factio- ne remedia quærat animæ suæ.

Vt in extremo etiam illo spiritu sese alacriter in Domino confirmet ad mortem suscipiendã, expectans post separationem huius vitæ mor- talis coniunctionem perpetuam in vita sempiterna.

Sed vberiore prætereà cohortandi materiam Parochus sacerdosuè sumet, prout sponforum conditio poscere videbitur.

*De benedictione nuptiarum.*

**D**OCEBIT Parochus opportunè, quanti benedictio nuptiarum facienda sit: quæ vt S. Augustinus ait, in paradiso initium habuit, quamq. S. Patres maximè commendarunt.

Item de pœna suspensionis ipso facto illi ex conc. Trident. incurrenda, qui sponfos benedicir sine proprij Parochi, vel Ordinarij licentia, sicuti qui matrimonio coniungit.

Aaa

Bene-



Benedicet autem semper Missa celebrata, cui sponsi ipsi interfint.

Caueat autem, ne quando coniuges in primis nuptijs benedictionem acceperint, eos insecundis benedicat; siue mulier, siue etiam vir ad secundas nuptias transeat: si verò ea consuetudo vsquam est, vt si mulier nemini vnquam nupserit, etiam si vir aliam vxorem habuerit, nuptiarum benedicantur, ea vtendum est. Sed viduarum nuptias non benedicat, etiam si eius vir nunquam vxorem duxerit.

Contracto matrimonio, Parochus eodem die quo illud contraxerit, celebrauerit, si manere poterit, sponsum sponfamque benedicat: alioquin alio festo die, & triduo, & nouè saltè die antè consummationem matrimonij id fieri curabit.

Nuptiarum benedictionem, si tempus datur, die festo præcedenti denunciabit; idque populū grauitè monebit, vt sponsum à Deo gratiam celestium benedictionum precetur; quibus perfusi, matrimonium sanctè tractent, salutaresque inde fructus capiant.

### Ordo Celebrandi Matrimonium.

**P**AROCIVS matrimonium celebraturus, superpelliceo stolaque pro tempore indutus, in limine ecclesie, aut antè altare sponsum aqua benedicta primùm asperget, vno aut duobus clericis adhibitis superpelliceo item indutus: quorum vnus librum, alter vas aque benedictæ cum aspersorio habebit.

Deinde, vbi antè altare sponfam, eiusque parentes propinquo suo ad sinistram; sponsum verò cum eius parentibus propinquoque item ad dexteram collocauerit; ipse Parochus sermonem habebit de vi, sanctitate, & cæremonijs huius sacramenti, aut etiam de tribus illis capitibus, quæ principio proposita sunt: quo scilicet modo matrimonium contrahendum, quo modo in eo versandum, & moriendum.

Ab soluto sermone, præsentibus propinquis, & alijs pluribus, hoc ipsos sponsum admonet, vt eorum vterque sigillatim nominatimque interrogatus, ore, atque explicatè interrogationi respondeat, animoque consentiat: si verò quis eorum mutus est, aperto nutu, certoque signo consentiat. Sicque primò sponsum, deinde sponfam, nomine, titulouè, pro ratione conditioneque personæ interrogat his verbis, vulgariter tamen prolatis.

*N. vis accipere, & iam nunc accipis N. hic præsentem in tuam legitimam vxorem, sicut præcipit sancta mater ecclesia?*

Vbi sponsum explicatè responderit, *Volo, & accipio aut, Ita Domine*, tunc sponfam interrogabit.

*N. vis accipere, & accipis N. hic præsentem in tuum legitimum maritum, sicut præcipit san-*

*cta mater ecclesia? R. Volo, & accipio, aut, Ita Domine.*

Quibus consentientibus, Parochus dicit hæc verba Euangelij:

*Quod Deus coniunxit, homo non separet.*

Interea sponsum genua flectunt, & Parochus dextera sua sponsum dexteram apprehendit, & ad significationem vinculi fideique coniugalis imponit manui dexterae sponsæ: summumque stola in modum crucis imponit ambabus sponsum manibus, & apertè dicit:

*Ego auctoritate sanctæ matris ecclesie, qua fungor, coniungo vos in matrimonium. ter signum crucis super vtrunque faciendo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

*R. Amen.*

Deinde aqua benedicta eos aspergit, dicens: *Per aquæ benedictæ asperisionem, det vobis omnipotens Deus suam gratiam, & benedictionem.*

De benedictione anuli.

Quibus peractis Parochus benedicit anulum à sponso datum Acolutho, qui illum in peluicula rectè collocatum benedicendum offert.

Parochus dicit:

*Y. Deus in adiutorium meum intende.*

*R. Domine ad adiuuandum me festina.*

*Y. Gloria patri, & c. R. Sicut erat, & c.*

*Haleluia, Kyrie eleison, ter.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Benedic quæsumus Domine anulum hunc, quem nos in tuo nomine benedicimus; vt quæ eum portauerit, in tua pace consistat, & in tua voluntate permaneat & in amore tuo viuat, & senescat, & multiplicetur in longitudine dierum. Per Dominum nostrum, & c.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

Deinde aspergit anulum aqua benedicta; postea illum sumit, & tradit sponso, qui digito quarto anulari sinistrae manus sponsæ eum imponit, dicente Parocho, ac semel signum crucis faciente.

*In nomine patris, & filij, & spiritus sancti.*

*R. Amen.*

Fit autem hoc ad significandum, quòd eo pigmore sponsum corda iunguntur: nam & in eo digito vena quedam esse dicitur, quæ ad cor vsque peruenit. Mox dicit:

*Y. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

*R. A templo sancto tuo, quod est in Ierusalem.*

*Y. Domine exaudi orationem nostram.*

*R. Et clamor noster ad te perueniat.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Respice quæsumus Domine hanc coniunctionem, & bene dicere digneris hunc famulum tuum, & hanc famulam tuam, quatenus inuolantam sibi inuicem fidem perpetuò seruantes, tibi valeant adhaerere. Per Dominum nostrum, & c.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Kyrie eleison, ter.*

*Y. Benedicat, & exaudiat nos Deus. R. Amen.*

*Y. Procedamus cum pace. R. In nomine Christi.*

*Y. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.*

Ma-

Matrimonio ritè celebrato, Parochus paternè sponsum monebit, Christianos decere, in ea celebratione à saltationibus choreisque abstinere, vt canone cautum est.

Notabit verò ipse quàm primum in libro parochiali matrimoniorum proprio nomina coniugum, & testium, diem præterea, annum, & locum contracti matrimonij ex formula præscripta: quem librum apud se accuratè custodiat.

### Ordo Benedicendi sponsum et sponfam.

**S**PONSVS & sponfa antè consummationem matrimonij peccata confessi, veniunt statuto die in ecclesiam parochialem sponsum: vbi loco decenti Missam genibus flexis audiunt. Parochus autem, sacerdosque pro sponsum Missam celebrat, vt in Missali, nisi celebranda erit de Dominica, aut de sancto: tuncque fit commemoratio pro sponsum.

In Missa datur pax sponso primùm, deinde sponsum. præbetur etiam facta communio sponsum.

Celebrata Missa, & deposita planeta, & manipulo, Parochus ante altare sponsum genuflexis dicit.

*Y. Deus in adiutorium meum intende.*

*R. Domine ad adiuuandum me festina.*

*Gloria patri, & c. Sicut erat, & c.*

*Haleluia, Kyrie eleison, ter.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Deus, qui potestate virtutis tue de nihilo cuncta fecisti, & dispositis vniuersitatis exordijs, homini ad imaginem tuam facto ideò inseparabile mulieris adiutorium condidisti, vt femineo corpori dares de virili carne principium: docens, quod ex vno placuisset institui, nunquam licere disiungi. Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti, vt Christi & Ecclesie sacramentum præsignares in fœdere nuptiarum. Deus per quem mulier iungitur viro, & societas principaliter ordinata ea benedictione donatur, quæ sola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluuij est ablata sententiâ. Respice propitijs super hanc famulam tuam, quæ maritali iungenda consortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis, & pacis: fidelis, & casta nubat in Christo: imitatrixque sanctarum permaneat famularum. Sit amabilis vt Rachel viro; sapiens vt Rebecca; longæua, & fidelis vt Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor præuaricationis usurpet; nexa fidei, charitatisque vinculo, permaneat vniuerso iuncta; concubitus illicitos fugiat; muniat infirmitatem suam robore disciplina. Sit verè cunctia grauis, pudore venerabilis, doctrinis celestibus erudita: sit secunda in sobole, sit probata, & innocens; & videat filios filiorum suorum vsque in tertiam & quartam generationem, & ad optatam perueniat senectutem; & demùm ad beatorum requiem, & ad regna perducatur celestia. Per Dominum nostrum, & c.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Deinde Parochus cum clerico dicit psalmum. 127.*

*Beati omnes qui timent Dñm, & c. vsque ad finem.*

*Gloria patri, & c. Sicut erat, & c.*

*Kyrie eleison, ter. Pater noster. Secretò.*

*Y. Et ne nos inducas in tentationem.*

*R. Sed libera nos à malo.*

*Y. Saluos fac seruos tuos.*

*R. Deus meus sperantes in te.*

*Y. Mitte eis domine auxilium de sancto.*

*R. Et de Sion tuere eos.*

*Y. Domine exaudi orationem nostram.*

*R. Et clamor noster ad te perueniat.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Oratio. Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob sit vobiscum: & ipse adimpleat benedictionem suam in vobis, vt videatis filios filiorum vestrorum vsque ad tertiam, & quartam generationem. Et postea vitam æternam habeatis sine fine, adiuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & spiritu sancto viuat, & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

*Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.*

*Y. Benedicat, & exaudiat nos Deus. R. Amen.*

*Y. Procedamus cum pace. R. In nomine Christi.*

*Y. Benedicamus Domino, R. Deo gratias.*

Tum aspergendo sponsum aqua benedicta, dicat.

*Y. Pax & benedictio Dei omnipotentis patris:*

*& filij & spiritus sancti descendat*

*super vos, & maneat semper. R. Amen.*

Peracta benedictione sponsum hoc monebit, vt non ètè saltem sequenti in castitate & virginitate permaneant propter reuerentiam ipsius benedictionis. Caueant verò omnino vt supra dictum est, saltationes, & tripudia, aliaque omnia matrimonij sanctitati repugnantia.

Si thalamo nuptiali benedicendum est, Parochus benedicet ex præscripta formula.

### Rubricæ, seu instructiones Generales.

Pro benedictionibus.

**I**N omni benedictione sacerdos superpelliceo, & stola præterea pro ratione temporis vtetur, nisi aliter notabitur.

Stando semper benedicet, non sedendo, aut genua flectendo; & capite aperto.

In principio cuiuscunque benedictionis dicit quæ sequuntur; & dum dicit: *Deus in adiutorium, signum crucis sibi adhibeat.*

*Y. Deus in adiutorium meum intende.*

*R. Domine ad adiuuandum me festina.*

*Y. Gloria patri & filio, & c. R. Sicut erat, & c.*

*Haleluia. In quadragesima omisso haleluia, dicatur Laus tibi domine, rex æternæ gloriæ.*

*Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

Postea oratio, vel orationes propriae.

In fine benedictionis semper dicat:

Aaa 2 Y. Do-

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.*  
*Y. Benedicat, & exaudiat nos Deus. R. Amen.*  
*Y. Procedamus cum pace.*  
*R. In nomine Christi.*  
*Y. Benedicamus Domino.*  
*R. Deo gratias.*

Postea aspergat aqua benedicta ter res: primo in medio, secundo a parte dextra, tertio a parte sinistra, nihil dicendo: nisi in proprijs locis aliter notetur.

Cum sacerdos aliquid benedicturus est, habeat duos clericos: quorum vnus vas aquae benedictae cum aspergillo, alter vero librum hunc ritualem teneat; aut vnum saltem, qui ei actioni inseruiat.

Benedicet in ecclesia ad altare stans in cornu epistolae, aut etiam in sacristia ad mensam decentem, pro ratione eorum quae benedicuntur. Sed caueat, ne benedictionis gratia ponat aliquid indecens super altare, veluti esculenta: sed quod eiusmodi est, ponatur super aliquod scannum paratum loco commodo.

### INSTRUCTIONES Ad funera ducenda,

Et alia officia mortuis praestanda, maximè ex Concil. Prouinc.

#### De tempore sepeliendorum corporum.

Prou. 6. tit. que ad fun. pert. §. Delatum. p. 309

**N**E corpus aliquod sepeliatur, nisi duodecim saltem horis postquam spiritum exhalarit. Verum si quem de improviso mors, aut morbi alicuius repentina vis occupauit, is ne in sepulcrum inferatur ante vigesimam quartam huiusmodi repentini euentus horam, nisi Archiepiscopus aliter ex causa concesserit.

Prou. 1. tit. de funer. pag. 35.

Antè solis ortum, & post occasum, mortuus ad sepulturam ne efferatur; neue inter maioris missae celebrationem, quae de tempore fit, in ecclesiam inferatur.

Dioc. 11. p. 422

Aptissimum vero tempus ad fidelium corpora sepelienda est matutinum; vt scilicet pro eis Missa defunctorum ex ecclesiastico ritu, si commodè possit, & ritus non impediatur, celebretur. Curandum est, ne die festo funus ducatur: aut si ducendum sit, vt fiat post Vesperas. Sed non prohibetur tamen, quin ob vrgentem causam Missa conuenientialis pro mortuo qui sepelitur, tali die celebretur, nisi alioquin ritus id nullo modo ferat.

#### De funere ducendo.

Prou. 1. vt sup.

**S**INGULARVM Ecclesiarum cathedralium, collegiarum, ac parochialium Ecclesiarum clericis, vna tantum suae ecclesiae crux praeferratur; neq. aliae in funere deferantur, nisi quas suus quanq. clerus subsequatur. Quod si alij

quoq. clerici inuitati fuerint, eius rectoris qui inuitauit, crucem sequantur.

Cum mortuus efferendus erit, cuiusvis ecclesiae clerus qui vocabitur, in vnam proximam mortui aedibus ecclesiam congruo processionis ordine conueniat. Inde omnes ordine prodeuntes bini, canentes antiphonas suo loco notatas, aut aliquos psalmos, si via longior fuerit, mortuum ab eius aedibus ad sepulturam comitentur.

Cum ad ecclesiam venerint, omnes corpus suo ordine circumstent, instituta officia celebrantes; nec prius discedant, quam corpus in sepulcrum illatum fuerit.

Deinde singularum ecclesiarum clerici, eodem ordine quo venerant, crucem praeferentes, ad ecclesiam suam redeant.

Caueat omnino Parochi, ne pallia, aut alia altaris ornamenta adhibeant, accommodentue ad ornatum feretri, aut tumbae: sed feretro pallia adhibeantur, comunibus cuiusque vicinitate sumptibus comparata; atque omnibus in funere gratis accommodentur ad Conc. Prou. 1. & 4.

Si vero propinqui, vel haeredes mortui, alio pallio proprijs expensis comparato vt voluerint; post funus illic ei ecclesiae in qua corpus sepultum fuerit, acquisitum sit: quod si aureum vel sericum, aut omnino pretiosum fuerit, ad eiusmodi vsum nullo modo in posterum adhibeatur, sed in eiusdem ecclesiae ornamentum conuertatur.

Cum ex parochia cui saecularis sacerdos praesit, mortuus efferatur, vt in parochiali ecclesia sepeliatur, cui Regularis sit praefectus, vel contra; tunc vtrique Parochi superpelliceo & stola induti pares progrediantur. Reliqui vero regulares eum locum teneant, quem in generalibus processionibus tenere consueuerunt; non obstante quauis consuetudine, vel pacto, qua inter se fecerint.

Funeribus, defunctorum officijs, anniuersarijs celebrandis, cum rector ecclesiae praeter clericum ministrum suum, alios etiam sacerdotes, clericosue, quorum ministerio operantur vt accersere, adhibereue necesse habet; hoc ordine (nisi aliud defunctus, haeredesue illius voluerint) illos euocet: primo scilicet, si quos habet illius animarum curae gerendae quouis modo socios, collegas, adiutoresue; tum illius ecclesiae titulares, vel canonicos, vel chori ministros, vel demum cappellanos: item deinde clericos alios, ecclesiasticae functioni, officioque in ea ecclesia addictos, adscriptosue; tum praeterea alios, quos mortui haeres, aut is cuius interest, accersiri euocariue maluerit; nec vero plures adhiberi vilo praetextu, etiam huius decreti liceat, quam ille velit, vel sacerdos, vel alios, etiam clericos tantum, puerosq. clericali vestitu indutos, etiam quos illi euocati secum duxerint; neq. rursus ad eleemosinam emolumentum eius generis eo nomine percipiendi parte vlla; neque

#### De Cereis, & Eleemosinis.

Ibid. dioc. 11. pag. 423.

neque denique vllum non vocatum admitti. Illud Praepositi, Archipresbyteri, Parochi, retores, & alij quicunq. clerici caueant, ne ad funus ducendum, aut officia pro mortuis celebranda alios pro se mittant, emolumentum, aut eius partem ipsi percepturi; neque secum pueros, aut clericos ea spe perducant, mittantue, vt eleemosinae, quae illis data erit, participes ipsi sint; nec sanè verò vllam eius partem vilo quouis praetextu, etiam spontè oblatam capiant: neq. item qui mittuntur plus capiant, quam si proprio solum nomine vocati essent.

Ibidem.

Funeris ducendi certa hora constituatur, qua omnes quicunq. euocati sunt conueniant, vt nulla interposita mora ad illud procedatur.

Ibidem.

Cautio sit, vt ne simplices homines quidquam superstitionis causa apud mortuum in feretro, aut in eius manibus ponant: aut aliud quod superstitionis speciem praeseferat, aut suspicionem habeat, committant.

Ibid. pag. 158.

Cadaver cum efferatur, via procedatur, quae a domo ad ecclesiam recta, ac breuis sit: si verò vltique adeò breuis & compendiosa est, vt ordines eorum qui comitantur funus, intra illius fines contineri non queant, tunc via paulò longiori funus ducatur: idq. iussu, concessuue sacerdotis qui funeri praesit.

Ibidem.

Sermo si quis in funere habebitur, non domi, aut alio eiusmodi loco, sed in ecclesia habeatur.

Prou. 1. vt sup. pag. 36.

Nemini quemquam in funere laudare liceat, nisi & personam, & laudationem scriptam ante probauerit Archiepiscopus: liceat tamen in funere concionem habere, quae tota referatur ad humanam miseriam fidelium oculis proponendam, omnemq. ad vigilandum, & se parandum cohortandos, vel ad alia huius generis documenta tradenda.

Prou. 4. vt sup.

Qui in funere, officijsue funeralibus, vel exequijs quidquam vt infra peccarit; eius funeris, officijsue funeralis omni eleemosina emolumentoque careat omnino: pœnaq. sit Episcopi arbitrio, tam ei si acceperit, quam praefecto, rectoriue qui dari curarit, consenserit, permiseritue. Quicunq. a funere, funeralibusue officijs eiusmodi abfuerit.

Qui item ad temporis, vel officij punctum ab Episcopo praestitutum non adfuerit.

Qui funere, officioque pro mortuis non peracto discesserit, quod fit dum corpus sepulturae traditur.

Rursus, qui non peractis funeralibus officijs discesserit.

Qui item habitu, prout Episcopus praescripserit, non conuenierit, interfueritue.

Qui contra decretorum prouincialium praescriptum quidquam in illis peccarit.

Qui item alia commiserit ex ijs, ob quae Episcopi iussu pro absente habendus sit.

Qui item funeris, exequiarumq. curatores, vt potè antiani, vel alio vocati nomine, per se munus sui partes non obierint.

**Q**VONIAM antiquissimi est ecclesiastici ritus, cereos accensos in exequijs, & funeribus ducendis adhibere; caueat Parochus, ne mortuorum corpora ad ecclesiam comitentur sine lumine, etiam si gratis id officij praestet.

Luminaria vero, cerei, & funalia, quae ob sanctiores significationes in funere a quibuscunq. etiam dignitates obtinentibus, & ecclesiae maioris canonice accensa deferri decretum est; ne ante restinguantur, quam totum officium etiam sepulturae ritè absolutum sit: quod si ex causa corpus tunc fortè sepeliri non possit, ne corpus tamen in sepulcrum sine lumine relinquatur.

Quod de luminum numero, & pondere, ac etiam de eleemosina auctoritate Archiepiscopi praescriptum fuerit, id omnino seruetur. interim Parochi, alijq. caueant, ne haeredes defunctorum grauent immoderatis sumptibus, maximè cum aliqua auaritia suspicione.

Si mortuorum haeredes ita se impiè gesserint, vt religiosum exequiarum institutum negligentes, Cruci, clericis, & funeri debita lumina adhibere nolint; cogantur auctoritate Archiepiscopi ea comparare, quae necessaria videbuntur.

Candelae omnes, cerei, & quae intortitia vocantur, quae circum Crucem, & cadaver ad ecclesiam deferuntur, & alia quae circa feretrum, & in altaribus, ac reliquis in locis, dum diuina officia in funere celebrantur, hederum impensa accenduntur, ita Deo oblata etiam intelligantur; vt eius ecclesiae sacristiae, in qua mortui corpus humanum erit, continuo addicta sint: ita tamen, vt liceat rectori ecclesiae, vel ijs ad quos alioqui ipsi cerei pertinerent, quod diuinis officijs supererit, in alium eiusdem ecclesiae vsum, vel etiam ad vitae suae dispensationem arbitrata suo conuerrere.

Exequiarum, sepulturae, & anniuersariorum causa nemo quidquam paciscatur, aut cum auaritia suspicione exigat; sed iis eleemosinis contentus sit, quae aut consuetudine probata dari solita sunt, aut Archiepiscopi auctoritate probatae fuerint, aut deinceps probabuntur.

Qua in re illud etiam seruetur, ne tantum clericis, quantum sacerdotibus tribuatur; neue clerici sacerdotum loco adhibeantur.

Miserabilium autè personarum, quibus mortuis nihil, aut ita parum superest, vt suis impensis humari non possint, exequiae gratis omnino fiant.

Eleemosina, quae clero ob funus, aut defunctorum officium datur; ne in ecclesia, commiteritue, aut spectante populo, sed eo remoto, locoque separato, factis exequijs officijsue, distribuatur.

Ne pactioes de funere, aut de exequijs pro mortuo celebrandis cum defuncti haerede, aut alio ad quem pertineat, a Parocho, alioque ea conditione fiant, vt certa cerarum pars, quae

exequiarum officijs supererit, ipsi hæredi, aut alteri restituatur.

**Ne** Parochi, alijue clerici, neq. item exequiarum curatores, alijue, quicunq. in funere operâ ponunt, pignora capiant, quibus sibi caueant de funerali eleemosina, aut de eorum opere in funere præstito mercede.

**Prou. 4. vtsupr.** Pro crucibus autem, & quæ circa cadauer, aut cœnotaphium disponuntur; pro campanis item, lampadibusue, aliove prætextu, aut nomine, nihil præterea capiat, exigatur, nec capitulû, nec quisquam de capitulo, nec rector, nec sacrista, custos, aliusue clericus quicunque; nisi si quid est, quod fabricæ, aut sacristiæ campanarum nomine dari piæ consuetudinis Ordinarius esse censuerit; idq. verè in eum vsus edat. At pro crucibus nihil omnino, quouis etiam fabricæ vel sacristiæ nomine accipi liceat.

**Ibidem.** Capitula, canonici, & alij ministri quicunq. sint ecclesiârû, ne cœnotaphij quod in officio pro mortuis ex tabulis struitur, nomine quidquâ capiant.

**Ibidem.** Quantum clericorum vsitato nomine dari solet, tantum custodibus, qui in minoribus ordinibus constituti sunt, detur; si in sacris fuerint, habeant quantum sacerdotum nomine datur. Qui verò custos, vel crucem prætulit, vel campanas pulsauerit, tunc ille accipiat, quod eo nomine tantum dari statutum est.

Eius generis homines, & alij qui in funus se ingerunt, nec quidquam opere ponunt, nihil omnino consequantur.

**Prou. 1. & 4. vts.** Ne clerici, neue alij quicunq. sint, qui aliquam in funere curam ponunt, vestes, indumenta, ornamentaue cadaveri adhibita, nisi à spontè offerentibus accipiant; sed gratis, ac sine mora ijs ad quos pertinent, omnia planè restituunt.

**Prou. 4. vtsupr.** Pro loco in quem mortuus infertur, à nemine, ne sacristiæ quidem, aut fabricæ, ecclesiæ, aut cōfraternitatis alicuius, alteriusue pij vsus nomine, quidquam prorsus exigatur: piæ tamen & laudabiles consuetudines seruabuntur.

#### De ritu funerum.

**O**FFICIUM, seu officij exequiarum, illa pars quæ litanias sequitur, & incipit, *Usque in vita*, nullo modo omittatur; sed totum omnino absoluat, etiam si ex causa corpus tunc sepulturæ non tradatur.

**Prou. 6. vtsupr.** Quod antiquissimi est instituti, illud quantum fieri poterit, retineant Parochi, & alij funerum curatores; vt Missa præsentè corpore defuncti pro eo celebretur, antequàm in sepulturam inferatur; cuius quidem celebrandæ locus in officio exequiarum adnotabitur.

**Ibidem.** Laicum hominem defunctum, quouis etiam generis, gradus, dignitatisue nomine illustrem ne clerici efferant; sed laici: qui alicuius confratriæ etiam esse possunt.

**Ibidem.** Non liceat laicis hominibus, etiam confratribus, aut alij societati adscriptis, mortuo cuius fu-

nus agitur, totum officium sepulturæ præstare; sed sacerdotes & clerici eo nomine vocati id totum perfectè expleant: poterunt tamen cōfratres, si clerici defint, in cantandis psalmis, & litanijs sacerdoti respondere.

#### De sepultura.

**C**ONSUETUDO multis locis intermissa mortuos in cœmeterijs sepeliendi restituatur; inde submotis, si qui ea vsurparint.

Et si cui locus sepulturæ deinceps dabitur in ecclesia, humi tantum detur; & sepulcrum in quo conditur, opere fornicato cum reliquo ecclesiæ pavemento æquatum sit.

**Ne** cuiquâ ex vlla cuiusuis ordinis ecclesia mortui cadauer perpetuè sepulturæ traditû asportare liceat, nisi facultate ab Episcopo impetrata, eaq. literis nominatim exarata.

**Parochus**, intrâ cuius parochiæ fines aliquis alienæ parochiæ occisus est, eius cadauer liberè alio transferri nullo prætextu prohibeat: nihilque ea de causa accipiat. Si verò translatio eadem cum funere sit, liberum ei sit vt iure suo.

#### De funeribus, & exequijs clericorum.

**S**ACERDOS, aut clericus defunctus, vbi locus fuerit, vestibus quotidianis communibus vsque ad vestem talarem inclusiue, tum vestitu clericali ecclesiastico, quem ordinis sui ratio deposcit, indui debet.

Sacerdos quidem supra talarem vestem, alba, cingulo, amictu, manipulo, stola, & casula, seu planeta albi coloris induitur.

Diaconus, alba, cingulo, amictu, manipulo, Dalmatica, & stola super humerum sinistrum, quæ sub axilla dextera annectatur.

Subdiaconus verò, alba, cingulo, amictu, manipulo, & Tunicella.

Alij verò inferiorum ordinum clerici, superpelliceo supra vestem talarem, & insuper tonsura ornari debent.

Itidem alij factu vestitu, pro ordinis, dignitatisq. ecclesiasticæ gradu.

**Qui** in superiori ordine constituti sunt, inferioris ordinis clericum non deferent; sed Sacerdotem Sacerdotes, Diaconum Diaconi, Subdiaconum Subdiaconi: & sic ordine cæteri efferant, nisi necessitas aliquando suadeat digniores ab inferioris ordinis hominibus efferri.

**Episcopum** verò mortuum, ij qui in ecclesia cathedrali dignitates obtinent, & canonici digniores efferant.

**Canonici** mortui funus, eiusue, qui eiusdem ecclesiæ, in eadè dignitatem obtinebat, capituli sumptibus à reliquis canonicis fiat, tum pro eius animæ salute Missa conuentualis celebretur, & vnusquisq. item canonicus, ministerue eiusdem ecclesiæ qui sacerdos sit, Missam itidem pro eo celebret.

Paro-

**Ibid. d. 15.**

**Parochi** mortui funus, vniuersi illius regionis, in qua ille habitabat, Præposituræue, Plebanatus, aut Archipresbyteratus Parochi obeant: nisi foraneus illius regionis Vicarius minorè numerum statuendum censuerit.

**Primo** autem post eius obitû die eorum vnusquisque pro ipsius animæ salute Missæ sacrificium faciat. Quòd si eo die pro mortuis fieri ex ecclesiæ instituto vetitum sit, alio proximo die quo interdictum non sit, omnino fiat.

**Ibidem.**

**Pro** mortuo rectore decem ad summum dierû spatio omnes eius regionis aut plebanatus Parochi in ecclesiam conueniant, quæ eis à clericorum regionis præfecto, aut Vicario Foraneo præscribetur: qua in ecclesia pro eo Missam conuentualem solemni ritu celebrent; tû supplicationibus & precibus Deû piè sanctèq. orent, vt orbatò gregi rectorem dare velit iuxta cor suum.

Quicunque verò eiusmodi pietatis officia præstiterint, eorum nomine causauè nihil neque exigant, nec petant.

**Is** verò cui vacantis ipsius parochialis ecclesiæ administratio commissâ est, fideles illius parochiæ incolæ sæpè hortetur, vt omni intima animi pietate à Deo rectorem precentur, qui illius ecclesiæ curationem gerere rectè possit.

**Prou. 6. vtsup.** Parochus, illius qui proximè præcessit parochi anniuersaria, statò die quo ille obiit, celebratione Missæ parochialis agat; si autem pro festi, solemniq. diei ratione tunc agi nõ licet, alio die proximè antecedente quo licebit, pro illius animæ salute piè religioseq. exequatur.

#### De Officijs defunctorum.

**Prou. 6. vtsup.** **I**N omni ecclesia parochiali, vel collegiata, singulis Dominicis anniuersaria quæ in hebdomadam proximè sequentem in ea ecclesia celebranda erunt, fidelibus denunciètur. Idemq. de septimo, & trigesimo, & alio huiusmodi officio præstetur, adhibita breui cohortatione ad orandum pro mortuis.

Quòd si huiusmodi anniuersarij dies in Dominicam, aut aliam diem, quæ ecclesiæ præcepro, aut consuetudine colatur, incidant; officia mortuorum transferantur, non quidem in sequentem diem, prout in sanctorum officijs fit, sed in præcedentem, vt antiqui est instituti.

**Prou. 1. vtsup.** Postquàm corpus sepulturæ traditum est, Parochi eos ad quos pertinet, piè hortabuntur ad sacra diuinorum officiorum suffragia mortuis præstanda: qua in re illud caueant; ne quod pietate adducti suadere debet hæredibus mortuorum, id cupiditate impulsî molestius flagitent, ac sic fidelibus offensionem sint.

**Porro** tempus opportunum ad huiusmodi officia pro defunctis celebranda ecclesiastico ritu introductum, est dies tertia, septima, trigesima, & anniuersaria: quod non ita intelligendum est, vt alijs diebus pro mortuis sacra officia præstare non liceat; sed quòd his diebus

mortuorum commemoratio celebrari consueuerit; cuius ritus mysteria à sacris scriptoribus traduntur. Nonam autem diem, quia superstitionibus gentilium non vacat, nunquâ ecclesia catholica admisit, vt S. Augustinus præcipuè testatur.

Consueuerunt etiam alij quadragesimum, alij quinquagesimum, alij sexagesimum, alij denique centesimum diem in defunctorum memoriam celebrare, vt potè qui mysterijs non vacent.

**Missâ** defunctorum corpore præsentè omni die celebrari potest, præterquam in pasche, & paschate: quibus diebus non licet corpus sepulturæ tradere, nec Missam pro eo cantare.

**Orationem** vespertinam pro mortuis in hac prouincia institutam Parochi omnino retineri studeant; ac propterea sæpè accurata cohortatione ad illius studium, vltimq. perpetuum parochiales suos inflammare studeant; centum dierum indulgentiam proponentes, ijs à Gregorio XIII. concessam, qui sono campanæ moniti pro mortuis piè recitarint psalmû *De profundis*, aut orationem dominicam, aut salutationem angelicam ter dixerint.

Quæ oratio ab omnibus in omni parochiali ecclesia eadem hora, nempe ætate prima hora noctis, hyeme verò secunda hora habeatur.

**Cuius** orationis significatio campanæ sono fiat ritu salutationis angelicæ; ita tamen vt inter primum & secundum campanæ signum, necnon inter secundum & tertium, tres etiam ictus campanæ distincti breuissimo interuallo dentur.

#### De curando cadauere.

**P**OST QUAM anima egressa fuerit de corpore, corpus domi lauari debet, & omnino ita curari, vt quamdiu steterit super terram, non fetear. illud autem monebunt Parochi, vt virosum corpora à viris, mulierum autem à mulieribus curentur. vestiatur deinde corpus vestibus communibus.

Tum qui aderunt sacerdotes, aut ipsis absentibus, laici dicent orationes, *Deus venia dator. &c.* aliam itè. *Deus qui humanarum &c.* suo loco dispositas.

Collocabunt deinde corpus sic indutum, vel super mensam aliquam, vel in terra loco decenti super aliquod stragulum, aut tapete, & ad pedes, caputue semper candelam accensam habebunt; parua item aliqua Crux super pectus, & inter manus defuncti ponatur: aut vbi Crux desit, manus in modû crucis cõponatur.

Sæpè etiâ aspergatur corpus aqua benedicta.

*Quibus non liceat concedere ecclesiasticam sepulturam.*

**S**TUDEAT Parochus cognoscere, quibus sepulturam ecclesiasticam concedere non liceat:



ceat : caueatq. ne aliquem, contra quam sacro-  
rum canonum iure statuitur, ad illam admit-  
tat. qua de re hæc illi ex sacris doctrinis de-  
prompta sunt.

Negatur ecclesiastica sepultura paganis, Iudæis,  
& hæreticis, cum eorum fautoribus.

Excommunicatis maiore excommunicatione, etiã  
iniuste; qui in eorum obitu ab ea non fuerint  
absoluti.

Interdictis nominatim; & contrafacienti propo-  
sita est pœna excommunicationis: & durante  
tempore interdicti, illis qui sunt de loco in-  
terdicto: atque ijs quibus est interdictus in-  
gressus ecclesiæ.

Blasphemis manifestis Dei, & sanctorum, quan-  
do pœnitentiam contemnunt.

Seipfos occidentibus ob desperationem, vel ira-  
cundiam, si decedant absque pœnitentia: se-  
cus si ex furore, vel insaniam.

Morientibus in torneamento, siue extra tornea-  
mentum ob vulnus in eo receptũ, etiam si eos  
pœniteat; modò sint de numero eorum, qui  
in eo dimicabant, vel in eo se exercentibus ar-  
ma suppeditabant; nam astantes non compre-  
henduntur. extenditur tamen hæc pœna ad  
morientes in hastiludijs, quando huiusmodi  
ludi itidem exercentur cum probabili pericu-  
lo mortis.

Corporibus exenteratis, & dilaceratis contra cõ-  
stit. Bonif. viij. quod non procedit, si id non  
fiat propter vindictam; sed vel ob anotiã,  
vel ne corpora fœteant, vel huiusmodi.

Infantibus mortuis absque Baptismo, si de ven-

tre matris mortuæ sunt extracti; secus si non  
sunt extracti.

Manifestis raptoribus, & violatoribus ecclesiãrum;  
si tamen hos pœnitet quando moriuntur, ec-  
clesiastica conceditur sepultura: sed clerici nõ  
debent eorum sepulturæ interesse, nec eorum  
eleemosinas accipere, si præter pœnitentiam,  
etiam non satisfecerint ex impotentia.

Manifestis vsurarijs, nisi pœniteant; item si recu-  
sent præstare cautionem de facienda restitu-  
tione; & est excommunicatus, qui aliter eos  
in loco sacro sepelit.

Religiosis, qui in eorum obitu inuenti sunt pro-  
prietarij, & absque pœnitentia obierunt.

Iis de quibus certum est & manifestum, quòd se-  
mel in anno non receperunt sacramentum pœ-  
nitentiæ, vel sanctissimæ Eucharistiæ in Pa-  
scha sine licentia Confessarij; & absque villo  
signo contritionis obierunt. Si verò dubium  
est, vel occultum, quòd non receperint ea Sa-  
cramenta; non debet eis denegari ecclesiasti-  
ca sepultura. Ad probandum autem, quòd  
huiusmodi homines aliquod signum contri-  
tionis dederint, sufficit vnus testis; & hæredes  
tenentur pro eo satisfacere, vt opus est.

Cuilibet notorio peccatori morienti in peccato  
mortali absque villo signo cõtritionis; & vnus  
tantum testis sufficit ad contritionem proban-  
dam vsupra.

Si quis autem prædictorum in loco sacro fuerit  
sepultus; si discerni potest, exhumandus est;  
aliàs non; & ecclesia, vel cœmeterium est re-  
conciliandum.

Prou. 2. tit. 1.  
decr. 18. pa. 63.



# INSTRUCTIONVM FABRICÆ.

ET SVPELLECTILIS ECCLESIASTICAE.

LIBRI II.

Caroli S. R. E. Card. tit. S. Praxedis Archiepiscopi iussu ex prouin-  
ciali decreto editi ad prouinciæ Mediolanensis vsũ.



Carolus S. R. E. Presb. Card. tituli S. Praxedis Archiepiscopus  
S. Ecclesiæ Mediolanensis; Clero populoq. prouinciæ nostræ  
salutem in Domino.

Tit. quæ pert.  
ad offhatum, &  
cultum eccles.  
pag. 101.



**E**X decreto in Concilio prouinciali III. per nos edito, hæc & fa-  
brica, & supellectilis ecclesiasticæ instructiones in lucem da-  
mus: in quibus sanè cum de sacris ædibus, cappellis, altaribus,  
oratorijs, baptisterijs, sacrarijs, cæterisq. id generis extruendis;  
tum de vestibis etiam sacris, ornamentis, vasibus, alioq. eccle-  
siastico apparatu conficiendo, ea potissimum præscripsimus, quæ prouin-  
ciæ nostræ ecclesiarum frequentiori vsui & ornatui opportuna atque accõ-  
modata vidimus. Illas autem tum multiplices ecclesiasticæ ædificatiõnis for-  
mas; tum eius itẽ partes, atque ornamentorum species varias, quæ præ-  
fertim in nostra hac prouincia vel rarò fortassè in vsũ cadent, vel certè ar-  
chitectonicæ artis professorum iudicium consiliũ nõ necessariò requirent;  
tum immensum præterea illum pretiosæ supellectilis apparatus consultò  
prætermisimus. Cum enim in prouinciali illa synodo de Coepiscoporum  
nostrorum consilio opus hoc nostræ cura conficiendum statuerimus: illud tã-  
tum spectauimus, vt & ædificij, & ornatus, & apparatus ecclesiastici nor-  
ma & forma certa, cum rationibusq. patrum conuenienti, per nos commõ-  
strata, prouinciales nostras eo de genere constitutiones ac decreta in execu-  
tionis vsũ induci sedulò curaremus; & ecclesiarum simul omnium, præci-  
pueq. parochialium splendori & cultui in posterum prospiceremus. Atque  
sicut quidem opus hoc porrò necessarium arbitrati sumus; ita multis parti-  
bus illud implicitum & difficile, à nobis desiderare perspeximus, tum diu-  
turiorem diligentiam, tum otium plurimum: quo si aliàs caruimus, occu-  
pationibus archiepiscopalibus variè distenti; certè his temporibus maximè:  
quibus pro eo sanè quod debemus, necesse habuimus, nostri gregis pestife-  
ræ contagionis morbo laborantis saluti perpetuò inuigilare, succurrereq.  
omni paternæ sollicitudinis officio. Erat igitur, cur si omnia complecti vo-  
luissemus, instructionum harum nostrarum editionem in aliud tempus, lon-  
giusq. differremus: sed cum superiores causæ, tum in primis debitum studiũ  
executionis, & prouincialium nostrarum constitutionum, & Apostolicæ vi-  
sitationis,

IN.

sitationis, nos eò planè impulerunt, vt ne rem illarum constitutionum de-  
cretorumq; executioni necessariam diutius prorogaremus; cum scilicet &  
altarium, & baptisterij, & aliarum ecclesiae partium exaedificationes, & su-  
pellectilis apparatus, illis ipsis decretis fieri praestariue oporteat, pro ratio-  
ne formae his nostris instructionibus demonstratae. Quamobrem eas in lu-  
cem edimus: in quibus complexi sumus, vt mox narrauimus, quae prouin-  
ciae nostrae vsui potiora ac frequentiora animaduertimus. Ad caetera verò  
(multa illa quidem) quae ab architectonicae artis scriptoribus sapienter, co-  
piosè, vtiliterq; tractata, ad augustissimam eam sacrarum basilicarum, & ad  
ecclesiasticae omnis aedificationis splendorem pertinent, vt peritorum archi-  
tectorum consilium adhiberi oportere censemus; sic in ijs ipsis antiquam il-  
lam, ab apostolicis vsque temporibus excitatam fidelium pietatem ac reli-  
gionem, quae in ijs aedium sacrarum exstructionibus, in admirandoq; sacrae  
supellectilis apparatu praclarè eluxit, imitandam proponimus. Porro in-  
gens olim extitit ecclesiarum, & structura, & multitudo, vt vestigia indi-  
cant, quae his temporibus cernuntur: ingens praeterea, pretiosaq; admodum  
sacrorum indumentorum, & vasorum copia. Calices, candelabra, & reli-  
qua eius generis permulta vsui ecclesiastico dicata aurea atque argentea, tū  
vestimenta, vel inaurata, vel auro, argento interiecta, omnemq; denique ec-  
clesiasticam supellectilem, non modò Romae, Ierosolymis, Constantinopo-  
li; sed (quod ad nostram pietatem inflammandam plurimum roboris habe-  
re debet) Mediolani tanti fuisse accepimus, vt inde pater patronusq; noster  
sanctissimus Ambrosius satis habuerit, quo aliquando in summa vrgentiq;  
necessitate, vel captiuos redimeret, vel pauperes aleret. Libros item codi-  
cesq; sacros inauratos, & purpura byssoq; vestitos, & auro, argento calatos,  
ac nonnullos aureis, argenteis literis, ijsq; vncialibus, scriptos olim fuisse,  
ab sancto Hieronymo memoriae proditum est. Antiquae igitur huius pieta-  
tis, religiosaeq; liberalitatis, omni perpetua imitatione dignae, exemplis non  
solum externis, verum domesticis vos excitati, quaecunque nostris his instru-  
ctionibus de fabrica supellectileq; ecclesiastica p̄niuiimus, quò plura olim,  
longeq; maiora eo ipso de genere praestita esse cernitis; eò libentiùs prom-  
ptiusq; suscipite, atque vsque adeò exequimini; vt & nos vestrum istud pie-  
tatis studium in Domino commendemus, & à Deo bonorum omnium re-  
muneratore, vos vberimum, & sempiternū inde praemiū capiat. Valete.

## INSTRUCTIONVM

### Fabricae ecclesiasticae.

#### LIBER I.

#### DE SITV ECCLESIAE.

##### Cap. I.

**E**CCLIESIA cum aedificanda est, primū  
Episcopi iudicio, & de architecti quem is ad-  
hibuerit probarituē consilio, locus huic aedi-  
ficationi accommodatior eligi debet.  
Qua in re valdè spectetur, vt vbicunque illa  
exstruatur, loco editiori aliquantò fiat.  
Si verò vbi exstruenda est, loci positura pla-  
na omnino tota sit; deligatur saltem in ea si-  
tus, qui ita extet, vt exstructa ecclesia, tri-  
bus, aut ad summum quinque gradibus ad eā  
ascendatur.

Sinautem ne hoc quidem loci natura patia-  
tur, cum partem nullam sic extantem, pau-  
loq; eminentiorem habeat; id subsidij com-  
paretur structura basium ecclesiae: quae in al-  
tum ducta, naturalem illam loci planitiem  
ita superent, vt ad ecclesiae pavementum illis  
tribus vel quinque gradibus ascendatur.

In situ praeterea deligendo ea etiam cautio ad-  
hibenda est; vt, & quò maiori in veneratio-  
ne ecclesia habeatur, & quoad eius fieri po-  
test, ab omni strepitu, vnde diuinorum offi-  
ciorum interturbatio existit, longiùs absit; il-  
lius positura loco sit, qui ab omni luto, caeno,  
spurcitia, ab omniq; sordium genere, à stabu-  
lis, caulis, cauponis, officinis ferrarijs, empo-  
rijs, atque ab omni foro venalitia procul di-  
stet; ac ne è regione quidem istiusmodi loco-  
rum propè sit.

Cautio item sit, vt situs eiusmodi quaeratur,  
vbi ecclesia exaedificari queat, insulae instar;  
mon-

nempè ab aliarum aedium parietibus interual-  
lo aliquot passuum, vt infra loco de platea de-  
monstratur, disiuncta ac separata, quemadmo-  
dū antiqui instituti est, ratioq; certè postulat.  
Id verò cum vbique, tum in pagis, locisue, vbi  
aedificia crebra nō sunt, cōmodiùs agi poterit.

*De vicinitate & coniunctione aedium ecclesiasti-  
carum cum situ ecclesiae.*

**A**T illud tamen ab ecclesiastica aedificatio-  
nis ratione alienum non est, vt ab aliquo  
latere domicilia ministrorum ecclesiae, praer-  
sertim verò episcopalia, canonicalia, & paro-  
chialia sint; non illa quidem habitationis aedi-  
ficio parietibus ecclesiae inhaerentia, sed muris  
per illud areae distantiae spatium ductis cō-  
iuncta, sacrarumq; aedium situi vicina, vt cō-  
cilij Carthaginienensis canone cautum est.

Conc. Carthag.  
4.c.14.

Ministrorum autem, qui custodes, sacristaue  
dicuntur habitatio, vt res ecclesiasticae eorum  
fidei commissa, ab omni sacrilegij, furti, incē-  
dijue periculo tutiores sint, ecclesiae aut sacri-  
stiae adiuncta, locouē eiusdem sacristiae supe-  
riori, vt in nonnullis ecclesijs est, exstrui pōt.  
Qua in exstructione haec videnda sunt.

Primò vt huius habitationis structura ne ec-  
clesiae prospectus impediatur, aut offendatur;  
neue ecclesiae fenestris luminibusue obstrua-  
tur, aut impedimentum afferatur.

Deinde vt ne eiusdem habitationis prospectus  
vllus, aut fenestra fiat, vnde in ecclesiam in-  
trospectetur.

Praeterea ianua ne sit, qua iter aditusue per ec-  
clesiam pateat, ad quotidianum, priuatumq;  
rerum domesticarum importandarum, expor-  
tandarumue vsum; sed quā tantum ad diui-  
na officia, & munera sua obeunda, ab illis in  
ecclesiam conueniatur.

*De area Ecclesiae.*

**P**Onenda praeterea cura est, vt ne loco humi-  
do vliginosouē area ecclesiae deligatur; nec  
verò propè colles, aut decliua loca, quò aut  
torrens, aut alia aquae vis fortè defluens, de-  
trimentum aedificio afferre possit.  
Si quando tamen in cliuo aedificari necesse est,  
ibi hominum opera planities fiat, quae respon-  
deat magnitudini futurae ecclesiae: à cuius ter-  
go, laterue, spatium itidem planum cubito-  
rum duodecim, & amplius, pro aedificij ratio-  
ne interfit ad excisam praeruptamue rupem;  
haecq; etiam firmo pariete muniatur, effossis  
praeterea hinc inde canalibus, per quos aqua  
interdum confluens aliò deriuetur.

*De amplitudine situs Ecclesiae.*

**S**itus praeterea ecclesiae amplitudo ita patens  
esse debet, vt non solum multitudinem popu-  
li locum incolentis, vbi ecclesiae, vel parochia

lis, vel collegiatae, vel cathedralis aedificatio  
futura est; sed frequentiam etiam hominum  
interdum ad solemnitates confluentium cape-  
re queat.

Qua in re ratio illa negligenda non est, vt vni-  
cuique homini tantum spatij esse possit, quan-  
ta est ab omni parte mensura vnus cubiti &  
vnciarum octo; idq; praeter spatium, quod co-  
lumnar, pilaeue, ac parietes capiunt.

#### DE ECCLESIAE FORMA.

##### Cap. II.

**A**T QV E haec quidem breuiter de ecclesiae  
situ: sequitur illius exaedificandae forma: quae  
cū multiplex esse possit, ad eā sanè deligendam,  
pro situs ratione, proq; aedificationis amplitu-  
dine, architecti periti consilium Episcopus ad-  
hibere debebit.

At verò illa huius aedificij ratio iam inde ab a-  
postolicis ferè vsque temporibus ducta, potior  
est, quae crucis formam exhibet, vt planè ex  
sacris basilicis Romanis maioribus ad eū mo-  
dum exstructis perspicitur.

Illam porro aedificij rotundi species, olim idolo-  
rum templis in vsu fuit; sed minus vsitata in  
populo christiano.

Ecclesia igitur omnis, ac illa praesertim, quae in  
signem structurae speciem requirit, ita exae-  
dicanda potius erit, vt crucis instar sit: quae cū  
multiplex, tum oblonga esse potest; haec in fre-  
quentiori vsu, reliquae minus vsitatae sunt.

Ea igitur, quae crucis oblongae similitudinem  
praesertim aedificatio, vbi potest, in omni eccle-  
sia, vel cathedrali, vel collegiata, vel parochia-  
li, quae exstruenda est, seruetur.

Vbi verò situs de consilio architecti, aliam po-  
tius quam longam aedificij formam postulat,  
ad illius praescriptum modum Episcopi iudi-  
cio comprobatum, eiusmodi structura eccle-  
siae fieri poterit.

*De modo ecclesiae aedificandae instar crucis.*

**H**Aecq; ipsa Ecclesia, siue vnam tantum, siue  
tres, siue quinque, vt dicunt, naues habitura  
est, crucis instar, cum alia multiplici ratio-  
ne & modo, tum hoc vno constare potest; ex-  
structis scilicet extra cappellae maioris ingres-  
sum duabus ab utroque latere cappellis; quae  
ad brachiorum similitudinem productae, à to-  
to ecclesiae aedificio pro amplitudine extent;  
ac foris aliquantulum pro architecturae ratio-  
ne promineant.

DE PARIETIBVS EXTERIORIBVS,  
& frontispicio. Cap. III.

**R**ELIQUA autem, quae ad structuram ge-  
nus, ad parietes benè materiatis, eorumq;  
firmitudinem, incrustationem, rectoriumue  
opus, aliaq; id generis atinent; pro ecclesiae  
exae-  
dicandae

exaedificandæ modo, proq. regionis lociue cōditione, iudicio Episcopi, ac de architecti consilio diligentius statuentur.

Illam tamen ratio in parietibus extrinsecus habeatur; ut qui à latere, & à tergo sunt, in ijs nulla imago exprimat: qui à fronte, eò decet tiorum angustiorumq. aspectum præferent, quò sacris imaginibus picturifue sacram historiam exprimentibus ornatiores erunt.

In frontispicij igitur pio ornatu, pro structura ecclesiastica ratione, proq. ædificij magnitudine, architectus videat, ut cum nihil profani appareat; tum rursus splendide pro facultatibus exprimat, quod loci sanctitati conueniat.

Illud verò præter cetera adhibeatur, ut in vniuersiufque ecclesiæ, præsertim parochialis frontispicio, à superiori scilicet parte ostij maioris, extrinsecus pingatur, aut sculpatur decorè religiosoq. imago beatissimæ Mariæ Virginis Iesum filium in complexu habentis: à cuius latere dextero exprimat effigies sancti, sanctæ uè, cuius nomine illa ecclesia nuncupatur; à sinistro alia item sancti, vel sanctæ, cui præ cæteris parochiæ illius populus uenerationē tribuit: aut saltem (si totum id triplicis imaginis opus fieri non potest) sancti, sanctæ uè folius tantum figura fiat, cuius nomine ipsa ecclesia appellatur.

Quòd si vel annunciationis, vel assumptionis, vel natiuitatis Sanctæ Mariæ titulum diemue festum ea ecclesia habet; beatissimæ virginis effigies exprimat, quæ mysterij rationi conueniat.

Ut verò à pluuia & temporis iniuria perpetuò defendatur; id structurae opere solerter prospicere architecti erit.

Cætera porro, quæ aut sculpturae, aut picturae opere, alijq. grauibus ac modestis ornamentis, frontispicij ecclesiæ maiestatem augustam religiosamq. reddunt, Episcopus architecto etiam si opus est adhibito uiderit, prout ecclesiastica ædificationis quæ struet, ratio poscet.

#### DE ATRIO, PORTICU, ET vestibulo. Cap. IIII.

**A**TRIA præterea in fronte sacrae ædis, pro area ratione, proq. ædificij ecclesiastici structura fiet, de architecti consilio, intus ab omni parte porticibus cinctum, alioq. decenti architecturae opere ornatum.

Si verò præ sit angustia, aut præ tenui celsu, id exaedificari non potest; porticus saltem à fronte itidem extruenda curetur.

Quæ porticus columnis marmoreis, aut pilis lapideis latericijfue erecta, longitudine omnino ecclesiæ latitudinem adæquet.

Lata autem, atque alta ita esse debet, ut longitudinis suæ rationi rectè conuenienterq. respondeat.

Hæc forma in vnaquaque ecclesia parochiali

porticum extare conueniens erit. Si per inopiam ne id quidem præstari potest; saltem prorsus curetur, ut ante ianuam maiorem vestibulū eiusmodi extruatur, quod duabus tantum columnis vel pilis aliquantulū ab ea distantibus exaedificatum, forma quadrata sit: tantumq. spatij habeat, ut paulò latius quàm ecclesiæ ianua pateat.

#### DE TECTO. Cap. V.

**E**T quoniam tecti magna est habenda ratio, propterea quòd omne ædificium tueatur: si quidem eo sublato, aut malè confecto, putrescit materies, labascunt parietes, omnisq. sensim dissoluitur structura; certè in ecclesia tegenda, quæ sacris imaginibus, omniq. pio ornatu, & religioso apparatu, ad perpetuitatem extruitur, diligens ac singularis industria requiritur architecti.

Qui quamcunque tecti, vel displuuiati, vel testudinati, vel laqueati formam, pro ædificij ratione delegerit; videat in primis, ut & materia lignea fabrilis, nempè tigna, canterij, templa, asseres, & alia id generis, ex quibus illud constat, & contignatio omnis benè firma sit.

Tegendi autem tecti ratio, cum & pro regionum vsu, & pro ædificiorum modo diuersa sit; ipse uiderit, quæ ecclesiæ extructioni sit accommodatior.

In ecclesiarum autem, quæ insigni structura exaedificantur, & amplo censu sunt, tectis operiendis, tegulas, si minus areas, ut olim, at saltè plumbeas adhiberi conueniet.

Laqueata tecta in ecclesijs construi, cum basilicarum quarundam Romanarum vsus docet; tum mysterij significatio suadet: fornicata tamen fieri non alienum erit pro locorum consuetudine, quò tutiora ab incendio ædificia sint; qualia sanè fornicato opere tecta in basilicis urbis & prouinciæ Mediolanensis insignibus atque antiquis cernuntur.

Cautio verò in eo adhibenda erit, ut tecti proiectura eiusmodi fiat, qua stillicidia ab imis parietibus arceantur, proculue sint; idq. aptè ac decenter, prout certo structurae opere potest, fieri architecti cura erit.

Ne item suggrundijs ob stillationem diuturnam detrimentum parietes aliquando capiāt; eorum fundamenta, ubi primū è terra extare incipiunt, pauimentis lithostratis benè consolidatis, suggrunda latius aliquantò productis sternantur: tum verò terra congesta inde procul perpetuò amota sit.

Ne præterea ijdem possint per pluuiam stillicidijs penetrari, si fortasè aliquando regulæ, imbricesue corrupti fuerint; in illorum summitate, quæ tecti trabibus subiacebit, structura loricauè testacea cum coronis prominentibus adhibeatur, quæ tecti etiam proiecturam adiuuabit.

DE

#### DE PAVIMENTO.

##### Cap. VI.

**A**TQVE hætenus quidem de tecto: nunc sequitur pauimentum: quod in ecclesia nō spicatum, non è laterculis coctilibus, non alio latericio opere, nisi vitriato sit; sed in insigni saltem ecclesia, cappellisq. maioribus, & alijs præclaræ structurae, marmore, aliouè solido lapide stratum sit, opere item tessellato, aut scutulato politè confecto, aut musiuo item.

In alijs uero ecclesijs & cappellis, ubi hoc non potest, silicibus expolitus, vel opere testaceo confectum.

In pauimento, quale quale illud sit, neque pictura neque sculptura crux exprimat; nec uero præterea alia sacra imago, historiaue, ac ne alia item, quæ sacri mysterij typum gerat.

#### DE OSTIIS. Cap. VII.

**D**E ostijs, & antepagmentis sacrarum ædiū multa à sapientibus architectis præscripta sunt: quæ pro ecclesiæ ædificandæ ratione, proque structurae modo seruari accuratius debet. Illud uero caueatur, ut à superiori parte ne illa arcuata sint (cum à portis urbium dissimilia esse debeant) sed quadrangula, qualia in basilicis antiquioribus conspiciuntur.

Nec uero humili structura depressiora sint, sed duplo altiora, ut architecturae ratio fert, quàm latitudo patet.

Superiori parti coronix decenti opere adiungi potest, è qua rotundum instar hemicycli & scaphæ emineat; ubi sacrae imagines, ut supra præscriptum est, sculpanitur, aut pingantur, ut in antiquis, ijsq. insignioribus basilicis Mediolanensibus perspiciuntur.

A fronte ecclesiæ ostia extruantur; imparia uero sint, ac planè totidem, quot naues è quibus ecclesia constat.

Media autem nauis (si è pluribus nauibus ecclesia constet) tria ostia, ubi præ amplitudine potest, à fronte habeat; si uero ex vna tantum, hæc omnino ostia tria à fronte habeat. nam pluribus ostijs, cum ob alia multa, tum ob virorum mulierumq. distinctionem, ad ecclesias ingressum patefieri debere, indicant basilicæ Romanæ.

Ostium medium à cæteris, & laxamento, & ornatu præcipuè distingui debet, præsertim in basilica cathedrali; ubi illud sculptura leonum exornari decet exemplo templi Salomonis, qui in basibus illos sculpi iussit, ut præsulum indicaret vigilantiam; idipsumq. in complurium huius Mediolanensis prouinciæ basilicarum cathedralium ianuis ita extructis præclare cernitur.

Ostiorum ecclesiæ ualua eiusmodi esse debet, quæ non tam ornatum quàm firmitudinem ostentent.

Porro è cypresso, aut cedro fieri conueniens

3. Reg. 7.

esset; si minus, è nuce ubi potest fiant, opere fabrilis ornata, quod non pictura tenuitatem imitetur, sed sculptura piè expressum aliquantisper emineat: laminis autem aeneis illas quæ insignioris ecclesiæ sunt, vestiri, opereq. sacrarum imaginum cælato ornari conuenientius erit; cum basilicarum Romanarum ualua, non modò aneas, sed argenteas, argentouè illitas aliquando extitisse memoriae proditum sit.

Hæc ostiales ualua, & pessulis, & feris, & clauibus grādiusculis à parte anteriori firmiter munita sint: ab exteriori autè parte nullo modo. Vbi uero id aliquando fieri necesse sit, in vniuersi tantum ianua, quæ à latere maioris ianuae est, ualuis ostiolum paruulum extrui liceat, ijsdè instrumentis extrinsecus munitum, firmiterq. compactum.

À tergo autem, nec uero præterea à lateribus vllum ecclesiæ ostium extruatur; nisi quo ingressum fieri necesse est, vel ad sacristiam, vel ad campanile, vel ad cœmiterium, vel ad ministrorum ecclesiæ domicilia.

Neque item propè altare vllum, vel è regione eius laterali, aliouè eiusmodi loco, qui illud rectè spectet: indeq. sacris altaris ministerijs, aut impedimenti, aut irreuerentiæ, perturbationisue periculum aliquando existere possit.

#### DE FENESTRIS.

##### Cap. VIII.

**H**ÆC de ostijs satis sint, cum alia multa Architecti periti iudicio relinquuntur: superest de fenestris, quæ pro ratione architecturae, proq. modo & magnitudine ædificij in ecclesijs & in cappellis struentur.

Neque est, cur de earum longitudine, ac latitudine quidquam, aut de forma hoc loco multa tradantur; cum potius ab architectonica arte huius generis præceptio sumenda sit.

Ea autem in sacrarum adium fenestris forma vel plurimum seruata est, ut à parte superiori paululum rotundæ, à lateribus aliquantulò intrinsecus latiores appareat quàm extrinsecus, prout etiam mysterij ratio à patribus demonstrata suadet.

In media ecclesiæ nauis, ubi per tecti eminentioris altitudinem potest, tum in nauibus etiā inferioribus laterales fenestrae fient, eaq. impares ab utroq. latere: atque in vniuersiufque intercolumnij medio ita ordine extructæ, ut rectè sibi respondeant, neque à zophoro, epistylionè tecti valde distent.

Vnde uero lumen præcipuè ecclesia & cappella maior excipiat, fenestra orbicularis ampla pro modo ecclesiæ instar oculi à fronte supra ostium maius exaedificetur, atque extrinsecus ornatur pro structurae modo.

In alijs nauibus à frontispicio item fiant forma oblonga architecti iudicio.

Verum lumen etiam excipi potest ad cappellæ & ecclesiæ vsu, è tholo, ex vmbilico scilicet

Ccc fasti-



fastigiatae fornix, lanternis vndique factis. In cappella maiori, ac praeterea in singulis minoribus, pro earum magnitudine ac modo, ab utroque latere eae item fiant, ut vtrinque lux praebatur.

Si vero à lateribus lumen excipi nullo modo potest, neque satis est, quod ab orbiculari, alijque frontispicij fenestris imbibitur, quodue aliunde excipitur; è pariete qui à tergo cappellae est, recipiatur.

Cautio autem adhibeatur, ut nullam altaris cuiusvis partem ne minimam quidem fenestram posterioris parietis occupent: tum maxime, ne altare quod eidem parieti propè sit, recta spectent, aut vilo sane modo supra altare sint.

Ceterum si aliunde lumen commodè & decèter sumi non potest; tunc fenestra, quae necessariò supra altare extruenda est, ab ima parte paulò acclivius foras prominens, opere testaceo, aut tabula solida marmorea aereauè strata, eiusmodi sit, ut aqua foras omnino defluat; intrò verò ne gutta quidem penetret.

Cautio item sit, ut si montolo, alioque loco vbi ventorum vis maxima esse soleat, ecclesiam extruendam contigerit, ita fenestram vndique à septentrione praesertim architecturae rationibus fiant, ut à nulla parte ecclesiae detrimentum, neque periculum sacris ministerijs, neque incommodum fidelibus orantibus existat.

Fenestrae omnino altè, atque ita extruantur, ut inde qui foris stat, introspicere non possit. Vbi autè necessariò fenestra minus alta quam praescribitur, aliquando extruatur necesse esset (quod facile vsu veniet in veteribus ecclesijs refarciendis) ea muniatur vitreis valuis, quae nullo modo aperiri possint, ne introspectetur.

Fenestrae autem omnes, quales quales sint, clathris ferreis, vbi potest, muniantur, adiuncto etiam opere vitreo & pellucido, neque vlla ex parte picto, nisi imagine tantum Sancti, cuius nomine ecclesia cappellauè nuncupatur; ut lumen illustrius ad illius cappellae ecclesiae usum excipiantur.

Sint item extrinsecus filis aereis instar retis vndique septae.

Quae operis vitrei sepimentiuè extructio ornatio esse potest pro aedificij modo.

In ecclesijs autem, quibus ob inopiam vitreo opere confici non possunt, sint opere saltem telae instructae.

At è quocunque genere opereue sint, eiusmodi tamè esse debent, ut aperiri, aut amoueri aliquando possint, ad omnis vaporis in ecclesiae cappellauè ambitu conclusi exhalationes.

#### DE ECCLESIAE SCALA ET gradibus. Cap. IX.

**I**AM verò est, ut de ecclesiae scala & gradibus aliqua instructio fiat, cum ad illam editiori loco extruendam ascendere necesse sit.

Si igitur loci situs, vbi ecclesia extruenda est, ita è planitie eminent, ut scala quae pluribus gradibus constet, opus sit; tunc illa pro ecclesiae modo late patens, è marmore, aut è solido saltem lapide struatur, gradibus totidem, quot ad ascendendum vsus commoditatemque necessaria sunt.

Qua in re videndum est, ut illi & numero impares existant, & quinto, tertioque quoque gradu planum fiat, quod pro ascensus ratione cubitis circiter tribus congruenter pateat.

Si verò praesens ascensus altitudine ordines graduum plures statui oporteat, haec etiam ratio habenda est, ut illi quoque numero impares extent.

Gradus autem singuli altitudine sint vnciarum octo, latitudine circiter cubitali, aut paulò ampliori pro structurae genere.

#### DE CAPPELLA MAIORI. Cap. X.

**N**UNC verò quoniam quae exposita sunt, omnia ferè ad exteriorem ecclesiae fabricam pertinent, sequitur ut de interiori dicatur.

Ac primo quidem loco de cappella & altari maiori.

Situs igitur huius cappellae in capite ecclesiae loco eminentiori, è cuius regione ianua primaria sit, deligi debet: eius pars posterior in orientem versus recta spectet, etiam si à tergo illius domicilia populi sint.

Nec verò ad solstitialem, sed ad aequinoctialem orientem omnino vergat.

Si verò positio eiusmodi esse nullo modo potest, episcopi iudicio, facultateque ab eo impetrata, ad aliam partem illius extruatur verti poterit: tuncque, id saltem curetur, ut ne ad septentrionem, sed ad meridiem versus si fieri potest, planè spectet.

Porro ad occidentem versus illa extruenda erit, vbi pro ritu ecclesiae à sacerdote versa ad populum facie missae sacrum in altari maiori fieri solet.

Cappella haec fornicata sit; nisi praeerea opere, aut alia illustri picture structurae specie, pro ecclesiae quae extruatur ratione ac dignitate, decorè ornata.

Eius pavementum extruatur ecclesiae solo altius, pro situ loci, proque ratione item ecclesiae: quae si parochialis est, altius vncijs octo ad minimum, aut cubito vno ad summum; si collegiata, vel cathedralis, aut certe parochialis in signis, haec altitudo ne minor sit cubito, nec verò maior cubito itidem, & vncijs praeterea sexdecim.

Vbi verò in cappella maiori locus subest, quae Confessio dicitur, ad illius loci altitudinem huius pavementi altius extruendi ratio aptè & decenter referatur.

Gradus ad cappellae maioris ascensum, è marmore, lapideue solido, aut è latericio opere, vbi nulla

nulla copia lapidis marmorisue est, confecti sint: ijque numero impares, vnus scilicet, tres, aut quinque, pluresue pro altitudinis ratione.

Quorum singulorum graduu altitudo ne maior sit vncijs octo; latitudo autem ne minor sexdecim, nec verò maior cubito.

Si pavementi cappellae altitudo paulò minor sit cubito; ad ascensum tres gradus extruuntur pari altitudine.

Si verò ea altitudo cubitum aliquatò excedit, gradus quinque; si autem illa ob confessionis locum longè maior est; totidem fiant (at impares numero) quot ad ascendendum vsus necessariae sunt: ijque singuli aequalem itidem altitudinem habeant pro ratione vnciarum, quibus altitudo est eiusdem cappellae pavementum; sed nūquam tamen maiorem illis octo vncijs.

#### DE ALTARI MAIORI. Cap. XI.

**A**LTAIRE maius cappellae suae loco ita constitui potest, ut ab ipsius altaris gradu infimo vsque ad cancellos, quibus illa septa, sepiè dauè est, spatium inter sit cubitorum octo, atque vbi potest, ecclesiaeque amplitudo pro decori ratione postulat, etiam plurimum; ut id spatij commodo vsuique sit clero frequenti, ad missae solemnis sacrum, diuinorumque officiorum celebritatem aliquando conuenienti.

Idque propterea vbi opus sit, si à tergo cappellae extrinsecus situs est, vbi illius spatium produci possit, vsque adeò producat, ut tantum spatij cappellae detur, quantum supra praemissum stratum est: si hoc non potest, atque praesens loci exiguitate angustiaque, illius altaris cappella non tantum spatij in ecclesijs parochialibus, collegiatisue habet; tunc ille inter altaris imum gradum & cancellos situs interiectus, spatium esse debet cubitorum ad minimum quatuor; ut saltem in missae solemnis sacro pro caeremoniarum quae obeundae sunt, ratione, spatij locus congruus detur & sacerdoti celebranti, & diacono, & subdiacono; alijque clericis in eo ministrantibus.

Cui angustiae breuique cappellae ut ab anteriori parte illud saltem cubitorum quatuor spatium interuallumue detur; ea si opus sit, iniri potest ratio, ut illius planum gradusque eiusmodi sint, reconcinneturue, qui è cappella ipsa extantes, forisque aliquantulum decorè prominentes, octoguli, aut sexanguli formam praebant.

Sin autè extra illius fines intercolumnia sunt, sique id ecclesiae amplitudo postulat, illud ipsum spatium parari capiuè poterit, eiusdem cappellae pariete vsque ad prima illa intercolumnia producto.

Vbi denique praesens angustia situs locique finibus exiguum aut nullum ferè spatium esse potest; id saltem omnino praestandum est, ut altare parietis qui ab illius tergo est, propius admouea-

tur; & à clathris, si illud quatuor cubitorum spatium habere nequit, distet saltem pro situs ratione, quam maxime potest, ita tamen, ut ab ipso etiam pariete procul sit cubito vno & dimidio.

Sit autem altare maius à scabelli solo altitudine cubitorum duorum & vnciarum octo, & ad summum decem; longitudine cubitorum quinque, ac plurimum, pro ecclesiae cappellae magnitudinis ratione; latitudine verò cubitorum duorum & vnciarum duodecim, ac plurimum item pro longitudinis & situs modo.

#### De gradibus altaris maioris.

**P**RAETerea si à lateribus, & à fronte spatij satis datur; gradus tres adhibeatur, vnus scilicet quem per se bradella facit, tum alij duo ipsa bradella inferiores: qui duo è marmore solidouè lapide fieri debent; aut si id non potest, è latericio opere: lateque pateant vncijs ad minimum sexdecim; viginti verò, si potest, ac plus item, vbi decorè pro spatij ratione fieri possit.

Gradus verò tertius, qui ex ipsa bradella existit, è scutibus tabulis esse debet.

Bradella autem à fronte altaris cubitos duos, & à lateribus etiam producta, vncias sexdecim late pateat, ita ut à tribus partibus illud complectatur.

Altitudo item singulorum graduum sit vncijs octo.

Vbi verò pro ecclesiae altarisque maioris amplitudine gradus plures esse possunt, ibi quinque extrui poterunt, latitudine & altitudine mox praescripta.

#### De situ imaginis Crucifixi.

**S**VBI ipso autem cappellae maioris fornicato arcu, in omni ecclesia praesertim parochiali, crucis & Christi Domini in ea affixi imago, ligno aliouè genere pie decorèque expressa proponatur, apteque collocetur.

Quo loco si minus rectè pro humili arcus fornicisue depressione collocari potest; parietis, qui tunc supra ipsum arcum est extrinsecus inherens, affigatur sub tecto laqueato: aut certe super ianua clathrati cancelli cappellae omnino ponatur.

#### DE CHORO. Cap. XII.

**C**HORI praeterea locus, à populi statione, ut vetus structura & disciplinae ratio ostendit, seclusus, cancellisque septus, cum ad altare maius esse debeat, siue ab anteriori parte (ut antiqui instituti est) illud circundet; siue à posteriori sit (quia vel ecclesiae situs, vel altaris positio, vel regionis consuetudo sic postulat) vsque adeò late, longeque, vbi pro situs spatio potest; patere, etiam in hemicycli, vel in alterius

formæ, pro ratione cappellæ ecclesiæ, modū, architecti iudicio debet; vt & amplitudine, & ornatu item decenti, ecclesiæ dignitati, cleriq; multitudini aptè respondeat.

DE TABERNACULO SANCTISSIMÆ Eucharistiæ. Cap. XIII.

Prou. r. tit. quæ pert. ad sacram. Euch. pag. 8.

**Q**UONIAM verò ex decreto prouinciali tabernaculum sanctissimæ Eucharistiæ in altari maiori collocari oportet, de eo instructionem aliquam hoc loco fieri conuenit.

Primò illud in ecclesijs insignioribus, vbi potest, è laminis argenteis, aut æneis, ijdemq; inauratis, aut è marmore pretiosiori, fieri decens est.

Quod tabernaculi opus politè elaboratum, & aptè beneq; inter se compactum, pijs item mysteriorū passionis Christi Domini imaginibus exculptum, & inaurato artificio certis locis periti viri iudicio decoratum, religiosi & venerandi ornatus formam exhibeat.

Intrinsicus autem tabulis populæ circumactum esse debet, vel alijs eiusmodi; vt ab humiditate, quæ ex metalli marmorisue genere existit, sanctissima Eucharistia illo amictu omnino defendatur.

Vbi tabernaculum eiusmodi non fiat; tunc è tabulis, non nucis, vel alijs, quæ humiditatem gignunt, sed populæ, aut similibus politè elaboratis, & religiosarum vt supra imaginū sculptura ornatis, ijdemq; inauratis extruatur. Amplum pro dignitate, & magnitudine, rationeue ecclesiæ, in cuius altari maiori collocandum est.

Forma vel octangula, vel sexangula, vel quadrata, vel rotunda, prout decentius & religiosius accommodata videbitur ad ecclesiæ formā. In summo tabernaculo sit imago Christi gloriosè resurgentis, vel sacra vulnera exhibentis: vel si in altari exiguæ alicuius ecclesiæ per tabernaculi occupationem congruus locus cruci (quæ aliàs super eo collocaretur) esse nō potest, ea pro alia sacra imagine in tabernaculi summitate vel perpetuò affigatur, vel processione causa aliquando amouenda, decorè cōstituat, affixa Christi crucifixi sacra effigie. Benè præterea idem tabernaculum super altari basis ornata firmitudine suffultum, aut firmis altaris gradibus decorè confectis, aut angelorum statuis, alijsue suffulcimentis religiosum ornatum exhibentibus sustentatum, firmiter fixum hæreat; tum benè etiam clauemunitum sit.

A summo fronte altaris procul collocatum extet, non minus cubito vno & vncijs sexdecim, ita vt corporale latè expandi, & pixis, cum aliquādo vsu venit, cōmodè in altari poni possit: neq; rursus à fronte sic distet, vt ad sacram Eucharistiam depromendam sacerdoti gradu etiā ligneo opus sit; nisi situs, & illius structura ratio aliud necessariò postulet.

In insignioribus porò ecclesijs, vbi præsertim à tergo altaris chorus est, proq; illarum structura ratione eius altaris latitudo ampla admodum est, remotius esse potest: quoniam ab illa chori parte posteriori commodè & decenter ipsa sacra Eucharistia è tabernaculo sumi potest: tuncq; ab eadem chori parte ostiolum alterum præscripta forma fiat.

Atque sub tabernaculo armariolum nullū sit; ac ne asseruandis quidem libris, supellectiliue ecclesiæ locus sit.

Vbi in altari ita vt supra collocari, suffulcitur præ illius angustia tabernaculum totum non potest: à tergo suppositis basibus, aut alijs suffulcimentis benè firmis, illud aut totum, aut pars nitatur; ea tamen forma & ratione, vt neque spatium inter altare & parietem interiectum (quando exiguum est) impediatur, quominus altare circui possit.

Panno serico rubri coloris, si ambrosiani ritus ecclesia sit; aut albi, si Romani, intus ab omni parte vestitum atque ornatum sit.

Ostiolum habeat ab anteriori parte ita patens, vt paruulum alterum tabernaculum, quod intus in eo includitur, facile commodeq; introducatur, & expromatur: ita præterea ad aperendum accommodatum, vt totū in frontispicio à latere planè hærens, sacerdotis inde sacræ Eucharistiam depromentis brachiū manumue non impediatur.

Sit verò ornatum sacra Christi Domini crucifixi, aut resurgentis, aut vulneratum pectus exhibentis imagine, aut alia pia effigie.

DE CAPPELLIS ET ALTARIBVS minoribus. Cap. XIII.

**H**ÆC breuiter de altari, & cappella maiori, deq; adiunctis dicta sint: restat separatim alia instructio de cappellis & altaribus minoribus, præter ea quæ suo loco demonstrata, maioribus & minoribus cappellis, altaribusue communiter conueniunt.

Primū igitur cum altaria plura exedificari oportet, & ecclesia instar crucis exstructa abside constans duo quasi brachia habet; tunc à capite vnus & alterius brachij locus aptè conueniens erit, vbi altaria duo exedificentur; vnū à dextro, alterum à sinistro; si modò spatium sit pro modo latitudinis infra præfinitū.

Is locus, si cappella cum altari ibi extruenda est, latè patere debet cubitos ad minimū nouem & vncias octo.

Si verò ad hemicycli formam parietis concauitas facienda est, cui altare inhæreat; eius loci latitudinem esse oportet cubitorum saltem sex & vnciarum sexdecim.

Quæcunque etiam ecclesia, siue tribus nauibus, siue vna tantum constat, extra suæ cappellæ maioris situm, ab vtriusque lateris capite locum habet, sicut supra mox præhniimus, ita patentem, vbi in vno & altero item latere, pro modo

modo formaq; præscripta, cappella, & altare decorè apteq; exedificari possit, aut ad hemicycli saltem speciem parietis concauitas fieri queat, cui altare innixum hæreat; cum in eiusmodi ecclesia, præter illas duas quæ à brachijs sunt, alia etiam cappellæ cum altaribus extruenda sunt, in vtriusque illius lateris capite exedificari poterunt; nisi illis quæ in capitibus brachiorum sunt, vicinæ nimium sint, contra ac infra præscriptum est.

Quarum cappellarum vnaqueque, siue in dextero, siue in sinistro latere, ita extruatur, vt vbi plures naues sunt, in medio naui sit, in cuius capite est.

Vbi verò ex vna solū naui ecclesia constat, in medio parietis spatio struatur, quod inter cappellam maiorem & angulum ecclesiæ interiectum est; ita tamen, vt hæc à maiori cappella saltem distet cubitis duobus: si modò ædificij ratio, pro oneris quod sustinet, grauitate, structuraq; forma, spatium maius non postulet.

Si verò ad hemicycli formam in parietis concauitate altare collocandum est: id etiam in medio illo, vel naui, vel spatij vt supra interiecti fieri debet: sic tamen, vt altari maiori non valde propè extruatur; quominus sacerdos in vno celebrans, ab alio qui sacrum in altero facit, impediri, perturbariue queat.

Id igitur omne, quod de cappellis, altaribusq; in vno & altero item latere à capite ecclesiæ extruendis mox præscriptum est; in ecclesijs locum habere potest, vbi cappella maior extructa, & altare ibi situm ita existit, vt intus sit spatium cubitorum saltem quatuor.

Quibus verò in ecclesijs præ sitis angustia altare maius cappellam non habet; aut si habet, vsq; adeò illa exigua est, vt altare in ea extructum foras in ecclesiam versus promineat; indeq; altaria quæ à lateribus sunt, facile prospiciantur: tunc ab ijs partibus, lateribusue, quæ ab illarū capite sunt, etiam si spatium pro ædificationis ratione supra præscriptum aptè ampleq; interiectum esset, altaria tamen fieri non debent; tum quia minus decenter extarent; tum quia dum in vno altari sacerdos sacrum faceret, ob propinquitatem alterum sacerdotem in alio celebrantem impediret, aut interturbaret.

Vbi item altaribus compluribus opus est; illorū ædificationi locus tertius propterea aptus erit, nempe ecclesiæ latus vtrumque; vnum scilicet quod ad meridiem, alterum quod ad septentriones vergit.

Quo in vtroque latere cappellæ cum altaribus extrui poterunt, quæ ab ecclesiæ corpore extant, forisq; promineant: sed in illis extruendis ea infra præscriptæ rationes seruari debent.

Vt cappellæ æquè inter se distantes exedificentur; tamq; lato spatio inter vnā & alteram interiecto, vt ab vnus cuiusque cappellæ vtroque latere fenestræ extrui possint, vnde lumē aptè aperteq; excipiantur.

Si verò ita inter se distantes extrui non possunt, coniunctæ tamen ita fiant, vt semicirculi, aut semioctanguli forma prominenti spatij inter se præbeant, vnde lux à lateribus recipiatur.

Vt in ecclesia, quæ nauibus pluribus constat, è conspectu intercolumnij omnino rectè sint; ne ipsis columnis pilisue earum prospectus impediatur.

In ecclesia autem quæ vnā tantum nauim habeat, medium planè respiciant, quod inter vnum & alterum arcum tignumue est, quo tectum opere fornicato aut laqueato suffulcitur, sustineturue: aut si cappellæ latitudo superet latitudinem eiusmodi spatij, neque illud fieri queat; summitate arcus cappellæ ad perpendicularium tignum sustineatur.

Cappellæ minores omnes, vna eademq; latitudine, longitudine, & altitudine constent; ac demum, pro omni ex parte, quoad eius fieri potest, sibi inuicem conueniant.

Quæ verò tamen sunt in capite brachiorum ecclesiæ crucis formam exhibentis, ex pro ratione situs, vt cæteris aliquantò ampliores, sic forma illustriori etiam esse poterunt; modò inter se illæ vna alteri omni alia ex parte respondeant.

Nè subter suggestū, vnde vel organo sonatur, vel euangelium epistolauè pronuntiat, aut tōcio habetur, vnde canitur, vilo modo cappellæ minores altariaue exedificentur.

Ne inter pilam structilem columnauè, aut arcum tignumue, quo tectum suffulcitur, in ingressu ecclesiæ primo loco situm, & parietem qui ab anteriore ecclesiæ parte est, cappella vlla extruatur; nisi illa tantum, quæ in ecclesijs vbi animarum cura geritur, baptisterij collocandi causa nomineue sine altari exedificanda est.

Altaria cappellæue à pariete qui in frontispicio ecclesiæ è regione altaris maioris est, nullo modo exedificentur; neque item alio in loco, in quo sacerdos celebrans terga vertat cappellæ maiori.

Cappellæ minoris latitudo patens esse poterit cubitis nouem, aut vndecim, & amplius prout est ecclesiæ situs amplitudo: nec verò minor cubitis septem.

Longitudo autem ab ingressu vsque ad parietem cui altare adhæret, ducta, minor cubitis septem esse non debere videtur; vt & ministranti clerico spatij satis sit, & ne quidquam de ecclesiæ parte aut nauis cancellis occupetur, neque maior item: vt ne populus qui in Missæ sacro præfens adest, cappellarum lateribus impediatur, quominus ab omni ferè ecclesiæ parte sacerdotem celebrantem conspiciat.

Si verò tantum spatij cappellis minoribus dari non potest; fieri poterit etiam longitudo minor, quinque videlicet cubitorum & vnciarum octo.

Quæ ratio cum locum planè non habeat in illis

lis cappellis, quæ in capite ecclesiæ à latere cappellæ maioris sunt; ideo illæ longitudine aliquantò maiores permitti poterunt quàm aliæ.

Si præ situs angustia quibusdam in ecclesijs, cappellæ quæ præfinito modo formæ. foris omnino emineant, exstrui non queunt; exstrui poterunt saltem, ut maximè pro eiusdem situs ratione foris extare prominere possunt.

Sin autem loci situs is est, ut ædificari non queant, quæ foris ut præscriptum est, emineant, atque extent; ab ecclesiæ vno & altero itè latere necessaria tantum altaria fieri poterunt, exstructis parietis concavitate hemicyclis, scaphisue, pro situs lociq. ratione foras decorè prominentibus.

Si verò ne ad hemicycli quidem formam exstrui vilo modo possunt; tunc altaria parieti hærentia, ob causam necessariam tantum fieri poterunt, aut erectis columnis duabus, aut alijs fulcimentis decentibus intus ab ecclesiæ pariete paululum extantibus, vno à dextero, altero à sinistro latere.

Quæ ambæ columnæ inter se à superiori parte opere fornicato vel eiusmodi cõiuncta sint, aut hemicyclis pictura saltem ad ornatus speciem decorè expressis.

Quæcunque denique altaria, ob causas supra expositas ijs in locis exstruantur, exstructaue sunt; vbi præ situs angustia cappellæ magnitudine præfinita ædificari non possunt, ita ut cancellos clathraue à recto pariete extare forisq. prominere necesse sit; ea singula in arcum sic redigi poterunt, ut cubitum vnum & uncias sexdecim nõ excedant; nec verò super ijs gradus vllus adhibeatur, ut & illa, & cancelli, quàm minimè possunt, foris promineant.

Eorundem tamen altarium cancelli à scabello seu bradella cubiti vnus & uncias saltem octo spatio interiecto figantur, ut id spatij clerico in Missæ sacro ministranti omnino detur. Denique si ecclesiæ amplitudo latè patens id fert, angustior fieri poterit, exstructis ab utroque latere cappellis longitudine, & altitudine, ac forma supra præscripta; cum præ amplitudine valde patenti, locus earum instructioni supra præfinitæ intus eiusmodi esse possit, ut ecclesiæ altitudinis spatium inter illas interiectum congruenter etiam pateat.

Cappellarum minorum pauimentum altius quàm ecclesiæ solum octo vncijs strui debet, amplius verò aliquando ut infra permitti poterit.

Vniuscuiusque cappellæ minoris limen, vbi per facultates fieri potest, è marmore lapideue solidò esse debet; ac sexdecim, & ad summum viginti vncias latè pateat; tum eiusmodi sit, ut & ingressus gradum faciat, & ipsum cappellæ solum æquet: isq. vnus tantum gradus ad cappellæ ascensum exstruatur.

At præter illum liminis gradum, duos alios inferiores pro loci situsue ratione, & cappellæ

amplitudine, vbi maior pluribus gradibus exstructa sit, fieri permittum erit: isq. si minus è marmore, at saltem è solidò lapide, aut demum è lateribus fiant.

Eorum latitudo eadem sit, quæ supra demonstrata est de liminis gradu: de altitudine idem seruetur, quod dictum est de gradibus cappellæ maioris.

Vnaqueque cappella, sicut de maiori dictum est, fornicato opere exstruatur.

Altaria in fronte media vniuscuiusque cappellæ construuntur, non à lateribus.

Ea singula minora à scabelli, quam bradellam vocat, solo, superficieue, in altitudinem erecta sint cubitis duobus & vncijs octo.

Longè pateant cubitis quatuor & dimidio: nec verò minus quatuor saltem cubitis.

Lata sint cubitis duobus.

Scabellum seu bradella altaris, tabulis asseribue ligneis conficitur; latitudineq. sit cubitorum duorum, altitudine vnciarum octo.

Longius præterea quàm altare ita pateat, ut vnumquodque eius latus excedat vncijs sexdecim, neque verò plus cubito; rursusq. ab utroque latere illud cingat; si modò præ angustia cappellæ, hæc latitudo lateralis non impediatur clericum ministrantem: tunc enim non excedat, sed tantum adæquet altare.

#### COMMVNIA CAPPELLARVM altariumue maiorum & minorum.

##### Cap. XIII.

**D**E minoribus cappellis & altaribus breui hac instructione explicata, sequuntur communia cappellarum, altariumue maiorum & minorum, quæ in exstructione seruanda sunt. Altaria non ex opere ligneo, sed ex lapidibus lateribusue exstrui debent; atque ita vndique obstrui, ut fenestella foramenue nulla ex parte in ipsis relinquatur, vbi quidquam asseruari recondiue possit.

Nec verò ideo prohibentur altaria, quæ quatuor pluribusue lapideis columellis aut pilastratis angularibus suffulciantur, qualia in provincia Mediolanensis vsu cernuntur. quinetiam altaria quamuis muro obstructa, eiusmodi pilastratis ab angulis suffulciti congruum est; ne pars illa chrisinate inuncta, si latericia sit, facile de crustata collabatur.

Neque præterea sub ijs quidquam omnino reponatur.

Altaria singula, quæ non tota cum sacerdote item celebrante opere fornicato, sed tecto laqueato teguntur, aut fornice ita altè exstructa, ut ea fornix commodè sapiusq. purgari non queat, integumento etiam, quod capocielo dicunt, operiantur.

Idq. vel ex marmore solidò lapide, aut etiã latericio opere, erectis columnis quatuor, si altare maius est; si minus, lateraleue, duabus, aut alijs decentibus fulcimentis intus ab ecclesiæ

ecclesiæ pariete paululum distantibus, vno à dextero, altero à sinistro latere, quæ operimentum sustineant opere fornicato aliaue ratione confectum, vel ex tabulis sectilibus, aut è tela cærulea decenter depicta fieri poterit.

Quod è ligno aut tela integumentum, cathenis ferreis è tecto vel è pariete pendentibus, aut alia firma structura sustineatur.

Hoc autem operimentum cuiusmodi sit, vndique ita latè patere debet, ut altare ipsum, & Sacerdos ibi Missæ sacrum faciens, omnino cõtegatur; quò diligentius & ille & altare, à puluere omniq. labenti forde defendatur.

Sit verò hoc integumentum vsque ad eò altari proximum, ut ab eo aliquantisper pro decori ratione elatum, commodè tamen & facile purgari queat.

#### De fenestella vrceolorum.

**F**enestella in pariete qui à tergo altaris est, à latere vbi epistola legitur, ornate politèq. fiat; eaq. ex marmore solidò lapide, vbi potest.

A solo altè exstruatur cubitis duobus.

Eius verò latitudo sit vncijs sexdecim, altitudo viginti quatuor; sitq. distincta marmoreo lapideoue opere transuerso.

Pars inferior vsui sit ad proiciendam aquam ablutiois manuum Sacerdotis sacrum facientis. Ideoq. in medio foramen exiguum habeat, vnde de illa defluat in cisternulam suffollam.

Superior verò pars vsui erit ad peluim cum vrceolis dum Missæ sacrum sit reponendam.

Quoniam verò altare maius aliquando longè distat à pariete posteriori, cui sæpè adhæret chorus; id propterea si loco constituto fenestella ea collocari nequeat, tunc in pariete à latere epistolæ, vel eius loco propè altare cõstrui, vel etiam remotius vas aliquod è solidò lapide decoro ornato poni poterit, in quod ea aqua infundatur; ita tamen, ut neque impedimentum, neque deformitatem afferat.

#### De clauo ferreo appendendi birreti.

**C**lauus ferreus, quo birretum Sacerdotis celebrantis appendatur, aliquo ornamento, præsertim ex aurichalco, affigatur ab eodem latere epistolæ, propè eam fenestellam, aut etiã alio congruo eiusmodi loco, non altius à pauimento cubitis duobus.

#### De Tintinnabulo.

**T**intinnabulum paruum vnicuiq. altari à parte vnde euangelium legitur parieti laterali affixum hæreat, appenso funiculo tam longo, quo clericus minister, cum Corpus Domini eleuatur, vti possit, ad illud certis distinctis ictibus pulsandum.

Vbi verò altare sine cappella est, ita ab altari

distet, & è pariete quantum potest, emineat, ut funiculo ducto altare non impediatur, neque Sacerdos inturbetur.

Quod verò attinet ad maius altare, commodius minister clericus tintinnabulo gestatorio è sacristia allato quàm appenso vretur. nihilq. propterea est, cur eo loci illud appendatur: præsertim in amplioribus ecclesijs.

#### De clathratis cappellarum, & altarium cancellis.

**A**nteriori vniuscuiusq. cappellæ, etiam maioris parte, vnde ingressus sit, clathra ferrea cubitis tribus alta in summo gradu cappellæ figantur: nec verò tamen aliquando altiora prohibentur, vbi præsertim hoc septo tutiora & munitiora esse oportet.

Eaq. omnia, vbi per facultates potest, paruulis pilis aut vasculis ad aliquam speciem decorè confectis, in parte tum ima, tum media, tum summa exornari debebunt.

Si verò cappella, ut aliquantò maior sit, octanguli, sexanguliue formam exhibet: clathra itidem in eius summo gradu figantur, quæ ei formæ respondeant.

Ab ima verò parte per altitudinem circiter cubiti opere aliquo artificioso ferreo illa inter se densè instructa sint, ut canibus ingressus nullus sit.

In clathrorum medio ianua clathrali etiã opere decenter constituatur, quæ valuis vtrinque, & pessulo, ac fera claudatur.

Vbi verò vis & copia ferri, quo ad cappellarum instruendarum vsum clathra consentur, haberi minus potest, si ibi lapides solidi, marmorauè apparari queant, è marmore, aliouè solidò lapide, columellæ opere (quod uocant, balustris) addita coronice fieri poterunt, aliquantò clathris ferreis humiliores, quibus cappellarum pars anterior septa ornetur, atque instruat. Quibus autem in ecclesijs, cappellis, altaribusue, præ tenuitate facultatum, nec clathra ferrea, neque marmoreas lapideasue eiusmodi columellas, ad sepiendi, orandi, vsu comparari posse Episcopus iudicaret; in ijs id opere ligneo polito ac tornatili præstari eiusdem concessu poterit.

Cancelli autem lignei depressiores itidem ac humiliores quàm clathra ferrea aliquantò esse debebunt, in quorum summa parte ad ornatu coronix apponatur.

Vbi cappellæ altarium minorum amplæ sunt, quæ aliquam populi multitudinem dum Missæ sacrum sit capiant, quamuis clathra in ingressu habeant, in earum tamè parte interiori quæ propè altare est, cancelli item lignei saltem figi debebunt; quibus illud ita sepiatur, ut & præsentis populi frequentia paululum à Sacerdote sacrum faciente seclusa distare compellatur; & locus sit clerico ministranti.



## De coronice lignea altaris.

**V**Nicuique scabello, etiam maioris altaris, coronix lignea tribus digitis, nec verò amplius alta adiungatur; qua à tribus item partibus illud cingatur: ita vt à parte anteriori pallij, & à lateribus mantilium tobaleatumue extremitas eiusdem coronicis opere vsque occultetur; etiam vbi altaris scabellum à fronte tantum extat.

## De instrumento telari altaris.

**A**D altare etiam instrumentum adhibeatur, quod telare dicunt: in quo pallium expansum, paruulifq. vncis affixum, ipsi altari accommodetur: idq. è quernis nucisue afferibus sit, tum perpolitè confectū, tum etiam vncijs quatuor latum; atque eiusmodi, quo altaris mensa ab anteriori parte, rursusq. ab vtroq. latere circundetur.

Cuius telaris capita summitatesue parieti affigantur innectanturue, cui altare inhaeret.

Fulcimenta item quibus telare ipsum sustentatur, ex iis nucis seu quernis afferibus duo sint; vnum à dextro, alterum à sinistrali altaris cornu anteriori; & alterutrum vncijs quatuor latitudine esse debet.

Vbi verò altare à pariete remotius est, telare totum altare vndiq. cingat; ad sintq. duo alia fulcimenta in cornibus posterioribus altaris, quibus ab ea parte sustineatur.

A parte etiam superiori, quæ altaris mensam æquat, idem telare in ipsa superficie aliquot exiguas fossulas tenuiter concavas habeat; ijsq. singulis fossulis tenues clavi vncinuli, quibus pallij cordulæ, minutiue anuli annectantur, & ita inferantur atque infigantur, vt ipsius altaris solum non superent.

E quibus fossulis vna omnino fieri debet, quæ in telari ad medium altare sit: reliquæ autem hinc inde binæ, ternæue, vel plures pro amplitudine altaris, æquali interuallo esse possunt.

## De gradu ligneo à parte posteriori altaris.

**G**Radus in altaris minoris superficie à parte posteriori vnstantum isq. ligneus adhiberi poterit: ea lōgitudine sit, quæ altare æquet; latitudine vnciarum octo, altitudine etiam totidem.

In altari maiori ne fiant; nisi cum cubitis tantum duobus minusue à pariete posteriori illud distat: tuncq. eiusmodi gradus vnus pluresue decenter adhiberi poterunt; ita tamen, vt circuitus altaris sub ea structura non impediatur.

## De mensa altaris maioris.

**A**Ltari maioris, in quacunq. vel cathedrali, vel collegiata, vel parochiali ecclesia, tum etiam minoris, quod consecrandum sit, mensa

marmorea, aut è solido lapide curari debet: & vbi potest, ita longè lateq. sicut altare pateat. Vbi apparari non potest, quæ sit tantæ latitudinis, non tamen latè minus patere debet cubito vno & dimidio: longitudine verò ipsum altare omnino adæquet; nisi vbi pro loci regionisue situ, ne eiusmodi quidem adhiberi possit, cui à fronte agglutinetur; à tergo, qua parte deest, suppleri poterit cæmentario latericioq. opere.

## De fenestella reliquiarum sacrarum in altari consecrando.

**I**N altaris fronte tergoue sub ipsa mensa, fenestella quatuordecim vel sexdecim vncijs ampla, aut in stipite mensaue illius, pro ratione cōsecrationis, qua libro pōtificiali præscripta Episcopopus vti maluerit, fossa instar sepulcri, eodè quo fenestella, sed multò minori spatio exstruenda est; vbi cum illud consecratur, sacræ reliquiae reconduntur.

Ea verò fenestella ab ostio occludi debet tabella marmorea lapideauè, in qua sculpta sit crucis imago: tum nomina quæ constant sacrarum reliquiarum in altari recōditarum insculpentur.

Vbi verò non fenestella sed fossa adhibebitur, inscriptio hæc, aut ab aliquo altaris latere, aut in mensa fiat, literis incis.

Fossa verò quæ in mensa est, tabella item marmorea, ita firmiter & accuratè occludatur, vt nihil omnino superemineat.

## De mensa altaris, &amp; tela cerata.

**A**Ltari consecrati mensa, etiam si eius pars è lateribus facta sit, tota tegatur cerata tela: quæ telari præscripto inclusa, clavis cōfigatur. Vniuscuiusq. altaris non consecrati solum, pauimentumue, mensa ex tabulis scilicet politè confecta, atque ad illud contegendum vndique ampla consternatur.

Huic mensæ altare portatile aptè inferatur, atque ita, vt inter vtrumq. mensæ cornu in medio collocatum, ab ipsius fronte non longius distet spatio vnciarum octo.

Cuius portatilis altaris longitudo, non ab vno ad alterum cornu, sed à fronte in posteriorem partem spectet.

Sic verò illud insertum sit, vt è mensæ superficie vix paululum aliquid extet, quo Sacerdotis celebrantis tactu dignosci possit.

## De Lapide altarium portatiliū.

**L**apis autem altaris portatilis, à parte superiori secturam in planum ductam, quam sinusum dicunt, vndiq. habeat.

Quæ sectura latè pateat medio transuerso digito.

Lapis longè vncias viginti, latè sexdecim pateat,

teat, præter capsæ dimensionē cui insertus est. Capsa eius è nucea omnino tabula sit, crassitudine vnciarum circiter duarum aut plurium pro lapidis crassitudine.

Tabulæ verò illi in omni latere intus à summa parte pro lapidis longitudine & crassitudine concavata ipse lapis inseratur, ita vt, illa concavata tabulæ linea prominente, eiusdem lapidis sectura operiatur.

In qua capsæ sacrarum reliquiarum reconditarum quarū nomen cōstat, inscriptio planè fiat. Cum verò altare consecratum transferri contigerit, quod vt ne iterum consecrari opus sit, ea transferendi ratio adhiberi poterit: vt primò illud totū afferibus tabulisq. ligneis rectè aptèque conclusum, è loco ita amoueat, vt stipes à solo ecclesiæ conuulsus, ne minimū quidem ab altaris mensa disiungatur; sed totus affixus ei inhaereat, ne consecratio violetur.

Altaria autè quæ angustiora aut breuiora sunt, quam forma præscripta postulat, latiora, longioraue fieri poterūt, vel lapideis, vel latericij, vel ligneis additamentis decenter apteq. confectis, ab eorum lateribus, fronteue, prout vsus tulerit, appositis.

Sin autem humiliora sunt præfinito modo, altiora fieri poterunt, mensa politè atque ad eodè altè confecta, vt præfinitæ altaris altitudini respondeant: in eaq. mensa lapis consecratus includatur præscripta forma.

## DE LOCIS, VASIS, LOCVLISVE, quibus sacræ reliquiae reconduntur.

## Cap. XVI.

**E**XPOSITA breui cappellarum & altariū maiorū minorūq. instructione, consequens est, vt loca, vasa, loculos, aliaq. eiusmodi commonstremus, quibus sacræ reliquiae reconduntur, aut asseruantur.

Sanctorum igitur corpora, quacunq. recondenda sint in ecclesia, partem illam subterraneam habente, quæ confessio, vulgò scrololum dicitur; in ea præsertim, & in altaribus ipsi lapideis, aut subter ea, vt antiqui instituti est, piè decenterq. recondantur.

Quam ob causam è marmore, vel saltem è solido lapide arcam leuigato opere intus expolitā fieri conueniet; quæ ex operculo eiusdem generis fastigiato constans, sacræq. corpora benè inclusa continens, intus subtiliue in illis firmiter collocetur.

Alio etiam præter altaria ecclesiæ loco conspicuo reponi poterunt: tuncq. arca è marmore pretiosiori exstruatur: quæ extrinsecus etiam opere sculptorio elaborata, pio religiosoq. ornatu emineat.

Hæc igitur, quatuor, pluribusue (si pro situs ratione commodè potest) collumellis itidè marmoreis aptè cōfectis sustentata, aut in gremio ecclesiæ, prout loci amplitudo fert, aut in cappella insigniori (præterquam in ea, vbi sanctissimè

Eucharistiæ sacramentum asseruatur) decetius collocabitur.

Si in gremio ecclesiæ ponetur, à pariete, omniq. alio opere vndique disincta extet: si verò in aliqua cappella, à posteriori eius parte, vel à latere altaris collocari poterit; aut parieti inhaerens, aut in illius decenti cōcauitate paululum inclusa, à pauimentoq. cappellæ altaris cubitis quatuor exstrueta extabit.

Arca verò omnis quocunq. loco conspicuo posita, siue è pauimento, siue è pariete emineat, clathris ferreis pro situs ratione aptè decoreq. muniti debet.

Sin autem non in altari, neque subter, sed alio loco sub pauimento iam recōdita sunt sanctorum corpora; sternatur tamen omnino locus, ac muniatur clathris ferreis ab omni latere, tum à parte superiori dense confectis.

Vt autem sanctorum corpora, sacræue ossa, incorrupta atque inuolata, ab omniq. sorde & puluere pura, tum ab omni vi ac iniuria perpetuè tuta conferuentur, hæc sanè cautio adhibeatur: vt cum arca omnis, vel conspicuo loco, vel in altari subtiliue posita, ita extrinsecus inter se solidè compacta, & fibulis etiam ferreis, plumboq. ab omni latere conglutinata sit, vt ne rimula quidem appareat; tum præterea in eam alia capsæ, vel aurea, vel argentea, stamneauè, eaq. inaurata, firmiter quoq. confecta includatur, in qua sacræ corpora recondantur.

Sint autem cum in capsæ reconduntur, inuoluta & vestita panno serico, aut pretiosiori velamine, coloris ad sanctum sanctamue, cuius sacræ ossa reponuntur, ex ecclesiæ instituto ritè accommodati.

Capsa autem, vel theca, vel loculi, vel vascula, cuiusmodi sint, stata prece in libro pontificali ritualiue præscripta ritè prius benedicantur, quam reliquiae sacræ in illis includantur.

Qua verò in arca, diuersa sanctorum corpora reponenda sunt, vt inter se distincta internoscantur: arca eiusmodi fiat, quæ opere sculptorio, pro sanctorum corporum, sacrarumue reliquiarum numero bipartita, & tripartita sit, aut tabulatis, marmore, aliaue ratione decetè apteq. diuisa, aut saltem ipsi solum capsulis argenteis stamneisue distincta.

Tabella item aenea singulis capsulis includatur: in qua incisæ literæ nomina sanctorū indicent. Inscripção præterea in arcæ lapide incidatur: ex qua sanctorum nomina, & corpora, quo tempore recondita, rursusq. vnde translata, & alia id generis, si modò certa sint, perspicue cognoscantur.

Sanctorum autem capita, quæ à corporibus disincta sunt, vt aliquando statis diebus pro pietatis studio fidelibus ostendatur exponanturue, separatim à corporibus locis infra præscriptis reponi cōueniens erit; inclusa scilicet in theca aurea, aut argentea; vel vbi præ inopia nō potest, aenea inaurata, q. capitis cū collo dimidia-toq. pectore formā similitudinēq. exhibeat.

Si quæ verò corpora Sactorum adhuc integra, membrifq. suis omnino coniuncta, vel in altari, vel in arca conspicua reconduntur, vt cerni aliquando possint; ita altare, arcauè struatur, vt à fronte fenestellulam clathris ferreis aneis uè munitam, quæ firmis vasculis ad præscriptâ infra rationem claudatur, ornatè cõfectam habeat, vnde inspici queant.

Quibus verò locis sacra aliqua sanctorum mēbra, insignēq. sacræ reliquiæ asseruantur; ibi certus locus, in quo illæ decenter religioseque recondantur, ad vnius, aut alterius formæ infra primo loco descriptæ modum, sacrarum Basilicarum Romanarū exemplo, exstrui poterit.

#### De prima forma loci.

**I**n ecclesiæ nauī quæ ampla sit, à latere euangelij, lōgeq. à columnis pilis uè naualibus quatuor aut quinq. cubitis suggestus struatur, magnitudine cubitorum item circiter quinque: isq. quatuor columnis è marmore aut è solido lapide cõfectis, altitudine sex aut octo cubitorum suffulciatur & sustentetur.

Super suggesti exstructione, armarium, vbi sacræ reliquiæ reponantur, è marmore aliouè lapide, ornatè & decorè fiat: quod intrinsecus tabellis nucis pretiosioribus vndiq. vestiatur, fericoq. ornatur, coloris ex ritu ecclesiæ sacris illis reliquijs, quæ recondendæ sunt, accommodati: tum præterea ostiolo constet, quod valuis extrinsecus ære intectis, & ferico eiusdem coloris intrinsecus ornatis, claudatur: ad quod etiam claudendum pessuli duo, seræ duæ saltè, clauis totidē, eaq. singulæ diuerso fabrilī opere, adhibeantur.

A summa columnarum parte loco suggesti plano podium etiam exstruatur cubito vno & dimidio latum, tamq. longum, prout est eiusdē suggesti longitudo.

Quod podium à parte anteriori repagulum habeat; idq. vel ex ære fusili, vel è ferro, vel è marmore, aliouè solido lapide, vel è ligno tonatili opere sit.

Scalas nullas cochlides alia uè forma habeat; sed eæ lignæ gestatoriæ tunc solùm adhibeantur, cum sacræ reliquiæ certis solemnibus diebus populo ostenduntur.

#### De altera forma loci.

**S**i quæ verò ecclesiæ non satis ampla magnitudine reliquijs insignes vt supra habent; in earum ferè ipso medio, propius tamen altari maiori, vel apud parietem qui in capite ecclesiæ extra cappellam maiorem à latere euangelij est, podium exstruatur: quod parieti affixū, longè lateq. pateat ad formæ superioris præscriptum.

In intima parte parietis, cui illud affixum agglutinatum est, armarium in quo illæ asseruantur, è marmore aliouè solido lapide fiat; ta-

bulis quæneis aut alterius generis ad diuturnitatem accommodatis intrinsecus circumuestitum, ac serico item eius coloris, qui ex instituto ecclesiæ, cum sanctis quorum illæ reliquiæ sunt, conueniat, vndique ornatum: quod valuis æratis, & feris duabus, ijsq. diuersis vt supra, claudatur.

Huic scala lapidea ligneauè, qua podium ascendatur, accommodari potest, si modò à posteriori parte armarij fieri commodum sit, vt ecclesiæ spatium non impediatur: alioqui scala gestatoria vt supra adhibeatur.

#### De tertia loci forma.

**F**orma loci tertia hæc sit: eaq. in ecclesijs reliquijs sacras habentibus, vbi nullus locus ad primæ aut secundæ formæ supra præscriptæ modum exstructus est, aut exstrui potest.

In cappella maiori, intrâ eius scilicet septa, à parte euangelij, armarium quod ad altare maius versus vbi potest rectâ spectet, ita latè, lōge, altè, profundeq. in ipso pariete concauetur, prout sacrarum reliquiarum quæ in eo asseruandæ sunt, multitudo ac magnitudo postulat. Altè à pavimento cappellæ ad solum suum vsque exstructum sit cubitis quatuor; intus tabulis vndique sepiatur, tum aliquo panno serico eius coloris, qui sacris reliquijs conueniat, circumornatur.

Benè muniatur & claudatur valuis ære extrinsecus munitis, ijsq. decentibus, seris, solidis, dupliciq. claue, & vnaquaque fabrilī opere diuersa.

Quo in armario ita ornatè instructo sacræ reliquiæ vasculis loculis uè inclusæ ordine recondantur.

#### De vasis & loculis reliquiarum, quæ locis supra præscriptis reponendæ sunt.

**V**ascula quibus recondantur, ex auro, argento, aut è chrystallo, aut ex aliquo metalli genere sint, eaq. artificio elaborata atque inaurata, prout illè insignes sunt, & ecclesiæ vbi asseruantur, facultates ferunt.

Ea totidem sint, quot sanè illarum genera quæ habentur; vt singulæ, binæ uè, aut plures singulis vasculis distincto ordine separatim asseruantur: singula vela sint, quibus illa vasa integantur, eaq. colore distincta, pro sacrarum reliquiarum, quæ in vasculis asseruantur, ratione.

Si verò sacræ reliquiæ eiusmodi sunt, quæ tenues, non vascula maiora sed loculos minores requirunt; ita recondantur.

Tabula scetilis, è nucæ ligneauè alia, & pretiosiori etiam materia, vt potè eburnea argenteauè deligatur: quæ fabri opere politè elaborata, tam latè longèq. pateat, vt ad vsum cuius causa paratur, satis esse queat.

In ea totidem capsulæ, seu loculi, ij que singulorum vnciarū mensura concauentur; quot sacræ

#### DE SACRIS IMAGINIBVS picturifus. Cap. XVII.

eræ reliquiæ recondendæ asseruandæ sunt. In loculi vndique à parte summa paruulis cornicibus inauratis ornentur.

Hæc tabula his loculis exstructa, opere vitreo operiatur ita, vt singuli loculi vitro pellucido contegantur.

Quod vitreum integumentum, coronicis lignæ inauratæ, vel pretiosioris etiam materiæ ornatu vndique muniatur, vt fixum firmumq. habeat.

Singulæ præterea sacræ reliquiæ serico taffetano duplici, ormesinouè, aut aliquo serico pretiosiori, auro, argentouè intexto inuolutæ recondantur, eo distincto serici colore, qui pro sanctæ matris ecclesiæ ritu, sanctis vel apostolis, vel martyribus, vel virginibus, vel confessoribus, quorum reliquiæ ibi reconduntur, conueniat.

Eæ in quocunq. loculi, armarij, vasculi uè genere reconditæ sint, singulæ, quarum nomina constant, inscriptionem in charta pergamenâ patenibus literulis expressam, earumq. vnicuique, vel potius serico in quo illæ singulæ inuolutæ sunt, affixam habeant: qua vniuscuiusq. sancti sanctæ uè reliquiæ quæ in ijs reconduntur, planè significantur.

Si quæ verò ex certis monumentis constat, quorum potissimum sanctorum sint, ita tamen inter se permixtæ apparent, vt diiudicari non queat, quæ præcipue propriæ huius aut illius Sancti sint; eæ in vno eodemq. loculo vasculouè recondantur: cui loculo vasculouè singulæ eorum omnium sanctorum nomina inscribantur, quorum reliquiæ in eo asseruantur. Idem de inscriptione vasculi loculi uè, in quo sacræ reliquiæ quæ in eo asseruantur, inscriptiones quidem habent, at ab illis seiunctas, varieq. ita permixtas, vt ijs ipsis adhibitis nulla distinctionis ratio iniri possit.

Rursus si quæ sunt, quarum nomina non constant; in loculo vno recondantur, inscriptione etiam hac adiuncta.

RELIQUIÆ SACRÆ, QVARVM NOMINA IGNORANTVR.

In armarij item vbi sacræ reliquiæ reconduntur pariete etiam adiuncto, sanctorum pictura religiose decoreq. exprimat, quorum insignio res præsertim reliquiæ in eo reconditæ asseruantur.

Fiant virgæ duæ è ligno eburneo, aut quod vocat, braxilio, aliouè genere decenti, ac tricubitales sint: quæ à summa parte lamina argentea, exiguifq. vncis binis constet; vnde fidelium corona præcariæ appendantur, ad sacras reliquijs, vel potius eorum vasa tangenda.

Quacunq. deniq. in ecclesia Sanctorum reliquiæ corporauè sunt, in ea loco conspicuo atque illustri, vt potè in columna cappellæ maioris à latere euangelij, aliouè insigni loco, tabula vel ænea vel marmorea literis grandiusculis incisa, firmiter parieti columnæ uè agglutinata collocetur: in qua res tota de reliquijs ibi reconditis breuiter summamq. narretur.

**I**AM verò de sacris imaginibus piè religioseque exprimendis, cum maxime ex decreto Tridentino, cõstitutionibusq. prouincialibus Episcopus cauere debet; tum etiam pictoribus & sculptoribus grauis pœna mulctauè proposita est, vt æijs exprimendis à præscriptis regulis discedant.

Sanctum præterea est de rectoribus ecclesiarum, si in suis ecclesijs imaginem effingi ponuè permiserint insolitam, & Tridentini decreti præscriptis rationibus repugnantem.

#### Quæ in imaginibus sacris cauenda; quæ rursus seruanda sunt.

**P**rimò igitur in ecclesia, aliouè loco, ne imago sacra exprimat, quæ falsum dogma contineat; quæq. periculosi erroris rudibus occasionem præbeat; quæ uè sacræ scripturæ, vel traditioni ecclesiæ repugnet: sed quæ veritati scripturarum, traditionum, ecclesiasticarum uè historiarum, matrisq. ecclesiæ consuetudini et vsui conueniat.

Præterea sacris imaginibus pingendis sculpendis uè, sicut nihil falsum, nihil incertum apocryphum uè, nihil superstitiosum, nihil insolitum adhiberi debet: ita quidquid profanum, turpe vel obscenum, inhonestū, procacitatem uè ostentans omnino caueatur: & quidquid item curiosum, quodq. non ad pietatem homines informet, aut quo fidelium mentes oculiq. offendi possint, profus vitetur item.

In illis autem, sicut sancti cuius imago exprimens est, similitudo quoad eius fieri potest referenda est; ita cautio sit, vt ne alterius hominis viuentis vel mortui effigies de industria re præsentetur.

Effigies præterea iumentorum, canum, piscium, aliorum uè brutorum animantium, in ecclesia aliouè sacro loco fieri non debent; nisi historiarum sacræ expressio ex matris ecclesiæ consuetudine aliter quandoq. fieri postulat.

#### De decore sacrarum imaginum.

**S**acrarum imaginum expressio tota, prototypi dignitati & sanctitati, aptè ac decorè, corporis habitu, statu, & ornatu respondeat.

#### De insignibus Sanctorum.

**Q**uæ præterea ob significationem rei sacræ imaginibus sanctorum appinguntur, eiusmodi apponantur, quæ ex ecclesiæ instituto aptè decoreq. conueniant; vt corona, quæ scuti rotundi instar, sanctorum capitibus apponitur; palma in manibus martyrum; mitra, & baculus pastoralis, quæ Episcopis dantur; & alia id generis: tumq. quod proprium est ac præ-

Sess. 25. in dec. de inuoc. sanct. prou. 1. de sacr. imag. pag. 4. pr. 4. tit. eodem. §. Quod de sacrosanct. p. 18

præcipuum in signe cuiusque sancti. In quibus omnibus diligentia adhibenda est, vt ex historia veritate, ecclesiæ vsu, & patrum præscripta ratione exprimantur. Videndumq. est, vt Christi Domini corona, à coronis sanctorum distinguatur, cræcis figura. Hocq. cauendum est item, vt eiusmodi corona nemini apponatur; nisi quos ecclesia canonizauit.

*De locis pictura sacra non conuenientibus.*

**N**ec verò sacra imago etiam in ecclesia humi exprimatur; neque locis item viginosis, quæ picturæ corruptionem ac deformitatem aliquo temporis spatio gignunt, effingatur; neque sub fenestris, vnde aliqua pluuiæ gutta stillare possit; neque eo loci, vbi clauis aliquando figendi sunt; neque rursus humi, sordidoq. lumentouè villo loco. Quo loco ne historia quidem sancti sanctæque exprimatur: nec verò vlla sacrorum mysteriorum figura; neque præterea vllus eorundem ty pus, significatione.

*De ritu benedictionis imaginum.*

**N**ec verò loci solum habenda ratio est, sed antiqui ecclesiasticiq. ritus: vt cum scilicet expressæ sunt sanctorum imagines, solemnibus benedictione statiq. precibus pontificali sacer dotaliue libro præscriptis consecrentur.

*De nominibus sanctorum aliquando inscribendis.*

**N**ec verò alienum illud est, vt in multitudine sacrarum imaginum quæ in ecclesijs exprimuntur, imaginibus minus notis nomina sanctorum subscribantur; quod & veteris consuetudinis est, & sanctus Paulinus illo versu ostendit.

*Martyribus mediam pia nomina signant.*

*De parergis & additamentis ornatus causa.*

**P**arerga, vtpotè quæ ornatus causa imaginibus pictores sculptoresue addere solent, ne profana sint, ne voluptaria, ne deliciosa, ne denique à sacra pictura abhorrentia; vt deformiter efficta capita humana, quæ *Mascharoni* vulgò nominant; non auiculæ, non mare, non prata virentia, non alia id generis, quæ ad oblationem delicosumq. prospectum atque ornatum effinguntur: nisi eiusmodi sint, quæ cū historia sacra quæ exprimitur, verè conueniant; aut tabulæ votorum, in quibus & capita, & alia vsupra ad eorum explicationem pinguntur. Ornamenta item, indumetaue alia, quæ factis imaginibus appinguntur, nihil ineptum, nihil

deniq. habeant, quod nihil parum e cum sanctitate conueniat.

*De tabulis votorum.*

**V**otorum item tabulæ, donaria, ex cera fusiles imagines, & eiusmodi aliæ, quæ ad memoriam vel recuperatæ valetudinis, vel periculi depulsi, vel beneficij diuinitus mirabiliterq. accepti in ecclesijs ex antiquo more insti tutoq. suspendi solent; cum sepe falsò, indecorè, turpiter, superstitioseq. effingantur, in ijs ipsis exprimendis cautio sit supra præscripta.

**DE LAMPADIBVS, LAMPADARIOUE. Cap. XVIII.**

**D**E lampadibus verò, & lampadario pensili, quo illæ appensæ in conspectu sanctissimi sacramenti, & sacrarum reliquiarum vel imaginum sustinentur, instructionis locus hic erit. Primò lampades, pro ecclesiarum ratione & dignitate, ex argento, aut aurichalco, prout est ecclesiasticæ consuetudinis, esse possunt: sicut etiã ex auro etiam confectas, in basilicis maioribus adhibitas esse animaduertimus, adiucto & collocato intus vasculo illo vitreo ad lychni vsu. At in locis alpinis frigore rigentibus, vbi in hyeme ob gelu vasa vitrea sepe cõfringuntur, vascula ætaria intus in lampadibus collocata adhiberi licebit.

*De forma lampadum.*

**L**ampadum forma, cum multiplex esse possit, prout temporum cursus tulit; nulla quidem improbatur, modò ecclesiæ consuetudini conueniat: at illæ tamen forma oblonga olim vsu frequentatæ, valde probantur; quæ scilicet à summa ima q. parte amplè patent, in medioq. angustè conflata, quasi nodo quodam concluduntur; & à summo labro tribus cathenulis eiusdem metalli appenduntur.

*De Lampadario, eiusq. forma.*

**L**ampadarium autem instrumentum, quo lampades pensiles certo numero sustinentur, in orbem ductum, & altè paululum exstructū instar turris multis delphinis ad lampadum sustentationem constans esse potest. Cuius generis lampadaria antiqua fuisse constat, quæ phara canthara nominantur. Idq. lampadarij genus in ecclesijs insignioribus adhiberi decens erit; præsertim ex aurichalco ornate confectum. Alterum lampadarium è paruula trabe benè firmata esse potest, totum artificiosè inauratum, & coronicibus decenter ornatum; delphinos etiã (vt veteris olim vsus fuit) ligneos in summa parte

parte ad ornati speciem habere poterit. id autè tanta longitudine sit, quantam lampadum numerus requirit, quæ ad luminis vsu adhibentur. Tertia lampadarij species adhibetur, quæ trianguli formam exhibet. Hæc q. in vsu esse potest, vbi tres lampades pensiles adhibentur.

*De numero lampadum.*

**L**ampadario in longitudinem ducto, tres vel quinque lampades in minoribus ecclesijs affigantur, in maioribus septem, vel tresdecim. Hæc q. ordine rectè collocatæ, dimidio ferè cubito inter se distent. Lampadario in orbem ducto, & instar turris columnæ erecto, plures lampades pro illius fabricæ ratione affigi possunt. At in omni lampadario cautio sit, vt lampades impares sint.

*De loco lampadarij.*

**O**mne verò lampadarium, ex vna etiam lampade constans, non à latere, sed è regione conspectuè altaris, aut sacrarum reliquiarum, aut sacræ imaginis, vsupra appensum, & ad præscriptum distans, rectè constituitur, ductorio funiculo adiuncto. Tam longè autem appensum ab altaris scabello distet; vt si fortè aliquando stillans est, non inquinetur olei stilla sacerdos aut clericus, dū initio missæ vterq. in imo scabelli gradu est: rursusq. à pavemento ecclesiæ in altum nõ minus septem cubitis ducatur, ampliùs verò pro ratione ecclesiæ. E lampadibus, cum vna solum quæ colluceat, accendenda est, illa in medio collocata tantum accendatur.

**DE BAPTISTERIO. Cap. XIX.**

**H**IS omnibus expositis, nunc locus est, vt ad baptisterij rationem formaq. commòstrandas transeamus. Baptisterium igitur cum sacrario in singulis cathedralibus, & item (vt in cõcilijs nostris prouincialibus præscriptum est) parochialibus, atque in alijs etiam quibusuis ecclesijs, vbi vel animarum cura geritur, vel facultate ab Episcopo ob causam data illud constitui concessum est, forma & modo infra præfinito pro vniuscuiusque ecclesiæ ratione amplitudineue exstruatur.

*De loco, & forma cappellæ Baptisterij.*

**P**rimò in vnaquaque ecclesia cathedrali, & archiepiscopali, præpositurali, aliouè nomine, quæ caput plebis sit, Baptisterij locus & forma hæc esse potest.

Locus à fronte ecclesiæ, prout situs fert, distans, ad meridiemq. vergens, architecti iudicio deligatur; quo in loco sancti Ioannis Baptistæ nomine facellum cappellauè, cuius vacuum sit triginta tribus circiter cubitis, exedificetur insigni structuræ opere, pro illius ecclesiæ ratione.

Forma exedificationis rotunda, aut octangula, aut sexangula, aliaue eiusmodi, quæ perfecti circuli fines non egrediatur, adhibenda est: illa verò accommodatior & decentior, quæ octanguli similitudinem exhibet.

Tectum ædificij huius fornicato concameratouè opere sit; ac pro modo formæ eminentiùs fastigiato, laminiq. plumbeis operto; tum in ipso summo fastigio è tholo constet, vnde lux ab omni parte excipiat.

Pauimentum è marmore lapideue solido, & opere tessellato, aut vbi id non potest, testaceo saltem fiat: à soloq. viæ publicæ extet altiùs gradibus tribus pluribusue; modò ne solo ecclesiæ altius sit.

Ianua ad occidentem versus spectet, paruo vestibulo ornata; formaq. vt supra in ostio ecclesiæ demonstrata.

Fenestræ plures pro ædificij modo, & architecti periti iudicio; singulæ autem forma eidem architecto probata pro ratione ædificij. Ædificij totius altitudo vsque ad summum fastigium ducta, latitudini respondeat pro operis ratione; idq. de consilio item architecti.

*De altari Cappellæ Baptisterij.*

**A**ltare vnum tantum in hoc sacello exedificandum est; cubitis duobus à pariete ad orientem versus exstructo distans; si modò amplitudo sacelli tantum spatii ferat: forma autem reliquorum altarium, & modo præfinito fiat, muniatur, sepiatur, instruatur, atque ornatur.

Super quo item altari in pariete expressa sit sacra historia Sancti Ioannis Baptistæ: Christum Dominum baptizantis.

Si verò ne altare quidem præfinita amplitudine & ratione exstrui villo modo potest; illius saltem loco sit icona, aut pictura sacra in pariete expressa sancti Ioannis item Baptistæ.

*De loco Baptisterij, vbi separatim ab ecclesia exstrui non potest.*

**V**bi præterea facellum Sancti Ioannis Baptistæ ab ecclesia separatum non est, neque item præfinito exedificari potest; tunc in sacello ecclesiæ Baptisterium forma infra suo loco demonstrata fieri poterit concessu Episcopi.



De distinctione Baptisterij more Romano  
& Ambrosiano.

**S**equitur, ut Baptisterij formam demonstramus: quā ita distinximus, prout baptismi ministrandi nunc vsus est.

More Romano baptisterium illud diximus, illam scilicet baptisterij formam accommodatā ad baptizandum aquae effusione; cum in ecclesijs ferē omnibus ritu Romano vterentibus, ita baptizari moris & consuetudinis frequentioris hodie sit.

Alteram porrò formā exstructam ad vsum baptizandi immersione, appellauimus baptisterium Ambrosiano more; ut pote cum hic immersionis vsus in ecclesijs ritus ambrosiani feruetur ac retineatur.

## De situ &amp; forma baptisterij more Romano.

**S**itus Baptisterij in media cappella esse debet; isq. cum latē patens cubitos vndecim; tum ita profundus, ut à cappellae pavimento descendatur tribus saltem gradibus; hocq. descensu & aliquantula profunditate, aliquam sepulcri similitudinem exhibeat.

In imo autem graduum descensu spatium vacuum sit, quod per diametrum amplē pateat cubitos septem & uncias sexdecim.

In eo spatio medio vas baptisterij in quod aqua defluet, ponatur: cuius latitudo vacua per mediam rectam lineam sit cubitis tribus; altitudo duobus.

Forma autem sit, vel rotunda, vel octangula, vel alia, quae cum forma cappellae conueniat.

Cōficiatur verò ex vno si potest lapide solido marmoreo, vel alterius generis; aut è duabus pluribusue laminis marmoreis lapideisue, crassitudine vnciarum octo.

Eaq. laminae solidae, nec spongiosae sint; recte, atque apta commissura inter se compactae, ac firmiter conglutinae; intrinsecus praeterea opere leuigato expolita; extrinsecus decenter ornatus specie pie exculptae.

Huius vasis fundus sternatur ac solidetur, si ex vno tantum lapide non constat, scilicet crustis marmoreis siliceisue, apte vsupra inter se connexis, bitumineq. bene firmatis.

Vndiq. item diuexus, ac paululo accliuor sit, exiguos aliquot canaliculos habens: quibus ad foramen medio situ sub basi columellae suffissum aqua deriuetur.

Sub fundo praeterea huius vasis cisterna paruula pro sacrario loco subterraneo effodiatur: in quam aqua ex infantis qui baptizatur capite dilapsa confluat.

In eiusdem fundi lociue medio columella marmorea figatur erigaturue, supposita eius scapo basi triangula, aut quadrangula, sexangulaue, aut alia quae videbitur forma: eaq. politē & ornato opere decenter elaborata.

In columellae huius summa parte, vas ipsum baptismale (in quo per totum annum baptismalis aqua seruabitur) apte decenterq. collocetur.

Quod vas forma rotunda, vel octangula sit, aliaue eiusmodi, quae respondeat formae cappellae, vasisq. inferioris: latē autem pateat cubitos duos, profundē autē vncias circiter duodecim, aut paulò amplius, pro vrbs locorumue amplitudine, proq. ecclesiarum ratione.

Hoc vas altius collocatū illo inferiori esse poterit vncias circiter sexdecim; altitudine scilicet ab inferioris summo labro, ad huius quod superius est vasis labri summitatem perpendicularo ducta.

## De cochleari argenteo.

**C**ochleare argenteum, ad aquam infantis qui baptizatur capiti infundendam adhibeatur: idq. è superiori vase manubrio à summa parte paululum adunco appendatur.

Eiusmodi sit, ut ab illius ore è parte sinistra labrum paulò contractius instar paruuli canalisis existat; vnde in infantis caput aqua tenuiter effundatur.

## De situ &amp; forma Baptisterij more Ambrosiano.

**A**tque haec quidem de forma & situ baptisterij more Romano: nunc sequitur situs & forma more Ambrosiano.

Primò situs baptisterij in media cappella, atq. eiusmodi, ut gradibus eò cum descendatur, ad instar sepulcri sit; quemadmodum supra in forma baptisterij Romani demonstratum est.

Vasis autem baptismalis forma, quam ex antiquis baptisteriorum vestigijs peruectem esse animaduertimus, haec ipsis baptisterijs exstructis praefinita, in eiusmodi ecclesijs cathedralibus, plebanis, preposituralibus, archipresbyteralibusue adhibenda erit.

Vas è marmore lapideue solido non spongioso fiat: quòd si ex vno tantum integro lapide marmoreo fieri potest, ad baptismalis fontis instar sepulcri exstruendi vsum accommodatius erit; si minus ex vno solo, è duobus; ac si ne ex his quidem, è pluribus lapidibus quadratis apte inter se compactis, bitumineq. firmiter consolidatis exstrui potest.

Qui lapides crassitudine vnciarum octo ab inferiori parte leuigato opere expolito; ab exteriori decenter pia sculptura elaborati esse debent.

Forma, ut illud superius more Romano, octangula, aut rotunda, aut alia cum aedificij ratione conuenienti.

Altitudine ab ima ad summam partem ducta esse debebit cubitorum duorum.

Latitudine per vacuum ducta tricubitali.

Foramine ab ima parte, quae ad orientem versus statuatur, triunciali sit: vnde, cum aqua baptis-

## De mensa.

baptismalis renouatur, vetus in sacrariū, quod subtus, ut infra demonstratur, instar paruulae cisternae exstruetur, defluat.

Id verò foramen ligno querno, vel fraxineo, eoque arido, stuppae inuolucris obducto, aut alia firmiori ratione bene obstruatur.

Fundo solidò integroq. constet, si ex vno tantum lapide factum est: si verò è pluribus; fundum habeat, accurato diligentiq. testaceo opere confectum, & solidè ita pavementatum, ut ne rimula quidem sit, vnde aqua sensim effluere villo modo possit.

Eiusmodi praeterea fundus sit, ut totus accliuiter pendeat ad foramen versus.

In umbilico cappellae situsue praefinito, eiusmodi vas firmiter communitū statuatur ut supra.

Cisternula, in quam aqua baptismalis cum renouatur, effluet, à parte orientali pro sacrario suffodiatur, in plano quod circum baptisterij vas est.

Quae cisternula propè baptismali vasi adhaerens, ex ostiolo vndiq. cubitali constet; hocq. valuulis, sera, ac pessulo firmiter muniatur; tantumq. pateat, cum per illud aperto vasis foramine aquam effundi opus est.

## Communia Baptisterij Romani &amp; Ambrosiani.

**H**uius baptisterij Ambrosiani & Romani, quod ad exstructionem attinet, haec communia esse possunt: operimentum seu ciborium, situs spatium, sepimentum, ornatus, tectum, & conopœum, ut mox infra vniuscuiusq. forma demonstratur.

## De ciborio.

**O**perimentum igitur, quod ciborium dicunt, & vtriusq. baptisterij vsui accommodatū esse potest, è marmore lapideue solido in ecclesijs insignioribus fiat: & columellis pilastrisq. angustioribus, ut in intercolumniis latis como di spatii detur, altitudine duorum cubitorum suffultum, firma structura nitatur.

Quae columellae pilastratue, vbi ritu Romano baptisterium est, vasis inferioris labro summo fixae collocentur; vbi Ambrosiano, in vasis ipsius baptismalis labro consolidatae harent. In earum columellarum summitate, Epistylia & Zophori ornatus decens, coronisq. de architecti consilio adhibeatur; tum totum opus operimenti contegatur tecto marmoreo, forma orbiculari, aut pyramidali: in cuius summa parte statua collocetur Sancti Ioannis Baptistae Christum Dominum baptizantis. Spatia autem illa inter pilastras interiecta, valuulis aeneis aliqua pia historia conflata ita occludantur; ut cum vsu venerit, amoueri queant.

**V**asi baptisterii, siue Romano siue Ambrosiano more forma supra praescripta exstructi, & caeteris item alia forma infra demonstratis, ad baptismalis aquae asseruandae mundiciem, mensa è duabus tabulis nucis constans, fibulisq. ferreis media inter se iuncta, & inter ciborium vasisq. ipsum collocata adhibeatur: quae eiusdem vasis ostium pro illius vasis forma & modo planè tegatur, & claudatur. Quae mensa, vbi ritu Ambrosiano mergendo baptizatur, in baptisterijs solum amplioribus locum habeat; ne infantis immersio impediatur: in omnibus autem, vbi ritu Romano baptismus infusione ministratur, esse potest.

## De situ vtriusque Baptisterij.

**S**itus verò vtriusq. baptisterii forma eadem sit, qua vas baptismale, & cappella. Huius situs planum solidetur tessellato opere marmoreo: cingatur columnario opere à summo gradu.

## De columnario.

**F**orma columnarii sit, pro baptisterii aedificationis modo.

Constet columnis octo, ordine singulis; aut sexdecim, ordine binis: si sexangula forma, ex columnis sex, aut duodecim, pro forma ratione. Ornetur, & cingatur à summa parte zophoro & coronicibus de architecti consilio.

Operiatur tecto laqueato, aut fornice, aut opere concamerato arundinibus firmiter contexto, tectorisq. incrustatione, & albarii operis celati inauratisq. specie exornato.

Interseptum sit etiam hoc columnarium clathrato opere ab vna ad alteram columnam ducto: atque ita omnino, ut de clathratis ferreis cappellarum supra praescriptum est.

## De conopœo.

**C**onopœum ad ciborium totum contegendū adhibeatur: idq. è serico aut subserico coloris albi sit; qui color mysterii huius sacramenti rationibus respondet: non tamen è tela decenti eiusdem coloris vetatur.

## De armario sacri chrismatis &amp;c.

**A**rmarium autem, in quo sacri chrismatis & olei catechumenorum vasculum, liber ritualis sacramentorum, mantilia, & reliqua ad baptismi ministracionem necessaria reponuntur, ad baptisterii Romano Ambrosianouè more exstructi vsum, in ipsa cappella ab aliquo latere in pariete, aut parieti adhaerens, de consilio architecti fieri poterit; valuis, sera, & pessulo bene clausum, marmoreoq. opere

sculpturae pijs imaginibus elaborata ornatum: intrinsecus autem partitum ac decenter distinctum, pro ratione & usu rerum quae ibi asseruandae sunt; tum verò tabulis populæ circumamictum, aut alijs eiusmodi, vt ab humilitate, quæ ex muro aut marmore existit, omnino defendatur.

Panno autem serico albi coloris vndique circumuestitum sit.

*De baptisterio angustiori.*

**V**bi verò præ situs angustia, aut præ tenuitate facultatum, Sancti Ioannis Baptistæ sacellum, & baptisterium ita amplum atque altum extrui non potest; eadem tamen vtriusque seruata forma angustius fiat: ita vt baptisterium, remoto columnario opere, clathris solum ferreis, gradui (quem vnum tantum in descensu habeat) affixis cingatur: & tecto sacelli solo operiatur; cum alterum proprium præ ædificij humilitate habere non queat.

Facultas præterea operimenti, ciborijue, etiam cum armario coniuncti, ex ligno forma vt infra demonstrata construendi erit, vbi marmoreum illud fieri non poterit.

*De altera sacelli situsue forma, ad vtriusque baptisterij & Romani & Ambrosiani usum.*

**I**n omni ecclesia parochiali, aliaue inferiori, vbi fontem baptismalem constitui concessum sit, intus ad ostium maius, & à latere vbi euangelium legitur, sacellum cappellauè extruatur; quæ instar aliarum cappellarum lateralium sit, quæ pro altaribus exædificantur.

De illius pauimento, limine, longitudine, latitudine, altitudine, toto deniq. spatio, fornice, clathris ferreis, alijsue, & cæteris, seruentur quæcunq. in alijs cappellis quæ cum altaribus sunt, præscribuntur.

Quibus verò in ecclesijs præ situs angustia extrui non potest, quæ tantæ magnitudinis sit, quantam præfinitimus; ea tamen omnino exædificetur, quæ situs sui spatio baptisterij saltem opus totum supra demonstratum capiat; tum præterea aliquantulum loci sit sacerdoti baptismum ministranti, & compatribus.

Si verò ab euangelij parte ad præscriptum cappella hæc extrui nullo modo potest; ab altera parte, vbi præfinita forma, & commodius possit, ea exædificetur arbitrio Episcopi, vt infra exponitur.

Vbi autem per loci angustias, nec ab altera parte, neque hac exigua quidem magnitudine fieri cappella potest; tunc ab euangelij latere ad ostium paries aliquantulum ita concuuetur, vt foris etiam ad hemicycli formam promineat; in qua concuuitate baptisterium totum aut pars aptè cohæreat; & clathris ferreis à tribus partibus sepiatur.

Vbi præterea neque hac forma extrui potest; ab eo ipso latere propè parietem illud collocetur; ea tamen adhibita ratione, vt ne vel impediri vel occupari à situ ianue possit, quæ ab eo latere fiet: & clathris item vt supra muniat: ita tamen vt inter hæc & ipsum baptisterij opus spatij tantum intersit, quantus est cubitus, aut paulò amplius pro situs ratione.

Illa autem cautio, ne baptisterij situ, ianua quæ à latere maioris ostij est, impediatur, adhibenda est etiam accuratè in omni infra demonstrata baptisterij forma.

Verum quò maximè, si potest, caueatur, ne baptisterium parieti proximum adhæreat; cum ecclesia nullis etiam nauibus constans, ampla tamen est; tunc ad illius ostium ab eodem euangelij latere, situs, qui ab vno & altero pariete cubitis duobus vel pluribus pro spatij modo, seruata illa vt mox supra ratione æquè distet, clathris ferreis, forma quadrata aut octangula, vel eiusmodi præfinitur.

In cuius situs medio baptisterium cuiusmodi forma sit ita collocetur; vt ab omni clathrorum sepimento cubiti vnus & dimidij saltem si potest, spatio absit.

Si verò nauibus & intercolumnijs non valde inter se distantibus ecclesia extructa est; intrà illius tantum intercolumnij ecclesiæ ostio maiori proximi fines, ab eo ipso euangelij latere, aut in eo spatio, quod intercolumnio & ianua maiori continetur, baptisterium præscripto spatio clathris ferreis concludatur; atque ita, vt is situs conclusus, formam quadratam, aut octangulam, aliamue, quæ pro loci ratione commodior decentiorq. videatur, exhibeat.

Quæcunq. verò de forma clathrorum, & altitudine, loco de cappellis supra dicta sunt, eadem in clathris pro baptisterio seruanda erunt.

Baptisterium quocunq. situ vel forma in ecclesia constructum, si Episcopi iudicio præ tenuitate facultatum cancellis ferreis sepi non potest, nec marmoreis item; ligneis saltem muniat, vt de cappellis præscriptum est.

*De loco baptisterij à dextro latere.*

**V**bi Episcopi iudicio, à dextro potius quam à sinistro ecclesiæ latere commodius præscripta ratione baptisterium constitui queat; ab eo eiusdem facultate data ponetur, seruata in cæteris proximè præscripta ratione.

Baptisterij cappella, seu hemicyclus, seu paries, proxima pictura sancti Ioannis Baptistæ ornatur Christum Dominum baptizantis.

In eiusmodi cappella, aut loco situue, baptisterium, ad quod vno pluribusue gradibus descensus fiat, & forma in cæteris etiam superius demonstrata, ecclesiæq. vel Romanæ vel Ambrosianæ vsui accommodata extruatur, si pro facultatis ratione potest: si minus, forma sequens formanda est more Romano.

Forma

*Forma secunda Baptisterij more Romano.*

**V**as rotundum, aut alia decenti forma quæ vnde debetur, è marmore aliove solido lapide, per diametrum latè cubitis duobus & dimidio patens fiat; profundum vncijs octo, aut decem ad summum; & in fundo sensim concuum, cum suis vt supra, canaliculis.

In base columnarè collocabitur; à pauimento autem vsque ad labrum vasis non altius cubitis duobus.

In eius medio foramen digito circiter patens sit: quod per columellam basemq. vsque ad paruulam cisternam effusæ aquæ baptismalis excipiendæ causa suffollam penetret.

*De altero vase.*

**P**ræterea in eiusdem vasis medio, alterū etiā vas marmoreum itidem forma simili, at amplitudine minori; ita vt per diametrum cubito vno & vncijs octo cum ipsius vasis crassitudine latè patens statuatur.

Idq. vas sustentetur aliquo marmoreo lapideoue fulcimento, quod in vase inferiori nitatur. Hocq. ipso in vase minori baptismalis aqua asseruetur.

*Forma secunda baptisterij more Ambrosiano.*

**F**orma autem baptisterij Ambrosiani secunda hæc erit.

Vas modo ac forma vt mox supra more Romano præfinita fiat: at in medio non perforatū, sed profundius excauatum: nec verò superiori vase, vt illud, constet.

Sin autem vas ipsum non ex solido lapide factum sit, ita vt aqua sensim disperdatur; in eo inferatur aliud vas stamneum æreumue stannatum, donec aliud lapideum solidum, nec rimosum spongiosumue paretur.

*De sacratio.*

**S**acrarium autem ad baptisterij huius more Ambrosiano extructi vsus, fieri potest uno aut altero modo infra demonstrato de sacrationis; ita tamen, vt & baptisterium & sacrarium intrà vnus septi fines concludantur.

*Communia vtrique secunda baptisterij formæ.*

**P**auimentum autem baptisterij (cuiusmodi forma, siue Romano siue Ambrosiano vsu demonstrata sit) etiam in ecclesia ita profundè sternatur, vt si minus tribus gradibus, vno saltem ad baptismum descendatur; quamuis baptisterij vas columella suffulturn emineat. Baptisterio, quod extra cappellam hemicycliue concuuitatem, totum, vel ex parte positum est, siue parieti inhæreat, siue ab eo distet, fiat tegu-

mentum, aut opere fornicato, quod duabus pluribusue columnis ab ipso pariete paululè extatib. suffulciatur; aut struatur tabulis scætilibus, ijsq. pictura piè ornatis; aut è tela picta fiat. Quod è ligno, aut è tela integumentum, cathenis ferreis è tecto pendentibus, aut alia firma structura sustineatur.

*De ciborio, & armario.*

**C**iborium verò & armarium vtriusque commune, eiusmodi fiet.

Pyramidis forma illud extruetur, ex tabulis scætilibus nucis politè elaboratis, & vbi potest, pictis etiam, atque decorè inauratis.

Quæ tabulæ inter se aptè commissæ & compactæ, omni coassatione cohæreant: earumq. commissuræ paruulis tenuibusq. asculis coronibusue rectè annexis ita contegi debent, vt nec puluis, neque vllæ aliæ sordes in baptisterium penetrent.

In ciborium labro vasis inferioris baptisterij, si Romani moris est; si Ambrosiani, summitate labri ipsius vasis baptismalis nitatur atque suffulciatur.

A cuius ciborij parte superiori, armarium paruulum asseruandis sacris oleis, alijsq. rebus ad baptismi ministrationem necessarijs accommodatum, extrui debet: quod à summo vase distet vncijs circiter octo, intrinsecus autè tela serica coloris albi benè circumuestiatur.

*De ciborij altera forma.*

**C**iborij præterea forma altera esse potest: quæ è ligno etiam vt altera confecta, columellis & pilastratis ligneis suffulta, eodem modo fiat, quo supra demonstrata est forma ciborij marmorei.

*De valuis ciborij.*

**C**iborij valua, quacunq. forma illud sit, anterioriorem parietem ecclesiæ spectare debent; vt & baptizantis sacerdotis facies, & infantis qui baptizatur caput, ad orientem versus respiciat.

Nec verò intrinsecus sed extrinsecus illæ aperiantur: & amplæ præterea sint, vt iis apertis totius baptisterij dimidia pars pateat. Clauæ autem, sera, pessuloq. firmissimè claudantur.

*De baptisterij forma tertia ex vsu Romano tantum.*

**A**lia tertia sequitur baptisterij forma, quæ vsui Romano tantum accommodata, permitti poterit, vbi Episcopus præ magna inopia necessariò illam concedendam censuerit. Lapis marmoreus solidus opere sculptili eiusmodi appareatur; qui forma ouata sit, ac longè

Ccc 3 cubitos

cubitos duos & uncias octo pateat; latè cubitum vnum & uncias duodecim.

In quo lapide vasa duo, eaq. vnciarum trium interuallo inter se disiuncta scalpro politè concaveantur; quæ & forma rotunda sint, & eadè altitudine, amplitudineq. item.

Tum columella etià ad formæ præscriptæ modum sub ovato lapide statuetur.

E duobus his vasibus vnum erit ad altare maius vergens, in quo aqua baptismalis asseruabitur; alterum in quo dum baptizatur, aqua eadem effundetur, idq. spectans ad parietem altari maiori appositum.

Ideoq. in huius fundo paruulus canalis fiat, per quem ad foramen, quod à latere in vna parte fodietur, aqua ducatur; indeq. per columellam intus vacuum penetrans, ad subterraneam paruulam cisternam defluat.

Hoc item baptisterium operimento ciboriouè ligneo ex præscripta supra forma contegatur: armariolo itè vt supra exstructo, & conopæo item adhibito.

Hæc de baptisterio; sequitur de sacrario breuis instructio.

De sacrario. Cap. XX.

**S**ACRARIUM igitur, præter illud quod cū baptisterio iunctum est, alterum etiam quod alijs vñibus in ecclesia esse debet, in omni cathedrali, præpositurali, archiepiscopicali, parochiali, & alia quavis ecclesia in qua Missa aliquando celebratur, exstruatur, ad vnius vel alterius formæ quæ sequitur præscriptæ modū. Idq. in cappella maiori si commodè potest, neque vllum impedimentum præbet; vel alio ecclesiæ loco, qui sacrariæ propior sit, eiusq. vñi accommodatior, à populi autem conspectu remotior; vel in ipsa potius sacraria, si hæc ampla sit, ac præsertim si ecclesia frequentior, eiusq. clerus multus.

Sacrarij prima forma.

**S**acrarij prima forma hæc sit: vt vas scilicet è marmore lapideuè solido fiat, instarq. fontis baptismalis concaveatur: longè patens sit cubitum vnum, latè uncias sexdecim: forma rotunda, vel ovata, vel quadrata, aliaue quæ minus situm impediatur.

In medio fundo concavo foramen habeat forma quadrata, quod largè ab omni parte pateat uncias circiter quinque.

Suffulciatur columella quadrata, aliaue pro ratione vasis, supposita paruula basi: ita vt ab ecclesiæ pavimento vsque ad summum eius labrum, altè exstructum sit cubitis duobus.

Habeat sub foramine paruulū tubulum aqueductum uè in, media columella effossum scalprum uè: qui quadrata etiam forma, amplitè itidem pateat uncias quinq.; vt per eum aquæ, cineres, aliaq. id generis quæ effundentur aut

proijcientur, deorsum effluant. Infra hunc tubulum aqueductum uè cisterna suffodiatur, in quam quæcunq. effusa proiecta uè erunt, recipiantur.

Id sacrarium integumento operiatur, quod ex tabulis nucis sit; atque eiufmodi, vt à parte superiori sensim leni accliuitate quasi pyramidis instar emineat.

Claudatur autem firmissimè pessulo, fera, & clauè.

Sacrarij forma secunda.

**A**ltera præterea sacrarij forma hæc erit. Fenestella in pariete vncijs viginti vel cubito, prout illius crassitudo est, concava exstruatur; quæ cubito etiam vno ac paulò ampliùs latè pateat; alta verò sit cubito item vno & dimidio.

Ab ecclesiæ pavimento in altitudinem exstruatur cubitis circiter duobus.

Cuius fenestellæ solum è solido lapide, eoq. concavo sit, in quo foramen insit vt supra.

Forma amplè quadrata: tum aqueductus, & subtrus item suffossa cisternula: valuulis suis, fera, & clauè occludatur.

De vase aquæ sanctæ. Cap. XXI.

**H**ACTENVS de sacrario; nunc de aquæ sanctæ labro vaseuè: quod è marmore lapideuè solido, non spongiolo, ac sine rimis sit; columellæq. scapo decenter elaborato suffulciatur.

Collocetur non foris, sed intus in ecclesia; ita vt è conspectu ingredientium sit, à latere dextro vbi potest.

Alterumq. collocetur quæ ingrediuntur viri, alterum quæ mulieres.

Parietis non inhærens, sed ab eo distans pro situs spatio: columella vt supra, aut pila, baseuè sustentetur; in qua nihil profanum appareat. Aspergillum decens habeat, è labro cathenula appentum.

Quod vel ex aurichalco, vel ex ebore, vel è ferro politè tamen elaborato, vel ex alio genere quod conueniat, conficiatur: à summa parte non è spongia constet, sed è setis.

E spongia autem esse potest: si in pilula ex argento, aurichalco, aut stamno vndiq. perforata illa includatur, præfixis extrinsecus setis.

DE AMBONIBVS, ET SVGGESTV. Cap. XXII.

**H**ABENDA est quoque in ecclesijs insignioribus, ac præsertim in basilicis cathedralibus, ratio ambonum: quos & magnos, & ornatè confectos, & tabulis marmoreis ornatos extitisse, in basilicis Romanis perspicere licet, & alibi etiam, æneis cœlato sacrarum imaginum opere expressis.

De

De duobus ambonibus.

DE CONFSSIONALI.

Cap. XXIII.

**I**tem duo pro ecclesiarum magnitudine constitui possunt; vnus altius exstructus, de quo euāgelium; alter de quo epistola lectio uè sacræ scripturæ in maioribus solemnitatibus pronūciatur. Hicq. paulò depressior sit, quàm ille vnde euāgelium legitur.

De vno ambone.

**V**nus etiam tantum Ambo, vt in multis ecclesijs cernitur, esse potest; qui & euāgelij & epistolæ simul lectioni vsui sit: ita tamen, vt in eo locus vnde euāgelium recitatur, aliquantò eminentior sit; pars verò vnde epistola, aliquo gradu inferior sit.

Infima item pars sub ambone, vel alius locus inferior detur, vbi cantoribus clericis uè sparium sit, vnde in solemnitatibus certisq. diebus de antiquo ecclesiæ more stant cantica præsertim inter epistolam & euāgelium canant. In Ambone, vbi potest, constituantur duo graduum ordines; vnus quo sit ascensus ad orientem versus, alter occidentem spectans, quo fiat descensus.

De situ Ambonum.

**S**I vnus tantum Ambo in ecclesia constitutus sit, is à latere euāgelij statuatur.

Si duo; vnus, vnde scilicet epistola legitur, à latere epistolæ; alter verò qui est euāgelij, ab euāgelij latere constituatur; ita vt diaconus inde euāgelium legens, ad meridionalè ecclesiæ partem vertatur, ad quam viri conueniant. Atque ij quidem è marmore lapideuè alio confici debent, & ornari præterea aliquo piæ sculpturæ opere.

Aut è latericio lapide exædificari possunt, exornari tamen eos decet laminis marmoreis lapideis uè ornatè elaboratis, aut æneis ijsq. inauratis, quales hodie etiam visuntur.

De suggestu.

**I**N vnaquaque autem ecclesia parochiali vbi Ambo constitui non possit, vnde & euāgelium pronuciari, & sacra concio haberi possit; suggestus omnino ex tabulis scilicet ijsq. firmioribus, decenti opere & forma ab eodem euāgelij latere exstruatur; vnde & euāgelij lectio, & concio sacra haberi queat. Illud denique caueatur, vt cum ambones, tū suggestus, in gremio ecclesiæ, loco conspicuo, vnde vel concionator, vel lector ab omnibus & conspicui, & audiri possit, aptè collocati, ab altari maiori (vt pro ecclesiæ ratione fieri decorè potest) non longè admodum sint; quò sacerdoti, vt decretum est, intrà Missarum solemniam concionanti comodiori vsui esse queat.

**D**EMONSTRATA Ambonis, ac suggesti item forma, vnde sacra uel lectio vel concio habetur, restat aliqua etiam instructio operis lignei, ad pœnitentium confessiones audiendas rectè decenterq. accommodari, quod confessionale appellamus.

De Confessionalium numero.

**P**rimò igitur in ecclesia cathedrali confessionalia totidem construuntur, quot pro iubilè indulgentiarum uè celebritate, aut solemnitate ratione, sacerdotes confessarios constitui adhiberi uè, opportunum necessarium uè videbitur.

In singulis item ecclesijs collegiatis secularibus regularibus uè, totidem etiam, quot sanè requiruntur pro confessariorum sacerdotum ratione, qui in frequentiori populi concursu esse adhiberi uè ibi plerunq. solent.

In vnaquaque præterea parochiali ecclesia statuatur confessionalia duo; vt viri (quod sæpè non sine irreuerentia loci, sacræq. illius actionis, & offensione piorum cernitur) cū mulieribus ne confusè permixti, ne uè etiam dense inter se compressi sint, cū ad sacram confessionem frequens concursus est: sed ita distincti, vt hi in vno, illæ in altero consistantur;

quemadmodum in plerisque huius prouinciæ ecclesijs certus ijs ipsis & distinctus est locus: tum præterea vbi illud non ex prouinciali decreto distingui iussum est, vt vnum parochiano, alterum confessario alij sacerdoti vsui sit, si quem ab Episcopo probatum ille aliquando eiusdem concessu in frequenti consentantium multitudine adhibere necesse habeat.

In qua verò parochiali ecclesia plures parochi portionarij, alij uè sacerdotes etiam coadiutores sunt, qui confessionis audiendæ munus exercent; totidem item confessionalia fieri debent, quot sanè illi sunt.

Quod verò de duobus confessionalibus in vna quaque parochiali ecclesia statuendis supra animaduertitum est; id etiam præstandum erit in singulis ecclesijs, quæ licet parochiales non sint, tamen ijs ipsis aut parochiali quouis iure subiectæ, aut annexæ, aut adiunctæ, aut intrà earū fines constitutæ sunt; aut eiufmodi sunt, in quibus aut sacerdos quispiam residere, qui idem confessarij munus obbeat; aut parochus quouis iure vel quouis causa debeat, soleat uè. In ecclesijs item non parochialibus, vbi doctrinæ christianæ scholæ exercentur, confessionale adhibeatur vnum saltem; vel duo item, si vtriusque sexus schola christiana ibi exercentur; vel demum plura etiam, vbi plures confessarios sacerdotes tempore scholæ christianæ adhibentur ex decreto prouinciali.

For-



**F**orma, ad cuius præscriptum confessionale extruendum erit, hæc est; qua seruata, licebit aliqua præterea ornamenta adhibere, vt potè in anteriori parte coronices elaboratas, aliud uè ornatu genus decens.

Primo ex tabulis scilicet, vel nuceis, vel certe alterius cuiusvis generis totum sit; septum scilicet ijs & à latere vtroque, & à tergo, & à parte superiori eiusdem intectum; à parte anteriori apertum omnino, neque villo modo occludatur.

Habeat tamen, præsertim in frequentioribus ecclesijs, ostium ex crate cancellisue ligneis inter se vnciarum circiter quatuor spatio distantibus cum sera clauis, vt cum confessarius in eo non est, ne ibi cum irreuerentia ministerij quod ibi agitur, laici vagi, & sordidi homines sedeant, otioseue dormitent.

#### De basi.

**B**asis huius confessionalis, vbi sacerdotis confessorij & penitentis pedes innixi hærent, ab ecclesiæ pavimento alta extet vncijs ad summum octo; latè cubitis duobus; longè cubitis circiter quatuor pateat.

#### De sede confessorij.

**S**edes confessorij in eo sit: quæ à basi alta sit cubito & vncijs circiter tribus; lata à dextera ad sinistram partè cubito item & dimidio; à fronte ad tergum, vno tantum cubito.

#### De confessionalis altitudine.

**T**otius huius confessionalis structuræ altitudo à basi vsque ad summum ducta, cubitis quatuor constet.

#### De assula in qua confessorius nitatur.

**I**n parte interiori tabulæ intermediæ inter confessorium & penitentem assula item collocetur; in qua ipse confessorius brachio nixus hætere possit: eaq. instar repaguli sit, ita vt & deprimi, & rursus pro libito extolli queat.

#### De scabello penitentis.

**A** parte exteriori penitentis scabellum ab ima parte latum vncijs quattuordecim, basi innixum, & tabulæ intermediæ hærens, accliuiterq. ab imo ad summum ascendens, altum à basi extet cubito & vncijs viginti. Cuius summitatis tabella leniter accliuiter sit: in qua penitens manibus supplicibus niti possit, dum in confessione genibus flexis est; eademq. lata vncijs duodecim; longa cubito vno & dimidio.

**I**n ima parte habeat hoc scabellum gradū annexū, super quo penitens genua flectat: quod supra basim emineat vncias octo, latè pateat vncias sexdecim, ea longitudine qua scabellū.

#### De fenestella intermedia.

**F**enestella, in medio tabulæ, quæ inter confessorium & penitentem interiecta est, fiat: cuius pars ima emineat supra sedē confessorij cubitum & vncias octo; quæ vncijs sexdecim alta, duodecim verò lata sit.

Hæc verò fenestella diuisa sit in spatia paria tria, relictis in ipsa duabus columellis, seu paruis fulcimentis eiusdem tabulæ.

Cui fenestellæ à parte penitentis affigatur lamina ferrea plena foraminum: quæ singula instar cicercis minuta paruaq. sint.

Fenestellæ præterea à parte confessorij configatur tela tenuis saia, aut multitia, quem burtum dicunt.

#### De imagine crucifixi.

**A** parte penitentis quæ exterior est, loco supra fenestellam, crucifixi imago in charta religiosè expressa apponatur.

#### De ijs quæ affigenda sunt certis confessionalis tabulis.

**T**abulæ inter confessorium & penitentem interiectæ, affigatur ab illius anteriori parte alia tabula, quæ tranuersè pateat cubitū vnū: ita vt pars paulò maior ad penitentem versus; altera ad confessorium versus spectet.

In huius tabulæ parte quæ ad confessorium spectat, intus fixa collocet, & imago aliqua Christi Domini, aut beatæ Mariæ virginis, & sub ea tū oratio illa præparatoria impressa ad vsū confessoriorum Sacerdotum, cum ad penitentium confessionem audiendam accedunt, tum forma absolutionis.

Alteri etiam tabulæ, quæ à confessorij altero latere est, neque fenestellam habet, intus affixæ sint literæ processus in cœna Dñi, prout quotā nis à Sanctis. D. Nostro promulgatæ erunt. In alia tabula quæ à tergo est, canonum penitentialium tabella collocetur.

Tabulæ supra fenestellam, à parte scilicet confessorij, apponatur tabella casuum, quorū absolutionem sibi Episcopus reseruat: quique alio quouis iure, vel eidem, vel summo Romano Pontifici reseruat sunt.

#### De capsulis elemosinarijs in confessionalis non struendis.

**N**EC in eo confessionalis capsulæ loculiue vli omnino colligendæ elemosinæ causæ struantur.

struantur quouis prætextu, aut eidem propè affigantur.

#### Confessionalia quo loco ecclesiæ constituenda.

**A** latere ecclesiæ extra cappellæ maioris ambitum loco aperto patentiq. confessionalia constituantur: partim à meridionali regione, partim à septentrionali.

In alijs etiam ecclesiæ locis, pro ratione amplitudinis & situs ecclesiæ, Episcopi concessu aliquando collocare licebit, vt in cappellis quibusdam amplè patentibus, aut in earum aditu vel limine: ita vt confessorius intrā clathri septa, penitens verò extra sit: quò fiat, vt clathris cappellæ arceantur, qui inordinate cōcurrētes ad sacram confessionem, nimisq. propè alium qui tunc peccata sua confitetur, vel ipsum penitentem, vel confessorium facillè inturbat.

#### De loco confessorij, & penitentis item.

**C**onfessionale in ecclesia, si ab euāgelij quod in altari maiori recitatur, latere collocabitur; tunc penitentis scabellum & fenestella à dextera confessorij sit; rursusq. ab illius sinistra, cum à latere epistolæ illud erit: vt & confessorius à parte superiori ecclesiæ semper sit; penitens aspectu sit ad maius altare, caputū ecclesiæ versus.

#### DE TABVLATO AD VSVM ecclesiæ distinguendæ. Cap. XXIII.

**E**T quoniam ex instituta antiqua, à beatoq. Chrysostomo testificata consuetudine, & in plerisque huius prouinciæ locis olim vsitata, in ecclesia separatiim à sceminis viri esse debet; forma & modus distinctionis ecclesiæ eiusmodi esse potest.

In ecclesia igitur, insigniori præsertim, à cappellæ maioris ingressu vsque ad ianuam maiorem, tabulatum per medium ecclesiæ gremium rectè ductum, columellis ligneis solidis quinque cubitorum spatio singulis inter se distantibus, in pavimentoq. firmiter agglutinatis affigitur: ac si tabulæ scilicet ex quibus compactum est, aliquando amouendæ sunt, canalibus paruulis in vnaquaque columella ab vno & altero item latere excavatis, alioque modo confectis, totum altè committitur.

Cuius tabulati altitudo cubitis circiter quinque exstruitur.

Ita verò in ianua maiori committatur, vt illum mediam diuidat, sicq. diuisa ac distincta, partim viris partim mulieribus ad ecclesiam aditū diuisim distincteq. faciat.

Sint autem in tabulato ianuæ quædam certis locis perspicuis: quæ valuis & pessulis clausæ, tunc solum aperiuntur, cum ab vna ad alteram

partem transitum necessariò fieri opus est.

A qua parte autem concio habetur, quò facilius commodiusq. fideles concionatorem conspiciant; tabulatum (cum eo tempore demissus aliquantò extare debeat) à summa parte tabulis committatur: quæ fibulis ferreis annexæ, & hinc inde paruulis pessulis clausæ, cum opus est aperiri & demitti possint eiusdem fibulis appensæ.

Quibus etiam in ecclesijs aliquando necesse est, vt cum ab vna parte Missa celebratur, qui ab altera sunt, eidem Missæ sacro intersint; eadè ratio tabulati demittendi adhiberi poterit.

Fibulæ autem ad tabulati demittendi vsū (vt genibus flexis fideles à qua parte sunt, sacerdotem in altera celebrantem prospiciant) à pavimento distent cubitis duobus; si ad concionis audiendæ vsū tantū sunt, cubitis tribus.

#### DE SEDILIBVS MULIERIBVS, quas bradellas dicunt. Cap. XXV.

**Q**UIBUS in ecclesijs Episcopus aliquem bradellarum vsū permittendum cōsuevit, earum forma sequens constituetur; quæ in ecclesia à parte mulierum collocatæ, cum ad sedendum, tum ad genua flectenda illis vsuerunt.

Pars verò mulierū septentrionalis sit, nisi quibus in ecclesijs, pro ratione situs, aliaue causa Episcopus aliter statuerit.

Alteres igitur seu trabes paruulæ quæ tres, crassitudine vnciarum quinque, longitudine cubitorum trium & vnciarum sexdecim, altitudine vnciarum octo, in ecclesiæ solo rectæ suppositæ, tribusq. circiter cubitis singulæ inter se distantibus, tabulis scilicet totidem, cuiusmodi generis sint, ijsq. singulis latitudine vnciarum octo, æquali inter se spatio distantibus contratæ, vna scilicet in medio, reliquæ duæ in extremitatibus, bradellas humiles eatq. tripartitas ita constituant, vt inde cum vsu venerit, ne impedimento sint, amoueri queant. Angustiores verò sint, vbi eas latiores loci situs non requirit.

Atque hæc quidem forma bradellarum: quæ ab ea parte per ecclesiæ longitudinem ductæ, singulo cubito inter se distantes, totidem collocabuntur, quot pro ecclesiæ amplitudine Episcopus concesserit.

Sint autem procul omnino à cappella altaris maioris octo circiter cubitis, vel amplius pro ecclesiæ ratione; à tabulato intermedio spatio viæ latæ quatuor cubitis, pluribusue pro magnitudine ecclesiæ; ab altero latere, via etiā tantidem spatij.

Nec verò propè vlla altaria sint, sed paulò remotiora.

In medio autem bradellarum situ via præterea tranuersalis sit, quæ tantundem pateat.

A parte autem ecclesiæ quæ virorum est, nul-

De ostio.

lae bradellae sint, quibus genua flectantur. Si quae verò sedilia conceduntur, ea è tabulis item scilicet confecta, forma oblonga sint; neque à tergo habeant longuria, quibus homines ab humeris nitantur: & vel parietibus haerentia, vel intrà intercolumnij spatia recta potissimum collocentur. Et eiusmodi sint, quae geri amoueriùe singula possint, prout vsu venerit: atque ita disponantur, vt ecclesiae impedimento non sint; atque ita etiam, vt qui sedent, à sanctissimo Sacramento auersi non sint; neque rursus altaribus haereant.

DE TURRI CAMPANILI, ET Campanis. Cap. XXVI.

ATQUE haec quidem sunt, quae ad interiorum ecclesiae fabricam, vsuue pertinent: nunc aliqua sequuntur, quae adiuncta ecclesiae sunt.

Ac primo loco de turri campanarum, quam campanilem dicunt.

Vbi campanarum causa turris exaedificanda est, haec mox infra demonstrata seruari poterunt. Sit turris campanarum quadrata forma, aut alia, vt pro ratione ecclesiae lociue architecto videbitur.

In altum exstruatur illius iudicio pro amplitudine item ecclesiae.

De tabulatis.

Habeat tabulata, quot idem iudicabit; imò autem fornicatum, reliqua superiora ex assulis firmis confecta, & summum opere item fornicato.

De fenestris.

Fenestras in singulis tabulatis habeat: quae ab omni parte exstructae, longiusculae sint, elegantioremq. formam pro structurae modo exhibeant.

Quae autem in summo tabulato, columellis aut pilastratis distinctae, ab omni latere patentiores sint; aut alia forma de architecti consilio pro aedificij ratione.

De scalis.

Calas pro aedificationis ite modo, vbi potest, cochlidas, aut alia forma; eaq. vel lapideas, vel ligneas: quibus ad campanarum locum ascensus commodus sit, neque periculosus.

De fastigio.

Fastigium non triangulum, sed circulatum, & pyramidale: in cuius summo, vt mysterij ratio postulat, galli effigies firmissimè affixa crucem erectam sustinere poterit.

De numero campanarum.

Haec turris, si ecclesiae cathedralis est, septem aut quinque ad minimum campanas; si collegiatae tres, grandiore scilicet, media, & minimam; si parochialis totidem, aut duas saltem habere debet; eaq. distincto quodam soni concentu inter se rectè consentientes, pro varia diuinorum officiorum quae sunt ratione ac significatione.

De horologio.

In qua turri praeterea horologium pro aedificij forma artificioso opere confectum collocari conuenit: ita vt horae cuiusque ratio, intus campanae sono, foris stellae effigie quae in orbe ducatur, perspicuo loco constituta, significetur.

De altera forma campanilis.

Haec supra demonstratae regulae de turri forma, deq. horologio, locum habeant in ecclesijs inferioribus.

Vbi verò loci situs, & facultatum tenuitas, turrim campanilem tantum sumptus fieri non patitur; in ecclesiae angulo à dextera ingredientis extra tamen ecclesiam prominens non longe à ianua exstrui potest; forma, quae de architecti consilio probabitur; ita tamen, vt in ea ostium insit, intus ab ecclesiae parte non foris exstructum; & valuis seraq. vsupra munitum.

De pilis latericijs pro campanili.

Vbi autem ea est facultatum angustia, vt campanarum turris nulla quidem exstrui queat; interim dum facultas sit, pilae latericiae in summo pariete haerentes, eaq. arcuatae fieri possunt, vnde campanae appendantur.

Qua in re videndum est, vt apto loco constituantur; atque ita, vt funes earum tractorij, ne in cappella maiori, vllaue alia, aut in medio ecclesiae ostio, aut alio eiusmodi loco pendeant: ijdemq. per tubum ligneum in fornice insertum ducti tractiue, fornicatum opus ne sensim diruant.

De

De campanarum benedictione, & quae ijs conflandis vitanda sunt.

Campanae verò neque in turri neque alio loco collocandae sunt, nisi primum soleni benedictionis precumq. ritu ex ecclesiae instituto consecratae: cuius consecrationis monimentum aliquo loco turris vel ecclesiae cõsignetur. Illae praeterea ne rem vllam profanam inscriptam inscriptamue vllò modo habeant; sed sancti patroni ecclesiae, aliamue sacram imaginem, piamq. inscriptionem.

DE SEPULCRIS, ET COEMITERIIS. Cap. XXVII.

SEQUITUR de sepulcris & coemiterijs instructio; quae eiusmodi est.

Ac primò quidem sicut Episcopos, presbyteros, aliosq. ecclesiasticos homines intus in ecclesia sepeliri canones sanxerunt: ita de eorum sepulcris aliqua instructione cauendum est.

Episcopalis igitur sepulturae locus in basilica cathedrali pro chori foribus ingressiue esse potest: vbi si locus decens aliquando non datur, alius deligatur, qui religioso venerabilique Episcopali nomini ac dignitati conuenientior sit: non in choro tamen, neque in cappella maiori, sed extra illius fines in alia ecclesiae parte decentiori atque insigniori.

Sit ea à caeteris, etiam canonicalibus sepulcris, loco, & insigni praeterea aliquo episcopali distincta.

Sepulcra item sint canonicalia duo, à dextero latere sepulturae episcopalis; eaq. vt supra aliquo interiecto spatio separata: in quibus & canonici, & capitulari dignitate praediti sepeliuntur.

Totidem praeterea à sinistro latere certo etiam intervallo disuncta: in quibus caeteri basilicae cathedralis sacerdotes, clerici, alijq. ecclesiastici ministri humentur.

In ecclesijs collegiatis sepulcra tria sint ante etiam chorum, aut alio loco etiam digniori; non in choro tamen, nec verò in cappella maiori, aliaue; vnum in medio situm, in quo Praepositi, vel Archipresbyteri, vel alio nomine rectores earum solum humentur; alterum, in quo canonici; tertium in quo caeteri sacerdotes, clerici, ministriq. earum ecclesiastici.

Praeterea in singulis ecclesijs parochialibus etiam duae sepulturae sint, loco vt supra demonstrato; vna propria parochorum rectorumue earum; altera clericorum parochialium.

Vbi vel in atrio, vel in porticu, vel in exedris, vel in coemiterio locus nullus dari potest sepulcris communibus; intus in ecclesiae ingressu saltem quatuor eo nomine struantur.

Alia verò sepulcra laicorum propria, in ecclesia sine Episcopi concessu fieri non debere decretum est.

Quae si fieri exstruiue concessum erit; ne pro-

pè altaria, vt Varensi concilio cautum est, struantur fiantue: nisi tam longè distent, vt sepulcrale os ab eorum scabello, bradellauè procul absit spatio saltem cubitorum trium.

Nullò sanè modo intrà chori & cappellae maioris fines; neque rursus intrà cappellarum minorum cancellos exstruantur, quibus à populo sacerdos celebrans separatur.

Fornicato autem opere fiant; quaeque è solo ecclesiae nullo modo extent emineantue, sed illud planè adaequant.

Ab vtroque ecclesiae latere, vbi fieri permissum erit, dextro scilicet ac sinistro, eo ordine disposita exstruantur, vt è regione sibi singula respondeant.

De duplici integumento sepulturae.

Operiantur sepulcra ne vllò vnquam tempore forteant, duplici integumento: quod quadrata vel alia decenti forma pro loci ratione è lapide solido sit; ita tamen, vt inter vtrumque aliquid spatij relinquatur; & inferius integumentum è rudi, illud superius è polito lapide struatur, ecclesiae pavemento aequale; quod sepulcrali ori vndique aptè cohaerescat.

De anulo sepulcri.

Anulus praeterea in medio integumento superiori affigatur ad illius eleuandi vsu: ita tamen vt nihil emineat; sed tantundem integumentum excauetur, quantum anuli crassitudo capiat.

Rursus alia etiam ratio praetermittenda non est; vt illud integumentum sustollatur per clauios duos, qui aliqua crassitudine sint; quique ab eiusdem integumentum superiori parte in vtroque latere traiectioni nihil planè extent; ab inferiori autem paulò oblongiores quam integumentum crassitudo est, singuli ferrum transuersale firmiter haerens habeant: quo dum fune vni cuique clauo adhibita integumentum eleuatur, sustineri queat.

In superiori potè integumento, ne crux, sacraque alia imago effigiesue sculpatur, aut alio modo exprimatur: vt ne pulueris lutiue sortibus, & spato inquinetur, ac transeuntium pedibus conculcetur.

Neque verò etiam sculptrae ornatus, literarum incisio, aut inscriptio vlla, aliudue quidquam fiat quod emineat: neque rursus quidquam etiam tessellato opere, etiam si non supereminet, inscribatur, sculpaturue, quod Episcopo antè probatum non sit.

De coemiterijs.

CVM sepulcris coniuncta instructio esse debet de coemiterijs: in quibus mortuos sepeliendi morem antiquum tantoperè à patribus comprobatum, in vsu ex decreto concilij pro-

Pro. 4. tit. de sepulcris. pag. 124.

Pro. 1. tit. de sepulc. pag. 36.

uincialis, per Episcopos nostræ prouinciæ, vbi potest, restitui cupimus.

Cœmeteria igitur, vt animaduerti licet, alia in porticu atriuu ecclesiæ, à fronte scilicet; alia à tergo; alia à latere septentrionali; alia à meridionali; quædam ab omni illarum parte sunt. nec verò verum est, quin adhuc etiam ab eisdem singulis omnibus partibus constitui possint.

Porro quæ à fronte in atriuu ecclesiæ extructa sunt, quamuis ad excitandam, vel charitatis erga mortuos fideles, vel conditionis humanæ memoriam in ipso prospectu hominū sint; tamen quoniam ob iter ac tritam viam, qua transitus per ecclesiam hanc atque illuc fit; facilius patent, vel animalibus, vel seruitutibus, vel deambulationibus, congressibus, & alijs hominum actionibus eo sacro loco indignis, quam obrem etiam sæpè ob alia, quæ quotidie humanitas incidunt, violari contingit; ideo à fronte in atrijs porticibus ecclesiæ (cū ab alio latere fieri possunt) non extrui expedit.

A septentrionali autem ecclesiæ parte illorum situs potior deligatur: aut ab eo latere, in quo maximè ædium clericalium transitus quotidianus, fenestrarum prospectus, stillicidiorū etiā projectura, aliæque eiusmodi seruitutes vitari possunt.

Ampla autem cœmeteria esse debent, pro ecclesiæ cui adherent situu spatio, proque hominum item multitudine.

Forma esse possunt oblonga aut quadrata archi tecti iudicio, ac pro situs modo.

A parietibus nuda esse non debent, sed vndique ijs sepra.

Qui parietes à terræ solo altè exædificentur cubitis circiter septem.

Vbi verò tanta parietū altitudine præ loci inopia extrui non possunt; ita saltem altè exædificentur, vt animalibus aditus præcludatur: hæcque altitudo non minor sit cubitis tribus.

Vbi verò præcipue rupes erunt, quibus cœmeterij situs concluditur; eæ pro sepimento parietum esse poterunt.

Parietes autè manufacti extrinsecus albario opere incrustentur; in locis verò insignioribus decens erit, si intrinsecus ab omni parte porticibus vestiantur, sacrisque picturis historijsue ornentur.

In ijs porro porticibus sepulturæ æquali spatio inter se distinctæ, recto ordine ad præscriptæ formæ rationem fieri possunt.

Vbi porticibus cœmeteria non circumuestiuntur; parietes saltem exornari debent aliqua sacra pictura certis eorum locis expressa.

In medio eorum situ, crux ex aurichalco, aut marmore, aliuu lapide confecta collocetur: quæ in columnâ marmorea lapideauè, seu in pilâ structili suffulta, aliquo decenti integumento operiatur, aut è ligno altè erecta constituatur. Cappella item paruula, eaq. in orientem versus,

vbi potest, extruatur: in qua preces pro mortuis aliquando fiunt.

Habeat item vas aquæ sanctæ forma supra demōstrata, cū aspersorio, non tamen appenso, sed quod amoueri possit ad aspergendi vsum.

#### De loco offario.

Certus præterea locus intus sit, pariete vndique seprus, & tecto ac fornice vbi potest oportus: isque in omnium conspectu sit; vbi mortuorum ossa aliquando effossa ordine struatur.

#### De ostijs cœmeterij.

Cœmeterij porro tria ostia à fronte esse possunt; nisi situs ratio eiusmodi est, vt à latere etiam illa fieri necessariò postulet.

Si verò cœmeterium ecclesiæ ab aliqua parte continens est, ab ea parte ianuam item habeat, qua ad ecclesiam aditus sit, cum vel diuorū officiorum pro mortuis, vel processionū causa vsu venerit.

Ab ostij autem maioris à fronte extructi summa parte, quæ extrinsecus est, sacrosanctæ crucis imago exprimat, in extremo crucis affixa imagine capitis aut cranij hominis mortui. Quæ ostia, à quacunque parte sint, firmis valuis, pessulis, & claue munita & clausa, ne pateant nisi cum vsus venerit.

Nullæ vites, arbores, arbuta, stirpes cuiusuis generis, non modò frugiferæ, sed quæ etiam nullum omnino fructum baccatuè gignunt, in ijs esse aut conteri debent.

Immo verò ne fenem quidem, herbaue virefcens quæ pabulo detur, sit.

Abfit strues lignorum ac tignorū; tum omnis aceruus cæmentorum, lapidumque; omnis denique res, loci sanctitati, religioni, & decoro repugnans.

### DE SACRISTIA.

#### Cap. XXVIII.

DE ædificijs præterea ecclesiæ adiunctis, sacristiæ ædificatio vna ac præcipua etiam est: de qua instructionem hoc loco breuiter contexamus.

Porro sacristia (quæ ab antiquis camera aliquando, & secretarium item dicitur; locus scilicet, vbi sacra supellex recondebatur) in omni cuiusuis generis ecclesia extruatur: quæ pro cathedrali, collegiata, & parochiali ecclesiæ magnitudine, & pro numero ministrorū, proque copia sacre supellectilis ampla sit, atque eiusmodi, vt paulò longius pateat.

Nec verò improbarur vsus duarum sacristiarum in insignioribus & frequentioribus ecclesijs: quarum vna capitulo, & chori supellectili; altera sacerdotibus cappellanis, & reliquis ecclesiæ ministris, ac reliquæ supellectili vsui sit.

Ab

Ab cappella altariuè maiori tantum interfit, vt sacerdos Missæ sacrum solemniter facturus, cum illis qui ei ministraturi sunt, inde processionaliter ad altare ordine progredi possit, vt antiqui moris est, cum mysterij significatione. In cæteris parochialibus, & alijs inferioribus ecclesijs, commodi causa permitti poterit Episcopi iudicio, vt sacristia à cappella altariuè maiori minus absit; tum verò curandum erit, vt à domicilio parochi non valde distet.

#### De situ sacristiæ, & fenestris.

Omnis autem sacristia ad orientem, & ad meridiam versus, quoad eius fieri potest, omnino spectet.

Ita verò construatur, vt illius substructione, luminibus eiusdem cappellæ maioris non obstruatur.

Fenestras duas pluresue habeat, easque vbi potest, è regione sibi respondentes, ac præsertim à dextro & à sinistro latere; vt cum habeat vnde aer exeat, eius locus non humidus sit, neque vlginosus; sed si quæ vligo est, inde aliquando patefactis fenestris foras se det.

Quæ fenestræ duplicibus clathris ferreis, vel simplicibus saltem densioribus & firmioribus sepiantur & muniantur; tum etiam opere vitreo, & reti, vt in præscripto fenestrarum ecclesiæ demonstratum est.

Contecta verò sit opere fornicato, aut saltem laqueato.

#### De pavimento sacristiæ.

Pavimentum habeat, non tabulis constructū, sed eiusmodi, quod subtrus paruulis fornicibus constans, totum amplè fornicatum, ab humo altiùs aliquantò vbi potest, præ humiditate extruatur; ne indumenta sacra ob loci situsue vlginem putrescant, aut corrumpantur.

Cui rei quò cautiùs prouideatur; extrinsecus etiam terra congesta parieti adhærens, ac stillicidia ite, quæ humiditatem gignūt, inde procul amoueantur; tum solum præterea exterius statuminetur, ruderibusque & calce solidetur.

#### De ostio sacristiæ.

Ostium sacristiæ huiusmodi sit, cuius aditus non in cappellam maiorem (nisi in ecclesijs minus insignibus secus permittendum Episcopus duxerit) sed in locum publicum, nempe in gremium ecclesiæ rectè pateat. Benè autem septum sit firmissimis valuis, pessulo solido, sera & claue itidem firma. Ostij valuis è regione aliæ valde tenuiores extrinsecus aut intrinsecus respondeant: quæ à parte inferiori tabulis scilicet, à superiori tela confectæ, laicis aditum & aspectum in sacristiam præcludant: eaq. pondere graui ap-

pensio, per se pessulo artificiosè confecto claudantur.

Quibus in valuis tenuioribus à parte superiori paruulam fenestellam, eamque clathratam extrui non vetatur; quæ perpetuò intrinsecus clausa, non aperiatur, nisi cum aliquid è sacristia petentibus, inde responsum datur.

#### De loco sacre imaginis, & altaris in sacristia.

IN omni sacristia loco magis conspicuo sit sacra icona; tum etiam (si amplitudo sacristiæ patiatur) altare, vel mensa, armariumque, quod formam altaris præbeat, instructum cruce, candelabris, mappaque constratum; apud quod sacerdotes celebraturi sacris vestibus induantur.

#### De oratorio, aut altari in sacristia.

SIT præterea oratorium ab aliqua sacristiæ parte, siue prominens, siue intus decenti loco, idque instar paruuli cubiculi, quò sacerdos Missæ sacrum facturus se recipiat, ibique se colligens, paulisper meditetur, & oret.

Proinde tum altare paruum sit, in quo proposita crucifixi effigie, aut alia pia imagine sanctæ præcetur; tum scabellum, vbi orando genua flectat.

Si verò sacristia ita exigua & angusta est, vt eiusmodi oratorium habere nullo modo possit; ab aliquo eius latere quod orationi commodius sit, scabellum saltem, seu bradella, apud loco tela saltem vel panno obducto, collocetur; vbi sacerdos genua flectens oret, affixa in pariete aliqua vt supra imagine sacra.

#### De tabella orationum.

IN oratorio quocunque sit tabella, in qua orationes ad Missæ sacrum præparatoriæ descriptæ sint.

#### De vase aquario.

VAS præterea aquarium, quod manibus abluendis vsui sit, è solido lapide fiat: cui papilla vna, aut prout opus erit, plures infigantur.

Ab inferiori parte sinus aquarius concauus, ad excipiendam aquam quæ inde effluit, è lapide item marmoreuè solido sit: foramenque habeat, vnde per fistulam aqua in paruulam cisternam subterraneam, vel aliò deriuetur, vbi commodius sit illam ab sacristiæ pariete procul deducere. Vbi verò redditus exiguus est, pro eo vase aquario quod è solido marmore præscriptimus, situla adhiberi poterit appensa; cui papilla affixa instar gallinæ hæreat, vnde aqua ad ablutionis vsum sensim effluat, subiecto vt supra sinu aquario.

Ddd Sinus



Sinus autem & vas aquarium, omnino aut aliqua ex parte, in parietis concavitate quæ hemicycli exigui formam præbeat, ornate extructum intrus inhaereat; ne si foris extaret, sacrificiæ situm impediatur. Ad abstergendas manus linteum vasi aquario proximum ab opere instrumentouè tornatili pendeat; idq. candidum sit.

*De armario sacrorum indumentorum.*

**A**rmarium præterea amplum, in quo sacra indumenta asseruentur, ex tabulis nucis conficiatur.

Apauimento sacrificiæ altè extructum sit cubitis duobus & vncijs quinque.

Capsulas ductiles habeat, easq. distinctas, ac longè patentes; in quibus & pro colorum varietate indumenta sacra expansa dispartitaq., & ordine asseruentur.

Super eo præterea armariola item, aut sub eo loculi ab illarum capsularum latere sint separati etiam extructi; vbi sacri calices, patenæ, corporalia, purificatoria, vela, & alia id generis munda rectè atque accommodatè recondantur.

Ab altero latere loculi itè: in quibus illa quæ abluenda sunt, reponantur.

Claudatur hoc tum armarium, tum armariola valuis politè ac distinctè confectis, feris, & elauibus item distinctis.

Atque eiusmodi armaria totidè sint, quot multitudo sacræ supellectilis possit.

*De longurijs ad usum exponendi sacræ vestes.*

**L**onguria etiam politè confecta, funibus ductilibus & trochleis appesa in Sacristia sint: quibus sacra indumenta, prout vsu venerit, exponantur, extendanturue.

*De armario librario.*

**A**lia præterea armaria, structura quæ cæteris supra præscriptis respondeat, fiant; vnū scilicet, in quo libri ecclesiastici, ad psalmodiam, & alium chori & ecclesiæ vsum pertinentes aptè conseruentur: alterum, in quo iura, instrumenta, & scripturæ omnes sint ad ipsam ecclesiam spectantes; idq. vbi aptius tutiusq. archivium ecclesiæ non habeat: tertium item (si ecclesiæ parochialis sit) in quo certi libri parochiales, scilicet matrimoniorum, & baptizatorum, confirmatorum, & alia eiusmodi seruentur; tum etiam separato loco literæ pontificiæ, edicta episcopalia, literæ Episcopi pastoralis quæ in dies promulgantur, tum alia scripta ad ecclesiæ vel animarum parochiali curæ commillarum regimen spirituale spectantia. Hæc tria armaria singula singulis clauibus tuto claudantur.

Eorum autem loco vnū solum armarium; locis tamè pro librorum scripturarumue ratione intrinsecus aptè distinctum, extrui possit: vbi vel codicum scripturarumue paucitas, vel ecclesiæ exiguitas, non duo aut tria vt supra requirit.

*De vestiario insigniori.*

**V**estiarium in sacristijs insignioribus ex eodem genere esse potest: in quo pretiosiora indumenta reconduntur.

Longitudine sit pro sacrificiæ ratione: altitudine cubitorum circiter septem: profunditate duorum.

Pars huius vestiarij inferior duobus cubitis alta, capsulis ductilibus loculisue constet: superior verò à tergo angustius, à fronte aliquantò latius sensim patens nullis loculis distincta sit; sed tota sine distinctione longè patens, habeat ab vno & altero latere totidem pro vestiarij profunditate tenues assères erectos, sibilisq. ductilibus annexos, quibus singulis à superiori parte singula longuria inferiori suffixo fulcimento sustentata firmiter hæreant, vnde sacra indumenta expansa pendeant.

*De armario indumentorum canonicalium.*

**S**i cathedralis, vel collegiata ecclesiæ sit, habeat præterea armaria pro asseruendis superpelliceis, ceterisq. indumentis, quæ canonici, & alij chori ministri in choro adhibere solent; vel eorum loco capsas decentes circum sacrificiam sitas: quæ vsui etiam sint ad sedendum Capitulo, cum illud eo loci habetur.

**DE LOCO VBI FERETRA, & cætera id generis asseruentur.**  
Cap. XXIX.

**L**ocus præterea alius sacrificiæ, aut cœmiterio saltem propior, in omni ecclesiæ parochiali, & collegiata aptè extruatur: in quo feretra, candelabra ferrea grandiora, cœnotaphia, vasa olearia, perticæ, scalæ, scopæ, ligones, batilla, sustentacula crucum, instrumenta ad abstergendum vsu accommodata, cæteraq. id generis reponantur; vt ecclesiæ ipsa & sacrificia, tū ab omni re indecenti, tum ab omni impedimento planè libera vacuaq. sit. Isq. locus ostium habeat, valuis, pessulo, seraq. benè septum.

**DE ORATORIO, VBI MISSÆ sacrarum aliquando fieri debet.**  
Cap. XXX.

**C**ONSCRIPTIS breuiter instructionibus, & fabricæ ecclesiasticæ, & partiū adiutarum, cōsequens est instructio de oratorijs: quo-

quorum vnū est, vbi Missæ sacrarum aliquando fit; alterum quod in vijs extruitur, vbi nō celebratur.

Simplex igitur ecclesiæ seu oratorium eiusmodi sit, vt vna tantum naui constet; cuius longitudo sit non minor cubitis duodecim; latitudo verò decem; & altitudo situs rationi aptè conueniat.

Habeat præterea in capite cappellam (quæ, si fieri potest, in orientem vergat) cubitis circiter octo, ampliusue, prout situs ratio fert, latè patentem; ea verò longitudine & altitudine, quæ cum latitudine conueniat.

Ad eius ingressum gradus vnus tantum sit, cui ex præscripta forma clathra infigantur.

Cuius altare, pavementum, tectum fornicatū, fenestræ, fenestella vrceolorum, campanula à latere appensa; & reliqua ita sint, vt de cappellis altaribusue minoribus præscriptum est. Ad altare verò accessus fiat duorum graduum: quorum vnus sit is, quem ipsius altaris scabellum facit.

A gradu autem inferiori scabelli vsque ad clathra ima, spatium interuallumue sit saltem cubitorum duorum.

Fenestræ præterea oratorij in altum ita extructæ sint, vt qui foris stat, inde introspicere non possit.

Ianua è regione altaris; fenestra item, quæ in orbem ducta, instar oculi ex præscripto modo fiat.

Labrum item aquæ benedictæ forma constituta propè ianuam intus statuatur.

Cappellæ maiori adiunctam sacrificiæ habeat: quæ vbi potest, ad meridiem spectet: amplaq. sit pro oratorij magnitudine, & instructa supellectili, ac cæteris rebus quæ vsui sint ad præscriptum.

Ab altera parte, quæ sacrificiæ respondeat, parua turricula à parochiali omnino dissimilis fieri potest; sin minus, duæ pilæ lapideæ in pariete summo iam præscripta ratione struatur, vbi campana vna tantum suffulciatur.

Si oratorium eiusmodi futurum est, vbi plures Missas eadem penè hora celebrari oporteat; ab vno & altero item latere cappellæ singulæ paulum à maiori distantes, forma in ecclesiæ fabrica præscripta fieri possunt.

Reliquarum etiam partium forma & ratio, quæ ad oratorium pertinere possunt, sumenda ex ijs, quæ præscripta sunt in ecclesiæ fabrica.

**DE ORATORIIS IN QVIBVS**  
Missæ non celebratur.  
Cap. XXXI.

**O**RATORIA porrò vbi Missæ sacrarum non fit, quæ in vijs extrui solent, extruuntur non in campis, sed in via publica; vt iter facientes eorum locorum prospectu piè comoti, paululum precando consistant.

In quibus etiam exædificandis viæ locus deligatur paulò editior; & à vehiculorum actu aliquantò remotior; quò melius à luto, aquaue lutulenta defendatur.

Forma quadrata, vel rotunda, vel alia, quæ pro loci ratione decentior videatur, ornate exædificentur; beneq. tecta sint, vt sacræ imagines à pluuia integræ conseruentur.

Opere tectorio foris incrustentur; intus verò politè dealbata, crucifixi, aut beatæ Mariæ virginis, aut sancti sanctæue alicuius imagine sacra, aut tabula piè expressa, quæ parieti hæreat, exornentur.

Altare nullum omnino habeant.

Singula fenestellulas tres firmiter clathratas, vnde precandi causa introsum genibus flexis inspicitur, in parte anteriori habeant; duas hinc inde ab ostio, & in valuis tertiam.

Si oratoria angusta sunt, in ipsis valuis vna solum fieri aptè potest.

Valuis & claue ab ostio muniantur.

Quæ verò oratoria ita angusta fiunt, vt ne ostij quidem valuis intus patentes capiant; ijs nullus ingressus detur; sed cancellis ligneis ab ostij parte sepiari possunt, reliqua ædificationis ratione ad præscriptum seruata.

Si verò pariete à lateribus non sepiantur, cancellis etiam ligneis ab illis partibus claudantur.

Neque alienum esset longurijs circumsepire, vt equi iumentauè, atque bestiarum procul sint.

Arubis & spinis, alijsque id generis quæ adnasci solent, ab arboribus item, stirpibus, alijsque eiusmodi arbutis remota sint; vt ne rami diffusis tecta operiant, vnde detrimentum ipsis tectis existat.

Et quoniam sacræ imagines, quæ in exteriori pariete oratorij exprimi solent, cum ita expositæ sint, luto sordèuè inquinari, vel indecentius iniuriosiusue tractari possunt; ne extrinsecus in ipsis Oratorij parietibus pingantur, aut alio modo exprimentur, nisi edito loco hat, vbi ab omni labe integræ conseruentur.

**DE ECCLESIA MONIALIUM.**  
Cap. XXXII.

**D**EMONSTRATA forma aliarum ecclesiarum, sequitur instructio ecclesiæ monialium. Hæc igitur extrui potest, quæ vna tantum naui constet; in orientemq. versus (si pro monasterij situ fieri potest) spectet. Ampla sit pro situs ratione, tecto fornicato, aut laqueato, ceterisq. rebus instructa ad præscriptum.

*De altari maiori.*

**C**appella maior nulla in ea insit: sed paries in transuerso fiat, quo interior ecclesiæ, ab exteriori vbi sacerdos sacrarum facit, diuidatur. Parieti illi in transuersum ducto altare innitatur, in eius medio exædificatum: quod altitudine,

rudine, longitudine, & latitudine sit, altari maiori supra praescripta.  
 Gradus in ascensu altaris tres sint, vna cum eo quem scabellum constituit: singuli autem gradus forma & modo supra praefinito.  
 Scabellum verò seu bradella, eiusmodi ite supra in altaris maioris exstructione constituta.

*De fenestra in altari maiori construenda.*

**E** Conspectu altaris in transuerso eo pariete fenestra fiat: vnde moniales Missae sacrum spectent & audiant.  
 Quae fenestra ita sicut altare late patens sit, altè ducta cubitis circiter duobus; cuius ima pars à superficie altaris pariete altè exstructa sit cubito vno cum dimidio.  
 Munita sit opere clathrato ferreo, eoq. duplici, ac simili, & inter se vncijs circiter duodecim distanti.  
 Vniuscuiusque autem clathrati operis cancelli ita tamen compacti sint, vt vnus ab altero interuallum sit non amplius vncijs tribus: atque ita bene septi, vt vnus ab altero diuelli diuinguè nullo modo facile queat.  
 Intrinsecus autem valuas habeat pessulo & clauè munitas: quae aut à lateribus aperiantur, aut trochlea, funiculoq. tractili sursum ducantur.  
 Altare concamerato opere contegi poterit, pariete crassiori facto, aut columellis binis pilisue paululum ab ipso pariete distantibus erectis: quibus opus fornicatum cameratum nitatur.  
 Quae columellae ab altaris vtroque cornu distent cubitis duobus.  
 Si fornix non sit integumento ligneo, vel ex panno serico telae confecto, eoq. aptè ornato, quod capocelum vocant, operiatur.

*De fenestra ad usum exponendi vestes sacras.*

**I**N pariete transuerso inter vnam & alteram ecclesiam interiecto, à parte quae monialium sacristiae commodior sit, fenestra fiat, rota aptè constituta, vnde sacrae vestes ad Missae sacri usum exponantur.  
 Quae rota fenestrae à solo pavimento altè exstructa sit tribus circiter cubitis.  
 Haec ipsa rota eiusmodi sit, vt tota penè sit inhaereat in crassitudine parietis, qui aliquo incrustationis opere crassior propterea fiat.  
 Muniatur valuis ab vno & altero latere: quae binae sint; vna ab interiori monialium parte, altera extrinsecus: & ambae aptè claudantur clauibus.  
 In huius fenestrae & rotae structura, seruentur caetera infra communiter praescripta rotis conficiendis.

*De fenestellula ad usum ministrandae sacrae Communionis.*

**A**B altera parte altaris in eodem transuerso pariete, fenestellula alia sculptorio inauratoq. opere pie ornata exstruatur: vnde monialibus sacra communio ministretur.  
 Cuius fenestellulae planum aequale sit, & à pavimento ecclesiae altè exaedicatum cubitis duobus, vncijs xvj. Haec fenestellula late pateat extrinsecus cubitum vnum & vncias duodecim, altè exstructa cubitum itidem vnum & vncias xvij. ita vt in primo aspectu latioris, intrinsecus autem angustioris formae speciem praeferat.  
 Tota autem in ipsa parietis crassitudine inerit, quae cubitalis sit, ita tamen vt intrinsecus à parte monialium, extremi parietis crassitudo ne latior sit vncijs duabus aut tribus.  
 Intus verò in eo extremo pariete spatium insit cubito vno: in quo spatio fenestellulae altitudine vnciarum octo, latitudine sex fiat: vnde monialibus sacra Eucharistia praebetur.  
 In fenestellula à parte interiori valuulae ferreae aut aeneae sint politè confectae, quae pessulo & clauè obserentur: à parte exteriori valuulae paulo maiores, quibus rota fenestellula sepiatur, adiunctis sera, clauè, & pessulo.  
 Sub ipsa fenestellula in pavimento ecclesiae paruum scabellum collocetur, altitudine vnciarum octo, quod tapeto sterni possit; vbi stans sacerdos sacram communionem monialibus ministrat.  
 Hoc autem scabellum modò altius modò humiliter exstrui poterit, pro statura sacerdotis ministrantis.  
 A parte verò interiori vbi moniales sunt, scabellum alterum non minus duobus cubitis ab omni parte patens, ad quod aliquot gradibus ascendatur, exstrui poterit; ita vt ibi genibus flexis, illae facile fenestellulam vnde sacram communionem sumunt, ore attingant.  
 In ipsius autem fenestellulae pariete nihil impedimenti subtus ex assibus exstruetur, quò propius monialis sacramentum sumens ipsi fenestellulae haereat.

*De fenestra sacrarum reliquiarum.*

**F**enestra praeterea alia fiat, quae à parte superiori fenestellulae vnde sacra Eucharistia sumitur, in ecclesia exteriori sit: vbi sacrae reliquiae si quae sunt, rectè atque ordine recondantur.  
 Quae fenestra ab interiori parte altitudinis sit vnciarum sexdecim, latitudinis duodecim: munita verò clathris ferreis, adiuncto opere vitreo pellucido, pannoq. serico obducto, & valuis praeterea clausis; ita vt sacras reliquias inspicere, nec verò tangere villo modo queant.  
 A parte verò exteriori, quae in ecclesiam spectat, eiusmodi sit, vbi oculi vasculae reliquiarum

*De cappellis.*

rum aptè collocentur; valuasque habeat bene firmas, seris & pessulis tribus munitas; quae tribus etiā clauibus, & vnaquaque fabrilis opere diuerso distincta claudantur.

*De fenestra sacri olei infirmorum.*

**I**N superiori praeterea parte fenestrae, vbi rota collocata est, fenestellula pro praescriptae formulae ratione exstruatur: in qua sacrum oleum infirmorum asseruetur.  
 Haec verò fenestellula à parte tantum exterioris ecclesiae patefieri queat, adhibitis firmis valulis, sera, & clauè.  
 Sine autem nulla in ea ecclesia reliquiae extra altare asseruandae sunt; haec in superiori parte fenestrae fiat, vnde sacra communio ministratur.

*De gradibus altaris.*

**A** Gradu ultimo scabelli altaris distantes sex cubitis tres alij gradus, aut plures pro situs ratione, de architecti consilio fiant: per quos ad gremium ecclesiae descendatur.  
 Quod aliquantò humiliter pavimento erit, vbi altare exaedicatum est.  
 In summo gradu clathra ferrea ad praescriptum suffigantur.  
 Gradus ij singuli ne altiores sint vncijs octo, ne latiores viginti quatuor, in transuersumq. ecclesiae ducti; aut tam longè patentes, quantum spatij ostium in clathris ferreis capit.

*De sacristia.*

**I**N capite ecclesiae parua sacristia, cuius ianua intrā clathrorum fines sit, aptè exstruatur; quae sacerdotibus sacras vestes exuentibus vsui sit.  
 Qua in aedificatione illud caueatur, ne quidquam operis (siue fenestra sit, siue rota, aliudue eiusmodi) fiat, vnde in monasterium monialium prospectus, aut auditus sit.  
 Idq. propterea labrum aquarium, quod in sacristia exteriori ad usum lauationis manuum exstruetur, nullum omnino tubulum canalem uè habeat, per quem ex interiori monasterij sacristia aquam excipiat, quae eò aliunde importetur, aut infundatur.  
 Ne uè quidquam aedificij in superiori parte fiat, quò ipsis monialibus aditus villo modo esse possit.  
 Fiat in ea, & oratorium, & altare vnum, quod vsui sit, cum sacerdotes sacris se vestibus induunt; & vasculum praescriptae forma ad abluendas manus, idq. ne in pariete inter monasterium & sacristiam interiecto; & armarium item, in quo sacra indumenta asseruentur; & aliud praeterea nihil.

**I**N monialium ecclesia cappellae duae, vna à dextro, altera à sinistro latere fiant, forma praescripta, eaq. in gremio ecclesiae; si ibi ob aliquam causam plures Missas eodè tempore aliquando celebrari necesse est.

*De fenestra altaris.*

**C**autio sit, vt fenestra altaris clathrata ita constituantur, ne inde in viam publicam, praetertim vbi spectacula aguntur, aut multitudinis frequens transitus est, prospici possit.  
 Cui rei vt occurratur, atrium paruulum pro foribus ecclesiae exstruendum est: cuius atrij ianua ab aliquo latere sit, quod ipsis foribus ecclesiae rectè non respondeat; aut certè si aliud fieri non possit, ipsius ecclesiae aditus è latere sit: idq. architecti iudicio pro situs ratione.

*De ecclesia interiori.*

**E**cclisia interior vna tantum nauis constet, sine vllis cappellis: pavimento vndique aequali sit, neq. ab vlla parte gradibus paulò altior.  
 Illud item pavementum aequale sit pavimento, vbi altare extrinsecus collocatum est.  
 Illud vbi maxime potest, cauendum est, ne monialium ecclesia interior propè vias publicas exstruatur: quae si pro situs ratione exaedicetur aliquando necesse est, ne à pariete qui ad vias publicas vergit, fenestrae fiant; sed lumen excipiat à parte quae monasterium attingit: còtraq. fiat in ecclesia exteriori, cuius fenestrae non à monasterio, sed à via publica sint.

*De turri campanili.*

**T**urris Campanilis ecclesiae interiori monialium coniuncta esse debet: cuius neq. ostium, neque fenestra, ac ne rima quidem vlla, in ecclesiam exteriorem aliqua ex parte spectet.  
 Altè exstruatur pro ecclesiae ratione, ita tamen, vt humilior ac depressior existat, quam structurae forma modulq. postulet.  
 Primum eius tabulatum fornice bene firma còstet: in qua, vel ab aliquo latere inesse potest ostiolū angustum, per quod cum necesse erit, ad summam turrim ascensus detur: neq. alium de aditus pateat.  
 At foramina exigua sint, per quae tractorij campanarum funes tantum ducantur.  
 Ostiolum verò illud ita compactum sit, vt claudatur pessulis binis, seris binis, clauibus binis, opere fabrilis diuerso.  
 Reliqua superiora tabulata ex materia lignea esse poterunt: lumen excipient ex fenestriculis exiguis, ijdemq. clathratis: summum verò fenestras vt moris est habebit.

DE MONASTERIO MONIALIUM  
Cap. XXXIII.

**E**CCLIAE monialium adiunctum est illarum monasterium: de quo demum restat, ut instructionem aliquam breui conscribamus.

Cone. Agath. c. 28.  
18. q. 2. Monast. puell.

Primò monasterij huius situs deligatur, qui ex canonis Agathensis cautione, procul ut par est, absit, cum à monachorum regularium monasterijs, tum etiam à canonicalibus clericali-bus aedibus, ecclesijs collegiatis, à turribus, à mœnijs publicis, propugnaculis, vallo, arce, & à præaltis aedificijs, vnde etiam prospectus intrò esse possit.

Laicali porrò edificio coniunctum, vbi fieri potest, nulla parte sit: sed aliquo interuallo distinctum ac separatam.

Longè item à plateis, emporijs, omni foro, viaq. denique, qua iumenta, currus, vehicula, aliaq. id generis crebrius agi duci solent; & à locis item, vbi multitudinis vel concursatio, vel conuentus, vel strepitus sit.

Rursus cautio etiam sit, ne eius monasterij positio eligatur in loco abdito, occulto, valdeq. ad modum remoto ab hominum frequentia: ne præterea (quod sacra Tridentina Synodus à monasterij monialium ratione alienum censuit) extra vrbs, oppidi, alterius loci mœnia vllò sanè modo.

Loca huius monasterij omnibus partibus absoluti, de quibus infra sigillatim dicem, hæc sunt, pro vario vsu distincta.

Ac primò quidem inferiora.

Atrium Capituli.  
Triclinium, quod Refectorium dicunt.  
Cella vinaria.  
Coquina.  
Locus Calefactionis.  
Locus vasis aquarum ad manus abluendas.  
Locus Laborum.  
Porticus.  
Cella interior & exterior ad colloctionis vsu.  
Ianua.  
Rotæ.  
Furnus.  
Locus lauationis.  
Tonstrina.  
Locus cancellariæ.  
Promptuarium.  
Officina aromataria.

## Loca superiora.

**L**ocus Dormitionis, aut cellæ dormitoria.  
Locus scholæ Nouitiarum.  
Locus vestiarius.  
Horreum.

## Loca distincta.

**V**alerudinarium.  
Locus educationis puellarum.

Viridarium.  
Carcer, & locus secessionis.  
Locus interior & exterior confessionis.  
Diuerforium item exterius colonorum aduentantium.  
Diuerforium confessarij sacerdotis.

## De Atrio Capituli.

**A**trium in quo capitularis monialium conuentus habetur, magnum esse debet pro monialium numero, constitutis ab omni parte sedilibus.

Forma sit non oblonga, nec verò angusta; sed quoad ei fieri potest, quadrata specie potius; ut quando à præfecta cohortatio monitione fit, vndique commodius exaudiatur.

Subobscurum potius esse debet quam illustre: tum præterea picturis aliquot pietatem excitantibus ornatum; ab ea præsertim parte, in qua præfectæ sedile collocatum est.

## De refectorio, &amp; cella vinaria.

**T**riclinium, quod Refectorium vocant, loco exstruatur, qui cæteris monasterij partibus commodior sit.

Structura ampla fiat, quæ commodè capiat non modò moniales omnes ab omni parte parietum sedentes; sed aliquantò etiã plures, quas deinceps in monasterium pro illius amplitudine, facultatumq. ratione recipi posse verisimile est.

Habeat à capite ornatum sacrarum imaginum piè decoreq. pictarum: ab vno etiã latere suggestum in medio pariete exstructum, vnde sacra lectio commodè in omni parte audiatur. Fenestras item ab utroque latere, vnde lux hauriatur.

Cellam præterea vinariam subtus exaëdicatam, quæ fenestras itidem habeat ordine recteque partitas.

Vtrique loco, Triclinio scilicet, & cellæ vinariæ, locus alius propè esse debet, isque vsui præfectæ cellæ vinariæ, ad lagenas, crateras testaceas, vasaq. eiusmodi vinaria & aquaria reponenda: aut si fieri potest, ob eum ipsam vsu cohortis paruula cum puteo.

## De Coquina.

**C**oquinæ positio, ut maximè potest, triclinio propè sit; ut inde per fenestram, aut paruulo vestibulo interiecto, fercula lanceis exponantur monialibus in triclinio ministrantibus. Eius situs amplè patere debet, camino, qui illi magnitudini pro ratione respondeat, exstructo; clibano item paruo, in quo esculenta coquantur.

Huic coquinarie structuræ loca hæc ad eiusdem vsu adiuncta esse debent; cella, vbi cocti cibi dimensio sit; cella promptuaria penariauè escul-

## De cellis colloctionis.

esculenti obsonijue quotidiani; locus ad lances, ollas, vasauè escaria lauanda; & cohors præterea ab alijs separata cum puteo: vnde si aqua tubulis ligneis ductilibus hauritur, adhiberi accommodariue poterunt canales plumbei, aut lignei, alterius generis, per quos prout opus erit, aqua in locum lauationis, & in coquinam ducatur.

Alia itè cohors exstruetur ad gallinarij vsu.

## De loco lauationis manuum.

**L**ocus vasis labriue aquarum, ad quem moniales antequam mensæ benedicant, manus abluturæ conueniunt, à triclinio, & ab atrio capituli non longè exstrui debet; ea porrò magnitudine, quæ monialium numero respondeat. Quo loco malluuium, vas scilicet aquarium, vel marmoreum, vel æneum, alterius generis in pariete agglutinatum, totidem papillas habeat, quot eius longitudo requirit: subtus exaëdicato præterea sinu aquario concauo & accliuo, vnde per foramina aqua è malluuiio effluens aliò deriuetur.

## De loco calefactionis.

**L**ocus calefactionis, quem hypocaustum dicunt, camerata scilicet structura, vbi igne succenso moniales per hyemem ad calefaciendum conueniunt; exaëdicari potest non longè à triclinio & loco lauationis manuum: isq. tantæ magnitudinis esse debet, quanta numerum earum capiat. Caminum structilem quaqua versum latè patentem habeat, aut parieti herentem, aut in medio exstructum; ut ab omni parte locus sit ad calefaciendum.

## De loco laborum.

**L**oci laborum, quò ad opera manibus elaboranda moniales certis horis conueniunt, situs illustris esse debet, nec ab vlla parte subobscurus; ut vndiq. lumen hauriatur, quod in laboribus conficiendis, & in operibus vel contextendis, vel acu pingedis elaborandisue necessariò requiritur. Sit item per amplius, & structura eiusmodi, qua locus luminosus reddatur.

## De porticibus.

**P**orticus simplices sint, nempè è simplici columnarum, aut pilastrarum ordine constructæ: atque adeò structura omni humilis potius, quam magnifica & sumptuosa: ab omniq. parte ductæ, quadri formam præbeant. Hæc, ut aliæ supra expositæ aedificationes, tecto laqueato, alioque ligneo opere costare possunt: at ob perpetuitatem, tum etiam ut periculum incendij cautiùs euitetur, opere fornica to potius fieri debent.

**C**ella colloctionis & interior & exterior, loco non semoto neque abdito, sed publico per spicuoque exstrui debet, ac propè monasterij ostium auditorij.

Interioris cellæ fenestræ lumen à monasterio intrinsecus excipiant; exterioris verò, à parte quæ extrinsecus est.

Porrò illa cautio adhibeatur, ut præter vnam, pluresue fenestras ad colloctionem accommo-datas, in pariete inter vtramq. cellam interiecto nulla omnino alia insit.

## De fenestris colloctionis.

**F**enestra colloctionis benè munita sit opere clathrato ferreo duplici, vnciarum circiter duodecim interuallo inter vnum & alterum interiecto.

Opus verò clathratum eiusmodi sit, ut spissi clathri firmiter infixi inter se singuli, non amplius distent vncijs tribus.

Instruatur præterea lamina ferrea: quæ latius paulò quam fenestra vndiq. patens, à parte monasterij intus parieti infixa, firmoq. bitumine agglutinata, clathrato opere interiori adhærescat.

Sit verò plena aliquot foraminibus magnitudi-ne ciceris, iisdemq. inter se distantibus spatio vnciarum circiter trium.

Habeat item fenestellulam in medio exstructam, vncias sexdecim vndiq. patentem: quæ sera, vete, & clauè claudatur.

Obducatur item fenestra intrinsecus tela nigri coloris affixa, instrumento telari quod aperiri queat.

Quibus porrò in monasterijs illud ordinis regulæq. institutum est, ut fenestra colloctionis nullus monialium conspectus detur, in ijs illa fenestra simplici tantum opere clathrato instructa, & lamina ferrea obducta sit, quæ nullam fenestellulam habeat; & telare eiusmodi quod non aperiat.

Vbi ob monialium multitudinem, duabus, tribusue, aut pluribus ad colloctionem fenestris opus est: eas vno in loco cellauè, si commodum est, intus exstrui expedit ad rationem præscriptam: ita tamen, ut rectè ordineq. longè ductæ, spatium inter se habeant quatuor vel quinque cubitorum.

Distingui tamen ac separari illæ poterunt pariete interiecto, si modò in eo fenestra aperta-ruè sit, vnde monialis ad clathratam colloctionis fenestram colloquens, ab alijs quæ in cæteris deinceps fenestris colloquuntur, rectè conspiciatur.

Nec verò rota ductilis in vllò colloctionis loco imponatur constituturæ, nisi in vno tantum; nempè in fenestra ad eam rotæ colloctionem potissimum accommodata.



## De Ianuis.

**I**anuæ duæ tantum, vt par est, in monasterio struantur; vna, quæ auditorij dicitur, vsui ad ingressus necessarios; altera ad iumenta, curus, vehiculauè agenda.

Illa prior loco nõ obscuro neque occulto, sed conspicuo, omnibusq. monasterij partibus comodo fiat; nec verò amplè pateat: valuis benè firmis duplici assere confectis, & vectibus, pessulifusè binis, & clauibus fabrili opere inter se differentibus claudatur.

In ijs porrò valuis ostiolum præterea construat, idemq. firmissimis valuis, fera, aut vecte, pessulo, clauèq. duplici ac diuersa munitum; vt ne ob rem minimam ianua grandior aperiat, patefiatue necesse sit.

In his valuis insit exigua fenestricula, vel orbicularis, vel quadràgula, vel alia quauis forma: nec ampliùs vndique pateat quinque aut sex vncijs.

Muniatur lamina ferrea, minutis foratibus grano millij nõ maioribus plena: intrinsecus præterea obtegatur crassa tela, aut tenui tabella: quæ reuolui possit, cum foras prospectatur.

Situs autem ianuæ huius is esse debet, vt inde, cum fores aliquando aperiantur, nullus monialibus prospectus in viam publicam esse possit, sed impediatur obstruaturue atrio aliquo interiecto: aut ianua à latere aliquo fiat, vnde non rectà eò spectetur, sed in aliquem vestibuli parietem proximum.

Ianuæ porrò limen è marmore lapideuè solido sit, atque eiusmodi, quod strictim illà attingat. Antepagmenta item vtrunq. ianuæ latus firmiter muniat: ab omniq. parte valuis arctissime cohærescant.

Rimæ præterea tum ianuæ tum ostioli, ita benè compactæ commissiue esse debent, vt nullum ne tenuissimum quidè conspiciam insit. Huic ianuæ proxima esse struiue debet paruula cella: vbi ianitrices opus faciant, indeq. fores pulsantibus præstò sint, vt respondeant.

Proximè item rota constituetur, quæ ad eam iantricum cellam, aut ad locum proximum spectet.

Ianua altera vehicularis loco item conspicuo extruatur, tanta sanè magnitudine, quanta vsui esse potest ad vehicula, cisia plaustrauè agenda. Limine lapideo vt supra marmoratouè constare debet, vt ne exiguæ quidem rei exitus relinquantur.

Nullum verò ostiolum planè habeat.

Valuis duplicibus, vectibus firmissimis, clauiuè que duplici, at opere fabrili distinctarum firmitudine vt altera instructa sit.

Præterea opus valuarum duplicatum in vno pariete adhiberi potest; vnum scilicet intrinsecus à parte monialium, alterum forinsecus à via publica.

Ianua hæc ad eam monasterij partem struatur, vbi & lignile, & cella carbonaria ad coquinæ

vsu, & apotheca vinaria comode esse possit. Procul ab hac ianua quatuor aut quinque cubitis, intus in monasterio tranfenna ex asseribus querneis roboreisue ijs singulis spatio vnciarum circiter trium inter se distantibus, aut ex alia firmissima materia, eodem interuallo conficiatur: quæ vsque ad ianuæ culmen altè ducta, vectibus suis, fera, & clauibus benè claudatur.

## De rotis.

**R**ota, vel in ecclesia, vel propè ianuam, vel alio loco ad præscriptum constituta, aut aenea sit, aut lignea, ab omni parte laminis, quas de tola dicunt, diligenter vestita.

Altè pateat cubitum & vncias octo; latè cubitum item: at ab ore ne latius vncijs sexdecim. Tota deniq. rectè commissa, apteq. compacta sit, vt ne rimula quidem ab vlla omnino parte sit appareatue, vnde foras spectetur.

Intrinsecus à parte monasterij vncum ferro, aut vectem paruulū firmiter infixum habeat, quo obfirmetur, ne forinsecus circumagi possit, nisi à monialibus qua inuis sunt, relaxetur. Claudatur etiam ab interiori parte firmis valuis, vecte, fera, & clauè.

## De furno.

**F**urnus, à loco cubiculari quem dormitorium vocant, & vestiario, vt longissimè pro situs ratione potest, extruatur, ne vllum incendij periculum inde creetur.

Huic propè struatur farinarium, loco vel superiori, vel inferiori, vel alio quouis commodiori: alter item locus, vbi incernicula, cribra, cæteraq. instrumenta farinaria reponuntur: nisi farinarium eiusmodi sit, quod hæc etiam comode capiat: tertius præterea locus erit panificii, vbi panis scilicet fit, & fermentatur: isq. vndiq. benè conclusus & constipatus.

Huic panificii loco, & puteus, & paruulus furnus cum ahenò coniuncti sint.

In præfurnio foramen cubitale insit: per quod carbones cadentes, omnifusè pruna furnaria in fossam subtus fornice substructam demittatur. A parte superiore furni paruulum vaporariū, vulgò la stufeta, extruatur: quod multiplici vsui esse poterit.

Nec verò in exædificatione furni negligenda ratio est loci, vbi ligna arida, aliaq. materia comode esse possit ad furni calefaciendi vsu.

## De loco lauationis.

**L**ocus lauationis viridario hortifusè proximus esse debet ob id comodi, vt quæ lota madiatue sunt, in ijs loco aprico expandantur, solique exponantur.

Si horti desunt, structura fiat, ad quam gradibus scilicet ascendatur: vbi à summo porticus pensiles sint, longuriis perticifusè rectis ac trā uersalibus

uersalibus distinctæ: vnde vestes, stragula, lintheamina, & alia lota id generis quæcunq. Soli exposita pendeant, vt assiccescant.

Hæc porrò structura loco aprico sit, non sublimis admodum, vt ne inde aliorum extra monasterij fines prospectus fiat.

Si quando verò is lauationis locus præ situs angustijs extrui in plano monasterij non potest, subtus comode extruatur.

Porrò lauationis locus amplè satis patere debet, pauimento etiam latericio, aliaue materia constructus: habeat puteum, vnde tympano (quod rotæ haustoriæ genus, la tromba dicunt) aqua hauriatur: habeat item labra aquaria lapidea, furnulos clibanosue cum ahenis.

Huic loco substernatur fossa lacunauè profundè ampleq. effossa, in quam aqua diffusa descendat.

Huic etiam cõiuncta sit cella carbonaria: è qua carbones promantur ad ahenā calefacienda.

## De tonstrina.

**L**uacri loco propè esse conuenit couriceum, nempè tonstrinam: vbi moniales capita lauent.

Sit in tonstrina caminus, furnus exiguus, ahenum furno impositum ad lixiuij conficiendi vsu, & receptaculum aquæ sordidæ.

## De loco Cancellariæ.

**C**ancellariæ situs deligatur loco monasterij commodissimo; & luminoso admodum: quo loco benè materiata cella exædificetur, vbi præfectæ monialium conueniant ad putandas subducendasue monasterij rationes.

Sit hæc cella tabularum constructione vndiq. cinctā sittybis, armarijs, ac forulis distincta: in quibus cõdices rationum monasterij, aduersaria, volumina accepti & expensi, scripta, instrumenta, actauè publica ad monasterij ius quouis modo pertinentia accuratè asseruari possint, & arcæ ite nummaria, aliaq. præterea id generis. Binis clauibus, seris totidem, vectibus etiā binis, duplicibus quoq. firmissimis foribus claudatur.

## De promptuario.

**D**E cella penaria ad esculenti quotidiani vsu accommodata diximus: sed habenda etiā ratio est promptuarij; loci scilicet, vbi frugum, leguminum, olei, & aliarum rerum, quæ ad annonaria cibaria pertinent, annona reconditur; indeq. rursus prout vsu venit, promitur. Promptuarium hoc extruatur loco semoto: opere tectorio, gypsatouè vndiq. densè ita incrustetur, vt ne rima quidem vsquā appareat; quò cautius muribus foricibusue omnis foratus penitus præclusus sit.

Habeat captas, cistas, fiscinas, & vasa quæq. re-

positoria suis locis distincta.

Claudatur duplici fera, clauèq. diuerso opere confecta.

## De officina aromataria.

**M**onasterij vsui officina aromataria medicinalia esse potest: in qua & si nõ omne medicinae genus asseruatur, ea tamen simplicia medicamenta quæ facillè cõficiuntur, quæq. ad subitanei morbi accessiones depellendas aut mitigandas valent, inesse debent.

Huius officinæ medicamentariae situs procul sit aliquantulum ab ecclesia, à loco laborum, ab omni deniq. monasterij parte, quæ strepitibus exposita esse non debet: cum hæc ob herbarum contusionem, medicamentorum confectionem, multiplicem mortarij situm, frequentemq. conuersionem, ab illis vacua non sit. Loco extruatur non æstuoso, sed subalgido potiùs.

Distincta sit intus asseribus parieti agglutinatis infixusue, certo aliquo spatio singulis inter se disiunctis: inter quos transuersales tabulæ aliquot firmis fulcimentis subnixæ infigantur, in quibus tanquam certis repositorijs vasa quæ aromataria ordine collocentur.

Huic officinæ propè adiuncta sit paruula cella: vbi aquæ distillatæ, & reliqua vascula vnguentaria medicamentariaue asseruentur.

Hæc verò cella suppleat, si quando officina tabernauè vasa hæc non capit.

Alteræ præterea subfrigida itidem: vbi herbarum, vasq. ad distillandi vsu reponuntur, & carbonum aliquantulum.

In vna ex his cellis caminus struatur.

Aquariolum item sit, vnde aqua in suffossam lacunam deducatur.

Si præterea cohortis cum puteo locus dari posset, multum afferret commoditatis: si minus, hæc aromatariæ officinæ structura propè puteum fiat.

Atque hæc quidem de inferioribus monasterij partibus: nunc ad superiores transeamus.

## De superioribus monasterij partibus: ac primùm de atrio cubiculari, siue loco dormitionis.

**S**uperiores monasterij partes initio commemorauimus: in ijs potissimum cautio diligens certa q. ratio habenda est atrii cubicularis, quod Dormitorium dicunt.

Primò igitur eius situs loco deligatur, qui non patiat coeli grauitatem; sed ad eam partem vergat, vbi pro climatis ratione aer non aduersus sit, non crassus, non concretus.

Sit verò in primis nulli seruituti expositus, vt aliunde introrsum prospectus detur: aut eius luminibus extrinsecus alia parietis ædificiue substructione officiat: neque rursus inde aliorum prospiciatur.

Atrium cubiculare, prout structuræ inferioris ratio

ratio fert, monialitumq. numerus postulat, triplex aut quadruplex erit; ita ut in omni claustrum parte vnū sit: idq. tanta latitudine & longitudine, quanta est edificatio locorū inferiorū. Ab vnoquoq. atrij capite fenestræ grandiores vnde lux hauriatur, struantur, à pavimento præalta sex aut septem cubitis.

Firmiter verò clathratae sint, & opere præterea vitreo pellucido obductæ opertaue: ita tamen, ut superior earum pars ad aeris conclusi euaporationem aperiri aliquando possit.

Sin autem ab atrij latere aliqua fenestricula etiam opus est; fiat ab ea parte tantum, quæ in claustrum vergit.

Atrium vnumquodq. in partes diuisum exiguis cellis distinguetur: quæ singulæ quinque aut sex cubitis amplæ, stercis deorsum contextis, aut telis, tentoriolisve expansis separabuntur.

Quod si atria dormitionis communia (sicut ita fieri debere instituti antiqui ratio suadet) non fient; sed propriae cubiculares cellæ separatim distinctæq. extruantur; eæ inter se proximæ coniunctæq. esse debebunt, & ordine ab vtroque latere ductæ, aditu medio interiecto, in quadrum si fieri potest, desinent.

Hæc ne amplæ sint, sed ab omni parte cubitorū circiter septem magnitudine paruulum lectulum capiant.

Simplici humiliq. structura sint, nullaq. pictura.

Fenestriculam vnā tantum habeant singulæ. Ostiolum item: quod non fera aut vecte claudatur, sed pessulo (quod alzapiede dicunt) valuis ita affixo, ut forinsecus funiculo attracto facile aperiat; caminum verò nullum omnino. Si quādo maiori aliquantō amplitudine eæ cellæ struendæ erunt; cautio omnino adhibeatur, ut in iis spatium detur, quod lectulos tres saltē capiat, vel plures arbitrato superioris; duos autem dumtaxat nullo modo.

Cautio præterea sit, ut fenestra nulla struatur, vnde extra monasterii fines spectetur: si quæ verò aut in vlla cella, aut alio loco superiori fiat necesse est, e qua vel in hortos, vel in loca proxima prospectus sit: huius fenestræ antis seu pilastratis clathra ferrea vndiq. infigantur firmissimè: quibus forinsecus spatium cubiti vnus dimidii opponatur trifenna, e marmore, aut e laminis ferreis confecta, foraminibusq. vncialibus plena, & totam fenestram ab omni parte complectens, parieti suffixa cohærescat.

Nulla porò ne exigua quidem fenestricula, neque in inferioribus, nec in superioribus monasterii partibus extruatur, vnde in viam publicam prospectetur.

Atria deniq. dormitionis, siue communia, siue cellis propriis distincta, eam structuram habere debent, ut vna scala tantum, aut duabus ad summum eò ascendatur: sicq. illarum foribus aditibusq. clausis, nullus alius præterea aditus insit, per quem ad ipsa atria ingressus ascensusue fiat.

**H**IS dormitionis locis situ semoto latrinæ proximæ ita construuntur, ut certa sedilia habeant: quæ singula intermedio aliquo interiecto distincta, secessum exiguum præbeant, in quem monialis se coniciat, ne à cæteris conspicatur.

Totus verò is latrinarum locus, non modò conclusus, sed benè cõstipatus esse debet, ut neque conspectus exsistat, neque teret odor.

#### De loco scholæ & Nouitiarum.

**S**ITU ab atris cubicularibus separato, & à monialium frequentia paululum semoto, gynecæum nouitiarum construatur; locus scilicet scholæ, vbi illæ degant.

Qui locus ample patere debet; tum ad eam partem vergat, quæ cœli salubritatem habeat: benè verò conclusus, latrinas suas habeat, & cæteras partes vsui necessario accommodatas.

#### De Vestiario.

**L**OCO aprico extrui debet vestiariū commune, ab vtroque latere fenestratum: in quo vestiario lanae vestimenta tantum seruentur.

Vndique cinctum sit armariis altitudine quinque aut sex cubitorū, ordine præterea recteq. distinctis: quæ singula forulos suos habeant tantæ longitudinis, quanta statura longitudo est vestitus monialis.

Pro vestiarij foribus porticus longè ducta & aperta sit: vbi forinsecus instrumentis ferreis parieti certo interuallo suffixis, collocatisq. inter vnum alterumq. instrumentum longioriis perticisue transversalibus, vestimenta certo tempore inde pendeant, atque excutiantur.

Huic vestiario cella item vestiaria iuncta esse debet: in qua vestes lineæ, omnisq. lineæ suppellex recondantur: si modò vestiariū supra demonstratum ea magnitudine nō sit, quæ capacitas armariæ suppellectilis lineæ distinctè capiat.

At verò vbi potest, potius esse debet, ut hæc à vestiario distincta sit.

Tertia præterea cella vestiaria adiungi debet, suis itidem armariis vndiq. instructa: vbi lodicæ, culcitæ, cæteraq. id generis obstragula, ac vestes pelliceæ, distinctè distributeq. reponantur.

At cella hæc non situ aprico, sed algido potius struenda est.

#### De granarijs.

**G**RANARIA struantur loco ianæ proximo: eorum scalæ situ conspicuo sint; fores benè firmæ; duplici claue, fera, & vecte singulæ claudantur.

**E**XPOSITIS inferioribus & superioribus monasterij partibus, reliqua etiam loca & domicilia sunt, quæ ab illis seiuncta aliquo modo esse debent.

Ac primū quidem de valetudinario dicimus. Porò valetudinarium (locus is scilicet, in quo valetudinarie, ægritudineq. affectæ, vel conualescentes moniales curantur) extrui debet in situ non interiori monasterij, sed paululo remotiori, quam proximè ianæ auditorij, at loco in primis salubri.

Hæc valetudinarij structura partes item habebit tum superiores tum inferiores; triclinium videlicet longè patens cubitis circiter viginti, latè pro ratione longitudinis; coquinam vnā, cellam promptuariā vnā, cellam lauationis vnā, cohortem cum suo puteo vnā, lignile vnum, porticum vnā, cellas binas ternasue inferiores; quæ mediocri magnitudine singulæ tres lectos capiant, & caminum præterea habeant, aut singulæ, aut binæ.

A superiori autem parte cellæ cubiculares sint quatuor aut sex, moderata etiam amplitudine: eaq. item ut supra camino instructæ sint: habeantque secessum latrinarum paulò supra descriptum.

Vbi præterea ad valetudinarij huius vsum locus paruulo viridario dari potest; benè consultum esset valetudinarie huic structuræ: cuius totus ambitus ostio tantum conflans, foribus vnis claudatur.

#### De loco educationis puellarum.

**Q**VIBUS in monasterijs puellas in monialium disciplinā traditas educari permissum est; ibi certum ijs domicilium construatur, vbi distinctè à monialibus alantur: omniaq. ab illis præter ecclesiam separata habeant.

Id sanè domicilium partibus his constet; atrio exiguo cum suo camino, cella penaria, cohorte cum puteo, & parua porticu, lignili, & cubiculis inferioribus binis; à superiori parte, atrio dormitionis, aut aliquot grandioribus, quæ singula lectulos tres saltē, quatuorue, aut plures, nec pauciores capiant.

Huius domicilij circuitus vnus tantum foribus contineatur.

Viridarij etiam locus vbi esse potest, commodus erit.

#### De hortis viridarionè monasterij.

**H**ORTI monialium ob multa violandæ claustræ pericula non esse debent vasta amplitudine.

Cum enim præ vastitate non facile possint parietibus cingi; id sit, ut in monasterij partes vulgò pateat & aditus & prospectus.

Sint igitur spatium centum cubitorum, aut pau-

lò amplius ab omni parte.

Vndique parietibus cingantur, crassitudine cubiti vnus & vnciarum octo; altitudine non minori sexdecim cubitis, eaq. à superficie terre ducta.

Nec verò etiam si horti circumcingi commodè facileq. possint, præscriptum cubitorum centum spatium eos excedere conueniens est; ut ne cum præ magnitudine, à monialibus, cõuerisue quæ intrà monasterij claustra degunt, coli conseriue non queant, necesse sit contra claustræ regulas rusticos exterorū, operarios ad eorum culturam consitionemue introduci.

Ne taleæ, ne plantæ aliæ, ne vites, ne arbores cuiusvis generis propè parietes conferantur intrinsecus, neque verò extrinsecus, nisi interuallo distantes cubitorum ad minimum sex.

Neque in eorum fundo arbores gradiores ferantur; sed arbuta humiliora, eaq. rariora. Nec lignorum strues in ijs fiat, non paleæ, non fœni aceruus.

Non præterea tugurium vllum, non casa quæuis vel humillima struatur.

Nec fœni fecio, pratouè fundus eorum destinetur: sed perpetuò eiusmodi sit, in quo olera, herbæ medicæ, & coquinariæ, non voluptariæ serantur.

Si per hortos fossa canalibusue aquæ deductio firmiter cautio sit, ut ille aqueductus firmissimè operiatur aliquo lapideo cæmentitiouè opere, ducto ab ore quo aqua influit, longè cubitos circiter sex & foris & intus dimensos.

Os verò, per quod ab initio illius lapidei operis confluit aqua, & alterum vnde in illius fines effluit, cancellis ferreis vtrinque muniatur. Itidemq. fiat in extrema ea hortorum parte vnde foras erumpit.

Rursus idem aqueductus sine vllis clathratis cancellis fieri poterit, si totus tanto spatio tegatur, quantus hortorum fundus est, per quem aqua fluit.

Si quam deductionem inde fieri opus est, vel ad hortorum irrigationem, vel ad lauationis vsum; riuli aliquot deriuari per minuta foramina poterunt quò volunt, rursusq. ad aqueductum reduci.

#### De carcere, & loco secessionis.

**M**ONASTERIA, ut olim etiam habuerunt, carcerem firmum habere debent: in quæ, si quæ monialis aliquando à disciplina aberrans flagitiosè egerit, pro culpa grauitate detrudatur. Porò carcer à via publica, & ab ædibus item vicinæ procul erit, sed intima superioris monasterii parte, quæ à monialium etiam frequentia & concursu remotior sit.

Benè munitus, benè materiatus, beneq. fornicatus: fenestriculâ cubitalem firmiter clathratam altè à solo extructam habeat, vnde parū luminis excipiat: ostiolum item binis munitum valuis, in quibus interioribus fenestellula mini-

minima infit, binifq. feris, ac binis vectibus claufum.

Compedes etiam, vt in antiquis etiam regulis cautum est, habeat, & manicas ferreas; quibus vinciantur cum opus est, in carcerem coniecte. Nec verò in carcere caminus, neque foramen aliud infit; nisi latrina, angustis tubulis substructa.

Non longè à carcere locus secessionis sit: isq. & liberior & commodior quàm structura carceris.

Quo in loco moniales à cæteris semotæ, aliquãdo salutarem pœnitentiam ob leuiore culpas peragant.

*De loco audiendæ sacræ confessionis.*

**A**tque hætenus quidem de monasterij partibus: nunc sequitur vt dicamus de locis adiunctis.

Est igitur primùm habenda ratio loci, in quo moniales confitentur.

Cuius loci situs paululo ab ecclesia remotior, cellam alteram forinfecus iunctam habere debet, vbi confessarius sacerdos earum confessiones audiat.

Locus porrò interior vbi moniales confitentur, à parte inferiori sit, ne scalæ ascensu opus habeant: benè verò pauimētatus sit, aut opere fornicato subtus constet, ne humidus vlginosus uè sit; ab omni item strepitu valdè admodum semotus, atque adeò vndiq. accommodatus, vt ne monialis confitendo audiri à quoquam alio quàm à confessario possit.

Ab omni deniq. parte spatium habeat cubitorum circiter sex aut septem.

Confessarii sacerdotis item cella, eodem modo & forma extrinfecus iuncta struat.

In pariete vtriusq. loci cellæ communi, fiat ad confessionis vsum fenestricula altitudine cubitali ad summum, latitudine vnciarū circiter sexdecim pro altitudinis ratione.

Quæ fenestricula, & clathratis ferreis, & lamina ferrea cum suis minutis foraminibus, & tela præterea nigra affixa benè munita nullo modo aperiri possit.

Eodem in pariete rota inesse poterit, dimidio minuscula quàm aliæ præfinitæ: hæc q. rota ad vsum exponendi confessario, si quas res necessarias habet.

Eademq. rota, firmiter beneq. instructa extet, vt de aliis rotis demonstratum est.

*De diuersorio confessarij.*

**E**xædificetur præterea diuersorium, in situ intrà ianuam exteriorem viæ publicæ iunctam, & illam interiorem qua ad claustra aditus sit, interiecto; cellis duabus, vna inferiori, altera superiori constans: quibus confessarius sacerdos vti possit, cum pernoctare necesse habet, vt moniali cuiuspiam periculose ægrotanti

præstò sit sanctissimorum sacramentorum ministracione.

Hoc diuersorium, & caminum, & latrinam, & alia vsui necessario accommodata habeat; at rotam nullam, nullamq. fenestram omnino, vnde vel aspectus, vel collocutio quouis vnquam prætextu esse possit.

Nec verò plures habeat cellas præter illas duas; vt omnis alia conuersationis aut commercij occasio ab eo remota exclusauè sit: neque denique vllum præterea locum vel exiguum.

Ita enim omnino fiet, vt minor, aut nulla comoditas occasioe relinquatur in eo commorandi, nisi necessaria de causa.

Quæ ratio locum etiam habeat in diuersorij sequentis ædificatione.

*De diuersorio exteriori famulorum, & colonorum aduentantium.*

**D**iuersorium in eodè intermedio situ, quod aduentantibus colonis, famulis uè monialium vsui sit, construatur. quod diuersorium cubacula bina trina uè habeat, at nullam nec rotæ, neque collocutionis fenestram.

Neque ab re esset, vt id à monasterij ædificio disiunctum aliquo exiguo spatio sit, vt ne saltè tectis coniungatur.

*De domicilio Conuersarum.*

**D**omicilij extra clausuræ fines positi, in quo Conuersæ non professæ habitent, ea ratio in illius ædificatione haberi debet, vt scilicet intrinfecus à parte monialium claudatur, aperiatuè.

Id verò præstari poterit ratione infra demonstrata.

In illo ipso intermedio situ extra clausuræ fines domicilium fiat, quod Conuersas tot capiat, quot ad monasterij vsum opus esse verisimile est.

Habeat hæc domicilij habitatio singulas partes necessarias; locum dormitionis scilicet communem, coquinam, puteum, lignile, & alia ite loca vsui necessario opportuna.

Porrò in huius domicilij exstructione hæc cautio sit, vt ne in parietibus exterioribus ad viam publicam spectantibus fenestra vlla, ac ne foratus quidem exiguus, conspicillum uè minimum fiat.

Vt deinde vna tantum ianua constet: quæ propè clausuræ monasterij parietem, quicumq. ille sit, exstruat.

Fiat in eo clausuræ pariete foratus amplitudine vnciarum circiter sex: per quem vectis ligneus eadem crassitudine transmissus, idemq. in transuersum actus, ac paululum in parietem qui è regione est, iniectus, firmiter illius ianuarum valuas occludat.

In cuius vectis summa parte quæ à monialibus est, clavis seraq. ita aptè accommodata sit,

vt in-

vt intrinfecus moniales faciliè aperiant, rursumque claudant.

Si verò ea transuersarij vectis ratione confecti non potest, vt ianua illa occludatur; hoc etiã fieri faciliè erit: vt vectis non transuertus, sed rectè ad ianuam quæ è foratus regione est, ductus, à summa parte valuis innixus atque oppositus, firmè occludat.

In hoc domicilio à latere monasterij fenestricula exigua, quæ non amplius vndiq. pateat quinque aut sex vncijs, munita etiã lamina ferrea, plenaq. minutis foraminibus extruenda est: vnde præfecta Conuersas euocet, ac spectet an domi sint, cum ianua clausa est; tum illæ foras discessuræ, benedictionem missionemq. inde ab ea petant.

*Cautiones quædam in tota monasterij ædificatione.*

**P**rimò in tota monasterij ædificatione diligens clausuræ ratio habeatur; vt scilicet illius situs quantuscunq. est, omni ex parte idoneis beneq. materiatis parietibus cõcludatur: quorum præterea altitudo sit cubitorum ad minimum vigintiquatuor, exceptis hortorum muris, quorum altitudinè supra demonstrauimus: crassitudo cubitalis, ac paulò etiam maior; at minor certè nullo modo.

Porrò à parietibus exterioribus nullus infit caminus in ijs effossus: at eminēs, è superficieque intrinfecus extans non vetatur; nulla præterea fenestra, non fenestricula, non conspicillum, ac ne rimula quidem, vnde etiam minus prospectus sit.

In singulis monasterij partibus ad communè vsum exstruendis, vt potè Refectorio, Capituli atrio, Valetudinario, Dormitorio, Calefactio nis, Lauationisq. manuum, & laborum item loco, atque alijs id generis, tum in primis in ecclesiæ interioris ædificatione, non negligenda sed adhibenda ea cautio est, vt singula eiusmodi loca, ad quæ moniales frequentes conuenire solent, ampla structura sint; quæ comode capiant, non modò omnes quæ iam sunt, sed aliquantò plures, quas etiam deinceps in idem monasterium recipi pro facultatum eleemosinarumque ratione & accessione posse verisimile est. Illa porrò etiam cautio vel maxima sit, vt ne in vlla colloquij exteriori cella, nec in vllò vel confessarij sacerdotis, vel colonorum, famulorum uè aduentantium diuersorio, neque in vlla alia quouis monasterij parte exteriori, ædi-

ficacione extrinfecus facta, locus superior quicumq. sit, ad quem monialibus aditus detur: nec rursus in vlla monasterij parte interiori locus item superior, quod alijs accessus ingressu uè esse vllò modo possit.

Est illud præterea cauendum, vt quicumq. in monasterio sunt aditus, vestibula, angiportus, aliæque id generis, ne tenebricosa, ne subobscura sint, sed dilucida & illustra.

In omni denique, vel anguli, vel aditus, vel scalæ, vel atrij monasterij capite, sacra aliqua imago piè expressa extet.

**CAUTIONES QUÆDAM DE**  
omni Ecclesiastica ædificatione.

Cap. XXXIII.

**H**æc de fabrica exteriori & interiori ecclesiæ, de cœmiterijs, de sacristia, alijsq. partibus ædificationi ecclesiasticæ adiunctis, de ecclesiæ simplicis, & oratorij exstructione, ac rursus de ecclesiæ, monasterijq. monialium structura, speciatim supra locis suis scripsimus.

Illud verò generatim ad omnem ecclesiasticam ædificationem attinet, vt scilicet neque in ecclesiæ, cappellæ, altaris, partibus cuiusuis alteri, q. ipsius ecclesiæ vsum de corem uè attingat, fabrica, ornatuq., nihil operis quale quale sit, statuat, fiat, inscribatur, effingatur, exprimat uè; quod à christiana pietate & religione remotu, aut quod profanum, quod deformè, quod voluptariu, quod turpe vel obscenum sit; quod uè popularem magnificentiam, aut familiaru insignia ostentans, gentilicij operis speciem præbeat.

Non vetatur tamen pro fabricæ firmitudine (si ita architectonicæ ratio aliquando postulat) aliqua structura, generis vel dorici, vel ionici, vel corinthij, vel alterius huiusmodi operis. Id omne cum fabricæ præfecti architectu uè, an tequam ædificationis initium fiat, consultò caueant: tum in primis curæ episcopalis est videre, ne quid tale ab ijs in opere ecclesiastico committatur.

Id denique in huiusce etiam libri conclusione ponimus, vt cum de dote vel ecclesiæ, vel sacello, vel altari certa constituenda, iure canonum cautum sit; Episcopus priusquam eiusmodi ecclesiasticæ ædificationis aut foundationis facultatem det, eo de genere diligenter consultoq. idonea sponfione publicisq. tabulis caueat, ex eorundem canonum præscripto.



INSTRUCTIONVM  
SVPELLECTILIS  
ECCLESIASTICÆ

## LIBER II.



**S**UPERIORI libro modum formamq. exposuimus fabricæ ecclesiasticæ exterioris atque interioris: nunc sanè cōsequēs est alter liber, in quo de ecclesiastica supellectile dicemus.

Ac primò quidem simplicem illius apparatus, sacris ministeriis, atque vniuscuiusq. ecclesiæ partibus, & pro ministrorum numero, & pro ecclesiarum etiam ipsarum ratione ac dignitate congruentem uno in conspectu cōstituumus. Deinde, quoniam pro officiorum item solemnitate, & pro varia ratione, sacram illam supellectilē, cum multiplicem, variam, coloribusq. distinctam, tum quibusdam stas diebus pretiosiorē esse conuenit; operæpretium fuit, certis regulis constitutis ostendere etiam, quæ ecclesiastica ea supellex, rursus q̄ duplex, q̄ itē triplex, quæ quadruplex, quæ quintuplex, quæ deniq. multiplex, pro necessario commutationis vsu lauandi causa esse debeat. Postremò aliquam omnem enumeratæ supellectilis formam commonstrare volumus, vt apparatus omnis, & cum solemnitatum rationibus, rituumq. regulis atque institutis conueniat, & in omni ecclesia, vbi per facultates potest, quò decentior omni ex parte existat. Iam verò in toto hoc genere initium à basilicæ cathedralis supellectile instituumus: tum reliquarum deinceps ecclesiarum, nempè collegatarum, parochialium, ac simplicium apparatus ordine prosequimur.

DE SVPELLECTILE  
Ecclesiæ Cathedralis.

## Cap. I.

**B**ASILICÆ igitur cathedralis erit vt infra demonstratur, supellex: cuius etfi certè aliqua pars communis esse potest solemnium Missarum, tum Episcopatum, tū aliarum quæ collegiatim celebrantur, & aliorum præterea diuinorum officiorum: est illud tamen cum omni ratione conuenientius, vt vbi per facultates potest, in ecclesia cathedrali apparatus sit sacrarum vestium, ornamentorum, & reliquæ supellectilis, vsui solùm, proprièq. addictus Missis, diuinis officijs, cæterisq. sacris ministerijs, quæ ab episcopo peraguntur. Itaque cathedralis hæc supellex distinctè exponetur: ac primò sanè loco hæc episcopatum officiorum, deinde illa quæ vsui est, cum diuina officia per alios peraguntur.

## SVPELLEX

Missarum, diuinorum officiorum, ministeriorumq. Episcopatum propria.

**S**upellex Episcopali vsui solùm addicta hæc erit: quæ infra commonstrata, partim ad altaris maioris apparatus attinet; partim præcipua ac propria est vestium Episcopatum, ad Missæ sacrificij, & diuinorum officiorum ministeriorumq. sacrorum solemnem celebritatem vsumq. necessarium; partim ex indumentis est, quib⁹ vtitur, quicumq. ecclesiæ ministri Episcopo solènter celebranti ministrant; partim verò (quæ reliqua supellex est) ex multiplici genere cōstat, quò infra exponitur titulo suo.

## Apparatus Altaris maioris Episcopo celebrante.

**C**RUX.  
Candelabra septem cum operculis ternis extinctorijs.  
Emunctoria duo.  
Tabella secretorum vna.  
Mappæ, quas tobaleas dicunt, minores duæ.  
Mappa, seu tobalea maior, vna.  
Pallium.  
Velamentum ad ornatum frontispicij Altaris.  
Tela stragula Altaris.  
Tapetia, seu stragula bradellæ, & graduum altaris, & plani item, quod à fronte, & ab vtroque eius latere est.

## Vestes, indumenta, ornamenta, &amp; Episcopalia, Missarum, diuinorum officiorum, ac ministeriorum solemnium vsui necessaria.

**C**ALIGARUM par.  
Sandaliorum par.  
Amictus vnus cum fascia, seu auriphrygio.  
Albæ cum suis grammatis, seu auriphrygijs.  
Cingulum, seu Zona cum suo succinctorio.  
Cruce pectoralis ad collum appendenda.  
Stola.  
Tunica, quam tunicellam etiam dicunt.  
Dalmatica.  
Chyrothecarum par.  
Planeta.  
Subbirreta mitralia quatuor.  
Mitræ pretiosæ binæ.  
Mitræ simplices binæ.  
Anulus episcopalis insignior.  
Gremiale.  
Baculus pastoralis.  
Manipulus.  
Pluuiale.  
Pectorale ad pluuiale connectendi vsum.

## Indumenta Ecclesiæ ministrorum Episcopo solemniter diuina officia celebranti inseruientium.

**P**luuiale sacerdotis assistentis ad librum.  
Tunicellæ duæ vsui duorum assistentium diaconali vestitu.

Ami-

## Instruct. supell. eccles. Liber II.

**A**micus vsui diaconi vnus; in ecclesia Metropolitana duo cum suis fascijs, seu auriphrygijs.  
Amictus item vsui subdiaconi vnus; in Metropolitana duo cum suis fascijs seu auriphrygijs.  
Alba diaconalis vna item; at in Metropolitana duæ, cum suis grammatis seu auriphrygijs.  
Alba subdiaconalis vna etiam; duæ verò in Metropolitana cum suis grammatis seu auriphrygijs.  
Cingulum diaconale vnum; item in Metropolitana duo.  
Cingulum subdiaconale, vnum; in Metropolitana duo.  
Dalmatica diaconalis vna; in Metropolitana duæ.  
Tunicella subdiaconalis vna; at in ecclesia Metropolitana duæ.  
Stola diaconalis vna; at in Metropolitana duæ.  
Velum subdiaconale ad vsum ferendi calicis patenæ, vt sustinendæ.  
Pluuiale vsui sustinentis librum.  
Pluuiale præterea vsui sustinentis candelam accensam.  
Pluuiale vsui ferentis baculum.  
Velum vsui cappellani sustinentis mitram.  
Vela item, seu continentia, vsui ministeriorum portantium indumenta ornamenta, & episcopalia, cum Episcopus scilicet illis vel induitur vel exiit: eaq. duodecim.

## Reliqua supellex Missæ, diuinorum officiorum, aliorumq. ministeriorum episcopatum solemnium vsui.

**C**ALIX.  
Patena.  
Velum calicis.  
Corporale.  
Sacculus corporalis.  
Purificatorium.  
Hamulæ, seu vrceoli quatuor.  
Peluis vrceolorum.  
Missalia duo.  
Liber Missarum episcopatum cantus modulatione notarum.  
Signaculum Missalis.  
Integumentum Missalis.  
Puluinar Missalis.  
Pontificalia duo.  
Signacula pontificalium bina.  
Integumentum pontificalis vnum.  
Instrumenta duo vsui candelæ sustinendæ cum suis emunctorijs.  
Thuribula bina.  
Acerræ binæ.  
Cochlearia bina.  
Vestitus sedis episcopalis.  
Scabella picta vsui assistentium Episcopo.  
Faldistorium.  
Integumentum faldistorij.  
Puluinaria faldistorij duo, vnum ad sedendi,

alterum ad genua flectendi vsum.  
Abacus.  
Mappa abaci.  
Candelabra abaci bina.  
Sustentacula Mitrarum bina.  
Vasa, seu hydræ ad ornatum abaci, tria, aut plura.  
Vrceus magnus, quod bocale dicunt, vnus, aut duo.  
Peluis magna vna, aut duæ.  
Mantilia ad vsum abstergendi manus quatuor.  
Lectonarium ad vsum Missæ solemnem in ecclesia Metropolitana.  
Integumentum lectionarij.  
Epistolarium.  
Integumentum epistolarij.  
Euangelistarium.  
Integumentum euangelistarij.  
Integumentum ambonis, vel suggesti.  
Integumentum lectorilis.  
Vas gestatorium aquæ benedictæ.  
Aspergilla duo.  
Pannus lineus, seu sabarium ad abstergendum caput baptizati vsui in baptismis solemnibus.  
Ampulla crySTALLINA balsami cum cochleari argenteo.  
Pelliculæ item ad vsum multiplicis ministerij episcopalis quatuor, sexuè.  
Forfices ad vsum sacræ ordinationis bini.  
Vasa tria vsui sacris oleis conficiendis; vnum scilicet in quo sacri chrisimatis, alterum in quo sacræ extremæ vnctionis; tertium in quo catechumenorum oleum consecratur.  
Vascula præterea sacrorum oleorum ministratoria totidem.  
Vasculum item vnum tripliciter inter se distinctum, vsui sacri olei; catechumenorum scilicet, chrisimatis, & infirmorum, in varijs ministerijs episcopatum.  
Vela tria serica, vnum ad vsum contegendi vas chrisimatis, alia duo ad integenda vasa, vnum olei infirmorum, alterum catechumenorum.  
Candelabrum vnum vsui sacræ ordinationis.  
Vrceoli etiam vsui sacri ordinationis.  
Liber exorcismorum vsui sacræ ordinationis exorcistarum.  
Liber epistolarij vsui sacræ ordinationis subdiaconorum.  
Liber euangelistaris vsui sacræ ordinationis diaconorum.

## Supellex, quæ Missarum, &amp; officiorum episcopatum vsui propriè vt supra addicta, pro varietate colorum quintuplex esse debet.

**C**VM porrò sacræ vestes indumenta, & altaris, & episcopi celebratis, & ministrorum, esse debeant coloris cōuenientis officio, & Missæ diei, ex instituto sanctæ matris ecclesiæ, quæ coloribus

quinque vti consuevit; albo scilicet, rubro, violaceo, viridi, atque nigro; fit, vt pro hac colorū varietate in diuinis officiis instituta, quintuplex sit sacrarum vestium & indumentorum apparatus supra nominatum expositus. Vestes igitur sacræ, indumenta, ornamentaue, quæ ordine infra numerantur, quinq. singula esse debent, colore scilicet diuerso; vt pote albo, rubro, violaceo, viridi, & nigro; exceptis quibusdam indumentis nominatum infra monstratis, quæ quadruplicia tantum sunt, quoniam nigro colore non adhibentur. Pallium altaris. Velamentum frontispicij altaris. Caligæ } Hæc indumenta quadruplicia tantum erunt, quia nigro colore esse non debent. Sandalia }  
 Auriphrygium, seu fascia amictus.  
 Grammatæ, seu auriphrygium albæ.  
 Stola.  
 Tunica.  
 Dalmatica.  
 Chyrothecæ) quarum scilicet paria quatuor tantum erunt, quia nigro colore non adhibentur.  
 Planeta, seu Casula.  
 Gremiale.  
 Manipulus.  
 Pluuiale.  
 Pluuiale assistentis sacerdotis.  
 Tunicellæ) vsui assistentium diaconali vestitu.  
 Auriphrygium amictus diaconalis vnum; in Metropolitana duo singulorum colorum.  
 Auriphrygiū item amictus subdiaconalis vnum; in Metropolitana duo singulorum colorum.  
 Grammatæ, seu auriphrygium albæ diaconalis vnum; in Metropolitana duo.  
 Grammatæ, seu auriphrygiū albæ subdiaconalis vnum; in Metropolitana duo.  
 Dalmatica diaconalis vna; in Metropolitana dua.  
 Tunicella subdiaconalis vna; in Metropolitana dua.  
 Stola diaconalis vna; in Metropolitana dua.  
 Manipulus diaconalis vnus; in Metropolitana duo.  
 Manipulus subdiaconalis vnus; in Metropolitana duo.  
 Pluuiale vsui sustentis librum.  
 Pluuiale item vsui sustentis baculum episcopalem.  
 Hoc verò indumentum quadruplex tantum esse debet, quoniam in officiis pro mortuis nō adhibetur baculus.  
 Pluuiale præterea vsui sustentis candelam accensam.  
 Velum calicis.  
 Sacculus corporalis.  
 Signaculum Missalis.  
 Puluinar Missalis.  
 Signaculum pontificalis.  
 Integumentum pontificalis.  
 Vestitus sedis episcopalis.

Indumentum faldistorij.  
 Puluinaria faldistorij.  
 Integumentum lectionarij.  
 Integumentum epistolarij.  
 Integumentum euangelistarij.  
 Integumentum ambonis, vel suggesti.  
 Integumentum lectorilis.

*Supellex indumentorum, quæ è lino, byssonè confecta, ministerijsq. episcopalibus addita, & in simplici numeratione supra mox posita, ob mundiciem, necessariumq. lauationis vsum multiplicia esse oportet, vt infra vberius exponitur de supellectile indumentorum linearum.*

**P**rimò igitur altaris indumenta linea, byssinaue, vsui Missis episcopalibus sunt, quorum tota summa erit numero infra mox notato.  
 Mappæ maiores tres.  
 Mappæ minores sex.

#### Indumenta linea episcopalia.

**A**mictus octo.  
 Alba totidem.  
 Corporalia sex cum suis pallis.  
 Purificatoria duodecim.  
 Mantilia ad vsum abstergendi manus numero duodecim.  
 Mappæ abaci tres.  
 Sabatia ad vsum baptismorū solemnium tria.

#### Indumenta linea vsui ministrorum Episcopi inferuentium.

**A**mictus diaconales octo; in ecclesia Metropolitana sexdecim.  
 Albae diaconales totidem; in Metropolitana vt supra sexdecim.  
 Amictus subdiaconales octo; in Metropolitana sexdecim.  
 Albae subdiaconales octo; in Metropolitana etiam sexdecim.

#### DE SUPELLECTILE,

Quæ canonicis, caterisq. Ecclesie Cathedralis ministris in Missis conuentualibus diuinisq. officijs vsui est.

**E**xposita supellectile, quæ episcopali vsui propriè addita est; sequitur vt dicatur de supellectile, quæ canonicis caterisq. ecclesie cathedralis ministris in peragendis diuinis officiis necessaria est.  
 Hæc porro ordine distincta, partim ad altaris maioris apparatus; partim ad Missæ conuentualis, & diuinorum officiorum vsum; partim ad cultum & administrationem sacræ Eucharistiae, aliorumq. sacramentorum; partim ad alia ecclesiastica ministeria, & alia item spectantia ad funeralia officia; alia denique ad sacrificiam pertinet.

Hic

Hic sanè distinctionis modus, in reliquarum etiam ecclesiarum, prout earum vniuscuiusq. ratio tulerit, supellectile commōstranda præstiniendaq. seruabitur.  
 Primo autem loco supellectilis apparatus simplex exponetur.

#### Apparatus Altaris maioris.

**C**Rux.  
 Candelabra sex cum suis operculis extinctoriis binis.  
 Emunctoria duo.  
 Tabella secretorum.  
 Mappæ minores duæ.  
 Mappa maior vna.  
 Pallium.  
 Velamentum ad ornatum frontispicij Altaris.  
 Tela stragula Altaris.  
 Tapetum bradellæ altaris.  
 Tabellæ orationis de Sancto, cuius nomine altare cappellauè maior nuncupatur, duæ; vna à dextro, altera à sinistro latere clathrorum altaris cappellauè extrinsecus affigenda.  
 Tabellæ item duæ orationum de Sancto Sanctisue, quorum insignes reliquie in eo altari reconditæ sunt.

#### Supellex ad vsum sacrificij Missæ Conuentualis, & diuinorum officiorum.

**A**mictus sacerdotalis cum suo auriphrygio, seu fascia.  
 Alba sacerdotalis cum suis auriphrygijs, seu grammatis.  
 Cingulum sacerdotale.  
 Manipulus sacerdotalis.  
 Stola sacerdotalis.  
 Planeta.  
 Pluuiale.  
 Amictus diaconalis cū auriphrygio, seu fascia.  
 Amictus subdiaconalis cum fascia, seu auriphrygio.  
 Alba diaconalis cum suis grammatis, seu auriphrygijs.  
 Alba subdiaconalis cum suis gramulis, seu auriphrygijs.  
 Cingulum diaconale.  
 Cingulum subdiaconale.  
 Dalmatica diaconalis.  
 Tunicella subdiaconalis.  
 Manipulus diaconalis.  
 Stola diaconalis.  
 Manipulus subdiaconalis.  
 Velum subdiaconale, ad vsum ferendi calicis, patenzuè sustinenda.

#### Supellex quæ sequitur, propria Missæ tantum.

**C**alix.  
 Patena.  
 Velum calicis.

Corporale cum palla.  
 Sacculus corporalis.  
 Purificatorium.  
 Hamularum, seu vrceolorum paria duo.  
 Peluicula vrceolorum.  
 Missalia tria.  
 Integumentum Missalis.  
 Signaculum Missalis.  
 Puluinar Missalis.  
 Lectionarium ad vsum Missæ solemnis in ecclesia Metropolitana tantum.  
 Integumentum lectionarij.  
 Epistolarium.  
 Integumentum epistolarij.  
 Euangelistarium.  
 Integumentum euangelistarij.  
 Integumentum ambonis, vel suggesti.  
 Cereostata octo cū suis operculis extinctorijs.  
 Tabella gestatoria pacis offerenda.  
 Sudariolum ad nares expurgandas cum opus est in Missæ sacro.  
 Funiculus cum globulo, vnde sudariolum pendat.  
 Crepidarum mundarum paria terna.

#### Supellex, quæ Missæ Conuentualis, diuinorum officiorum, processionumq. vsui communis est.

**C**Rux Capituli.  
 Thuribula duo } Ad thurificationis vsum.  
 Acerræ binæ }  
 Cochlearia bina. }  
 Pluuialia tot, quot sanè quidem sunt ecclesie canonici, & dignitate præditi, & Mansionarij, alijq. id generis ministri episcopo celebrante.  
 Planeta etiam totidem, quot canonici alijue sunt, qui sacerdotales præbendas habent, certis statis diebus adhibenda ex libro caeremoniarū.  
 Dalmaticæ diaconales, quot canonici alijue qui diaconales præbendas obtinent.  
 Tunicellæ subdiaconales itidem vt proximè supra.  
 Cereostata bina ad vsum processionum.  
 Canthari item in ecclesia Metropolitana bini.  
 Candelabrum cerei paschalis.  
 Labarum, seu vexillum sancti patroni Ciuitatis ad vsum processionum.  
 Crotala, seu crepitacula lignea tria saltem, ad vsum pulsandi loco campanarum in tenebris hebdomadæ sanctæ.  
 Candelabrum triangulare ad vsum sustentendi candelas in tenebris hebdomadæ sanctæ, præterquam in Metropolitana.  
 Stragulum fedilis, in quo sacerdos Missæ sacrum faciens, & ministri aliquando assident.  
 Aulæ, panniuè plures, ad vsum ornandæ cappellæ maioris, & chori, aut basilicæ, solemnioribus diebus.  
 Lectorilia stataria chori duo.  
 Lectorilia minora gestatoria tria saltem.  
 Integumenta lectorilium statariorum.  
 Integumenta lectorilium gestatoriorum.

Ecc 3 Li

Libri, seu volumina ad usum diuinorum officiorum in ecclesia Metropolitana pro ritus Ambrosiani ratione.

**B** Reuaria forma grandiori tria saltem.  
 Calendaria anniuersaria seu perpetua tria item.  
 Psalteria præterea cum hymnis tria saltem.  
 Libri de hymnis musica modulatione notatis tres saltem.  
 Antiphonaria de Dominicis tria.  
 Antiphonaria de Sanctis tria.  
 Antiphonaria feriata tria.  
 Lectionaria matutinalia tria.  
 Homiliaria tria.  
 Lectionaria ex libro Genesis ad officia Quadragesima post horam Tertiam & Nonam duo.  
 Lectionaria item de Exodo ad officium Dominicarum Quadragesima post primam Missæ orationem.  
 Ex Prouerbis Salomonis duo item.  
 Lectionaria item ex sermonibus sancti Ambrosij ad officia Dominicalia Quadragesima duo.  
 Lectionaria item de vitis Sanctorum in stas quibusdam vigilijs duo.  
 Pontificalia tria.  
 Cæremonialia tria: vnum quod dicitur Romanum, alterum Ambrosianum, tertium Paridis de Grassis.  
 Sacramentalia quatuor.  
 Processionalia, seu libri Litaniarum processionum, quinque, pluresuè.  
 Libri ad usum funerum & officij mortuorum quinque pluresuè item.  
 Libri cantus Ambrosiani varietate tonorum distincti, ad usum lectionum, psalmodiarum, & id generis aliorum, numero tres.  
 Libri, in quibus hymnus, *Gloria in excelsis*, *Symbolum*, & *Sanctus*, musicis notis descripta sunt, numero tres.  
 Libri de cæremonijs Missæ tres item.  
 Libri de computo ecclesiastico duo.

Libri seu volumina ad usum diuinorum officiorum in alijs ecclesijs cathedralibus.

**B** Reuaria forma ampla tria.  
 Calendaria perpetua tria.  
 Diurna aut psalteria cum hymnis tria.  
 Hymnaria musico cantu exscripta tria.  
 Lectionaria tria matutinalia.  
 Homiliaria tria.  
 Antiphonaria de Dominicis duo.  
 Antiphonaria de Sanctis duo.  
 Gradualia de Dominicis duo.  
 Gradualia de Sanctis duo.  
 Manualia duo item.  
 Martyrologia item duo.  
 Libri de officio mortuorum duo etiam.  
 Ritualia tria.  
 Processionalia tria plurauè.  
 Pontificalia tria.

Cæremonialia totidem; duo scilicet Romana, tertium Paridis de Grassis.  
 Sacerdotalia duo.  
 Rationalia diuinorum officiorum duo item.  
 Libri de computo ecclesiastico duo quoque.  
 Libri præterea ij. probati, de musico cantu modulatione diuinorum officiorum, numero tres, pluresuè.

*Supellex, quæ ad cultum et administrationem sacre Eucharistiæ, aliorumq; Sacramentorum vsui est.*

**C** Onopœum tabernaculi maioris.  
 Tabernacula paruula duo: alterum altius, atque ornatus; alterum minori & altitudine & ornatu.  
 Amboq; ad usum exponendæ in altari sacre Eucharistiæ, & in processibus ferendæ.  
 Pixides quatuor: vna vsui ad conseruandam sanctissimam Eucharistiam; altera ad illa ægris ferendam; reliquæ duæ, ac plures etiam pro ratione frequentis populi ad sacram communionem conuenientis, eaq; grandiores; & ad eum usum, cum scilicet aliquando eodem tempore viris separatim à fœminis sacra Eucharistia ministratur; eodemq; item tempore alia hostiæ ad eiusdem populi communionem cõsecrandæ sunt.  
 Vela quatuor, ad usum sacre Eucharistiæ quæ in tabernaculo maiori asseruatur, decenter cõtegendæ.  
 Vela præterea duo, ad sacra Eucharistiæ contegendæ vsu, cum ad ægros scilicet illa fertur.  
 Velum vnum ad illam in processibus solennibus ferendam.  
 Umbellæ duæ, vna vsui cum ad ægros sacra Eucharistia defertur, altera in processibus adhibenda.  
 Crux, in qua Christi Domini imago affixa pendat, eaq; decenter expressa, ad ægros sæpe ferenda.  
 Laternæ grandiores sex vsui sacre Eucharistiæ ad ægros ferendæ.  
 Cereoferaria breuiora viginti quatuor, deferendis luminibus vsui, cum sacra Eucharistia fertur.  
 Tintinnabulum gestatorium vnum, cum sacra Eucharistia fertur.  
 Mappæ ad apparatus communionis in ecclesia ministrandæ.  
 Mappulæ præterea breuiores subter sanctissimam Eucharistiam sustinendæ, dum in ecclesia, aut ægrotis ministratur.  
 Vasa pro purificatione populi quatuor, sexuè.  
 Vasa pro vino purificationis maiora quatuor, ac minora totidem.  
 Scamna item oblonga ad apparatus communionis populi, sex, plurauè, prout est eius frequentia.  
 Vasa duo sacrorum oleorum, chrisimatis, catechumæorum; eaq; ad usum parochialis curæ, quæ in ecclesia cathedrali geritur, cum suis cotylis, & facculis.

Hæc

Hæc verò duplicia sint: vt in Pascha illis vacuis parochus animarum curator ad olea sacra recens consecrata suscipienda vtatur; aliaque rursus retineat ad asseruandum quod reliquum est sacrum oleum vetus, quo vti possit, si in parochiali cura opus esset, dum alia vasa parantur ad recens oleum sacrum recipiendum.  
 Vasa item duo olei sacri infirmorum ob eiusdem parochialis curæ vsum, cum suis cotylis, & facculis.  
 Vbi verò plures parochi animarum curatores sunt, totidem etiam vasa sint instructa olei sacri.  
 Pannus lineus, quod fabariū dicitur, ad usum abstergendi caput infantum baptizatorum.

*Supellex quæ multis ministerijs sacris communis est.*

**V** As vnum vsui aquæ Dominicis diebus benedicendæ.  
 Vasculum gestatorium aquæ benedictæ.  
 Aspergillum.  
 Peluis grandiuscula gestatoria vna saltem ad usum lauationis manuum.  
 Irceolus ob eundem vsum grandiusculus vnus item.  
 Mantile grandius ad manus abstergendas.  
 Vasa vsui excipiendi oblationes duo saltem.  
 Superpellicea ad vsum varium ministeriorum sacerdotalium.  
 Superpellicea vsui clericalium ministeriorum.

*Supellex officiorum funeralium propria.*

**F** Eretra duo.  
 Pallia feretralia duo saltem: vnum quo cadauera contegantur, cum efferuntur, & cœnotaphia item; alterum, quo eadem cadauera substernantur.  
 Cœnotaphium gestatorium, quæ tumba dicitur, vnum.  
 Basis cœnotaphij vna item.  
 Pânus stragulus eiusdem basis vnus etiam, aut basis saltem decenter picta.  
 Cruces, quæ circa cœnotaphium collocantur, quatuor.  
 Scabella sustentaculauè crucum quatuor ite.  
 Candelabra ferrea octo, aut duodecim, pluraue ex vsu basilicæ cathedralis.

*Supellex Sacristiæ cathedralis.*

**I** nstrumenta ferrea bina ad vsum conficiendi hostias.  
 Vasculum vnū pro asseruandis hostijs magnis.  
 Vasculum item vnum pro hostijs paruis.  
 Capsulæ corporalium binæ.  
 Capsulæ binæ ite vbi purificatoria reponuntur.  
 Sacculus calicis.  
 Sacculus pixidis.  
 Thecæ calicum numero tot quot sunt calices.

Mantile grandius loco appendendum vbi manus lauantur.  
 Mappa ad vsum altaris sacristiæ seu armarij, apud quod sacerdos vestes sacras induit.  
 Tapetia duo saltem, vicissim loco sternenda, vbi sacerdos se induit; aut eorum loco clathra lignea.

Crepidarum mundarum paria tria, si quando opus est calceos luto inquinatos deponi.

**TABELLA** de professione fidei.

Tabella de sacris reliquijs in basilica cathedra li reconditis.

Tabella Indulgentiarum eidem ecclesiæ perpetuo concessarum.

Tabellæ binæ de orationibus preparatorijs, ad vsum sacerdotum qui celebraturi sunt.

Tabellæ item binæ orationum, quas pronunciant sacerdotes dum sacras vestes induunt.

Tabella distributionis horarum pro Missis celebrandis.

Tabella præterea de Missis, commemorationibus, funeralibus, & alijs eiusmodi officijs: quæ in singulas hebdomadas certis stas diebus,

vel ab vniuerso Capitulo clerouè ecclesiæ, vel ab vnoquoque sacerdote cappellano, in singulis altaribus cappellisuè, ex fundatione, institutione, aut legati elemosinæ uè nomine, aut aliqua alia obligatione præstari debent.

Tabella, quæ dyptica dicitur, de singulis Episcopis, qui in ecclesia cathedrali ordine præcesserunt.

Pro quibus Episcopis in Missæ sacro aliquando precandum est.

Tabella processionum vna.

Tabella item de titulis, dignitatibus, canonicatibus, præbendis, & reliquis beneficijs, officijsuè ecclesiæ.

Tabella de Missis, officijsq; diuinis, quæ ab Episcopo ex decreto prouinciali quarto, atque ex consuetudine ecclesiæ solenniter peraguntur.

Tabella rursus perpetua de officijs functionibusuè item perpetuis Archiepiscopis, Archidiaconi, & reliquorum singulorum, dignitates, canonicatus, aut alia beneficia in ecclesia cathedrali obtinentium.

Tabella vna pluresuè perpetuæ item de his officijs, vt potè.

De officio Præfecti.

De officio Magistri cæremoniarum.

De officio Sacristæ.

De officio Mansionariorum.

De officio Magistri chori.

De officio Custodum.

Tabella item hebdomadaria horariauè eiusmodi officiorum.

Tabella præterea de regulis distinctionis officij solemnitis & non solemnitis in ecclesia Metropolitana pro Ambrosiani instituti ratione; officij item simplicis, semiduplicis, & duplicis, in alijs ecclesijs cathedralibus pro Romani ritus vsu.

Tabella item de certis stas horis diuinorum officiorum.

offi-



officiorum, & pulsationis campanarum.  
Tabella colorum: in qua scilicet colores demonstrantur, qui singulis diebus ex sanctę matris ecclesię instituto adhibentur.  
Tabella de statutis canonicalibus capitularibus.

Tabella triplex regularum de punctationibus.  
Tabella de regulis capitulorum congregationum canonicalium, sacerdotalium, & clericalium.

Tabella item de functionibus minorum & maiorum ordinum.

Tabella clericorum qui adscripti sunt.  
Tabella de ijs, quęcunque ad ecclesię cultū, decorem, ac nitorem pertinent.

Tabellę denique alię numero plures, quęcunque de ritu disciplinae ecclesiastica edentur.

Tabella statutorum dierum, quibus decreta, vel de canonicali, vel clericali disciplina, ex constitutione prouinciali legenda sunt.

Tabella item instar calendarij, selectorum decretorum, sanctionum, constitutionumq. tam Pontificalium quàm Episcopaliū, quę certis anni diebus euulgari debent.

Tabella etiam regularum de oratione quadraginta horarum.

Tabellę duę pluresuē de diuersis orationibus pro varietate temporum, vsui fidelium ad eā orationem conuenientium.

Tabella etiam de officiis parochialibus.  
Tabella item una de confessarijs.

Tabellę duę excommunicationum; vna latino, altera vulgari sermone explicata.

Tabella vna festorum dierum, qui ex præcepto, vel ex consuetudine, votouē coluntur.

**LIBER** præterea anniuersarius isq. vnus, de sacerdotibus celebrantibus: in quo scilicet libro sua manu notent subscribantue sacerdotes, qui singulis diebus in ea ecclesia Missę sacrum fecerint.

Liber rursus vnus, idemq. anniuersarius, de punctationibus sacerdotū qui nō celebrant.

Liber item anniuersariorum quę quotānis celebrata sunt.

Liber vnus de distributione sacrorum oleorū.

Liber, siue volumen vnum constitutionum variarum pontificalium, quę in singulos annos editę sunt, atque edentur in posterum.

Liber item vnus, seu volumen decretorum, edictorum, & aliarum id generis sanctionum Episcopaliū.

*Libri quoque seu volumina sequentia, ut potē.*

**B**ibliorum sacrorum volumen vnum.  
Iuris canonici corpus vnum.

Concilij Tridentini volumen vnum.  
Concilij Prouincialis vniuersiusque Mediolanensis volumen vnum.

Synodi vniuersiusque Dięcesanę volumen vnum.

Liber, seu exemplum vnum decretorum visitationis Apostolicę.

Liber etiam vnus harum Instructionum.  
Liber historię probatę de reliquijs sacris in ecclesia reconditis.  
Liber canonum pœnitentialium.

*Libri item Parochiales in Ecclesia cathedrali, hi scilicet.*

**L**iber de Baptizatis.  
Liber de Confirmatis.  
Liber de Matrimonio iunctis.  
Liber de votis, & pijs consuetudinibus.  
Liber de statu animarum.  
Liber de distributione eleemosinarum.  
Liber de peregrinis paschę tempore in ecclesia cathedrali sacram communionem sumen-  
tibus.  
Liber formularum de denunciationibus dierum festorum, & cuiuscunque generis ad parochi munus pertinentis.  
Liber, seu volumina literarum & instructionū pastoralium de solemnitatibus, de sacris temporibus, & alijs.  
Formę etiam, seu designationes baptisterij, sacriarij, reliquiarij, & aliarum omnium singulariumq. rerum operumue, quę his duobus instructionum libris commonstrata sunt.

*Supellex instrumentalis, quę certo loco Sacristię proximo asseruatur.*

**T**ripodes cum suis patellis vasibusuē focarijs numero tres.  
Forcipes ferrei tres item.  
Cochlearia ferrea totidem.  
Vasa olearia maiora tria ad vsū olei lampadum recondendi.  
Vasa minora, qui gutti dicuntur, totidem ad illum ipsum vsū.  
Infundibula & vasa duo, ad olei ē vase maiusculo depromendi, rursusq. in alterum minusculum infundendi vsū.  
Scopulę paruulę ex cannulis palustribus ad deterfionis vsū numero decem.  
Scopę maiores numero quinque.  
Scalę gestatorię numero tres: quarum vna altior.  
Ligones tres.  
Bartila totidem.  
Hastilia seu perticę quinque.  
Longuria totidem, plurauē.  
Spongię grandiusculę quatuor.  
Rutra duo.

**DE RATIONE MULTIPPLICIS APPARATVS.**

**Q**UONIAM verò pro ratione officij diuini, quod modò solemnus, modò minus solemniter fit, prout diei vel celebritas, vel commemoratio, vel solemnitas quę agitur, requirit

rit; illud planè conuenit, vt sicut ei diei aut solemnitati officium omni ex parte consentit; ita ex sanctę matris ecclesię vsū apparatus respondeat sacrarum vestium, & materia ē qua confecta sint, pretiosiori, & ornatu insigniori, & colore item, qui vt supra in supellectile vsui episcopali propriè addicta enucleatius præscriptimus, conuenire debet cum officio quod agitur.

Quare iam comimōstrato simplicis supellectilis apparatu, regulę tradendę sunt supellectilis, quę pro officij vsu multiplicanda est.

Ac primò quidem de ea, quę si materia & ornatu spectatur, alia duplex, alia triplex apparanda est.

Quę porrò supellex duplex esse debet, illius ratio hæc est; vt vna sit vsui quotidiano, altera vsui solemniorum dierum; eaq. & pretiosiori materia, & ornatu insigniori.

Res igitur quę sub hanc duplicis supellectilis regulam cadunt, hæc sunt, vt potē.

*Enumeratio rerum quę duplicantur.*

**C**RUX.  
Candelabra sex. \* \*  
Emunctoria duo. \*  
Tabella secretorum. \*  
Mappa maior. \*  
Mappę minores. \*  
Tela stragula altaris. \*  
Tapetum bradellę altaris. \*  
Cingulum sacerdotale. \*  
Cingulum diaconale. \*  
Cingulum subdiaconale. \*  
Hamularum paria duo. \*  
Pelucula vrceolorum. \*  
Tabella gestatoria pacis offerendę. \*  
Thuribula duo. \*  
Acerrę binę. \*  
Cochlearia bina. \*  
Cereostata bina. \*  
Conopœum tabernaculi maioris. \*  
Vmbella processionalis. \*  
Vasculum gestatorium aquę benedictę. \*  
Aspergillum. \*  
Peluis ad vsū lauationis manuum. \*  
Vrceolus grandiusculus. \*

*Supellex rerum quę triplices esse debent.*

**Q**uęcunque autē res infra demōstratę sunt, hac regula comprehenduntur, vt triplices esse debeant; cum singulas singulis diebus pretiosiori & materia & ornatu respondere conueniens sit: ita scilicet vt quę minus pretiosę minusuē insignes existunt, vsui quotidiano sint; quę verò aliquando pretiosiores, in festorum dierum officio; quę denique longè insigniores & materia, & opere, & ornatu; in solemnitatibus vt par est maioribus adhibeatur. Atque hæc quidem sunt.

Pallium.  
Velamentum ad ornatum frontispicij altaris.  
Amictus sacerdotalis cum fascia.  
Alba sacerdotalis cum auriphrygio.  
Manipulus sacerdotalis.  
Stola sacerdotalis. Planeta.  
Amictus diaconalis cū fascia, seu auriphrygio.  
Alba diaconalis cū grāmatis, seu auriphrygijs.  
Amictus subdiaconalis cum fascia, seu auriphrygio.  
Alba subdiaconalis cum grammatis, seu auriphrygijs.  
Dalmatica diaconalis.  
Tunicella subdiaconalis.  
Stola diaconalis.  
Manipulus diaconalis.  
Manipulus subdiaconalis.  
Velum subdiaconale.  
Velum calicis.  
Sacculus corporalis.  
Integumentum lectionarij in basilica Metropolitana.  
Integumentum ambonis, vel suggesti.  
Integumentum Missalis.  
Puluinar Missalis.

\* Integumentum lectorilium gestatoriorum, & strariorum.

*Supellex sacrarum vestium indumentorumuē supra nominatim expositorum, quorum apparatus quintuplex esse debet.*

**A**tque hæc quidem res sigillatim supra enumeratę, sub rationem triplicis supellectilis cadunt: nunc sequitur regula, qua comprehenduntur indumenta ornamentuē sacra, quorum supra expositorum vnusquisque apparatus, tum qui pretiosior, tum rursus qui minus pretiosus, tum item qui quotidianus est, quintuplex requiritur, pro instituta in diuinis officijs colorum varietate; ita scilicet, vt quotidiani vsus apparatus sit, vnus albo colore, alter rubro, tertius violaceo, quartus viridi, & quintus nigro.  
Hęcq. item regula fit de apparatu tum solemnium dierum vel officiorum, tum solemnitarum etiam maiorum.  
Indumenta verò quintuplicis huius apparatus sunt scilicet.

Pallium.  
Velamentum frontispicij altaris.  
Auriphrygium amictus sacerdotalis.  
Auriphrygium albę sacerdotalis.  
Manipulus sacerdotalis.  
Stola sacerdotalis.  
Planeta.  
Pluuiale.  
Auriphrygium amictus diaconalis.  
Auriphrygium item amictus subdiaconalis.  
Grammata, seu auriphrygiū albę diaconalis.  
Grammata, seu auriphrygium item albę subdiaconalis.

Dal-

Dalmatica diaconalis.  
 Tunicella subdiaconalis.  
 Stola diaconalis.  
 Manipulus diaconalis.  
 Manipulus subdiaconalis.  
 Velum subdiaconale ad vsum ferendi calicis, patenæue sustinendæ.  
 Velum calicis.  
 Sacculus corporalis.  
 Signaculum Missalis.  
 Integumentum Missalis.  
 Puluinar Missalis.  
 Integumentum lectionarij.  
 Integumentum epistolarij.  
 Integumentum euangelistarij.  
 Integumentum lectorilium statariorum.  
 Integumentum lectorilium gestatoriorum.  
 Integumentum ambonis, vel suggesti.  
 Pluualia tot, quot canonici, & dignitate præditi, Manfionarij, alijq. id generis ministri.  
 Sed hæc triplici tantum colore, scilicet albo, rubro, & violaceo.  
 Planetæ etiam totidem, quot canonici, dignitate præditi, alijue sunt qui sacerdotales dignitates obtinent: sed triplici tantum vtsupra colore, albo, nigro, & violaceo.  
 Dalmaticæ item, quot canonici, alijue diaconales præbendas obtinentes, triplici etiam colore vt supra.  
 Tunicellæ subdiaconales itidem vtsupra.

*Supellex indumentorum lineorum, quæ multiplicata esse debent ob commutationis vsum, dum partim ea lauantur.*

**I**ndumenta è lino, bysso, cannabiuè confecta, quæ ministerijs ecclesiasticis addicta sunt, cū munda in primis, nitida, candida, ab omniq. labe pura atque integra non sine mysterij etiā significatione ex patrū traditione esse debeāt; ac proinde crebrò purgari lauariq. opus sit: vt dum lauantur quæ sordida sunt, alia nitida non desint ad vsum sacrorum ministeriorum; multiplicata ac plura ob mundiciem retinendā sanè quidem illa esse oportet.  
 Ponemus igitur mox infra singula eiusmodi indumenta, eorumq. enumeratorum totam summam.

*Indumenta linea Altaris in Missis conuentualibus.*

**M**appæ maiores sex.  
 Mappæ minores duodecim.

*Indumenta linea sacerdotalia in Missis conuentualibus.*

**A**micus viginti,  
 Albæ viginti,  
 Corporalia decem & octo.  
 Purificatoria triginta sex.

Mantilia ad vsum abstergendi manus in Missa sacro vigintiquatuor.  
 Mantilia in Sacristia appendenda ad vsum lauationis manuum duodecim.  
 Sudariola ad vsum purgandi nares cū opus est in Missa sacro, triginta.  
 Funiculi sudariolorum cum globulis decem.  
 Mappæ quinque vsui altaris mensæue, vbi sacerdos sacris vestibus induitur.  
 Sacculi linei vsui vniuscuiusque calicis bini.

*Indumenta linea vsui ministrorum in Missa conuentuali inseruientium.*

**A**micus diaconales viginti item.  
 Albæ diaconales totidem.  
 Amictus subdiaconales viginti item.  
 Albæ subdiaconales totidem.

*Indumenta linea vsui sacrae communionis populo in ecclesia ministranda.*

**M**appæ longiores ad substernēda scāna, numero decem, plures paucioresue pro populi ratione.  
 Mappæ breuiore subter sanctissimam Eucharistiam sustinendæ, dum sacramentum ministratur, quinque.

*Indumenta linea vsui varijs ministerijs.*

**S**uperpellicea quatuor sexue ad varia sacerdotalia ministeria.  
 Superpellicea tria pluraue vsui clericaliū ministeriorum.  
 Sabaria ad vsum abstergendi caput infantum baptizatorum sex, pluraue.

**DE SUPELLECTILE ALTARIS**  
 minoris in basilica cathedrali.

**A**TQVE hæc quidē de supellectile altaris maioris, & reliquo omni apparatu mox suis titulis supra distinctè exposito: nunc verò sequitur supellex altaris minoris in cathedrali basilica positi, proprios annuos redditus, aut censum, aliudue emolumentum ex legato aut aliunde habentis, vt ibi Missæ sacrum fiat.  
 Quæ porro supellex vniuscuiusque scilicet altaris minoris apparabitur hæc vt infra.  
 Crux vna.  
 Candelabra duo cū suis operculis extinctorijs.  
 Emunctorium vnum.  
 Altare portatile, cū scilicet altare ipsum consecratum non est.  
 Tabella secretorum.  
 Mappæ minores duæ.  
 Mappa maior.  
 Pallium.  
 Velamentum frontispicij altaris.  
 Tela stragula altaris.

Tabella

Tabella orationis de Sancto, cuius nomine altare vocatur.  
 Tabella orationum de Sancto Sanctisue, quorū insignes reliquæ in eo altari reconduntur.  
 Amictus cum fascia, seu auriphrygio.  
 Alba cum suis grammatis, seu auriphrygijs.  
 Cingulum.  
 Manipulus.  
 Stola.  
 Planeta.  
 Calix.  
 Patena.  
 Velum calicis.  
 Sacculi calicis.  
 Theca calicis.  
 Corporale cum palla.  
 Sacculus corporalis.  
 Capsulæ binæ vsui corporalium.  
 Purificatorium.  
 Capsulæ binæ vsui purificatoriorum.  
 Vreolorum paria duo.  
 Peluicula vreolorum vna.  
 Missale vnum.  
 Integumentum Missalis.  
 Signaculum Missalis.  
 Puluinar Missalis.  
 Mantile ad manus abstergēdas in Missa sacro.  
 Sudariolum ad nares expurgandas cū opus est in Missa sacro.  
 Funiculus cum globulo.  
 Crepidarum mundarum par.  
 Cereostata bina.  
 Opercula eorum restinctoria totidem.  
 Tintinnabulum gestatorium, si quādo vtsupra altari appensum non est.  
 Armarium proprium, aut locus proprius armarij proprii in sacristia: in quo calix, patena, corporalia, & purificatoria, & cætera id generis, tum præterea in quo sacra vestes ornatae ad huius altaris vsum reponantur.

*Enumeratio rerum, quarum apparatus pro dici ratione duplex, & pro colorum varietate idem quintuplex est.*

**I**N hac altaris minoris supellectile ratio habēda est rerum tantum, quæ pro vsu quotidiano, festorumq. dierum celebritate duplices esse debent, & pro colorum distinctione, singulæ præterea quintuplices.  
 Quæ igitur res duplicantur, vt scilicet ad quotidianum & solemnius officium adhibeantur, hæc sunt.  
 Pallium.  
 Auriphrygium, seu fascia amictus.  
 Auriphrygium albæ.  
 Manipulus.  
 Stola.  
 Planeta.  
 Velum calicis.  
 Sacculus corporalis.  
 Integumentum Missalis.

Puluinar Missalis.  
 Harum sacrarum vestium & indumentorum apparatus vterque, vnus scilicet vsus quotidiani, & alter pretiosior solemniorum officiorum, quintuplex esse debet: ita vt vniuscuiusque apparatus indumenta singula sint numero quinque, nempe vnum colore albo, alterum rubro, tertium violaceo, quartū viridi, quintū nigro.

*Lineorum indumentorum supellex.*

**L**Intea præterea indumenta, quæ ob causas supra in altari maiori expositas plura etiam in minori esse oportet, hæc sunt nomina, singulæq. supputata.  
 Mappæ maiores tres.  
 Mappæ minores sex.  
 Amictus duodecim.  
 Albæ totidem.  
 Corporalia quinque.  
 Purificatoria decem & octo.  
 Mantilia minorata ad manus abstergendas in Missa sacro sex.  
 Sudariola ad nares expurgandas sex.  
 Funiculi sudariolorum cum globulis tres.

*Supellex altaris minoris nullo modo dotati, ab Episcopo tamen ob necessariam causam permitti.*

**S**I quod verò altare minus Episcopus ob necessarium vsum ornatumue, aut construendum, aut quod constructum est, permittendū censuerit; nec vlla tamen ratio sit, qua ad illud instruendum atque ornandum omnis illa supellex mox supra in altari minori demonstrata parari possit; aut breui temporis spatio id omne genus præstari non queat: vt tamen interea dū reliqua supellex apparabitur, opportuno tempore illud apparatus ornatumue esse possit, supellex saltem exigua infra notata comparanda erit.  
 Crux vna.  
 Candelabra duo.  
 Pallia saltē quinque ex diuersis coloribus pro instituto ecclesiæ.  
 Altare portatile, si altare ipsum consecratum non sit.  
 Mappæ breuiore tres.  
 Mappæ longiores duæ.  
 Tabella orationis de Sancto cuius nomine altare nuncupatur.  
 Tabella item orationis de Sancto, cuius reliquæ insignes in eo altari reconduntur.

*Supellex vsui communi altarium minorum.*

**I**N Basilica cathedrali sæpè contingit, & canonicos, & alios sacerdotes solo deuotionis studio, non ex aliquo vel pij legati, vel dotis altaris, tituliue onere, in altario maiori aut minori Missæ sacrum facere: quò fit, vt nisi alia sacra-

facrarum vestium supellex in sacristia sit, necesse habeat uti sacro vestitu, qui proprie Missæ conuentualis cultui addictus est; indeq. eueniat, ut illius vestitus pars, & planeta præferatim, frequenti vsu conteratur, attrituq. lacere- tur, & corrumpatur: sicq. cum reliquis Missæ conuentualis indumētis, cum dalmatica scilicet & tunicella quæ attrita non sunt, minus decorè conueniat.

Rursum altare indotatum in eadem Basilica ut supra aliquando permittitur, ut plerunque fit, supellectilem non habet necessariam ad Missæ sacrum faciendum: scpeq. etiam hoc accidit, ut quod altare dotatum est, tota illa præscripta supellectile ob census tenuitatem ali- uè causam instrui non potest, aut saltem ad eam comparandam longius temporis spatium requirit.

Ideo ut huius & illius altaris ornatui atque apparatus ad Missæ sacrum necessario subueniatur; utq. vestitus Missæ conuentualis vsui adductus integer totus & inter se congruens conseruetur, simulq. eorum sacerdotum vsui pro uideatur: est sanè conueniens in eadem basilica cathedrali præter proprium vniuscuiusque altaris apparatus aliam etiam sacrarum vestiū supellectilem comparari, quæ vsui communi sit & illorum canonicorum sacerdotum, & altaris indotati & dotati etiam, aliqua tamen apparatus parte egentis.

Hæc porro supellex tanta sit saltè, quanta vni- cuique altario minori supra præscribitur.

#### DE SUPPELLECTILE ECCLESIAE Collegiatae. Cap. II.

**I**AM verò comonstrauimus supellectilem Basilicæ cathedralis: consequens est ecclesiæ col- legiatae supellex: quæ primò quidem ad alta- ris maioris vsum apparabitur hæc infra nomi- natim posita.

#### Apparatus altaris maioris.

**C**RUX.  
Candelabra sex cum operculis extinctorijs binis.  
Emunctoria duo.  
Tabella secretorum.  
Mappæ minores duæ.  
Mappa maior.  
Pallium.  
Velamentum ad ornatum frontispicii altaris.  
Tela stragula altaris.  
Tapetum bradellæ altaris.  
Tabella orationis de Sancto cuius nomine al- tare cappellauè maior nuncupatur.  
Tabellæ item duæ orationum de Sancto San- ctisue, quorum insignes reliquiæ sacræ in eo al- tari reconditæ sunt; vna à dextero, altera à si- nistro latere clathrorum altaris, cappellæuè, extrinsecus affigenda.

Supellex ad vsum sacrificij Missæ Conuentualis, & diuinorum officiorum.

**A**Mictus sacerdotalis cum auriphrygio, seu fascia.  
Alba cum auriphrygio, seu grammatis.  
Cingulum sacerdotale.  
Manipulus sacerdotalis.  
Stola sacerdotalis.  
Planeta.  
Amictus diaconalis cū fascia, seu auriphrygio.  
Amictus subdiaconalis cum auriphrygio ite.  
Alba diaconalis cum auriphrygio seu gram- matis,  
Alba subdiaconalis cum auriphrygio, seu grā- matis,  
Cingulum diaconale.  
Cingulum subdiaconale.  
Dalmatica diaconalis.  
Tunicella subdiaconalis.  
Manipulus diaconalis.  
Stola diaconalis.  
Manipulus subdiaconalis.  
Velum subdiaconale, ad vsum ferendi calicis, patenæuè sustinendæ.  
Pluuialia vsui in vesperis solemniorum cele- britatum pro ecclesiarum more ac ritu.

Supellex quæ sequitur, propria Missæ tantum.

**C**ALIX.  
Patena.  
Velum calicis.  
Corporale cum palla.  
Sacculus corporalis.  
Purificatorium.  
Hamularum, seu vrceolorum paria duo.  
Peluicula vrceolorum.  
Missalia tria.  
Integumentum Missalis.  
Signaculum Missalis.  
Puluinar Missalis.  
Lectioarium ad vsum Missæ solemnæ in ec- clesijs collegiatis ritus Ambrosiani.  
Integumentum lectioarij.  
Epistolarium.  
Integumentum epistolarij.  
Euangelitarium.  
Integumentum euangelitarij.  
Integumentum ambonis, vel suggesti.  
Cereostata sex cum suis operculis extincto- rijs.  
Tabella gestatoria pacis offerendæ.  
Sudarium ad nares expurgandas, cum opus est in Missæ sacro.  
Funiculus cum suis globulis.  
Crepidarum mundarum paria tria.

Supel-

Supellex, quæ Missæ conuentualis, diuinorum officiorum, processionumq. vsui communis est.

Libri seu volumina ad vsum diuinorum officio- rum in ecclesijs collegiatis ritus Ambrosiani.

**C**RUX Capituli.  
Thuribula bina. } Ad thurificationis  
Acerræ bina. } vsu.  
Cochlearia bina. }  
Cereostata bina ad processionis vsu.  
Opercula totidem ad restinguendos cereos.  
Canthari bini in ecclesijs ritus Ambrosiani.  
Candelabrum cerei Paschalis.  
Vexillum, seu labarum Sancti ecclesiæ collegia- tæ, in qua scilicet animarum cura geritur.  
Crotala, seu crepitacula lignea duo ad vsu- pulsandi loco campanarum in tenebris hebdo- madæ sanctæ.  
Candelabrum triangulare vsui sustinendi can- delas in tenebris hebdomadæ sanctæ in eccle- sijs ritus Romani.  
Stragulum sedilis, in quo sacerdos Missæ sa- crum faciens, & ministri aliquando assident.  
Aulæ, panniuè ad vsu ornadæ cappellæ ma- ioris, chori, aut ecclesiæ, solemnioribus fe- stis diebus; si modò per ecclesiæ facultates po- test.  
Lectorile statarium chori grandius vnum, aut duo.  
Lectorilia minora gestatoria duo item.  
Integumenta lectorilium statariorum.  
Integumenta lectorilium gestatoriorum.

Libri, seu volumina ad vsu diuinorum offi- ciorum in Ecclesijs collegiatis ritus Romani.

**B**Reuaria forma ampla duo.  
Calendaria perpetua duo.  
Diurna aut psalteria cum hymnis duo.  
Hymnaria musico cantu exscripta duo.  
Lectioaria duo matutinalia.  
Homiliaria duo matutinalia.  
Antiphonaria de Dominicis duo.  
Antiphonaria de Sanctis duo.  
Gradualia de Dominicis duo.  
Gradualia de Sanctis duo.  
Manualia duo item.  
Martyrologia itidem duo.  
Libri de officio mortuorum duo etiam.  
Ritualia duo.  
Processionalia duo, plurauè.  
Pontificalia duo,  
Cæremonialia totidem, vnum scilicet Roma- num, alterum Paridis de Grassis.  
Sacerdotalia duo.  
Rationalia diuinorum officiorum duo item.  
Libri de computo ecclesiastico duo quoque.  
Libri præterea, hiq. probati, de musico can- tu, modulatione uè diuinorum officiorum nu- mero duo, pluresuè.

**B**Reuaria duo forma grandiori.  
Calendaria anniuersaria seu perpetua duo.  
Psalteria cum hymnis duo.  
Libri duo hymnorum musica modulatione notatorum.  
Antiphonaria de Dominicis duo.  
Antiphonaria de Sanctis duo.  
Antiphonaria ferialia duo.  
Lectioaria matutinalia duo.  
Homiliaria duo.  
Lectioaria duo de vitis Sanctorum, de qui- bus in stas quibusdam vigiliis vesperè solem- nes fiunt.  
Pontificalia duo.  
Sacramentalia duo.  
Cæremonialia duo; vnum Ambrosianum, al- terum Romanum.  
Processionalia, seu libri litaniarum & proces- sionum duo.  
Libri ad vsu funerum & officij mortuorum duo.  
Libri duo cantus Ambrosiani, varietateq. toni- rum distincti, ad vsu lectioarium, psalmoru, & id generis aliorum.  
Libri duo, in quibus hymnus, Gloria in excel- sis, Symbolum, & Sanctus, musicis notis di- stincta sunt.  
Libri cæremoniarum Missæ duo.  
Libri de computo ecclesiastico duo item.

Supellex, quæ ad cultum et administrationem sacræ Eucharistiæ, aliorumq. Sacramen- torum vsui est.

**C**Onopœum tabernaculi maioris.  
Tabernacula paruula duo; alterum altius, at- que ornatus; alterum minori & altitudine & ornatu: amboque ad vsu exponendæ in al- tari sacræ Eucharistiæ, & in processionibus ferendæ.  
Pixides duæ, vna vsui ad conseruandam san- ctissimam Eucharistiam; altera ad illam in ec- clesia ministrandam.  
Vela tria ad vsu sacræ Eucharistiæ quæ in ta- bernaculo maiori asseruatur, decenter conte- gendæ.  
Velum vnum, idq. insignius, ad illam in pro- cessionibus solemnioribus ferendam.  
Umbella vna pretiosior scilicet in solemniori- bus processionibus adhibenda.  
Mappæ ad apparatus communionis in eccle- sia ministrandæ.  
Mappula præterea breuior subter sanctissi- mam Eucharistiam sustinenda, dum illa mi- nistratur.  
Vasa pro purificatione populi quatuor sexuè.  
Vasa pro vino purificationis maiora quatuor, ac minora totidem.

Fff Scam-



Scamna item oblonga ad apparatus communis populi sex.

Porro in ecclesia collegiata ubi animarum cura geritur, præter suppellectilem proximè commostraratam, hæc etiam sit vt infra notatur. Pixides plures, vt in Basilica cathedrali supra narratum est.

Umbella altera, qua sacra Eucharistia contegatur, cum ad ægrotos deferatur.

In locis autem montuosis, ubi per semitas angustosq. tramites sanctissima Eucharistia aliquando fertur, umbella tertia angustior sit, atque eiusmodi, quæ ab vno tantum homine su finire portari queat.

Vela præterea duo ad sacra Eucharistia contegenda, vt sum, cum ad ægrotos scilicet illa fertur.

Laterna grandiores sex.

Cereoferaria breuiora vigintiquatuor ferè die luminibus vsui cum sacra Eucharistia fertur.

Tintinnabulum gestatorium vnum, cum sacra item Eucharistia deferatur.

Imago Christi Domini Crucifixi vna eaq. decenter expressa ad infirmos deferenda.

Vasa sacrorum oleorū chrisimatis & catechumenorum duo, eaq. duplicata cum suis coryllis, & sacculis.

Vasa olei sacri infirmorum duo item cum suis coryllis & sacculis: vbi verò plures parochi animatum curatores sunt, totidem etiam vasa olei sacri.

Vas præterea vnum pro suscipienda deferendaque aqua baptismali ab ecclesia cathedrali, vel plebana; si quado ea ecclesia collegiata foranea caput plebis non est.

Sabarium, seu pannus lineus, ad vsum scilicet abstergendi caput infantum baptizatorum.

In ecclesia autem collegiata quæ caput plebis est, præter cætera singula quæ mox numerata sūt, vasa etiam tria sint, vsui ad sacra olea ab ecclesia cathedrali sumenda, tum plebis suæ ecclesijs parochialibus distribuenda.

*Supellex quæ multis ministerijs sacris communis est.*

Vasa vnum vsui aquæ Dominicis diebus benedicendæ.

Vasculum gestatorium aquæ benedictæ.

Aspergillum.

Peluis grandiuscula gestatoria vna saltem ad vsum lauacionis manuum.

Vitreolus ob eundem vsum grandiusculus vnus item.

Mantile grandius ad manus abstergendas.

Vasa vsui excipiendi oblationes duo saltem, si collegiata curata est.

Superpellicea vsui vario sacerdotalium ministeriorum.

Superpellicea vsui clericalium ministeriorum.

*Supellex officiorum funeralium propria.*

Eretra duo.

Pallia feretralia duo saltem: vnum quo cadauera contegantur, cum efferantur, & cœnotaphia item; alterum, quo eadem cadauera substernantur.

Cœnotaphium gestatoriū, quæ tūba dī, vnum. Basis cœnotaphij vna item.

Pannus stragulus eiusdem basis vnus etiam, aut basis saltem decenter picta.

Cruces quæ circa cœnotaphium collocantur, quatuor.

Scabella sustentaculæ crucum quatuor itē. Candelabra ferrea octo, duodecimue.

*Supellex Sacristiæ Collegiata.*

Instrumentū ferreū ad vsum cōficiēdi hostias, Vasculum vnu pro asseruandis hostijs magnis.

Vasculum item vnum pro hostijs paruis.

Vas vsui abstergendi calices, patenas, & lauandi corporalia ac purificatoria.

Capsulæ corporalium duæ.

Capsulæ itē duæ vbi purificatoria reponuntur.

Sacculus lineus calicis.

Thecæ calicum numero tot quot sunt calices. Sacculus pixidis.

Mantile grandius loco appendendum vbi manus lauantur.

Mappa ad vsum altaris sacristiæ seu armarij, apud quod sacerdos vestes sacras induit.

Tapetum vnum, loco sternendum vbi sacerdos se induit: aut eius loco clathra lignea.

Crepidarium mundarum patia tria.

Tabella de sacris reliquijs in ea ecclesia collegiata reconditis.

Tabella Indulgentiarum eidem ecclesiæ perpetuò concessarum.

Tabellæ binæ de orationibus præparatorijs, ad vsum sacerdotum qui celebraturi sunt.

Tabellæ item binæ orationum, quas pronunciant sacerdotes dum sacras vestes induunt.

Tabella distributionis horarum pro Missis celebrandis.

Tabella præterea de Missis, commemorationibus, funeralibus, & alijs eiusmodi officijs: quæ in singulas hebdomadas certis stas diebus, vel ab vniuerso Capitulo clerouè ecclesiæ, vel ab vnoquoque sacerdote cappellano, in singulis altaribus cappellifusè, ex fundatione, aut legati eleemosinæ nomine, aut aliqua alia obligatione præstari debent.

Tabella, quæ dyptica dicitur, de singulis Episcopis, qui in ecclesia cathedrali ordine præcesserunt.

Pro quibus Episcopis in Missæ sacro aliquando precandum est.

Tabella processionum vna.

Tabella itidem de titulis, dignitatibus, canonicibus, præbendis, & reliquis beneficijs, officijs ecclesiæ.

Tabella vna pluresuè perpetuæ, de muneribus fun-

functionibusuè Præpositi, aut Archipresbyteri, aut Decani, aut alterius qui in ecclesia collegiata primarium locum tenet; & reliquorum etiam singulorū Canonicatus, dignitates, officia in eadem ecclesia obtinentiuu.

Tabella item vna pluresuè perpetuæ item de his officijs, vt potè.

*De officio Sacristæ.*

De officio custodum aliorumue id generis.

Tabella item hebdomadaria horariauè eiusmodi officiorum.

Tabella vna de distinctione officij simplicis & duplicis pro Romani ritus vsu: aut solenis & non solenis pro Ambrosiani instituti ratione.

Tabella de certis stas horis diuinorum officiorum, & pulsationis campanarum.

Tabella colorum: in qua scilicet colores demonstrantur, qui singulis diebus ex sanctæ matris ecclesiæ instituto adhibentur.

Tabella de statutis canonicalibus, capitularibusuè.

Tabella triplex regularum de pūctationibus.

Tabella de regulis capitulorum congregationuè canonicaliū, sacerdotalium, & clericaliū.

Tabella item de functionibus maiorum & minorum ordinum.

Tabella clericorum qui adscripti sunt.

Tabella de ijs, quæcunque ad ecclesiæ cultum, decorem, ac nitorem pertinent.

Tabellæ denique aliæ numero plures, quæcunque de ritu disciplinauè ecclesiastica edentur.

Tabella statutorum dierum, quibus decreta, vel de canonicali, vel clericali disciplina, ex constitutione prouinciali legenda sunt.

Tabella etiam regularum de oratione quadraginta horarum.

Tabellæ duæ, pluresuè de diuersis orationibus, pro varietate temporum, vsui fidelium ad eam orationem conuenientium.

**LIBER** præterea anniuersarius isq. vnus de sacerdotibus celebrantibus; in quo scilicet libro sua manu notent subscribantue sacerdotes, qui singulis diebus in ea ecclesia Missæ sacrum fecerint.

Liber rursus vnus idemq. anniuersarius, de pūctationibus sacerdotum qui non celebrarint.

Liber item anniuersariorum, quæ quotannis celebrata sunt.

Liber, seu volumen vnum constitutionum variarum pontificalium, quæ in singulos annos editæ sunt, atque edentur in posterum.

Liber item vnus, seu volumen decretorum, edictorum, & aliarum id generis sanctionum episcopialium.

*Libri quoque seu volumina sequentia, vt potè.*

**B**libiorum sacrorum volumen vnum.

Concilij Tridentini volumen vnum.

Concilij prouincialis vniuersiuique Mediolanensis volumen vnum.

Synodi vniuersiuique Diocesanæ volumē vnū. Liber, seu exemplum vnum decretorum visitationis Apostolicæ.

Liber etiam vnus harum Instructionum.

Liber historiæ probatæ de reliquijs sacris in ecclesia reconditis.

Liber canonum pœnitentialium.

**PORRO** si Ecclesia collegiata est ubi animarum cura geritur, in ea præter numerum vniuersæ supellectilis mox supra commostraratæ, fit etiam hæc vt infra.

Tabella officiorum parochialium.

Tabella festorum dierum ordine notatorum, qui vel ex præcepto, vel ex consuetudine votuè coluntur.

Tabella instar calendarij selectorum decretorum, sanctionum constitutionumq. tam pontificalium quam episcopialium, quæ certis annis diebus euulgari debent.

Tabella sacerdotum confessoriorum.

Tabellæ binæ excommunicationum; vna latino, altera vulgari sermone explicata.

*Libri præterea parochiales, vt potè hi.*

**L**iber de Baptizatis.

Liber de Confirmatis.

Liber de Matrimonio iunctis.

Liber de votis, & pijs consuetudinibus in parochiali vicinia collegiatæ ecclesiæ.

Liber de statu animarum.

Liber de distributione eleemosinarum.

Liber formularum de denunciationibus dierum festorum, & omnis cuiuscunque generis ad parochi munus pertinentis.

Liber, seu volumen literarum & instructionum pastoralium, de solemnitatibus, de sacris temporibus, & alijs.

**IN** ecclesia porro collegiata quæ caput plebis est, præter libros, & cæteros vniuersiuique supellectilis apparatus proximè enumeratos, fit etiā.

Liber vnus de distributione sacrorū oleorum.

*Supellex Instrumentalis, quæ certo loco Sacristiæ proximo asseruatur.*

**T**Ripodes cum suis patellis vasibusuè focarijs numero duo.

Forcipes ferrei duo item.

Cochlearia ferrea totidem.

Vasa olearia maiora duo ad vsum olei lampadarum recondendi.

Vasa minora, qui gutti dicuntur, totidem ad illum ipsum vsum.

Infundibula & vasa duo, ad olei vase maiusculo depromendi, rursusq. in alterum minusculum infundendi vsum.

Scopulæ paruulæ ex cannulis palustribus ad deterfionis vsum numero sex.

Scopæ maiores numero quinque.

Scalæ gestatoriæ numero duæ, quarum vnâ altior.

Ligones duo.  
Batilla totidem.  
Hastilia seu perticæ quinque.  
Longuria totidem, plurauè.  
Spongiæ grandiusculæ duæ.  
Rutta duo.

*De supellestiale rerum, quæ pro solemniorum dierum ratione vsuq; duplicantur.*

**C**ommonstrato simplicis supellestialis apparatu, sequitur alius rerum, quæ pro ratione supra in supellestiale Basilicæ cathedralis explicata, duplices esse debent; ita scilicet, vt singularum numerus supra demonstratus duplicetur necesse sit; cum singulæ quæ ad quotidianum vsum adhibentur, eadem & materia & ornatu insigniores esse debeant in solemniorum dierum celebritatibus. Sunt igitur hæc, quæ numero duplici apparantur sunt.

Cruz.  
Candelabra sex.  
Emunctoria duo.  
Tabella secretorum. \* \*  
Mappa maior.  
Mappæ minores.  
Tela stragula altaris.  
Cingulum sacerdotale.  
Cingulum diaconale. \* \*  
Cingulum subdiaconale.  
Hamularum paria duo.  
Pellicula vrceolorum.  
Tabella gestatoria pacis offerendæ.  
Thuribula duo.  
Acerræ binæ.  
Cochlearia bina.  
Cereostata bina.  
Conopæum tabernaculi maioris.  
Vmbella processionalis.  
Vasculum gestatorium aquæ benedictæ.  
Aspergillum.  
Peluis ad vsum lauationis manuum.  
Vrceolus grandiusculus.

*Supellex rerum quæ triplices esse debent.*

**Q**uæcunque autè res infra demonstratæ sunt, hac regula comprehenduntur, vt triplices esse debeant: cum singulas singulis diebus pretiosiori & materia & ornatu respondere conueniens sit; ita scilicet, vt quæ minus pretiosæ minus insignes existunt, vsui quotidiano sint; quæ autem aliquantò pretiosiores, in festorum dierum officio; quæ denique longè in signiores & materia, & opere, & ornatu, in solemnitatibus maioribus sicuti par est, adhibeantur.

Atque hæc quidem sunt.  
Pallium.  
Velamentum ad ornatum frontispicij altaris.  
Amictus sacerdotalis cū fascia, & auriphrygio.

Alba sacerdotalis cum auriphrygio, & grammatis.  
Manipulus sacerdotalis.  
Stola sacerdotalis.  
Planeta.  
Amictus diaconalis cū fascia, seu auriphrygio.  
Alba diaconalis cum auriphrygijs.  
Amictus subdiaconalis cum fascia, seu auriphrygio.  
Alba subdiaconalis cum auriphrygio, seu grammatis.  
Dalmatica diaconalis.  
Tunicella subdiaconalis.  
Stola diaconalis.  
Manipulus diaconalis.  
Manipulus subdiaconalis.  
Velum subdiaconale.  
Velum calicis.  
Sacculus corporalis.  
Integumentum Missalis.  
Integumentum Missalis.  
Integumentum lectionarij.  
Integumentum epistolarij.  
Integumentum euangelistarij.  
Integumentum ambonis, vel suggesti.  
Integumentum lectorilium.  
Pluuialia vsui in vesperis solemniorum celebratum.

Integumentum lectionarij in ecclesijs collegiatis ritus Ambrosiani.  
Integumentum euangelistarij.  
Integumentum epistolarij.  
Integumentum lectorilium gestatoriorum, & statariorum.

*Supellex sacrarum vestium indumentorum, quorum apparatus quintuplex esse debet.*

**A**tque hæc quidem res sigillatim supra enumeratæ sub rationem triplicis supellestilis cadunt: nunc sequitur regula, qua comprehenduntur indumenta ornamentauè sacra, quorū supra expofitorum vnusquisque apparatus, & qui pretiosior, & rursus qui minus pretiosus, & item qui quotidianus est, quintuplex requiritur, pro instituta in diuinis officijs colorum varietate; ita scilicet, vt quotidiani vsus apparatus sit, vnus albo colore, alter rubro, tertius violaceo, quartus viridi, & quintus nigro. Hæcquæ item regula est de apparatu solemnium dierum, vel officiorum, tum solemnitatum etiam maiorum.

Indumenta verò quintuplicis huius apparatus sunt scilicet.

allium.  
Velamentum frontispicij altaris.  
Auriphrygium amictus sacerdotalis.  
Auriphrygium albæ sacerdotalis.  
Manipulus sacerdotalis.  
Stola sacerdotalis.  
Planeta.  
Auriphrygium amictus diaconalis.  
Auriphrygium item amictus subdiaconalis.  
Auriphrygium albæ diaconalis.  
Auriphrygium item albæ subdiaconalis.  
Dalmatica diaconalis.  
Tunicella subdiaconalis.  
Stola diaconalis.

Mani-

*Indumenta linea vsui varijs ministerijs.*

Manipulus diaconalis.  
Manipulus subdiaconalis.  
Velum subdiaconale ad vsum ferendi calicis, patenæue sustinendæ.  
Velum calicis.  
Sacculus corporalis.  
Signacula Missalis.  
Integumentum Missalis.  
Pulvinar Missalis.  
Integumentum lectionarij.  
Integumentum epistolarij.  
Integumentum euangelistarij.  
Integumentum ambonis, vel suggesti.  
Integumentum lectorilium.  
Pluuialia vsui in vesperis solemniorum celebratum.

*Numerus linteorum indumentorum.*

**L**inea præterea indumenta, quæ ob causas supra in Basilica cathedrali expofitas plura etiã in collegiata ecclesia esse oportet, hæc sunt, quæ omnia supputata infra numero notantur.

*Indumenta altaris.*

**M**appæ maiores sex.  
Mappæ minores duodecim.

*Indumenta linea sacerdotalia in Missis conuentualibus.*

**A**miectus viginti.  
Albæ viginti.  
Corporalia duodecim.  
Purificatoria viginti quatuor.  
Mantilia ad vsum abstergendi manus in Missæ sacro duodecim.  
Mantilia in sacristia ad vsum lauationis manuum octo.  
Sudariola ad nares expurgandas cum opus est in Missæ sacro, duodecim.  
Funiculi sudariolorum cum globulis sex.  
Mappæ tres ad vsum altaris seu mensæ in sacristia, vbi sacris vestibus sacerdos induitur.  
Sacculi singulorum calicum bini.

*Indumenta linea ministrorum.*

**A**miectus diaconales viginti.  
Amictus subdiaconales totidem.  
Albæ diaconales viginti.  
Albæ subdiaconales viginti.

*Indumenta linea ad vsum sacre communionis ministrandæ.*

**M**appæ longiores scamnorum sex, pluresuè.  
Mappæ breuiores subter sanctissimam Euchariistiam sustinendæ tres.

**S**uperpellicea sacerdotalia tria, quatuorue.  
Superpellicea clericalia tria, quatuorue.  
Sudaria quatuor, plurauè, si collegiata curata est.

*De supellestiale altarium minorum collegiata ecclesia.*

**S**ingula præterea ecclesiæ collegiatae altaria minora, omnes singulosque apparatus vniciueque altari minori supra in Basilica cathedrali ordine nominatim positos atque enumeratos habeant ad vsum atque ornatum suum.

*Supellex altaris minoris ob necessariam causam permitti.*

**A**ltari præterea minori quamuis indotato, ob necessariam tamen causam ab Episcopo in ecclesia collegiata permisso, supellex apparetur, vt supra demonstrata est in Basilica cathedrali.

*Supellex communis.*

**I**n ecclesia collegiata apparatus præterea communis esse debet vsui Missæ sacri sine cantu faciendi, in altari tam maiori quam minori: pro ut & hic ipse apparatus, & quantus esse debeat, supra demonstratur & præscribitur in Basilica cathedrali, ob causas eo loci expofitas.

**DE SUPELLESTILE ECCLESIAE Parochialis. Cap. III.**

**C**ollegiatae Ecclesiæ supellestilem proximè expofuimus: nunc sanè locus est eodem ordine dicendi de supellestile Ecclesiæ parochialis.

Atque primò quidem de apparatu altaris maioris.

*Apparatus Altaris maioris.*

**C**ruz.  
Candelabra sex cum operculis extinctorijs binis.  
Emunctoria duo.  
Tabella secretorum.  
Mappæ minores binæ.  
Mappa maior.  
Pallium.  
Velamentum ad ornatum frontispicij Altaris.  
Tela stragula Altaris.  
Tapetum bradelicæ altaris.  
Tabella orationis de Sancto, cuius nomine Altare Cappellau: maior nuncupatur.  
Tabellæ item duæ de Sancto Sanctissimè, quorū insignes reliquiæ in eo Altari recoditæ sunt.

*Supellex indumentorum parochi ad usum Missæ parochialis sine cantu.*

**A** Micus cum auriphrygio, seu fascia.  
Alba cum auriphrygio, seu grammatis.  
Cingulum.  
Manipulus.  
Stola.  
Planeta.

*Supellex indumentorum, quæ communia sunt vsui Parochi, & reliquorum clericorum, non solum in solemnibus Missæ parochialis sacro cum cantu, sed etiam in alijs diuinis officijs ministrantium.*

**A** Micus cum auriphrygio, seu fascia.  
Alba cum auriphrygio, seu grammatis.  
Cingulum.  
Manipulus.  
Stola.  
Planeta.  
Pluuiale.  
Amictus diaconalis cum auriphrygio, seu fascia.  
Amictus subdiaconalis cum auriphrygio, seu fascia.  
Alba diaconalis cum auriphrygio.  
Cingulum diaconale.  
Cingulum subdiaconale.  
Dalmatica diaconalis.  
Tunicella subdiaconalis.  
Manipulus diaconalis.  
Stola diaconalis.  
Manipulus subdiaconalis.  
Velum subdiaconale, ad vsum ferendi calicis, patenæ uel sustinendæ.

*Supellex reliqua propria Missæ tantum.*

**C** Alia.  
Paterna.  
Velum calicis.  
Corporale cum palla.  
Sacculus corporalis.  
Purificatorium.  
Hamularum, seu vrceolorum paria duo.  
Pellicula vrceolorum.  
Missalia duo.  
Integumentum Missalis.  
Signaculum Missalis.  
Puluinar Missalis.  
Lectioarium ad vsum Missæ solemnibus in Ecclesijs parochialibus ritus Ambrosiani.  
Integumentum lectioarij.  
Epistolarium.  
Integumentum Epistolarij.  
Euangelistarium.  
Integumentum euangelistarij.  
Integumentum suggesti.  
Cereostata quatuor.  
Opercula eorum restinctoria totidem.

Tabella gestatoria pacis offerendæ.  
Sudariolum ad nares expurgandas cum opus est in Missæ sacro.  
Funiculus cum globulo unde sudariolum peditat.  
Crepidarum mundarum par vnum; si quando opus est sacerdotem celebraturum calceos luto inquinatos deponere.  
Tintinnabulum gestatorium, ubi appensum non est.

*Supellex, quæ Missæ, diuinorum officiorum, processionumq; vsui communis est.*

**T** Huribulum. } Ad thurificationis  
Acerra. } vsum.  
Cochlear. }  
Canthari bini in ecclesijs ritus Ambrosiani.  
Candelabrum cerei paschalis vnum.  
Vexillum, seu labarum Sancti patroni parochiæ in processionibus oblationibusq; adhibendum.  
Crepitacula lignea bina ad vsum pulsandi in tenebris hebdomadæ sanctæ.  
Candelabrum triangulare ad vsum sustinendi candelas in tenebris hebdomadæ sanctæ in ecclesijs ritus Romani.  
Tapetia, aut stragula ad ornatum sedilis, in quo sacerdos Missæ sacrum solemniter facies, & ministri aliquando assident.  
Aulæa, panniuæ plures ad vsum ornandæ cappellæ altarissimæ maioris, aut ecclesiæ, in solemnioribus festis diebus, si modò per ecclesiæ facultates possit.  
Lectorile statarium chori vnum.  
Lectorilia gestatoria duo.  
Integumenta lectorilis statarij.  
Integumenta lectorilium gestatoriorum.

*Libri, seu volumina diuinorum officiorum in Ecclesijs parochialis ritus Romani.*

**B** Reuiriaria duo, quorum alterum ampla forma.  
Calendarium perpetuum vnum.  
Diurna aut psalteria cum hymnis.  
Hymnarium musico cantu exscriptum vnum forma ampla.  
Homiliarium vnum matutinale.  
Antiphonarium de Dominicis vnum.  
Antiphonarium de Sanctis vnum.  
Graduale de Dominicis vnum.  
Graduale de Sanctis vnum.  
Martyrologium vnum.  
Liber de officio mortuorum vnus.  
Rituale vnum.  
Processionale vnum.  
Pontificale vnum.  
Cæremoniale vnum.  
Sacerdotale vnum.  
Rationale diuinorum officiorum vnum.  
Liber de computo ecclesiastico vnus.

*Libri,*

*Libri, seu volumina ad usum diuinorum officiorum in Ecclesia parochiali ritus Ambrosiani.*

**B** Reuiriaria duo; quorum alterum forma ampla sit, alterum parua.  
Calendarium anniuersarium vel perpetuum vnum.  
Psalteria cum hymnis duo, vnum forma grandiori.  
Liber hymnorum musica modulatione notatorum vnus.  
Antiphonarium de Dominicis vnum.  
Antiphonarium de Sanctis vnum.  
Antiphonarium feriale vnum.  
Homiliarium vnum.  
Lectioarium de vitis Sanctorum in statis quibusdam vigilijs vnum.  
Pontificale vnum.  
Cæremonialia duo; vnum Ambrosianum, alterum Romanum.  
Sacramentalia seu ritualia duo.  
Processionalia, seu libri litaniarum & processionum duo.  
Libri ad vsum funerum & officij mortuorum duo.  
Liber cantus varietate tonorum distincti, ad vsum lectionum, psalmodiarum, & id generis aliorum, vnus.  
Liber vnus de cantu hymni, *Gloria in excelsis, Symboli, & Sanctus*.  
Liber vnus de cæremonijs Missæ.  
Liber vnus de computo ecclesiastico.

*Supellex, quæ ad cultum et administrationem sacræ Eucharistiæ, aliorumq; Sacramentorum vsui est.*

**C** Onopœum tabernaculi maioris.  
Tabernaculum paruum ad sacræ Eucharistiæ in altari exponendæ vsum, & in processionibus ferendæ.  
Pixides duæ; vna maior ad sacræ communionis in ecclesia populo ministrandæ vsum; altera minor, quæ ad illam ægrotis ferendam adhibetur.  
Vbi verò pro facultatibus potest, tertia præterea pixis sit, conferuandæ sanctissimæ Eucharistiæ vsui.  
Verum si ecclesiæ parochialis frequentia populi magna est, non modò tres pixides, sed plures etiam esse debent, ut supra in Basilica cathedrali narratum est.  
Vela duo ad vsum sacræ Eucharistiæ, quæ in tabernaculo maiori asseruatur, decenter conlegendæ.  
Vela item maiora duo, ad sacræ Eucharistiæ vsum, cum ad ægrotos scilicet illa defertur.  
Vmbella, cum sacræ Eucharistiæ ad ægrotos fertur.  
Alterâ item pretiosior, ubi pro facultatibus potest, in solemnioribus processionibus atque officijs adhibenda.

In locis autem montuosis tertia angustior, ut in Ecclesia collegiata curata expositum est.  
Laternæ grandiores quatuor.  
Cereoferaria breuiora duodecim, plurauè, deferendis luminibus vsui, cum sacræ Eucharistiæ defertur.  
Tintinnabulum gestatorium vnum ad eundem vsum.  
Mappa ad apparatus communionis in ecclesia ministrandæ.  
Mappulæ præterea breuiores subter sanctissimam Eucharistiæ sustinendæ, dum illa ministratur.  
Vasa ad vsum purificationis populi quatuor.  
Vasa vinaria pro vino purificationis duo.  
Scamna item oblonga ad apparatus communionis quatuor, sexuè.  
Imago Christi Domini crucifixi gestatoria ad vsum ægrotorum vna.  
Vasa duo sacrorum oleorum, chrisimatis & catechumenorum; eaq; duplicia, cum suis sacculis & cotylis, ob causam supra enarratam in suppellectili Basilicæ cathedralis.  
Vasa duo sacri olei infirmorum cum suis cotylis & sacculis.  
Vbi verò plures parochi animarum uel curatores sunt, totidem etiam vasa instructa sunt olei sacri.  
Sabarium, seu pānus lineus pro baptizatorum capite abstergendo.  
Vas vnum vsui suscipiendæ & ferendæ aquæ baptismalis ab ecclesia cathedrali, vel plebana.

*Supellex quæ multis ministerijs sacris communis est.*

**V** As vnum vsui aquæ benedicendæ diebus Dominicis.  
Vasculum item vnum gestatorium aquæ benedicendæ.  
Aspergilla bina, è quibus vnum ornatius.  
Peluis grandiuscula gestatoria vna ad vsum lauationis manuum.  
Vrceolus ob eundem vsum grandiusculus vnus item.  
Mantile grandius ad manus abstergendas.  
Vasa vsui excipiendi oblationes duo.  
Superpellicea vsui vario sacerdotilium ministeriorum.  
Superpellicea vsui ministerijs clericalibus.

*Supellex quæ officiorum funeralium propria est.*

**F** Eretum vnum.  
Pallia feretralia duo: vnum quo cadauera cõtegantur, cum efferuntur, & cœnotaphia item; alterum, quo eadem substernantur.  
Cœnotaphium gestatorium, quæ tumba dicitur, vnum.  
Basis cœnotaphij vna item.  
Pannus stragulus eiusdem basis vnus etiam, aut



aut basis saltem decenter picta.  
Cruces, quæ circa cœnotaphium collocantur,  
quatuor.  
Scabella sustentaculæ crucum quatuor ite.  
Candelabra ferrea octo saltem.

*Supellex Sacrificii parochialis.*

**V**asculum vnum pro asseruandis hostijs magnis.  
Vasculum item vnum pro hostijs paruis.  
Vas item vnum vsui abstergendi calices, patenas, & lauandi corporalia, ac purificatoria.  
Capitula corporalia duæ.  
Capsula item duæ, vbi purificatoria reponuntur.  
Sacculus calicis.  
**Thecæ calicum**, numero tot, quot sanè sunt calices.  
Sacculus pixidis.  
Mantile grandius loco appendendum vbi lauantur manus.  
Mappa ad vsum altaris Sacrificii, seu armarij, apud quod sacerdos vestes sacras induit.  
Tapetum vnum loco sternendum vbi se sacerdos celebraturus induit, aut eius loco clathra lignea.  
Crepidarum mundarum par.  
**TABELLA** de sacris reliquijs in ea ecclesia reconditis.  
Tabella de Indulgentiis perpetuò concessis eidem ecclesiæ.  
Tabella de orationibus quæ preparatoria dicuntur, ad vsum sacerdotis celebraturi.  
Tabella orationum, quas pronunciat sacerdos dum sacras induit vestes.  
Tabella item vna distributionis horarum pro Missis celebrandis, vbi plures illæ fiunt.  
Tabella præterea vna de Missis, commemorationibus, funeralibus, & alijs eiusmodi officijs, quæ in singulas hebdomadas certis stas diebus, vel à Parocho, vel ab vniuerso Clero ecclesiæ, vel ab vnoquoq. sacerdote cappellano, in singulis altaribus cappellis, ex fundatione, institutione, aut legati, eleemosinæ uè nomine, aut aliqua alia obligatione præstari debent.  
Tabella, quæ dyptica dicitur, singulorum Episcoporum qui ordine in ecclesia cathedrali præcesserunt, pro quibus quandoq. in Missæ sacro precandum est.  
Tabella de processionibus.  
Tabella de cappellis, titulis, altaribus uè eiusdè ecclesiæ.  
Tabella officiorum parochialium.  
Tabella de distinctione officij simplicis, semiduplicis & duplicis pro Romani ritus vsu; aut solemnibus & non solemnibus, pro Ambrosiani instituti ratione.  
Tabella de certis stas horis diuinorum officiorum, & pulsationis campanarum.  
Tabella colorum: in qua scilicet demonstrantur colores, qui singulis diebus ex sancta ma-

tris ecclesiæ instituto pro officij ratione in sacris indumentis adhibentur.  
Tabella regularum de punctationibus.  
Tabella vna de regulis congregationum sacerdotium, & clericalium.  
Tabella clericorum qui adscripti sunt eidem ecclesiæ.  
Tabella de iis quæ ad ecclesiæ cultum, nitorè, decorem uè pertinent.  
Tabellæ alia, quæcunq. de ritu disciplina uè ecclesiastica edentur in posterum.  
Tabella festorum dierum ordine notatorum, qui vel ex præcepto, vel ex consuetudine, votuè coluntur.  
Tabella vna instar calendarii selectorum decretorum, sanctionum, constitutionumq. tam Pontificalium quàm Episcopaliū, quæ certis anni diebus euulgari debent.  
**Tabella regularum de oratione** quadraginta horarum.  
Tabellæ binæ de diuersis orationibus pro varietate temporum vsui fidelium ad eam orationem convenientium.  
Tabella sacerdotum confessoriorum.  
Tabellæ duæ excommunicationum; vna latino, altera vulgari sermone explicata.  
Tabella de votis, pæsuè in situis loci, oppidi uè parochialis.  
**LIBER** præterea vnus isq. anniuersarius de sacerdotibus celebrantibus: in quo scilicet libro sua manu notent subscribant uè sacerdotes, qui singulis diebus in ea ecclesia Missæ sacrum fecerint.  
Liber de punctationibus sacerdotū qui non celebrarint.  
Liber anniuersariorum quæ quotannis celebrata sunt.  
Liber vnus de baptizatis.  
Liber de confirmatis.  
Liber de matrimonio iunctis.  
Liber de statu animarum.  
Liber distributionis eleemosinarum factæ quotannis adhibito Parocho.  
Liber descriptionis bonorum & iuriū ecclesiæ.  
*Libri præterea sequentes, seu volumina, utpotè.*  
**B**ibliorum sacrorum volumen vnum.  
Concilij Tridentini volumen vnum.  
Concilij Prouincialis vniuscuiusque Mediolanensis volumen vnum.  
Synodi vniuscuiusque Diœcesanæ volumen vnum.  
Liber canonum pœnitentialium.  
Liber de vita sancti patroni parochialis Ecclesiæ.  
Liber historiae probatæ de reliquijs sacris in ecclesia parochiali reconditis.  
Liber, seu volumen literarum & instructionū Pastoralium, de solemnitatibus, de sacris temporibus, & alijs item.  
Liber formularum de denunciationibus festorum

rum dierum, & omnis vniuscunq. generis ad parochi munus pertinentis.  
Liber cōstitutionum variarum Pontificalium, quæ in singulos annos editæ sunt, atque edentur in posterum.  
Liber, seu volumen edictorum, decretorum, & aliarum id generis sanctionum Episcopaliū.  
Liber, siue exemplum visitationis Apostolicæ.  
Liber harum Instructionum.

*Supellex instrumentalis, quæ certo loco Sacrificii proximo asseruatur.*

**T**ripus cum patella, vase uè focario.  
Forceps ferreus vnus.  
Cochlear ferreum vnum.  
Vas oleariū grandius vnum etiā ad vsum olei lampadum asseruandi.  
Guttus, seu vas olearium minusculum vnum item eidem vsui.  
Infundibulum vnum, & vas ad vsum olei è vase maiusculo depromendi, rursusq. in alterum minusculum infundendi.  
Scopulæ paruulæ ex cannulis palustribus ad detersionis vsum numero quatuor.  
Scopæ maiores numero duæ.  
Scalæ gestatoriæ duæ; quarum vna humilior.  
Ligones duo.  
Batilla totidem.  
Perticæ, seu hastilia duo.  
Longuria totidem, plurauè.  
Spongia grandiuscula vna.  
Rutrum vnum.

*De supellestiale rerum, quæ ad solemniorum dierum rationem vsuq. pretiosiores cum adhibendæ sint, duplices esse debent.*

**C**ommonstrato simplicis supellestialis apparatu, est præterea alius ex ijs rebus constans, quæ duplicentur necesse est; cum singulas quæ vsui quotidiano sunt, eadem & materia & ornatu insigniores adhiberi solemnium dierum celebritas pro officij solemnitate postulet.  
Sunt igitur hæc, quæ duplici numero apparari debent.  
Cruces.  
Candelabra quatuor cum suis operculis duobus restinctorijs.  
Tabella secretorum.  
Mappæ minores.  
Mappa maior.  
Amictus sacerdotalis cum fascia, seu auriphrygio.  
Alba sacerdotalis cum auriphrygio, seu grammatis.  
Stola sacerdotalis.  
Planeta sacerdotalis.  
Manipulus sacerdotalis.  
Cingulum sacerdotale.

Amictus diaconalis cum fascia, seu auriphrygio.  
Alba diaconalis cum auriphrygio, seu grammatis.  
Stola diaconalis.  
Cingulum diaconale.  
Dalmatica diaconalis.  
Amictus subdiaconalis cum fascia, seu auriphrygio.  
Alba subdiaconalis cū auriphrygio, seu grammatis.  
Tunicella subdiaconalis.  
Cingulum subdiaconale.  
Hamularum paria duo.  
Pellicula vrceolorum, seu hamularum.  
Calix.  
Patena.  
Tabella gestatoria pacis offerendæ.  
Cereostata bina ad vsum processionum.  
Conopœum tabernaculi, maioris.  
Tabernaculum paruū ad vsum sacre Eucharistiæ in solemnioribus diebus ferendæ.  
Vela ad vsum sacre Eucharistiæ contegendæ in solemnioribus processionibus.  
Vmbella.  
Thuribulum.  
Acerra.  
Cochlear.

*Supellex sacrarum vestium indumentorum uè supra nominatorum, quorum apparatus quintuplex esse debet.*

**P**ro instituta in diuinis officijs colorum varietate, apparatus singulorum indumentorum, tam ad vsum quotidianum, quàm ad tolemnioris officij celebritatem supra expositorum, quæ infra nominatim ponuntur, quintuplex esse debet; nempe vnus colore albo, alter rubro, tertius violaceo, quartus viridi, quintus nigro.  
Quæ sanè indumenta hæc sunt.  
Pallium.  
Velamentum frontispicij altaris.  
Auriphrygium amictus sacerdotalis.  
Auriphrygium albæ sacerdotalis.  
Manipulus sacerdotalis.  
Stola sacerdotalis.  
Planeta.  
Pluuiale.  
Auriphrygium amictus diaconalis.  
Auriphrygium amictus subdiaconalis.  
Auriphrygium albæ diaconalis.  
Auriphrygium albæ subdiaconalis.  
Dalmatica diaconalis.  
Tunicella subdiaconalis.  
Stola diaconalis.  
Manipulus diaconalis.  
Manipulus subdiaconalis.  
Velum subdiaconale, ad vsum ferendi calicis, sustinendæ uè patenæ.  
Velum calicis.  
Sacculus corporalis.

Signaculum Missalis.  
Integumentum Missalis.  
Puluinar Missalis.  
Integumentum lectionarij in ecclesijs ritus Ambrosiani.  
Integumentum epistolarij.  
Integumentum euangelistarij.  
Integumentum ambonis, vel suggesti.  
Integumentum lectorilis.  
In Parochialibus ecclesijs vbi frequentius Missæ conuenientialis sacrum fit, rationi conueniens est, apparatus albi & rubri coloris nō modo pro officiorum ratione celebritateq. duplicem, sed etiam triplicem esse, vt tertia eorum indumentorum supellex sic minus pretiosa vsui Missæ conuenientialis per hebdomadam aliquando celebrandæ.

*Numerus indumentorum linearum.*

**L**inea item indumenta, quæ ob causas supra in basilica cathedrali expositas plura etiam in parochiali ecclesia esse oportet, hæc sunt, quæ omnia supputata infra numero notantur.

*Indumenta altaris maioris.*

**M**appæ maiores quatuor.  
Mappæ minores duodecim.

*Indumenta linea sacerdotalia in Missa parochiali sine cantu.*

**A**miētus duodecim.  
Albæ duodecim.  
Corporalia octo cum pallis.  
Purificatoria decem & octo.  
Mantilia ad vsum abstergendi manus in Missæ sacro octo.  
Mantilia in sacristia ad vsum lauationis manuum quinque.  
Sudariola ad nares expurgandas cum opus est in Missæ sacro, sex.  
Funiculi sudariorum cum globulis tres.  
Mappæ altaris in sacristia tres.  
Sacculi singulorum calicum bini.

*Indumenta linea in Missis cum cantu.*

**A**miētus sacerdotales duodecim.  
Albæ sacerdotales totidem.  
Amiētus diaconales duodecim.  
Albæ diaconales totidem.  
Amiētus subdiaconales duodecim.  
Albæ subdiaconales totidem.

*Indumenta linea ad vsum sacre communionis ministrandæ.*

**M**appæ longiores scammorum quatuor, plura.  
Mappæ breuiores subter sanctissimam communionem.

nionem dum ministratur sustinendæ, tres.

*Indumenta linea vsui varijs ministerijs.*

**S**uperpellicea sacerdotalia duo, triaue.  
Superpellicea clericalia duo item, triaue.  
Sabaria quatuor.

*De supellectile altarium minorum parochialis ecclesie.*

**S**ingula præterea ecclesie parochialis altaria minora, omnes singulosq. apparatus vnicuique altari minori supra in Basilica cathedrali ordine nominatim positos atque enumeratos, habeant ad vsum atque ornatum suum.

*Supellex altaris minoris ob necessariam causam permissi.*

**A**ltari præterea minori quamuis indotato, ob necessariam tamen causam ab Episcopo in ecclesia parochiali permissi, eadem supellex apparatus, vt supra demonstrata est in basilica cathedrali.

*Apparatus communis.*

**A**pparatus præterea communem in ecclesia parochiali esse conueniens est, vsui Missæ sacri etiam ab alijs sacerdotibus sine cantu faciendi: prout & hic ipse apparatus, & quantus item esse debeat, supra demonstratur atque prescribitur in basilica cathedrali, ob causas eo in loco expositas.

**DE SUPELLECTILE ECCLESIE simplicis, eiusque Sacristie.**  
Cap. IIII.

**I**n Ecclesijs simplicibus, & Oratorijs, vbi Missæ sacrum aliquando fit, vnicuique altari non solum maiori verum etiam minori, si quod in ijs est, apparatus, atque sit supellex supra prescripta vsui altaris minoris in Basilica cathedrali, tum præterea hæc quæ ordine infra notata est.

Vas vsui absterfionis calicum, patenarum, & lauationis corporalium, ac purificatoriorum.

Mantilia longiora, quatuor apud labrum lauationis manuum appendenda.

Mappæ duæ ad vsum altaris sacristie seu armarij, apud quod sacerdos sacras vestes induit.  
Tapetum, seu clathra lignea, vbi sacerdos sacras vestes induit.

Tabella sacrarum reliquiarum in ea ecclesia reconditarum.

Tabella item de Indulgentijs eidem ecclesie perpetuo concessis.

Tabella orationum, quibus præparatorijs vitur sacerdos celebraturus.

Tabella orationum ad vsum sacerdotis sacras vestes induentis.

Tabella

Tabella de Missis, funeralibus, commemoracionibus, & alijs officijs.  
Tabella colorum, qui in sacris indumentis pro ritu officij singulis diebus adhibentur.  
Liber Missarum: in quo scilicet vnusquisq. sacerdos sua manu notet & scribat, qui in singulos dies Missæ sacrum fecerit.  
Liber de ceremonijs Missæ.  
Liber harum Instructionum.  
Vas olearium maius pro oleo lampadis.  
Vas minus itidem ad vsum infundendi olei in lampadem.  
Infundibulum, & vas ad olei è vase maiusculo excipiendi, rursusq. in alterum minusculum infundendi vsum.  
Scopulæ paruulæ ex cannulis palustribus.  
Perticæ, hastiliaue.

Dalmaticæ diaconales.  
Tunicellæ subdiaconales.  
Stolæ diaconales.  
Manipulus diaconalis.  
Manipulus subdiaconalis.  
Auriphrygium, seu fascia amiētus diaconalis.  
Auriphrygium item amiētus subdiaconalis.  
Sacculus corporaliū.  
Puluinar Missalis.  
Integumentum Missalis.  
Integumenta librorum, euangelistarij, epistolarij, lectionarij.  
Integumentum lectorilium statariorum.  
Integumentum lectorilium gestariorum.  
Integumentum ambonis, suggestiue.  
Integumentum faldistorij.

*Vestes atque indumenta eiusdem coloris, quo sunt vestes supra enumerata, licet è materia diuersa constent.*

**DE CONVENIENTIA INDUMENTORUM & ORNAMENTORUM.** Cap. V.

**E**XPOSITIVVS apparatus omnem sacre supellectilis, tum simplicem, tum duplicem tum triplicem, tum deniq. quintuplicem, multiplicemue.  
Cuius vniuersi apparatus vestes atque indumenta, quoniam quædam non colore solum, sed materia è qua confecta sunt, conuenire inter se debent; ac rursus alia, quamuis panno materiaue ab illis differant, tamen eodem colore vt illa sint, oportet; tum præterea quædam illorum indumentorum ornamenta sunt, quæ ratio postulat, vt ornatu, materia, colore, & opere, artificioue, vt plurimum inter se singula respondeant: bene est, vt exposito tam multiplici apparatu, commonstremus etiam, quæ sacra indumenta colore, & materia; ac quæ item colore solum cū illis conuenientia esse debeant; & quæ deniq. ornamenta, materia, colore, & opere, inter se vt maximè fieri potest, congruere debeant.  
Atque apparatus quidem, qui eadem materia, eodemq. colore simul constare debet, est sacrarum vestium atque indumentorum, quæ ordine infra nominatim notantur.

*Sacræ vestes & indumenta eiusdem materia, & coloris.*

**P**Allium.  
Planeta.  
Stola sacerdotalis.  
Manipulus sacerdotalis.  
Pluuiiale.  
Auriphrygium, seu fascia amiētus sacerdotalis, diaconalis, & subdiaconalis.  
Grammata, seu auriphrygium albæ sacerdotalis, diaconalis, & subdiaconalis.  
Sandalia.  
Caligæ, quas olim hyacinthino colore fuisse proditum est.  
Gremiale.

**D**almatica. } Episcopalis.  
Tunicella. }  
Chyrotecæ Episcopales.  
Velum calicis.  
Integumentum sedis Episcopalis.  
Velum frontispicij altaris.  
Vela, seu continentia subdiaconales.

*Indumentorum ornamenta, materia, colore, opere, artificioue inter se vt maximè potest, conuenientia.*

**C**Ruces frontispicij pallij.  
Cruces planetæ.  
Cruces stolæ sacerdotalis, & diaconalis.  
Cruces manipuli sacerdotalis, diaconalis, & subdiaconalis.  
Cruces fasciæ amiētus.  
Auriphrygium pluuiialis.  
Grammula, & fasciæ dalmaticæ diaconalis.  
Grammula, & fascia tunicellæ subdiaconalis.  
Ornamentum puluinaris Missalis.  
Ornamentum sacculi corporalium.  
Ornamentum integumenti codicum.  
Laciniæ singulorum integumentorum & puluinarium continere etiam debent cum coloribus ornatus; ita scilicet, vt aurum cum auro, aut argentum cum argento, & sericum cum colore ornatus panniue conueniat.

**PARS SECVNDA.**  
**LIBRI II.**

*De forma supellectilis.*

**I**AM denique restat altera huius libri pars: in qua supellectilis omnis mox supra enumerata, rei q. ad vsum ecclesiasticum pertinentis, forma à nobis exponenda est; ac ita quidem, vt aliquando etiam materia simul ostendatur, è qua

è qua res vnaquæq. pro præstantiæ ratione conficiatur.

Primo igitur loco erit Crux.

#### De Cruce.

**C**Rucis porrò, quæ vel super altari maiori, vel super tabernaculo, forma Eucharistiæ collocabitur, forma penè quadrangula erit: cuius tamen pars inferior paululum oblonga in tubulum desinet; ut cum ad usum processionum, aliarumq. ecclesiasticarum actionum opus erit, à suo possit fulcimento commodè eximi. Ea autem magnitudine crux erit, quæ cum altarij amplitudine aptè decorèq. conveniat.

Ex aureis, aut (si minus per facultates possit) argenteis laminis crux altarij maioris erit in basilica cathedrali, ecclesijsq. collegiatis: hæc q. vsui solemniorum dierum, atque officiorum: altera autem ex aurichalco inaurato condecorè cælara elaborata, alijs diebus adhibenda. Ex hac item materia, vel ex argento illa etiam erit, quæ in alijs ecclesijs præsertim parochialibus super altari maiori collocabitur.

Fulcimentum, quo aptè crux in altario sustineatur, ex auro, aut argento, aut saltem ex aurichalco, aut denique ex ligno inaurato, in ecclesijs scilicet quarum census tenuis est, eleganter decoraq. forma confectum, ad congruentem altitudinem surgens, atq. aptè tubulo infigatur.

Crucis item quæ in altario minori ponetur, cū fulcimentum, tum forma eadem, aliquantòq. minor esse poterit, sed exemplis esse non debet. Materia si minus aliquando ex aurichalco, pretiosioruè metallo, at ex ligno esse poterit picto decenterq. inaurato.

Crux porrò Capituli, vel illa quæ in processibus, in mortuorum exequijs, alijsq. sacris & ecclesiasticis actionibus de more præfertur, hastile habeat benè firmum, idemq. decenter pictū, cui aptè inferatur.

Vbi verò (ut in ecclesia Ambrosiana) moris est à Capitulo, alioq. ecclesiastico Collegio, vel à parochis alijsuè animarum curatoribus, crucè forma quadrata, quæ duobus cubitis pauluè amplius altè lateq. pateat, in illis ecclesiasticis actionibus sine hastili, sed breui manubrio eiusdem metalli proferri; is quidem mos sanè quam vetus vsuque probatus, planè retinendus est.

#### De Candelabris.

**C**andelabra altarij maioris (quæ etiam aurea olim fuisse animaduertimus) si ex auro per facultates fieri non possunt, saltem ex argento conficiantur ad usum solemniorum officiorum, ita ut & metalli genere, & opere cum cruce congruant.

Alia verò quæ vsui quotidiano sunt, ex aurichalco constare poterunt: è quo metallo in om-

ni ecclesia adhiberi conueniens est. Ex ligno autem opere tornatili confecta in reliquis altarijs minoribus aliquando permittuntur, si ex aurichalco, pretiosioruè materia per facultates fieri non possunt.

Candelabri basis, quem pedem dicunt, rotunda, vel triangularis potius existat, atque ut maximè fieri potest, cum illa congruens quæ cruci subiacet.

Sic verò vndiq. pateat, firmaq. sit, ut præ cerei crassioris qui imponetur pondere aut longitudine, candelabrum non vilo modo corruat.

Eiusdem scapus opere cælaro rectè, piè, decenterq. elaboratus, sensim angustius ascendat in altitudinem, quam altarij, ecclesiæq. ratio requirit. Rursusq. in summitatè circularem decorè patulam desinat. In qua summitatè candelabri acumen teres extet, cui vasculum itidem ex argento vel aurichalco infigi possit; in quo vasculo cerei inferantur.

Et quoniam vsu venit, ut quæ candelabra ex auro argentouè sunt, facile vacillent, atque inclinentur; ac ferè etiam particula, ex quibus simul conglutinatis illa fabricata sunt, dissoluantur; vile erit virgam ferream per totū candelabri scapum transire: quæ virga in superiorem partem exiens, locum vasculo præscripto, candelæuè infingendæ præbeat.

In parte autem inferiori ita claudatur lamina ferrea in orbem versatili, ut particulas omnes quæ candelabri scapum constituunt, aptè constringat, iunctaq. simul, ac rectas planè teneat.

Candelabrum cerei paschalis ex laminis argenteis, aut ex aurichalco, aut saltem ob ecclesiæ inopiam è solido ligno, opere tornatili, toruq. inauratum ac piè ornatum, altitudine constet cubitorum ferè quinque.

Basi præterea firmissima suffulciatur; ut vbi moris est (quemadmodum olim fuit) stas illis diebus in media ecclesia ante altare maius collocetur.

Si verò pensile adhibetur, nulla basis opus est. Cantharus (quod candelabri genus est in ecclesia Ambrosiana) ex auro, vel ex argento, vel aurifili, aurichalcouè esse potest, prout ecclesiæ in qua adhibetur, ratio postulat.

Breuior quàm cætera candelabra, ac leuior itè: scapo præterea subtiliori constet, quò facilius manu apprehendatur.

Base triangulari, & reliquo ornatu sit, qui decentem speciem exhibeat.

Candelabra ad vsum processionum, & metallo, & forma existant, ut illa quæ vsui sunt altarij maioris; sed longitudine aliquantò breuiori, & crassitudine minori item esse poterunt.

#### De emunctorio, & operculo.

**E**Munctorium, ex eodem metallo è quo sunt candelabra, longitudine vnciarum duodecim: Operculum ad vsum restinguendi cereas è te-

nui

hui lamina, quam tolam vocant, constat: forma præterea decenti.

#### De Tabella secretorum.

**T**abella secretorum, non quærnea, non nucæ, neque denique è ligno subobscuro sit, sed ex abiete, aliaue id generis arbore albicanti, ne pagina agglutinata obscurecat.

Latè aliquantò amplius pateat, quàm longè: à parte anteriori coronicibus vndiq. decorè ornatur.

A mensa altaris aliquantò altius sustineri debet aliquo fulcimento decorè confecto, ut secretorum pagina propius ad oculorum cõspectum accedat.

Atque hæc quidem vsus quotidiani.

Illa verò solemniorum dierum speciosior esse debet, ita ut & coronice auratas, aut præclare pictas, & paginam secretorum maiusculis literis impressam, & eius imagines literasq. illas grandiores, minio, auroq. splendescetes habeat.

#### De Mappis tobaleisue altaris.

**M**appæ (quæ vela, velaminauè, aut sindones alias dicebantur) supernam altaris partem contegentes, è lino, aut vbi lini copia non est, è cannabi sint.

At illæ pretiosiores vsui solemnium dierum, Episcopaliuq. officiorum, è tela linea item, vel cannabina, sed longè tenuiori contextæ: reliquæ vsus quotidiani è tela eiusdem generis, non crassa nimis, nec verò rudi; sed eiusmodi, quæ opere textili benè, firmiter, ornateq. confectæ sint.

Verum nullè porrò Mappæ altaris ab vlla parte bambacio cærulei alteriusuè coloris elaboratæ sint.

Grandiores porrò Mappæ ea sint longitudine, ut ab utroq. altaris latere profundius circiter tribus digitis quàm planum bradellæ demissæ sint.

Latitudine verò totam altaris mensam contegant, ac gradum item qui super altari est: si modo, in altari præsertim maiori ob tabernaculi impedimentum, separatim operiri obtegiue cõmodius non sit.

Eæ præterea mappæ, quæ minores adhibentur, integræ, atque ut olim eiusmodi existant, quibus tota integraq. illa superior altaris pars seu mensa cõsternatur; eæq. inter se distinctæ sint ac sanè separatæ omnino.

#### De Pallijs.

**P**allium, seu palla, vestimentum scilicet, quod antè altare tenditur suspensum, paulò longius quàm altare patere debet; eoq. altius, ut ab ima parte paululum sub coronice scabelli eiusdem altaris occultetur.

A superiori parte palmum à summo distante, lacinijs, quas frangias dicunt, auro sericouè elaboratis, pro colorum ratione ex ecclesiæ ritu præscripta ornatur.

Intrinsicus tela bambacina, aut alia tenui materia vestiatur; quæ à superiori parte palmo vno excedat, ut sub mappis reflecti possit.

Instruatur etiam à summo intrinsicus parvulis minutisq. anulis æreis, ferreisue, quibus suspendatur affixum telari altaris.

Cui pallio ab exteriori parte, crux aut imago Sancti, Sactorumue quorum nomine altare dicatum est, aut alia sacra effigies aptè recteq. in medio affluatur.

Id quod antiqui instituti esse ex eo etiam accepimus, quòd Zacharias Pontifex pallam auro intextam Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi imagine ornatam beati Petri Apostoli altario obtulit.

Pallium pretiosius, utpotè vsui solemniorum officiorum ac dierum, sit è serico, auro argentouè intexto, nempè opere attalico, quod broccatum dicunt, vel acu decorè picto.

Illud verò quotidianum ex alio serici genere, aut subserico.

Idq. etiam in ecclesijs permittitur, quarum tenuis census ferè non potest illum pretiosioris pallij sumptum.

Pallia autè quæ humiliora aut depressiora iam extant, quàm altaris altitudo requirit, altiora fiant, in summa parte additamento eiusdem panni materiauè factò, apteq. connexo: quod laciniæ quam frangiam vocant, aut alterius rei ornatu decenti obtegatur.

Quæ verò pallia breuiora sunt, quoniam altaria longius ducta sunt, ea aptè reconcinnari poterunt, aut produci alijs pro longitudinis altarium ratione additis, decenterq. annexis, eiusdem alteriusuè panni sericiuè aut materiae sacris.

#### De velamento seu fascia ad ornatum altaris.

**V**elamentum (quod ad ornatum frontispicij altaris in Missæ sacro adhibetur, superioriq. parti pallij in ipso altari tanquàm frontale quoddam obtenditur) eiusmodi sit, ut demissum, vsque ad serica filamenta quæ pallio affixi solent, vel paulò infra perueniat.

Longè præterea pateat, ut adæquet altare, aut paulò amplius.

Eius extremitas quæ in hominū conspectu est, simbria decorè exornatur.

E pretiosa tela linea, eaque tenui admodum cõfectum, per latitudinem lineis acu aliaue ratione elaboratis, apteq. certo interuallo dispositis, distinctè ornatum appareat.

Pretiosius porrò, quod solemnioribus diebus officijsq. vsui erit, insignius esse debet, auro scilicet argentoq. contextum.



## De Tela stragula altaris.

**T**ela stragula altaris, longitudine ac latitudine fit, quæ totam illius mensuram vndiq. conregat, & paulò amplius item: lacinijs breuioribus ab omni parte decorè cincta.

Colore viridi fit.

Quotidiana è lino, cannabiue: illa verò vsui solemnitatum è serico, aut è subserico.

## De stragulis Bradellæ &amp; graduum altaris.

**S**tragula Bradellæ & graduum altaris, plani item cum opus est, tapetia sint, aut panni lanei, ij. pretiosiores pro solemnitatum ratione, proq. ecclesiarum dignitate. Latè, longè, & amplè ita pateant, vt & bradella, & altaris gradus eorum operimento cõsternantur omnino, atque adeò amplius saltem cubito vno.

## De caligis Episcopalis.

**C**aligæ Episcopales ita longæ esse debent, vt vsque ad genua protensæ, ligulis in ea parte adstringatur; quemadmodum cum mysterij significatione conueniens est.

## De sandalijs.

**S**andalia, calcei scilicet quibus Episcopus ad Missæ sacrum solemniter faciendum vtitur, è solea integra subtus consistit, à parte autem superiori decenter ornata: quæ fenestrata etiã supernè olim fuisse non sine mysterij ratione Innocentius III. Pont. ostendit.

## De Amictu.

**A**mictus (qui quoniam humeris imponitur, superhumeralis etiam appellabatur) eiusmodi vt olim fuit, esse debet; cui fascia assuatur, quæ tanquam collare quoddam circa collum super casulam aptetur.

Fimbria porro fasciæ cõdecenter exornata sit: cui præterea tres cruces annectantur, una in medio, & in vtroq. capite duæ.

Longa sit fascia hæc cubitum circiter vnum & vncias sex: lata vncias circiter septem.

Porro amictus è tenui candidaq. tela linea sit: pretiosior è subtiliori.

Longitudine esse debet cubitorum circiter duorum; latitudine autem sesquicubitali.

In duobus eius angulis anterioribus assuuntur funiculi: qui crucis instar supra pectus transuersi, indeq. in tergum ducti, moxq. reuocati, connectuntur, vt ne suo loco amictus moueatur.

Si verò amictus sine fascia adhibetur; in eius medio crux vnciarum duarum longè ab extremitate digitis duobus, supernè acu aliaue ratione affigetur.

Extremitates autem amictus, præterquam ex

ea parte quæ collum ambit, aliquo modesto opere exornabuntur: cæteræ eius partes, vt illa superioris amictus fasciam habentis.

## De Alba, &amp; auriphrygio, seu grammatis.

**A**lba (quam candidam vestem camisum etiã à colore vocant) è tela tenui candidaq. fit; illa pretiosior è tenuiori.

Longè autem quatuor cubitos producta & succincta, cum à lumbis vndiq. redundet, tum ad pedes vsque pertingat.

Latè præterea cubitos quatuor ac paulò amplius circumqua. pateat.

Manicas habeat longitudine sesquicubitali, latitudine ab humeris penè cubitali, quæ vsque ad manus sensim angustius ducantur.

Consuta autem sit non artificioso sed simplici acus opere: in extremis verò manicis, & in summa veste aliquid dumtaxat sit acu paululum ac tenuiter elaboratum.

Et ab ima parte aliquantulum reflexum.

In ima parte albæ à fronte & à tergo, & itidem in extremis eius manicis quadræ particule (quas grammatas seu auriphrygium appellat) panni serici, qui coloris & panni eiusdem vt casula sit, rectè assuantur.

Quæ grammata circumqua. fimbrijs densis exornata sint.

Vbi verò Albæ sine auriphrygio seu grammatis adhibentur, amplè ab ima parte circumqua. que pateant cubitos sexdecim: sicq. paulò & latiores & longiores sint, quam aliæ grammatis ornatae, vt circumplicata ac succincta, ad lumbosq. reflexa, rugarum crispatione decorum exhibeant.

## De Cingulo.

**C**ingulum (quæ Zona ab Innocentio III. Põr. appellatur) ex candido lino, vel cannabi tenui sit confectum; longitudine cubitorum circiter septem.

Cuius cinguli capita globulis eiusdem materie inserantur, filamentorum manipulis appensis, quos floccos dicunt.

Cingulum verò Episcopale, à sinistro latere duplex vt vocant succinctorium seu succingulum (quo scilicet stola cum cingulo cõnectitur) habere debet pro ratione mysterij.

## De Stola.

**S**tola (quæ item Orarium, & palla lino stina à Damaso vocatur) extrinsecus materie colore cum planeta congruat: intrinsecus autem tenui serico vestitur eiusdem coloris item.

Longè cubitis circiter sex, ita vt infra genua producat: latè autem pateat vncias sex; ab vtraque autem extrema parte sensim latiusculè patens lacinijs seu frangijs ornatur, quæ longè longitudine sint vnciarum trium: cui præterea cruces

tres

tres annectantur, vna in medio, reliquæ duæ in eius partibus extremis.

Vnaqueq. verò crux paruula sit forma quadrata; quæ ab omni parte vncijs circiter tribus consistet.

Stolæ sacerdotali nihil appendatur: Episcopali verò, & diaconali ab vtraq. media eius parte funiculi serici, eodemq. colore, & flocculis laciniatis ornati annectantur, ij. ad illius rectè connectendæ vsum.

## De Tunicella.

**T**unica Episcopalis, quam Tunicellam dicunt, è serico tenuiter contexta esse debet: paululo angustior & breuior quam Dalmatica infra descripta.

## De Dalmatica.

**D**almatica crucis formam præbere debet, ita vt non recisus manicis, sed ad manus vsque protensis, ij. idemq. latè patentibus conficiatur.

Episcopalis amplioribus manicis quam diaconalis, hæc latioribus quam subdiaconalis; quæ tunicella vocitata, illas angustiores habere debet.

Ex eadem materia Episcopalis consistet, quæ Tunicella Episcopalis.

Longa esse potest cubitis duobus & vncijs sexdecim, atque eiusmodi quæ infra genua protendatur vncijs circiter decem; lata verò à summo, seu ab humeris, cubito vno & vncijs circiter quatuor, ab extremis oris vndiq. patens cubitis circiter quinque, vel amplius, vt eius latitudo cum mysterij significatione conueniat.

Diaconalis verò, & Tunicella subdiaconalis, lineis, seu fasciis coccineis ornatur, à fronte & à tergo hinc inde à summo vsque ad imum ductis.

Auriphrygio præterea insignitur, nempe quadratis particulis auriphrygio contextis, inter lineas coccineas illas in extremitate à tergo & à fronte assutis.

Extremitates huius vestis omnes, præter eam quæ circa collum est, fimbria cum modicis filamentis exornantur.

Interior autem pars tela eiusdem coloris texta sit.

## De Chirothecis Episcopalis.

**C**hirothecæ episcopales contextæ esse debent, & circulo aureo insigniter in extrema parte ornata.

## De planeta.

**C**asula (quam alij phelonium, & planetam etiam ab ampla latitudine dicunt) cubito

tres, & paulò amplius latè patens sit; ita vt ab humeris proiecta, complicationem vnus saltem palmi infra vtrumque humerum recipere possit.

Longè autem cubitos totidem, aut aliquantò longius demissa sit, vt penè ad talos vsque pertineat.

Fasciam item latam vncijs octo ad minimum quæ assuta sit, ab anteriori & posteriori parte vsque ad extremum dependentem habeat: cui altera fascia transuersalis in summa propè parte & à fronte & à tergo adiuncta, crucem vtrinque exprimat.

## De subbirreto.

**S**ubbirretum mitrale non è serico sed panno laneo sit: idemque forma rotunda non quadrata.

## De mitra.

**M**itra quæ pretiosior est, è serico auro interornata, Episcopalis dignitatis splendorem præferret.

Altera simplex, è tela lini purissimi, eaq. tenui & candida conficitur, colore autem albo.

Circulo aureo circumamicta à parte qua induitur caput: cornua item duo à summo præ se ferens, vnum à fronte, alterum à tergo: duas etiã lineas in humeris pendulas habet; quarum extremitates seu fimbriæ lacinijs constant.

## De anulo.

**A**nulus Episcopalis ex auro puro puto solidè conflatus, palam habet cum gemma pretiosiori, in qua nihil sculpti esse debet.

## De Gremiali.

**G**remiale longè consistet cubitis circiter duobus, latè cubito vno tantum, & vncijs item circiter duodecim; intrinsecus tenui serico eiusdem coloris vestitum; vndique verò cinctum laciniarum auro argenteoq. intextarum ornatum.

## De Baculo Pastoralis.

**B**aculus pastoralis, à parte ima præacutus, à media totus rectus, à summa retortus esse debet.

Oratio, aut sudario non ornatur, si Episcopalis est: quo insigni Abbatialis ab illo distinguitur.

Longitudine recta est cubitorum trium & vnciarum duodecim: pars verò illius retorta, totidem vncijs, aut paulò alius eninet.

A summa rectitudinis parte, est crassitudine orbiculari vnciarum circiter septem: quæ propè ad imam partem descendens paulatim diminuatam, vncijs quinq. constat: in ipsa verò planè ima parte, ferro, vel argento, aliouè metalli genere præacuitur.

Pars recta baculi integitur laminis solidis argenteis nulla cælatura ornatis: retorta, laminis itè argenteis cælatura elaboratis, & fabri argentarii iudicio inauratis.

Connectitur autem cum illa parte recta aliquo cælati argenti opere certis locis inaurato; quod sexanguli formam exhibens, sacris imaginibus ornatur.

#### De Pluiali.

**V**estis, quæ Pluialis vocatur, semicircularèq. formam exhibet, ad imos vsque talos protenditur, longitudine scilicet cubitorum trium & vnciarum circiter sex constans; & pro semicirculi ratione latè patens.

A fimbrijs ornatum laciniarum habet: à parte solùm anteriori tota ab summo ad extremum vsque aperta; hinc & inde auriphrygio sacris etiam imaginibus intexto decoratur: à posteriori parte infigne quod caputium dicunt, bremibus admodum lacinijs, ornatu verò auriphrygiato qui anteriori respondeat.

A summa verò parte anteriori tantum fibula inconspicua connectitur: intrinsecus autem serico tenui, aut panno bambacino eiusdem coloris circumuestitur.

#### De Pectorali.

**P**ectorale (ornamentum scilicet illud, quo ante pectus pluiale connectitur) duobus vnciis subiectis, ex argento inaurato conflatum esse debet; cui lapis aliquis pretiosus inseratur, aut sacra imago.

#### De velo subdiaconali.

**V**elum subdiaconale (fascia scilicet illa, quæ subdiacono vsui est ad contegendum calicem, cum illum instructum in altare defert) ex velo fit; auro, aut argento intextum; à lateribus ornatum fimbrijs; à capitibus etiam filamentis aureis, aut argenteis, aut certè auro & argento admixto.

Longè sit cubitos sex; latè verò patens, quanta est veli propria latitudo.

#### De velis ministerialibus.

**V**ela ministerialia (nempe fasciæ illæ, quæ à collo pendent ministrorum, Mitram, aliaue indumenta Episcopalia ferentium, vel sustinentium) longitudine consistunt cubitorum circiter sex; latitudine tam ampla, quanta est tela è qua confecta sunt.

Confecta autè esse debent è velo candido bambacino, eoq. tenui admodum, à capitibus filamentis sericis albis ornata.

#### De Velo Calicis.

**V**elum Calicis ab omni parte cubito & vncijs duodecim, ac paulò amplius latè patens fit: ab oris vndiq. opere serico, auro argenteouè tenuiter ornatum.

Pretiosius autem auro & argento contextum fit, fimbrijs itidem aureis aut argenteis adhibitis.

#### De Calice.

**C**alix ex auro puro, aut si præ facultatum tenuitate non potest, ex argento puro itidem conficiatur, eoq. inaurato ab omni parte interiori & exteriori: cuius pes ex aurichalco inaurato permitti potest, si præ inopia ex auro argenteouè fieri non potest.

Qui pes amplè pro illius magnitudine ita pateat, vt firmissimè vbi collocatur hærens, cadere non queat: forma autem, aut octangula, aut sexangula, aut alia eiusmodi sit.

In cuius pedis superficie imagines appareant, quæ tamen manum non impediunt, aliqua sacra passionis mysteria significantes: nulla expressa sint signa ad ornatum inanem spectantia.

Nodus in medio decorè rectèq. ornatus, nihil vel minimum eminens habeat, quod dum calix capitur, incommodè capiat, aut digiti quidquid lædantur, præsertim quo tempore in Missæ sacro ille indice & pollice coniunctis manu teneatur.

Cupa aliquantulum in fundo angusta, sensim vsque ad summum labrum latior fiat.

Labrum eiusmodi sit, vt neque extrinsecus neque intrinsecus villo modo reflectatur.

Calix maior, pretiosior scilicet, ex auro puro puro, & purum imaginum cælatura insigniori, qui ad Missæ sacrum, solemniter faciendum adhibeatur, amplè in orbem pateat vncias saltem octodecim: ab imo autem vsque ad summum altitudine sit vnciarum quatuordecim; ampliori verò etiam in ecclesia cathedrali, collegiata, ac parochiali insigni.

Calix minor, qui in Missæ non solemnis sacro vsui est, amplitudine in orbem ducta vnciarum quatuordecim, altitudine duodecim.

#### De Patena.

**P**atena eodem auri aut argenti genere, quo calix est: quæ si argentea est, inaurata vndiq. esse debet, nihil artificiosè elaboratum, ac ne circulum quidem circino profundiusculè ductum villo modo habeat.

#### De Purificatorio.

**L**abrum extremum circulare, ita tenue admodum, vt adiuuentum inde sit ad sacræ hostiæ fragmenta rectè facileq. colligenda.

Illam mediam tenuem concauitatem habeat, quæ amplitudinem labri Calicis ferè adæquet.

Patena maior & pretiosior quæ calici gradiori conueniat, amplè in orbem pateat vncias triginta octo, vel amplius pro amplitudine calicis; minor verò triginta duas.

#### De Sacculo Calicis.

**S**acculus Calicis & Patenæ è lino fit, vel ex canabi; latè tam patens, longèq. productus, vt minimè arcuè calicem capiat.

Ab altera parte clausus erit, & tota tela quantum lata est, crispata, & in orbiculum confuta & connexa: aut etiam ita confutus erit, vt duo anguli fiant, sicut communiter fit; tunc enim transuersus calix in ipsum sacculum constringendus est.

#### De Theca Calicis.

**T**heca lignea ad calicem itidem vnà cum sacculo condendum comparata, simplici opere, nulloq. profano ornatu ita conficiatur, vt ad calicem cum patena capiendum apposita sit: operculo etiam adhibito, quo compressè claudatur: intrinsecus laneo panno, aut holoserico quem villutum dicimus, extrinsecus corio circumuestitur.

Cui etiam linea, siue cingulum ex corio ad eam gestandam insertum adhibeatur.

#### De Corporali.

**C**orporale è tela linea pura & candida fit, ac simplex item; nihilq. elaboratum, & nihil sericum intextum habeat; ab oris autem acus opere simplici punctum solùm retortum sit.

Longè autem vncias triginta ad minus pateat, latè totidem; ita verò complicatum, vt nullæ eius extremitas appareat.

In Cathedrali, & Collegiatis aliqua corporalia esse debent ampliora pro altaris maioris amplitudine.

#### De Sacculo Corporalis.

**S**acculus corporalis à fronte fit cruce vel alia sacra imagine in medio intexta; à tergo etiam ex eadem materia & colore, intrinsecus verò subserico, aut tela tenui candida circumuestitus: latè verò vndique pateat circiter dimidio cubito, vel paulò amplius.

Ab oris verò inserantur funiculi serici cum globulo, quo adstrictus claudatur.

#### De Hamulis.

**H**amule, non ex argento, stanno, aurichalco, aliouè metalli genere, sed è crystallo pelucido non picto; & deniq. ab omni parte forditibus puræ, & suo quæq. operculo stanneo argenteouè aptè connectæ: pretiosiores autem aureo.

#### De Pellicula.

**P**ellicula hamularum è stanno britannico puriori fit; pretiosior auro, aut argento saltem: opere autem cælato piam speciem exprimente: fundo intrinsecus constet lato ac plano, neque elaborato, quò firmissimè hamulæ impositæ hæreant.

#### De Missali.

**M**issale, opere librario benè firmiterq. compactum & conglutinatum, tenuioribus tabellis sectilibus corio intectis operiatur. In quo corio nihil profani elaboratum impressum extet, sed crucis infigne, aliouè sancti piam imago.

Ad Missalis autem ornatum folia inaurata existant.

Pretiosius porro, & operimento præterea coriaceo inaurato, & forma ampliori constet, tum literis etiam insignioribus impressum.

#### De Signaculo Missalis.

**S**ignaculum Missalis, cornu transuersale vnde funiculi pendent, habeat è sericis filamentis confectum, atque ita latum, vt eiusdem Missalis crassitudinem adæquet.

Funiculos verò sericos duodenos, colore diuerso distinctos pro officij ratione atque vsu: ac longè ita ductos, vt Missalis longitudinem vix quinque vncijs excedant.

Pretiosius verò signaculum è cornu transuersali constet, quod solidum aurum, aut argentum sit, idq. inauratum.

#### De Integumento Missalis.

**I**ntegumentum Missalis ita longè deductum sit, vt ab ima parte etiam reflexum, octo vncijs superet coriaceum Missalis operimentum:

à summa verò nihil omnino extet. Latè præterea patens, vt ab vtroque latere intrinsecus reflecti commodè queat. Subuestiatur tela linea aut bombycina, præter partem quæ infra pendens, eodem panno reflexo ornatur.

Huius integumentum extremitates, quæ Missale à lateribus & à capite circumdant, lineæ sericæ opere textili, quæ verò ab ima parte, lacinijs sericis ornantur.

Pretiosius autem integumentum habeat extremitatum ornatum, & lineæ & lacinijs, auro argentouè intextis insigniorem.

#### De Puluinari Missalis.

**P**uluinar, quod Missali libro supponitur, plenum sit non pluma, non tomento lanae coccina, sed lana solida, pilis ceruinis. Longè patens cubito, & paulò amplius; latè vncijs circiter decè & octo; ornatum ab vnoquoque angulo laciniatis fibulis; confutum simplici opere: sed partes extremæ confutæ integantur ornamento eiusdem generis & coloris. Cui puluinari nihil aliud, ac ne scabellum quidem subiiciatur; nisi cum sacerdoti oculorum aspectu laboranti opus est ad Missale alijs tollendum. Porro scabellum puluinari aliquantò angustius, vtrinque quatuor baculis transversaliter inter se exigua linea lignea in medio connexis firmatur.

#### De Instrumento candelæ sustinendæ ad officiorum Pontificalium usum.

**I**nstrumentum quod vsui est sustinendæ per cappellanum candelæ in Missis officijsq. pontificalibus, ex argento; pretiosius ex auro aut argento inaurato fiat: manubrio longitudinis vnciarum quindecim, & à summa parte orbiculo constet, cui media intus lunula infixæ inhaereat ad candelæ imponendæ usum.

#### De Thuribulo, Acerra, & Cochleari.

**T**huribulum, acerra, & cochleare, ex aurichalco singula sint artificiosè cælata atque ornata periti artificis iudicio.

Pretiosiora autem ex argento, aut ex auro, vbi per facultates fieri possunt.

Quod sanè thuribulum, cum quadruplici catenula, & operculo eiusdem metalli, vbi ritu Romano sit; at Ambrosiano more, cum catenula triplici, sineq. operculo adhibetur. Longitudo porrò catenularum sit cubitorum duorum & vnciarum circiter duodecim.

#### De vestitu Sedis Episcopalis.

**S**edes Episcopalis, vt ex patrum instituto collocatur loco conspicuo atque illustri; ita vesti-

tu decenti pro solemnitate ratione ornari debet.

Porro vestitus eius sit è pannis sericis raris, non villosis, nec auro argentouè intextis. Illius gradus tapetibus pannisue lineis sternuntur.

#### De Scabellis assistentium Episcopo.

**S**cabella ministrorum Episcopo assistentium, è tabellis sectilibus populeis, abiegnisue consistent; cubito aut paulò amplius altè constructa; tum forma quadrata, quò firmitus hæreant; decorè præterea picta.

#### De Faldistorio.

**F**aldistorium, non amplum, neque altè extructum, vt sedes cathedrae Episcopalis, sed longè depressius esse debet: nec præterea à tergo, neque à lateribus quidquam habeat, quo sedes Episcopus nitatur.

E quaternis lignis nuceis, binis scilicet ab anteriori, totidemq. à posteriori parte inauratis, laminarum argentearum tegmine ornatis, iisque singulis ab omni laterali angulo formam capitis leonini paululum prominentis in summo exhibentibus, decorè aptè, firmiterq. constans, fedile coriaceum habeat solidum; idemq. non pluma, sed tomento pilisue minutim concisis plenum.

#### De Integumento Faldistorij.

**I**ntegumentum faldistorij subuestitum esse debet tela bombycina.

Ita verò dissectum, vt sedili tantum inherens, à reliquis partibus vsque in pavementum defluat.

#### De Pulvinariibus Faldistorij.

**P**ulvinaria faldistorij, vnum genu flexionis, alterum sessionis vsui, è serico villosis consistent. Eorum longitudo sesquicubitalis erit, latitudo porrò cubitalis.

#### De Abaco, & cæteris.

**A**bacus (mensa scilicet illa, in qua vasa magna ex auro argentouè confata, ad ornatum in signia, & rei diuinæ necessaria, ac vestimenta quædam, Mitraeque; atque alia id generis exponuntur) è tabulis sectilibus populeis; abiegnisue politè cõfecta, longè pateat cubitis quinque, paulouè amplius pro Ecclesiae magnitudine, choriue ratione; latè cubitis duobus & vncijs duodecim: alteq. item extruatur cubitis & vncijs totidem.

À tergo autem gradibus duobus pluribusue constet pro vasorum ratione.

Suffulciatur porrò binis ternisue tripodibus querneris aut nuceis, ad sustentationis firmitudinem.

Abaci

**Abaci** mappa è lino pretiosiori bissonè elegantè contexta, ita vndique pateat, vt à fronte & à lateribus ad pavementum vsque pertingat: tum à tergo si fieri potest, abaci gradus aptè contegat.

Si minus, altera eiusdem generis adhibenda est, qua gradus sternantur.

Vasa item ad abaci ornatum in gradibus exposita, ampullari forma sint, prout in vasis sacrorum oleorum cõfectioni dicatis demonstratur infra suo loco: altitudine cubitali, aut paulò maiori consistent.

Quæ verò in medio collocantur, aliquantò altiora esse debent.

Ex auro præterea, aut ex argento consistunt, in quibus profana cælatura nulla extet, sed pia ac religiosa.

Pelues aquariae, seu bacilia, quos fontes appellant, ex eodem etiam metallo, eademq. cælatura, tum amplitudine sesquicubitali per diametrum ducta.

Vrcei eiusdem item cælaturæ, metalli, ac magnitudinis præterea cum peluibus aquarijs cõuenientis decorè.

#### De linteo ad usum abstergendi manus.

**L**inteum quod manibus abstergendis in Missa sacro vsui est, ex lino tenui contextum, longitudine bicubitali, latitudine verò sesquicubitali constet: tum præterea vno & altero capite ornatum lacinijs & filamentis eiusdem materiae, & ab extremitatibus lateralibus acus opere simplici punctim retortum sit.

At illud quod Missæ Episcopalis vsui erit, cum è lino pretiosiori, tum amplitudine maiori, atque ornatu insigniori existere debet.

#### De Libris, Lectorario, Epistolario, & Euangelistario, eorumq. integumentis.

**H**i libri, nempe Lectorarius, Epistolarius, & Euangelistarius, & Characteribus litterarum insigniores, & opere librario benè compacti cõglutinatiue, & decorè, firmiterq. operiti sint ad diuturnitatis usum, tum ita ornati, vt de Missali demonstratum est.

Ad ornatum præterea illud piè accommodatum esset, si sacrae mysteriorum imagines in ijs libris certo loco impressæ, minio & auro expolirentur.

Integumentum porrò eorum librorum tale esse debet, quale integumentum Missalis demonstrauimus.

#### De Integumento Lectorilium, & ambonis.

**I**ntegumentum Lectorilis statarij longè protenditur ferè vsque ad pavementum: latè patet vt lectorilis structura: à parte in qua libri apposti hærent, corio vestitur.

Integumentum lectorilis gestatorij, latum vt

est pannus quo vestitur; longum ad pavementum vsque.

Suggesti ambonisue integumentum, longitudine esse debet, qua est ipsius suggesti opus; latitudine, quæ vndique illud totum complectatur.

#### De vase gestatorio aqua benedicta.

**V**as gestatorium aquæ benedictæ, vsui officiorum Episcopaliū accommodatum, ex argento, eoq. certis partibus inaurato cõfectum, piè etiã alicuius cælaturæ speciè præbeat. Ex eodem item metallo, non inaurato tamen, eodemq. piè opere cælatum adhibeatur in Ecclesijs cathedralibus, collegiatis, & parochialibus item, ceterisq. aliqua ratione insignibus: at ex aere, aut aurichalco conflatum, in ecclesijs census tenuitate laborantibus permittitur.

#### De panno ad abstergendum caput baptizati.

**P**annus, seu fabarium, quod ad baptizati caput abstergendum adhibetur, è tela byssina, quod pretiosius vsui ministerij Episcopalis est, constare debet; è tela vero linea, quod ab alijs adhibebitur.

Erit verò circūquaque aptè decorèq. fimbriatum è tela vel byssina, vel lintea.

Longitudine erit cubitorum trium; latitudine verò tanta, quanta est telæ è qua constat latitudo.

#### De vasis sacrorum Oleorum.

**V**asa Basilicæ cathedralis, in quibus sacra olea conficiuntur, ex argento, aut saltem è stano Britannico, eoq. puro puto & pretiosiori consistunt.

Forma ampullari sint: quæ ventre amplo & turgido cõfecta, à summo vsque ad collum sensim orbiculari accliuitate sine villo cælaturæ opere ascendente, ore hianti pauloq. extant, ab extremo in angustum paulatim vsque ad pedem deducta, opere sphaerali concludantur: cui pes à summa parte angustè, ab imo latius patens firmissimè hæreat.

Geminis ansis consistent: quæ cælaturæ speciè in ea parte exhibeant, in qua cum vasibus annectuntur.

Operimento integantur semisphaerali, quod in fastigio paruulam cruce affixam habeat, ita autem annexum, vt à fibula argentea stanneaue qua annectitur, totum à tergo pendeat; vt ne eo elato, Episcopi consecrantis manus in crucibus super oleis conficiendis impediatur. A fronte aptè ac firmiter in superiori propè vtrius parte paruulus tubus agglutinatus hæreat, vnde oleum defluat.

Itq. eiusmodi sit, qui ab imo patulus, sensim angustè ascendens, pari cum vasis altitudine, & à summo paululum incuruus ore angustior extet.

Vasa



Vasa tria præscripta forma conficiantur; vñ in quo sacri chrismatis, alterum in quo sacrae extremæ vnctionis, tertium in quo catechumenorum oleum consecretur. Singula vasa distincta sint inscriptione, literis grandiusculis inauratis expressa. Singula autè vasa olei, magnitudine sint, quæ cum Basilicæ cathedralis ratione cõueniat: sed eiusmodi tamen, quæ in consecrationis ministerio commodè & gestari & tractari possint.

*De Velis vasorum sacri olei.*

**V**ela (quæ superiora tria vasa triplicis sacri olei contegant, cum illud die Cænæ Domini conficitur) lōgitudine circiter cubitali sint; latitudine quanta est veli; illudq. vasis chrismatis è serico albo, reliqua duo ex rubro.

*De Vasculis ministratorijs.*

**V**ascula ministratoria totidem sint, quot vasa sacrorum oleorum, inscriptionibus etiã distincta, eadem forma, è stanno aut argento itidem, nec verò è vitro confecta: eaq. longè angustiora; quæ olei pondo, minora duo tantum capiant; à tergo solum anсата.

*De Forfice ad usum sacrae ordinationis.*

**F**orfex ex ferro, at certis locis inaurato conflata, vnciarum duodecim longitudine cõstet.

*De Peluicula ad varia ministeria Episcopalia.*

**P**eluicula vsui variorum Episcopaliū ministeriorum, ex argento conflata, profunda cõcauitate conflet, tum amplitudine sit vnciarum duodecim per diametrum ducta.

*De Libro exorcismorum.*

**H**ic Liber exorcismorum, vt cæteri libri ecclesiastici, opere librario decenter confectus, operimento tegatur, quod supra alijs voluminibus præscriptum est.

*De Cereostatis.*

**C**ereostata seu cereoferaria artificiosè tornata sunt, auro, aut coloribus decorè obducta in superiori parte qua cereus infigitur. Eorum orbis, ex charta ferrea, idest tola congruenter pateat, extremitate sursum reflexa, ad guttas capiendas quæ ex cereo defluunt. Alterius verò generis cereoferaria, quas cancelas appellant, infra ex ligno tornatili sint, supra verò quadrifariam secto, & ad cereos excipiendos apto; ornata verò vt alia.

*De Operculis.*

**O**percula ex tenui charta ferrea fiant, quæ infra patulo circuitu sint, supra in acumè definant: bacillis aptè inferantur, vt per eos cerei quamuis altè positi extingui à ministris possint; hæc aliqua maiora ad vsum maiorum, aliqua verò minora ad minorum vsum conficiantur.

*De Labaro, seu Vexillo.*

**V**exillum Sancti patroni vrbs, & opere, & materia, & ornatu insignius sit quam parochiale, tum amplitudine præterea maiori, quæ formam ferè quadratam exhibeat. Vexillum verò parochiale (quod siparum aut fanon ecclesiastico nomine vocatur) è tela auro argenteouè intexta, vel è serico firmiter contexto sit.

Longè pateat cubitis tribus & dimidio, lateque totidem, ita vt formæ quadratæ speciem præbeat.

Qua forma insigne illud augustissimumq. Cõstantini Imperatoris vexillum, quod Romani labarum dicunt, cruce pretiosa, cuius imago cælitus apparuit, intextum fuisse ex antiquis monumentis constat.

Porro è materia longè pretiosiori fiat, vbi præ parochialis vicinæ facultatibus potest.

Imagine effigieue Sancti aut Sanctæ, cuius nomine ecclesia parochialis nūcupatur, depictū, ornatum, aut contextum sit.

Colore præterea, quem sancti sanctæue cuius vexillum præfertur, imago pro ecclesiæ ritu deposcit.

Vndique cinctum ornatu laciniarum eiusdem coloris cuius vexillum est, permixtis etiam filis argento aurouè intextis.

Appensum præferatur ex hastili ligneo, eoque solido: cui à summa parte crux paruula quadrata præfigatur.

Hastile autem vexillo longius sit cubitis circiter duobus: colore item quo vexillum.

Vexillum verò, quod dum sceminæ in supplicationibus publicis procedunt, pro parochialis vicinæ distinctione præferunt, & materia, & colore, & imagine, & ornatu sit vt illud supra descriptum: at latè longèq. constans vno tantum cubito, & hastili breui ac tenui: cui item crux paruula in summo affigatur.

*De Crotalis ligneis.*

**C**rotala lignea, quæ ex vsu ecclesiæ in hebdomadæ sanctæ tenebris adhibentur, ex tabula sectili nucæ, quæneauè fiant: longitudine verò sesquicubitali, & latitudine cubitali consent.

A summo habeant foramen per quod manus infertur, lamina ferrea munitum; tum præterea laminas quatuor quinqueue ab vtraque parte

parte affixas ex ære seu ferro, vel totidem pilas ex ligno rotundas fune appensas, sonū ex percussione reddentes.

*De stragulo sedilis sacerdotis.*

**S**tragulum sedilis, in quo sacerdos Missæ sacrum solemniter faciens confidet, è panno laneo, aut serico raso in Basilicis insignioribus. Ita verò latè longèq. pateat, vt à tergo etiam sedile contegens, capite celebrantis paulò altius extet, & infra ad pavementum vsque propè pertineat.

*De Aulais.*

**A**ulæ in ornanda Ecclesia, siue ex corio, siue ex lana consent, ne profanis imaginibus humanis, aut belluarum picturis; sed religiosis pijsq. figuris mysterij sacri historiam significatibus contexta sint: & ijs potissimum, quæ Christi Domini, vel Sancti cuius nomine ecclesia cappellauè nuncupatur, res gestas exprimunt.

*De lectorilibus.*

**L**ectorilium genera duo; alterum sit, posita columella lignea, aut aliquo alio apto fulcramento cum basi congruente & decora, aut etiã armario exstructo pro recondendis libris ad vsum chori: supra quod fulcimentum tabula lata & longa, quantum satis sit ad capiendum apertos libros, decliui positura collocatur.

Aut verò sit tanquam duplicis faciei, vt ab vtraque, tabulæ quæ supernè in culmè coeant, duobus libris imponendis locum præbeant: è nucleo ligno erit artificiosè exculto, & alio etiam præsertim picto aut inaurato.

Alterum gestatorium magis est, & duplex: cuius partes sunt ex longis & angustis asserculis confectæ: per clauum in vtraque media parte fixum quo coniunguntur, in vnum coeunt cū tollitur & gestatur: & cum ponitur ad lectionem, supra & infra deducuntur, supra verò corio vtrinque affixo tenentur ad libros capiendos aptè composito.

Huius quoque ligna ornatum & artificium desiderant.

Hac eadem forma alia etiam lectorilia fiunt: nisi quod plicatilia, vt ita dicam, non sunt: & loco corij lignis tenentur in superiori parte.

Lectorilium integumentis circumstantur sericæ lineæ cum filamentis suis; ab vtroque quidem capite per vnias tres prolixis; ab alijs autè partibus, breuioribus & modicis, telaq. subtè recta sint: ita longa verò, vt vtrinque ad terram vsque demittantur: lata paulò magis quam ipsa lectorilia.

Tabernaculum huiusmodi sustentatur, in orbem latiusculè ductus, forma sexangula vel octangula sit, quod firmitus & decentius hæreat.

Nodus in medio decorè recteq. ornatus, nihil vel

*De libris, seu voluminibus ecclesiasticis.*

**V**olumina diuinorum officiorum vsui addita, vt potè Breuiaria, Lectionaria, & alia id generis in priori huius libri parte enumerata, planè eiusmodi sint, quale Missale paulò ante demonstrauimus.

*De Conopæo.*

**C**onopæum Tabernaculi sanctissimæ Eucharistiæ, in ecclesijs ritu Romano, è serico auro argenteouè intexto, vulgò brocato, vel è tela argentea aureauè, aut saltem è serico simplici coloris albi.

In ecclesijs ritu Ambrosiano videntibus, ex eadem materia, at rubri coloris.

Amplè vndique pateat pro tabernaculi maioris amplitudine; ita vt à summa parte crispatum, in fimbrijs etiam non angustè sed longè latius decenter respondeat.

Habeat verò vt moris est, ab extremis partibus ornatum laciniarum decorè contextarū.

Conopæum verò baptisterij è serico albo sit, vel saltem (in ecclesijs scilicet, quarum census tenuis est) è tela lineæ tenui; amplitudine autem & ornatu vsupra.

Appendatur & annectatur in ciborij summa te cruce subiecta.

*De Tabernaculo paruulo sanctissimæ Eucharistiæ.*

**T**abernaculum paruulum sanctissimæ Eucharistiæ, sit ex auro, aut argento puro puro, eoque certis locis inaurato; aut saltem ex aurichalco cõstare debet, quod auri puri specie bene integatur.

Forma rotunda sit, & altitudine cubitali, aut maiori minoriue pro tabernaculi magni ratione: amplitudine, quæ hostiam amplam commodè capiat.

Distingui debet certis spatijs intrà columellas interiectis: quæ columellæ ornate fabrefactæ, non impares (ne sacrae hostiæ prospectum à latere impari impediatur) sed pares, nepe quatuor, aut sex, aut octo esse possunt: quæ si octo, binæ collocentur.

A summa parte columellarum existere debet ornatus è zophoro corinthio (quod opus fregio vocant) & coronicibus constans: ita vt in eo tabernaculi fastigium semisphærale aut pyramidale nitatur, adiunctis in ima parte fastigij duabus fibulis, siue vnias, quibus fastigium cum zophoro connectatur, affixa in summo paruula cruce quadrata, aut imagine Christi Domini crucifixi, vel resurgentis.

Pes, quo tabernaculum huiusmodi sustentatur, in orbem latiusculè ductus, forma sexangula vel octangula sit, quod firmitus & decentius hæreat.

Nodus in medio decorè recteq. ornatus, nihil vel

vel minimum eminens habeat, quo dum capitur, incommodè capiatur, aut digiti quidquam lædantur.

A parte inferiori tabernaculi, lamina orbicularis omnino argentea atque inaurata pro illius magnitudine esse debet: quæ sensim à lateribus indeq. circum in labijs eminens, fundum constituat; atque eiusmodi, vt cum vltu venerit, amoueri queat.

In cuius laminæ, fundiue superiori parte, mediâ affigi debet parua lunula aurea, vel saltem argentea inaurata duplex: quæ breui tenuiq. suffulcimento sustentata, à fundo paululum extet; tantulo præterea spatio diuisa, quantum sacra hostiæ crassitudo capit: eo item fabriliter operè confecta, vt vna alteri in sustentaculo firmiter apteq. inserta, aliquando disiungi possit: quò accuratiùs, si quæ fragmenta hostiæ sacræ in paruulo illius mediò spatio remanserint, colligantur.

A parte autem inferiori lamina hæc paruulo tenuiq. tubo transuersali constet; per quem spinula argentea ducta, eam laminam firmiter cū tabernaculo planè connectat.

Tabernaculo ita constructo, vas forma orbiculari illius magnitudini aptè conueniens, à summa parte clausum & solidum, ab ima vero apertum, è crystallo, aut è vitro pellucido pretiosiori apparari debet: quod intrâ ipsas tabernaculi columellas inferatur: vnde sacræ hostiæ prospectus esse possit.

#### De Pixide.

**P**ixis, quæ ad sanctissimam Eucharistiam rectè pieq. custodiendam adhibetur, ex auro, aut ex argento puro saltem, eiq. inaurato fieri debet.

Quæ pixis cum ex argento fit, si minus ab interiori & exteriori parte auro nõ illinitur, saltem ab interiori parte illinitur.

Cuius pes, vt manu facile firmiterq. capi queat, altitudine sit sex vnciarum.

Nodus in medio decorè recteq. ornatus, nihil vel minimum eminens habeat, quo dum pixis capitur, incommodè capiatur, aut digiti quidquam lædantur; præsertim quo tempore inter Missæ sacrum populo sanctissima Eucharistia ministratur, & illa indice & pollice coniunctis manu tenetur.

Vas seu cuppa, forma rotunda aut ouata profunda sit, & decenter pro profunditatis ratione ampla in fundoq. medio paululum aliquid habeat, quod in orbem tenuiter emineat.

In summa pixide circulus tenuis à labro minimè distans in sit, cui in orbem prominenti operculum innitatur.

Pixidis operculum forma itidem rotunda sit, vel ouata, quæ respondeat formæ pixidis, quod in medio in se pyramidis extet: ab vno & altero item latere paruulos tenuesq. vncias habeat, quibus in circulo aptè includatur.

In eius summo crux paruula, aut imago Christi crucifixi vel resurgentis infixæ hæreat. Vbi præ inopia aliud non potest, Episcopi iudicio, operculum, & pixis ex aurichalco aut stanno inaurato esse poterit.

#### De sacculo Pixidis.

**S**acculus in quem pixis includatur, cum sacra Eucharistia per loca montuosa, præruptosq. colles via difficili defertur, è serico villosò, beneq. contexto sit, colore autem albo ritu Romano, sed rubro more Ambrosiano.

Intrinfecus circumuestitus tela bābacina, eiusdem coloris vt est sacculus.

Altior paulò sit pixide quæ includitur. Fundum habeat firmiter conlutum, bene crispatum, non quadratum, sed rotundum inflexat rosæ.

A summa parte funiculos sericos, eosq. solidos certis foraminibus ita insertos habeat, vt cum ducuntur, sacculi os adstrictū benè cohæreat. Qui funiculi ita oblongi sint, vt cum vsu venerit, illis collo appositis pixis inde pendeat.

#### De velis Pixidis.

**V**ela pixidi aut tabernaculo minori adhibenda, auro, aut argento sint contexta; vel quod magis laudabile esset, aurea, aut argentea, fimbriis circumquaque ex eadem materia adhibitis.

Eiusdem verò mensuræ cum ijs velis erunt; quæ calicibus adhibenda præscripsimus, vel maiora pro pixidis magnitudine.

Vela maiora ad sanctissimam Eucharistiam deferenda vsum auro pariter aut argento intexta, aut si quis velit, etiam aurea aut argentea, lata sint vt veli tela, longa cubitis sex.

#### De Umbellis.

**U**mbellæ, vna scilicet ad sacræ Eucharistiam contegendæ, altera ad insigniorum processionum officium vsui, è serico aut panno, auro argentouè intexto sint.

Vmbellæ autem minus pretiosa è panno subserico, vel saltem è zambelloto confici poterit.

A superiori parte contextæ sint tela bambacina: vndique verò ornatum habeant dupliciū fasciarum, quæ duodecim circiter vncijs longè pendeant: ijsq. fascijs confutæ sint ab omni parte fimbriæ filamentis satis prolixis.

Potrà inter vtramque fasciâ hastile inferatur: quod panno adaptatum & annexum, rectè extendat latera vmbellæ.

Cuius vmbellæ lateribus singulis, hastilia picta paribus inter se spatijs disposita, quibus illa tolli & gestari possit, quatuor pluræque eiusdem vmbellæ magnitudine supponantur. Sint verò vmbellæ rubri coloris, vbi ritus Ambrosianus est, at vbi Romanus, albi.

Tertia

#### De vasis Purificationis.

**T**ertia vmbellæ, quæ adhibenda est, vbi sæpè per semitas & angustos tra mites sanctissima Eucharistia fertur, eiusmodi sit, quæ in orbem ducta, ac non nihil fastigiata, latè per diametrum pateat cubitis circiter tribus: fasciola præterea circumdetur, quæ ex eadem materia constans, filamentis appensis circulatim pendeat. Sustentetur verò hastili vno, à cuius summo capite, tanquam à centro quodam, radij quidam lignei exeuntes vmbellæ vndique fulciat. Sit porò hoc hastile in media parte ita flexū, vt cum ab eo qui post sacerdotem incedit, sustineatur, in ipsius tamen sacerdotis caput amplè diffundatur.

#### De Laternis.

**L**aternæ ad sanctissimi Sacramenti ferendi vsum comparentur quatuor: quæ ex ligno inaurato pictouè, aut ex tenuissima saltem lamina ferrea consent: in ijsq. fenestellæ aptè dispositæ cornu pellucido clausæ existant; feruntq. præterea intrinfecus promineat, cereis inferendis insigendisuè accommodatum. Vt autem aptè præferantur, hastilibus longitudine quatuor cubitorū firmiter infixæ hæreat.

#### De Cereostatis breuioribus.

**C**ereostata breuiora, quæ vsui esse possint sacræ Eucharistia associandæ, ea forma apparari debent, quæ cereoferarijs longioribus præscripta est: at hæc breuiora esse debent: vt cum vsu venerit, cereis insertis possint manibus gestari. Colore vel rubro vel albo, prout ecclesia more vtitur Romano, aut Ambrosiano.

#### De Mappis ad vsum sacræ Communionis.

**M**appæ, quibus scabella oblonga ad sacræ communionis in ecclesia ministrandæ vsum parata sternuntur, latæ sint non minus cubitis duobus: longæ verò, vt est scabellorum longitudo.

Mappulæ autem breuioribus, quæ ad eum vsum parantur, cum in ecclesia, vel ægrotis sacra Eucharistia ministratur, confectæ sint puro & tenui texturæ opere: longè pateant cubitos tres, latè circiter duos: ac ne extremitates quidem fimbriatas habeant, præter capita, quæ certè exornari conuenit.

#### De Scabellis oblongis.

**S**cabellæ oblongæ, quæ vsui sacræ communionis fidelibus in ecclesia præbendæ sunt, altitudine constent cubitorum circiter duorum, latitudine vnciarum sexdecim: sintq. condecoratæ dolata.

**V**asa ad purificationis vsum parata, caueatur, ne si aurea aut argentea sint, calicis formam exhibeant; neque verò similia item cyathis vinarijs: è crystallo saltem conficiantur. Oenophora è stanno parentur, ita ampla, quæ purificationis vinum contineant: vrcei item minores.

#### De Cruce ad ægrotos ferenda.

**C**ruce quæ ad ægros fertur, ex auro, argento, uè, aut aurichalco, è ligno picto inauratoq. præclarè confecta, eiusmodi sit, in qua Christi Domini imago decorè expressa pietatem excitet.

#### De Tabella gestatoria pacis.

**T**abella gestatoria pacis, quæ pretiosior est, ex auro, vel argento; minus pretiosa, ex aurichalco conflata, aliquoq. piæ cælaturæ ornatu insignis, imaginè pietatis condecoratè egregieq. expressam exhibeat: latitudine constet vnciarum octo, longitudine duodecim circiter; à tergo manubriū habeat eiusdem metalli.

#### De superpelliceo.

**S**uperpelliceum è tela lini, aut cânabi puri sit, eaq. non rudi sed candida, non crassiori sed tenui potius.

Manicis ita oblongis, vt crispatæ vsque ad digitos summos pertingant; quæ esse possunt cubitis circiter duobus vel circa; latè autem patentibus in orbem cubitos circiter quatuor. In ipso ore forma rotunda potius quam quadrata: latum pro capitis crassitudine.

A pectore nullo modo scissum, aut dissectum. Longè ductum infra genua, atque aded ferè vsque ad crura media.

Latè pateat ab extremis oris in ambitum cubitis circiter tredecim vel circa, ab humeris cubitis octo circiter, ita vt aptè conlutum & crispatum decenter appareat, pro humerorum latitudine, corporisue crassitudine.

A nulla parte neque nimis, neque affectata artificiose operis elegantia elaboratum, ab humeris præsertim non specioso artificij ornatu.

#### De vasis instrumentis quæ in sacristia reconduntur.

**V**as ad vsum aquæ benedicendæ paratur, quod non luteum, non testaceum fictileuè sit; sed æreum, stannoq. intrinfecus illitum; binis ansis, & ore patenti ampleq. constans, fundo item paulò quàm os angustiori; ita tamen, vt firmiter vas hætere possit.

Pollubrum, vas scilicet lauandis manibus sacerdotis, & vasculum ite aquæ infundendæ aptū, cum

cum is extra Missæ sacrum aliqua sacra ministeria obit, condecens congruentiq. inter se opere sint, ac magnitudine: ex argento autem confentur, aut saltem è stanno pretiosiori; tû piæ alicuius cælaturæ, aut incrustationis ornatu consistent.

Mantilia grandiora ( quæ, præter ea quæ in sacristia appendenda sunt, ad abstergendas manus extra altaris usum parari debent ) filo non crasso nimis intexta, & ab omni parte condecens exornata sint, tum ab utroque etiam capite filamentis adiunctis.

Longè pateant cubitis tribus; latè verò, quanta sanè est telæ latitudo.

*De Vasculis sacrorum oleorum in Plebana ecclesia.*

**V**ascula sacrorum oleorum vsui Plebanæ ecclesiæ, grandia sint pro ecclesiarum quibus distribuenda sunt, numero.

Quæ vascula argentea sint, aut saltem è stanno pretiosiori; literis vt infra inter se distincta: quibus singula sacra olea internoscantur.

Instar phialæ sint, operculoq. duplici integantur; vno quod in os vasis inferatur, altero quo vasis collum extrinsecus tegatur: quod utrunque in gyrum obliquè torqueatur: vt ijs ita firmiter opertis, oleum sacrum effundi nequeat. Capsulam habeat, quæ seruandis portandiq. sacrorum oleorum vasculis vsui sit, cum ad ea ab ecclesiâ cathedrali accipienda statò paschæ tempore mittetur.

Ea capsula è ligno sit, in tresq. partes distincta; vt in singulis partibus vnumquodque sacri olei vasculum cû bâbacio aptè collocetur. Corio decenti vndique pro integumento muniat; ornatuq. serico rubro intrinsecus circumuestiatur.

Operculum habeat eiusmodi, quod extrinsecus planum non sit, sed forma paulò eminentiori.

Clauis & fera ita claudatur, vt cum ad accipiendâ sacra olea portatur aperta tradita, possit à cathedralis ecclesiæ ministro, postquam is olea tradiderit, claudi digito paululum à superiori eius parte presso: nec aperiri subinde alia clauis queat, quàm illa ipsa, quæ apud Præpositum asseruatur.

*De Vasis sacrorum oleorum in Parochiali Ecclesia.*

**V**ascula Parochialis ecclesiæ ad usum sacra olea seruandi, vbi præ inopia ex argèto fieri non possunt, è stanno puro, eoq. nobiliori sienti tum perpolita mundaq. omnino sint.

Tria autè parentur, forma rotunda, atque eiusmodi, quæ inter se nulla planè dissimilitudine sint: atque sic quidem aptè coagmentata coniuncta, vt trianguli figuram exhibeant.

Iis omnibus vasculis simul contegendis oper-

culum vnum solidum adhibeatur, ita cōfectu; vt & paululum vasculorum contegendo vndique capiat, & cum illa operiuntur, hoc non disungatur; sed in vna parte filum hæreat; totumq. vasculorum opus operiatur.

Id operculum, etsi totum solidu vnumq. est; triplici tamen circulo distinctum, tripliciq. cōcavitate ab interiori parte constans, rursus ab exteriori paululum eminens ( quæ concavitas vsui sit ad reponendum bambacium, quo sacrum oleum opertum est, cum illud postea ad ministerium adhibetur ) & intrinsecus & extrinsecus in vnoquoque circulo literas apertè expressas habeat, quibus vniuscuiusque sacri olei vasculum distinctè internoscatur.

In primo vasculo sacrum oleum chrismatis asseruetur.

In altero oleum catechumenorum.

Operculum vasculi sacri chrismatis insculpitur his literis, CHR.

Alterum quo vasculum olei catechumenorum insculpitur, CATH.

In tertio vase, alterum vasculum quod minusculum sit, ex argento, aut stanno, aut è salice inferatur, operculo contectum.

In hoc ipso vasculo sal asseruetur, vt cum sal renouari opus est, hoc exiguum vasculum inde tutò depromatur, ac periculum euitetur sacri olei effundendi, aut sale permiscendi.

Cotyla præterea, quam scatulam dicunt, è nuce aliaue materia solida opere tornatili cum operculo fiat, totaq. corio contegatur; cuius operculum corio item intectum, ornatu aliquo impresso atque inaurato decoretur.

Tum scatula & operculum à parte interiori aliquo ornamento serico albo vestiatur.

Quæ ita confecta sit, vt paulò depressior sit quàm vasculi altitudo, quò facilius aperiat, neque necesse sit inde depromi.

Sacculus è serico confectus sit albo colore: si quando vsu venerit in locis montuosis facultate ab Episcopo data baptismum ministrari in alia ecclesia, quàm in Parochiali quæ remotior sit.

*De vasculo extremæ unctionis.*

**V**asculum sacri olei extremæ unctionis ex argento aut stanno pretiosiori sit, idq. à reliquis sacrorum oleorum vasculis separatum.

Cui operculum in medio paulisper concavum affixum ita sit, vt cum vasculum aperietur, nō disungatur.

Eius inscriptio hæc sit, EXT. VNC.

Ad hoc vasculum asseruandum scatula item vt supra adhibeatur.

Sacculus item sericus coloris violacei, cuius forma sit eadem, quæ sacculo præscripto vasis chrismatis, & sacri olei catechumenorum constituta est.

Fundum habeat forma non quadrata, sed rotunda instar paruulæ rosæ; cordulas item sic ob-

oblongas, vt parochio animarumue curatori vsui esse possint ad vasculum collo appēdēdū.

*De vase ad aquam baptismalem ferendam accommodato.*

**V** certum vasculum sit, quo & in vrbe è cathedrali, & in diocesi è præpositurali plebana ecclesia in Sabbato sancto vigiliaq. Pentecostes ad vnamquamque parochialem ecclesiam aqua baptismalis afferatur; parochi singuli phialam paruulam ex argento aut è stanno pretiosiori dedita opera confectam sibi cōparent, quæ huic solum, neque alij præterea vsui sit.

Hæc porrò phiala eiusmodi sit, quæ duas tresue vncias aquæ capiat: habeat præterea tum operculum catenula minuta affixum, quo in orbem vbique versatili integatur; tum altera item catenulam operculo vncijs tribus altior, quæ illi deferendæ vsui esse possit; adiuncta huic catenulæ cordula serica, quæ dum asfertur, à collo sacerdotis ferentis pendeat.

*De Vasculo in quo sacra hostiæ asseruantur.*

**V**asculum quod sacris hostijs asseruandis paratur, ex operculo constans, forma rotunda sit, ex argento, aut saltem ex polito ligno tornatili aliaue decenti materia, decoroq. item ornatu & opere confectum: intrinsecus verò è rico panno vestitum.

Latè pateat vncias quatuor pluresue, vt hostiæ inde promi commodè possint.

Alterum item vasculum minoribus hostijs asseruandis paratur, quod ex eadem materia, eodem opere, eodemq. ornatu constet; at amplitudine maiore, nempe sex pluriumue vnciarum per diametrum ducta, vt pro ratione loci plures hostias capere queat.

*De Vase ad usum abstergendi Calices, & lauandi corporalia.*

**V**as ex aurichalco confectum aut æneum paratur instar peluis, binis manubrijs constans, atque ab vno labro ad aliud cubito vno & vncijs octo pluribusue, pro ratione ecclesiasticæ supellectilis, vndique amplum, oreq. eminenti, per quod quasi per canalem aqua inde paulatim in sacrarium effundi possit.

Quod vas vsui solum sit abstergendi calices, & lauandi corporalia.

*De Capsulis corporalium, & purificatoriorum.*

**C**apsulæ corporalium, è specioso ligno, aut certè condecens ornato sint: intus verò serico, aut tenui panno lineo circumuellite; forma verò quadrata.

Capsulæ item purificatoriorum, itidem vestitæ atque expolitæ.

*De tapeto vsui sacerdotis sacras vestes induentis.*

**T**aperum decens paratur, quo is sacristiæ locus sterneratur, vbi sacerdos sacrum facturus se induit.

Vbi verò præ inopia non potest, loco tapeti tabulatum instar clathrati operis sit, à pauimentò altè exstructum vncijs sex; ita tamen exiguis foraminibus quadratis, trium scilicet vnciarum tantum, plenum sit, vt stantis sacerdotis pedes non offendant.

*De Mantilibus vsui abstergendarum manuum.*

**M**antilia quæ abstergendis manibus vsui in sacristia parantur, eo opere quod Damascenum dicunt, confecta sint; tanta latitudine consistent, quanta est propria telæ latitudo; longitudine verò cubitorum octo, aut pluriū pauciorumue, pro loci altitudine, depresso neuè.

Hæc porrò mantilia tornatili ligno, quod altè collocatum, beneficio ferri quo traicitur, circumuoluatur, extensa imponantur.

Quorum mantiliū capita eatenus demissa sint, vt hominis stantis vsui esse possint; funiculis verò in fertis hinc inde colligentur, vt per tornatile lignum circumduci queant.

*De Tabellis quæ in sacristia affiguntur.*

**T**abellæ, quæ multiplices variæq. mox supra præscriptæ in sacristia affiguntur, non querneæ, non nucæ, neque denique è ligno subobscuro sint; sed ex abiete, aliaue id generis arbore albicante: vt ne literarum paginæ quæ illis agglutinabuntur, reddantur obscuriores, sed illustres potius, ex albedine ligni cui affiguntur.

Ad quarum tabellarum ornamum coronices ab omni parte adhibeantur; exq. expolitæ, aut præclarè pictæ aut etiam inauratæ pro ratione paginarum quæ ipsi tabellis affiguntur.

*De supellectile officiorum suæ ad nom.*

**C**enotaphia, quas tumbas dicunt, in diocesium officiorum pro mortuis celebritate adhibenda, aut in arcum, aut in arcum ducta esse possunt.

Stragulum cenotaphij, ad basin sedetis sternendam quæ cenotaphio subici solent, è panno saltem laneo coloris nigri paratur.

Aut verò basis nigro colore pingatur, crucisq. etiam, mortuorumq. capitibus albis appictis. Pallium vel tegendi cadaveris, vel cenotaphij sternendi vsui paratur: hoc cenotaphij sine cruce; illud verò cadaveris cruce in medio habeat.



Vtrumque porro sit colore nigro; ac nisi pretiosius quis malit, è panno serico villosò, què villurum dicunt, aut saltem laneo contextum.

*De crucibus cœnotaphij.*

**C**Ruces cœnotaphij, ex aurichalco saltè, aut ex ligno etiam decorè picto conficiantur.

Quæ cruces vt rectè stèt, bases marmoreæ, aut saltem ligneæ, ad eas aptè sustentandas parentur, in quarum medio foramen rectum insit, quod earum hastile capiat.

Sint verò à parte transuersa latitudinis cubitorum duorum; à recta longitudinis totidem præter manubrium.

*De Candelabris cœnotaphij.*

**C**andelabra cœnotaphij ex ferro confectur; altitudine content cubitorum duorum & dimidij; suffulciantur firma base, quæ instar tripodis, aut alterius firmioris generis sit, ne fortè præ pondere & lógitudine cereorum facile corruant: orbem præterea è lamina ferrea conflatum à superiori parte habeant; cuius orbiculi extremitas sursum reuocata, ceram defluentem contineat.

Super hoc item orbiculo apex ferreus infixus extet; cui vasculum inferatur, ad cereos excipiendo aptè accommodatum.

*De alia Supellestili instrumentali.*

**T**Ripus ad thuris adolendi vsum, cum Missæ, & Vesperæ solemniter fiunt, è patella, aut vase focario constet: in quo ignis prunaue accensa teneatur: è ferro autem, aut ex aurichalco sit.

Cui tripodi adiungatur etiam cochleare cum manubrio adunco & forcipe ad prunam excipiendam.

Vasa in quibus oleum ad vsum lampadum recodetur, è lapide sint, aut è querno saltem ligno; operculis item content aptè compositis.

Guttus olearius, in què scilicet è vasibus olei infunditur, è stanno, aut saltem ex ferrea lamina tenui confectus, ore fati patulo sit; è quo

oscillu excitetur rostri instar, per quod tenui fluxione oleum in lampades transeat.

Infundibulum eiusmodi sit, quo oleum ex vasibus lapideis querneisue haustum in guttum effundatur: cuius infundibuli manubrium extremum reflexum sit, vt appendi possit.

C A P V T

Ad duos harum Instructionum libros pertinens.

**H**ÆC de Ecclesiæ fabrica, tum interiori tum exteriori, ac de supellestili præterea ecclesiastica ratione formaq., duobus harum instructionum libris nos complexi, edimus ad Prouinciæ nostræ vsum.

In omni autem (vt decretis prouincialibus sanctum est) ecclesiæ, cappellæ, altaris, ædificijq. alterius ecclesiastici constructione faciendâ, instaurandâ, refarciendâ, in omni ecclesiastico ornatu, & sacræ supellestili apparatu, ratione ac forma etiam his instructionibus quocunque modo demonstrata præfinita, ab ijs quorum interest, Episcopi sui iudicium, & consilium, assensusq. adhibeatur; vt cum omnia ad diuinum cultum pertinentia illius iudicio dirigantur; tum ipse etiam accuratè videat, vt omnia & singula, quæ his duobus libris comprehensa aut demonstrata sunt, quoad eius fieri potest, rectè conformentur harum nostrarum Instructionum præscriptis.

Quoniam verò quæ hoc & illo superiore libro præscripta sunt, præ sumptibus, aliaue difficultate, in vnaquaque ecclesia non omnia singulae statim & vno eodemq. tempore præstari fortasse poterunt: idem Episcopus pro sua prudentia dispiciet ac statuet, quæ primùm, quæ deinde magis necessariò paranda faciendâ, quæ post item, & quæ vltimo loco pro ecclesiarum ratione, proq. opportunitate præstanda ordine sint, siue ad fabricam, siue ad supellestili modum vsumq. pertineant: ita vt demum quantum fieri potest, singula Ecclesiæ, Cappellæ, Altaria, & partes etiam singulae ædificatæ, restitutæ, instauratæ, instructæ, exornatæq. sint ad harum instructionum præscriptum.



REGVLAE,  
ET INSTRUCTIONES  
DE NITORE ET MVNDITIA  
ECCLESIARVM, ALTARIVM,  
Sacrorum locorum, & supellestili  
ecclesiasticæ.

*Caroli S. R. E. Cardinalis tituli Sanctæ Prædix  
Archiepiscopi iussu,*

Ex Concilij Prouincialis V. decreto confectæ, & in Synodo XI. Mediolanensi promulgatæ ad prouinciæ Mediolanensis vsum.

Prou. 7.



**S**ACRARVM rerum mundi tiâ, ecclesiasticis sanctionibus præceptam, à maiorum nostrorum cõsuetudine, diligentiq. vfu acceptâ, graui decreto prouinciali à nobis cõstitutam, nõ fati vsum est vniuersè ijs præscribere, qui eiusmodi curæ præfeci sunt; nisi certas etiam & proprias præceptiones explicaremus, quibus res singulae mundè seruentur; atq. id eò magis faciendum fuit, qd & in omnes partes debi intelligitur cultui, officijsq. diuinis; & facile etiam ex vfu quodam inconsiderato à sacerdotibus negligi perpicitur. quæ quidem non ad rerum diuinarum decorum tantum valebunt; sed ad ipsarum quoque rerum integritatem, & incolumitatem, quæ cum munditia coniuncta est, plurimum conducent. debent verò qui eiusmodi curationem sortiti fuerint, his præscriptis ita vt; vt cum omnia in eis contenta præstiterint, industria suæ tamen aditum ad alia omnia clausum nõ arbitrentur, quibus opus Domini perfectius efficiatur.

Primum igitur bis annis singulis, semel ante natalis Domini diem, iterum ante pentecostis solennitatem, vniuersæ ecclesiæ, & sacellorum superficies interior, à solo ad fastigium emundetur diligenter à puluere, operibus araneorum, & omni sordè, per operarios in rebus eiusmodi exercitatos.

Idem præstetur in facie ecclesiæ, si artificio sit ad puluerem aut sordes contrahendas apto.

Quod sculptum, fictum, cælatum fuerit, præsertim si idem sit pictum, aut auratum; molliter tractetur, sæpiusq. si opus sit, purgetur: adhibitis ad tergendum mollibus penicillis, aut scopulis ex palustris arundinis quasi pluma.

Columnarum, si sint, bases saltem; vasa aquæ benedictæ; gradus; cancelli; tabulæ quæ sepulcra claudunt; mensæ altarium, si consecratæ nõ

sint; sacrarij pars exterior; labra ad vsum manuum abluendarum; & omnia lapidea quæ in ecclesia & sacristia sunt, nitida reddantur: quæ asperiora sunt, arena & aqua fricentur: lauigata, aqua & cinere: lucida tergantur, adhibito eo veluti vngue, seu puluere, quæ sit ex politura crysalli, cum panno coactili, quem seltrum appellant. aut verò etiam ratione præscripta supellestili, quæ est ex aurichalco. quæ verò ita absterfa, & lauata fuerint, siccetur et diligenter. Singulis mensibus, si fieri possit, eadè pars interior ecclesiæ & cappellarum mundetur, quantum homo in solo stans, & scopulam arundini seu pertice benè longæ alligatam adhibens, facere possit. Neque verò tunc omittatur pars superior cappellarum, si arudo pertingat. tunc anguli omnes verrantur, scânis quibuscunque altariumq. suppedaneis seu bradellis remotis. si id comode fieri possit. ad huiusmodi autè vsum etiã adhiberi poterunt perticæ coniunctæ, & per funem ductiles; ita vt magis minusue altè adigi pro necessitate possint.

Eadem diligentia sacristiæ adhibeatur. Quæ ex ligneo nuceo, aut simili sunt, ostia, valuæ, suggestus, subsellia chori, lectorilia, candelabra ad chori vsum, cornua quibus sustentantur lampades, altarium suppedanea, sedes confessionales, scabellia genualia seu scâna ad genua tectendû, scrinia, armaria, & si quæ alia sunt huiusmodi in ecclesia, & sacristia, eodem temporis intervallo benè abstergantur laneo panno, aut lineo crasso, sed molli.

Solum chori ligneum benè itidem fricetur crassiori panno.

Bis verò singulis annis, eadem, quatenus comode fieri possit, fricentur nucleis in panno incluis: præter ea tamen, quæ sandaracha, quæ vernicem dicunt, sunt oblita.

Interim dum hæc præstentur, velentur picturæ, & altaria recta sint.

Cubiti qui ex vncijs viginti quatuor constat dimidia pars vnciatim delineata, hæc est.



tur, non ideo tñ extraordinariè quoq; fieri nõ poterunt, si oporteat, prout ei visum fuerit, cuius hoc interest; puta si ex labe que fortè asper sa sit, aliquid saluo decoro non possit adhiberi; aut alia causa incidat.

Præcipuis solemnitatibus, sicuti Natali Domini, Resurrectione, Ascensione, Pentecoste, solemnitate Corporis Domini; Natiuitate, Assumptione, & annũciatione Beatissimę Virginis; festo Sancti Ambrosij, omnium sanctorum, & Sancti titularis ecclesię: & si quę sunt eiusmodi, munda omnia adhibeantur: & pulchriora item ad descriptionem de apparatu faciendam.

Mappę altarium Missis finitis contegantur stragulis suis. prius verò leuiter purissima scopula, eius generis quod vestimentis adhibetur, propriè ad eum vsum destinata purgentur: ipsa stragula singula hebdomada diligenti agitatione à puluere mundentur, & purgentur; præter id quod etiam quotidie mane eadem leuius excuti debent. tum aeri tertio quoque mense exponantur.

Corporalia, & purificatoria, cum remouentur, vt alia adhibeantur munda, ponantur in arcula seu canistro ad eum tantum vsum destinato: & antequam foras dentur ad lauandum, domi ab eo qui sit in sacris lauentur in proprio vase superius commemorato, lixiuia, & sapone adhibito; & mox bis aqua sola abluantur. quod ex lauatione superest, in sacrarium fundatur.

Albæ, & superpellicea lauta, crispanda dentur more solito; quoties reponuntur, aptè saltem contorqueantur, si non crispentur.

Corporalia item dentur personis peritis, vt amylo inducto ea durefcere faciant, & complicant præscripta ratione. tempus huic operi aptum erit à Mense Maio ad Octobrem.

Recondantur verò hæc linea omnia benè sicca & cõplicata separatim suis locis, vt sint in promptu; apponanturq; rosa sicca, & lauandula, aut similia, tum ad maiorem munditiam & elegantiam, tum vt à tineis libera sint.

Nullus sacerdos ad Missam faciendam accedat se dis calceis, aut crepidis. ideo semper crepidæ in sacristia habedę sunt ad eiusmodi vsum. si sacerdos sit externus, eius rei admoneatur. neq; verò item ministri ad inseruiendum accedat, nisi mundis calceis, aut crepidis.

Habeatur coram in sacristia scopula, qua sacerdos & clerici vtantur ad vestimenta mundanda, antequam ad sacrum accedant.

Omnia indumenta distinctis proprijs scrinijs habeantur; & secundum coloris, pretijq; varietatē: linea quoq; pro genere & pretio distincta sint, apponanturq; cuiq; generi proprię schedulę.

Capsulæ recondantur ductilibus capsis, quæ in armaria inseruntur; atque posita crassiore charta quæ fundum capsę contegat, appositisq; sic eis rosarum folijs, & lauandula, aut similibus, ponatur capsula cū manipulo suo, & stola; mox alia eiusdem generis pro altitudine capsę addantur item integumenta Missalium, quæ sint

eiusdem generis, & sacculi seu bursa corporaliū. recondantur verò casulæ benè extentæ si ne ruga aut plicatura: eodem modo dalmaticę, & tunicellæ. supra omnia aut alia charta sit, vt res mūdiores seruetur. Quæ sunt ex auro, seu argenteo panno, aut ornamenta habent auro vel argento asperiora; habeant pannum inter vtranque superficiē, ne cõfricata corrodantur. Pluuialia, maxime si aurea vel argentea sint, vel recondantur in amplo armario extenta; vel reponantur plicata vt alia; ita tamē vt nullo modo inflectatur quæ pars pensilis à tergo est; & interponatur pannus, vt modò dictum est.

Quandocumque extrahuntur hæc indumēta, substernatur eis mappa munda: & si aliquo spatio relinquenda sint, stragulum supersternatur.

Quæ raro adhibentur, quandoque in sereno cęlo explicata exponantur, ne fortè mucescant, vel malè oleant; sed non in sole. poterit id fieri mense Maio, & Septembri, & semel in hyeme, pro opportunitate temporis.

Pallia altarium habeantur semper si fieri possit suis telaribus extentè affixa, poteruntq; vni asserculorum structuræ duo affigi diuersi coloris; vt pro diei conditione necesse non sit nisi vertere telaris faciē. ita in amplo armario erecta habebuntur, dempta linea filamentorum, quæ assuta non sit. interponatur verò pannus, siue inter duas palliorum facies in armario, siue inter pallij & altaris faciem; ad vitandā eā, quam supra diximus cõfricationem. commodum verò erit, pannum esse adeò latū vt vtrāque telaris faciē, & sic pallia ab vtraque parte affixa contegat: & ita in media sui parte affixus telari, nunc quidem hinc inde extendatur, & ab omni latere ligaculis connectatur, nunc verò ad vnā partem tātum; prout duas facies telaris aut vnā contegere oportuerit. illud etiā cautionis adhibeatur in telaris asserculo superiore; vt eius angulus inferior cui palliū adhæret, omnino recidatur, & deprimatur, vt nullo modo possit acumine lædere pallium. cū altari pallia adhibentur, velamentum in superiori parte concinnè eis obtendatur. Missarum tempore tantum, ne sacerdos impediatur, vel adherendo lædat paramenta: quod ne pedibus fiat, prohibebit tabella, quæ à suppedaneo surgens in altitudinem trium aut quatuor digitorum altare circummunit. Quod si ea asserculorum contabulatione haberi non poterunt; ita plicentur, vt si quæ crucis species, aut imago affixa est, non inflectatur; cautioque adhibeatur si oporteat, interpositi panni.

Tapetia, crassioresq; panni ad soli insternendi vsum, cū recondenda sunt, prius purgentur cera, & si quid aliud sordidū inhæserit; aeri post exponantur, & diligenter exagitentur ad excutiendum puluerem; scopula benè mundetur; & ita complicata suis locis recondantur.

Sacristiæ fenestræ sæpè pateant sereno siccoq; cęlestium capsulæ ductiles paulūm educantur, vt etiam quæ intus sunt, sentiant aeris beneficium.

# INSTRUCTIONES CONGREGATIONVM DIOECESANARVM,

Illustris, & Reuerendiss. in Christo Patris & Domini D. Caroli S. R. E. presb. Card. tit. S. Prædix Archiepiscopi Mediolani iussu,

Ex Concilij prouincialis I V. decreto editæ ad prouincię Mediolanen. vsum.



Carolus S. R. E. presb. Card. tit. S. Prædix, Dei & Apostolicę sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, uniuerso clero urbis, diæcesis, & prouincię nostrę Salutem in Domino.



Tit. de Vic. foran. pag. 21.

**N**EMO est, qui disciplinæ ecclesiasticę vsu peritus sit, quin intelligat, quanti ad illam non solum constituendam, sed etiam tuendam, atque adeò propagandam intersint illi sacerdotales & clericales conuentus, quos ex Concilij Prouincialis primi decreto, Vicarij diocesanij in sua quique regione pro muneris commissi officio singulis mensibus in orbem habere debent. Sunt enim ij tanquam scholæ, atque exercitationes, non solum studiorum, sed etiam officiorum ecclesiasticorum, in quibus cum animarum curatores, tum ceteri clericali ordinis homines versantur. Nullaq; illorum instituta ratio est, quæ in omnes partes utilis non sit, non salutaris, & ob eam rem necessaria. Pietatis porrò officia populo in ijs præstantur; preces publicę pro viujs & defunctis adhibentur; studia cleri excitantur; morū clericalium disciplina breui quodam scrutinio conformatur; ecclesiarum cultus & ornatus adiuuatur; omnis denique rei ecclesiasticę quæ ad eam pertineat institutio, ad vnum eundemq; executionis vsum pariter vbique ex decretorum synodaliū auctoritate introducitur: & verò quod maximè refert, cū in aliquo eiusmodi conuentu clerus versatur, non solum alius ab alio mutuum adiumentū sumere potest, quo vtatur ad muneris sui functiones, sed etiam cū in quodam actionum sacerdotaliū quasi teatro sit, ibi, si quem eximia aliqua virtute præcellere animaduertit, ab eo exemplum sumat licet ad illius virtutis imitationem. Quamobrem cū tanta tamq; magna inde commoda existant, cūq; longè plura ac maiora in dies, diuino in primis munere futura demum speremus, si tales conuentus rectè, ordine, & clericali normæ cõgruenter perpetuò habeantur: nos illis celebrandis leges in concilij prouincialibus nostris cū præscripsimus, non solum easdem in vnum collectas, verum etiā alia nonnulla ex disciplinæ conuentualis rationibus vsuq; accepta, decreti prouincialis auctoritate hoc breui libro complexi, vobis omnibus & singulis quorū interest, iam tandem edimus. Vestrum est igitur, ita diligenter agere, vt & quam in hoc ipso libro decernendo paternam sollicitudinē Episcopi pastoresq; vestri vnā nobiscum posuerunt, & quam nos potissimum curam studiumq; in eodem conficiendo atque edendo adhibuimus, eam omnem vos exequendo vicissim accuratissimè præstetis. Valete in Domino.



QUAE AD VICARIUM DIOECESANUM PROPRIE SPECTANT.

TIT. I.

Tit. de Vic. forane. cōstit. p. 22.

**V**M in Concilio provinciali primo de Vicarijs foraneis diocesanisue creandis decretum est, ea sanè ipsis cura commissisa fuit, ut certis quibusdam legibus parochiales in diocesi conuentus haberent.

Quas quidè leges, & pleraq. alias cæteris deinceps Synodis provincialibus ad id munus ritè rectèq. obeundum constitutas, hoc libro distinctius atque enucleatius explicari, operæpretiū esse censuimus.

Illud igitur Vicarius diocesanus, ad quem horum conuentuum præcipua cura delata est, in animo propositum fixumq. habeat, se munus atque adeo onus sustinere non leue, sed graue admodum, ac planè multiplex: in quo scilicet cleri pietas, moderatio morum, obediētia, rerum sacrarum studia, & virtutum exercitationes continentur: quæ omnis sacerdotalis clericaliſq. disciplinæ firmamenta ac præsidia sunt maxima.

Quamobrem is cum semper, omniq. loco, tum verò in huius muneris sui administratione, talem, & diuinæ charitatis ardore, & sacrarum rerum studio, & vitæ morumq. integritate, & doctrina, & virtutum officijs, sanctèq. factis se præbeat ac præstet, ut clerus cuius curam gerit, exemplis præclaris in dies magis atque magis in omnes piè rectèq. agendi partes conformatus, religionè & sanctitate florens, fructus ferat fidelibus salutes & vberrimos.

Et verò in primis hæc diocesanarum congregationū instituta & præcepta, ex decretis provincialibus, & aliquo disciplinæ vsu rationibusq. sumpta, non memoria solum comprehendat; sed etiam, id quod caput est, in omnem executionem, omnemq. rei benè gerendæ consuetudinem, quoties occasio feret, rectè inducat.

Quò plus autem subsidij ad eam ipsam rem sibi comparabit, eò in omnes partes vtilior erit muneris sui functio atque administratio.

Quamobrem sæpenumero Episcopum, cuius auctoritate consilioq. potissimum niti debet, ac curatè consulat, non solum de ijs, quæ his præceptionibus exequendis vsui atque adiumento esse possunt, verum etiam si quæ aliquando inciderint, quæ vel dubia, vel difficilia explicanda sint.

Quæ verò in munere sibi commissio rectè gerendo partes sint, facile ex ijs perspiciet, quæ mox infra commonstrantur.

Primò ipse Vicarius duodecim antè diebus quam stata congregationis dies venerit, de illius & die certo, & loco vbi futura est, Episcopum per literas certiorè faciat: ut si quando voluerit, aut ipse, aut eius iussu Visitator, aliufuè quem maluerit, congregationi præsens in tempore adesse possit.

Ad locū, qui congregationis futuræ causa indicatus est, summo manè primus omnium se conferat: postremus inde discedat.

Ad quæstiones, quæ de casibus cōscientiæ proponuntur explicandas, præmeditatus ita accedat, ut theologos etiam, aut iuris pontificij peritos, si res feret, in consilium adhibeat: & sic quidem aptè, grauitè, doctè, & sententiā suam exponere, & eius rationem reddere possit, non sine aliorum qui adsunt, consensione.

Eo ipso conuentus die antequam in viam sedet, summo manè Missam celebret, nisi aliquādo secus sibi videatur.

Vbi primùm ad constitutum congregationis locum peruenerit, ecclesia perspecta, apparatusque omni, copiam sui populo faciet, ita ut secum colloqui agereq. facile ille possit, si quid forsasè velit, quod ad Dei cultum, ecclesiæuè ornatum amplificandum, conseruandumque, aut ad animarum salutem spectet.

Quo in audiendi munere tamdiu versabitur, quoad initium fiet officij pro defunctis.

Cui officio omnino interfit, reliquis occupationibus intermissis.

Si verò infirma valetudine, aut alia iusta causa impeditus, conuentui, qui ad constitutam diè indictus est, interesse ipse non poterit, in aliam diem ne eum proroget aut differat: sed eius loco præsens adlit is, quem Episcopus substituet, aut quem ipse Vicarius delegauerit.

QVI AD CONVENTVM DIOECESANVM VENIANT.

TIT. II.

**A**D conuentum diocesanum Vicarius foraneus ex Concilij provincialis primi decreto sacerdotes omnes cogat, qui in regione sibi commissā curam animarum quouis nomine gerunt.

Capitula item & canonicos accerfet; nisi quos ob eorum multitudinem non interessè Episcopus censuerit, cum ipsi & celebres & frequentes de rebus spiritualibus conuentus habeant.

Idem de alijs inferioris ordinis ministris decretum sit, qui chori officijs deuincti sunt.

Eò præterea accedant omnes, & qui beneficia ecclesiastica obtinent, & qui item sacris ordinibus initiati sunt; ijs tantummodò exceptis, quos ob ingrauescentem ætatem, aut ob aliam causam, hoc onere liberos & solutos esse Episcopus iusserit.

Verum quò faciliùs diiudicare Episcopus possit, quos hac lege deuinctos teneri oporteat: Vicarius diocesanus in anniuersaria septuagesimæ congregatione, Synodoq. item diocelana, ad eum nomina deferat Sacerdotum & clericorum totius regionis sibi concredita.

De quibus singulis non ambiciosè, sed sincerè vereq. referat, quam & in doctrinarum, & in virtutum disciplinis progressionem habeant.

Qui

Vbi supra §. Hi autem.

**Q**ui in numero adscriptus, siue ab Episcopo extra ordinem conuenire iussus, abfuerit; absentia tamen causam Vicarius cognoscat: quæ sine legitima causa abfuerit, præter alias pœnas quas Episcopi arbitrio luet, ne minus etiam quarta parte nummi aurei mulctetur. Nec verò multa maior sit aureis nummis duobus. Atque intrà hos quidem limites multa pro culpa modo, & personæ ratione temperare, Vicario diocelano liceat.

**V**bi cleri numerus maior erit quam triginta, aut regionis spatium decem millibus passuum amplius patebit; aut verò alia causa erit, quam ob rem omnes in vnum locum conuenire nō possint: tunc Episcopus re perspecta causauè cognita, eiuſdè regionis clerum in duos pluresuè conuentus tribui dispartiriue, aut capitulū canonicorum, si quod erit, non euocari iubebit; aut aliam aliquam rationem, prout expedire viderit, iniri statuet, quæ nec tam salutare institutum omittatur, nec clero plus oneris imponatur, quam ferre possit.

Neque verò vnquam nisi grauissima causa, eiuſdem regionis plebisq. clerus (cū quasi vnum corpus sit) in multas partes dittrahi diuelliq. debet.

QVI DOMI SVÆ CONVENTVM HABERE DEBENT.

TIT. III.

**D**OMI suæ conuentum habeant, sumptusq. necessarios eo nomine faciant omnes, quibus animarum cura quouis nomine commissisa est.

Vicarij item perpetui, quiuè aliorum vice, certo incertouè tempore curam animarum gerūt, conuentum impensis eorum habeant, quorum nomine animarum curationem sustinent; nisi aliter vel inter eos conuenierit, vel ab Episcopo decretum sit.

Regulares itè, siue suo, siue sui ordinis nomine curam animarum gerunt, id oneris suo loco subeant, ijsdem legibus deuincti quibus cæteri item parochi; nisi illis petentibus, Episcopus, prout expedire iudicauerit, in alia eiuſdem loci ecclesia, aut in alia etiam parochia congregationem illorum sumptibus haberi statuerit. Vbi laicorum impensis curator animarum alitur, si, cū cleri eo loco cogendi tempus incidit, nullus erit; nihilominus cogetur sumptibus laicorum: qui à Vicario diocelano non vlla importunitate, neque vlla efflagitatione ad impensas suppeditandas incitabuntur; sed piè benigneq. inducentur, propositis salutaribus vtilitatibus, quæ cum ad eorum parentes vita hac perfunctos ex sacrarum Missarum diuinorumq. officiorum celebritate dimanabūt; tum ad ipsos etiam ex concione indulgentijsq. pertinebunt, quæ fidelibus cōcessæ sunt, qui diuinis illis officijs interfuerint.

Quòd si nulla ratione ad id perducipotuerit, tamdiu conuentus prorogetur, quoad illius Ecclesiæ curator creatur: cui sanè ea dilatio nihil detrimenti vllō modo importet. Cū autem vertente tempore conuentus celebritas, ad Ecclesiam cuius curationem gerit, ordine redit; tunc impensis suis ipse conuentum habeat.

In Ecclesijs præterea vbi animarum curatio geritur vacantibus, conuentus eodem ordine habeatur sumptibus earundem Ecclesiarum.

Qui domi suæ conuentum habent, eos par nō est impensas erogare minus necessarias.

Quamobrem quicunq. conuenierint, ne seruos secum adducant, neque adeò clericos, hoc veritum sit. Quòd si ob valetudinis imbecillitatè, aliamuè iustam causam, cuiquam seruum clerici cumuè secū ducere permissum erit, caueat omnino Vicarius diocelanus, ne parochus in cuius Ecclesia conuentus habetur, quidquā sumptus in eum seruum clericumue erogat, ne se is quidem offerat, atque adeò obtendat.

Verum si fieri commodè potest, extra ædes vbi clerus coactus est, serui, ac multò magis iumenta equiuè diuertant heri impensis.

Vbi plures portiones parochiales sunt, aut beneficia, tituluè, aut præbendæ coadiutorales, quibus ab institutionis initio cura animarum incumbit, quamuis populus distinctus non sit; tamen diuersi conuentus à suo quiq. portionario Sacerdote certis temporum interuallis habeantur. Si verò aliquam è portionibus vacare contigerit, idem decretum sit, quod de ecclesiarum curis vacantibus præscriptum est.

In ecclesijs autem collegiatis, vbi ad præposituram cura animarum pertinet, impensas præpositus faciat. Idem præstet, etiam cū in ea præpositurali ecclesia adiutores curæ parochialis sunt, siue substituti canonici, siue cappellani, atque adeò qui titulum obtinent; si modò non sint quasi portionarij, quorum munus supra demonstratum est. Sin autem cura animarum adiuncta capitulo sit, impensam faciat ac præstet idem capitulum.

Qui ad conuentum diocelantum accedit, si beneficium ecclesiasticum obtinet, aut sacris initiatus est, lege tamen conuentus habendi non adstringitur; solidos sex, aut quot pro tēporis vel regionis ratione Episcopus præfuerit, secum afferat: quos solidos rectori ecclesiæ vbi conuentus habetur, rectè fideliterq. coram vicario persoluat. Eam verò pecuniam si rector accipere recusat, tunc is in arcam confratriæ sanctissimi Sacramenti illius ecclesiæ statim depolat, in codicemq. accepti referri curet.

Nec verò statam hanc solidorum solutionem à Vicario, aut ab eo qui conuentum habet, condonari, remittiue vllō modo liceat; ut ne istius modi condonatione, eiuſuè exemplo, cæteris iniuria, vel detrimentum fiat. Si verò Vicarius, aut ille contrafecerit, quadruplum Episcopi auctoritate persoluat.

OR-

ORDO IN CONVENTIBVS  
habendis.

## TIT. IIII.

**O**RDNIS ratio ea erit, vt in orbem perpetuo quodam cursu, clerus semel singulis mensibus, modò in hanc modò in illam ecclesiam parochialem conuocetur.

Atque hyeme quidem ijs locis conuentus indicatur, ad quæ & accessus facilior, & iter breuius erit.

Qua in re, quantum ratione prouideri poterit, omnino locorù incommoda temporum opporunitate mitigentur; rursumq. horum acerbitas illorum lenitate temperetur. Et denique itinerum difficultates, Vicarij prudentia, de seniorum sacerdotum consilio Episcopo approbante minuatur.

Ordo præterea (nisi Reuerendissimus Episcopus aliter censuerit) de conuentus consultatione à Vicario constituatur, & à Cancellario regionario describatur, in actaq. referatur.

Si verò ordinis ratio aliquando mutetur necesse est, vt & locorum, & temporum incommoda euitentur; de mutatione in proximo superiori conuentu agatur, ac deliberetur.

Si quid autem temporis progressu Vicarius conuentusq. ob iustam causam renouari mutariq. oportere censuerit; id ne cuiusquam incommodo detrimentouè fiat. Nemoq. plus oneris sustinere cogatur, quàm muneris sui partes, & facultates tulerint.

Si quis suo tempore graui aliquo incommodo conuentum habere non poterit, is interposita Vicarij auctoritate cum alio conueniat, qui id oneris suscipiat, vicem illius ipse alio tempore subiturus.

DE TEMPORE CONVENTVS  
habendi.

## TIT. V.

Vbi supra.

**C**ONVENTVS ex Synodi Prouincialis primè decreto in singulos menses semel cogatur. Si qua autem in regione ob hyemis vim, vno alterouè mense conuocari nõ videbitur: id Episcopo inconsulto ne fiat, quemadmodum in Synodo Prouinciali quarta decretum est.

Verùm vt quàm minimo parochialis curæ detrimento damnoq. tam utilis conuocatio fiat, id Vicarius accuratè præuideat, ne conuentus qui proximè futurus est, in aliquam solemnem celebritatem incidat; quæ vel ex ecclesiæ præcepto vbiq. terrarum, vel eo potissimum loci agitur, in quem clerus cogendus est. Ne uè in ea tempora incurrat, quæ in sacris confessionibus audiendis, sacramentis ministrandis, alijs uè parochialibus actionibus ministerij suè gerendis, consumi solent, & debent.

Cuiusmodi est tota hebdomada, quæ diem Na-

talem Iesu Christi Domini proximè antecedit, & hebdomada item duæ ante Pascha Resurrectionis, & omnis præterea hebdomada, quæ aliam insignem celebritatem antegreditur, in qua fidelium confessiones comunioneq. frequentiores esse solent. Eiusmodi celebritates sunt, vt potè sacri dies Pentecostes, solemnitas Corporis Domini, assumptio beatissimæ Virginis Mariæ, dies festus omnium Sanctorù, dieq. que item officio pro defunctis eo loci dicatus, vbi conuentus proximè futurus esset.

Cùm autem de Episcopi sententia conuentum aliquando intermitteri contigerit, in ea cura cui gilet Vicarius diocæsanus, vt tam salutare munus quamprimùm reperatur, & quidquid dâni detrimenti factum est, frequentioribus conuentibus, omniq. alia ratione resarciatur ac que instauretur. Qua in re si remissum se negligentemq. præbuerit, pœnam pendat Episcopi arbitrio.

Summo manè quoad eius fieri poterit, omnes singuliq. ad locum conuenient, qui in conuentu proximè indictus est.

Vicarius, eos qui seriùs conuenerint, seuerè reprehendat; & quos sæpiùs huius negligentia reos animaduertit, eorum nomina ad Episcopum deferat.

Quicumq. autem officio pro defunctis non interfuerit, solidis decem mulctetur; totidè si Missa conuentuali; quinq. si præsens processioni non interfuerit.

Qui verò tam sero venerit, vt muneri, quod sibi in proximo conuentu demandatum est, præstò esse non potuerit, nummis realibus tribus mulctetur.

Quam mulctam omnem pro contumaciæ culpæ ratione arbitrato Vicarij diocæsanus auge ri liceat, ita tamen, vt ne nummi aurei lummam excedat.

DE VESTITV AD CONVENTVM  
deferendo.

## TIT. VI.

**V**ESTITVM decretis prouincialibus vnicuiq. præscriptum, pro ecclesiastici beneficij quod quisque obtinet, dignitatis uè ratione singuli induant, & gestent. Si verò ob itineris difficultatem gestari non potest, certè eo loci vbi conuentus habetur, omnino induant.

Qui alium vestitum induerit gestari uè, pœnis contra illos qui eo in genere peccarint, constitutis afficiatur: nisi fortassè cuiquam ob iter longius, aliam uè causam, facultas ab Episcopo permessa sit breuioris vestis induendæ & gestandæ.

Superpelliceum item afferat, etiam si regularis sit. Id verò eiusmodi sit, vt neque situ sordeuè squalleat, nec verò vetustate obtritum sit; sed candidum, ab omni labe purum, decens, & latis præterea manicis, & ad manù vsq. deductis

Præ-

Præpositus, præter superpelliceum, non in sua tantum ecclesia cùm conuentus habetur, sed in omni etiam ecclesia intrà plebis & præposituræ suæ fines, baculo, & cappa, alijs uè insignibus utatur, quibus in ecclesia sua uti potest. Nemo deniq. sine recenti tonsura, pro ordinis quo quisq. initiatus est, ratione compareat, barbaq. item ad præscriptum.

Pro. 5. tit. Quæ ad cleric. honesta. attin. p. 267 dioc. 5. de cr. 4. pag. 382.

**Q**UO MODO SE QVIS QVE paret, ac gerat, vbi ad congregationis locum venerit.

## TIT. VII.

**C**VM quis ad congregationem venit, in ea cogitatione versabitur, vt ad locum se venire putet, in quo, quasi in quodam sacerdotali gymnasio exercitationes fiant; in quibus perpetuus cursus esse debet eorum, qui spirituali aliorum curæ præsumt. Ideò ad omne opus bonum paratus atque instructus accedet.

Antequàm in viam se dabit, se & meditationibus, & oratione, & earum rerum quæ in conuentu agenda sunt, studio atque officio præmuniet, ita vt specimen det industriæ, virtutisq. suæ sacerdotalis.

Nihil in itinere agat, quod cum sacerdotali clericaliq. dignitate & decoro non conueniat.

Vt verò frequentes conuentus sunt, sic maiores in sanctè agendo progressionibus eius esse debent; vsque adeò, vt his mensuris conuentibus tanquam assiduis exercitationibus, ipse in virtutù schola disciplinaq. veluti per gradus progrediens, perfectus Dei minister esse possit.

Quæcumq. igitur in conuentu præclare agatur, ea sibi proponet, cum ad vitæ suæ emendationem, tum ad omnem perfectionis progressum; quò in primis spectare debet omnis sacerdotalis & clericalis sollicitudo.

Ad constitutum autem locum conuentus cùm proficiscitur, breuiarium, & calendarium secum feret. Eò cùm peruenerit, primò in ecclesiam rectè proficiscatur: vbi Deum sanctis illius ecclesiæ patronis intercedentibus suppliciter deoret, vt clerus popululq. salutarem inde fructum ferat.

Deinde Vicarium adeat, vt se aduentasse significet. Vicarius autem singulos qui aduenerint, apud se diutius morari nõ patiat, sed quamprimùm dimittet, vt Missam celebrèt, cæteraq. officia obeant, quæ eo die præstare debent: atque in eorum quidem munerum functionibus diligentissimè incumbant, vsque adeò vt cætera omnia post habeant.

Proximè conueniat ecclesiæ rectorem is sacerdos qui Missam celebraturus est, vt illius celebrandæ horam certam sibi ille præscribat. Singuli deniq. se conferant ad præfectum magistrumq. chori, vt ab illis ritè instruantur ad muneris sui eo die obeundi partes rectè exequendas.

Omni quidem tempore sacerdos vitæ moruq. exemplis præluere debet, tum verò cùm celebratur conuentus: quò tanquam ad quoddam sacerdotalium actionum theatrum freques populi concursus esse solet. In omni igitur actu, gestu, sermone, omniq. officio vnusquisq. ita se gerat, vt charitatis, pietatis, deuotionis, humilitatis, & sanctitatis exempla ad laicos dimanent.

Hoc porrò vnusquisq. studebit, vt si quem virtute aliqua præcellere animaduertit, ab eo exemplum sibi sumat ad eximiæ virtutis imitationem. Sanctos enim viros inter se congressum habuisse memoriæ proditum est, vt alius ab alio mutuam adiumentum acciperet, quo vteretur ad cursum perfectionis.

Nemo autem per oppidum pagum uè quò clerus conuenerit, vagetur: neque hanc, neque illam concursus: neque otiosè, curiosè uè obambulet: neque negotia cuiusuis generis antè dimissum conuentum cum laicis habeat.

Neque liceat item cuiquam, aut singulares magnificaq. priuatorum domos, aut loca amœna (quod animi leuitatis indicium est) lustrare.

Si quis eo loci vbi conuentus habetur, quidquid vel verbis, vel factis commiserit, quod præ indignitate animos incolarù offenderit, perturbauerit; eum pro modo culpæ Vicarius & mulctet, & ad Episcopum præterea deferat.

DE INDICTIONE FUTVRI  
CONVENTVS.

## TIT. VIII.

**C**ONVENTVS antequàm dimittatur, Vicarius plebanus, certam illius qui proximè futurus est, diem locumq. constitutum ex præscripta formula indicat & significet.

Statuet item de eo, qui ex omnibus concionem ad populum habiturus est; & de altero item qui potissimum ad clerum, si fortassè ita oportere iudicabit.

Deligat etiam Sacerdotem, qui Missam conuenticalem celebret; & ministros, diaconum, subdiaconum, & acoluthos: cæremoniarum item præfectum, à quo cæteri in sacris literis minus versati instrui possint ad cæremoniarum usum. Deligat autem ad id muneris illum potissimum, quem maximè omnium idoneum existimauerit.

Declaret præterea nominatim, qui sacerdotes in futuro conuentu Missas sine cantu celebrèt: quoniam non ab omnibus celebrari opus erit, sed ab ijs tantummodo, qui & propius absunt, & earum ecclesiarum sunt, quæ præter parochum alios habent sacerdotes, quæ uè minorè habent populi multitudinem.

Nec verò plures Sacerdotes aliunde ad Missas celebrandas euocentur, quàm quatuor, vel summum sex.

Hunc ministrorum delectum, indictionemq. futuri

## DE CONFESSIONE

TIT. IX.

futuri conuentus, Vicarij iussu cancellarius de scripto pronunciet.

Eius porrò ecclesiæ, in qua conuentus habebitur, rectori, propter multas occupationes quibus necessarîo distinebitur, ne munus adiungatur vt Missam canat: sed liberum ei sit, summo manè celebrare.

Ne cui impositum à Vicario munus detrectare cum altercatione liceat.

Si quis autem impeditus legitime erit, quo minus id munus obire possit, qua decet modestia, illud ipsi exponat, eiusq. iudicio audiens erit, atque obediat. Quòd si iniuriam sibi fieri aliquando putarit, ad Episcopum confugiat, qui rem totam cognoscat, atque dijudicet.

Præterea quibuscum ei videbitur, etiam separatim figillatimq. agat, vt eo die manè in ecclesia frequentes esse velint: tum verò illud omni studio curabit, vt reliquus populus sibi commissus, terrenis negotijs posthabitis in ecclesia frequens diuinis officijs intersit, cogitationeq. & animum ad spiritualem hanc actionem adiciat. Quamobrem graui, charitatistq. plena cohortatione illum accendet, cum ad cætera pietatis officia, tum in primis ad confessionem, cõmunionem, frequentius orationis studium, & ad preces etiam pro defunctis.

Parochus, apud quem conuentus proximè habebitur, die dominico antecedenti constitutam illius diem populo ex decreto Concilij Prouincialis secundi denunciet: eumq. cohortetur, vt ad ecclesiam frequens ea ipsa die conueniat, vt orationis, quæ pro mortuis viuifq. fiet, participet sit; vtq. vnus etiam anni indulgentiam à Sanctis. D. N. Gregorio XIII. concessam, cuius exemplum in huius libri parte vltima editum est, & aliam præterea dierum quadraginta ab Episcopo datam consequatur; cum illa ab vnoquoq. Episcopo in sua diocesi iis concedi decretum sit, qui in conuentu diocæsano diuinis officijs concioniq. intererunt.

Pridie diei conuentus, solemniori longiorq. campanarum sono vesperi paulò post salutationem Angelicam, & ipso etiam die quo conuentus celebratur summo manè celebritatem hanc populo significet.

Vicarij autem munus erit, ea refecare, quæ populo occasione præbere quacunq. ratione possunt, quominus mane eo die in ecclesiã conueniat ad diuina officia, ad concionem audiendam, & ad preces pro se, pro suisque omnibus viuis & defunctis fundendas.

Quem etiam hoc præmonet, vt aliquando de officio patrisfamilias, institutioneq. christiana sermonem accuratè studioseq. instituat: ac præterea de frequenti orationis vsu cum populo agat, eundemq. accendat etiam atque etiam ad illud in nostra prouincia institutum vespertinae & matutinae orationis.

**P**RIDIE diei conuentus, singuli ecclesiastici ordinis homines qui eo conuenire debent, de peccatis suis ritè sacerdotibus confiteantur, quibus audiendi cleri confessiones ius est. Confessarij autem eo die in primis faciles, paratos, ac promptos se præbeant ad ministerij sui functionem: ac propterea die sequenti etiã ad constitutum locum, vbi cõuentus habetur, tempestiuè ire contendant.

Afferant singuli confessionis suæ, ab eo tempore quo conuentus vltimò habitus est, testificationem, confessarij manu exaratam, aut certè subscriptione signatam ad formulã præscriptam.

Qui verò iusta causa impeditus à cõuentu abfuerit, quocunq. gradu præditus, suæ tamen confessionis testimonium mittat: qui autem vel non attulerit, vel non miserit, nummo aureo vno mulctetur.

Vicarius diocæsanus licet vnus sit è confessariis cleri, eo tamen die manè quo cõuentus habetur, ab eo munere vt poterit, abstineat.

DE OFFICIO MORTVORVM,  
Missæ conuentuali, & supplicatione.

TIT. X.

**V**BI eo die manè omnes cõuenerint, superpelliceis induti, totum officium pro defunctis (quod tribus nocturnis & laudibus continetur) non raptim, non turbulentè, non præpropera quadam voce; sed grauius, distinctè, piè, & religiosè concinant; vt alios etiam incitent, & ad orationem pro defunctis, & ad meditationem mortis.

Deinde Missa solemniter celebretur à sacerdote, ministris adhibitis, quibus in proximo conuentu iussum est.

Iiq. pro ratione muneris quo funguntur, sacris vestibus induti sint.

Ea Missa solemniter fiet pro defunctis in ea ecclesia cæmeteriò sepultis, nisi aliquando in cõuentu qui Synodum Prouincialem diocæsanae proximè antecedit, aut in alia eiusmodi occasione, de Spiritu sancto eam celebrari Vicarius maluerit, vt ex decreto Synodi Prouincialis primæ permiffum est; ea tamen lege, vt officium pro mortuis nunquam omittatur. Postea Missa celebrata, siue pro defunctis, siue de Spiritu sancto, solemniter defunctorum absolutio fiet, supplicatioque item processio per cæmeterium agatur.

Quod munus sacerdos obeat is, qui Missam solemnem celebravit, pluuiali nigro indutus, diapno crucem, acoluthis aquam benedictam cù aspersorio, & thuribulum cum acerra præferentibus, cæteris verò cereos accensos gestantibus,

De Vic. Foran.  
pag. 21. §. Tum  
vniuersi.

DE SANCTISSIMA  
communione.

TIT. XII.

**S**ANCTISSIMAM Eucharistiam diaconi, subdiaconi, clericiq. inferiorum ordinum ritè intrà Missarum solemniam sumant: deinde laici, qui confessi sumpturi sunt.

## DE CONCIONE.

TIT. XI.

**A**ntea verò quàm Missa solemniter celebretur, ad populum de suggestu concio ab eo habeatur, quem in proximo superiori conuentu Vicarius delegerit.

Cui Vicario rector ecclesiæ accuratè significabit, quæ ad illius loci vbi cõuentus celebretur, hominum disciplinam, spiritualiq. vitæ studium concionantis officio excitandum vsui esse possint; quæ praua consuetudo, quæ morum corruptelæ, quæ publica peccata exagitanda, omniq. ratione ex hominum mentibus prauoque vsu radicitus extirpanda: quæ rursus virtutes potissimum disseminandæ, quæ item pietatis opera instituenda, aut certè excitanda: & ad quas deniq. res ij homines inflammandi, & à quibus reuocandi.

Atque ea ipsa quidè omnia Vicarius rectè suggeret concionatori: qui studium diligens ponet in euangelio, quod die dominico proximè sequenti de more in ecclesia legetur: concionemq. sanctioribus illius explicationibus cõtinet, totamq. populi apud quem concionatur, vtilitatibus spiritualibus aptè accommodabit: capita autem rerum de quibus dicturus est, cù Vicario communicabit.

Illud porrò meminerit, se ad populum concionem habere, non ad clerum: idè eam cautionem adhibebit, ne sacerdotum & cleri mores publicè reprehendat, sed eorum dignitatem dilaudet, ac tueatur: ac de populi erga parochos, cæterosq. ecclesiastici ordinis homines officijs atque obseruantia, vt poterit, accuratissimè dicet.

Quòd si Vicarius id opportunum esse duxerit, vt ad clerum etiam aliqua concio habeatur atque instituat, tunc absolutis omnibus officijs quæ præsentè populo aguntur, eoq. dimisso, ipse, aut alius eius iussu breuiter clero concionetur: at illud videat, vt ne ob eam causam populus propria concione careat.

Concioni clerus superpelliceis indutus loco maxime cõspicuo ab initio vsque ad finem interfit.

Quicunq. sine Vicarij auctoritate, aut absq. iusta causa quam ipse cognosceret, abfuerit, solidis decem mulctetur.

Vicarius porrò absentia causam excusationeq. nullam nisi necessariam accipiat.

De ritu administrandi sacramenta.

DE MAGISTRO CAEREMONIARVM,  
chori præfecto, & punctatoribus.

TIT. XIII.

**C**AEREMONIARVM magister, chori præfectus, & punctatores ad conuentus celebritatem adhibeantur, quos Episcopus delegerit.

Si qua autem in re qui ad conuentum veniunt, minus exercitati erunt, eorum opera se se edoceri curabunt, qui in ecclesia cathedrali ijs munibus funguntur.

DE VISITATIONE ECCLESIAE  
vbi conuentus habetur.

TIT. XIII.

**S**ACRIS, & cæteris quæ supra mox demonstrata sunt, peractis, Vicarius alijs etiam præsentibus, superpelliceo & stola indutus, eam ecclesiam breui & quasi summam visitabit: nimirumq. perspiciet tantummodò, qua ratione sanctissimum Sacramentum asseruetur, & quo item modo reliquiæ sacræ, vt quæ se habeat baptisterium, sacrarium, sacra olea, sacrificia, suppellex ecclesiastica, libri, & cætera id generis.

Videbit item ea, quæ ad illam ecclesiam benè ordineq. statuendam Episcopus aut eius generales Visitatores decreuerunt, an executionem habuerint.

Ecclesiæ visitatione breuiter absoluta, Vicarius initio aut in fine cõgregationis, prouidè viderit, ipsos etiam ecclesiasticos homines diligenter inspiciet.

An tonsura decenti.

An barba ad præscriptum.

An vestitu præscripto.

An superpelliceo mundo ac decenti induti sint.

An breuiarium, & calèdarium anniuersarium habeant.

An confessionum testificationes probabiles habeant.

Breuiter item interroget.

De Missæ celebrandæ ritu & cæremonijs.

De diuini officij recitandi modo & ritu, pro festi diei, aut feria ratione.

De ritu administrandi sacramenta.

l i i De



De exercitatione orationis, præsertim mentalis.  
De vitæ sacerdotalis ratione.  
De studijs.  
De visitatione & cura infirmorum.  
De alijs præterea generatim ac breuiter scruta-  
bitur, quæ pro prudentia sua viderit expedi-  
te, prout ratio personarum, & temporis spa-  
tium tulerit.

## DE REFECTIONE.

T I T. X V.

**H**is ita gestis, omnes ecclesiastici qui in con-  
uentu adfuerunt, in parochi aedes, vbi se ci-  
bo reficiant, non turbulentur non effusè, sed  
modestè grauitèq. conueniant.  
Ne in mensæ apparatus à frugalitate sacerdo-  
taliq. modestia infra præscripta vllò vnquam  
modo discedatur.  
Quicumq. id culpæ admiserit, & Vicarius item  
qui permiserit, aureis nummis sex plectatur.  
Quæ multa locum habeat, non solum cum  
mensæ ferula apponuntur; sed etiam quam-  
uis minimè apponantur, sunt in apparatus tamè  
& in promptu.  
Mensæ igitur frugalis apparatus ita adhibeatur  
vt infra.  
Vnum tantum ferculum sit, idq. vno solum-  
modo conditum: vnus etiam tantummodò ci-  
bus iurulentus.  
Quod vt commodius faciliusq. præstetur, eius  
ferculi loco oua tria tantummodò apparentur,  
aut pro temporum regionumq. conditione, vn-  
ciæ carnis septem, nõ tamè c. pullis gallinaceis,  
neque sanè ex alio volatiliū, aut ferarū quo-  
uis genere.  
In quadagesima autem obsonium quadagesi-  
male vnum itidem sit, non pretiosum, non ex-  
quisitum, non diuersè conditum, neque item  
vncias septem pro vnusculiusq. cibo excedens.  
Nec verò vini nigri genus plus quam vnum,  
& ad summum alterum vini albi.  
Fructuum autem genera non apponantur nisi  
duo tantum, præter lacticiuium vnus generis.  
Nemini qui ex conuentu est, munus donumue  
cuiusvis generis vllum, ne esculentum quidem  
poculentumue accipere liceat, nisi ille sit qui  
refectionem dat, cui aliquid accipere vetitum  
non sit; ita tamen, vt qualitate vel quantitate  
doni munerisue quod accipitur, nullo vnquã  
modo ne minimum quidem à præscriptis fru-  
galis refectionis mensæue regulis discedatur.  
Qui secus fecerit, pœnam luat duorum aureo-  
rum.  
Nullus homo laicus mensæ accumbat; nullus  
præterea ecclesiasticus, qui in eius conuentus  
numero adscriptus nõ sit, aut ab Episcopo mis-  
sus, aut ob grauem causam, quæ maximè ad il-  
litis actionis bene gerendæ exemplum interfit,  
à Vicario vocatus exceptusq. sit.  
Clerici autem, planè nulli discumbant ad men-

samue adhibeantur, nisi quos ecclesiæ rector  
permissu Vicarij euocarit adhibuerit, vt vel  
templum apparent, vel Missæ ministrent, vel  
operam in mensa nauent.  
Atque ij quidem ne plures sint numero qua-  
tuor.

Nemo præterea clericus, aut laicus, ne coquen-  
di quidem cibi, aut mensæ ministrandi causa,  
aliouè vllò prætextu domum introducat, aut  
recipiatur, præter eos, si quos rector eccle-  
siæ vbi conuentus habetur, in famulatu quoti-  
diano domi habet, assidueq. alit.

Vicarius autem, & rector, qui secus quam præ-  
scriptum est, quemquam in mensa domiue ad-  
hibuerit, receperit, aut admiserit, nummis sex  
aureis mulctetur, quoties contrafecerit.

Mensæ priusquam accumbatur, Vicarius bene-  
dicat, aut is quem substituerit, si quando ipse  
aberit.

Omnes verò in eadem vnaq. mensa discum-  
bant, præter clericum lectorem, & duos in ser-  
uientes ministrantefuè.

Lectio partim ex monitionibus synodalibus  
quæ ad parochos pertinent, partim ex libro què  
Episcopus probarit, in mensa perpetuò adhi-  
beatur.

Is autem liber de rebus conscriptus sit, quæ ad  
vitam moreq. clericales conformandos vsui  
atque adiumento sint: nisi conciliorum decre-  
ta legi maluerit.

Plurimum etiam proderit ad vitæ sacerdotalis  
perfectionem liber singularis vereq. aureus  
Sancti Basilij, qui inscribitur *de regulis fustius  
disputatis*: cui libro vtiliter etiam adiungetur  
alter eiusdem de moribus, quo omnis vitæ di-  
sciplina instituitur ad euangelij præscriptum.  
Illud deniq. omnes curabunt, vt cum corpora  
ad labores sustinendos cibo reficiuntur, tum  
mentes potissimum spiritualibus epulis recre-  
entur.

Mensæ autem vbi discubuerint, antequam ci-  
bum capere incipiant, paululum in mora sint,  
memoria repetentes pœnam, quam Adam ex ci-  
bo vetito tulit.

Non igitur antè lectionis initium vesci inci-  
pient, signo dato ab eo qui præest.

Dum verò cibum capiunt, meminerint tempe-  
rantia & sobrietatis, quæ ecclesiasticos homi-  
nes decet.

Voracitatem autem, à qua abhorreere debent,  
cum inde tot tantaq. incommoda atque adeò  
mala existant, vt omnino fugiant; dum vescun-  
tur, mente etiam repetant, vt Angeli & Sancti  
homines in caelis diuina pascatur gloria, alias-  
que sanctas meditationes accipiant, ad præ-  
sertim attentissimi quæ leguntur.

Comessatio deniq. compotatioq. omnis cum pla-  
nè sacerdote indigna sit, antè & post item cibū  
sumptum absit.

Si quis contrafecerit, in eum Vicarius grauitè  
animaduertat: eademq. pœna afficiatur, quicū  
que culpæ socius particepsue erit.

DE

DE TEMPORE, LOCO, RATIO-  
neq. questionum explicandarum.

T I T. X V I.

**C**ibo sumptò, postquam de more gratia  
Deo actæ sunt, omnes superpelliceis induti,  
qui officij auctoritate aut dignitate præditi  
sunt, suo quem in choro adhibent habitu ve-  
stiti, in Ecclesiam; quæ si longius distat, in sa-  
cellum; si que nullum est, in parochi aedes con-  
ueiant: vbi (id quod ex decreti prouincia-  
lis auctoritate in omni clericali conuentu ser-  
uandum est) statim illam orationem à qua  
vnusculiusq. congregationis initium sit, Vica-  
rius deuotè dicet; neque conuentum dimit-  
tet, nisi perorata ab eodem altera eiusdem ge-  
neris precatione.

Prout. 3. tit. de  
ijs quæ ad cap.  
pert. pag. 99.

Deinde ijs exclusis quos adesse non licet, &  
Ecclesiæ, lociue vbi conuentus habetur, fori-  
bus clausis, suo quicq. loco non tumultuariè ra-  
primq., sed grauitè ordineq. condeant.

Atque ordo quidem hic erit, vt mox infra.

Vicarius, aut si hic abest, ille qui pro Vicario  
est (quia Episcopi vicem gerit) primarià vbi-  
que sedem locumue obtinebit.

Proximum locum, qui præcipuam in capite  
plebis dignitatem habet.

Huic definitor propè affidebit.

Capitulum deinde canonicorum plebis, si col-  
legiatim aderit.

Postea si alius Præpositus, aut Archipresbyter  
cum capitulo aderit, eius capitulum subsequa-  
tur.

Deinceps alius in dignitate constitutus, qui si-  
ne capitulo aderit.

Iis proximi erunt parochi titulares, & Vicarij  
perpetui: inter quos idem considendi ordo  
erit, qui antiquitatis in parochia quam in ea re-  
gione regunt, possessione.

Parochis titularibus proximi erunt qui titulū  
non habent, eadem ratione; tum coadiutores.

Post hos canonici, qui non collegiatim sed ex-  
tra ordinem conueniunt.

Deinde Cappellani titulares, si modò Sacerdo-  
tes sint: & inter hos primo loco sedebunt, qui  
beneficij ratione chori officijs deuincti sunt,  
deinceps reliqui eodem ordine omnes, quo ad  
beneficium peruenerunt.

Post hos erunt Sacerdotes, qui clericatum,  
aliudue eiusmodi beneficium obtinent.

Sequentur Cappellani qui titulo carent, eo or-  
dine, quo in sacerdotij, diaconatus, subdiacona-  
tusq. gradu constituti sunt.

Eademq. ratio seruabitur inter clericos infe-  
riorum ordinum, quorum vltimus locus erit.  
Externi autem (si quando ijs ad congregationē  
aditus dabitur) primum locum teneant inter  
eos, qui eiusdem ordinis dignitatē sunt. Re-  
ctor Ecclesiæ vbi conuentus habetur, reliquis  
omnibus Sacerdotibus locum cedit, eorūq. ho-  
nore præueniet, vt Apostolus monet.

Si quis in conuentu loco suo non confederit, aut  
extra ordinem sententiam dixerit, pro culpæ  
modo plectatur vicarij arbitrato.  
Absint ab omni conuentu ioci, cachinni, scurri-  
liter dicta, rixæ, contentiones, pertinacisue al-  
tercationes.

Si fortasè rixæ, contumeliæ, dissidia, conuitia-  
uè, aut iniuriæ aliquando oborientur, eos inter  
quos extiterint, Vicarius adhibitis duobus tri-  
busue alijs de conuentu si opus erit, quampri-  
mum reconciliare studeat.

Nec verò corrigere mulctareq. eos prætermi-  
tat Vicarius: & præterea illorum nomina idè  
aut punctator ad Episcopum deferat, qui pro  
culpæ grauitate alia pœna arbitrato suo afficiat.  
Huic officio si Vicarius aut punctator defue-  
rit, pœnam ipse luat, qui id agere neglexerit.

QUESTIIONVM EXPLICANDA-  
rum modus.

T I T. X V I I.

**C**ONVENTV coacto, silentioq. indicto, sin-  
gulas quæstiones Cancellarius de scripto pro-  
nunciet.

Tum Vicarius de singulis quæstionibus senten-  
tiam omnes roget.

Qua in re ab ijs initium faciet, qui vltimo loco  
sedebunt, sicq. ordine ad eos perget, qui sibi  
proximi assident.

Is verò sententiã ne dicat, sed de aliorum sen-  
tentiis iudicium breuiter ferat, vel eas interpre-  
tetur, vel dicenti animum addat, vel hasitan-  
tem excitet.

Ac denique se gerat tanquam præfectū, atque  
adeò iudicem vnusculiusq. ingenij, solertiae,  
studij, doctrinæ, ac diligentia.

Omnium sententijs auditis, Definitor Vicarij  
iussu rem explicet, decidat, ac definiat.

Ad propositam quæstionem vnusculiusq. expli-  
catè distincteq. respondeat: opinionemq. suã  
argumentis non tam è schola quam ex vsu re-  
rum sumptis confirmet: doctorem vnde eam  
acceperit, locos non de scripto, sed memoriter,  
& ad verbum latinè recitet, nisi ob causam Vi-  
cario aliter videatur.

QUESTIIONVM EXPLICANDA-  
rum materia.

T I T. X V I I I.

**E**A sit quæstionum materia, quam hominum  
mores, & rerum quæ ea in regione vbi con-  
uentus habetur, geruntur, actiones negotiatio-  
nesue subministrant.

In ijs deniq. rebus quæstiones versentur, quæ  
ad casus conscientia, non ad ingenij exercita-  
tionem pertinent; vsque adeò vt qui in diocæ-  
sano conuentu sunt, rerum potius tractationē  
& vsū, quam verborum argutias cōsēdētur.

ii 2 CV

CVIVS SIT QVAESTIONES  
proponere.

T I T. X I X.

**Q**VAESTIONES proponere eius sit, apud quem conuentus celebrabitur.

Is verò ubi conuentum apud se proximè futurum esse sciuerit, præter ea, quæ pro Ecclesiæ suæ utilitate, & animarum quarum curam gerit, salutaribus commodis consulenda censuerit, quæstiones etiam ordinarias quas ipse propositurus est, à Definitoribus habere studebit, easq. parochis, & aliis sacerdotibus in conuentu proximo superiori tradet.

Definitor autem quæstiones ab eo accipiat, quem huic muneri Episcopus in ciuitate præfecerit, aut ab eo saltem recognosci, probarique curet, ut Episcopus maluerit.

DE STUDIO AD QVAESTIONES  
explicandas adhibendo.

T I T. X X.

**V**T omnis quæstionum explicatio utilis & salutaris sit, studium propterea non medio creponi debet in grauissimorum auctorum commentarijs.

Libros porro huic studio necessarios sibi quisque cõparare studeat, eosq. potissimum, quos ingenij sui industria accommodatos esse Definitor de Vicarij consilio iudicabit.

Cum autem præ rei familiaris tenuitate librorum copia apparari nõ potest, cumuè talis multitudo ob ingenij imbecillitatè inutilis est: tunc utilissimum erit, vnum è recentioribus scriptoribus seligere, qui aliorum sententias breuiter dilucidèq. comprehendat, ac recenscat.

Qui toto hoc in genere (quod parochis valde necessarium est) progressionem non exiguam facere volet, positus quæstionibus ieiunè exilerit, respondere non contentus, vniuersam earum materiam intelligentia percipiat, capita rerum vnde cætera proficiscuntur, memoria comprehendat; axiomata, è quibus quæstionum omnium definitiones pendent, teneat; multum doctorum auctoritati, plurimumq. rationibus tribuat.

Cum ijs autem qui grauissimarum disciplinarum scientiam tenent, suorum studiorum rationem conferre, valde admodum vtile est.

Quare vnusquisq. id curet, ut aliquem habeat theologiæ aut iuris canonici peritum, quo magistro duceq. vtatur, ad rerum dubiarum, & magnarum difficultatum explicationes.

Vbi quæstionum exemplum habuerit, confestim in earum studium incumbet diligenter. Opinionem verò, quam probabilitate ductus sequi statuerit, ubi eam intelligentia comprehenderit, accuratè describat, in certa quædam capita conclusionèq. distinguat, earum rationes

subijciat, distinctionesq. item, rerum dubiarum interpretationes, exceptiones, & auctores adiungat.

Hanc opinionis sententiæq. suæ descriptionem, veluti quoddam studij sui testimonium & argumentum secum ad conuentum afferat.

Qui hanc studiorum suorum rationem neglexerit, is quarta aurei nummi parte mulctetur.

Si verò negligentia contumaciam adiunxerit, eum Vicarius definitore ad Episcopum deferat, cuius auctoritate, & desidia excitetur, & contumacia coerceatur.

## DE DEFINITORE.

T I T. X X I.

**D**EFINITOR in omni conuentu is erit, qui in ea plebana regione præbendam theologalem obtinet, nisi aliud fortasse statuendum Episcopus censuerit.

Eius munus erit, ubi omnium sententias audierit, summam colligere quæ fuse dicta sunt; prætermissa commemorare, falsa à veris, dubia à certis, singularia à communibus discernere; dissidentes inter se doctorum opiniones conciliare; & quæ verior doctrina sit, exponere; ac rem denique omnem enucleatè explicare.

Vt verò muneris sui partes præclare obeat; magnum in eo studium ponet, ut grauissimos quoq. scriptores euoluat, optimas sententias seligat, quas benè notas planeq. perspectas habeat, ut alios facile docere possit.

Ad studium opus est etiam cõsiliium adiungat: quamobrem in magnis difficultatibus consulat præstantes theologiæ, aut iuris canonici scientia viros episcopo probatos, in primisq. Ecclesiæ cathedralis pœnitentiarium: ijsq. familiaris esse studeat, quorum consilio in rebus ambiguis nitatur.

Vt verò & studium, & consiliium ad officium suum adhibere possit, quæstiones de quibus in conuentu differendum est, ad se quamprimum mitti curet: nec verò eas euulgari patiatur: nisi à se primùm recognitas, tum ab eo probatas, quem huic curæ Episcopus præfecerit.

Dum autem sententiæ dicuntur, id caueat Vicarius, ne nouæ quæstiones, & à re de qua agitur alienæ interferantur; aliaue res geratur, quam quæ instituta est.

Amputet inania, aliena, atque inutilia; quæstiones verò in verbis positas longè abesse iubeat. Quæstionum explicationem, quam Cancellarius in acta referat, ei accuratè dicet: exemplum eius ad cancellarium episcopalem quam primùm Vicarius mittat.

DE

DE ACTIS CONVENTVS DE RELIQA CONVENTVS  
conscribendis.

T I T. X X I I.

T I T. X X I I I.

**V**ICARIVS diocesanus, si notarium hominem ecclesiasticum, eumq. idoneum & probatum, quem ei Episcopus constituerit & dederit, habet; huc ipsum ad ea adhibeat, quæcunq. in conuentu agenda, scribendaue sunt. Idemq. cõgregationis diocesanæ cancellarius censetur: qui omnia, quæ ad illius acta conscribenda pertinent, gratis omnino præstet.

Si verò talem quemquam non habuerit, alium ex ipso conuentu deliget, qui & ad dictandum, & ad scribendum, eiusdè Episcopi iudicio magis idoneus erit.

Eius munus sit, omnia conuentuum suæ regionis acta diligenter conscribere, & in librum referre, quem eo potissimum nomine confecerit.

Quæ verò sigillatim ab eo notentur oportet, hæc sunt.

Locus ubi conuentus habitus est.

Annus.

Mensis.

Dies conuentus.

Qui præsentés adfuerint.

Qui rursus abfuerint.

Absentiæ excusationes; quæ acceptæ, quæ iterè reiectæ.

Qui Missam solemnem celebrarit, quiq. ministrauerint.

Qui sigillatim reliqui sacerdotes, qui Missæ sacrum fecerint.

Qui ad populum, clerumue concionem habuerint.

Ecclesiæ, ecclesiasticorumque hominum visitatio.

Qui præterea testificationes confessionum non attulerint.

Quæ item quæstiones propositæ, earumq. singularum explicatio.

Indictio futuræ congregationis.

Quid etiam Episcopi iussu promulgatum sit.

Mulctæ quoq. & pœnæ quibus irrogatæ sunt, ordine describantur: & culpæ item, causæque, quamobrem quis mulctatus est.

Omnis autem mulcta apud regionis thesaurarium deponatur, aut in aliqua certa arca eo nomine constituta rectè asseruetur.

Mulctarum verò libri exemplum in singulos annos ad Episcopum afferatur: cuius arbitratu, vel in suppellectilem sacram, quæ conuentus foranei vsui sit, vel in subleuationem inopiarum sacerdotis, clericuè pauperis, vel in aliud opus pium illæ erogentur.

-M-

**H**IS ita actis, conferant remotis cappellanis inter se parochi qui ad conuentum accesserunt; quæ ad boni sacerdotis, parochiq. munus, atque ad animarum curam benè gerendâ pertinent: consulant item de suæ quicq. parochiæ incommodis ac difficultatibus, quarum explicatio aliorum consilio operaq. opus habeat.

Dum verò parochialis collatio fit, separatim alio loco fiat breuis pro temporis spatio collatio inter cappellanos, eo præsentem quem Vicarius delegerit: idq. prout idem pro prudentia sua expedire censuerit.

Vicarij autem de conscientia casibus Sedi Apostolicæ atque Episcopo reseruatæ, & de canonicis pœnitentijs libellum nostræ cura editum reliquis Sacerdotibus legent: aliquot præterea capita, tum harum constitutionum, tum earum quæ in Synodo diocesana pro temporum ratione decernentur, ac pariter aliquid ex probata summa de casibus conscientia explicabunt.

Res item plena utilitatis erit, aliquam illius libri partem tractare, qui de parochialibus officijs ex concilij provincialis sexti decreto in lucem iussu nostro emittetur.

Absoluto conuentu, antea quàm itineri se committant Sacerdotes, in Ecclesia omnes flexis genibus, preces itinerarij quæ in officio beatæ Mariæ virginis præscriptæ sunt, deuotè recitent.

Quibus precibus peroratis, tum deniq. inuicè se more sacerdotali salutantes, seq. item orationi mutua in visceribus Iesu Christi commendantes, in pace discedant ad suas quisq. sacerdotales & clericales stationes, eo studio ex conuentus celebritate accensi, ut & in Dei gloria, & in salute animarum procuranda in dies magis atque magis constet fructus, quem ex eodem conuentu tulerunt.

Quæcunq. ratio, norma, ac disciplina de diocesanarum regionum conuentibus vel vniuersè vel speciatim hoc libello præscripta est, ea omnis in conuentibus regionum vrbis planè seruetur, atque obseruetur, præter eam tantum modò partem, quæ de refectione præscripta, in conuentibus vrbis locum habere non potest; cum clerus suam quisq. domum congregatione dimissa ad cibum capiendum redire commodè possit.

Episcopus autem pro sancta sua sollicitudine, cum præsertim interdum eo loci fortasse est ubi conuentus habetur, aut ab eo propè abest, interesse etiam studebit; quò diligentius præsentia sua rei benè institutæ cursum progressionèque adiuuet, & cleri qui conueniunt animos, pietatis, ac disciplinae studio in-

Iii 3 cen-

Tit. de parochio.  
S. Quo instruo-  
tiores. pa. 303.

centos, vehementius inflammet ad constantem progressum.  
 At verò cum per occupationes alias pastores frequens in conuentu esse non possit, id certe curabit, ut Visitator generalis, si quem in ea conuentus regione haber, sapissimè præsens adsit.  
 Si quid verò erit, quod his congregationum legibus addendum, aut fortasse demendum, aut aliqua potiori ratione agendum Episcopus censuerit, prout è diocesis suæ ratione vsuq. esse viderit, id ei liceat.  
 Si qui denique alij, quicunq. sint, sacerdotum, clericorū, qui aliquando cōuenire solent ad societates quæ disciplinæ ecclesiasticæ causa vsquam habentur, ij in omnes partes, quoad eius fieri potest, iisdem decretis, regulis, & legibus conformentur & dirigantur, quæ hoc ipso libro editæ continentur.

**CONCESSIO INDVLGENTIARUM**  
*celebrantibus, & conuenientibus ad Missam congregationum foraneorum.*

GREGORIUS PAPA XIII.

**VNIVERSIS** Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus & singulis Sacerdotibus Prouinciæ Mediolanensis, qui Missam congregationis, quæ quolibet mense à Sacerdotibus foraneis ad præscriptum Decreti Prouincialis Mediolanensis habetur, celebrauerint; necnon omnibus Christianis fidelibus, qui dicta Missæ interfuerint; unum annum de iniunctis eis, seu alijs quomodolibet debitis penitentis misericorditer in Domino relaxamus. Presentibus perpetuò valituris. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris Die decimo Aprilis. M. D. LXX. Pontificatus nostri anno octauo.

Ces. Glorierius.



*[Faint, mostly illegible text in the left margin, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

IN-

**INSTRVCTIONES**  
**AD FORI ARCHIEPISCOPALIS**  
**REFORMANDI VSVM**  
**PERTINENTES.**

*Illustrissimi Cardinalis tituli Sanctæ Præsedis Archiepiscopi iussu edita.*

**COMMVNIA**  
*pluribus Vicarijs, & Iudicibus, & alijs Officialibus.*

Quales esse debeant officiales.



**Q**VIBVS præcipua munera in huius Ecclesiæ regimine sustinenda sunt, eos tum magis liberos esse oportet ab omni intemperata animi affectione, unde tot mala sæpè extant in omni administratione; tum etiam alijs occupationibus expeditos, quò liberius toti incumbant muneri suscepto, vt dignitas huius ecclesiæ, & negotiorum eius multiplicitas valde postulant; tum præterea necessarium est diutius versari in hac ecclesiâ, vt norint plenius rationes huius regiminis, quod Conciliaribus, & alijs proprijs constitutionibus, decretis, & instructionibus tam varijs & multiplicibus nititur. Rursus multum refert, vt hæc officia exercent, non quasi mercenariorum more aliquando maius emolumentum alibi quaesituri, aut iam iam in alias partes ad libitum recessuri: sed potius ita affecti erga hanc ecclesiâ, ecclesiasticosq. in ea labores, vt in hac ipsa varietate officiorum & salutarium occupationum huius vniuersæ administrationis perpetuò versari optent; ac sperent, modò vnū, modò aliud munus implendo, se ad salutem progressumque Cleri & populi huius Ciuitatis ac Diocesis peruenturos, & meritum cœlesti sibi cumulaturos.

Lucri auidi non sunt.

Aliunde oriendi.

Ex congregatione Oblatorum eligendi.

Sacris initiati.

Generalis verò Vicarius, & visitatores (si potest) sint Sacerdotes. Nemo quoduis præfecturæ, aut iudicandi officium in foro Archiepiscopali ambiat, aut id donec muneribus cuiusvis generis cuiquam datis vel promissis assequi, vel obtinere quoquo modo audeat. Nemo officium sibi ab Archiepiscopo deman datum exercere incipiat, antequam in manibus eiusdem iuxta formam his decretis præscriptam iuramentum præstiterit. Iuramenti præstent.

Nemo Vicarius, etiam Generalis, aut Visitator, aliusue quicumque sit, in ijs capitibus infra descriptis se immisceat contra præscriptum. In quibus rebus se non immisceant.

Hæc infra præscripta capita Archiepiscopi solum auctoritati reseruata sint; nisi ipse sigillatim & nominatim quidquam alicui ex iis concesserit.

Qua in re nulla clausula generalis, aliaue eiusmodi literarum patentium sui officij suffragetur.

Decreta interpretationis decretorū, tam prouincialium quàm diocesanorū, & edictorum, item aliarum quarumcunque reformationum ad Tribunal & eius taxas spectantium.

Taxæ præfinitio in omnibus illis clausulis, in quibus expressa præfinitio non inuenitur in tabella edita, vel edenda, aut alijs his vel alijs decretis reformationis.

Deputatio Vicariorum quorumcunque, etiam Foraneorum, Præfectorum, Visitorum, Cancellariorum, Notariorum substitutorum, & scriptorum.

Dispensationes quæcunque in decretis visitationis Apostolicæ, & Prouincialibus, & Diocesanis, & alijs edictis, & ordinationibus Archiepiscopalibus.

Facultates omnes, quæ ad Archiepiscopū spectant, literarum Apostolicarum, etiam occasione absolutionis in foro conscientiarum.

Interpositio auctoritatis ordinariæ, decretiuè eo nomine, in alienationibus bonorum ecclesiasticorum, aut piorum locorum.

Monialium vestitus; ad professionem admisso, & velatio.

Concessio, & renouatio, confirmatiouè facultatis ingrediendi Monialium septa clausuramque qua-



quacunq; causa, & quibuscunq; personis. Admissio, receptio ad primum ingressum, aut ad stabilimentum clericorum aliorumq; in congregationem Oblatorum S. Ambrosij, necnon receptio, & dimissio.

Itidem de receptione, & dimissione clericorum Seminarij.

Electio, & comprobatio, & confirmatio Sacerdotum, ad Cleri, & monialium, & puerorum Collegij S. Mariæ confessiones audiendas.

Regimen totum Congregationis Oblatorum S. Ambrosij.

Prouisiones quorumcunq; beneficiorum, etiã iurispatronatus Laicorum.

Admissio resignationum beneficiorum, & permutationum.

Vniones, diuisiones, annexiones, & separationes, suppressionesq; beneficiorum quorumcunq; aut etiam viarum, & cassinarum, ædiuicium, ac familiarum à suis Parochijs.

Concessio, & confirmatio facultatis, prorogationesq; in ijs quæ proximè describuntur.

Audiendi confessiones.

Concionandi.

Missas celebrandi.

Exercendi curam animarum.

Absentia à Diocesi; vel etiam in Diocesi à beneficio residentiam requirente.

Habitandi in domo laicali.

Locandi domos ecclesiasticas laicis.

Retinendi mulieres in domo.

Aliarum denique rerum, quæ ex prouincialibus, vel Diocesanis, alijsq; edictis Archiepiscopalis facultate postulant; si modò ad disciplinam morum Cleri populi uè, vel rituum ecclesiasticorum spectant.

Liceat tamen Vicario Generali, Visitatoribus, & Præfectis generalibus, & Præfectis etiam, Visitatoribusq; regionum Vrbs & Diocesis, in regione sibi sigillatim commissa eiusmodi facultates dare ad duos menses; non autem longiori spatio, etiam alio quouis prorogationis, & confirmationis nomine.

Rursus illi omnes meminerint, parcè sibi utendum esse hac facultate; scilicet in Ciuitate, absente Archiepiscopo; extra Ciuitatem uero, in actu eorum visitationis, vel saltem ex vrgenti causa, quæ eorum iudicio relinquatur.

Vnusquisq; Vicarius, siue Iudex etiam appellationum, promotor etiam Fisci, indicem habeat librum; in quo describat omnes causas, quas in dies coram eo institui, aut iam institutas progressionem habere cõtingerit, eiusq; curam promoueri, cum expressione loci, tituli causæ, & actoris, & rei, & anni, mensis, & diei, quibus initium fiat vnicuiq; causæ.

Eodem libro in singulos dies scribat summam quæ aguntur in illis causis; ut puta, contestationes litis, articulos datos, testes examinatos, publicationem testium factam, & reliqua eiusmodi; ut possit facilius procedere ad eorum expeditionem.

Vnusquisq; Vicarius, & Visitator, & Præfectus, summarium faciat literarum quas recipit, ad officium suum pertinentes; describens à tergo saltem capita rerum.

Nullus Vicarius, etiam Foraneus, Visitator, Promotor Fisci, Auditor, Familiarisq; commensalis Archiepiscopi suscipiat, agatur, aut ab ijs qui in eorum familia seruitio sunt, suscipi, vel agi patiat, causarum in hoc, aliouè quocunq; foro, tutelam, defensionem, procurationem, siue nomine, siue re ipsa, præter illas, quæ ex officij sui ratione in hoc foro incumbant illis: neque rursus officium notariatus apud se exerceri patiantur.

Nemo item eorum causas quascunq; commendet iudicibus; nisi quibus ex officio, vel Visitatoris, vel Præfecti, vel Promotoris, vel huiusmodi incumbat, promouere causarum expeditionem, præsertim miserabilium personarum.

Nec uero patiantur hoc officium præstari per suos famulos, familiare suè.

Neque rursus patiantur, eorum famulos, seu scribas, quidquam ab illo, quouis nomine occasione uè, literarum etiam priuatarum quas ratione officij scribunt, recipere, etiam spontè oblatum.

Ne à Cancellario, eius uè Notarijs substitutis, aut à Procuratoribus, vel Aduocatis, quidquam quamuis minimum quocunq; prætextu nomine uè percipiant.

Nec uero etiam ab alijs cuiuscunq; conditionis, qui causam vel negotium in hoc foro aliquo tempore habere possint, aliquod genus muneris etiam esculenti recipiant.

Hæc uero omnia & singula supra decreta præscribimus sub pœnis & multis arbitrata Archiepiscopi.

Ne quis vel Procurator, vel Notarius, aut scriptor fori Archiepiscopalis, in edibus Archiepiscopalis arma ferat.

Ne item verba turpia, vel iniurias in aliquem proferat; tantò minus coram Reuerendis Archiepiscopo, aut eius Vicarijs, sub pœna suspensionis ab officio, ac alijs etiam pecuniarijs, arbitrio Vicarij Archiepiscopalis imponendis.

Ne item quisquam alius, etiã ex litigantibus, audeat coram Vicarijs, & in loco audientia vel Cancellaria verba iniuriarum, ac quouis modo turpia proferre, sub pœna arbitrio ut supra.

Si quis vel Procurator, vel alius quicumq; etiam ex litigantibus, per se vel per alios, cum armis, cultello, seu tempore, aut quouis alio instrumento aliquem vulnerauerit, percussuerit, etiam sine sanguinis effusione, vel euaginatæ ensibus, armis, seu cultellis rixam fecerit coram Vicarijs nostris, vel in locis Audientia, aut Cancellaria; pœnam incurrat quinquaginta aureorum locis pijs assignandorum, & grauiorem pro ratione culpæ arbitrio Iudicis. Et præterea si Notarius, aut scriptor, sit

Summarium literarum faciant.

Aliorum officij non attingant.

Nihil accipiat.

Procuratores & Notarij, arma ne ferat.

Verba turpia, vel iniuriosane proferant.

Ne quenquam percutiant.

Nota-

priuatus in perpetuum ipso iure ab exercitio Notariatus, & Procuratoris in foro Archiepiscopali; ac etiam cõtra eos agatur ulterius iuxta conditionem criminis, & sacrorum canonum, ac legum sanctiones.

Congregationes habendæ & quando.

Habeantur perpetuò congregationes ut infra, tum Sacræ Inquisitionis, tum Pœnitentiariae, tum consultationis causarum, tum visitatorum, tum Seminarij, tum rituum & caeremoniarum ecclesiasticarum, & alius literariæ, alteriusq; generis.

Congregatio sacrae Inquisitionis celebretur quotiescunq; opus erit; alia uero singula semel tantum in hebdomada ut infra.

Itidem fiat de congregationibus disciplinae, rituum, caeremoniarum ecclesiasticarum, aliarumq; rerum, quæ ad diuinum cultum pertinent.

Pœnitentiariae, feria secunda: hyeme post vespas; æstate autem in vesperis.

Consultationis causarum, feria tertia post pradium.

Visitatorum, feria quinta post vespas.

Seminarij, feria tertia manè post diuina peracta.

Piarum causarum, & carceratorum, feria secunda.

Congregatio quo loco habendæ.

Locus his singulis congregationibus sit certus assignatus in ædibus Archiepiscopalis prope cubiculum Reuerendissimi Archiepiscopi; præterquam consultationis causarum, quæ habetur in cubiculo Audientia Vicarij generalis.

Congregationi Sacrae Inquisitionis præsit Archiepiscopus, & eo absente Vicarius Generalis, cum eoq; Reuer. Inquisitor.

In reliquis uero cõgregationibus idem Archiepiscopus, vel Vicarius generalis.

At uero illis impeditis, ipse Canonicus Ordinarius Pœnitentiarius in pœnitentiaria; in cõsultatione causarum, alter ex Visitatoribus generalibus, vel demum vnus ex Vicarijs, ciuilibus vel criminalibus, ordine supra constituto.

In ceteris uero congregationibus pfectus eius congregationis ab Archiepiscopo constitutus præsideat.

Qui interfint congregat.

Congregationi Inquisitionis interfint Archiepiscopales Vicarij ciuiles & criminales, Theologus Cathedralis, tum alij Theologi, & Canonistæ ab Archiepiscopo & Reuerendo Inquisitore adscripti huic congregationi; Senator etiã Reginus assistat, & post eum iurisperiti laici cõsultores congregationis; Aduocati etiam, & Procuratores seu Promotores Fisci tũ Archiepiscopalis tum Sacti officij apud Inquisitores.

Cæremoniarum ac rituum, & rerum huiusmodi cõgregationi, aliqui ex canonicis Cathedralis, Magister Cæremoniarum, & alij arbitrio Archiepiscopi.

Pœnitentiariae, præter Pœnitentiarium, adscripti sint Archiepiscopi libero arbitrio tũ Theologus Cathedralis, tum alij tres Theologi ex clero seculari, vel etiam aliqui ex clero Re-

gulari, & sex canonum Doctores.

Inter hos autem duo sint, alter Theologia, alter Canonum Doctor insignis: quorum præcipuè consilium adhibeat Pœnitentiarius in cõsultationibus frequentioribus, & in deliberationibus capiendis in ipsa congregatione.

Congregationi visitatorum interfint Visitatores omnes tam Diocesis quam Vrbs; tũ alij, quos ei congregationi Archiepiscopus adscripserit.

Congregationi consultationis causarum interfint, præter Vicarium generalem, Visitatores generales, Vicarij ciuilibus & criminalium causarum, Protector piarum causarum, Protector item carceratorum, Aduocati & Procuratores pauperum, ac sollicitator, tum Aduocatus, & Procuratores Fisci, Cancellarius, eius uè substitutus, tum Auditores Archiepiscopi, tum denique alij iurisperiti ecclesiastici, quos ei cõgregationi Archiepiscopus adscripserit.

Seminarij Congregationi interfint constituti ex Decreto Concilij Tridentini, pro ratione materiae de qua agendum est.

In his quæ ad mores pertinent, delecti promoribus.

In temporalis administratione, electi pro rebus temporalibus; tum præter alios, Rectores Seminarij vtriusque, & aliorum etiam, si plura in vrbe Seminaria esse contingerit.

Tum etiam qui ministri aliquando vocandi erunt pro negotijs tractandis.

Piarum causarum, & carceratorum congregationi præsit Præfectus, vel carceratorum, vel piarum causarum, ut vnus altero digniorem locum habeat in capitulo Metropolitanæ ecclesiæ; interlit vterque eorum; tum Aduocati pauperum.

In congregatione sacrae Inquisitionis, à dextris ecclesiastici, primò Vicarij, tum Theologi, tum Canonistæ; itaut qui ex clero seculari sunt, primum locum obtineant.

A sinistris uero Senator Reginus, tum iurisperiti Consultores iuxta cuiuscunq; ipsorum dignitates prærogatiuas.

In alijs uero, à dextra eius qui præest, sint ecclesiastici seculares, à sinistra regulares; vel à dextra Theologi, & à sinistra canonistæ: vel denique à dextra qui ecclesiastici sunt, à sinistra uero laici, si eos adesse contigerit; ita tamen, ut digniorem locum obtineant post Vicarium generalem visitatores generales, ac inter eos is, cui præcipuè cura ciuitatis commissa est; tum Vicarius ciuilibus, & item Vicarius criminalium causarum, qui superiori loco sedent vel posteriori, ut vnus altero in officio antiquior est; nisi pro conditione personarum aliquando Archiepiscopus aliter iusserit.

Post Vicarios ciuilem & criminalem sedent quicumq; interfunt ex dignitatem obtinentibus, & ex canonicis seu ordinarijs Metropolitanæ, deinde reliqui iuxta gradus eorum dignitatis.

Ante-

Librum causarum indicè habeat.

Ordo sedendi in congregationibus.

Preces initio & in fine Congregat. recitandæ.

Res tractandæ ad singulos mittendæ.

Quando intermittendæ.

Res tractandæ in singulis congregationibus.

Antequam incipiatur Congregatio, recitentur preces ad impiorandum diuinum auxilium; in fine item aliæ preces de more ad præscriptam formam à Præsidente ipsius congregationis cæteris adiuantibus.

Res in congregationibus tractandæ cura Præsenti à Cancellario in superiori proxima congregatione, vel (nisi aliud necessitas tulerit) triduo saltem antè tractationem illam habendam tradantur seu transmittantur suo ordine ad singulos eos, qui consultationi illi interesse debent.

Et si in vna congregatione ob difficultatē non poterit res decidi, in aliam differatur deliberatio.

Nunquam intermittantur hæc cōgregationes, nisi cum dies festus ex præcepto cadit; quo casu indicetur alia dies à Præsente congregationis in superiori proxima congregatione: exceptis congregationibus pro sancto officio, & illis quæ spectant ad diuinum cultum, & pœnitentiariam; eas enim si opus erit, etiam diebus festis celebrari aliquando licebit.

Habeantur verò hæc omnes congregationes et extraordinariè sapius in hebdomada vt opus erit, iudicio vel Præsenti particularis cuiq. cōgregationi, vel Vicarij generalis.

In congregatione pro sancto officio nihil prorsus tractandum erit, nisi de pertinentibus ad fidem.

In congregatione Pœnitentiariæ, ea solum quæ ad pœnitentiam, & ad forum conscientia spectant.

In congregatione consultationis causarū proponantur & discutiantur Iudicis arbitrio grauiora dubia in infra scriptis materijs.

Primò, vbi controuersia est de admissione vel probatione iurispatronatus.

Secundò, vbi agitur de nullitate vel validitate Matrimonij, aut de separatione thori.

Tertiò, in causis quæ directè spectant ad iurisdictionem Archiepiscopalem; aut aliàs ecclesiasticam; aut denique violationem ecclesiasticæ libertatis & immunitatis.

Quartò, in causis criminalibus, vbi agitur de pœna corpori infligenda à relegatione supra, siue clerici, siue laici.

Tum aliæ singulæ causæ, dubiæ in causis ordinarijs, de quibus Archiepiscopus vel Vicarius, vel eo absente Visitator generalis, ob partium querelam, aliamuè causam ibi consulendum auferit.

Tum denique alia dubia in materia legum & canonum in dies suborta, in quibus aliquis ex Vicarijs, vel Visitatoribus, Iudicibusuè eius congregationis consultationem desiderat, ac postulat.

In omni hac causarum consultatione nihil detractum sit Iudicis auctoritati, quominus liberè causam decidat prout sibi de iure videbitur, sed vota omnia consultiua tantum sint.

In illis legatur index causarum pendentium in

criminalibus singulis hebdomadis: in ciuilibus verò singulis quindecim diebus.

Quæ verò pendent aliunde ex causa appellationum, singulis mensibus; & rursus quæ pertinent ad Mensam Archiepiscopalem, singulis mensibus.

Describantur verò in tot libris, quot genera cōgregationum sunt, earum singularum acta à Cancellario, eiusuè substituto.

Quòd si nemo illorum aliquando intererit, tunc qui præest congregationi, aut eius iussu alius ex his qui interfunt, describat in folio, quod postea quàmprimū tradat Cancellario, vt in libros suos ipse referat.

Forma autem describendi sit hæc.

Initio libri ponantur nomina eorum qui interesse debent: tum vnus cuiusque congregationis dies quo habita est; tum qui interfuerunt.

Dubia proposita.

Resolutio post singula; cum votis singulorū, & rationibus præcipuis.

### DE OFFICIO VICARII Generalis.

VICARIUS generalis, tam in spiritualibus quàm in temporalibus liberam habeat administrationem in tota Ciuitate, & Diœcesi; necnon & in Prouincia, in ijs quæ ad Archiepiscopale officium quomodolibet spectant; ijs exceptis, quæ supra Archiepiscopo soli reseruata sunt; & aliàs, prout in eius Vicariatus instrumento, seu literis patentibus declarabitur. Curæ illi sit executio Sacrorum Canonum, & literarum omnium, & constitutionum Summorum Pontificum, & Concilij Tridentini, tum Conciliorum Prouincialium, & Diœcesanorum, Visitationis quoque Apostolicæ, & edictorum generaliumq. decretorum, ac ordinationum etiam singularium, præsertim visitationis Archiepiscopi, vel vicariorum, taxarum quoque, & huiusmodi.

Idq. in clero, & in populo, & in Visitatoribus etiam Generalibus, & in Vicarijs etiã Foraneis, Iudicibus, Præsētis, Cancellario, & eius substitutis, & scriptoribus, Procuratoribus, ac reliquis fori ministris; quibus omnib⁹ superuigilet diligenter.

Nec patiatur intermitteri suis temporibus promulgationes literarum Pontificiarum, conciliorumq., decretorum, & edictorum Archiepiscopaliū, & huiusmodi generalium sanctionū, quominus præscriptis temporibus fiant. Caueat verò maximè, ne rescribat, aut agat quidquam cōtra eas, earumue decreta; neque in Prouincialibus, vel Diœcesanis, alij suè Archiepiscopaliū sanctionibus dispense sine Archiepiscopi præcipuè facultate, vel mandato; neque rursus manum apponat ijs, quæ Tridentinum Concilium, aut Prouincialia per solum Episcopum præstari posse decreuerunt,

nisi

Acta cōgregat. in librum referenda.

nisi ex sedis Apostolicæ auctoritate data, spectatiuè Archiepiscopi mandatum habuerit.

Conuocet congregationes, etiam extraordinarias cum opus erit.

Ne intermitti patiatur lectiones, & studiorum cleri alias exercitationes, neque verò orationē vespertinam, stas processiones antiquas, vel à nobis constitutas, restitutasuè, alia denique huiusmodi instituta quomodocunq. pertinentia ad disciplinam cleri, populiuè.

Affiduus incumbat audiendis & expediendis ijs, qui in Ciuitate vel Diœcesi quotidie ad eū conueniunt pro negotijs ad munus eius pertinentibus; tum omni celeritate, vt opus est, respondeat literis Visitatorum, Vicariorum Foraneorum, & Parochorum Diœcesis; eosq. ad sapissimè scribendum de rebus suæ curæ commissis frequenter excitet suis etiã literis. Vt autem ipse liberior sit ad alia multiplicia quotidiana muneris sui negotia, eaq. grauiora peragenda, studeat sibi quantò minus fieri potest assumere, vel auocare causas, quæ suos habent vel habere possunt iudices ordinarios; sed eas ab eisdem iudicibus cognoscendas vel decidendas quantò citius fieri potest, sedulo procuret: causas etiam delegatas, nisi grauiores sint, per alios Vicarios potius cognosci vel decidi studeat.

Alios Vicarios, & Iudices, ac etiam Promotores Fisci, Visitatores quoque & Præsētos, modò vniuersos modò singulos ad se vocet aliquando, ac ab eis diligenter inquirat de eorū causis & negotijs, præsertim grauioribus & difficilioribus, vt opus esse censuerit.

Si quæ ecclesiæ collegiatae, aut Monialiū monasteria, eorumuè (si Regularibus subiecta sint) clausuræ, aut si quæ pia loca, præsertim insigniora in Ciuitate ab Archiepiscopo ipso singulis annis visitata non erunt, vel ab eius generali visitatore, & piorum locorum rationes ab illis recognita; ne omittat ipse visitare, & rationes etiam à pijs locis per se, vel per alios ad id constitutos ab Archiepiscopo ad præscriptum Concilij Tridentini exigere semel saltem in anno.

Quæ verò in Diœcesi sunt, vt cum illis idem præstetur ab ijs, quibus id muneris Archiepiscopus dedit, summopere curet.

Circa carceratos diligenter præstet, quæ suo loco in his decretis, & in Concilij Prouincialibus de illis præscribuntur; eaq. vt diligenter præstentur ab alijs ad quos spectat, præter visitationem generalem singulis mensibus constitutis, sapius ipse ex improuiso visitet carceres, & carceratos singulos inquirat diligenter, ac provideat, vt in spirituali & corporali cura illorum, ac illorum etiam causæ, nemo illis, aut suo munere desit.

Non se immisceat sub quouis prætextu in aliquo ex reseruatis soli Archiepiscopo, nisi ex speciali delegatione.

Nihil statuat de iure patronatus in vllum be-

neficiū, admittendo, probandouè, nisi habita prius notitia à Cancellario Archiepiscopali, & vocato Fisci Promotore pro defensione libertatis, beneficiorum, & iurisdictionis Archiepiscopalis.

In fabricis, & reparationibus ecclesiarum circa materias, si quid vel de nouo statuendum, vel immutandum, non deliberet nisi factu verbo cum Archiepiscopo, vel audito Præsente ab illo fabricis ecclesiarum.

Si verò de prorogatione aliqua longioris termini assignati agitur, audiat prius Visitatorem generalem, si adest, vel etiam visitatorem & Præsētum sigillatim eius regionis.

Non immutet statuta à Visitatoribus nisi factu verbo cum Archiepiscopo, vel ipsis auditis; id maximè caueat in relaxatione sequentium ab illis factorum.

Illud idem facere curet in rebus Seminarij, in quibus vsupra audiat illius Præsētum.

Quod etiam seruare studeat in quibuscunq. alijs, quibus Præsētus specialis ab Archiepiscopo constitutus est, nisi temporis angustia, vel rei modicitas aliquando aliud postulet.

In absolutionibus in foro conscientia remittat ad Pœnitentiarium in ijs omnibus, in quibus ille facultatem habet ab Archiepiscopo. Adstet quantum potest examini ordinandorum, & prouidendorum de beneficijs, vbi nō sit præsens Archiepiscopus.

In separationibus Thori, & declarationibus nullitatis, vel inualiditatis matrimonij, faciat verbū cum Archiepiscopo, si adsit, antequam rem totam decernat; alioqui conferat cū congregatione consultationis causarum.

Non remittat denunciations Matrimoniorū præsentis Archiepiscopo; eo autem absente ne faciat nisi ex rationabili causa, iuxta dispositionem sacri Concilij Tridentini.

Eidem curæ sit conseruatio ac defensio Iurisdictionis & immunitatis ecclesiasticæ, ac inter alia protectio ecclesiasticarū personarum, & monialium, & piorum locorum, cum deportari in Ciuitatem contigerit ecclesiasticos fructus, vel ad eorum vsum fructus, & ad victū necessaria, supellectiles, & alia ne vexentur à publicanis & eiusmodi contra immunitatē ecclesiasticam, testimoniaq. propterea vt opus erit, ac mandata, & inhibitiones super eo Publicanis & alijs faciat, vt iuris erit.

### DE VISITATORIBVS.

CVta Pastoralis hoc à nobis deposcit, vt ad Animarum, quas pro sua diuina misericordia is fidei nostræ concredi voluit, salutē procuradam, omnia paternæ sollicitudinis officia exequamur sanctè in primis & diligenter. In ijs sanè officijs, quæ permulta quidem illa sunt plena laborum, pleraq. vigiliarum, vnū est etiam porro multis nominibus Gregi à pastoribus debitum, & pacendis curandisq. animabus

Sess. 24. dec. de refor. matr. c. 1.

Sess. 22. dec. de refor. c. 9.

Sess. 24. decre. de refor. c. 3.

mabus necessarium, Visitatio scilicet; Quam spiritus sancti doctrina salutariter institutam, facta œcumenica Tridentina Synodus ab vniuersis & singulis quorū interest, ita accuratē præstari fanciuit, vt propriam quique diœcesim per seiplos, aut si legitime impediti sunt, per alios, si quotannis totam propter eius latitudinem visitare non poterunt, saltem maiorem eius partem visitent; sic tamen, vt tota biennio per se, vel per visitatores compleatur.

Animaduertimus autem non posse per seipsum Archiepiscopum solum huius diœcesis totius, quæ longè lateq. patet, Visitacionem ad constitutum biennij tempus ex Tridentino præscripto plenè absolueret; tum præterea concilij Provincialibus, & Synodis diœcesanis, & Visitacione item Apostolica, quam Reuerendiss. Episcopus Famaugustanus in Vrbe diœcesiq. prouidentissimè executus est; & instructionibus præterea pro temporum ratione vario degere editis, multa sanè quidem decreta esse, vel de cleri vita, vel de diuinorum officiorum cultu, vel de functionum ecclesiasticarum religiosa diligentia, vel de ecclesiarū ornatu, vel de earum instauracione, vel de ecclesiasticæ suppellectilis apparatu, vel de populi disciplina, vel de omni denique in Christianæ spiritualisq. vitæ officijs progressu utiliter confecta: quæ sanè vt perpetuam executionem habeant, perpetuam multorum Archiepiscopi cooperatores diligentiam & curam adhibendam esse cognouimus, præter Archiepiscopi, ac vnius etiam Visitatoris generalis officium.

Itaque ea inita est à nobis deliberatio, vt quò diligentius & visitatio vniuersa absolueretur, & in executionis vsu perpetuò salutaria decreta inducantur; ecclesiastici aliquot homines, spectata morum probitate, prudentia, doctrina, disciplinaq. ecclesiasticæ vsu periti deligerentur, quibus tum visitandi, tum omnè executionem procurandi promouendiue munus committeretur.

De numero & officio Visitatorum.

Visitatores generales quot eorumq. munus.

Vo igitur Præfecti & Visitatores generales ab Archiepiscopo constituantur ad biennium. Liberumq. sit Archiepiscopo, confirmare seu progare officium semel & pluries arbitrio suo. Eorū iurisdicctio & auctoritas ad omnia tã ciuitatis quàm diœcesis loca, omnesq. personas, quouis etiam dignitatis & honoris gradu illustres pertineat. Potestatis facultatisq. literæ patentes fidè faciunt, quæ vtriq. indistinctè competat, siue visitacionibus incumbatur, siue non: ita tamen, vt quædam ampliores facultates illis cõpetat, cum seipso visitant loca diœcesis, quàm cum in vrbe etiam in visitacione sunt, vbi facilis est omnibus recursus ad Ministros alios cõ-

stitutos, scilicet Vicarium generalem, & ciuiliū, vel criminalium causarum, tum etiam ad Pœnitentiarium & Archiepiscopum in casibus conscientiar.

At verò vt suscepto oneri plenius commodiusq. satisfaciant, alter ciuitatis, alter diœcesis visitacionibus præcipuam curam habeat.

Is, cui ciuitatis visitanda prouincia data erit, visitet quotannis collegiatis ecclesiis in primis, & loca pia insigniora, ab eisq. rationes administrationis exigit ad præscriptū Conci. Trid. tum verò hoc idem officium præstet erga reliquas ecclesias, scholas, & pia loca; illis tamen exceptis, quæcunque ipse Archiepiscopus, vel Vicarius generalis eodem anno visitarit, aut visitanda reseruarit.

Qui verò diœcesi dabit operam, si propter locorum interualla integrā nequiverit, at maiorem eius partem visitare ita procurabit, vt omnino ante exactum biennij curriculum vniuersa diœcesis loca ipsemet visitarit.

Præsent congregacioni hebdomadariæ, ac alijs extraordinarijs Visitacionibus absente Archiepiscopo, & Vicario generali: idq. officium sit maximè eius, qui ciuitatis visitacioni præerit. In Visitacionis & Præfecturæ suæ munere ea omnia officia præstent, regulasq. feruent, quæ infra Visitatoribus cõmuniter præscribimus, eò diligentius, quò ipsi vniuersè ea cura demandatur; alijs vt plurimum elaborandum erit in certis vel ciuitatis vel diœcesis regionibus.

Eam ob causam erunt eorum visitaciones, præsertim diœcesanæ, aliquantò magis compediariæ quàm aliorum Visitatorum.

Sint verò duodecim alij Præfecti, & Visitatores ad biennium constituti, confirmandi vt supra pro libera voluntate Archiepiscopi: quorum sex singulis portis Ciuitatis seu regionib, alij sex singulis sex partibus diœcesis Præfecti & Visitatores constituti sint, vt infra.

Primæ regionis Præposituræ capita plebium tredecim.

- Soma.
Arsagum.
Mezana.
Galaratum.
Frassinum.
Corbetta.
Parabiagum.
Rosatum.
Casoratum.
Decimum.
Rhaudum.
Trenum.
Cesatum.

Secundæ regionis Præposituræ capita plebium 8. & præterea oppidum idest parochiale.

- Vallis Leuentinæ.
Vallis Blenij.
Vallis Riperiarum.
Vallis Capriaica.
Porticia.

Sess. 22. dec. de refor. c. 9.

Alii visitatores inferiores, eorumq. munus.

Primæ regionis capita.

Secundæ regionis capita.

Ca-

- Canobium.
Vallis Traualia.
Legiodunum.
Belutium.
Angleria.

Tertiæ regionis Præposituræ capita plebium septem.

- Arona sola. Oppidum cum cura.
Arcisatum.
Varisium.
Applanum.
Castrum Seprium.
Olgiatum Olonq.
Dairagum.
Neruiatum.

Quartæ regionis Præposituræ capita plebium 8.

- Gallianum.
Marlianum.
Alliatum.
Sevesum.
Desium.
Modoetia.
Bolatium.
Bruzzanum.

Quintæ regionis Præposituræ capita plebium 11. præterea Parochia vna separata.

- Derisium.
Bellanum.
Perleidum.
Varena, cura sola.
Vallis Saxina.
Leucum.
Olginatum.
Brippium.
Assium.
Vglonum.
Incinum.
Massalia.

Sextæ regionis Præposituræ capita pleb. nouem, præterea tres Vicariatus.

- Vicomercatum.
Triuiliū.
Sforzatica.
Vaprium.
Gorgonzola.
Meltium.
Septala.
Chignolum.
Melegnanum.
Sancti Iuliani.
Locatum.
S. Donati.
Segratum.

Metropolitanæ Veruntamen ecclesia ipsa Metropolitana Archiepiscopi, vel Vicarij generalis, vel Visitatorum generalium, aut eius quem Archiepiscopus nominatim ad id delegarit, visitacioni & præfecturæ sit reseruata: excepto, q. quoad curam sanctæ Teclæ, & alia ad id pertinentia commissa Præfecto & visitatori portæ orientalis; quò verò ad ecclesiasticas personas curæ illius visitatoris commissa censeatur, in cuius

Porta quæque illarum habitat. Singuli potissimum incumbant administracioni sibi sigillatim, ac nominatim commissæ, siue visitando, siue etiam extra visitacionem: eorum tamen facultas visitandi se extendat etiam ad alias partes omnes tum ciuitatis, tum diœcesis; vt cum vsu venit Archiepiscopo, vel ob impedimentum alicuius eorum, vel ob aliam causam, per alium visitacionem aliquam obire extra regionem illi sigillatim attributam, nulla mora sit sine aliarum literarum expeditione & necessitate.

Horum etiam Visitatorum & Præfectorum in suo munere Iurisdicctio complectatur omnes personas, vt dictum est supra de visitatoribus, ad præscriptum literarum singulis concedendarum. Iis Visitatoribus & Præfectis, quibus potissimum Regionum Diœcesis certa cura cõmissa est, dentur quædã ampliores facultates in Regione illa, præsertim in foro conscientiar, quo tempore visitacionem obeunt: quæ minùs necessariæ sunt vrbis Reg. visitantibus, quoniã ibi facilis est aditus Vicariorum, & Pœnitentiarij; & Archiepiscopi pro ratione cuiusque indigentiar.

Præter annuas visitaciones, quas in omnibus locis sibi commissis integrè obibunt, adhibito Notario vel scriptore, qui Clericus sit, si haberi potest, sæpius per annum, tum ecclesias, tum domos clericales, tum in hospitalibus Pauperum curam & tractacionem improuisò visitabunt & in Ciuitate, & in Diœcesi.

In Ciuitate frequentes adsint, modò vnus modò alij lectacionibus communibus Cleri, tam in Archiepiscopatu, quàm in Collegio Braida, scilicet de casibus conscientiar, de explicacione Euangelij, & eiusmodi. Tum etiam verò singuli quam sæpius possunt, lectacionibus suarum quisque Portarū Regionum præsent.

Præsent congregacioni Parochorum menstruæ suæ quisque Regionis. In Diœcesi adsint sæpè congregacionibus foraneis, etiam ex improuisò. Congregatio generalis omnium visitatorū habeatur coram Reuerendiss. Archiepiscopo per plures dies continuos, vt opus erit, ter in anno statutis temporibus, scilicet post Epiphaniam, ante Sratam congregacionem generalem Vicariorum Foraneorum, in octaua Paschæ Resurrectionis D. N. Iesu Christi, In octaua item corporis Domini. Conueniant præterea simul sæpius, vt iusserit Archiepiscopus.

In illis congregacionibus Archiepiscopo referant, eumq. consulant de difficultatibus & dubijs grauioribus occurrentibus in eorū officio. Conferant inter sese diligenter, vt omnes eadem ratione & præscriptis regulis conformiter munus suum obeant, decretaq. exequantur: quod magnam facilitatē afferre solet omni executioni.

K K K Con-



Conueniant semper omnes ad cōgregationes generales Vicariorum Foraneorum quascunque, tum ordinarias, quas quomodocunque in Ciuitate habeant.

Cum Mediolani sunt, etiam ij quibus visitatio Diœcesis præcipuè cōmissa est, conueniant tamen semper congregat. hebdomadar. visitationum.

Ne visitent vlla de causa nisi vrgentissima loca Diœcesis à Natiuitate Domini vsque ad cōgregationem Vicariorum Foraneorum ante septuagesimam habendam: sed tunc incumbat præparacioni visitationum anni ineuntis.

Sic etiam intermittat visitationes omnino per octo dies ante & post Pascha Resurrectionis; & rursus à festo Ascensionis vsque ad octauam Corporis Christi.

In visitatione seruent exactè instructiones editas in Concil. Trident. & Prouincialibus; præsertim primo, & quarto: tum præterea quæ infra descriptæ sunt, aut in dies ab Archiepiscopo addentur.

Adhibeant sibi ad vsum visitationis, vt opus fuerit, prærogatorium propediem edendum cura nostra; in quo summatim descriptæ sint omnes sanctiones conciliorum Triden. & Prouincialium, & Diœcesanorum, necnon & Instructionum huius ecclesiæ, præsertim de fabrica & supellectili ecclesiæ; quò diligentius incumbant eorum plenæ executioni.

*Quæ potissimum cura visitatoris præstanda sunt.*

*De fabrica, & supellectili ecclesiastica generatim.*

**T**ollantur fenestæ super altaribus, vbi potest; si non potest, prouideatur periculis.

Item lateralis rectè altaribus.

Adhibeantur clathræ ferreæ fenestris, præsertim Parochialibus.

Item vitro, & rete æreo, vel tela muniantur.

Cappellis præsertim maioribus fornix fiat.

Accommodetur omnino spatium inter altare maius & cancellos.

De altari exstruendo, vndique obturatis foraminibus, eiusque bradellæ mensura, septis, integumento, fenestella, tintinnabulo, clauis pro birreto, coronice scabelli altaris, telari, tela cerata si consecratum sit, aut aliàs tabulato super mensa non consecrata, ac de Pallio, tobaleis, cruce, tabella secretorum, ac relicto necessario apparatu, executio decreti diœces. 4. decre. 35. & Visitacionis apostolicæ; scilicet demolitionis, vbi cautio non datur accommodandi ad formam instructionum.

Septum secundum in cappellis amplis.

Tollantur gradus super altari, qui sint contra instructiones.

Præparentur mensæ consecrandæ in altaribus

maioribus Parochialium; idque ante visitationem nostram cuiusque loci.

Tollantur altaria, quæ sunt in loco Baptistæ riji construendi.

Item quæ nimium vicina altari maiori, vel inter se.

Cappellæ minores mensura constituta, aut tollantur, aut aptentur.

Accommodentur ad formam, tum cappellæ, tum gradus earum, & altarium, & altitudo pavimenti quantum potest, vt inter se respondeant.

Accommodentur gradus vbique, vt sint impares.

Porticus, aut vestibulum, saltem Parochialibus ecclesijs, quàm primùm poterit.

Pavimentum ecclesiæ nõ ex lateribus deinceps.

Amoueantur omnino loca superiora ecclesijs, vbi profana seruentur, vel dormiatur, vel habitetur.

Tabulatum diuisionis ecclesiarum fiat saltem in parochijs.

Accommodatio oratoriorum vbi non celebratur, omnino, vel demolitio.

Vt nulla ornamenta, nullæ picturæ intus vel foris profanæ sint.

Emendatio errorum in sacris imaginibus, earumq. ornatu, ex Conc. Prou. 1. titulo, *Quæ pag. 4. seruanda in sacris imaginibus.*

Requisitio à Rectoribus ecclesiarum pro emendatione.

Tractatio cum pictoribus, & artificibus in posterum, vt non nisi probatas imagines sacras efficiant, ex eodem Prou. 1. tit. *Quæ seruanda in sacris imaginibus.*

Campanilla accommodetur, vt ascendi possint.

Item crux in summitate eorum.

Funes campanarum accommodentur.

Duæ saltem campanæ Parochialibus, si potest. De bonis fabricæ in proprium & vtiliore vsum

erogandis. Pro. 2. tit. 3. d. 18. pag. 74.

*Sigillatim subitò exequenda.*

**A**ltarium demolitio, vbi facienda est. Altarium portatiliu confractio, si nõ ad mensuram.

Sepulcrorum quæ extant, amotio.

Sepulcrorum obstructio, si loco prohibito.

Amotio bradellarum & sedilium ab ecclesia, & huiusmodi impedimentorum.

Item profanarum supellectilium, aut rerum.

Item locorum superiorum, vbi dormitur, vel habitatur, vel profana seruantur.

Dilaniatio corporalium, & purificatoriorum, rerum indecentium ratione mensuræ, vel foridum quæ purgari non possunt.

Profanatio calicum & patenarum indecentium.

Clausio & obstructio portarum lateralium.

Dilaniatio Missalium, & Breuiariorum, & Toblearum, & superpelliceorum, ac sacrorum indu-

indumentorum, quæ in illa ecclesia toleranda non videntur.

Amotio arborum, vitium, stipitum, & huiusmodi in cœmiterijs, & locis sacris.

Item ramorum incisio, qui obfunt parietibus vel rectis ecclesiæ.

*Quibus aliquod spatium dari potest; non tamen ultra duos menses in Ciuitate, & tres in diœcesi.*

**A**ltarium reconcinnatio ad mensuram.

Item bradellarum altarium.

Coopercula altaribus, si fiant vel ex ligno, vel ex tela.

Tela ad regenda altaria.

Telare altari adhibendum.

Septa altarium, quæ cancellis ligneis fieri concessum erit.

Tecta altarium lignea, aut ex tela, sericouè.

Fenestella pro vrceolis.

Tintinnabulum, siue cāpanula ad vsum Missæ.

Cruces singulis altaribus adhibendæ.

Candelabra item.

Bacilula, & Vrceoli.

Tobaleæ, & pallia, Planetæ, & sacre vestes pro vsum altarium ad præscriptum Visitacionum pro ratione supellectilis omnino necessariæ.

Confessionalia.

Tapetum, vel clathra, vbi sacerdos induitur in sacratio.

Antiporta sacristijs ecclesiarum collegiarum, & Parochialium.

Lauacrum in sacristia.

Tabulata diuitoria marium à fœminis in ecclesijs curatis.

Vasa aquæ sanctæ.

Tres portæ in facie ecclesiæ.

*Quibus spatium dari potest vsque ad sex menses.*

**B**aptisterium cum suo sacratio.

Cancelli altaribus ex marmore, vel ferro, facta cautione.

Abacus, siue Armarium pro sacris vestibus seruandis, & omni sacro apparatu.

Septum cœmiteriorum ex muro.

Secunda pixis, vbi tantum est vna.

*Quibus aliud spatium arbitrio Visitatoris, pro ratione magnitudinis impensarum, & reddituum ecclesiæ ac populi, ac aliorum quæ præstari debent, vel aliorum fructuum huiusmodi impensæ attributorum, dari potest.*

**L**igneum tabernaculum, vbi non est; vel vbi etiam sit, sed incongruum maiestati ecclesiæ, & nobilitati loci.

Sacella, siue cappellæ, & altaria, quæ concessum erit exstrui, vel remanere.

Ecclus honorificus pro reliquijs.

Reliquarium.

Sacrarium in cappella maiori, vel sacristia, aut propè.

Pavimentum ecclesiæ.

Contignatio laqueata, quæ dicitur soffitta, seu fornix ecclesiæ.

Thuribulum & naucella ex argento, vbi fieri potest.

Tobaleæ, Pallia, Planetæ, & sacre vestes, pro ornatu & vsum altarium, & ministrorum, ad præscriptum instructionum pro ratione supellectilis plenæ.

Tecta altaribus ex marmore, aut ex alio opere honorifico.

Reliqua item ex instructionibus.

*Loca, & formæ pro fabrica materiali, iudicio Visitatorum & Præsectorum statuenda & exequenda.*

**A**ltaris maioris locus, & item chori, & Cancellorum illius.

Reliquarium, & item sacrorum oleorum.

Baptisterij situs, ac Sacrii vicini.

Iudicium de sepro ferreo, vel ligneo, altari- V. A. pag. 467. bus, & Baptisterijs ex visitatione apostolica, §. 14. & pa. 467. & instructionibus. §. 5. Instr. fabr. f. 71.

Item de altero sacratio penes altare maius, vel sacristiam.

Item de sacro oleo infirmorum Prouinc. 3. de Pag. 91. §. Sacram. Diœc. 4. decre. 19. vbi conceden. seruari aliquando domi; & tunc designatio loci ad formam instr.

Altarium etiam, & cappellarum, quæ reparanda, quæ demolenda sunt, & qua forma, ex probatis in instruct.

Fenestellæ vrceolorum.

Clauis pro birreto sacerdotis celebrantis.

Tintinnabuli.

Campanilis.

Fenestrarum.

Ambonis locus & forma designetur, vbi constructui potest.

Suggesti item, vbi non fiat Ambo.

Numeri, & loci Confessionalium, & reliqua praxis tota de confessionalibus, eorumq. forma & tabellis affixis, & capitulis remotis.

Ianua certæ, & locus in ecclesia fœminis separatum à viris.

Loci sedilium virorum & mulierum,

Loci sepulturæ sacerdotalis, & aliarum, præsertim communium pro populo: tum priuatarum, si quando concedenda erunt à nobis.

Crucis cœmiterij.

Cappellæ paruulæ in Cœmiterio, vbi potest.

Vasis aquæ sanctæ in Cœmiterio.

Carnerij in Cœmiterio.

Ostiorum trium Cœmiterijs cum sera & clauis.

Clausura Cœmiterij.

Designatio, & deliberatio, quæ ecclesiæ custodiendi nõ possunt à profanis, & fordibus, & ideo demolenda ex visitatione apostolica.

In sacristia.

V. A. tit. de cœm. pag. 466.

K K K 2 In

Armarij.  
Lauatorij.  
Oratorij.

Loci scripturarum de reliquijs.  
Scripturarum ecclesiæ.  
Literarum Pontificiarum, & eiusmodi, ad officij Rectoris curam pertinent.  
Librorum Parochialium, scilicet.  
Baptismorum, Matrimoniorum, &c.  
Labijs olei lampadæ.  
Loci p̄ diuersa supellectili crassiori ad vsum ecclesiæ.  
Domus Parochialis.  
Fenestellæ in ea pro oleo sacro infirmorum in his parochijs, vbi aliquando asseruari ibi necesse sit.  
Transitus domus Parochialis, vbi opus sit, sine seruitute Cæmiterij, vel ecclesiæ.  
Deuatio viæ publicæ, vel aliæ seruitutis Cæmiterij loci processionum quotidianarum circa ecclesiam.  
Loci, & caularum, vbi vna tantum particula Sacræ Eucharistiæ deferri debet, P. I. de Euchar. pr. 2. tit. 1. decr. 1. 1.

*Ratio impensæ fabricæ, & supellectilis ecclesiæ.*

**I**N singulis ordinationibus, quibus impensæ faciendæ sunt à beneficiato, taxetur summa impensæ cum præfinitione termini, vt puta centum singulis annis vsque ad perfectionem operis impositi, vel emptio pixidis intrâ tres menses, vel etiam taxatio pretij, scilicet pixidis trium, sex, decem aureorum, vel plurium, pro ratione ecclesiæ eiusq. reddituum.  
In huiusmodi etiam, cum faciendæ sunt à Populo, præfinitur tempus quantum potest, sicutis vel consulibus prius auditis.  
Vbi non constat, an ad Rectorem, vel ad Populum pertineat impensæ; dicatur absolute, *fiat Pixis, &c.* non assignando onus impensæ magis ad populum, quam ad Rectorem.  
Vbi etiam constat ad Rectorem pertinere, speratur tamen adiumentum à Populo, caueatur verba in ordinatione, quibus populus videns obligationem sacerdotis, retrahatur ab ornatu & subuentione ecclesiæ; sed vel de consensu statuatur, quid Populus, quidue Rector præstet; vel dicatur absolute, *fiat Pixis, &c.* non assignando cuiquam illud onus; monendo tamen sacerdotem, vt (quidquid à Populo habere potuerit adiumenti, vel non) ipse omnino spatio constituto præstet: de qua monitione constat in actis vel taxetur sacerdos: verbis, quibus præsupponitur adiumentum dandum à populo illi operi, vel taxæ sacerdotis esse in adiumentum populi ad illud opus exequendum.  
Regula sit, vt cum ecclesiæ redditus suppetunt commodè ad omnes impensas, nõ compellatur populus nisi ad Cæmiterij impensam, præter qu-

vbi consuetudo esset populo etiam alia præstandi, quæ communiter est in territorio Bergomeni, in ditione Heluetiorum, in locis etiã alijs, præsertim montanis; & remotioribus ab vrbe.

Si verò non suppetunt fructus Ecclesiæ præter victum sacerdotis, totum quod deest Parochiali ecclesiæ, ac ædibus Parochialibus, in fabrica, supellectili sacra, vel Clerici sustentatione, curandum est impensa Populi.

In alijs verò Altaribus quàm maiori, seruetur decretum dioc. 4. decr. de eo genere.

Si pro ratione reddituum partien. est onus impensæ inter Parochum & Populum, semper assignentur potiùs sacerdoti, quæ pertinent ad paramenta, tobaleas, corporalia, & huiusmodi, & reparatio Altaris maioris.

Populo verò potiùs quæ pertinent ad Baptisterium, campanas, campanile, muros, tectum, & pauimentum, ianuas ecclesiæ: quoniam ad hæc populi propensiores sunt, ac existimant se magis teneri.

Quæ ad sacram Eucharistiam, communiter assignentur præstanda sumptu scholæ Corporis Christi; nisi illius magna inopia aliquãdo cogeret adiumentum illi dari à Parocho, vel vniuerso populo, præter frequentes oblationes & eleemosinas, quæ cura est Parochi quærerunt à Populo eius scholæ, & harum impensarum nomine, vt opus fuerit.

In taxandis cappellani fructibus pro reparatione & ornatu, habeat ratio, ne grauetur redditus pro rata, quæ assignaretur mercenario implenti onera & munera illius cappellæ ad rationem præscriptam, decr. dioc. 2.

Si verò titularis valde inops esset, aliquid amplius poterit relinquere ipsi arbitrio Visitatoris, reliquum applicari impensæ faciendæ.

De fructibus etiam beneficiorum vacantium, vel debitis Altaribus ob Missas nõ celebratas, attribuantur fabricæ, ornamentis, & supellectili sacra, & alijs necessitatibus eorundem ecclesiæ, & Altarium; vbi alij non sint, qui de iure teneantur, vel sponte præstent.

Vltimum remedium pro hac impensæ sit, quando alia vice omnes defunt, supercedere à toto seruitio vel parte eius cappellæ per aliquod tempus, & quod in hoc impenderetur si à mercenario præstan. esset, assignare eidem impensæ; facultatemq. dare titulari qui inops sit, suscipiendi in alio Altari vel ecclesia eleemosinam cū onere Missarũ, loco illorũ fructuũ qui subtrahuntur pro impensæ Altaris: hæc q. ratio seruetur etiam in cappellis & Altaribus mercenarijs, quæ non habent vnde reparentur & ornentur alia ratione, vt in decr. dioc. 4.

In his quæ minutiora sunt, vt clauis rerum sacrarum & ecclesiarum, corporalia, purificatoria, vasa pro sacris oleis, cutula hostiarum, & corporalium, Vas pro illis lauan. mantilia pro ablutione manuum, & huiusmodi, nõ excusetur Rector vilo quouis inopiæ prætextu, quominus

Pag. 367. decr. 35.

minus etiam negligente populo ab ipso præstentur ordinationis tempore constituto.

*Quæ nobiscum, vel cum præfecto nostro fabricarũ ecclesiasticarum consultare debent.*

**S**itus Altaris maioris cum sua clathra in collegiatis ecclesijs, & Parochialibus.  
Collocatio Baptisterij.  
Item Sacristiæ nouæ.  
Item Campanilis noui.  
Item Cæmiterij noui.  
Item domus Parochialis nouæ.  
Deliberatio de facultate clathrorum ligneorũ.

*De Reliquijs sacris.*

**R**ecognoscant sacras reliquias ex monumentis antiquis, aut schedulis affixis, aut testibus; & inspiciant item si commodè possunt. Indicem summarium illarum conficiat ad formam præscriptam in decretis Cancellariæ.

*De Indulgentijs.*

**R**ecognoscant eas ex monumentis antiquis, aut testibus. Indicem item vsupra conficiant.

*De bonis Ecclesiasticis.*

**I**nuentarium bonorum ecclesiasticorum, & piorum locorum sitorũ in singulis parochijs, etiam per publicationem monitoriarum, & compulsuarum.

Coactio ad soluendas decimas, his qui præterdunt exèptiones; nisi eas ostenderit ex Concil. Prou. 3. Dioc. 4.

Item ad soluen. in agro, & ex omnibus fructibus, ex Conc. Prou. 3. §. 4.

Recognitio decimarum ecclesiarũ à laicis possessarum ex p. 3.

Recognitio vnionum p. 1.

Item locationum ad longum tempus, p. 1. p. 2.

Recusio alienationum illegitimarum, etiam cū pacto confirmationis, non tamen secutæ p. 2.

Recognitio Inuentarij bonorum, & iuriũ p. 1.

Inuentarium authenticum bonorum ecclesiasticorum, vel piorum locorum existentium in territorio cuiusq. parochialis, facta publicatione monitoriæ.

*De Archiujs constituendis.*

**C**vet Visitator omnino in primis institui vnũ vel plura Archiua in singulis Plebibus in sacristia ecclesiæ pleb. vel alijs, & ecclesijs præsertim insignioribus illius Plebis, in quibus possint tuto custodiri, in quibus Archiujs redigant omnes scripturas ecclesiarum inferiorum ad formam decreti Prouincialis. Idemq. fiat in ecclesijs Ciuitatis.

In singularum ecclesiarum visitatione conficiatur inuentarium scripturarum; cuius copia altera sit penes Rectorem ecclesiæ illius de cuius interesse agitur, altera penes Archiuistam, tertia penes acta Visitatoris in Cancellariam recondenda: tum iubeat scripturas illas omnes authenticas, & alias quæ momenti alicuius sint, afferri ad Archiuium constitutum pro illa ecclesia, retenta copia, vel transumpto authentico deferenti, si ipse voluerit. Constituatur Archiuista in Archiujs Diocesis literis patentibus Archiepiscopi; qui sit Notarius, cum auctoritate transumptan. authenticas scripturas, vt possint Rectores ecclesiarũ illis vti, cum opus erit.

Constituatur taxa modica ipsi Archiuiste, quæ do edet instrumenta.

Quæ instrumenta opus erit transferre Mediolanum, vt transumptetur in Archiuio Archiepiscopali, deferantur per Archiuistam, vel Notarium substitutum Cancellariæ, eumue qui conscribit acta Visitatorum, neque exeant de eorum manibus.

Si quando tamen necesse fuerit iussu Vicarij Generalis, seu Visitatorum generalium, liceat ab illo Archiuio plebano seu particulari dari Rectori vel titulari originale ad certum breue tempus, ex causa exhiben. coram Iudice, ac deinde restituèn. retenta in actis copia collationata citata parte.

Si quando ex aliqua causa non posset haberi instrumentum foundationis, vel Dotatoris cappellarum, & Altarium, vel eiusmodi; procuraret saltem Visitator scire, quis sit Notarius, de eoq. fiat mentio, & de eo qui tunc habet illud instrumentum, & reponatur tunc in Archiuio illo, tum in Cancellaria nota illa.

*De beneficijs vacantibus.*

**D**escribatur titulus beneficij, & modus vacationis ad præscriptum decretorum de Cancellaria.

An Parochialis ipsa commendata sit Parocho vicino, alijsue indigentijs spiritualibus, an verò regatur à sacerdote approbato, & cum debita facultate nostra, etiam pro confessionibus audiendis, & eiusmodi approbatio sit & facultas ea, & an ea adhuc vigeat, quæ & exhibeatur.

Si tempore vacationis satisfactũ sit oneribus in toto vel in parte, & exprimatur pro qua parte, & per quos sacerdotes, quo ad munus Missarum.

Quis tempore vacationis fructus percepit, administrationem habuit, & qua facultate.

Quantitas & qualitas fructuum & reddituum exactorum toto tempore vacationis.

Quantitas expensarum factarum, singula singulis congruè referendo.

Calcula cum exactoribus, siue depositarijs fructuum, ideoq. & noscatur quidnã exactũ

K k k 3 sit,

fit, agatur con. fictabiles & alios pro toto debito, donec ostendant cui soluerint.

Provideatur debito seruitio & satisfactioni durante vacatione.

De fructibus, attribuatur fabricæ, ornamentis, & suppellectili sacre quidquid opus erit, vbi alij non sunt, qui de iure teneantur, vel sponte præsent.

Deputentur depositarij idonei, & Curatores eorundem fructuum & beneficiorum vacantium.

In cappellis titularibus vel mercenarijs assumant diligenter informationes de Missis non celebratis à pluribus annis, & compellant cappellanos, aut hæredes, aliosuè ad quos spectat, ad proban. satisfactionem, dato congruo termino; alioquin ad satisfaciend. condemnent etiam pro præterita omissione, factis præterea sequestris, & relaxis exinde concessis, prout iuris fuerit.

#### De fructibus ecclesiasticis.

**V**ideant rationes fructuum beneficiorum vacantium ad præscriptum instructionum de eo olim factarum.

Deputent depositarium idoneum, & curatores eorundem fructuum.

Videant rationes multarum, & aliarum quarum cunque eiusmodi applicationum.

Rationes mediorum fructuum, ac aliorum reddituum sacristiæ.

Rationes tertiorum præbendalium applicationum residentiarum, scilicet an dati sint deseruentibus in ecclesia, vel usurpati forsitan à solis præpositis.

Rationes tertiorum præbendalium fabricæ ecclesiæ applic. scilicet an consumpti in his fabricis quæ ad solum præpositum spectant, vt puta ædibus ipsius, vel in suppellectili, quæ ad curam sibi incumbentem solum spectet.

Faciant sequestra fructuum beneficiorum, quæ retinentur cum alijs incompatilibus.

Beneficiorum absentium, qui debet residere.

Cappellaniarum titularium vel mercenariarum, pro satisfactione Missarum, & aliorum onerum, etiam de præterito, quorum non constet satisfactio, donec constare faciant.

Portionis fructuum, vt ædes beneficij reparentur quantum potest à Titularibus.

Pro reparatione fabricæ, & suppellectilis sacre, quæ providenda sit à beneficiato, pro ea portione quam sustinere potest, vel ratione beneficij, vel alia de causa.

#### De diuinis officijs, & distributionibus.

**D**isciplinam chori, & diuinorum officiorum ac Processionum, & funeralium restituant, & instituant omnino executionem decretorum prouincialium &c. ac instructionum de funeralibus: multatando etiam de culpis præteritis; in-

crepando præfectos, ac punctatores, & alios deputando vt opus fuerit, præstito illis iuramento, & dando formam supputationum, & solutionum, ad præscriptum instructionum de hoc. Plenam abolitionem exequantur officiorum B. M. prohibitorum, ex Bulla Pii Quinti, & pr. 3.

Prohibeant libros apochryphos in omnibus ecclesijs ex pr. 1.

Deligant Magistrum Cæremoniarum in singulis plebibus ex pr. 2.

Abusum hebdomadæ, & sex mensium, si alicubi sublatus non est, seuerè plectant. Diœc. 4.

Veram præxim multarum distributionum pro et ratis in diuinis officijs, etiam extraordinarijs. Faciant applicationem tertiorum fructuum præbendalium residentiarum, & dentur seruientibus in ecclesia ex pr. 1. & 4.

Fraudem in præbendarum illarum locationibus tollant ex Diœc. 4.

Præxim introducant supputando distributionum solutiones, ex forma collegiatis vrbis ecclesijs per nos tradita.

Abrogent statuta, & consuetudines symoniacarum pr. 2.

Deligant, vbi dubium est, diem consecrationis Ecclesiæ pro celebritate anniuersaria, ex pr. 3.

#### De moribus, & studijs cleri generatim.

**C**oactio ad residentiam veram, cibum & fornum capiend. in ædibus ecclesiæ, & canonicis, vbi potest, & multa de præterita contumacia, culpauè alia.

Conficiant indices cleri plures, præsertim eorum qui apti sint ad seminaria, ad præscriptam rationem in decretis de cancellaria.

Index omnium obtinentium beneficia incompatibilia, scilicet duo, vel plura in eadem ecclesia, vel etiã in diuersis ecclesijs, si vtraque personalem requirant residentiam.

Index omnium beneficiorum non curatorum, qui non resident, ac sequestrum cum denunciatione Vicario criminali.

Deputent confessores cleri in diœcesi. Item sigillatim cleri inferioris, ex pr. 2.

Adscribant clericos ecclesijs vt inseruiant: ite scholis christianis adiuuandis: ite scholis Græmaticæ, cantus, scribendi, & cæremoniarum, ex pr. 3. & certo sacerdoti, qui eos bonis moribus indutos & ornatos reddat ex pr. 2. & sapè nos admoneant de eorum profectu, vel defectu. Honestis occupationibus clerum exercent ex tra diœc. 4.

Cura studiorum cleri episcopo ex pr. 3.

Prouisio, vt Theologi collegiarum munus suum obeant, & fructuose.

Obseruatio clericorum, vel pensionariorum non recitantium officium, ex pr. 1. & pr. 3.

Cura sacerdotum mendicorum, ex pr. 3.

Exhibitio facultatum & licentiarum omnium clericalium, etiam respectu mulierum.

Si

**S**i quos viderint abuti licentijs à nobis impetratis, aut alias non expediri eas facultates; illas reuocent, vel suspendant, ad nosque de eo rescribant.

De ædibus canonicalibus, & alijs ecclesiasticis. Reuocent omnium licentias habitationis mulierum in ædibus canonicalibus.

Laicos expellant ab ædibus ecclesiasticis.

Prohibitio habitationum suspectarum & indecentium, vt opus censuerint.

Coactio ad habitationem, & reparationem ædiu ecclesiasticarum quantum potest, ad effectum residendi ex pr. 1. & diœc. 3. etiam per sequestrum portionis fructuum.

Vt circa fabricam ædiu canonicatum expendantur tertij fructuum præbendalium applicati.

Vt canonicæ, & earum portæ claudantur.

Designatio ædiu canonicalium comparandarum vel fabricandarum, etiam per alienationem bonorum stabiliu residentiarum per nos faciendam, vel assignationem partis residentiarum vel præbendarum quotannis; id referendo prius ad nos.

Causæ circa mores & disciplinam cleri, præsertim pro executione decretorum, omni breuitate expediantur, etiam extraiudicialiter & summarie in loco visitationis, & vbique.

In omni correctione, præter pœnas & multas irrogandas, fiant prohibitiones & præcepta sub pœna alicuius contrarij actus illi delicto ad cautionem in posterum, vt puta.

Ne colloquantur cum certa muliere.

Ne recedant à finibus suæ Parochiæ.

Ne celebrent extra eam.

Ne comedant in domo aliena.

Ne conuersentur cum villo nobili.

Vt adeant quotidie sacerdotem pro discendo aliquid.

Restitutio congregationum mensualium, & hebdomadariarum, & capitulorum spiritualium.

#### De Parochiis.

**E**xecutio pœnæ contra parochos in omissione (sui officij), & rigorosa contra non denunciantes, &c.

Executio reliquorum in instructionibus iussu nostro impressis de sacr. Euch. de sacr. pœnit. de statu animarum, de statu cleri.

Declaratio de domo pluribus parochialibus subiecta exequenda ex diœc. 3.

De auaritia multorum generum in funeralibus seuerè puniend. iuxta concilium pr. 1. & 4. & instructiones impressas.

Idem in Baptismis, & Matrimonijs.

#### De Vicarijs Foraneis.

**A**n applicationes multarum, ad suum, vel ecclesiæ suæ commodum directè vel indirectè conuerterint.

An liber de multis impositis, attributis, & exactis.

An negligentia, aliaue culpa in exactione multarum, & in executione conciliorum, & iussionum nostrarum etiam in alijs procuranda.

An receperint pecunias, vel munuscula, etiam esculenta, in absolutionibus casuum referuatarum, vel interdictorum, vel pro procuracione dispensationum matrimonialium, & eiusmodi: aut in visitationibus, aut in processibus cõficiendis, vel ipsi, vel eorum notarius, familiaris.

An aliàs occasione sui officij Vicariatus soleant accipere, præsertim à sacerdotibus.

An grauis impenfa data prætextu nomineuè Notarij.

An comeestatio, vel frequens refectio sine necessitate apud sacerdotes in Vicariatibus, etiã prætextu visitationis.

De tyrannide etiam in clerum populumue, clypeo eius officij.

An iniustitia facta, vel iustitia negata aut dilata, amore, odio, gratia, aliaue causa.

An imperitia perniciofa & intolerabilis, vnde amouendi sint officio.

De priuatis etiam illorum culpis in moribus, vel cultu, & regimine suarum ecclesiarum, occasione præsertim non habendi in iis partibus superiorem, qui scruteretur eorum vitam & facta.

An absint sine causa à choro, ecclesiæ: aut ne negligent officium concionandi, & sacramenta ministrandi suo populo, prætextu Vicariatus, aut visitationum.

#### Quæ ad laicos spectant.

**R**eceptio fidei professionis à publicis professoribus qui adhuc non præstiterunt, & ludi magistris, & alijs docentibus, etiam Musicam, & artes liberales, ex Bulla Pij IIII. & Prouincialibus Concil. 1. & 3.

Inquisitio, & probatio morum ludimagistrorum.

Obseruatio eorum perpetua ex Concil. pr. 3.

Visitatio eorundem ex pr. 3.

Distributio concionatorum extraordinariorum per Diœcesim, ex conc. pr. 1.

Conquisitio dierum festorum veterum, & piarum consuetudinum, ex pr. 3.

Persuasio populis conueniendi ad missam, & audiendi verbi Dei festis diebus in Parochia, ex prou. 1.

Institutio orationis matutinæ & serotinæ, vbi non sit; & restitutio, vbi intermissa est.

Iuramentum Medicis, & inhibitiõ eis qui adhuc non præstiterunt, ad præscriptum Bullæ Pij IIII. die 6. Martij 1556. & reliqua executio illius constitutionis, ex pr. 1. 2. & 3.

Delectus secretus in singulis Parochijs duorum vel plurium proborum virorum, qui denuncient malos mores sacerdotum & clericorum, ac etiam abusus populi & laicorum.

De



De Scholis, &amp; confratris, &amp; pijs locis.

**N**E erigantur sine facultate.  
Neue habitum sumant.

Institutio fodalitatum doctrinæ christianæ, ex prou. 2. & 3. & diœc. 4.  
Visitatio, & alia adiumenta spiritualia confessorum, & concionatorum scholaribus ex pr. 3.  
Coactio Clericorum ad adiuuandum eas.  
Institutio societatis corporis Domini, ex pr. 2.  
Confratriæ fraternæ correctionis erigendæ, ex prou. 3.  
Erectio societatis S. Vrsulæ in oppidis insignibus. Item Sanctæ Annæ.  
Item charitatis.  
Institutio societatis nominis Iesu, ex pr. 2.  
De societatibus sacerdotalibus seruetur Decretum Diœc. 3.  
Incumbant executioni eorum omnium, quæ generatim ac sigillatim præscripta sunt Concilijs Prouincialibus, & præsertim primo, & quarto, tum maximè visitat. Apostolica, siue de qualitatibus administrationū, siue de modo administrationis, siue de rationum redditione, siue de cura omni cognitionis, & executionis piarum voluntati integrè, siue de cura, & vita spirituali eorum, qui in locis pijs recipiuntur, tum etiam eorum qui administrant.

De Regularibus.

Capita, in quibus si opus erit, cogendi.

**F**Idei professio professoribus, ex Bulla Pij IIII. Emendatio errorum in sacris imaginibus, atque earum ornatu, & cautio in posterum ex Conc. Trid. pr. 1. tit. *Quæ seruanda sunt in sacris imaginibus effingendis.*  
Ne prædicent sine facultatis benedictionis uel testimonio, pr. 3. tit. *De his, quæ pertinent ad concionatores.*  
Regulæ de exorcismis energumenorum seruandæ, diœc. 4. decr. 18.  
Ne sine facultate scripta audiant confessiones, pr. 1. tit. de sacr. pœnit. §. *Qui. Paroch.*  
Confessores ne se ingerant in casibus referuatis sine episcopi facultate, pr. 3. de pœn. sacr. ex constit. Pij V. die 10. Aprilis 1572.  
Ne relaxent publicam pœnitentiam sine episcopi conf. pr. 1. tit. de sacr. pœnit. §. *Iidem quem admodum.*  
Testimonia confessoris promptè danda pœnitentibus, uel infirmis, uel in Paschate. A. V.  
Exhibitio intrâ mensem Episcopo Indulgentiarum quarumcunq. suæ ecclesiæ; & unde de illis constet.  
Ne indulgentias publicent populo absq. episcopi facultate, pr. 1. de prædicat. uerbi Dei.  
Ut qui sunt in diœc. conueniant ad processionem generales in parochia, uel plebe, ubi habetur Monasterium, ex declaratione apostolica.

Capita, in quibus si opus sit, comminandum de referendo sanctissimo, uel agendo cum eorum superioribus.

**C**oncordia cum parochis in oppidis, & vicis, ubi pauci religiosi, ne impediunt missam, & sermones parochiales.  
Auaritia cauenda in confessionibus audiend. prou. 1. tit. de ijs, quæ ad sacr. admin. pert. §. *cum sacramenta.*  
Nota confessoriorum episcopis in initio aduentus, & Quadragesimæ, pr. 1. de sacr. pœnit. instruct. de sacr. pœnit.  
Lectio singulis Mensibus, uel alio certo tempore frequenter inter illos ad præscriptum instructionum nostrarum de confessoribus.  
Observatio vera earundem instructionum.  
Liber de nominibus pœnitentium conficiendus in Paschate, & exhibendus promptè episcopo, ex Vis. Apostolica.  
Exclusio mendicantium, & malè conuersantiū in ecclesia, ex Bulla Pij V. etiam interdicens ex facultate à nobis data superiori cuiusq. Monasterij, & substituto.  
Requisitio executionis totius ordinationum visitationis Apostolicæ illis factarum sigillatim uel generatim.  
Demolitio Altarium iussu eisdem ordinationibus fiat sine mora.  
Prorogatio bimestris data quoad demolitionem Altarium, quæ facien. esset, solum quia nō sint redacta ad formam, licet loco decenti sint; modò tamē in eis non celebretur interim iux. ordinationes prædictas.

Capita, quibus hortandi, &amp; persuadendi.

**I**nuentarium, & recognitio, ac repositio in ecclesia sacrarum reliquiarum, & reliqua executio in earum cultu, ex instr. Pullatio campanarum pro institutione orationis uespertinæ & matutinæ.  
Item *Aue Mariæ* ter in die.  
Copia optimorum Concionatorum in Ciuitatis & Diœcesis Monasteriis semper, pr. 1. tit. de Prædic. V. D.  
Deputatio concionatorum certis locis Diœcesis per annum, ibidem.  
Regulæ concionatorum seruandæ, prou. 1. de prædic. V. D.  
Informatio singulis concionatoribus de loci indigentijs danda à Vicarijs Foraneis, & Parochis.  
Concio inter Missam fiat.  
Ne commendent pauperes sine licentia, pr. 1. de prædic. V. D.  
Distinctio mariū à feminis in ecclesia semper.  
Observatio Decreti de benedictione, & processione candelarum, & palmarum, prou. 3. de sac. §. *Quod pietatis.*  
Consecratio ecclesiarum & Altarium maiorum, si non sit facta, fiat.

Su-

Superpelliceum & stola in Sacramento pœnitentiæ administrant. omnino, saltem in ecclesia; nisi qui cappam adhibere solent in choro loco superpellicei; quo casu stola tum omnino adhibeatur.

Observatio Regulæ seu tabellæ editæ de oratione quadraginta horarum, etiam extraordinaria.  
Persuasio populis frequentis cōmunionis, non è contra, pr. 3. de ijs, quæ ad sacr. Euch. pert. §. 1. d. 4. dec. 10.  
Praxis instructionis primò communicantium, ex instructionibus impressis de Euch. Item pr. 1. tit. quæ pert. ad sacr. Euch. §. *Adolescentibus.*  
Tabella confessoriorum in foribus sacristiæ, pr. 1. de sacr. pœnit.  
De accedente ad confessorios in aliena Diœcesi, pr. 3. de ijs, quæ pertinent ad pœnit. sac. §. 1. Regulæ, quo loco & tempore confessiones audiendæ, ac ne in priuatis domibus, pr. 1. tit. de sacr. pœnit.  
De confessionalibus habent. quotq., & qua forma, & quo loco, ex instruct.  
Tabellæ, & alia affigenda confessionali, instruct. Item capsulæ remouendæ, instruct.  
Confessores habeant casus referuatos, pr. 1. tit. de sacr. pœnit.  
Ne se ingerant in dispensationibus occasione Iubileorum, nisi facultas expressè data sit, pr. 3. de ijs, quæ pertinent ad sacr. pœnit. §. *Ne Confessary.*

Conformitas in cultu materiali ecclesiarum.

**V**asis aquæ benedictæ, & asperforij affixi locus, & forma, ex instruct.  
Sacrarium ad formam omnino instruct.  
Pixis pro Eucharistia ad formam instruct.  
Tabernaculum cum lunula ad formam instruct.  
Vestitus Tabernaculi maioris intus asseribus, & serico foris conopœo, ex instruct. V. Ap.  
Ne in tabernaculo illo alia, V. Ap.  
Ut in altari maiori ubiq. pr. 1. de sacr. Euch. §. *Episcopus.*  
Aptatio Tabernaculi in Altari commoda, V. A. instruct.  
Renouatio sacræ hostiæ singulis hebdomadis. Vis. Apost.  
Lampas antè perpetuè, pr. 1. de sacr. Euch. §. *Episcopus.*  
Vasa purificationum ad formam, pr. 3. de sacr. Euch. V. Ap.  
Locus sacri olei infirmorum, & forma vasis, ex instruct. pr. 3. de sacr. extr. unct. §. *ad Sac.*  
Observatio decreti de sepulturis, etiam iam factis, Vis. Apost.  
Mundities Altarium, ecclesiarum, sacristiæ, sacræ supellectilis, & rerum omnium sacrarum.  
Fabrica Altarium, & cappellarum, & supellex sacra omnis ad formam instructionum nuper impressarum; & ecclesiarum.  
Benedictio paramentorū antequàm adhibean-

tur in usum, ab ijs qui facultatem habent à se de Apostolica, uel à nobis habebunt.

De moribus eorum.

**V**ideant omnes ecclesias Regularium Virorum, non tamen per modum Visitations, ne que ibi scribatur à Notario, unde ipsi violari putent eorum immunitatem: diligenter speculando, si quid sit, quod ad ordines Visitations apostolicæ exequendos, uel aliàs ad decenciam earum ecclesiarum pertinens, de quo admonendi sunt, uel nobis significari. noteturque domi quidquid animaduersum fuerit non executum, aut aliàs prouidèdū: ea item de quibus illi admoniti fuerint; non tamen illud cū aliis in actis ponatur, sed ad partem, nisi aliquid esset ex his capitibus, de quibus regulares ab ordinario compelli possunt.  
Si qua deformatio sit, aut querela denunciatio fiat de moribus virorum Regularium qui in Monasterijs degunt, assumantur informationes secretæ, vigore etiam literarum Apostolicarum nobis concessarū, processum informatiuum ad nos quam primum transmittèdo.

De Monialibus.

**V**isitent Visitatores ecclesias exteriores Monialium ordinario subiectarum; sed ordinationes conferant cum Vicario Monialium antè publicationem.  
Si quid ad aures deueniat de vitæ honestate, aut violatæ clausuræ, uel familiaritate, aut frequentia Virorum ad parlatoria, aut alijs abusus Monialium, tam ordinario quàm Regularibus subiectarum, conficiant secretò processū informatiuū separatim, & trās mittant ad nos.

Aliqua curanda in monialibus exemptis.

**O**bservatio decretorum de Monialibus primi Concilij prouinc. extensorū ad Moniales exemptas, etiam subiectas Regularibus, auctoritate Pij V. & declaratione etiam Gregorij XIII.  
Plena observatio decretorum Visitatoris Apostolici circa Moniales.  
De sanct. Euch. in Altari maiori collocanda.  
De fenestra inter ecclesiam interiorem & exteriorem.  
De musica non adhiben. in ecclesijs exterioribus.  
De fenestris, rotis, locis colloctionum, prospectibus, & alijs deniq., præsertim ad clausuræ custodiam, uel securitatē, uel honestatem quouis modo pertinentibus, ingressu Monasteriorum, uel accessu, sine licentijs Registratis in Archiepiscopali Curia; & domibus hospitiorū, & confessoriorum.  
Ut caueatur maxima frequentia, accessus uel Regularium ad Monasteria Monialium, sibi, uel alijs subiecta.

Ne

Nelatici in eorum ecclesijs exercent functiones ecclesiasticas contra decretum Cōcilij Tridentini; sed conducant, habeantque clericos, & in minoribus ordinibus cōstitutos, qui in Missa facerdoti celebranti ministrent, & alias ecclesiasticas functiones obeant, inhibēdo etiam ipsi laicis, si opus aliquando fuerit.  
Ut caueantur superflua impensae Monialium.

*De Processibus in Visitatione perficiendis vel remittendis ad Iudices Ordinarios.*

**Q**uacunque expediri possunt in actis Visitationis, non differant.

Quaecunque verò vel ob grauitatem, vel ob difficultatem personae negantis delictum, maturius iudicij requirent, & longiorem deliberationem, processum informatiuum diligentissime conficiat; cuius copia authenticā deinde statim remittant ad Vicarium Criminalem, retento originali in actis, facto praecepto de eo, ut certo termino se praesentet coram ipso Criminali Vicario, vel eo etiam carcerato, aut habita fideiussione, prout causae, vel delicti commissi ratio postulat.

Reliquas causas ad mores & disciplinam cleri pertinentes, praesertim pro executione decretorum, omni breuitate expediant, etiam extrajudicialiter & summarie in loco Visitationis, & vbique.

Poenas, multas, poenitentias priuatas & publicas arbitrio suo irrogent, & exequantur.

Negotia quoque ciuilia, quae post sumptas informationes terminari non possunt, ex quo egeant ulteriori processu, remittant Vicario Ciuili Curiae Archiepiscopalis, vel generali, ut rei qualitas postulat.

In dubiis merè legalibus consulat Vicarium Criminalem, vel ciuilem, vel Generalem, pro ratione materiae.

In reliquis ad nos scribant, vel ad Vicarium generalem.

Si autem aliquid reperiri, vel deferri cōtingat contra Clericum de regione alij Visitatori assignatā, habita authentica copia talis delationis, cum informationibus scriptis dirigatur quamprimum ad manus Visitatoris illius regionis, retento originali.

Memorialia secreta cōtinentia criminalitatem absque inditiis, seruentur extra acta Visitationis penes Visitatores cum indice, tradanturque Archiepiscopo.

*Preparatio pro Visitatione.*

**V**isitator colligat libros in Visitatione deferen. ad usum visitationis.

Decreta Visitationis apostolicæ generalia.

Concilium Tridentinum.

Prouincialia.

Dioecelana.

Institutiones concionatorum.

Instructiones alias infra scriptas.  
De ritibus, & caeremoniis Missae Ambrosianae.  
De Euch. administratione.  
De Sacramento Pœnitentiæ.  
De funeribus.  
De fabrica & supellectili ecclesiastica.  
De statu cleri perpetuo habendo.  
De animarum statu conficiendo.  
Regulas expositionis orationis 40. Horarum.  
Edictum de cultu dierum festorum.  
Edictum de cultu ecclesiarum.  
Indicem librorum prohibitorum.  
Constitutionem San. in cœna Domini.  
Casus referuatos Summo Pontifici, vel Archiepiscopo.  
Regulas scholæ doctrinæ christianæ.  
Regulas scholæ Corporis Christi.  
Regulas scholæ Charitatis.  
Regulas Disciplinorum.  
Decreta reformationum, & taxarum Tribunalis, & Cancellariæ.  
Tabellam tertiam errorum cleri 1577.  
Libellum selectorum aliquot capitum executorum præcipue.  
Tabellam capitum aliquot cum regularibus tractatorum, 1577. mense Augusti.

*Libellos item distribuendos.*

**R**egularum supradictarum aliquot exemplaria.

Libellum litaniarum & psalmorum pro oratione à summo Pontifice Gregorio indicta.

Libellos doctrinæ christianæ.

Exercitorum tabellas varias, & examinis, &c. à Iesuitis confectas.

Libellorum à præposito S. Fidelis confect. aliquot exemplaria.

Calculos Aue Mariæ distribuendos cum Indulgentiarum sibi concessarum tabella.

Libellorum de moribus Christianis ad patrefamilias, & dominos Apothecarum, & reliquos fideles, aliquot exemplaria.

Practicam orationis P. Mathiæ Capucini.

Alios libros populares, qui in dies imprimuntur.

Visitator habeat literas patentes sui officii.

Alias literas facultatum aliquarum nominatim sibi datarum.

Habeat notarium ex substitutis Cancellariæ ab Archiepiscopo delectum.

Instructionem visitatorum hanc.

Instructionem de modo procedendi in delictis, & multis, & poenis, ac poenitentis iniungendis clericis vel laicis, in causis quæ expediri possunt in visitatione.

Indicem plebium regionum, & Parochiarum assignatarum nominatim suæ visitationi.

Designationes item, & delineationes singularum regionum visitandarum distinctas.

Indicem, & facultates vicariorum foraneorum illius Regionis quam visitaturus est.

Vi-

Visitationes quoque ultimo tempore plenè factas earundem regionum.

Recognitis scriptis Archiuij ad singulas Regiones tunc visitandas pertinentibus, colligat memorialia opportuna à Cancellario, vel ex ipsis scriptis, & libris cancellariæ, & aliunde.

Indicem habeat foundationum regularium statutorum, & eiusmodi in Archiuiis existentium ex illis locis; tum ut vsui sint, si quādo illi opus essent; tum ne duplicato labore describantur iterum in Visitatione noua.

Transmittat autem in tempore literas, & instructiones ad singulos Vicarios foraneos, monendo illos ad rescribendum de receptione: & fiet mentio in actis de receptione.

Habeat secum literas pastorales pro visitatione ab Archiep. ad singulos populos visitan.

Habeat varias formulas, ut infra.

Reconciliationis ecclesiæ, & cœmiterij, etiam separati, si Visitator sacerdos sit.

Denunciationis excommunicati, & interdicti. Absolutionis ab excommunicatione solemni.

Relaxationis interdicti.

Præceptorum, seu ordinationum contra concubinos, inconfessos, & alios delinquentes.

Sequestrorum impressorum variis formis.

Cautio num præstandarum iuxta qualitatem casuum.

Instructionum Parochis & Rectoribus ecclesiarum pro præparatione Visitationi præmittendam; hanc scilicet, quæ sequitur.

*Instructio pro Rectore ecclesie Visitandæ.*

**T**riduo proximo antequam Visitationis initium fiat cuiusque vel ecclesiæ curatæ, vel oppidi, praesertim insignioris, celebretur in eadē ecclesiā oratio 40. Horarum à clero populoque illius Parochiæ oppidiq. continenter pro salutari Visitationis euentu.

Parochus verò, aliusue ecclesiæ Rector, vel Praefectus, in qua animarum cura geritur, cum visitandus erit, Pastorales Archiepiscopi literas visitationis nomine editas duobus ante illius aduentum proximis festis diebus intrā Missarum solemniam, cum populi frequentia adest, de scripto recitet.

Itidem praestet de literis, quas de confirmationis sacramento ritè religiose suscipiendō Archiepiscopus instructionum monitionumque nomine ediderit.

Hoc ipsum præterea exequatur de alijs item literis, edictis, instructionibusque, quas ob visitationem euulgari ille iusserit.

Sacerdotibus quoque, & alijs quorum interest, Archiepiscopales instructionum literas de scriptis, tabulis, libris, aliisque rei ecclesiasticæ monumentis, instrumentis, ceterisque, id generis matre præparandis, quò Visitandi ratio breuior explicatorque sit, significet, & recitet: ac si opus esset, earum exempli rescribendi copiam illis faciat.

Quarum literarum, edictorumque Archiepiscopali euulgationem recitationemque, & sermonem, & concionem, & monitionibus, & omni alio tum publico tum priuato cohortationum officio prosequatur, prout expedire animaduertent: quò fidelium animos diligentius præparet, atque excitet ad suscipiendum Archiepiscopalis visitationis officium, vberissimo ac salutari cum animarum fructu.

Illud verò curet, ut nemo qui intrā Parochiæ suæ fines habitat omnino sit, qui eo visitationis tempore confessus, sacram communionem non sumat; idque ab Archiepiscopo ipso, etiam si in alia parochiali ecclesiā sumere oporteret, scilicet eo loco, vbi ille manè visitans Missam sacram faciat.

Nemo item, qui Chrismate non antè confirmatus, modò ætate in confirmationis literis Archiepiscopalis præscripta sit, illud ab eodē tunc non accipiat.

Quamobrem tum pridie diei visitationis, tum maxime vbi Archiepiscopus visitationis causa iam aduentare cognouerit, certo aliquo solenniq. campanarum sono illius aduentum fidelibus significet; quò frequentius etiam ex agro euocati, omni alia prætermissa actione conueniant, ei que tale tamque necessarium munus obuenti diligentius præstent, quia debent obseruantia, ac ueneratione.

Studeat item confessorum sacerdotum qui ad id muneris probati sint (nisi Archiepiscopi cura præmittantur) copiam necessariam habere; qui biduo, triduoque Parochiæ suæ hominum confessiones audiant, aut confessos reconciliet: ut statuta Visitationis, aliaue die quam Archiepiscopus statuerit, præparati sint ad sacrā communionem, & ad confirmationem, qui nondum confirmati sunt, ab eo sanctè sumendam.

Ac propterea confessionum causa eo tempore confessionalia multa ad formulam demonstratæ præscriptam confecta, certisque locis in ecclesiā sua decenter collocata, si totidem non sunt quot necessaria viderit, aliunde habere curet.

Hostias, vinum, vasa, mappas, & alia ad sacræ communionis Populo administrandæ usum necessaria accuratè apparet.

Locum item in ecclesiā præparet atque ornet; vbi ab Archiepiscopo confirmationis Sacram. fideles religiose suscipiant.

Suggestum item decenti ornatu instruat, vnde tunc ille, aliusue Populo sermonem concionemque habere possit, tum Archiepiscopalia, monita de scripto pronunciar.

Pridie illius diei quo Archiepiscopus visitaturus est, chirographa schedularum in promptu esse curet, eorum qui confirmationis Sacram. suscipiunt, & compatrum, cōmatrumque, item, ex præscripto instructionis literarum de confirmationis sacramento promulgatarum.

Omnium, singularumque rerum, quæ vel consecrandæ, vel benedicendæ sunt, ut potè ecclesiæ, Cœmiterij, Altarium, campanarum, vestium, indu-

indumentorum, tabernaculi, calicum, corporali-um, crucum, imaginum significationem indi-cis ordine exaratam Archiepiscopo ante diem visitationis ita in tempore det, vt cum de appa-ratu, tum de certa hora vel die illas sacras actio-nes obeundi deliberare possit.

Sacristiam præterea adornet atque instruat, in qua ex armarijs exposita sint sacra indumen-ta, vestes, pallia, vasa, ac reliqua omnia eccle-siastica supellectilis instrumenta atque orna-menta; præter illa, quæ in ecclesiâ Altariumq. apparatu & vſu tunc erunt: eaq. ordine, ac pro colorum ratione distinctè collocata ita ap-pareant, vt eo & loco & tempore in visitando cognosci certè, facileq., ac breui possint.

Certo item, decentiq. sacristiæ loco libri ac vo-lumina ecclesiastica, vt Missalia, Breuiaria, le-gionaria, Antiphonaria, & alia id generis suis operimentis politè contecta, in oculis Archiepi-scopi appareant.

Tuto item eiusdem loco in promptu sint scri-pta, monita, codice vſe, quibus testificatio fiat sacrarum Reliquiarum in ea ecclesiâ seruata-rum.

Eodem loco tabulæ item scripta uè Indulgentia-rum eidem ecclesiâ concessarum.

Separatim alio sacristiæ loco, vel in Archiuio, si illud à sacristiâ distinctū sit, in promptu ha-beat tabulas, scripta uè, ac monumenta quæuis pro ratione annorum distinctè notata, quæ ad ecclesiâ, Altarium, cappellarum uè iura, priui-legia, bonaq. testificanda pertineant.

Librum item statutorum & constitutionū, & tabulâ rituū cōsuetudinū uè, si quas peculiare illa ecclesiâ, eius uè clericus habeat; præsertim in diuinis officiis, ecclesiasticisq. functionibus.

In promptu præterea ac parata inuentaria hæc infra ordine præscripta, rectèq. confecta ha-beat, quibus singulis manu sua subscriptum sit. Primo inuentarium sacrarum Reliquiarum in sua ecclesiâ reconditarum, ac simul monimen-torum, literarum uè illas verè testificantium. Alterum, in quo descriptæ sint Indulgentiæ om-nes illi Ecclesiæ, eius uè cappellis aut Altaribus perpetuò concessæ, aut ad tempus, quod adhuc peractum non sit.

Tertium, in quo sacræ vestes, pallia, indumen-ta, & ornamenta singula, omnia quæcunq. sup-ellectilis ecclesiæ sint, rectè, ac distinctè de-scripta notata uè appareant.

Quartum, in quo libri scripta literæ, ac instru-menta id generis, quibus bona, iura, priuilegia ecclesiæ, Altarium, cappellarum uè testificata apparent, notata sint.

Quæ inuentaria, quo tempore, & quibus præ-sentibus proximè facta sint, ex illius descriptione appareat; vt si ita opus aliquando erit, rectè conferri possint, eademq. exscripta in Visita-tionis acta referantur, prout Archiepiscopus censuerit.

Paratum habeat, ac exhibeat indicem dignita-tum, canonicatum, portionum, & aliorum id

generis titularum, Altarium, Cappellarum, & clericatum, quicunq. sint in illa ecclesiâ, cum explicatione eorum census, ac onerum vnici-que adiunctorum, tum etiam fundationum, in-stitutionum uè, & notariorum qui fundationū tabulas confecerint; tum singulorum præterea, qui ea altaria, cappellas, portiones, canonicatus, dignitates, aliud uè quouis etiam mercena-rio titulo obtinent.

Indicem etiam similem cum simili explicatio-ne titularum, & beneficiorum quorumcunq., tum ecclesiarum, & oratoriorum secularium, etiam campestrium, quæ sita sunt extra illam ecclesiâ, intra fines tamen eiusdem Parochiæ. Indicem item sodalitarum, confratriarum, lo-corum operum uè piorum quouis modo in ea ecclesiâ institutorum, quo exprimat, & insti-tutio, & institutionis tabulæ, à quo scilicet No-tario confecta.

Rursus indicem similem scholarum, cōfratria-rum, hospitalium, locorum & operum piorū quorumcunq., quæ extra illam ecclesiâ, intra fines tamen Parochiæ sita sunt.

Indicem quoq. Monasteriorum, Præpositura-rum, & huiusmodi domuum regularium, tam virorum, etiam si commendatæ sint, quàm fe-minarum, etiam quæ ab Episcopi Iurisdictione immunes sint, quæcunq. in illius Parochiæ finibus sita sunt.

Paratum item indicem habeat, ac exhibeat, in quo Clerici in suæ ecclesiæ finibus habitantes descripti sint, notatis eorum vniciuſq. tum nominibus, tum domicilijs habitationibus uè ecclesiasticis aut secularibus; hoc item adscri-pto, an soli, an vnâ cum alijs vel ecclesiasticis vel laicis habitent.

Indicem item puerorum adolescentum uè, vi-tæ ecclesiasticæ disciplinam ingredientium. Musicorum item, Cantorum, organoq. in qua-uis ecclesiâ sonantium.

Laicorum item hominum, si qui sunt sacerdo-ti in sacro Missæ, aut in diuinis officijs, funera-libus etiam, & in alijs ecclesiasticis muneribus operam aliquam præstantes.

Indicem etiam Prædiorum, bonorumq. eccle-siæ suæ, rursusq. fructuum & censuum quos inde percipit, & aliorum item reddituum, vt potè oblationum, elemosinarum, quæ statis quibusdam anni diebus, vel ob solemnitates, vel ob anniuersaria, aliam uè causam fiunt.

Huic rursus alius index adiuctus exhibeatur, vsurpationum bonorum iuriumq. illius eccle-siæ, & alienationū præterea triginta antè Con-cilij Tridentini celebrationem & confirmatio-nem annis factarum.

Indicem etiâ det reddituum vel veterum vel recentium, capitulo, clerico uè illius ecclesiæ com-munium.

Indicem quoq. distinctum reddituum, emolu-mentorum, onerum, & aliarum vsupra præ-scriptarum rerum, quæ ad ecclesias tunc vacan-tes pertinent: notato etiam tempore quamdiu

vacent;

vacent; & illius item, qui earum fructus, vel decimas, vel primitias, vel alios cuiusuis gene-ris redditus exigit, nomine descripto, & au-ctoritate qua exigit.

Indicem præterea census, ab eo qui sibi tan-quàm Rectori obuenerit, distincti ac separati; vt potè illius, qui vel ad fabricam illius ecclesiæ, vel ad luminum, vel ad sacristiæ, vel ad alte-rius eiusmodi rei vsum erogationem uè per-tinet.

Promptos item habeat codices parochiales; vnum scilicet baptizatorum, alterum eorum qui matrimonium contraxerint, tertium illo-rum qui christiama susceperint, quartum, quem proximè confecerit, de numero, statuq. ani-marum.

Regestum etiam, aut exempla constitutionum Pontificiarum, vel literarum pastoralium, aut instructionū id generis, & edictorū, quæcunq. ab Archiepiscopo acceperit: in quibus singulis exemplis notatus sit dies, quo illa populo promulgari, legerit uè.

Paratos item libros, & tabulas singulas, indi-cis uè habeat, ac exhibeat, qui debent in sacri-stiâ esse ex præcepto Conciliorum Prouincia-lium, Diœcesanorum, ac instructionum.

Si præterea curam administrationem uè habeat bonorū ecclesiasticorum, separatim ab ijs quæ sibi ad vitæ sustentandæ vsum attributa sunt, aut fructuum vacantium sibi commendatorū; susceptæ, administrationem uè curæ rationum codi-cem in promptu habeat, atque exhibeat.

Separatim verò in prōpriu habeat vt Archiepi-scopo tradat, tabulam decretorū prouincialiū, Diœcesanorumq., quæ vel ad diuinorū officio-rum cultum, vel ad parochialis curæ, discipli-næq. christianæ rationem pertinentia, nondū in Parochiæ suæ finibus executionē habuerint, caulis, & impedimētis quoq. explicatis, cur in executionis vsum adhuc inducta non sint.

Tum præterea indicem manu sua confectum det, eorum qui infra notati sunt, si qui in parochiæ suæ finibus id generis homines extant.

Hæreticorum, hæresiuè nomine suspectorū, aut libros hæreticos, prohibito uè habentium, vel legentium.

Publicè vt infra potissimum delinquentium, maleq. facta committentium; blasphemantiū scilicet, superstitione, maleficijs, magicisq. arti-bus vrentium.

Eorum qui in Pascha confessi sacram commu-nionem non sumpserint.

Simoniacorum.

Vsuras exercentium.

Concubinariorum, concubinatorum uè nomine su-spectorum.

Illorum etiam, si qui publicè notorieq. crimi-nosi, quibus pro Tridentinæ sanctionis, conci-lijsq. primi, & tertij Prouincialis decretorū ra-tione, solennis, vel publica indicenda sit pœnit-tia; vt aut tūc Archiepiscopus eam iudicio suo statuatur, aut illos quos solemniter pro peccati

grauitate pœnitere visum est, à cancellario no-tatos ad se ineire quadragesima venire iubeat; cuius temporis initio illa de ecclesiæ sanctæ more ipsi iubeant ritu solemnem.

Coniugum inter se disiunctorum, neque simul habitantium.

Eorum, qui cognatione affinitate uè iuncti, ma-trimonium gradu prohibito contraxerint.

In ecclesiâ parum reuerenter, ac non debita ve-neratione versantium.

Illorum, qui diebus festis Missæ sacro non in-terfint, aut feruilibus operibus dies festos vio-lare, aut choreis, comestationibus, alijsq. eiuf-modi actionibus profanare solent.

Talis, alea uè ludentium, aut istis domicilia ex-ponentium.

Libros de rebus obscenis, parumque honestis conscriptos, obscenasq. item imagines haben-tium.

Eorum etiam, qui inertie, desidia, otio, vel cau-ponis tabernis uè vinarijs dediti sunt.

Marium, sceminarumq., vestitum immodera-tum induentium, non sine manifesta Dei ho-minumq. offensione.

Omnium denique deprauatorum morum in Parochiæ suæ hominibus frequentium, ac pu-blicorum.

Indicem item eorum hominū intra parochiæ suæ limites habitantium, quibuscumq. Archiepiscopus visitans pro varijs visitationis officijs ali-quando colloqui agere uè necesse habet: horū scilicet.

Patrum familias.

Ludi literarij magistrorum, pædagogorum, musicam etiam, scriptionem, arithmeticam, aliaq. artes liberales profitentium.

Mulierum item docentium, puellaq. sibi in disciplinam traditas domi educantium.

Medicorum, chirurgorum, Tonsorūq. rem-edicam exercentium.

Pictorum, & sculptorum.

Bibliopolarum, impressorūq. facientium.

Ministrorum publicorum, vt Syndicorum, so-dalitates vniciuſq. Præfectorum, curatorū uè, & aliorum id generis.

Notariorum.

Opificum, artificum uè in Parochia sua frequen-tiorum.

Hominum operibus pijs exercendis aptiorū, aut iam debitorum; & eorum, qui vitæ spiri-tualis, disciplinæq. christianæ studiosi, adiu-menta subministrare possunt rationibus paro-chiæ benè instituendæ vsui necessarijs.

Pauperum, viduarum, pupillorum, cæterorū-que verè miserabilium.

Cauponariam, canaculariam uè exercentium.

Saltandi, tripudandi uè, ac sonandi in choreis artem profitentium, docentium uè.

Exhibeat ipse ordinem instrumenta quibus ini-tiatus est; ac beneficij illius, tum cæterorum- etiam, si quæ alia obtinet; tum literas, tum facultates scriptas, si quas ab Archiepiscopo,

LII eius uè



eiusve ministris habet, vel suo vel ecclesie sue nomine; vt puta suscipiendi munus Missarum celebrandarum, audiendi confessiones eorum qui non sint de sua parochia, cohabitandi cum laicis, vel extra aedes ecclesiasticas, adhibendi fœminas sibi inseruientes, locandi laicis domũ ecclesiasticam, exponendi capsulam pro elemosinis, & eiusmodi.

Exhibeat item libros proprios, quos ex decretis Prouincialibus, aut ex visitationum, alijusve Archiepiscopi iussionibus habere debet; vt potè Breuiarium, Missale, calendarium proximè editum, librum rituales seu sacramentorum, Homiliarium, Psalterium, volumen Bibliorũ, Catechismum Romanum, codices Conciliorũ, scilicet Tridentini, Prouincialium, & Diœcesanorum: quibus in libris inscriptum sit nomen possidentis.

Exhibeat præterea indicem librorum aliorum, quoscuq; impressos, aut manu exaratos habet. Quod de sacris reliquijs indulgentijs, indumentis, ornamentis, supellestilibus ecclesiasticis, libris, scriptis, inuentarij indicibus, foundationum tabulis, redditibus, emolumentis, oneribus, vsurpationibus alienationibusque, titulis etiam beneficiorum, & ordinibus, ac cæteris deniq; Parocho, Rectoriue, aut Prefecto ecclesie in qua animarum cura geritur, præscriptũ est; id omne & Pæpositi, & Canonici, & cappellani, etiã mercenarij, & alij dignitatum, canonicatum, Altarium, cappellarum, aliorumue beneficiorum titulum obtinètes, aut quouis nomine administrationem curamue habentes; & rursum fabricarum præfecti, & sodalitatũ, hospitalium, elemosinarum, locorumue ac operũ piorũ quorumuis curatores, cum visitandi erunt, præstent; quatenus eo de toto genere cõstitutũ villo modo pertineat ad eorum dignitates, beneficia, cappellas, & altaria, ritulos, ac ordines, aut ad fabricas, hospitalia, elemosinas, pia loca vel opera, aut etiam ecclesias, Altaria, cappellas, eorundem Præfectorum vel curatorum administrationi & procuratori commissas. Parochi sit autè, aut Præfecti rectorisue vt supra, intrã cuius parochie fines facienda est visitatio (nisi Archiepiscopus alijs potiùs id muneris aliquando dederit) illos omnes & singulos in tempore præmonere, vt præscriptum ap paratum conficiant, atque in visitatione præsentès adsint; tum præscriptam rationem qua id præstent, diligenter docere.

Porrò rector Ecclesie, quacunq; ex ijs in præscriptis officijs pertinent ad præparatione pro Archiepiscopo recipiendo, & sacramenti christi ministracione, aut etiam sanctissime Eucharistie administracione ab illo facienda, præmittet; cætera omnia seruabit, cum non Archiepiscopus, sed alius eius nomine visitaturus est; neq; Archiepiscopus ea occasione accessurus ad illa loca, causa illas ministraciones præstandi, aut visitationem per alios cœptam suo aduentu perficiendi.

#### De ordine generatim.

**I**N prima visitationis descriptione quæ fit in folijs, post descriptionem vniuscuiusq; rei ponatur sua ordinatio breuiter: cum verò referetur in librum, ordinationes omnes collectæ ponantur post descriptionem actuum earundem visitationum, in quarum fine ordinationes omnes simul promulgatæ sint.

Ea quæ pertinent ad Altaria quacunq;, ponantur sub Altaribus, quamuis Altare, vel onus sit alicuius scholæ; reliqua verò pertinentia ad ipsam scholam, describatur in sua visitatione immediate faciendâ post visitationem ecclesie antè alias scholas & ecclesias ab extra existentes.

Aduertatur, quòd de eis quæ infra per compendium descripta sunt in ordine visitandi, ea quæ reperientur adesse, & conuenire, neque positũ est verbum, *descriptio*, omittentur omnino in statu, & ordinationibus, & de eis nulla penitus fiet mentio.

De eis verò, quæ non adsunt, seu conueniunt, fiat tantum à dicto loco suo, non autem aliqua status descriptio; nisi vbi scilicet positum verbum, *descriptio*; vt puta singularum reliquiarum, olei infirmorum domi, consecratio facta ecclesie, & Altarium, fundationes, legata, & deuotiones altarium, cum nomine cappellanorũ, & redditibus, vsurpationibus, alienationibus illegitimis, & Paro. vsurpationes, & seruitutes cœmiterij, paramenta sacristie, domus ecclesie, & redditus, cum vsurpationibus, & vt supra ecclesie onera parochialia circa diuina: Numerus familiarum, numerus animarum, descriptio in libris processuum, eorum quæ emergunt contra laicos ex exhibitione notularum iuxta institutiones præparatorias: Item eorum quæ emergunt contra clerum ex attestacione vicinorum, & alijs vt supra. Horum autem processuum, seu denunciationum quæ delictum concernant, sit Index in actis visitationis.

Defectus, & culpe notabiles, maxime circa sacramenta, non describantur in statu; verum ordinatio super inde faciendâ ita clarè explicetur, quòd huiusmodi defectus pateat.

Abusus & defectus capitulares plenè describantur in statu: ordinationes verò restringantur ad executionem decretorum Prouincialium, & Diœcesanorum, & aliorum huiusmodi, & sub pœnis &c.

#### De descriptione Cleri.

**H**Abeant Visitatores notulam distinctam in singula plebe, & Parochia, personatum ecclesiasticarum ibi habitantium; & ibi fiat eorum status personalis plenè ad parrem, ac edantur ordines.

Si quando verò beneficiatus in ea plebe, & parochia, alibi habitet, describat solummodo

modò nomen titularis, redditus & onera beneficij; nam status plenus erit postea in loco habitationis describendus: si verò habitat extra Diœcesim, describatur status personalis ad partem in eo loco, vbi inuenitur obtinere beneficiũ, omni inquisitione possibili vbiq; facta de eo, maxime circa vitã & mores: & saluo si iste absens etiam aliud beneficiũ obtineret in Diœcesi, tunc status personalis describatur sub eius beneficij visitatione, vbi ille residere teneatur; si verò beneficiũ residentie nullum obtinet ibi, vbi primò reperitur, eius mentio faciendâ est in visitatione.

De moribus autem, vbiq; aliquid reperitur de clerico præsentè vel absente, notetur, & sumantur informationes postea reponendæ in statu vel in processibus suo loco.

Ordinationes verò edantur in loco habitationis, illis exceptis quæ ad beneficiũ pertinent; quæ sub ipso beneficio collocari debent; vt de residentia, de Clerico manutenendo, & satisfacione cappellæ.

Quicumq; puer adulescentisue est, qui clericali vitæ amore ac spe ductus, habitum clericalem iam suscepit, & assidue defert; quamuis primè tonsuræ nõdum initiatus sit, is etiam notetur; separatim tamen à Clericis.

Idem præstetur de his, qui ad eandem clericalem militiam educantur, quamuis clericalem habitum nondum susceperint, gestarintue.

In statu Ecclesie & Altarium, immediate post descriptum nomen titularis, describatur etiam breuiter, si quæ idem Titularis obtinet beneficia, vbiq; ea obtinet, etiã extra Diœcesim, vt puta; *Presbyter N. Rector, etiam Canonicus Parisij, & Cappellanus Sanctæ Mariæ de Vicomercato*; & si alibi habitet, dicatur; ac etiam locus vbi habitat.

In fine visitationis cuiusque, vel Ecclesie insignis in Ciuitate, vel Plebis in Diœcesi: Promulgatio cum ordinatione in congregacione cleri illius, vel ecclesie, vel regionis.

Addat etiam ordinationem generatim de executione visitationis Apostolicæ, & aliarum ordinationum præteritarum.

Pœnæ etiam impositionem generatim. Reservacionem denique, aliam ordinationem tradendi.

#### Ordo Visitacionis sigillatim.

##### In capite Plebis.

**I**NSERTIO literarum patentium delegationis Visitatoris in exordio actus Visitacionis in capite Plebis tantum: in alijs ecclesijs eiusdem Plebis omittantur.

Mentio in eodem exordio de literis & instructionibus præparatorijs transmissis Vicario Foraneo, & sermone ad populum.

Mentio de alijs Visitacionibus iam antea factis; & per quos; & quo tempore.

Lectio literarum patentium delegationis supradictæ.

Exinde subsequuntur ea omnia, de quibus infra in ordine Visitacionis Curatæ ecclesie; saluo, quòd si in hoc capite plebis non adest cura Animarum, omittantur omnia de animarum cura loquentia; & saluo, quòd in omnem casum locis suis addenda sunt nomina Pæpositi, Canonici, & officialium, redditus præbendales, residentialesq;, cum oneribus, abusibus, & inobseruantijs capitularibus; statutis etiam capitulorum, applicationibus Tertiorum &c.

#### De curata Ecclesia.

**O**Mittuntur supradicta quatuor capitula. Fit mentio de receptione in ecclesia; & à quibus.

Fit oratio submissa antè Altare maius per Visitatorem in habitu equestri.

Sermo, cum significacione clero & populo per Visitatorem de causis eius aduētus, & eiusmodi. Secessus in sacristiam: & ibi sumptio cottæ, & stolæ.

Sanctissima Eucharistia visitetur cum quampluribus luminibus; ordinatio.

Reliquiæ Sacræ cum quatuor vel sex luminibus; descriptio in filcia, quæ Sanctorum Reliquiæ sint, vnde constet de illis; & ordinatio.

Baptisterium visitetur cum duobus luminibus, ordinatio.

Olea sacra, & catechumenorũ, & christiatis, cum duobus luminibus: ordinatio.

Sacrarium penes Baptisterium: ordinatio.

Oleum infirmorum cum duobus luminibus: ordinatio.

Et si teneretur domi, descriptio etiam causæ; eaque nihilominus describatur hoc loco, quamuis visitetur post domi.

Sacrarium aliud penes Altare maius, vel sacristiam: ordinatio.

Ecclesia, an consecrata: & quomodo constet, descriptio; & si extat scriptura, ponat copiam in filo; alioquin ordinatio.

Altare maius, an consecratum; & vnde constet, descriptio; & si extat scriptura, ponatur copia in filo; alioquin ordinatio.

Præterea ordinationes singulorum deficientiũ ex instructione Generali.

Si rector ultra onus Parochiale habet aliquod aliud onus ad ipsum Altare maius ex legato, vel aliter; descriptio; & quæ merces: & habeatur copia legati ponenda in filo; & si non exhibetur, fiat ordinatio.

Si per alium satisfecit, descriptio.

Si non satisfecit, & à quo tempore citra, descriptio, & ordinatio.

Visitatio Altarium minorum singulorum, incipiendõ à latere euangelij, & finiendõ à latere epistolæ.

Altare Sancti, N. S. si indotatum, & ibi celebratur ex mera deuotione, & de hoc clarè cõ-

Act; dicatur expressè, quòd id fit ex deuotione talis N. Verùm si hæsitetur, an id fiat ex deuotione, vel potius ex obligatione; tunc Visitator vtatur his verbis, scilicet, *ex deuotione talis, N. vt ipse asserit*: ne describendo simpliciter ex deuotione per talem, quandoq. hæc scriptura produci, vel allegari posset ad se eximendū ab onere & obligatione: & isto casu fiat descriptio, cuius nomine celebratur; quis cappellanus; qua mercede; & à quo tempore citra, tã ipsi, quam eius prædecessores.

Si dotatum, & mercenarium sit; quæatur, & fiat descriptio à quo constitutum fuerit onus; & quæ merces; & per quem soluatur, etiam si fortasse per aliquam scholam ad id altare erectã: & habeatur scriptura constitutionis præfatæ, vt ponatur in filo; & deinde ordinatio. Si non satisfit; & à quo tempore citra; descriptio, & ordinatio.

Si dotatum titolare, vbi titulus ipse fuerit ad dictum Altare translatus, fiet descriptio, & vnde constat de translatione: & instrumentum translationis ponatur in filo, si haberi poterit: fiat deinde ordinatio.

Si sit, vel prætenditur de iure patronatus, dicatur quorum sit; & ne describendo simpliciter tale beneficiū esse de iure patronatus, hæc summa quandoq. allegaretur, & iudicialiter produceretur ad demonstrandum ius & titulum prætensi per eum iuris patronatus, de quo tamē aliter non constaret, neq. forsan verè esset: Ideò in descriptione huiusmodi Visitatores semper vtantur his verbis; scilicet, *de iure patronatus, vt prætenditur, familiæ de Monetis*.

Descripto semper nomine fundatoris, quale onus, & qua die, & à quo Notario receptū fuerit instrumentum foundationis; & habeatur copia ponenda in filo: vel si erit exhibita, & dimissa in aliis Visitacionibus, dicatur; & vbi nõ exhibeatur, neque fuerit exhibita, ordinatio, vt exhibeatur, si haberi potest.

Nomen titularis; & si præsens, vel absens; & vbi; & si residere tenetur, ordinatio.

Si ipse titularis per se, vel per mercenarium satisfacit oneri: & quis mercenarius, quæuè elemosina ipsi mercenario.

Si non satisfacit oneri: & à quo tempore citra, ordinatio.

Exhibitio Inuentarij bonorum & iurium stabilium, cum litibus, vsurpationibus, & prætensionibus ad formam præscriptam in instructione præmittenda: quod ponatur in filo, & fiant ordinationes opportuna.

Exhibitio Inuentarij paramentorum, quod ponatur in filo; & fiant ordinationes opportuna.

*Altare Sancti N.*

*Confessionalia*; ordinatio etiam de loco vbi collocari debent.

*Vas aquæ Sanctæ*, ordinatio.

*Pulpitum*, ordinatio.

*Capsa, & banchalia eleemosinarum*, ordinatio.

*Sedilia muliebria, & alia impedimenta*, ordinatio.

*Vas oleorum pro lampade, & alia indecentia in ecclesia*; ordinatio.

*Portæ in frontispicio*; ordinatio.

*Ostia lateralialia*, ordinatio.

*Fenestræ*, ordinatio.

*Parietes*, ordinatio.

*Tectum*, ordinatio.

*Paucimentum*, ordinatio.

*Sepultura, & sepulcra supra terram*, ordinatio.

*Cæmeterium, & eius seruitutes, et vsurpationes*; descriptio & ordinatio.

Sacristia, Inuentarium paramentorum in filo, & ordinationes de paramentis, de oratorio, fenestris, lauatorio, guarnerio paramentorum, & Archiuo scripturarum; de libro notæ Missarum; de tabellis tenendis in sacristia; de libris tenendis in sacristia.

*Adest custodia titularis, vel mercenaria, sustos est, N. electus, Inuentarium bonorum, vel nota mercedis est in filo*; ordinatio.

Domus parochialis an adsit, descriptio, & ordinatio.

*Conuocatis fabricerijs exhibuerunt inuentariū reddituum fabricæ in filo; visi sunt libri rationum malè tenti*; ordinatio.

*Factis calculis repperitum est, quòd D. N. The-saurarius restat debitor de libris & c.* ordinatio.

Interrogationes Parocho de bonis, & redditibus, cum vsurpationibus, litibus, & prætensionibus, Inuentarium in folio, & fiant ordinationes opportuna.

*Unio clericatus Sancti, N. eidem parochiali ecclesie facta*, descriptio, & inuentarium bonorum in filo.

De Missis, & diuinis officijs, descriptio, & ordinatio.

De pertinentibus ad curam animarum, scilicet.

Familiarum numer. summatim descriptio.

Animarum num. summatim descriptio.

Libro rituali, ordinatio.

Libro Baptifimorum, ordinatio.

Libro Chrismatorum, ordinatio.

Libro Matrimoniorum, ordinatio.

Libro status distinctè singularum familiarum, & Animarum parochiæ, ordinatio.

Registro, seu filiciæ literarum Archiepiscopaliū, ordinatio.

Libro Registri Bullarum, & dictorum publicatorum, ordinatio.

Item de omnibus, & singulis alijs, quæ requiruntur in literis, & institutionibus præparatorijs Visitacionis, descriptio vt infra.

Exhibeat Inuentarium omnium iurium, & scripturarum pertinentium præfatæ Ecclesiæ, & eius Altaribus, quod videatur in filo.

Exhibeat Inuentarium omnium iurium,

&

& scriptorum pertinentium præfatæ ecclesiæ, & eius Altaribus, quod videatur in filo.

Exhibeat notam omnium votorum publicorum, & piarum consuetudinum vniuersitatis huius parochiæ, vt in filo.

Exhibeat indicem eorum omnium, quæ de laicis requiruntur ex dietis instructionibus generalibus, quæ listæ videantur in filo.

Culpa reperta in Rectore ob non denunciatiōnem inconfessorum, vel aliorū delinquentiū. Processuum singulorum confectio circa delicta Laicorum denunciata.

Conuocatio nobiliū, & Vicinorū, tum simul, tum aliquorum separatim magis probatorū. Interrogatio circa vitã, moresq. parochi, & aliorū clericorū, etiam circa negligentiam in sacramentorū administratione, & circa emolumenta extraordinaria, maximè in funeralibus Baptifimis, & matrimonijs; descriptio in libro processuum, & si quod processu dato etiam iuramento dignum; alioquin sola ordinatio quæ ostendat defectum.

#### Scholæ Sacramenti.

Visitatio scholæ sacramenti, cum eius erectio, ne, regulis, inuentario paramentorum, reddituū, & calculis administrationis; descriptio, & ordinatio.

Visitatio scholæ Doctrinæ christianæ; descriptio, & ordinatio.

Visitatio si quæ alia schola in eadem ecclesia. Interrogatio Parocho de alijs clericis, & ecclesijs secularibus, oratorijs, scholis, locis, pijs, & Monasterijs, tam virorum quàm mulierum intra fines Parochiæ existentium: descriptio distincta; præter listas tradendas ex instructionibus antè transmissis.

Visitatio singulorū de clero in illius parochiæ finibus habitantium; descriptio plena in libris particularibus, vel etiam in libro processuum, vt dictum est in Regulis de actis describendis, ac illorum habitationum, cum exhibitione licentiarum, & eiusmodi.

Visitatio domus, & librorum ludi magistrorū, & eiusmodi scholarum.

Item Bibliotecarum, & impressorum officinarum.

Visitatio ipsarum ecclesiarum secularium, oratoriorum, ac reliquarum scholarum, & locorū piorum, & descriptio.

Descriptio in folijs particularibus, vel etiam in libro processuum, vt dictum in singulis actis describendis.

*Circa visitationem ipsarum scholarum, & status locorum piorum, aduertatur principaliter.*

AN auctoritate ecclesiastica erectæ, descriptio.

An Regulæ, & statuta comprobata auctoritate ecclesiastica, descriptio.

An habeant oratorium, vel Altare; descriptio, & ordinatio.

An sacristiam; descriptio.

An Campanile; descriptio.

An celebrare faciant Missas; descriptio.

An habeant paramenta; descriptio.

An redditus: & sub quib⁹ onerib⁹; descriptio.

An olim visitata; & an reddant rationes administrationis (quæ omnino videantur tunc etiã à Visitatore) descriptio: & fiat calculus, ac subscribatur, ac firmetur manu Visitatoris, in ipsis libris, vel saltem rogatu Notarij.

### DE OFFICIO VICARII in causis Ciuilibus.

VICARIVS Ciuilis hora iuridica pro tribunali sedeat, tam quoad obseruationem terminorum, quàm quoad prolationem sententiarum.

Causas summarias, & præsertim miserabiliū personarum, & piorum locorum, ac ecclesiarū breui manu; reliquas verò omnes resecatis superfluis citius quoad fieri poterit, expediat, ad præscriptum reformationis fori Archiepiscopalis nuper factæ.

A partibus, & earum procuratoribus pro ipsarum faciliore expeditione, etiam ex suo officio, si expedire videbitur iuramenta calumniæ exigat.

Nulla modo se immisceat tam in reseruata soli Archiepiscopo, quàm etiam Vicario generali, aut Præfectis seu visitatoribus generalibus, sine speciali facultate.

Nec quidquam prorsus agat, nisi in pertinentibus ad causas coram eo pendentes, & eorum occasione emergentibus iuxta ipsius facultates, nisi speciatim demandetur ab Archiepiscopo, seu Vicario generali.

In causis grauioribus examen testium notario nõ comittat; sed per seipsum testes interroget. Vbi emerferit aliquis articulus spectans ad crimen, facta prius diligentia quæ erit necessaria pro expeditione causæ ciuili, articulū ipsum ad Iudicem criminalem remittat: & si cognouerit illum esse detrimento causæ ciuili, in ea supersedeat vsque ad decisionem præfati articuli, etiam nõ expectata inhibitione ipsius Iudicis criminalis.

Sententias nunquam proferat in ordinarijs, nisi ad eum delato prius extractu vnã cum testium depositionibus, vt nedum merita causarum, verum etiam ordinem iudicarium videat: ex cuius omissione in partium litigantium dispendium tot nullitates facile extant; vt antè ferendam sententiam in demeriti earundem partium prospicere possit.

A quocunq. onere, nisi tale sit, quod per definitiuam reparari possit, partem appellantem super reponat, & eas toties quoties necessarium fuerit, audiat.

## DE OFFICIO VICARII Criminalis.

**I**N VIGILET die nocteq. super inquirendis & puniendis criminibus: & in illis procedat, tam infante Promotore Fisci, quam ex suo mero officio; delinquentesq. repertos debitis pœnis afficiat.

In omnibus causis quæ ad ipsum adducuntur, reperto crimine, provideat indemnitati partis, etiam parte ipsa nõ existente in iudicio, & non petente.

Visitet coniectos in carcerem singula hebdomoda ex improviso; quæratq. de illorum necessitatibus spiritalibus & temporalibus; & remoto custode, aliisq. ministris, de eorum tractatione diligenter inquireat; & in quibus emendatione, vel provisione opus esse inuenerit, ipse pro suo officio si potest, remedium illis adhibeat; alioqui procuret sine mora à Vicario generali, vel Archiepiscopo.

Sit etiam eius curæ videre, ne collateralis careat debito numero satellitum; & ne quisquã ipsorum extorsionem aliquam faciat; & ne loco ipsorum satellitum alij ducantur; neque illi, & carcerum cultos, in ea cura vel decipiantur, vel cum iniuria aut impietate versentur.

Animaduertat seuerè in eos, qui absque licentia accedunt ad Monasteria, & alloquuntur Moniales; eos præsertim, quos in facto contigerit à satellitibus deprehendi in statis locutionis locis contra formam edictorum.

In causis contra clericos notitiam plenam assumat à Visitatoribus & Præfectis.

In primis illius curæ sint, quæ pertinent ad diuini cultus obseruantiam; vt executio edictorum de obseruantia dierum festorum, de recta ratione accedendi ad stationes, indulgētias, & orationem quadraginta horarũ, & modo quo populus in ecclesijs versari debeat.

Propterea sæpè proficiatur ipse illis diebus ad ea loca, & ecclesias, vbi concursus est populi ex huiusmodi causis; vt suo aspectu & officio terreat petulantes iuuenes, ac mulieres nõ velatas; corripiatq. sæpè in facto ipso, tũ aliàs etiam contra eos, vt opus erit, agat.

Eam ob causam etiam præter Visitatores Portarum, Regionumue, sæpè mittat alios, tum Fiscales, promotores, Notariosq. substitutos; tũ etiam collateralem, & satellites.

Sic etiam cõtra emporia exercentes, & apothecas diebus festis apertas habentes, & venalia exposita in plateis in facto deprehensos, aut choreas ducentes, aliisue eiusmodi profanis rebus abutentes sacris diebus festis, contra præscriptum Conciliorum, & edictorum Archiepiscopaliũ, coërceat, & pœnas exequatur: idẽq. etiam circumueat aliquando, & ipse, & alij vsupra.

Edicta omnia, & decreta etiam de vitæ & morum honestate in clericos diligẽter exequatur:

& in facto corrigat sine mora vagantes, ociosos in plateis, vias, & apothecis.

Item deferentes vestitum nõ ad formam: itemque alios transgressores quoscunq. decretorũ. Visitatoribus etiam sigillatim constitutis ordine auxilium & operam præstet in tuenda ecclesiastica disciplina morum cleri & populi; tum ipse quoque idem per se curet omni studio.

Conficiat librum, in quo describat nomina eorum qui in carcerem detruiti sunt; diem carceris ingressus; causas pro quibus detinentur, cum adducuntur ad publicam carceris partem.

Cum decernitur copia iudiciorum, & cum fertur sententia contra eos, & quãdo relaxantur; & quibus conditionibus.

Item Indicem omnium, qui nominantur in testes, vel socios criminum; quos librum & indicem singulis hebdomadis legat, vt possit prospicere, ne negligentia, carcerati diutius detineantur, ac vt examinandi ac citandi, examinẽtur, & citentur.

Habeat præterea librum, in quo describat summarium, seu substantiam memorialium, & informantium circa delicta quæ traduntur in dies.

## DE PRAEFECTO REFORMATIONUM, et Taxarum fori.

**C**ONSTITVATUR ab Archiep. singulis annis vel biennijs ecclesiastica persona, quæ præsit executioni Reformationum Tribunalis foriue ecclesiastici, ac præsertim tabellæ de Taxis: eidemq. præfecto Taxarum præscriptarum executio, ac Reformationum omnium Tribunalis obseruatio curæ sit.

Is præfectus aliquando ex improviso processus videat, & libros solutionum factarum; vt facilius comperiat, si quid culpe est in ipsarum Taxarum obseruantia.

Partibus verò, quas in solutionibus contra præscriptum Taxæ, vel decretorum nostrorum, vel reformationis huius, à Cancellario, aut substitutis Notarijs onerari contigerit, restitutionem integram fieri iubeat; & cõpellat eos, ad quos spectat; pœnasque in eos notarios delinquentes prosequatur. Archiepiscopo autem præterea nunciet, quoscunq. in hac executione muneris suo quomodolibet deesse animaduertit.

## DE OFFICIO ADVOCATI Fisci.

**A**DVOCATVS Fisci, cum in causis vel criminalibus, vel alijs vt paulò infra suo loco dicetur, ad promotionẽ Procuratorum, Promotorumue Fisci quomodolibet spectantibus articulus iuris emerferit, intersit: prius à Promotoribus Fisci de meritis ipsarum certior factus, tam voce, quàm scriptis eas causas pro veritate & iustitia apud ipsos Vicarios, ac etiam Archiepiscopum, & quoscunq. alios, apud quos opus

opus erit, tueatur; & illorum patrocinium suscipiat: memorq. sit in calumnijs cauendis, eorum quæ infra in Procuratoris seu Promotoris Fisci officio edicimus.

## DE OFFICIO Promotoris Fisci, & substitutorum.

**S**IT vnus promotor Fisci, Clericus, & iuris vtriusque Doctor; qui habeat vnum, aut plures socios, vel substitutos, vt Archiepiscopus opus esse censuerit, cum congruo stipendio. Omnes autem ab eodem Archiepiscopo deligantur.

Meminerint verò illi, se esse Procuratores veritatis, & non debere sub eius clypeo innocentes opprimere, vel aliàs esse in causa, vt quis calumnijs fatigetur.

Nullam causam promoueat super quocunq. crimine, quam iudicauerint esse calumniosam; sed cum primùm de calumnia constiterit, vel de Rei innocentia; ab illa desistant.

Eorum curæ sit promotio omnium causarum criminalium; in quibus cum diligentia dent operam, vt crimina publicè vindicentur ad præscriptum sacrorum Canonum.

Ante omnia promoueat omni vigilantia causas fidei.

Causas inconfessorum, & non communicatorum in tempore Paschatis.

Causas ad cultum diuinum spectantes; vt, de inobseruatione aut violatione dierum festorum, de mala versandi ratione in ecclesijs contra præscriptum constitutionis Pij V. & decreta Prouincialia, Diœcesanaue, & edicta Archiepiscopalia.

Causas item simoniæ, sodomiæ, blasphemiar, ac concubitus, ad præscriptum sacrorum canonũ, & constitutionis præsertim Pij Quinti. Causas eorum, qui beneficia incõpatibilia retinent.

Tum eorum, qui à beneficijs residentiam personalem requirẽtibus absunt; præsertim à Parochialibus, & canonicatibus.

Ad illos etiam spectat, assistendo causis, tueri libertatem ecclesiarum ab his, qui cõtendunt ius patronatus in illis habere.

Illorum itidem officium erit, cum sollicitudine promouere causas omnes, etiã ciuiles, quæ ex officio tractantur, quãuis etiã assistat pars; præsertim pro executione Piorum relictõrũ, & bonorum ecclesiasticorum, piorumue locorum vsurpatorum recuperatione.

Itidem de causis quomodolibet spectantibus ad mensam Archiepiscopalem, iurauẽ spiritalia vel temporalia Archiepiscopatus.

Itidem de causis, vbi de ecclesiastica iurisdictione vel libertate tuenda agitur.

Inuigilent simul cum Vicario criminali, ac etiã seorsum ab eo, ne collateralis careat debito numero satellitum; neque tam ipse, quàm satelli

tes extorsionem aliquam faciant; ne item loco satellitum alij ducantur.

Liceat Procuratoribus Fisci, testes pro informatione Curia, & sancti officij, à seipso etiam citra præsentiam Iudicis, de illius tamen mandato, recipere; & examini quorumcunq. testium in causis etiam ad defensionem producendorum in præsentia tamen iudicis interesse, ac interrogatoria ad causas ipsas faciẽtia Iudici subministrare, vel etiam si Iudici placuerit, ipsos testes interrogare.

Quoscunq. etiam reos similiter interrogare, non secus, vt Vicarius ipse in criminalibus, cum ipsius tamen Iudicis præsentia.

Habeant librum, in quo hæc describantur, nõ secus ac Vicarius criminalis.

Nomina carceratorum.

Diem carcerationis.

Causas pro quibus detinentur.

Tum quo die ad publicam custodiã ducuntur. Itemq. cum decernitur copia iudiciorum.

Cum fertur sententia contra illos.

Dum relaxantur, quibus conditionibus relaxantur.

Indicem testium habeant nominatorum in testes, & socios criminum.

Hos libros singulis hebdomadis legat, vt iam præscriptum est Vicario criminali.

Alium librum habeant, in quo summarie notent reos condemnatos pœna, seu multa pecuniaria, qui vsui sit illis, cum intersunt calculis Depositarij multarum.

Item habeant Indicem omnium causarum pendentium, quæ ad suam promotionẽ spectet, siue ciuiles, siue criminales sint.

Habeantq. à Cancellario indicem notificationum quorumcunq. legatorum, relictõrũue piorum, quæ in dies fiunt.

## DE MINISTRIS piarum causarum, ac carceratorum.

**C**VM piarum voluntatum executio, ac bonorum omnium ecclesiasticorum defensio, ad Episcopum potissimùm spectet; personam ecclesiasticam deligat ex Canonicis ordinarijs Ecclesiæ Metropolitanæ, qui protector sit causarum omnium piarum.

Eius curæ sit, vt pijs voluntatibus satisfiat, bona ecclesiarum recuperentur, ac omnia pia loca operauẽ, quoad fieri potest in aliquo non fraudentur.

Habeat apud se Indicem causarum omnium de pijs relictis exequendis, & recuperatione, confectioneue bonorum iuriumq. ad loca ecclesiastica, piãue, etiam Monialium spectantia.

Præcipuum eius sit officium, speculati & inuigilare, ne in aliquo Aduocati, promotores, sollicitatoresue deficiant ab eo, quod iniunctum ipsis munus exoptulat.

Conuocet saltem semel in hebdomada Aduocatos



catos promotores Fisci, ac sollicitatores earumdem causarum, cum quibus agat omnia, quæ ad voluntatum piarum executionem, iurium prædictorum recuperationem, & consecutionem pertinent.

Promptè audiat ea, quæ in dies tum ab his tum etiam à partibus referuntur; & quæ provisione ac expeditione indigere cognoverit, omni sollicitudine, etiã ex officio, ut neceffe erit provideat, procuretue.

Qua de causa adeat quoties opus erit, & Vicarium causarum civilium, ac Vicarium generalem, & aliquando Archiepiscopum, seu alios Indices ad hoc officium exequendum specialiter constitutos.

Ipsè partiatur omnia negotia causaru inter Aduocatos.

**Protektor carceratorum.** Sit Præterea Protektor carceratorum vnus ex Canonicis ordinariis ecclesiæ Metropolitanæ, quæ Archiepiscopus libero arbitrio suo deligat singulis biennijs.

Eius officium sit, speculari & inuigilare super Aduocato & Protectore pauperum, & præfecto spiritali carcerum, ac rursus collateralibus, ac satellitibus, & carcerum custodibus, ne muneris suo vlla in re desint, aut quid aliud committant in damnum carceratorum.

Sollicitè præterea inuestiget de cura spiritali carceratorum, & rursus de corporali, de quibus illorum causarum expeditione, & quomodo cum illis agatur ab his singulis ad quos spectat. Visitet pluries, & saltem bis in hebdomada singulos carceratos, etiam qui in carceribus secretis sunt, habito consensu Vicarij criminalis, seu cum eius interuentu, vel Promotoris Fisci, alteriusque quem Vicarius criminalis maluerit; si id expedire iudicauerit.

Sæpius etiam in hebdomada conuocet Præfectum spiritalium carcerum; cum eoque tractet ea omnia, quæ ad morum correctionem, corporisque carceratorum necessitates & egestates pertinent; ac prompto animo audiat etiã ea, quæ in dies ab ipso referuntur; & quæ provisione indigere cognoverit, omni sollicitudine, ut opus erit provideat, procuretue.

Si carceratos ipsos vniuersos vel singulos, morum disciplina, correctione, monitione indigere inuenerit, opportune admoneat, & corripiat; si alios muneri suo deesse, singulos sui officij moneat, excitetque; tum Vicarium causarum criminalium, generalem etiam, & Archiepiscopum ut opus fuerit, adeat.

Inter sit verò semper carcerum visitationi, quæ in singulos menses fiet.

Habeat apud se semper indicem singulorum carceratorum.

**Aduocati pauperum ex Canonicis.** Canonici, tum ordinarij Metropolitanæ ecclesiæ, tum alij Collegiarum ecclesiarum Urbis, in quibus à nobis auctoritate Apostolica instituta est præbenda canonialis, canonistalique; ij omnes pro ratione muneris Aduocati pauperum à nobis attributi eiusmodi doctorali-

bus præbendis, præsent omni fide ac diligentia officium suum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis pauperum, ecclesiarum, piorumque locorum, quæ vel in Archiepiscopali foro, vel etiam coram conseruatoribus, & delegatis iudicibus in hac vrbe agitantur.

Vnusque inter illos sit, qui singulis trimestribus per vices in orbem carceratorum in primis curam & defensionem agat.

Præterea quicumque ecclesiastici homines Mediolani commorantes iurisperiti sunt, eorum vnus semper per vices, quemadmodum iam à nobis cum illis actum est, vnoquoque trimestri in orbis officio Aduocati pauperum fungatur. Ne autem ex frequenti mutatione Aduocatorum, causæ dispendium patiantur; qui suo trimestri iam functus est officio, perseueret nihilominus in Aduocati munere quoad illas causas, quæ ab illo susceptæ, in fine trimestris nondum perfectæ erunt.

Procuratorem pauperum saltem bis in hebdomada ad se conuocent, & ab eo de omnibus carceratis, præsertim qui in secretis detinentur, edoceantur, ut eorum defensionis suo tempore incumbere valeant.

Demum omni ratione diligenter curent pro sui officij munere, ne carceratis, vel à iudicibus, vel à collateralibus & satellitibus, alijsque carcerum custodibus grauamen aliquod inferatur. Ea de causa si quid prouidendum erit, adeant quoties oportet, & Vicarium ipsum causarum criminalium, & Vicarium generalem, & aliquando etiam Archiepiscopum, ut neceffe fuerit.

**Ex collegio Procuratorum,** vnus semper per vices in orbem singulis trimestribus, quemadmodum promptè facere susceperunt, Procuratoris pauperum officium obeat; transactoque trimestri, non qui sufficitur in eo munere, sed qui functus est, is causas iam inceptas sed nondum perfectas prosequatur.

Eius officium sit, procurare pro pauperibus in causis criminalibus, quæ in Archiepiscopali foro agitantur, siue illi carcerati sint, siue extra carceres.

Visitet singulis diebus carceres: non tamen eos qui carcere secreto detinentur, alloquatur, audiatur.

Describat in libro accuratè nomina omnium qui ad carceres ducuntur, & causas eorum detentionis, diemque quo ad latiores carceres remittuntur; & an ante vel post prandium.

Sollicitetque assidue Vicarios, tam pro examibus carceratorum, quam pro illorum expeditione. Si viderit aliquem longiori tempore in secretis carceribus quam par sit detineri, aliudue grauamen alicui carcerato inferri: vel à Iudice, vel ab alijs remedium procuret; tum ipse per se vbi potest, adeundo etiam si opus est Archiepiscopum; tum opera in primis ipsius Protectoris.

Curet, ut omnia apud carceratos inuenta, per-

Aduocati pauperum ex collegio procuratorum.

collateralem Depositario consignentur; fideliterque custodita eisde integrè restituantur suo tempore.

Petatur, si sibi videbitur, copiam iudiciorum, tanquam vnus de populo; protesteturque. nõ procedi contra carceratum, nisi data ei copia ad finem; vt si reus perfecto examine citra rigorosum eam copiam habere voluerit, de quo ipsum reum alloquetur, nullum interim grauamen irreparabile per definitiuam patiatur.

Omnia tamen aduocatis pauperum, & protectori carceratorum referat; ac de eorum consilio circa reorum defensiones peragat, quæ oportet.

**Sit sollicitator omnium eiusmodi causarum vnus ex lectoribus siue Maceconicis ecclesiæ maioris ab Archiepiscopo deligendus.**

Cuius munus erit incumbere causarum expeditionibus, tam civilium quam criminalium, quæ ex officio, & ope Aduocatorum, & Procuratorum pauperum, piarumque causarum tractantur.

Habeat Indicem omnium causarum piarum, & carceratorum, quibus ipse ex mandato Protectorum causarum incumbit.

Habeat etiam Indicem, seu inuentarium omnium legatorum, ac piarum voluntatum, iuriumque ecclesiasticorum, quæ nõ habent integræ executionem: & item prædictarum præsentium ecclesiasticarum, & locorum piorum.

Quibus de causis ter in hebdomada, & pluries, adeat Cancellarium; & omnia quæ de nouo emerferunt, ad prædictos indices referat, Protectoribusque statim significet.

Sæpius adeat carceres publicos, & à carceratis in illis existentibus audiat libenter eorum necessitates; & quibus opus erit, omni sollicitudine & pietate referat, quibus opus esse iudicauerit.

Adeat præterea Protectores carcerum, ac causarum piarum Aduocatos, Procuratoresque pauperum; & quod agendum prouidendumque erit pro carceratorum ac causarum expeditione, promoueat, agat, excitetque; & quoties oportet erit. Vicarios tam civilium quam criminalium causarum, aliosque iudices adeat.

### COMMVNIA

*Protectores, Aduocatis, & Procuratoribus.*

**V**T autem res diligentius tractetur, ij omnes, tum qui obtinent præbendas doctorales, tum etiã qui ex alijs viris peritis ecclesiasticis vices suas Aduocati pauperum tunc agunt, conueniant semel in hebdomada, vel sæpius etiam si opus fuerit, coram Protectore carceratorum, ad sitque etiam Procurator pauperum; ac ibi inter se partiantur causas vel negotia, aliaque tractent opportuna, pro pauperum causis diligenter tendis.

Protektor, Aduocati & Procurator prædicti, nullam causam ad offensionem contra aliquem reum in Archiepiscopali foro suscipiant; licet extra carceres causa ipsa tractetur.

Ne protektor carceratorum, Aduocatiue, & Procurator prædicti, à pauperibus quorum causas tuentur, quidquam minimum etiam spontè oblatum quouis nomine accipiant, aut ab eorum agnatis, aut ab illis quorum causas tuentur, procurant, aguntque; sed gratis omnino munus illud obeant.

Neque etiam à carceratis diuitibus quidquam pro patrocinio curationeue accipiant; nisi ex licentia Archiepiscopi, aut Vicarij generalis, in scriptis obrenta.

### De visitatione generali carcerum.

**V**Noquoque mense ad summum fiat visitatio generalis carcerum; in qua visitatione adsint omnes infra scripti.

Vicarius generalis.

Visitatores generales.

Vicarius in criminalibus.

Vicarius in Ciuilibus.

Cancellarius Archiepiscopalis.

Notarij substituti, qui dant operam processibus criminalibus.

Protektor carceratorum.

Qui ex Canonicis doctorales præbendas obtinentibus pro aduocatione incumbit; tum alter item ex clero pauperum Aduocatus.

Aduocatus Fisci.

Promotores Fisci, & substituti, si qui sint.

Procurator pauperum.

Præfectus carcerum.

Item alij quicumque electi sunt consultores, vel admissi quouis nomine in congregatione hebdomadaria consultationis causarum.

In primis ante tres dies visitationis faciendæ affigatur Tabella ad valuas Palatii, vel ad locum solitum; cum hac inscriptione.

**DIE IOVIS, VEL SABBATI, &c. ERIT VISITATIO CARCERVM.**

In loco visitationis conueniant omnes supradicti; & facta de more oratione, Procurator pauperum habeat præ manibus cedulam, in qua descripti sint omnes carcerati iuxta prioritatē eorum carcerationis, & causæ detentionis; instetque vnusquemque ex carceratis (exceptis illis, qui pro causa fidei detenti sunt) adduci ad præsentiam visitorum, etiam ex ijs qui sunt in secretis (nisi Vicarius in criminalibus, Archiepiscopo, vel ei qui præsidet visitationi, probabilem adduxerit causam, vel palam vel secreto vt magis expedire censuerit, propter quã sic eos retineri neceffe sit, nec expediat eos adduci) & admittatur omnes, qui voluerint pro ipsis carceratis audiri, semotis tamen si qui sunt in secretis.

Adducto carcerato, Iudex causæ referat statum causæ ipsius; deinde relato, audiatur quidquid docere

docere voluerit Promotor, & Aduocatus Fisci; & deinde tā ipsemet carceratus, quā Aduocati, & Procurator pauperum, & alij si qui adfuerint, qui ipsius causam tueri voluerint, omnibusq. auditis, decernatur à Præsede visitationis coram concilio, quid de eo carcerato agendum sit; & scribatur decretum per Cellarium, siue eius substitutum.

Finita visitatione, Vicarius generalis accedat præcipuè ad eos qui adducti non fuerint, curetq. ab eis intelligere, quomodo & qualiter cum eis se habeat custos carceris circa victū & reliqua necessaria; & si aliquo indigeant ipsis carceratis prout expediens videbit & opus erit, prouidete non differat: alios etiam carceratos femotis satellitibus & custodibus alloquatur, prouideatq. eorum indigentis; curetq. vt de cetera tam Concilij Prouincialis, quā huius reformationis, circa spiritualem & corporalem carceratorum gubernationem, tum alia ad officium, præsertim collateralis, & satellitum, & custodum carcerum pertinentia seruentur.

Archiepiscopus studeat ipse maximè saltem singulo trimestri officium istud generalis visitationis præstare per se, non autem per Vicariū generalem.

### DE PRÆFECTO Spirituali Carceratorum.

**D**E P V T E T V R Sacerdos Præfectus spiritualis carcerum: cuius officium proprium sit cura omnis spiritualis, & quæ ad mores attingit, tum carceratorum, tum collateralis, & custodū satellitumq. præsertim qui apud carceres commemorantur; ac præterea omnis diligentia pro bona tractatione corporali eorumdem carceratorum.

In singulis diebus celebret Missam in Sacello carcerum: cauere tamen debet Præfectus, ne carcerati inquisiti de hæresi admittantur ad Missam, nec ad sacramenta; nisi de expresso consensu Vicarij generalis.

Dominicis diebus benedicat aquam, & cum illa aspergat singula loca carcerum, & carceratos; sed ex fenestra tantum quæ in ostio est, sine ingressu carceris, quoad carceratos qui sunt in secretis.

Cura ipsius sit, vt carcerati confiteantur saltē quatuor temporibus anni; videlicet, Natiuitate Domini, in Paschate Resurrectionis, in Pentecoste, in Assumptione Beatæ Virginis Mariæ; sapius etiam ipsis carceratis id postulanti- bus, aut desiderantibus: quibus stans temporibus accerferet sacerdotem alium admodū probatum qui eorum confessiones audiat; eiq. detur facultas absoluedi à casibus Archiepiscopo reseruatis, vt Archiepiscopo videbitur.

Ipse verò sanctissimam Eucharistiā ministret ijs qui parati erunt; & in tempore Paschatis fidem scriptam faciat de communione cuius-

cunque carcerati suis Parochis. Saltē semel in hebdomada per se, singulis autem mensibus per alios probatos Sacerdotes ad id ab Archiepiscopo constitutos, concionē habere, aut fermocinari non omittat ad existentes in publicis carceribus.

Idem doceat doctrinam Christianam existentes in carceribus publicis, saltē diebus festis; ac præterea etiam sapè per hebdomadam.

Curet, vt in singulis carceribus sit sacra imago Saluatoris nostri, vel Beatæ Virginis; & inter illas imago sancti Leonardi Aduocati carceratorum.

Item libri aliquot spirituales, qui probati sunt à Vicario generali.

Curet etiā, vt carcerati in publico carcere existentes, quotidie manè & vesperi omnes simul canant genuflexi Litanias; vacent frequentius in die festo orationibus.

Idem inuigilet super carceratorum moribus; & præsertim mulierum quæ in carceribus retinentur.

Videat, ne carceratis ægrotantibus desint, Medicus, medicina, aliaue necessaria cura.

Attendat præterea, ne in cibarijs carceratis tradendis aliqua fraus committatur; sed illis secundum communem prouisionem ad præscriptum Taxæ, victum, supellectilem, & alia necessaria subministrent.

Si in aliquo, quod ad morum correctionem, vel corporis necessitatem pertineat, prouideri opus esse iudicauerit, ad carcerum Protectore recursum habeat.

Hac de causa singulis diebus visitet sigillatim singulos carceres publicos, & carceratos in illis existentes duntaxat; alios verò non, nisi ex consensu Vicarij criminalis; quæratq. de illorum indigentis spiritualibus & temporalibus; ac remoto custode, de eorū tractatione in omnibus diligentissimè inquirat.

Carceratorum causas non audiat, neque in his aliquo pacto se ingerat; sed id munus Protectoris, Aduocati, atque Procuratoris carcerum curæ sollicitudiniue penitus relinquat.

Sint aliqua loca distincta à carceribus, tuta quidē, sed comodiore, ad vsum illorum, qui condemnantur, vel damnantur ad carcerē perpetuā, vel ad tēpus, vel etiam quibus extrajudicialiter imponitur huiusmodi sequestratio pro varijs culpis, vel delictis: nec verò cum eo loci sunt, grauentur impensa vlla collateralis, vel custodis: sed vel aliquis ex charitate inferuiat, vel alia ineatur ratio pro necessario seruitio illis impendendo sine eorum impensa: præterquam ratione cibariorum, si modum habeant; alioquin etiam de cibarijs prouideatur, vel de applicatione mulctarum, vel denique impensa Archiepiscopi.

### DE OFFICIO Collateralis, & Custodis Carceris.

**C**OLLATERALIS, & carcerum custos, officium iniunctū non exercent, nisi prius iuramentū ad formā præscriptā præstiterint. Collateralis neminem capiat sine mandato in scriptis habito à Vicarijs, nisi deprehenderit aliquos in flagranti crimine: quo casu ipsos capere possit, & ad presentiam Iudicis deducere: & ad huiusmodi effectum detur mandatum generale ipsi collateralis seu satellitibus, capiendi quoscunque in flagranti crimine repositos; & præsertim concubinos cum concubina repositos.

Et vbi habuerit mandatum capiendi personas, nihil de bonis audeat auferre, sub pœna furti, & concussionis; nisi à presbyteris, vel clericis deprehensis deferentibus res prohibitas, vel arma: quæ auferre sibi liceat, & depositario consignare, ad præscriptum Conc. Prou. In ipsa verò captura nemini iniuriam inferat, nec verberet; nisi defensionis suæ causa, vel aliàs resistentes, & vim facientes, & se opposcentes ne capiantur, & ex eo vim inferre volentes.

Ductum ad carceres, antequam illum in secretis reponat, ab eo auferat quæcunque; apud ipsum reperta, quibus seipsum offendere, aut aliàs quibus tentare possit fugam arripere.

Pecuniæ item quæcunque, & quales, ac reliquæ res carceratis ablatæ, ipso reo præsentate scribantur in libro, ac consignentur depositario fori; & cum è carceribus reum ipsum relaxari contigerit, eidem reo restituantur, quæ de iure restitui debet; nec aliquid de his prorsus apud se retineat.

Captos pro indicijs, ponat semper in secretis; quamuis etiam in mandato id expressè nõ cõtineatur.

Denuncietq. omnes statim, cum eos in carcerem detruferit, Vicario in Criminalibus.

Custodis cura sit, vt carcerati omnes qui in custodia publica retinentur, cum Missæ sacrum sit in carcerum sacello, intersint Missæ; ijs exceptis, qui de crimine hæresis inquisiti fuerint; quos sine expresso consensu Vicarij generalis non conducatur; illosq. quantum fieri potest, ab alijs seiunctos ac segregatos retineat.

Si in aliquo creditor remanserit ipsius carcerati, facto prius calculo cum interuentu Procuratoris pauperum, de rebus carcerati à Depositario eidem satisfiat.

Ne liceat sibi vllam rem insolutū ab ipso reo accipere, nisi ex decreto, & auctoritate Vicarij criminalis: qui Vicarius res ipsas insolutum dadas à peritis personis æstimari faciat; data etiā facultate ipsi carcerato pro eodem pretio infra aliquod tempus arbitrio suo recuperandi. Satellites nõ retineat, nisi quos nouerit in huiusmodi officio & exercitio aptos, nec solitos

extorsiones facere; sciatq. pro ipsis satellitibus, si quid in exercitio suo admitterint, teneri ad omne damnū parti, vel ipsis in carceribus præsentandum.

Nullum genus muneris neque esculenti neque poculenti, neque ipse, neque Satellites à carceratis; etiam prætextu cuiuscunque seruitij eis præstiti vel facti, etiam si spontè oblatū fuerit, accipere (sub pœna fustigationis, & etiā trirremium, qualitate causæ & personæ pensatis, vt Iudici visum fuerit) audeat, siue præsumat; etiam postquam à carcere quis liberatus: vel relaxatus fuerit.

Neque etiam ab aliquo alio qui in carceribus emancipatus fuerit, sit, seu emancipari possit, seu aliorum carceratorum intuitu nomine; sub eisdem pœnis vt supra.

Nullas literas, neque nuncium ad carceratos in secretis existentes, neque etiam ad alios, si sit id eis prohibitum; neque ab ipsis carceratis ad alios, sub eisdem pœnis deferat, neque deferri permittat.

In casibus in quibus permittitur, diligenter inquirat, ne in illis, aut cum illis (præsertim ad existentes in secretis) transmissis quidquid reconditum sit, per quod ipse carceratus de aliquo moneatur; illudq. repertum statim Vicario deferat.

Ne autem à carceratorum, qui in secretis retinentur, agnatis, amicis, alijsuè ipsorum curam habentibus, prouisionem aliquam accipiat; sed ex communi prouisione sine fraude aliqua ad præscriptum subministret: ijs verò qui in publica custodia positi sunt, omne id quod ab eorum agnatis cognatisuè vt supra offertur ipsis tradendum, sine aliqua diminutione fideliter tradat.

Carceres ipsos tam in die quā in nocte visitet; & diligenter inspiciat, ne carcerati inde fugam arripere queant; nihilq. in ipsis carceribus dimittat, per quod carcerati ipsi aliquid moliri possint ad fugam arripendam.

Singulis diebus vesperi ingrediatur singulos carceres; in hisq. diligenter inquirat, an ibidē tale sit, vel esse possit, quo ad effectum prædictum ipsi carcerati vti possint.

Sciatq., si ab ipsis carceribus culpa sua & negligentia aliquis carceratus fugam arripuerit, se grauissimè puniri debere.

Seruet deniq. taxā, quā in tabella præscriptissimus seruadā ab ipso; nec maiore accipiat, etiā à sponte dantibus, sub pœna dupli; ac aliàs pro ratione culpæ grauiter arbitrio Reuerendiss. Archiepiscopi, seu Vicarij generalis punietur.

### DE OFFICIO Nunciorum, seu seruitorum Fori.

**S**INT plures Nuncij in foro Archiepiscopali ab Archiepiscopo probati, qui intinctum officium fideliter exercent.

Curent

Curent omni sollicitudine, & fidelitate relationes quascunque in termino citationis in officio Cancellariæ causarum actuarijs facere: quod si neglexerint, pœna etiam priuationis ab officio arbitrio Vicarij generalis mulctent. Maneant loco certo penes audientiam diebus iuridicis tempore audientiae per mediam horam antea, pro recipiendis citationibus, expeditionibus, ac relationibus in termino præfixo faciendis.

Caueant tamen, vt si quando aliquos eorum à ciuitate discedere contigerit, citationum executarum ante discessum relationes faciant; alias verò socio in officio exequendas relinquunt, sub eadem pœna.

Habeant librum, in quo si contigerit aliquem verbotenus citari, scribant diem, & pro qua die citauerint, si scribere sciuerint; sin autem non, statim in Cancellaria referant actuario citationem ipsam quam fecerint.

In citationibus verò quas in scriptis faciunt, modum in eis præscriptum diligenter obseruent, nihilq. de eo prætermittant.

Animaduertantq., ne citationes, vel monitoria, in quibus sit clausula; *Quod si commodè in personam exequi nequeant, fiat executio ad domum, vel ad valuas*; exequantur per afflictionem, nisi priùs facta diligentia de reperiendo personaliter citandum, & eo non reperto.

### DE OFFICIO

*Depositarij in mulctis, & pœnis, & causis fori Archiepiscopalis.*

**S**INT deputati in ciuitate tres Depositarij honestæ & probatæ vitæ: vnus, apud quem deponantur pecuniæ soluendæ ex causa mulctarum & pœnarum, qui eas distribuat iuxta præscriptam applicationem Reuerendiss. Archiepiscopi.

Alter item, apud quem deposita quæcunque pecuniaria, quæ causarum ciuiliū, vel mixtarum occasione, iudicis mandato, vel ex voluntate partium quomodolibet fieri contingerit.

Tertiùs denique, apud quem deponantur omnes & quæcunque res auferendæ, tam occasione causarum ciuiliū, quàm criminalium, & mixtarum, aut aliàs quomodolibet ad finem

subhastadi, vt in casu in quo distribui possint, pijs locis vt supra distribuuntur, vel parti restituantur, vt iuris fuerit: & vbi contingerit aliquid ex dictis rebus subhastari occasione pœnæ vel mulctæ, pretium habitum ex dicta subhastatione integrum consignet alteri Depositario.

Ne ij Depositarij de familia Archiepisc. sint; sed, vt conuenientius est, sint extra familiam honestæ vitæ; & vbi commodè possit mulctarum & pecuniarum quomodocunque depositarij loco, sit aedes sacra aliqua, ecclesia scilicet locusuè pius Archiepiscopi iudicio semper ad libitum eligendus, eiusuè sacrista, vel alius minister eiusmodi.

Iidem Depositarij præstent iuramentum ad præscriptam formam, antequàm exerceant prædictum officium.

Habeant suum quique librum, in quo scribant recepta, & data.

Eorum libri sint chartulati, & signati manu Iudicis in principio.

Singulis verò mensibus, vel sæpiùs, prout visum fuerit Reuerendiss. Archiepiscopo, Cancellarius librum deferat eidem Archiepiscopo ostendendum, cum nota totius summæ mulctarum ac pœnarum applicandarum; ac eiusdem mandato earum applicationes in eodem libro describantur, quæ fiet pijs locis, vel operibus; cui applicationi subscribat Archiepiscopus, explicando singulas summas, tum propterea ipse expediat mandata dictarum applicationum scribenda ab Archiepiscopo vel Vic. generali. Computorum verò rationes eorum Depositarij videantur saltem singulis sex mensibus coram Vicario generali, adhibitis Canonici Ordinarijs ecclesiæ Metropolitanæ ab Archiepiscopo deputandis, ac Promotore fiscali, & aduocato pauperum; tuncq. conferantur libri Depositarij cum libris à Promotore fiscali confectis de mulctis exactis.

Consolidatio computorum describatur in eodem libro tam Cancellarij quàm Depositarij; quæ subscribatur à Vicario, Cancellario, & Depositarijs.

Nec Vicarij, nec promotores fiscali, pecunias, quæ mulctarum occasione soluuntur, penes sese, etiam depositi causa asseruent; sed omnes in manibus Depositarij persoluantur.



DE

# DE CANCELLARIO, ET CANCELLARIA ARCHIEPISCOPALI.



**M**AGNA atque ampla negotia sunt, quæ ad Archiepiscopale huius ecclesiæ Metropolitanæ benè gerendæ rationem atque vsum pertinent: eorumq. magnitudo & pondus, magna ex parte sustinetur, & Cancellariæ officio, & persona Cancellarij.

Quamobrem non cuius homini, sed grauissimo viro, vel dignitatem in hac ecclesia obtinente, vel canonico ordinario, eius curæ officium iam impositum esse, ex antiquis eiusdem ecclesiæ tabulis animaduertimus: vel certe munus ipsum dignitatè olim fuisse, ex Innocentij I I Pont. Max. literis perspeximus.

Nos igitur, & tanti muneris grauitate, & maiorum exemplo adducti, cum de cancellarij persona, tum de eius multiplici munere, hæc vt in fra decernimus, instituiamus, atque sancimus.

### De conditionibus Cancellarij.

**O**fficium Cancellarij exerceatur semper per vnū ex Canonicis ordinarijs in ecclesia Metropolitana, liberè constituendum & amouendum ab Archiepiscopo pro tempore, ad nutum ipsius Archiepiscopi.

Deligat Archiepiscopus virum qui Diaconus sit; vel eiusmodi ætatis, vt à die adeptæ possessionis intrà sex menses promoueri possit ad Diaconatum, & re ipsa promoueat: alioquin si per eū steterit quominus promoueat, nullum omnino inde emolumentum quouis nomine prætextuè percipiat.

Studeat Archiepiscopus id muneris committere ei potius qui habeat præbendam Diaconalem, quàm alij; & item (si commodè possit) ei, qui sacrorum canonum Doctor sit; & per aliquod tēpus in eiusdem Cancellariæ vsum & exercitio, aut in huiusmodi officijs fuerit versatus. Non habeat ille beneficia quæ requirant residentiam personalem, præter ordinariam in Ecclesia maiori.

Sit Notarius Apostolicus, antequàm officium Cancellarij exerceat; alioquin nullum Cancellariæ emolumentum percipere possit.

Sit spectatæ vitæ & morum, de quo constet informationibus Archiepiscopi iussu sumedis. Sciat aptè scribere; elegantem verò & ornatū stylum scribendi habeat, tum latina, tum communi lingua.

De hac omni scientia examinetur per Vicariū generalem, & alios duos eligendos ab Archiepiscopo, coram ipso Archiepiscopo.

Habeat ex emolumentis Cancellariæ 100. aureos singulis annis in singulos mēses pro rata persolvendos, siue certa constituta portione, siue assignata rata aliqua parte singularū expeditionum Cancellariæ, quibus præfixa taxa est, unde tantundè percipiat, si diligenter muneri suo incumbat; siue etiam attributa illi ex omnibus Cancellariæ emolumentis certa taxa pro singulis expeditionibus Cancellariæ, etiā quæ nihil soluunt, q̄ tantundè afferat prouetus Cancellario, qui assiduè sit in suo munere p̄stado.

### De Collegio Notariorum substitutorum in Cancellaria.

**I**N Cancellaria Archiepiscopali, præter Cancellarium, sit collegium decem notariorum, qui substituti sint eidem Cancellario, eundemq. adiuuent in oibus Cancellariæ negotijs, vt opus erit, & infra præscribetur; eiuq. nomine agant omnia Cancellariæ negotia per illos tractada, etiam si absint à ciuitate, vt in visitationibus. Iis singulis constituta sit annua portio ex emolumentis Cancellariæ in singulos mēses pro rata persoluenda, seruata ratione supra præscripta in emolumentis Cancellariæ; eaq. maior minoruè sit pro cuiusq. conditione & labore, Archiepisc. arbitrio; sed nullo modo plus cētum aureis annuis ad summū quisquam percipiat. Nec verò, etiam scriptorum nomine, plures ijs Notarij substitutis in Cancellaria aut in foro Archiepiscopali esse possint; nisi pro multitudine negotiorum, Archiepiscopus aliquando alios duxerit esse adiungendos vel Notarios, vel solum scriptores.

Nec rursus quisquam alius notarius, præter suscriptos substitutos in Collegio Notariorum Cancellariæ adscriptos, valeat recipere, seu cōficere vlla prorsus instrumenta actauè ad Cancellariam pertinentia, vel eiusdem Cancellarij nomine; sub pœna falsi, & excommunicationis quam ipso facto incurrat: nisi aliquando ex vrgenti causa Archiepiscopus in scriptis concesserit iusseritue aliquem extraneum substituti Cancellarij officio fungi: quo casu ille serua re teneatur quæcunque Notarij substitutis Cancellarij præscripta sunt.



De conditionibus Notariorum substitutorum, & scriptorum.

Notariorum electio.

Eligantur ij Notarij substituti ab Archiepiscopo; qui vel perpetui sint, vel ad nutum amoueri possint, vt ipse eorum singulorum agnitis conditionibus magis expedire censuerit.

Habitus.

Qui autem in perpetuum delecti fuerint, ij tamen ex demeritis amoueri liberè possint ab Archiepiscopo.

Actas.

Sint Clerici, & Clericalem habitum semper gerentes, vbi possint haberi eiusmodi; præsertim verò substituti in actibus voluntariæ iurisdictionis, & in causis Sanctæ Inquisitionis, & criminalibus.

Tit. de notar. & scribis pag. 15. §. Qui in Collegium. Approbatio.

Annus ætatis suæ xv. saltem attingant, & sint versati per quadriennium integrè petiteq. in Notariatus officio, ex Concilio Prouinciali primo; nisi aliter Archiepiscopus ex causa aliquando admittendos censuerit.

Scientia.

Probentur examine habendo coram Vicario generali, adhibitis sibi Vicario ciuili, vel criminali, & Cancellario Archiepiscopali, & alio perito Notario.

Scriptores quales.

Sint aliqui inter illos (ij præsertim qui Cancellarium in actibus voluntariæ iurisdictionis adiuuabunt) scientia, & alijs conditionibus supra de Cancellario præscriptis præditi; aut saltem eiusmodi, vt aliquando ad ordinariam in ecclesia Metropolitana, & ad officium ipsum Cancellarij eligi, illudq. congruè exercere & aptè possint.

Eorum omnium studia.

Si qui verò scribæ aut scriptores ordinarij aliquando assumendi erunt ad aliquid scribendum, aut scripturarum copiam faciendam, aut etiam aliqua acta recipienda quouis nomine; ij, si potest, & ætate prouecti sint, & clerici, & habitu clericali incedentes; tum verò omnino ab Archiepiscopo prius moribus & vita probati, atque ad id munus ab eodè scripto constituti; nec verò alij vlllo modo.

Diebus festis ad diuina officia conueniant.

Meminerint verò ij maximè, se eo loci adscitos, non ad temporanea lucra sectanda, sed quasi in schola quadam variorum exercitiorum; in qua, tum cognoscant negotia huius ecclesiæ, & apti fiant adiuuando eius regimini aliqua sua opera; tum Archiepiscopus cognoscat, quid talenti quisque illorum habere possit, quod in illius obsequia & seruitia impendant suo tempore.

Ideoq. ( quantum per occupationes licebit ) ne studia bonarum literarum intermittant, sed incumbant illis; vt suo tempore ad Seminaria, aliaue loca remitti restituiue possint, plenus illis operam daturi; vel alijs muneribus huius ecclesiæ inferuire, vt Archiepiscopus censuerit.

Notarij omnes substituti ac Scribæ qui clerici sunt, & habitum clericalem gestant, decenti superpelliceo induti, omnibus diebus fe-

stis diuinis intersint officijs, his in ecclesijs quibus adscripti fuerint.

Ii verò qui adhuc nulli ecclesiæ addicti sunt, in Metropolitana ecclesiâ functiones agant, ac diuinis officijs intersint; nisi cum eo tempore iussu Archiepiscopi, seu Vicarij generalis, aliorumue huius fori Archiepiscopalis ministrorum, adeunt illas ecclesias, in quibus pro alicuius sancti celebritate, seu indulgentijs, aliaue deuotione populus frequens erit; aut monasteria, eorumque certa alloquendi loca, aliaue Urbis partes, ad agnoscendam, procurandamue Archiepiscopalem decretorum edictorumue obseruationem ac executionem, præsertim de cultu festorum, & honestate in ecclesijs, & accessu ad prædicta monasteria; aut alijs de causis aliò mittuntur.

At verò tamen ijs singulis ex emolumentis Cancellariæ tantum detur, quantum ad illorum victum & vestitum necessarium erit arbitrato Archiepiscopi.

Communia Cancellario, & substitutis, & scriptoribus.

Cancellarius, & Notarij substituti, eorumque Collegium, nullam omnino facultatem iussu habeant vnquam quouis nomine propria statuta constitutionesue condendi; nec admittendi vel excludendi eos Notarios substitutos, qui ab Archiepiscopo pro tempore eidem collegio Cancellariæ adscribentur.

Omnes, scilicet tam ipse Cancellarius, quam prædicti Notarij substituti, & scriptores etiã, seruent plenè hæc reformationis decreta, ac cætera omnia statuta, constitutiones, taxas, regulas, & iussa Reuerendissimi pro tempore Archiepiscopi.

Maximè refert, eum qui gerit officium tantum ponderis, & tam multiplicis curæ ac sollicitudinis, rursusq. tam intimum Archiepiscopo, quale est officium Cancellariæ Archiepiscopalis; eos item qui illi substituti nomine & officio cooperantur; ac denique illos etiã, qui scriptorum Cancellariæ officio adscripti sunt; tum expeditos esse ab alijs omnibus negotijs, vt toti huic vni curæ incumbant; tum maximè liberos esse ab omni suspitione vel minima, non modò corruptelæ, sed etiam cupiditatis, vel etiam cuiuslibet priuatæ animi affectionis.

Ideò ante omnia eis singulis & vniuersis hæc omnino vetamus.

Ne vllum vel minimum munus, etiam spontè oblatum, etiam rerum esculentarum, & quæ statim consumi possint, accipere directè vel indirectè possint à quavis vniuersitate, Collegio, vllouè homine Ciuitatis vel Diocesis Mediolanensis; nec verò ab vlllo etiam alienæ diocesis, qui lites negotiaue in Archiepiscopali foro (quæcunque sint) vel ha-

Eorum merces.

Cancellariæ constitutiones seruandæ, quæ.

Interdictio munerum, & negotiorum alienorum.

buit;

buit, vel habet, vel habere aliquando potest.

Ne cuiusquam negotia, lites, dispensationes, aliaue expeditiones causasue, in vlllo vel ecclesiastico vel laicali foro agendas, promouedas, tractandasue suscipiant, aut re ipsa agant, tractent, promoueantue; nisi cum ratione officij ex constitutionibus Cancellariæ illud præstare debeant; aut aliquando ( præsertim in negotijs miserabilium personarum extra forum Archiepiscopale promouendis ) aliter Archiepiscopus expresse iusserit.

De iuramento Cancellarij, & Notariorum substitutorum, & scriptorum.

Assumens officium Cancellarij, vel Notarij substituti in Cancellaria, in primis iuramentum præstet in hac quæ sequitur formam.

Forma iuramenti.

Ego N. Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Canonicus Ordinarius, & Archiepiscopalis Cancellarius

vel si Notarius substitutus sit, omiſſis verbis supra virgulis notatis, eorum loco hæc infra virgulis notata ponens.

Cancellariæ Archiepiscopalis Not. substitutus,

subdat: Nihil vel dedi, vel pollicitus sum gratia huius officij obtinendi.

Ero fidelis Reuerendissimo Archiepiscopo; & si sciam aliquid in damnum ipsius, suæq. iurisdictionis ecclesiasticæ, aut Mensæ Archiepiscopalis tractari, illi detegam per me, vel per alium.

Iniunctum mihi officium ex bona conscientia diligenter ac fideliter exercebo, ad præscriptum Constitutionum, ac decretorum, & reformationum Archiepiscopaliū ad Cancellariam pertinentium: cupiditate, amore, odio, & timore remotis.

De his quæ videbo, & audiam, & requisitus fuero, sine diminutione veritatis, & commixtione falsitatis, consciam instrumenta & acta iudicialia; & alia etiam, quæ ad voluntariam Iurisdictionem pertinent, conscribam.

De omnibus instrumentis, & scripturis publicis, quæ asseruari perpetuo vel ad tempus in Cancellaria constitutum est, librum Imbreuiaturarum, Prothocollum, librum extensorum, Rubricellam, ac alios libros præscriptos consciam; in illisq. omnia ad præscriptum referam, vel referenda curabo.

Secreta omnia mihi iniuncta, ac etiam omnium causarum celabo; attestationsq. testium, ac rerum constituta, & sententias, antequam sint promulgatæ, & à Iudice subscriptæ, nemini pandam.

In causis verò Sanctæ Inquisitionis, denunciantium, ac testium nomina secreta retinebo, etiam

in editione testificationum.

Litigantibus, cum petierint ipsi, vel aliquis eorum, in singulis terminis successiue copiam dabo, cum per Reuerendiss. Dominum Archiepiscopum, seu eius Vicarios, & ministros decreta fuerit; & præcipue appellantis ad sedem Apostolicam, ad præscriptum Concilij Tridentini, sine recusatione, & fraude.

A litigantibus in quorum causis fuero Notarius, vel à quocunque alio huius Ciuitatis & Diocesis homine, seu etiam ab alio, qui in Archiepiscopali hoc foro lites aut negotia habuerit, habeat, vel habere aliquando possit, directè vel indirectè, seu eorum nomine quavis de causa non accipiam munus aliquod vel minimum, etiam spontè oblatum, etiam si esculentum poculentumue, & quod statim consumi possit.

Instituta officij Cancellariæ, & taxas à Reuerendissimo Archiepiscopo Cancellariæ præscriptas integrè seruabo; neque vlllo modo quidquam supra præscriptum exigam, aut accipiam, etiam à spontè dantibus; nec vlllo vnquam tempore illas etiam declarando & interpretando immutabo.

Non promouebo, nec procurabo, agamue vllam causam, aut litem, aut expeditionem cuiusvis generis, in vlllo quouis vel ecclesiastico vel laicali foro, contra præscriptum harum Cancellariæ constitutionum, & decretorum.

Omnia & singula superscripta sine dolo & fraude integrè præstabo; & ita iuro, & promitto; sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Evangelia per me corporaliter tacta.

Hoc idem iuramentum præstent singuli scriptores Cancellariæ, excepto capite quinto & septimo, quæ ad illos non pertinent.

De Residentia eiusdem Cancellarij & aliorum item.

Cancellarius munus suū per seipsum in omnibus præstet, nisi cum valetudine aliquando impeditus erit; & illis exceptis, in quibus officio.

ob multitudinē negotiorum aliamue causam, hisce constitutionibus, aut alia Archiepiscopi voluntate iudiciouè permittetur vti opera substitutorum.

Si verò diuturna sit valetudo, itaut eum impediatur ab exercitio sui officij congruè præstantibus alijs id muneris committere.

Idem faciat, si ille absit à Ciuitate ultra sex menses continuos, vel interpolatos in vno anno; etiam ex legitima causa, & facultate.

Ne ei à Ciuitate abesse, etiam modico temporis spatio liceat, sine licentia Archiepiscopi.

Interim dum vel abest, vel ægrotat Cancellarius, vel nondū statutus est; officij exerceatur per vnū ex ordinarijs ab eodè Archiepiscopo eligendum, licet conditiones non habeat supra requisitas; dummodò Notarius sit, quo

M m m 2 ad

ad ea quæ Notarij operâ necessariò requirunt. Licebit tamen Archiepiscopo deligere alium etiã ecclesiasticum hominem, qui ordinarius non sit, si ita ipse Archiepiscopus expedire iudicauerit, qui Vicecancellarius vocetur; id verò ad sex menses liceat: quo temporis spatio vel cancellarium ex ordinarijs deligat, vel ordinarium ad illud exercendum officium per aliquod tempus constituat.

Eius verò Vicecancellarij, vel cõstituti loco Cancellarij nomine omnia agantur in cancellaria, sicuti de cancellario præscribitur.

Idem seruetur, quoad promulgationes litterarum Apostolicarum vel Pastoralium & huiusmodi faciendas in ecclesia, quo tempore Cancellarius delectus nõdũ erit in Sacro ordine constitutus.

Notarii suo loco resideant.

Notarij substituti Archiepiscopalis Cancellariæ tam ciuiliũ quàm criminalium causarũ, atque aliarum voluntariæ iurisdictionis expeditionum scriptores, etiam in loco ipsis cõstituto assiduè resideant pro eorum officio exercendo; nec discedant inconsulto Cancellario. Singulis diebus, exceptis dũtaxat festis de præcepto, officio assistat & incumbant perpetuò; nec die solũ, sed nocte etiam, vt res ac necessitas requirit, & Cancellarius, vel Vicarij Archiepiscopales iusserint.

Tẽporibus verò aliarum feriarum quouis nomine institutarum, quæ ex præcepto in festâ coli non debeant; & si residere in loco audientiæ non debeant, tamen omnes interfint in Cancellaria; ac ibi tum scriptiõibus omnium rerũ, tum varijs expeditionibus quas in dies fieri contigerit, ex Cancellarij iussu incumbant.

#### De Cancellarij officio.

**C**ancellarij officiu sit, confectio & expeditio omnium litterarum tam priuatarum quàm etiam patentium, decretorum, ordinationum, constitutionum, instrumentorum, omniumq. rerum voluntariæ iurisdictionis; quas fieri cõtingerit per Archiepiscopum, eiusq. Vicarios, Visitatores, Præfectos, & alios quoslibet ministros iurisdictionem habentes, qui faciunt idẽ Tribunal pertinens ad regimen S. Metropolitanæ ecclesiæ Mediolanensis, eiusq. prouinciæ. Omnia item acta iudicialia, tam ciuilia quàm criminalia, constituta etiam, & cætera quæcunq. occurrentia in causis, & pro illarum expeditione.

Instrumenta pertinentia ad Mensam Archiepiscopalem.

Quæ item pertinent ad Seminarium, Seminaruẽ Clericorum.

Instrumenta alia, quæcunq. in officio Cancellariæ fient.

Præsentationes Breuium, Bullarum, mandatorum, litterarum, scriptorum, expeditionumq. quarumcunq. quæ à Sanctissimo D. N. Papa, ab eiusq. Sancta Sede Apostolica & Cu-

ria Romana, ad Archiepiscopum, & officiales Curia & fori Archiepiscopalis dirigi contigerit: licebit tamen per alios Notarios qui non sint extra Cancellariam, recipi inhibitiones, quæ à Curia Romana, vel à Iudicibus ab ea delegatis emanant ad ipsum Archiepiscopum & Vicarios; & appellationes extraiudiciales, si quæ aliquando interponantur, antequàm Archiepiscopus aliquid iudicialiter contra appellantem egerit; vt puta citãdo, inhibendo, vel præcipiendo: tum denique si quam aliam litterarum expeditionum præsentationem aliquãdo Archiepiscopus vel Vicarius generalis ex causa maluerit per alios præsentari.

Ad idem officium pertineant etiam cõtractus omnes, qui necessariò requirunt cõsensum, cõfirmationem, decretum, vel auctoritatem Archiepiscopalem quouis modo.

Editio in forma publica auctoritate munita actorum, & instrumentorum, ac scripturarũ, quæ in Archiuo deinceps recondentur; etiam si confectæ sint ab alijs Notarijs.

Promulgatio & denunciatio Populo omnium litterarum Apostolicarum, Archiepiscopaliũ etiam, quæ ad indulgentiarum concessionem pertinent, edictorum etiam, & decretorum, & alia huiusmodi; & indiõiones solennes Synodorum, & aliarum huiusmodi actionum: quàm quàm quod ad denunciationem populo faciendam attinet, quædam ex tabella ecclesiæ Metropolitanæ, vel aliàs iussu Archiepiscopi denuncianda erunt ab Archidiacono, vel Diacono induto sacris vestibus, qui Missæ facto tũc ministret: aut quia minoris momenti sunt, à canonicis minoribus eiusdem ecclesiæ Notarijs appellatis.

Summaria item eiusmodi litterarũ, & versiones in lingua vulgari conficiendæ, & alia pertinentia ad eandem promulgationem.

Archiuũ Archiepiscopalis, siue ad vsum Mensæ & ecclesiæ ipsius Metropolitanæ, siue ad vsum vniuersæ Prouinciæ ex decretis conciliorum Prouincialium, diligens institutio, cura, & custodia.

Indiõtio Clero populouẽ omnium rerum agendarum.

Conuocatio processionum, & congregationũ variarum coram Archiepiscopo, præfectis, Vicarijs & alijs eiusmodi ministris habendarũ.

Item conuocatio examinatorum.

Notatio in certis libris actorum quotidianarũ congregationum variarum, quæ fiunt corã Archiepiscopo, & Vicario, aut Præfectis generalibus; & aliorũ vt opus fuerit; præsertim quæ de rebus grauioribus sunt.

Promotio item, tum maximè apud Archiepiscopum, & Vicariũ, & Visitatores, præfectos uẽ generales, tum apud alios etiam fori ministros, omnium rerum quæ statis anni tẽporib⁹ ab illis agendæ sunt pro bono regimine huius ecclesiæ; tũ vniuersæ, vt puta promulgationes litterarum Apostolicarum, & decretorum, & edi-

edictorum Archiepiscopaliũ, indiõiones Synodorum, edicta sacre ordinationis, literæ Pastorales ad populum, visitationes vrbs diocesisq.; vt exactio rationum à locis pijs, editio instructionum generalium, pro ratione variorum temporum; vt in litanijs, in Quadragesima: tum etiam sigillatim, vt collecta memorialium ex libris Cancellariæ pro instructione cuiuscunq. visitatoris, cum profecturus est ad visitationem, concessio, confirmatio, renouatio, vel reuocatio litterarum patentium, & facultatum, cum opus est, visitatio carcerum, missiones variæ per Dioccesim, campanæ, altaria, ecclesiæ uẽ consecrandæ, & eiusmodi.

Promotio item in congregatione consultationis causarum, expeditiones, maximè criminaliũ, & relictorum piorum, vsurpationũ ecclesiarum, quæ præsertim tractentur ex officio.

#### Partitio negotiorum inter Cancellarium & substitutos.

Quæ à solo Cancellario præstãda.

**C**ancellarius adiutus etiam à duobus superscriptis substitutis, det operã omnibus expeditionibus, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. Ipse Cancellarius per se recipiat quæcunq. acta, præsertim grauiora, pertinentia ad ipsum Archiepiscopum; vt puta.

Sacras ordinationes.

Indiõiones, celebrationes, & promulgationes Iubileorum, Indulgentiarumq. plenariarum, Synodorum, ac aliarum eiusmodi grauiũ rerũ. Consecrationes ecclesiarum, & altarium, præsertim insignium, quæ in Ciuitate fiant.

Recognitiones item, & translationes solennes reliquiarum sacrarum vbiq. faciendas.

Alia denique eiusmodi.

Quæ à substit.

**C**æteri actus, & instrumenta voluntariæ iurisdictionis potissimũ per dictos duos substitutos nomine Cancellarij recipiantur, nisi quæ Archiepiscopus, vel Vicarius generalis, ob rerum grauitatem, aut Illustrium personarũ dignitatem aliam uẽ causam, ipsum Cancellariũ per se recipere iusserit.

Quæ à Notarijs.

Quæ verò sunt contentiosæ iurisdictionis in causis ciuilibus & criminalibus, recipiãtur Cancellarij nomine per Notarios substitutos, nisi ex causa vsupra aliquando aliud Archiepiscopus iusserit, vel Vicarius generalis.

Quæ ab alijs sũt Cancellarij nomine facta censentur.

**I**ta verò quæcunq. ad Cancellariam pertinentia omnia fiant sub nomine ipsius Cancellarij, vt licet recipiantur à substitutis, censeantur omnia ab ipso recepta, & de illis quorum rogatus sit ipse rogatus.

In subscriptionibusq. hoc idem seruetur, vt semper fiant nomine Cancellarij.

Nullus verò ex Notarijs substitutis subscribat alicui actui voluntariæ iurisdictionis, sed solus Cancellarius; nisi sit absens, aut ægrotet, alia uẽ causa ab Archiepiscopo probata impeditus; aut ille actus fiat, non ab Archiepisco-

po, nec à Vicario generali, sed ab alio inferiori ministro; quibus casibus subscribat Notarius substitutus, sed nomine Cancellarij vti. Cancellarius in actibus publicis ad fauorem partium, & in omnibus iudicialibus, & contractibus, subscribat se semper nomine Notarij, & Cancellarij.

Cancellari⁹ quò subscribat.

In alijs sufficiet nomen Cancellarij sine expressione nominis Notarij.

Apponat vbi necesse erit, semper Notarij signum.

Subscriptio autem sit in hanc formam.

*N. Notarius, & Cancellarius Archiepiscopalis, vel N. Cancellarius Archiepiscopalis.*

Notarij autem substituti subscribant in hanc formam.

*Pro Cancellario Archiepiscopali N. Notarius substitutus.*

**Q**uicunq. Notarius substitutus Instrumentum ad Cancellarium pertinens, suo non Cancellarij nomine receperit; Qui item Instrumentum ad Cancellarium pertinens, suo nomine ediderit, licet non publica auctoritate munitum; Qui ex sua breuiatura in substantialibus aliquid mutauerit; Qui Instrumentum nomine Cancellarij receptum suppresserit: ij omnes & singuli, vltra pœnam falsi, ac alias pœnas quas de iure incurrunt, eo ipso officio Notarij sint priuati, ac perpetuò ad illud exercendum inhabiles.

Capita in quibus notarii puniendi sunt, si deliquerint.

Qui instrumentum nomine Cancellarij receptum, eius uẽ breuiaturam Cancellario consignare malitiosè distulerit; aut ex negligentia culpauit instrumentum aut breuiaturam amiserit; vltra refectionem damnorum propterea parti illatorum, arbitrio Archiepiscopi seuerè puniatur.

Cancellarius ipse interfuit frequentioribus Cleri congregationibus corã Archiepiscopo, aut Vicario generali habendis; cæteris verò alijs ex substitutis, pro ratione materiæ tractandæ, & congregationis habendæ.

Cancellari⁹ qui bus cõgregationibus interfuit.

#### Partitio negotiorum inter substitutos.

**O**mnes & singuli Notarij substituti & scriptores Cancellario in omnibus pareant, Cancellariæq. officijs dent operam in omnibus causis, actis, & negotijs indistinctè, vt illis iusserit Cancellarius.

Ipse verò Cancellarius partiatur illis negotia, vel generatim, vel sigillatim; idque vel per sortes, vel re communicata cum Vicario generali, vel alijs vt opus erit, pro conditione causæ requirẽtis maiorem industriam, vel alia ratione; & vbi à Vicarijs extraordinariè requiratur de aliquo substituto idoneo pro ratione negotiorũ causarum uẽ ad quas adhibendus est, prouideat de Notario, itaut satisfaciat Iudici, vt æquitas & ratio postulabit.

Quòd si aliquis ex substitutis ob suspiciõem alterius partis aliã uẽ causam amouẽdus erit, tũc

M m m 3 ser-

seruetur formā iuris in cōcordandis partibus coram Iudice.

Communiter tamen, nisi aliud Archiepiscopo videbitur, ita distincta sint illis negotia, ut scilicet duo sint adiutores & substituti Cancellarij in rebus uoluntariæ iurisdictionis; quorum vnus det operam expeditionibus variarum licentiarum, facultatum, & literarū parentium, necnon & aliarum, etiam ad Seminarium, & monasteria monialium pertinentium: Alter uero instrumentis cuiusvis generis conficiendis.

Vnus Notarius substitutus in causis Inquisitionis, qui etiam processus criminales monialium & regularium virorum conficiat.

Vnus, aut duo alij Notarij substituti in causis criminalibus.

Duo in causis ciuilibus ordinarijs.

Duo item vel tres ad usum uisitationum, tam per Archiepiscopum, quam per alios eius ministros faciendarum.

Notarij uero causarum ciuiliū non se interponant in causis criminalibus, nec e conuerso; nisi aliter Cancellario, vel Vicario generali ex causa aliquando videatur.

*De scripturis in Cancellaria conficiendis.*

*Communia de forma scripturarum, & librorum.*

**N**VLLE Cancellariæ expeditiones dictæ conscriptæ uel à partibus, alij suæ petentibus capiantur; sed à Cancellario ipso, eius uel substituti dictentur, & conscribantur, extendantur uel.

In librum dietimi redigantur formulæ quarūcunque expeditionum, quas in dies ab Archiepiscopo probari & stabiliri cōtingerit ad usum huius fori Archiepiscopalis.

Omnes uero expeditiones fiant ad præscriptū formularum stabilitarum; nisi aliquando expressè Archiepiscopus vel Vicarius generalis aliquid immutandam detrahendum uel censuerit.

Cumq. aliquid in vlla expeditione præter formam præscriptam ponendum erit, conficiatur in primis in Cancellaria minuta illius expeditionis, eaq. ostendatur Vicario generali, & ab eo approban. certa aliqua nota subfigentur; tum demum ipsa expeditio Archiepiscopo subscribenda afferatur, signo in ea posito, per quod Archiepiscopus facile videre possit, quid extraordinarium in ea contineatur.

Idē seruetur in omnibus illis expeditionibus, quibus adhuc nulla forma probata expressè est præscripta.

In calce cuiuslibet expeditionis, quæ fit in scriptis ab Archiepiscopo vel Vicario generali, notentur summatim & breuiter quæ in ea continentur.

Ne actis, decretis, ac ordinationibus, alij suæ

cuiusvis generis scripturis, quæ ab Archiepiscopo, seu à Vicarijs, & Iudicibus subscribi solent, Cancellarius, eius uel substituti Notarij subscribant; nisi uisa prius Archiepiscopi, seu Vicarij, Iudicis uel subscriptione.

Applicationes Tertiorum, præbendarum, canonicatum, uel dignitatum ex Tridentini Concilij decretis faciendæ, expediantur per publicum Instrumentum, & in librum Instrumentorum referantur.

Item seruetur in certo numero monialium cuiq. monasterio ex Concilio Tridentino & Decreto congregationis vrbis statuendo.

Omnes expeditiones ad moniales pertinentes, antequam Archiepiscopo, vel Vicario generali subscribendæ offerantur, prius Vicario ipsarum monialium exhibeantur subsignandæ, unde appareat ab eo probari; nisi cum ab illis secus iustum fuerit.

Stylo cuique ne subscribat Cancellarius, uel substituti, sine expressa licetia Archiepiscopi: sed seruetur decretum Concilij Prouincialis. Cancellarius, quoties his Decretis constitutio nibus uel iubetur conficere librum aliquem authenticum, seruet hanc rationem; ut initio libri ponat inscriptionem his uerbis:

*In nomine Domini, Amen. Hic liber est mei N. Notarij, & Cancellarij Archiepiscopalis, in quo describam, seu describendum, uel redigendum curabo à personis mihi fidei (Hic ponatur naturam rei continendæ in libro; ut puta) legata pia quæ nota fient, breuia, & literas Apostolicas facultatum, & priuilegiorum concessorum ecclesie Mediolanensi, incipiendo ab anno 1579. in Kal. Ianuarij: qui quidem liber est foliorum 800. & in fidem prædicta scripsi, adhibito meo consueto tabellionatus signo.*

*Ego idem N. Notarius, & Cancellarius scripsi, & subscripsi manu propria.*

Libri omnes in Cancellaria perpetuò seruandi, præterquam causarum, & huiusmodi, conficiantur in charta magna, dicta, Quinternetorum; omnesq. sint eiusdem mensuræ.

Libri uero causarum, tam ciuiliū, quam criminalium, sint ex charta media, ac inter se eiusdem mensuræ: ex eadem charta media sint folia, & quinterneti, quibus in casibus ea adhiberi iubemus loco librorum.

Filiciæ omnes habeant Chartonem in inferiori & superiori parte, cum descriptione uniuscuiusque filiciæ, ut facilius & conferuentur, & reperiantur scripturæ.

Cancellario curæ sit maximè, ut tam quæ ab illo per se ipsum expedienda sunt quam quæ ab eius substitutis, omni celeritate & diligentia sine vlla mora quoad fieri possit expediantur; tum etiam literæ patentes, & exempla scripturarum, quæ à Cancellario exeunt quauis causa uel nomine, sint plenè emendata; etiam quod attinet ad orthographiam.

Sess. 21. dec. de reform. c. 3.

Sess. 25. dec. de regul. & monia lib. cap. 3.

Prou. r. titu. de not. & scribis. pag. 25. §. Postulantibus.

De

*De triplici libro Instrumentorum.*

Primus liber Diarius, seu folia tempore stipulationis.

**H**abeat Cancellarius librum, in quo tempore stipulationis scribantur ueluti per compendium instrumenta, quæ per ipsum & Notarios eius substitutos nomine suo rogari contigerit in officio.

Quod si extra officium de aliquo instrumento rogatus ad cancellariam quouis modo pertinenti fuerit aliquis eorum, & in folio descriptis, is reponat folium in filcia.

Secundus liber Prothocoll.

Omnino autem intrà duos menses redigantur in Prothocollum instrumenta illa singula, tam quæ in libro, quam quæ in folijs prædictis descripta erunt: excipiantur tamen instrumenta, quæ ad telam iudicariam pertinent; ea enim redigenda erunt in actis causæ in librum illū, uel folium, non autem in Prothocollum.

Prothocollum uero sit notatum per numerum foliorum, & Cancellarius sub hac formula, in principio dicti Prothocolli manu sua scribat.

*In nomine Domini, Amen. Hoc est Prothocollum mei N. Notarij, & Cancellarij Archiepiscopalis, in quo describam & redigam, seu describenda uel redigenda curabo à personis mihi fidei, omnia instrumenta quæ ad Cancellariam pertinent; & ex decretis & constitutionibus cancellariæ in Prothocollum redigi debent, de quibus me rogari contigerit; incipiendo ab anno 1579. quod quidem Prothocollum est foliorum . . . . & in fidem prædicta scripsi; adhibito etiam meo consueto tabellionatus signo.*

*Et hoc etiam subscripsit Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Archiepiscopus, uel, Reuerendus Vicarius generalis; & in singulis abbreviaturis in Prothocollum redactis subscribat per huiusmodi uerba.*

*N. N. Cancellarius, & Notarius rogatus.*

Idcirco omnes substituti, qui receperint instrumenta ad Cancellariam pertinentia (exceptis ijs quæ ad telam iudicariam spectant ut supra) teneantur, si in ciuitate receperint, eo die quo receperint; si uero extra, intrà quindecim dies ab eo die quo receperint, consignare folium, seu folia abbreviaturæ, & instrumenti quod receperint, cancellario, sub pena quinquaginta aureorum, & alia arbitrio Archiepiscopi.

Filcia.

Cancellarius etiam seruet in filcia ea omnia folia vnà cum suis, collecta reductaq. in ordinem, per seriem dierum, mensium, & annorum: & utraq. filciam scilicet & prothocollum sub clauis, ut supra dictum est.

Tertius liber extensorum.

Cum uero contingeret peti, ut aliquod instrumentum à partibus in publicam formam redigatur, uel aliàs promulgetur; extendatur in alio libro quem habeat extensorum; ad hoc, ut cum contigerit aliquid promulgandū, seruetur conformatas; tūc uero in prothocollo illo promulgato addatur in margine hæc uerba: *Editum, & extensum;* adijciaturq. nomen eius cui editum est; ut puta, *uenditori, conductoriuè.*

Rubricella.

Conficiat præterea Rubricellam instrumento

rum omnium; in qua ponantur ordine alphabetico, titulus contractus, nomina contrahentium, & folia prothocolli: sed aduertatur, ut, ubi cōtrahitur cum Ecclesia, ponatur ecclesia, non autem titularis, seu procurator; sic etiam in alijs, principalis, non procurator, & in margine ponatur locus, ut puta.

*Inuestitura Vineæ facta per Ecclesiam Parochialem Sancti Martini, in fol. 100.*

In his tribus libris ponantur etiam instrumenta ad Seminarium, & ad moniales pertinentia; non autem quæ ad Officiū Sanctæ Inquisitionis.

*De libro Registri literarum patentium cum rogitu & testibus.*

**H**abeat Cancellarius librum auctoritate publica munitum, expeditionum uoluntariæ iurisdictionis, in quo describat omnes patentes literas, quæ non sunt per instrumenta, sed per patentes cum rogitu adhibitis testibus, ut puta.

Erectiones beneficiorū, & dignitatum, ac monasteriorum, & piorum locorum, ac officiorū ecclesiasticorum.

Vniones perpetuas, translationes, reductiones missarum, anniuersariorum, onerumq. attributiones, expeditiones alias, quibus mutatur in perpetuum status beneficiorum in aliquo.

Consecrationes ecclesiarum.

Facultates ab Archiepiscopo, aut alia ratione, datas cognoscendi causas, & alia quæ iurisdictionis sunt exercendi.

Collationes, & prouisiones beneficiorum.

Electiones Vicariorum, & aliorum ministrorum fori.

Creationes Notariorum.

Literas dimissorias.

Absolutiones ad effectum agendi.

Item absolutiones gratiosas.

Dispensationes in casibus, in quibus potest Archiepiscopus dispensare.

Alia quæcunq., quæ expediri possint per patentes, & requirunt rogatum Notarij; non tamen pertinentia ad Officiū Sanctæ Inquisitionis.

In hoc libro extendantur omnes expeditiones de uerbo ad uerbum.

*De libro Registri literarum patentium sine rogitu aut testibus.*

**H**abeat alium librum publica auctoritate publicum; in quo describantur omnia uoluntariæ iurisdictionis quæ fiant per patentes literas, in quibus non est necesse, ut Notarius de illis sit rogatus, aut testes adhibiti; ut puta, facultates

Prædicandi.

Confessiones audiendi.

Transferendi corpora mortuorum.

Sepe-



Sepeliendi non obstante interdicto.

Locandi domum laicis.

Cohabitandi cum fœminis.

Recedendi ab ecclesia sua.

Alia quæcunq. varia rogitum nõ requiritia, exceptis quæ pertinent ad monasteria monialium; de quibus fiat liber separatus, vt infra.

In hoc libro ponantur expeditiones extensæ de verbo ad verbum, eo modo quo conceduntur; illis exceptis, quæ habent vnam, vel plures formas præscriptas & expressas; in quibus satis erit describere diem, & nomina, & alias circumstantias adiectas sigillatim præter formam, ac si quid de formula immutatum est; in reliquis se remittere ad formam.

Si plures formulæ sint, dicatur concessa ad primam, vel secundam, vel tertiam formam: ipsæ verò singulæ formulæ omnes descriptæ sint in principio libri.

#### De libris in causis ciuilibus.

Lib. manualis actorum.

**H**abeat librum manuum publicæ auctoritate munitum ad formam positam in libro Prothocolli: in quo describantur omnia acta quæ fiunt in singulis causis ciuilibus ordinarijs, etiã Summarijs & executiuis, etiam appellatiõnũ, iuxta ordinem præscriptum in modo procedendi ipsarum causarum.

Lib. testium.

Habeat librum auctoritate publica munitum vt supra: in quo describantur depositiones ac dicta testium, quos examinari cõtingerit in quibuscunq. causis, quæ à Vicario in ciuilibus cõmuniter cognosci solent.

Lib. sententiarum.

Habeat librum publicæ auctoritate corroboratum, vt supra: in quo describantur omnes sententiæ; & in eodem notetur etiam quæ feruntur, prout in cedula; idq. intrã duos menses à die pronuntiationis, vt in cedula: quæ cedula etiam reponatur in filcia. Si verò contingat appellari; cedula etiam appellatiõnis ab appellante data, reponatur in filcia.

#### De libris causarum ciuiliũ ad Vicarium generalem spectantium.

**H**abeat præterea alios libros, quot necessarii fuerint ratione supra scripta; in quibus separatim ad formam actuum & depositionũ in causis ordinarijs describantur omnia acta, depositionesque, quæ coram Vicario generali, vel alio Iudice, coram quo fieri contingat aliquid eorum, quæ ad officium Vicarij generalis, vel ordinaria vel delegata auctoritate pertinent in causis ciuilibus.

#### De libris in causis criminalibus.

Lib. Informationum.

**H**abeat quatuor libros publicæ auctoritate munitos in causis criminalibus. Primum, in quo describantur querelæ, denuntiationes, expositiones, ac dicta testium pro in-

formatione Curia recipiendorum; quæ quidem querelæ, denuntiationes, & dicta testium recipi possint à quolibet ex substitutis, cum interuentu Procuratoris Fisci; etiam sine præsentia Iudicis criminalis: qui inscribatur; *liber Informationum.*

Secundum, in quo describantur omnia constituta reorum: & nuncupetur, *liber Constitutionum.*

Tertium verò, in quo describantur dicta testium, tam pro Fisco, quàm pro ipsis reis, parte citata examinandorum: appelleturque *liber Testium.*

Quartum, qui vocetur *Manualis actorum*, in quo describantur omnia acta, quæ fieri contingunt in causis criminalibus, eadem ratione qua dictum est supra de manuali in causis ciuilibus. Hi verò quatuor libri duplicari uel multiplicari debent pro numero Notariorum substitutorum, qui causis criminalibus dant operam; ita vt singuli eorũ quatuor libros illos habeant ad vsum processuum Ciuitatis, ac totidem pro Diœcesi; excepto libro manuali, qui communis erit & Diœcesi & Ciuitati.

Habeat librum auctoritate publica munitum Cancellarius præterea sententiarum, eadẽ forma qua supra in ciuilibus confectum: in eo tamen non describantur sententiæ visitatiõnũ; neq. quæ ad moniales, aut regulares viros pertinent.

Si continget fieri gratiam de aliquo crimine, vel moderatiõne pœnæ, Cancellarius in librũ sententiarum, & ipsis cedulis sententiarum, & in manuali, vbi ille sit condemnatus per viam decreti, notet in margine breuibus verbis prædictam gratiam, & moderatiõnem.

Interdicta, quæ fiunt Mediolani à Vicarijs, summatim sine processu notentur in manuali; & relaxatio ipsorum notetur item in margine decreti interdicti.

#### De processibus ciuilibus vel criminalibus extraordinarijs extra Ciuitatem.

**S**i contingat extra Ciuitatem siue in ciuilibus siue in criminalibus causis testes extra visitationem examinari, in quaternis depositiones describantur; nisi ob grauitatem causæ Vicarius iusserit non in quaterno, sed in libro quæ secum Notarius afferat, describi.

Hæ verò depositiones in quaternis scriptæ, statim ac Mediolanum delatæ fuerint, feruentur in filcia connexa simul in modum libri; notario tamen suo loco numero testium, & foliorũ illorum examinum in libris ordinarijs criminalibus, vel ciuilibus; vt natura examinum postulabit.

#### De indicibus varijs in libris ciuilibus & criminalibus.

**I**ndex librorum ciuiliũ & criminalium, fiet in singulis libris ordine alphabetico per materias

rias, eum nomine ecclesiæ, vel personæ, & aduersarij, & foliorum: in margine verò notetur locus; intus etiam in principio processus, seu causæ, sententiæque, ponatur locus, & titulus causæ; vt puta, *Triuilijs vsurarum.*

Forma indicis erit hæc infra.

*Locatio bonorum ecclesiæ, Sancti Martini facta N. fo. 100.*

In ciuilibus secundus index alphabeticus, cum nomine tituli ecclesiarum, de quarum bonis, & iuribus facta est lis, hoc modo.

*Sancti Bartholomæi, Plebis Castriseprij.*

Habeat verò hic secundus index titulum in hunc modum.

*Index ecclesiarum, de quarum bonis & iuribus contouertitur in hoc libro.*

In criminalibus verò secundus index condemnatorum, indicatorũ, & Inquisitorum, & quod absoluti sint ab inquisitione, & processu.

In libro item sententiarum criminalium, præter indicem sententiarum, alius index particularis condemnatorum.

Tertius index in ciuilibus, & criminalibus, nomine testium, in initio libri testium.

Quartus similis in criminalibus initio libri informationum, de nominibus testium examinatorum pro informatione.

#### De libris, & scripturis ad Sanctum Officium Inquisitionis pertinentibus.

**H**abeat totidem libros pro causis Sancti officij Inquisitionis coram ordinario cognoscendis separatos ab alijs; sed confectos eadẽ ratione quinquepartita, cum suis indicibus annexis, vt supra dictum est in alijs causis criminalibus; non tamen seruata distinctione vlla inter processus Ciuitatis & Diœcesis.

Habeat præterea librum actorum congregationũ Sanctæ Inquisitionis: quæ describantur etiam cum agitur in eis de processu, causauè pendente coram R. P. Inquisitore.

Habeat item librum, in quo hæc sint descripta.

Formula iuramenti procuratoribus dandi.

Item consultoribus.

Edictum proponendum quotannis.

Formula delegationis facultatum conficiendi processus in causis fidei.

Literæ Apostolicæ, & alia facultates, priuilegiauè ad Sanctum officium pertinentia.

Ordinationes quæcunq. & decreta, Romæ, vel hic facta, ad idem spectantia.

Habeat item indicem eorum, quibus data est facultas eiusmodi, & regestum electionis.

Regesta literarum super eo missarum ad varia loca.

Filcias literarum ab vrbe missarum super eo.

Filcias literarum à Diœcesi missarum super eo.

Indicem nominum Reuerendi Inquisitoris, & Vicarij, Fiscalisq., & Notarij illius, & Consultorum Sancti officij.

In scrinio recõdito libros prohibitos ex causa

processuum asseruandos.

Indices omnium & singularum scripturarum supradictarum.

Indices commorantium in locis suspectis ex Diœcesi.

Informationum, & testimoniorum quæ ab illis exhibentur, filcias.

#### De libro professionum fidei.

**H**abeat librum auctoritate publica munitum professionis fidei Regularium, & seculariũ, etiam laicorum professorum, & ludi magistrorũ cuiuscunq. facultatis, vel artis liberalis quomodocunq. ex Tridentino Concilio, & ex bulla Pij V. & Concilij Prouincialibus.

De emissionem autem professionis fidei faciat publicum Instrumentum, atque ideò faciat mentionem de rogitu, & testibus adhibitis: & hic liber sit loco Prothocolli, quoad hæc instrumenta tantum.

In eo describat summarie vt infra, nomen, cognomen, & patriam professoris, vel ludi magistris.

Diem professionis fidei emissæ.

Nomen Vicarij, seu delegati, in cuius manibus emisit professionem.

Scientiam & artem quam docet.

Nomen monasterij, lociue, in quo degit, & docet.

Testimonium, si quod admissum sit, de professione alibi facta, & in cuius manibus.

Mandatum sumendi informationem de fide & moribus.

Testimonia ab ipso de hoc exhibita.

Approbationem, & facultatem datam docedi.

Habeat præterea filciam, in qua seruet supradictas scripturas.

#### De processibus, & visitationibus monialium.

**P**rocessus singuli, & acta Visitatiõnum Monialium, conscribantur separatim in Quinternettis, ad maiorem facilitatem deferendi ad singula monasteria cum opus est, vnum processum sine altero: & feruentur in filcijs, facto tamen manuali, ac Indicibus, vt de alijs processibus dictum est.

#### De processibus Regularium virorum.

**I**dem feruetur in processibus Regularium virorum, quacunq. auctoritate eos confici contingit, si degant in claustris, aut aliàs sub obedientia superiorum Regularium.

#### De libro visitationum carcerum.

**H**abeat Cancellarius librum visitationis carcerum, hoc ipso nomine inscriptum; in quo describantur acta, & ordinationes omnium visitationum

visitationum carcerum, quæ sunt singulis mensibus, sub hac forma. Die, &c. fuit facta visitatio carcerum, in qua interfuerunt omnes infra scripti, videlicet. Describantur hic singuli qui interfuerunt, tum nomen cuiusque carcerati cum suo decreto facto in visitatione, hoc modo. Paulus N. decretum est dimitti cum fideiussione, &c. Habeat hic liber Indicem alphabeticum ordine nominum carceratorum.

De libris actorum visitationum.

Libri actorum visitationum sint distincti ab alijs actis, & processibus; sed in reliquis ordine supra disposito, etiam quoad indices per singulos Notarios substitutos, qui eiusmodi acta describunt dietim: ita tamen, ut acta visitationum ab initio ipso conscribantur in folijs, sed redigantur in librum auctoritate publica confirmatum, omnino distincta per Plebes singulas, & portas in qualibet visitatione; saltem antequam se conferat visitator ad aliam Plebē, aut vicariatum Diocesis visitandum; aut in Civitate implicet se alijs pluribus visitationibus. Attestationes verò & informationes testium, & examina reorum, in libris describantur: & si quando necessē sit ad Vicarios aliquem processum transmitti, antequam redeat visitator, aut visitationis Notarius substitutus Cancellarij; mittant, retento omnino penes se originali, donec ipse Mediolanum veniat.

In causis visitationum civilibus, satis sit habere duos libros: alterum manuum, in quo sententia etiam describantur; alterum verò qui contineat informationes, & examina testium. Itidem fiat in causis criminalibus; hoc addito, ut in libro testium ponantur etiam constituta reorum.

Filia actorum. Sit præterea filia, in quam hæc redigantur. Foundationes capellarum. Legata.

Inuentaria Reliquiarum, & Indulgentiarum, & indumentorum sacrorum cuiusque ecclesie, & Altaris separatim, & reliquæ suppellectilis Sacristie cuiusque generis; & omnia alia inuenta, indices, & alia exhibita à Parochis in executione instructionis pro visitatione ante trā missæ.

Citationes. Præcepta. Comparationes. Relaxa. Sequeltra, & Relationes eorum. Alia etiam eiusmodi. Institutiones, & confirmationes locorum. Regula eorundem.

Notarius substitutus visitationis, iuxta regulas

prescriptas in causis civilibus & criminalibus, omnium scripturarum, vel publica auctoritate munitarū, vel aliarum quarumcunque, quæ ad illius manum deuenient occasione visitationis, necnon & actorum ipsius visitationis, conficiet indicem dietim, seruata ratione data Cancellario in eo genere.

Eadem ratione notet etiam, si quas scripturas foris dari oportuerit, postquam ad illius manum peruenerint.

Cum primū redierit ex visitatione, infra tres dies consignet acta, tam prima illa in folijs conscripta, quam etiam post redacta in librum, cū suis indicibus, & alijs scripturis quibuscunque Cancellario per inuentarium.

De libro Indice multarum.

Cancellarius habeat librum indicem, in quo describantur summam omnes multæ, & condemnationes, ac pœnitentiæ, quæ pecuniariæ sint; vel rerum, quæ pecuniæ appellatione cenferi possunt: etiam si ex causa Sancti officij Inquisitionis sint, et iam per Vicarios Foraneos, aut Visitatores, aut etiā per literas, aut aliās etiam extrajudicialiter impostæ; cum nota cautionum, & terminorum datorum pro satisfactione illarum.

Quæ pertinent ad disciplinam morum clericalium.

Si liber perpetuus vnus, & plures, quorum necessarij erunt pro descriptione status personalis Clericorum singulorum huius Diocesis; & eorum, qui Clericali militiæ proximè adscribendi sunt. In eo describatur singulorum status exactè, ad infra præscriptam formam.

Formula describendi statum Clericorum, vel eorum qui clericali militiæ adscribendi sunt.

Primò ponat in capite pagine, si in Vrbe domicilium habeat, nomen suæ portæ, seu regionis Urbis, tum Parochiæ: si in Diocesi, plebis & Parochiæ, & oppidi vel Vici, in quibus domicilium habeat.

Idemque seruetur, si ali enigena sit. Secundò ponatur dies, mensis, annus, quibus describitur status huiusmodi: idemque fiat suo loco, quoties aliquid addetur in descriptione huiusmodi status.

Tertiò Nomen & Cognomen, & locus originis, cum eisdem conditionibus, quibus dictum est in descriptione domicilij, & vitæ præteritæ, præsertim antequam clericali militiæ adscriberetur; atque pro fessio, si quam professus est.

Quartò, Parentum Nomen & Cognomen, conditio generis, vitæ ratio, vel artis professio, nūc, & olim: fratrum quoque, & sororū numerus.

ceptarum, vel datarum.

Consignatio Cancellario.

De libro status personalis cleri

Domicilium.

Tempus descriptionis status.

Nomen cognomen & professio.

Parentes.

Si

Si cui præterea ex his alijsue agnatis necessaria vtilisq. sit illius opera, ad vitæ sustentationem, ad custodiam, tutelam, curationem, vel administrationem.

Patrimonium. Quintò, Patrimonium proprium, an commune cum alijs, re ipsa, an spe successione legitima, eiusque valor, & redditus annui, proportionem ad illam quoquo modo pertinentes.

An æris alieni onera. An litium civilium profanarum, vel criminalium implicationes.

Habitatio. Sextò, Habitatio vbi; & si in vicinia suspecta sit; & an ædibus ecclesiasticis, vel secularibus; & an proprijs, vel alienis; & à quo tempore citra habitat in illis.

Si earum pars, vel alia ædes illis coniunctæ; vel quæ communem cū illis aditus inuani habeant, à laicis habitentur; & quo nomine; & habitantes cuius conditionis, viteque rationis sint: frater eos scemina; etiam illæ, cuius ætatis, atque conditionis.

Si communem mensam habeat cum laicis, etiā agnatis. In hisque omnibus ponatur qua licentia, vel si sine ea.

Familia. Septimò, quam familiam habeat. Quos Clericos in ea; & in quibus eorum opera vtatur. Si scemina in ea sint; cuius ætatis, conditionis, & qua licentia.

Habitus, & vestitus. Octauò, Habitus ipsius qualis sit describatur; si cincinni in capite, vel alia huiusmodi, quæ præferunt cordis vanitatem.

Si tonsura incongrua ordini suo. Si Pileum acutum, vel sericum. Si labrorum superiorum pili, barbæ non rarsa, aut non propè cutem omnino incisa.

Si mantellum breue nimis, is cui liceat deferre; vel adhibeat is, cui non licet; vel longum etiam deferat, qui non debet.

Si pallium appellatum Ferraiolo, deferat extra tempus pluuie, & eiusmodi: aut tūc etiam sine veste interiori talari, aut ad collum non adformam.

Si serico ornata indumenta quæcunque, vel alterius coloris quàm nigri, etiam vestis Domestica; vel fordida, & lacerata, vel incompositè gestata.

Si vestis interior non talaris. Si vestes reflexæ post collum, aut antè apertæ; etiam si domesticæ.

Si manicæ strictæ pendentes. Si caligæ turgidæ. Si lactucæ manicis, vel collo; vel acū elaborata collaria.

Si anulos cui non liceat; aut si licet, is tamen non eo lapide ornatus est, qui ecclesiasticū hominem decet; aut plures adhibeat.

Si cingulum coriaceum. Si afferat odores. Si ligamina accincta sub bris genua.

Si pera ferro fulcita.

Nonò, corporis habitudo. Si notabilis deformitas, defectusue respectu visus, auditus, loquelæ, gibbi, claudicationis, mutilationis membrorum, tumoris in gutture, cicatricis, vel alterius signi in facie.

Si aliqua inualetudine insanabili, vel diuturna, statim tempore illum vexante labore; vt pectoris, stomachi, capitis, lepræ, morbi caduci, paralytis, malinconia, &c.

Si incessus, gestusue in aliquo corrigendus. Decimò. Dotes animæ.

Si indoles bona, vel mala: & an præferat ingenium, memoriam, capacitatem, & spem profectus pro ratione ætatis, vel non.

An peritiam legendi, distincteque pronuncian di habeat sine barbarismis, & alijs similibus erroribus.

Si scribendi competenter, vel etiam perfecte; & aptus ad discendum, vel etiā docendū alios. An doctrinæ Christianæ iuxta libellum interrogatorium communem; vel si etiam Catechismi Canisij, vel etiam Romani.

Si in ea docenda vel discenda non incumbit in eo loco in quo adscriptus est.

Si non eorum quæ spectant ad ordinem quo insignitus est, scientiam habet. An Grammaticæ in minoribus & maioribus regulis, & constructionis grammaticalis, & eliciendi sensus.

Si intelligentiæ linguæ latinæ. Si componendi latinè. Si etiam epistolæ.

Si orationes. Si logicæ. Si Philosophiæ; & à quanto tempore citra.

Si Theologiæ; & à quanto tempore citra. Si huiusmodi studijs ordinatè faciendis saltè aptus, adeoque illis iam adscriptus, vel nunc adscribendus.

An non aptus, ideoque extraordinaria opera ad alia studia adiuuandus; scilicet via compendiaris; & in ea adscribendus primæ, secundæ, tertiæ, vel quartæ classis.

An saltem necessariam sui ordini sacerdotali cognitionem sacrificij Missæ habeat; vt non suspendendus sit à celebratione.

An etiā vltiorem notitiam habeat mysteriorum Missæ, præsertim canonis.

An ritè calleat Ceremonias Missæ ritu Ambrosiano, vel etiam Romano, vel non.

Si etiam Ceremonias chori in officijs solemnibus.

Si ad illas regendas, aliosque docendos nunc aptus, vel aliquando futurus.

An versatus in aliquibus libris spiritualibus; & quibus.

Si in casibus conscientie versatus, practicè saltem. Si etiam Theoricè, & quantum. Si audierit Confessiones vnquam. Si ex Confessoribus deputatus pro Clero, vel etiam pro Monialibus.

Si exer-

Si exercuerit curam animarum; & quandiu; & vbi.  
 Si nunc aptus ad huiusmodi.  
 Si ad Conciones in suggesto aptus scientia, ac etiam actione.  
 Si saltem ad sermonizandum certis locis, vel confratribus, vel Monialibus, vel saltem in Altari, vt Parochus.  
 Si in his diutius se exercuerit; & quibus locis.  
 An nunc id munus obeat Parochus in sua ecclesia; aliàs in ea, cui ad hoc præstandum adscriptus est.  
 Si neque ad legendum ad Altare aptus est.  
 Si aptus ad docendum; & quas scientias, & lectiones; & quomodo.  
 Si ad repetendum; & quomodo; quidè.  
 Si ad præfecturam aliquam studiorum, vel lectionum, & exercitiorum huiusmodi obeundam.  
 An in conferentijs casuum ponendus in prima, secunda, vel tertia classe.  
 Si aptus futurus sit ad huiusmodi aliquo tempore.  
 An habeat libros, requisitos, scilicet.  
 Breuiarium, Plalterium, Calendarium, Sacra Biblia, Catechismum Romanum, Concilium Tridentinum, Concilia Prouincialia Mediolani, Constitutiones Synodales Diocesanas, Instructiones Fabricæ & supellectilis Ecclesiasticæ.  
 Et si Parochus est, Homiliarium, & Summam Antoninam, & alias probatas, & instructiones Prædicatorum, & Confessorum, & Parochorum.  
 An præterea emerit libros illi specialiter iniunctos; & operam dederit illis, & studijs illi iniunctis olim.  
 Si non sub Magistris assignatis.  
 Si profecerit, vel ne; & quantum post aliud examen.  
 Si spes sit vt proficiat, vel non.  
 An mediocris peritia cantus firmi.  
 Si etiam Figurati.  
 An id practicè tantum, vel etiam Theoricè.  
 Si componat musicè.  
 An aptus ad huiusmodi discendum.  
 Si etiam ad docendum alios.  
 Si actu nunc doceat.  
 An profecerit discendo, vel ne.  
 Si saltem profecturus.  
 Si non sub Magistro, cui fuit adscriptus.  
 Si canat, an habeat libros musicos profanos.  
 Si psallere sciat organo.  
 Si etiam alijs musicis instrumentis; & quibus; & si adhibeat vnquam illicita clerico.  
 Si peritia scribendi, & scientia literarum aptus ad Notariatum cleri.  
 Si saltem futurus aptus.  
 Si dederit operam legibus ciuilibus, vel etiam Sacris Canonibus; & quamdiu.  
 Si in Theologia, vel vtroque iure, aut sacris Canonibus tantum doctoratus.  
 Si in Seminario, aliquo Collegio, Confortiue

Ecclesiastico, aut in congregatione oblatoꝝ Sancti Ambrosij adscriptus est: & à quo tempore; & quo gradu, conditionibus.  
 Si in vlla ex præfecturis, congregationibus, officijsuè ecclesiasticis infra describendis constitutus est; aut idoneus qui constitui possit.  
 Si legitimus.  
 Si de ea constet per processum formatum & approbatum à deputato.  
 Si illegitimus; qualis sit illegitimitas, & ex quibus.  
 Si super ea legitime dispensatus ad aliquos, vel ad omnes ordines; vel etiam ad beneficia simplicia; vel etiam ad alia quæcunq; etiam curata, & dignitates.  
 Sub quibusq; conditionibus, si illæ seruata.  
 Si alienigena.  
 Si obtineat beneficiu in diocesi, & ob id iam factus Diocesanus; vel diuturnitate temporis, adiunctis alijs circumstantijs necessarijs, contraxit domicilium in diocesi.  
 Si alioquin dimissoriam habeat à suo ordinario, à quo data sit.  
 Quo tempore.  
 Si ad tempus; & quantum; an verò indefinitè.  
 Si ad executionem ordinum tantum; an etiam ad suscipiendos ordines; & quos.  
 Si ad beneficia; & quæ.  
 Quibus de causis concessa Dimissoria.  
 Quibus conditionibus.  
 Quibusuè attestacionibus.  
 Quos ordines habeat.  
 A quo fuerit promotus, & vbi.  
 Quo die, mense, & anno.  
 Ad quem titulum beneficii, vel Patrimonij.  
 Si ad patrimonium ordinatus, an verè illud possideat.  
 Si antè ætatem, & extra tempora promotus.  
 Quibus facultatibus, & dispensatione; & an omnia ritè & rectè expedita, & examinata.  
 Si habeat beneficia, regressus, pensiones, & reservationes; & quam, seu quas; & eorum literas omnes expeditas habeat.  
 Si obtineat plura beneficia inuicem incompatibilia.  
 An dispensatus super pluralitate ipsorum beneficiorum.  
 Si in his omnibus aliquis defectus aut vitium nullitatis, vel subreptionis, &c.  
 An dicat horas canonicas; & si sacerdos sit, missa celebret ritu Ambrosiano, an Romano; & si alio ritu q̄ debet, qua facultate id faciat.  
 Si collegiatè officium recitet, & in quo loco, & ecclesia: idq; si quotidie pro ratione oneris incumbentis suo beneficio.  
 An nõ arctatus beneficii ratione, Parocho suo diebus festis coadiuet in vesperis, & alijs officijs solemnibus.  
 An præterea diebus festis conueniat ad Missa maiorem, & vespas, in alia ecclesia cui adscriptus est, ibique sua munera, & ordinis functiones assignatas exercent, vel non.

An

An confiteatur Deputatis pro confessione facerdotum: vel si clericus inferior, Deputatis expressè pro ipsis clericis inferioribus, vel non; & cui ex his; & à quo tempore citra, & quouis in mense.  
 An Sacerdos Missam saltem diebus festis, & Clericus inferior communionem frequenter, saltem bis vel semel in mense, iuxta Decretum Prouinciale.  
 Idq; quoad inferiores, in ecclesia, cui adscripti sunt; & an inter Missæ solemnem sacram; & de eo fidem exhibeant, iuxta formam: & à quo tempore citra.  
 Si Sacerdos, in qua ecclesia celebret Missam; & quãtam elemosinam ex eo, & à quibus, & quo nomine percipiat.  
 An licentiam habeat ibi celebrandi; eaq; an ad tempus, vel perpetua, vel renouata.  
 Si celebret in ecclesia Monialium, habeatq; ad id specialem licentiam, vel non.  
 An eius licentiæ conditiones seruata ab illo.  
 An benè audiat in Vicinia sua; & vbi per plures annos antè versatus est: præsertim in aliqua administratione, officio, vel beneficio; vel è contra.  
 Si ex processibus Criminalibus fori Archiepiscopalis aliquid contra eum pendet; nunc aut olim pronunciatum sit, siue condemnando, siue absoluendo.  
 Si quædam extat suspicio, vel querela, aut denunciatio contra eum, ex memorialibus positris in filcia, vel libris status in Cancellaria, non ramen adhuc deductis in Processum.  
 Non erit tamen necesse scribere responsum ad omnes singulas supra descriptas interrogationes; sed illas tantum, quæ ponuntur absolute, vel per interrogationem, An: quæ verò per conditionem, si, earum respõsum scribatur, si erit affirmatiuum; alioquin non.  
 Nullus autem ordo sit in describendo unū, vel aliud prius; sed singula nomina habeant tres vel quatuor chartas; in quibus addi possint dietim, quæcunq; superuenerint ad eorum statum pertinentia.  
 Ei libro sit Index alphabeticus ordine nominum cuiusq; clerici, cum numero foliorum libri, vnde reperiri possit statim illorum status: & cum titulis singulorum Beneficiorum quæ obtinent in hac Diocesi, vel etiam in aliena.  
 Alii præterea indices plures ex libro status extracti ad clericalem disciplinã pertinentes, vel ad vsum variorum negotiorum huius regiminis.  
 Ponatur Parochia, & locus sub ordine alphabetico nominum ipsorum.  
 Clericorum singulorum in Ciuitate commorantium.  
 Clericorum in Diocesi commorantium.  
 Clericorum huius Diocesis extra eam commorantium: in hoc ponatur locus, in quo morantur; & quid profiteantur.  
 Clericorum alienæ Diocesis in hac Ciuitate, vel Diocesi commorantium: in hoc fiat men-

tio de Domicilio contracto, Dimissoriauè, aut Beneficio, cuius ui legitime hic morantur.  
 Clericorum sigillatim, qui habent dimissorias literas, qui possint accipere & ordines & Beneficia in hac Diocesi.  
 Clericorum commorantium in singulis Portis vel Regionibus Vrbis, & Plebibus Diocesis, ordine Portarum, & Plebium, & Parochiarum.  
 Clericorum cuiusque ecclesiæ, siue Metropolitanæ, siue collegiatæ, siue Parochialis.  
 Primò dignitates obtinentes.  
 Secundò Canonici.  
 Tertio Beneficiati alii choro adstricti.  
 Quarto Cappellani, & alii Mercenarii.  
 Quintò Cappellani Titulares, & eiusmodi.  
 Sextò adscripti pro functionibus exercendis in singulis ordinibus suo ordine.  
 Præpositorum Diocesanorum nomina, ordine prioritatis quo quisq; consecutus est præposituram: vt sit ordo in illis vocandis nominandis in synodo Diocesana, & processionibus, & huiusmodi.  
 Idem de singulis Parochis cuiuscunq; Portæ, Plebisuè, vt ordine conueniant.  
 Idem de Canonicis, & alijs beneficiatis cuiuscunq; Ecclesiæ Collegiatæ in Vrbe, & Diocesi; prout ratione possessionis adeptæ beneficii, vel admissionis ad residentiam, solent ipsi inter se præcedere.  
 Clericorum, qui in Diocesana synodo fidei professionem emiserunt; idq; præter notã in actis Synodi retinendam.  
 Protonotariorum.  
 Theologiæ Doctorum.  
 Canonum Doctorum.  
 Prædicatorum.  
 Confessorum populi.  
 Confessorum Sacerdotum in Ciuitate & Diocesi.  
 Confessorum Clericorum qui nondum Sacerdotes sunt.  
 Confessorum ordinariorum Monialium.  
 Confessorum extraordinariè Monialium.  
 Adscriptorum singulis Classibus scholarum, & studiorum, ac lectionum, siue Braidæ, siue in Ædibus Archiepiscopalibus, siue in singulis portis Vrbis, aliisue scholis deputatis, siue in plebibus diocesis.  
 Adscriptorum alijs varijs scholis, vt cantus, vel scribendi, vel huiusmodi.  
 Consortiorum ipsorum Clericalium.  
 Clericorum cuiusq; Consortii Clericalis.  
 Clericorum cuiusq; Seminarii.  
 Clericorum, qui petunt adscribi Seminario, cū filcia cedularum relationis de eorum examine, & breui statu.  
 Clericorum Oblatorum Sancti Ambrosij.  
 Clericorum qui petunt admitti in ea.  
 Adscriptorum singulis scholis doctrinæ Christianæ.  
 Adscriptorum singulis ordinibus maioribus vel minoribus.  
 Adscriptorum singulis locis, Monasterijsuè,

N n n vt ibi



ut ibi peccata sua confiteantur.  
 Clericorum nullum beneficium habentium.  
 Clericorum habentium beneficia incompatibilia; & quæ.  
 Clericorum transferendorum ab vno ad aliud beneficium.  
 Clericorum inhabilium, vel decrepitate, vel valetudine &c.  
 Absentium à debita residentia suorum beneficiorum.  
 Clericorum absentium causa studij à Diœcesi.  
 Clericorum absentium causa studij à suo beneficio residentiali, sed Mediolani studentium.  
 Clericorum absentium ad tempus cum licetia.  
 Clericorum relegatorum certis locis, aut exulantium; cum filicia testimoniorum quæ affirmant.  
 Clericorum, quibus negata aliqua licentia; & qua de causa; vt videatur, si iterum petant.  
 Clericorum, qui commendati sunt aliorum certæ curæ.  
 Clericorum varijs dotibus talentis præditorum, vel aptorum ad varia officia.  
 Qui apti concionibus.  
 Qui ceremonijs docendis, exercendis.  
 Qui musica firmæ, vel figuratæ docendæ.  
 Qui peritiæ scribendi, & eam docere possunt.  
 Qui lectionibus, vel repetitionibus grauioribus.  
 Qui ludi Magistri officio.  
 Qui audiendis confessionibus; & an cleri, vel Monialium, vel Laicorum tantum.  
 Qui exorcismis in energumens exercendis.  
 Qui pueri apti vitæ Clericali.  
 Qui apti Seminario Sancti Ioannis.  
 Qui Canonice Seminario.  
 Qui Seminario Caprini.  
 Qui Beneficijs Curatis.  
 Qui alijs locis adiuuandi in studijs, vel moribus.  
 Qui apti alijs adiuuandis in moribus; vt illorum curæ accommodentur.  
 Qui item in studijs, alijsque artibus liberalibus.  
 Qui apti varijs Præfecturis, congregationibus, cõsultationibus, alijsque officijs infra descriptis.  
 Vicarius Generalis.  
 Consultores Sanctæ Inquisitionis.  
 Doctores, partim in Theologia; partim in Canonum scientia.  
 Præfecti Ciuitatis & Diœcesis Generales duo.  
 Præfectus Ecclesiæ Metropolitanæ.  
 Visitatores & Præfecti regionũ Ciuitatis sex.  
 Vicarius Ciuilis.  
 Vicarius Criminalis.  
 Aduocatus Fisci.  
 Promotores Fisci duo.  
 Auditores ad arbitrium Archiepiscopi.  
 Præfectus executionis reformationis Tribunalis.  
 Protestor causarum piarum.  
 Protestor Carceratorum.  
 Aduocati causarum piarum, & pauperum.

Procuratores pauperum.  
 Sollicitator.  
 Præfectus spiritualis Carcerum.  
 Consultores congregationis causarum.  
 Cancellarius Archiepiscopalis.  
 Notarij substituti Cancellariæ.  
 Scriptores Cancellariæ.  
 Pœnitentiarius.  
 Consultores Pœnitentiariæ.  
 Pœnitentiarij minores.  
 Vicarius Monialium.  
 Consultores congregationis Monialium.  
 Præpositus Generalis Sancti Sepulcri.  
 Præpositi cuiusq. domus Collegiatæ ac confortij eiusdem Societatis.  
 Alij Ministri eiusdem Societatis.  
 Rectores plurium Seminariorum Mediolani, & foris.  
 Præfecti & alij Ministri eorundem Seminariorum.  
 Rector, & Ministri plures Collegii B. Mariæ, tum Collegii Heluetiorum.  
 Rector, & Ministri Collegii.  
 Clericatus Sancti Simonis.  
 Syndici Cleri Portarum, seu regionum Vrbs.  
 Vicarii Foranei.  
 Præfectus, & examinatores prædicatorum.  
 Præfectus, & examinatores Parochorum.  
 Præfectus, & examinatores pro sacra ordinatione.  
 Præfectus, & deputati Seminarij.  
 Præfectus Generalis, & alij Ministri inferiores vitæ Christianæ.  
 Præfectus Generalis orationum, & quadraginta horarum.  
 Præfectus, & consultores studiorum Cleri.  
 Lectores, & ludimagistri pro Clero in literis, vel peritiæ scribendi, vel cantu, vel Ceremonijs.  
 Præfectus, & consultores congregationis Cæremoniarum.  
 Præfecti calculis distributionum collegiarũ in vrbe duo.  
 Præfectus sacrarum picturarum, & librorum.  
 Præfectus fabricarum ecclesiarum.  
 Præfecti sacræ supellestilis, duo.  
 Præfectus fabricæ Ecclesiæ maioris.  
 Præfecti alii eodem ex capitulo, tres.  
 Archiepiscopalis Oeconomus Canonicus Ordinaris Metropolitanæ ecclesiæ.  
 Præfectus Hospitalis Mendicantium.  
 Præfectus fabricæ Sancti Sebastiani.  
 Præfectus deputatus Capucinarum.  
 Præfectus hospitalis Pietatis.  
 Præfecti inferiores ibidem ecclesiastici sex.  
 Præfecti hospitalis maioris duo.  
 Præfectus, & deputati hospitij sex.  
 Testes Synodales Prouinciales.  
 Testes Synodales Diœcesani.  
 Punctatores collegiarum.  
 Punctatores funeralium, & festorum.

Libri

Libri pertinentes ad Seminarium, & societatem Oblatorum Sancti Ambrosij.

**Liber iurium.** Habeat librum iurium Seminarij; in quo hæc descripta sint extensè.  
 Erectio & institutio Seminarij.  
 Vniones quæcunq. eidem factæ.  
 Literæ confirmationis Apostolicæ, & aliorum priuilegiorum.  
 Inuentarium honorum & iurium.  
 Constitutiones & regulæ.  
**Liber actorum.** Habeat item librum actuum congregationis Seminarij.  
 In eo sint etiam deputationes Rectorum, ac deputatorum pro tempore, tam spiritualium, quam temporalium.  
 Index etiam aliorum quorumcunq. officialiũ.  
**Lib. Clericorũ adscriptorum.** Habeat item librum Clericorum Seminario adscriptorum.  
 In eo describantur dietim qui admissi fuerint, cum cõditionibus quibus admissi sunt, scilicet.  
 Si quidquam annuatim solunt.  
 Qualis causa, & quando data.  
 Clerici status breuis; scilicet.  
 Nomen, & Cognomen eius, & patris.  
 Aetas clerici.  
 Patriæ habitationisue locus, Parochia, Plebs, portauè, si in vrbe est.  
 Qualitas literarum dimissoriarum, si alienæ diœcesis est.  
 Ordo quem habet.  
 Beneficium, si quod habet.  
 Talenta, & progressiones cuiusq. in studijs, & moribus.  
 Similes libros habeat in omnibus ferè pro societate Oblatorum Sancti Ambrosij.

Libri examinum in genere.

**H**abeat librum non authenticum; in quo describantur examina, quæcunq. fient in genere ad cognoscendum scientiam alicuius sine certa approbatione, ad aliquod Beneficium, vel ad ordines.  
 Describantur in hoc libro nomina eorum qui examini interfuerunt, & dies examinis, & status examinati breuis, scilicet.  
 Nomen, cognomen, habitatio, Parochia, & Plebs, seu Porta, Aetas, Ordo, Beneficium, & scientia demum.  
 Index huic libro sit, cum nominibus eorũ qui examinantur.

Libri Sacrarum Ordinationum.

**H**abeat Cancellarius librum Sacrarum Ordinationum authenticum.  
 In quo libro describat dietim, quæcunq. pertinent ad celebrationem sacrarum ordinationũ, etiam quæ priuatim fiunt, hoc ordine.  
 Publicationem edicti ordinationis habendæ

cum indictione ordinationis.  
 Præsentationem promouendorum.  
 Delegationem processus informatiui, & publicationis nominum; ac etiam tituli Patrimonij, & relationis transmissionem.  
 Assignmentem loci & temporis exercitorum suscipientibus ordines sacros.  
 Exhibitionem testimoniorum & dimissoriarum ab ipsis ordinandis factam.  
 Delectum examinatorum.  
 Examen.  
 Approbationem, vel reiectionem ex votis secretis examinatorum, cum expressione causæ reiectionis, quæ expressa sit in tractatione inter illos habita palam ante vota secreta.  
 Recognitionem generalè admissorum in examine, quoad testimonia & dimissorias exhibitæ, & informationes de illis sumptas ex officio, & alias eorum qualitates.  
 Deliberationem Archiepiscopi super interstigio anni præscripto à Concilio Tridentino.  
 Lectionem literarum apostolicarum Pij II. de ordinatis illegitimè.  
 Literarum testimonialium ordinationis expeditionem.  
 Facultatem & approbationem ad primam Missam.  
 Habeat præterea filcias processuum super infra scriptis, videlicet ætate, & legitimitatis testimonio, & publicatione.  
 Patrimonio, vel Beneficio, aliouè titulo, moribus &c.  
 Item dimissoriarum superioris.  
 Item dispensationum variarum.  
 Item aliorum eiusmodi.  
 Habeat hic liber Indicem nominum ordinatorum ordine alphabetico pro singulis ordinationibus habitis; tum alium, ratione singulorum ordinum tunc collatorum.

Libri Prouisionum Beneficiorum per examen.

**H**abeat Cancellarius librum prouisionum Parochialium, aliorumque Beneficiorum per examen, etiam ex literis Apostolicis, qui inscribatur: *Liber Prouisionum Beneficiorum per examen.*  
 In illo libro dietim describat quæcunq. pertinentia ad prædictas prouisiones; scilicet.  
 Vacationem beneficii: notando vnde constet, scilicet ex literis Vicarii Foranei, vel aliunde; & quo die, mense, & anno; quo item loco, per cuius obitum, vel resignationem, priuationem, uè, aut alterius beneficii affectum, & huiusmodi: tum si quæ circumstantiæ sunt, quæ obrem illud beneficium affectum sedi Apostolicæ vel reseruatam sit; quiq. Notarius rogatus sit de resignatione &c. aut de apprehensione alterius beneficii, per quã illud vacaret.  
 Describat item deputationem, electionem uè depositarii fructuum durante vacatione.  
 Tum deputationem Vicarij in spiritualibus.

Nnn 2 Diem,

Diem, & loca propofiti edicti, fi eiusmodi Beneficium fit, vt de eo proponatur edictum; tñ & prorogationem termini, fi quæ fiat, eius editio, ac ratio edicti promulgari, seu termini prorogati.

Nomina examinatorum delectorum ab Archiepiscono ad examina pro illo beneficio.

Nomina eorum qui Dietim proponuntur examinandi eo nomine; describendo eorum breuem statum, scilicet Cognomen, habitationem, Parochiã, Plebem, seu Portam, ætatem, ordinẽ, & Beneficium, si quod aliud habet.

Mandatum pro informationibus sumendis de illorum singulorum moribus.

Summam informationum sumptarum.

Præfinitionem termini prorogati, si facta sit prorogatio ad Beneficium.

Diem examinationis cuiusque.

Nomen eorum qui examini interfuerunt.

Suffragia lata secretò post collationem palàm inter illos factam de examinati cõditionibus; approbationemq̃, vel reiectionem ab examinibus factam.

Delib. rationem & delectum ab Archiepiscopo de magis idoneo.

Expeditionem demum factam ab Archiepiscopo, seu testimonium, vt ab alijs fiat, ad quos spectat.

Notet eodem libro summam suo loco exhibitionem literarum Apostolicarum, si quæ facta sit, pro collatione in forma dignum ab Archiepiscopo exequenda.

Idem de electione ac præsentatione facta ab habentibus Iusparonatus, atque edicto eo nomine propofito.

Idem de institutione ab Archiepiscopo, vel Inferiore etiam facta.

Notet etiam appellationem, si quam fieri cõtingat, & Decretum responfionis.

Apprehensionem item possessionis, si per eam vacet aliquod aliud Beneficium.

Forma autem scribendi in libro, hæc sit; Vt initio folij scribatur vacatio; deinde continenter successiue cætera ad formã; & relinquatur spatium congruum, in quo omnia subsequenter describi possint, vsque ad Prouisionem inclusiue.

Quòd si ante prouisionem huiusmodi vacent alia, nihil interponatur; sed in singulis Beneficijs describantur, quæ oportet continuare ad formam præscriptam.

Habeat hic liber Indicem duplicem alphabeticum scilicet, tum nominum Beneficiorum, ad quæ quisq̃ examinatus est, tum nominum examinatorum, siue approbati, siue reiecti sint.

Hoc præterea animaduertat Cancellarius, vt nihilominus scribantur in diario communi Cancellariæ omnia eiusmodi acta; scilicet Publicatio edicti, mandatum, informatio, literarum Apostolicarum exhibitio, electio, præsentatio & eiusmodi; tum etiã seruet in filcia informationes, edicta, literas Apostolicas, & alia eiusmodi.

*Libri Concionatorum, & professorum Sacrae Scripturae, & item confessoriorum.*

**H**abeat librum Concionatorum, & Professorum Sacrae Scripturae, per ordinẽ Religionum, præmissis tamen Sacerdotibus secularibus; in quo describat nomina Concionatorum vsque ad dimidium paginae, & simul adnotet vnicuique nomen; an admissus per examen, vel sine; an generaliter in tota Diocesi, & perpetuò, vel ad certum locum, vel tẽpus; an petierit benedictionem pro concionibus habendis in ecclesijs sui ordinis; an verò etiã data facultas pro ecclesijs secularibus: è regione verò in altera parte paginae adnotet, an benè se gesserit; an defecerit, & in quo &c. vt in subiecto exẽplo. *Frater Alexius de Mantua, approbatus sine examine, ex testimonio per literas Vicarij Foranei, vel præfecti datas N. Iunij N. 1578. vel per examen coram Reuer. N. cui examini interfuerunt RR. N. N. Petijt benedictionem, vel accepit facultatem concionandã in tota Diocesi, vel sigillatim in loco, &c. & ecclesia S. N. &c. per proximam quadragesimam vel sine vlla expressione indefinitè, visis testimonialibus literis ad hoc munus à R. D. Prouinciali ordinis datis die &c. mensis &c. anno &c. Non satis fecit ob imperitiam, vel parum conuertendo, vel cum secularibus nimis conuersando, vt constat testimonio Vicarij Foranei literis datis die, &c.* In eodem libro describat etiam reprobatos, notatis nominibus Præfecti & examinatorum qui interfuerunt, & causis reprobationis.

Habeat librum Confessoriorum similem superiori in omnibus, simulque omnia supradicta in ijs quæ conuenire possunt in materia confessorum.

*Libri pertinentes ad Congregationes.*

**H**abeat librum actorum congregationis pœnitentiariæ.

Librum item alium, in quo hæc sint.

Instructio Pœnitentiariæ.

Vniones quæcunq̃ huic officio factæ.

Inuentarium bonorum præbendæ pœnitentiariæ.

Priuilegia & Declarationes ad officium pœnitentiarij pertinentes.

Constitutiones & regulæ officij.

Collatio officij extensa singulis pœnitentiarijs. Facultates singulis annis datæ ab Archiepiscopo ipsi pœnitentiario.

Habeat item Indicem nominum Deputatorum Congregationis pœnitentiariæ.

Indicem Cõfessoriorum probatorum Vrbs & Diocesis.

Indicem eorum, qui ad sunt verè.

Filciam literarum à Diocesi scriptarum.

Registrum literarum ab eo scriptarum, ratione facultatis casuum, vel consultationis.

Filciam dubiorum proponendorum.

In

In ijs autem caueat ne nomina consulentium Pœnitentiariæ congregationem exprimentur; etiam si ipsimet consulentes ea propalauerint, nisi quando factum erit prorsus notorium & manifestum.

Habeat librum alium, in quo hæc sint.

Fundatio Mensæ Pœnitentiariæ minoris.

Bona & iura Pœnitentiariarum minorum.

Regulæ Congregationis minorum Pœnitentiariarum.

Tabellæ dierum quibus assistere debent.

Habeat item Indicem Pœnitentiariarum.

Canones Pœnitentiales.

Tabellam casuum referuatorum.

Tabellas varias ad officium Pœnitentiariarum spectantes.

Indicem casuum variorum.

Tabellam notæ absentium, præsentiumue.

Filciam proponendorum.

Habeat denique librum actorum congregationis.

**Lib. actorum Cõgregationũ Clericalium.** Habeat librum authenticum actorum variarum congregationum generalium, aut aliàs frequentius, Cleri secularis vel regularis coram Archiepiscono, vel Vicario aut Præfectis, seu Visitatoribus Generalibus.

**Lib. actorum congregationũ de cultu diuino.** Librum authenticum etiam, in quem conferantur scripta & acta congregationum, de ritibus, cæremonijs, & de cæteris; in quibus appareat propria consuetudo ecclesiæ Ambrosianæ; tum alia ad diuinum cultum spectantia.

**Filcia quæstionum Congregationum parochialium.** Filciam etiam habeat quæstionum propositarum in Cõgregationibus Parochorum Vrbs & Foraneorum, ac resolutionum illarum.

*Libri de moribus Regularium Virorum, & Monialium.*

**Lib. de moribus regularium virorum.** Sit præterea liber vnus ad mores Regularium pertinens: in quo describat Cancellarius singula Monasteria & domos Regularium titulata & commendata quæ Conuentum habeant, eaque ordine Congregationum: sub singulis autem monasterijs seu domibus referat dietim quæcunq̃ deferuntur, spectantia ad præstantiam & virtutes insignes, vel abusus defectiue, & crimina vel communia vel particularia in illis ecclesijs, Monasterijs, vel personis, earumq̃ moribus.

Index sit ordine nominum Religiosorum qui delati sunt, descriptiue alterutro nomine, vel insignis virtutis vel prærogatiue alicuius, aut rursus delicti vel criminis.

Index sit ordine nominum Religiosorum qui delati sunt, descriptiue alterutro nomine, vel insignis virtutis vel prærogatiue alicuius, aut rursus delicti vel criminis.

**Lib. de moribus monialium.** Sit liber alter similis de moribus Monialium, tã subiectarum ordinario, quàm regularibus, eodem ordine scriptus, cum simili indice.

Habeat Cancellarius Indices infra scriptos ad mores Monialium pertinentes.

Nomina monialium cuiuscunq̃ Monasterij.

Nomina Protectorum singulis Monasterijs.

Nomina Conuersarum, si quæ facultatem habent foras manendi, & quæstuarii.

Indices piorum hominum, qui obseruent cir-

cumeundo, an seruentur regulæ de Parlatoijs. Index causarum probatarum pro ingressu Claustræ Monasteriorum.

Nomina Medicorum, & aliorum, quibus data facultas est per totum annũ ingrediendi in casibus necessarijs.

**Lib. admissio- Puellarum in Moniales.** Habeat librum admissio- nem, cum sua filcia respondente; in quo notet omnia hoc ordine.

Petitionem admittendæ puellæ ad religionem. Deputationem Confessorum ex decreto Prouinciali.

Dispensationem anni, vel partis anni, si data sit ex aliqua causa.

Facultatem ingrediendi Monasterium in fine anni, si data sit, causa videndi monasterium.

Exhibitionem cedulæ promissionis dotis; quæ etiam seruet in filo.

Examen pro admissione ad religionem.

Concessionem faciendi capitulum pro admissione.

Instrumentum depositi dotis, ad effectum implicandi pecuniam, & promissionem census annui, & aliorum: quod instrumentum registretur in libro instrumentorum.

Examen post sex menses pro habitu suscipiendo.

Exhibitionem fidei Sacramenti Chriftatis suscepti.

Exhibitionem fidei solutionum duodenæ, & vestimentorum.

Concessionem induendi habitum.

Exhibitionem fidei susceptionis habitus.

Exhibitionem fidei ætatis annorum xvj, completorum.

Examen pro admittenda professione in fine anni probationis.

Concessionem faciendi capitulum pro admissione ad professionem.

Emissionem professionis.

Implicationem pecuniæ dotalis in bonis stabilibus.

Habeat præterea Filciam, in qua seruet testimonia supradicta.

*Libri pertinentes ad mores populi.*

**H**abeat librum de disciplina populi; in quẽ referat dietim, quæ pertinent ad mores populi vniuersè vel cognoscendos, vel corrigendos.

Indexq̃ sit Alphabeticus pro ratione materiarum.

Habeat singulos libros pro singulis portis seu regionibus Vrbs, & Plebibus, ordine Parochiarum: in quos referat vsupra quæ pertinent ad mores singulorum de populo, vel etiã cuiusq̃ populi, vel loci; notando prius quæ frequentiora delicta in illo populo sunt; qua in re parochia S. Teclæ annexa Ecclesiæ Metropolitanæ censeatur tota in porta Orientali; quamuis ex parte pertineat ad Portam Romanam.

N n n ; Tum

Tum abusus particularium Laicorum, scilicet.

Violationis festorum.

Blasphemiarum.

Concubinatus.

Adulterij, incesti, &c.

Cohabitationis cum mulieribus suspectis.

Meretricum.

Lenonum.

Chorearum.

Locorum, in quibus Aleatores congregantur.

Maritorum & Vxorum non cohabitantium,

vel dissidentium.

Vfurariorum.

Contumacium erga suos Curatos, disciplinam

uè ecclesiasticam.

Rixarum.

Inimicitiarum publicarum.

Simulatum.

Latronum.

Quæstuariorum.

Alia huiusmodi.

Index alphabeticus horum librorum sit quadruplex; vnus scilicet ordine nominum Laicorum, alter ordine materiarum, tertius ordine locorum, quartus ordine titulorum ecclesiarum. In eisdem libris referat summam delationes, inquisitiones, processus, condemnationes, cautiones, præcepta pœnalia super moribus; vt puta, in concubinatis, blasphemijs, violationibus festorum, & alijs huiusmodi ad laicos pertinentibus.

Lib. publicatio- nis. Decreti Trid. de Matrimonijs.

Habeat librum authenticum promulgationis decreti Tridentini de matrimonijs in singulis Parochijs, ad formam decreti Prou. tertij de matrimonio, ac relationis de eo factæ; quas etiam relationes seruet in filcia diligenter apud librum.

Habeat hic liber Indicem alphabeticum duplicem; scilicet, nominum locorum, seu regularum, & item tituli ecclesiarum Parochialium, vbi facta promulgatio est.

Varij Indices. Sint Indices ad disciplinam populi pertinentes vt infra. Locorum, ad quæ Concionatores tempore quadagesimæ mitti debeant.

Locorum, vbi commodè constitui possunt Concionatores per annum, pro locis circumuicinis Diœcesis.

Locorum, in quibus Choreæ, conuentus illi perniciosi ad stabula vel profana huiusmodi sapius.

Confraternitatum & scholarum piarum.

Locorum piorum.

Deputatorum, & præfectorum cuiusq. loci pij.

Locorum, ad quæ mittendi sunt Concionatores tempore Aduentus.

Magistratum inuitandorum ad solemnitates, processiones & alia.

Singulorum virorum qui sunt in vnoquoque Magistratu, collegione laicali insigniori Abbatum cuiusq. artis.

Præcedentiarum inter quoscuq. Magistratus

& vniuersitates occasione processionum & eiusmodi officiorum.

Aliquorum Virorum Piorum in singulis Parochijs & Scholis pro informationibus habendis.

Locorum Diœcesis, & viarum in Ciuitate, in quibus Iudæi habitant, vel aliquando cõueniunt. Locorum vbi sunt institutæ scholæ doctrinæ christianæ.

Similis vbi schola Corporis Christi.

Virorum in singulis Parochijs & scholis, qui apti curis spiritualibus.

Item qui apti ad faciendas maiores eleemosinas.

Medicorum omnium, & aliorum, qui tenentur præstare iuramentum ex Bullis Pij V. in vrbe & Diœcesi.

Locorum omnium Diœcesis, in quibus consueuerunt nunc olimuè manuteneri ludimagistri, & quo stipendio, à quibusuè; tum illorum locorum, in quibus vel petitur prouideri de Magistro, vel expedit procurare; idq. ordine portarum, Plebis, & Parochiarum.

Liber index ludi Magistrorum, ac professorum quorumcunque, exceptis regularibus docentibus in Monasterio, cum statu & informatione morum cuiuscunque, quæ in dies habeat à Curatis, Vicarijs Foraneis, Visitatoribus.

Index Priorum singularum scholarum.

Liber mendicantium Vagabundorum, ex Concilio Prouinciali.

Filcia literarum testimonialium de his.

Index licentiarum eisdem concessarum, pro eleemosinis per Ciuitatem vel Diœcesim quærendis.

#### De libris status Ecclesiarum, & iurium Ecclesiasticorum.

Habeat libros necessarios perpetuos pro plena descriptione status cuiuscunque ecclesiæ & exemptæ & regularis, & loci pij huius Diœcesis, cum suis omnibus bonis & iuribus. Sint libri inter se distincti infra scripta ratione. Libri certi vt infra, de iuribus Archiepiscopalibus.

Liber ecclesiæ Metropolitanæ.

Libri singuli portarum seu regionum Vrbs, & Plebium Diœcesis; ordine Parochiarum in hanc formam.

Ponatur nomen ecclesiæ plebanæ.

Titulus Altarium in ea existentium.

Nomen etiã ecclesiarum, oratoriorum uè vnà cum eorum Altaribus intrâ limites Curæ dictæ Parochiæ consistentium.

Describatur Index Parochialium ecclesiarum intrâ limites illius plebis existentium.

Describatur nomen titulusuè vniuscuiusque Parochialis.

Titulus etiam singulorum Altarium in ea existentium; & nomen singularum ecclesiarum, oratoriorum uè secularium, vnà cum eorum

#### De Ostijs.

orum altaribus intrâ limites dictæ Parochialis consistentium.

Index similis ecclesiarum, Altarium, & Oratoriorum regularium, tam virorum, quàm mulierum.

In ijs scribantur quæcunque pertinent ad ecclesias, etiam regulares & exemptas, & Altaria, & loca, quæ in earum Parochiarum finibus posita sunt, exactissimè, ad formam infra scriptam; status scilicet perpetuus cuiuscunque ecclesiæ, earumq. bonorum ac iurium immobilium cum suis oneribus inuentarium, siue Altaris, ac Beneficij, lociq. pij ex prima fundatione, siue post ex pijs relictis, aut alia ratione, vnde unq. illis acquisita sint.

Si quæ item deinceps iura annua perpetua, vel ad certum tempus quocunque nomine addi, vel detrahi, aut immutari contingat.

Forma autem in ea descriptione hæc sit.

Primo ponatur descriptio & delineatio, seu designatio & forma structuræ ecclesiæ, cum suis cappellis, Altaribus, Cœmiterio, domo annexa, & eiusmodi; seruatis infra præscriptis regulis.

Regula seruanda in vniuscuiusque Ecclesiæ descriptione, in Archivio Cancellariæ Archiepiscopalis seruanda.

In superiori parte chartæ, in qua Ecclesiæ delineatio fit, describatur.

Titulus Ecclesiæ, cum nomine portæ vrbs, vel Plebis in Diœcesi, in qua sita est; tum etiã Parochiæ, in cuius finibus est.

De ecclesia ipsa generatim delineentur, & commonstrentur hæc singula.

Status, & positura, constructionisque vniuersæ forma.

Longitudo.

Latitudo.

Altitudo item à pavimento ad tabulatum.

Vnicuè præterea, an pluribus nauibus cõstet.

De pavimento.

Si ad illius ingressum ascendatur, aut descendatur; & qua altitudinæ.

De tecto.

An fornice, vel tabulato, vel tegulis tantum cõstet.

Quot fornices arcubus, aut tabulatis tignis tectum cõstet; & quæ distantia ab vno tigno seu arcu ad alium.

Quot columnis pilis uè cõstent naues; earumq. inter se distantia, longitudo, latitudoque seu crassitudo.

Ostia quot sint ad vsum populi; & quibus in locis.

Item si quæ ad vsum Sacrifiæ, vel campanilis, vel Cœmiterij, vel ædium clericalium.

De Fenestris.

Fenestræ quibus in locis sint.

De Cappella maiori.

Status & positura.

Mensura longitudinis, altitudinis, & latitudinis.

An fornicato opere, vel tabulato vsupra.

Quo loco fenestræ.

Altitudo pavementi cappellæ à reliquo pavimento ecclesiæ.

Altitudo plani bradellæ à pavimento cappellæ. An ad Orientem cappella spectet, vel ad aliam partem.

Distantia altaris à muro posteriori.

Distantia item à limine ingressus.

An in limine septum ferreum, lapideum uè, vel ligneum, alterius uè generis.

De cappellis, & altaribus minoribus.

Si quæ altaria sine cappellis sint annexa parietibus, vel hemicyclis, seu niccis, commonstrentur, cum mensura latitudinis, altitudinis, ac concavitatis hemicycli, seu nicci; & quibus locis.

Mensura longitudinis, latitudinis, & altitudinis cappellæ.

Item pavementi eius à reliquo pavimento, tū plani bradellæ à pavimento cappellæ distantia.

Eius tectū, an fornicatū, seu tabulatum, vsupra.

Quo loco fenestræ sint, ostia uè.

De illarum item & altarium septo.

De Campanili.

Quo loco in ecclesia.

Quo loco eius ostium.

Quot campanæ.

Quæ forma campanilis.

De Baptisterio.

Quo loco.

Quæ forma.

De Cœmiterio.

Quo loco sit.

Quæ longitudo, & latitudo.

An in cœmiterio seruitus, trāsitus, aut fenestrarum prospectus parochi, vel alijs, etiã laicis.

An muris septum.

De



De situ exteriori.

ciascuno, e nelli capi gli sono i resalti di cubiti

AN situs à lateribus ecclesiæ & à tergo capellæ maioris sit ipsius Ecclesiæ, aut saltè publicus; atque ita amplius, vt locus sit capellis construendis, ampliandisue, vt opus ali quando erit. An si non ita sit, pretio tamen comparari facillè possit. Idem commonstrandum est de finibus & situ antè ianuam seu faciem Ecclesiæ, si quando ab ea parte ecclesiæ ampliari opus esset.

De Sacrifflia.

Quo loco sita sit. Quæ longitudo, latitudo, altitudo. Quo loco oratorium. Quo loco labellum lauatorium. Quo loco fenestra. Quo loco Ostia.

De Aedibus Parochialibus ecclesiasticisue.

AN Ecclesiæ annexæ immediatè, vel medià cohorte vel iorto, & eiusmodi. An verò separata omnino, & qua distantia.


De delineatione.

Quæcunque ex his delineatione commōstrari commodè non possunt, commonstrentur breuibus verbis descriptis in folio separato à charta eiusmodi delineationis. Si quæ fabricæ designatæ sunt, aut decretæ in visitatione, quibus aliquid mutandum sit de forma constructionis, vel ecclesiæ, vel Cappellæ quæ nunc est; vel designetur, ac commōstretur lineis alterius coloris à delineatione formæ quæ nunc est; vel verbis explicetur in folio illo separato. In mensuris describendis feruetur vbique ratio cubiti & vnciarum, ad rationem & mensuram infra descriptam.

Formula eiusdem descriptionis.

LA Chiesa di S. N. de N. plebe di N. quâ inclusa, all'ingresso di essa descende onze. E fatta in volta. La volta è alta sopra il pauimento cubiti. Ha tre archi, & quattro campi. Li campi sono larghi cubiti . . . per ciascuno. Li pilastri de gli archi sono larghi cubiti 3. per

Cubitus, quo vnus cuiusq; ecclesiæ dimensio facienda est, constat vncijs viginti quatuor. Eius tertia pars, in vncias octo diuisa, demonstratur linea sequenti transuersa.



Si

Della Cappella Maggiore.

ALta sopra il pauimento della Chiesa vno cubito. E in volta. La volta sopra il pauimento di essa è alta cubiti. Ha due fenestre in testa fuora dell'altare. La bradella è alta sopra il pauimento di essa cubiti. Ha la ferrata all'ingresso.

Delle Cappelle ò Altari.

LA cappella signata A, di San Giouanni è in volta. Alta cubiti. La bradella è sopra il piano della Chiesa onze. La cappella signata B, di S. Lucia è in volta, & è alta cubiti. Il pauimento di essa è alto sopra il pauimento della Chiesa onze. La bradella è alta sopra il pauimento di essa onze. Ha due fenestre laterali in essa. La cappella signata C, del Battisterio descende onze. Ha vna fenestra sola verso ponente. L'Altare signato D, di S. N. è alto sopra il pauimento vno scalino di onze. & vna volta sopra con due colonne alta cubiti. La bradella di esso è alta sopra esso onze. L'altare signato E, di S. N. è solo con la bradella alta onze. Non ha capocielo. La cappella signata F, di S. N. ha la bradella sola sopra il pauimento alta onze. E in volta alta cubiti. Ha due fenestrole da lati dell'altare. L'Altare signato G, ha la bradella sola sopra il pauimento alta onze. e la ferrata è pià tata nel pauimento. Non ha capocielo. Il Campanile ha due Campane. La Sacrifflia è alta cubiti. E in volta. Ha sotto le voltine. E asciutta. Ha due fenestre à oriente. Il lauatorio presso all'uscio. L'oratorio verso oriente in vn cantone.

Titulus, iura, & redditus.

SECundò ponatur titulus Sacti, in cuius honorem denominata est ecclesia; tum etiam titulus, quo dignoscitur status, & qualitas ecclesiæ; scilicet si parochialis, si dignitas, si collegiata ecclesia sine cura animarum, vel si cum cura, explicetur cui incumbat onus curæ: tum etiam ponantur aliæ prærogatiuæ, priuilegia; & alia eiusmodi: si quis etiam ius patronatus aliquod in eam prætendat; & quo iure. Ponantur etiã terræ singulæ, cum explicatione cuius status sint; campus scilicet, vel vinea, vel pratium, eorum qualitas, & quæ iura aquarum &c. Arbores, seruitutes actiuæ & passiuæ, cohærentiæ quatuor, cum explicatione partis orientalis, meridiei, septentrionalis, & occidentalis. Mensura perticatus. Titulus originalis, ac modernus possessionis, vel alterius iuris, etiam cum oneribus iniunctis; si quod onus; in quibus; etiam per rogatus instrumentorum; per quos Notarios; quo tempore; & an sint penes ipsum describi facientem. Tum denique redditus annuus communiter cuiusque petiæ, si possit explicari sigillarim: alioquin ponatur omnium simul, & vno anno computato cum alio. Designatio item & delineatio ad formam præscribendam; saltem vbi de facili confines confundi possunt.

Si sint redditus Emphiteotici illius ecclesiæ vel Altaris; explicet quid, & quantum soluatur quotannis; & à quo, & quo nomine; & vnde constet, hoc modo.

N. quotannis soluere tenetur fictum vnum emphiteoticum librarum num. N. vel modiorum num. N. tritici, vel mixtura, aut cuiuslibet alterius rei, super petia terræ, campi, vel vineæ. N. sita in territorio N. vbi dicitur N. & describantur locus, & mensura perticarum, & cohærentiæ omnes; ac fiat designatio, & delineatio, prout dictum est de petia terræ, quæ plenè sit ecclesiæ: exprimat origo, & descensus emphiteosis à primo emphiteota ad vltimum; & cum oneribus celebrationis diuinorum, & aliorum, si quod tale ex legato, vel aliter incumbit.

Adiecta memoria instrumentorum dicta de causa, ac successu totius temporis dictæ emphiteosis rogatorum; cum specificatione notariorum qui ea rogant, ac temporis rogatus; & si talia instrumenta reperiuntur penes beneficiatum, & seu aliam personam.

Decimæ. Si sint etiam Decimæ, describantur hoc modo. Communitas N. ecclesiæ meæ S. N. decimas in annos singulos soluere tenetur, nimirum, vel ex quibuslibet Decem, vel ex quindecim, vel ex viginti vnam, de omnibus fructibus quos ex suo territorio percipit; idque ex antiquissima consuetudine, vel ex obligatione ab ipsa communitate facta; vt patet instrumento rogato per

N. notarium &c. Si non persoluantur decimæ de omnibus fructibus, loco dictionis illius vniuersalis (ex omnibus) particularia nomina earum rerum ex quibus decimæ persoluantur, exprimentur: verbi gratia, ex milio, frumento, vino, lacte, &c. Si non soluantur per totam communitatem, sed per nonnullos particulares duntaxat, loco dictionis, (communitas) nomina eorum describenda erunt, qui ad id tenentur.

Si quispiam, non ex omnibus fructibus quos de bonis suis percipit, decimas persoluere teneretur, sed tantum ex determinata petia terræ, vineæ, &c. loco eius quod dicitur; (ex toto eius territorio) illa solum petia terræ vel pars territorij obnoxia decimæ, & situs exprimat: & eo modo describatur quo & reliqua bona, scilicet posita mensura, & cohærentijs. Si tota communitas decimas persoluere teneretur, & aliquis soluere recuset, quia se ab onere exemptum esse præten dit; vel si quis aliter quàm ceteri persoluat exemptionis suæ prætensiones si quas habet, in alia charta eiusdem libri seorsum, aut in fine omnium iurium quæ illa ecclesia pacificè possidet perscribat eadem forma; appositis rationibus siue prætensionibus ecclesiæ contra hoc exemptione prætendentes, & renitentes: adiecto tempore ex quo illi non soluerint, qui se exemptos existimant.

Si generaliter vel particulariter Decimæ conuentionales præstentur, exprimat, à quibus hæ præstandæ sint: an ex instrumento cum superiorum cōsensu & auctoritate id appareat: præterea tempus rogatus instrumenti adijciatur, ac notarij rogati nomen: vel si conuentionales nuncupentur, quia sic vsus obtineat; & quandiu talis consuetudo sit in vsu; & si cum ecclesiæ iactura introducta sit, quia minus persoluantur quàm ab alijs.

Quæ omnia pariter in dicto folio separato eiusdem libri describantur. Nunquid decimæ persoluantur in agro, vel postquam fructus à solo separati sint, aut in horreum cōgesti, æstimatione tamen facta in agro, vel ad discretionem partium. Et an hoc in ecclesiæ detrimentum cedat, etiã seorsum in dicto folio libri separato erit annotandum.

Si soluantur primitiæ, describantur hac forma. Primitiæ. Communitas loci N. subiecta ecclesiæ sancti N. plebis N. ei quotannis persoluit modia mixtura, siliginis, & milij, vel frumenti, numero N. vel tot modia, numero N. trium bladonum mixtura, vel quiduis aliud, per singulas familias, aut per singula capita prout in facto erit; & omnes eius communitatis particulares homines dictas primitias indistinctè persoluant. Quod si quis non persoluere deprehendatur, apponatur particula, hoc, & illo excepto qui non soluit; ac tamdiu est (numero annorum expresso) quod non soluit; aut persoluere recusauit;

uit; hac, vel illa de causa, quæ seorsum in folio separato eiusdem libri, aut in fine eorum quæ plenè possidentur, exprimat; omnibus item iuribus parochi contra præfatos si quæ habet adiectis.

Quòd si id instrumento obligationis cautum sit, similiter exprimat, dicendo; *prout constat instrumento rogato per N. notarium &c.*

Quòd si is sit mos antiquus persoluendi, similiter exprimat, sic more antiquo receptum esse.

De libris.

Si præter eas terras, libellos, decimas, primitias, & iura, quæ possidet in ea ecclesia vel altari pacificè, sine aliqua quæ possidet quidem, sed super eis vexatur lite, aut etiam non possidet, præterit tamen ius habere in illis, sua uè esse; siue illa terræ sint, siue fictum libellarium, siue decimæ, siue primitiæ, siue ius aquarum, siue aliud quidquam: ponatur in eodem libro seorsum, vel alio folio, in fine eorū quæ possidet pacificè; expresso tēporis spatio quo non possidet, & causa etiam, & ratione, prætextu uè quo alij occupant, aut ab illa ecclesia eximere & usurpare procurant, contendunt uè lite; tum iura etiam ecclesiæ in contrarium scientia, siue instrumenta sint, siue antiqua possessio, consuetudine.

De decimis, & primitiis laicorum.

Si alicubi decimæ vel primitiæ per aliquam cōmunitatem, vel per alios particulares laicos homines exigantur; id ipsum seorsum in eodem folio adnotetur; adductis rationibus huiusmodi exactionis decimarum ac primitiarū. Quòd si beneficiatus aduersus eos præensionem aliquam habet, eam in idem referat.

Eleemosinæ. Si sint notandæ eleemosinæ, seruetur forma infra præscripta.

*Eleemosinæ quæ singulis annis tali loco Plebis N. distribuuntur.*

*Syndici talis loci, siue prior, discipulū talis scholæ, unoquoque anno pauperibus talis loci distribuunt sextarios tot frumenti, mixturæ, alterius uè rei; aut tot brentas vini, unicuique pauperi erogando panem unum, vel tantum frumentum; siue eleemosina à tali persoluitur, & legata fuit à tali, testamento, siue instrumento rogato à tali Notario, tali die, mense, & anno.*

Si autem huiusmodi eleemosina pauperibus non diuiditur, sed omnibus; ubi dicitur (*Pauperibus*) scribatur, *omnibus & singulis uniuersitatis dictæ, siue omnibus focis.*

Si dicta eleemosina fiat ex fructibus bonorum uniuersitatis, bonorum uè relictorum alicuius Testatoris legato; ubi dicitur (*quæ persoluitur, & legata fuit,*) dicat, *quæ est ex fructibus talium bonorum relictorum à tali, siue uniuersitatis, positorum tali in loco, describendo ut in formula notarum de bonis.*

Si aliquis tenetur facere eleemosinam quotannis, vel tantum semel, aut alio modo, & ille non exequatur; Parochus, vel Vicarius nota aliqua significet, exprimatq. folio certo cau-

sam qua non soluerit, & quotannis huiusmodi eleemosinam non dederit.

Si Parochus huiusmodi eleemosinas ab alijs quàm ab ijs qui distribuunt, aut aliter quàm distribuuntur, distribuendas censuerit; folio certo distincto distinctè perscribat, & mittat simul cum notis.

Si aliqua merces detur illis qui eleemosinas partiuntur, Syndicis, vel Priori, vel scholaribus; dicatur, *ob laborem huiusmodi distributionis, quam ex dicta eleemosina faciunt, datur illis hæc merces ex illa eleemosina.*

#### Libri de statu hospitalium.

**I**N ijs libris, præsertim de locis pijs, inter alia describantur summam hæc, si possit.

Foundationes.

Erectiones.

Confirmationes.

Statuta.

Regulæ.

Priuilegia.

Ad quem spectat confirmatio, electione præfectorum, seu Deputatorum.

Ordinationes quæcunque.

#### Libri status ecclesiarum regularium.

**I**N ecclesiarum Regularium statu, describat etiam hæc præter alia.

Redditum Monasterij summam.

Numerum Religiosorum qui consueuerunt ibi morari.

Tum inter illos quot sacerdotes.

Quot Missæ quotidie celebrentur cōmuniter.

#### Libri status Monialium.

**I**N statu uero Monialium, siue exemptarū, siue quouis modo subiectarū iurisdictioni Archiepiscopi, describat constitutionem numeri earum factam ex Decreto Trid. & Congregationis; & quando; & à quo facta sit; & quomodo de ea constet.

Tum etiam an consueuerint retinere puellas educandas.

#### Libri de iuribus Archiep.

**D**E iuribus autem Archiepiscopalibus, præter librum Inuentarij bonorum & Iurium Mensæ Archiepiscopalis, habeat hos etiam libros, & scripturas.

Librum authenticum omnium instrumentorum ad mensam Archiepiscopalem pertinentium hucusq. factorum, cum indice.

Item alium similem authenticum omnium eorum quæ deinceps fient, cum indice.

Librum etiam Inuentarij scripturarum authenticarum, & instrumentorum omnium, de fictis libellarijs, decimis, & alijs quibusque ad eandem

dem mensam pertinentibus, cum indice alphabetico ordine materiarum.

Habeat etiam libros infra scriptos ad Vallem foldam pertinentes.

Librū, in quo sint registrata iura Archiepiscopalia in illam Vallem.

In alio libro Statuta Vallis, & Priuilegia, Reformationes, & Decreta Archiepiscopalia, proclamata & edicta.

In alio libro.

Deputationes Auditorum.

Prætorum.

Fiscalium.

Notariorum.

Syndicatorum.

Habeat Registra literarum ad illa loca in regimine temporali.

Filcias literarum ab illis partibus ad Archiepiscopum, & Auditorem.

Registrum gratiarum, licentiarum, & expeditionum.

Librum Memorialium summarium.

Filciam Memorialiū inde ad Archiepiscopū, vel ad ministros eius.

Habeat libros & scripturas ad iurisdictionem Archiepiscopalem aut ecclesiasticam pertinentes, ut infra.

Libros processuum singulorum expletorum, cum indice alphabetico causarum principaliter respicientium ipsam iurisdictionem expressè, vel eius violationem directè, non autem incidenter.

Filcias informationum, literarum patentium, & aliarum scripturarum ad id pertinentium.

Acta Cōgregationum super huiusmodi causis. Registra literarum ad Urbem Romam super his.

Filcias literarum super his ab vrbe Roma.

Acta, scripturas uè Romæ factas super his; seriem cuiuscunque causæ grauioris in librum relatum, etiam quoad registra, & filcias literarum, & alias eiusmodi scripturas.

Indicem Causarum, & processuum, & scripturarum, quæ indirectè pertinent ad causas iurisdictionis quouis modo, & collocatae sunt suis locis particularibus; ut puta, si aliqua ecclesia litigari prætedendo exemptionem, vel non esse ex subditis, vel ex Prouincia, aut habere iurisdictionem, vel collationem, & similia, sicut de causis iurispatronatus.

Registrum facultatum æconomi status Mediolani.

Indicem facultatum ac priuilegiorum personarum vel realium Abbatum, aliarum uè dignitatum, cum facultate vel prærogatiua aliqua reseruata; ut deferendi Mitram, & eiusmodi.

Istarum uero scripturarum, sit copia authentica (si possit) in Cancellaria suis locis particularibus.

Instrumenta authentica protestationis factæ ab his, qui dignitates, aut officia perpetua obtinent in ecclesia Metropolitana, vel in collegia

tis, in exercitio facultatum ab Archiepiscopo habitatum: ne prætendant aliquando illi, vel alij, nomine dignitatis aut officij exercuisse illa.

Indicem facultatum à nobis datatum in eiusmodi.

Varias informationes ad eandem materiam iurisdictionis pertinentes.

Varias item scripturas alias.

Indicem scripturarum, quæ sint suis locis alibi collocatae, quia incidenter tantum tangunt iurisdictionem.

Item librum authenticum registri quarumcunque facultatum & priuilegiorum apostolicorum, ac aliorum quæ insignia sint, competentium quouis nomine titulouè huic Archiepiscopatui, eius uè Archiepiscopis.

Huic libro index sit ordine temporis concessionis.

Filcia quoque sit, seu collecta Breuium & literarum quibus ea cōtinetur, cum suo indice.

Item indicem etiam alphabeticum habeat ordine tituli ecclesiarum, omnium priuilegiorum, & facultatum Archiepiscopaliū, vel aliorum huiusmodi indultorum cōcessorum quibusuis ecclesijs vel personis in hac diocesi.

#### Varij indices ad ecclesias pertinentes.

**S**int ijs singulis libris, de statu, bonis & iuribus ecclesiarum, sui indices multiplices. Vnus ordine ipso ecclesiarum & locorum sub suis Parochijs & plebibus, in cuius finibus sunt, & est descriptus status.

Secundus ordine alphabetico tituli ecclesiarum cuiusque aut beneficii, loci uè pij.

Tertius cuiusque Altaris, ordine tituli Sancti, cuius nomine dicatum est.

Indices alij plures singularum Ecclesiarum locorum uè, pro natura & conditione ecclesiæ cuiusque; ut puta.

Ecclesiarum Collegiatarū Urbis & Diocesis, Parochialium titularum.

Parochialium mercenariarum.

Cappellarum curatarum, quæ titulatae sunt.

Cappellarum curatarum mercenariarū ad numerum populorum amouibilibium.

Coadiutoriarum titularium in cura animarū.

Coadiutoriarum mercenariarum in cura animarum.

Canonicatum, quibus onus est coadiuuandi in cura animarum.

Dignitatum huius Diocesis.

Præbendarum Theologalium, siue Magistratum.

Præbendarum Canonicalium,

Canonicatum.

Cappellarum titularium.

Cappellarum mercenariarum.

Clericatum.

Beneficiorum super quibus prætenditur ius patronatus.

Be-

Beneficiorum aliorum varij generis, vt:  
 Prioratum, Maceconicatum, Custodiarum  
 titularium, seu Monacatum.  
 Custodiarum mercenariarum.  
 Monasteriorum virorum non commendato-  
 rum.  
 Ponantur verò ordine suarum Congregatio-  
 num.  
 Monasteriorum, quæ commendata conuentū  
 habent, ordine vtsupra.  
 Monasteriorum, quæ commendata conuentū  
 non habent, ordine vtsupra:  
 Monasteriorum Mendicantium, ordine vtsup.  
 Domuum Clericorum Regularium varij ge-  
 neris, ordine vt supra.  
 Monasteriorum Monialium subiectarum Ar-  
 chiepiscopo iure ordinario.  
 Monasteriorum monialium subiectarum Ar-  
 chiepiscopo, etiam vti delegato Apostolico.  
 Monasteriorum Monialium subiectarum Re-  
 gularibus.  
 Ponantur ordine Congregationum.  
 Domuum piarum sceminarum.  
 Hospitalium Peregrinorum.  
 Hospitalium infirmorum, vel alterius generis  
 variorum.  
 Societatum eiusdem titu. Regularium varijs  
 locis; vt putà: Corporis Christi.  
 Doctrinæ Christianæ.  
 Charitatis.  
 Disciplinatorum.  
 Conceptionis B. Mariæ.  
 Pœnitentiæ.  
 Virginum Sanctæ Vrsulæ.  
 Viduarum Sanctæ Annæ.  
 Sancti Mauritij.  
 Societatum aliarum variarum.  
 Locorum piorum variorum.  
 Eleemosinarum Vicinantiarum.  
 Fabricarum Ecclesiarum.  
 Tabellam etiam ordinis, qua inter se præce-  
 dūt singulæ Collegiæ ecclesiæ seculares vel  
 regulares; tum etiam parochiæ, plebes, portæ  
 uè; tum denique confratriæ, & scholæ variæ,  
 siue ordine antiquitatis, siue ex priuilegio, &  
 insignitate, siue ex vsu: notet etiam vbi sit in  
 hoc aliqua controuersia.  
 Librum etiam Indicem Beneficiorum Diœ-  
 cesis.  
 In eo scribat ordine Metropolitanæ ecclesiæ,  
 Portarum seu Regionum Urbis, & Plebium  
 Diœcesis, & suarum Parochialium vtsupra,  
 beneficia omnia, & singula titulata totius Diœ-  
 cesis, explicato titulo Beneficij, ac summam  
 redditu; tum etiam nomine Possessoris, vel  
 eius per quem vltimo vacarunt, si vacent.  
 Librum etiam Indicem inscriptum: *liber Ec-  
 clesiarum, & Altarium*. In eo describat or-  
 dine suo, scilicet Metropolitanæ Ecclesiæ, Por-  
 tarum seu Regionum Urbis, ac Plebium Diœ-  
 cesis, & singularū Parochialium vtsupra, om-  
 nes & singulas Cappellas, & oratoria totius

Diœcesis, etiam si Regularium sint, vel loco-  
 rum piorum, cum suis Altaribus, & titulis de-  
 scribendo vno verbo, si consecrata sint.  
 Indicem ecclesiarum consecratarum  
 Indicem ecclesiarum quæ consecrandæ sunt.  
 Indicem Oratoriorum.  
 Altarium consecratarum.  
 Altarium non consecratarum.  
 Altarium, quæ omnino ex Decreto Prouincia-  
 li consecrandæ sint.  
 Ii singuli Indices, tum à libro status, tum inter  
 se separatis libris, quinternisue conscripti  
 sint.  
 Iis tamen singulis adscribatur numerus folio-  
 rum loci; vbi in libris status ecclesiarū adscri-  
 ptio plena eius rei indice significatæ facta est.

*Alij libri & indices de statu, bonis iuribusq;  
 ecclesiasticis.*

**H**abeat totidem libros, eodem ordine quo  
 libros status bonorum & iurium ecclesia-  
 rum, altarium, & piorū locorum describi ius-  
 sum est; quibus describantur, quæcunque ad  
 statum, bona, & iura ecclesiastica pertinet; sed  
 eiusmodi sint, vt in dies mutantur; vtputa, va-  
 cationes, prouisiones omnium legatorū piorū  
 executiones & omissiones, lites, dispositiones  
 fructuum vacatium, deputationes depositario-  
 rum, ordinationes materiales, prorogationes  
 terminorum super his, applicationes multarum,  
 sequestra cum expressione causæ, & rela-  
 xationes cum expressione cautionis datæ, vel  
 solutionis factæ; & alia eiusmodi.  
 Habeat etiam Indicem omnium Cautionum  
 datarum, cum expressione summe, & causæ, &  
 personæ, & diei, & folij libri instrumentorū,  
 siue actorum, in quo extensum est instrumen-  
 tum cautionis; sicq; in alphabetico ordine no-  
 men eius, pro quo data est cautio.  
 Indicem cassationum earundem cautionū, eo-  
 dem modo vtsupra.  
 Filciam reductionum missarum, quæ postulā-  
 tur in dies.  
 Itidem de anniuersarijs officijs, quæ reduci  
 postulant.

*De libro sacrarum Reliquiarum.*

**H**abeat librum authenticum Sacrarum Re-  
 liquiarum totius Diœcesis, sine ordine;  
 etiam si in ecclesijs Regularium, & exem-  
 ptis.  
 In eo hæc describat summam sine vlllo or-  
 dine.  
 Quomodo constet, & vbinam sint documen-  
 ta de illis.  
 Quando translata.  
 Filciam etiam habeat processum, & informa-  
 tionum scripturarum, & instrumentorum su-  
 per ijs.  
 Index sit multiplex.

Vnus

Vnus ordine Sanctorum, quorum sunt sacra  
 Reliquiæ.  
 Secundus ordine Metropolitanæ ecclesiæ, Por-  
 tarum seu Regionum Urbis, & plebium Diœ-  
 cesis.  
 Duo alij Alphabetici; scilicet;  
 Tertius ordine tituli cuiusque ecclesiæ.  
 Quartus ordine nominis locorum.

*De libro Indulgentiarum.*

**H**abeat librum Indulgentiarum authenticū  
 sine ordine.  
 In eum librum redigat exemplum extensum  
 omnium indulgentiarum, hætenus quibus-  
 uis ecclesijs, etiam regularibus & exemptis  
 huius Diœcesis concessarum, & quæ in poste-  
 rum concedentur, à Sede Apostolica, vel alijs,  
 siue in perpetuum, siue ad tempus quod non-  
 dum finitum sit, describendo ex literis con-  
 cessionum.  
 Index quadruplex sit, vt dictum est supra de  
 libro Sacrarum Reliquiarum.  
 Item alius Index ordinetur Anni, quasi ad  
 modum Calendarij.

*De libro Consecrationum, votorum, &  
 funeralium.*

Lib. consecra-  
 tionum.

**H**abeat librum authenticum consecrationū  
 & benedictionum ecclesiarum, Altariū,  
 Cœmiteriorum, Campanarum, quæ per Ar-  
 chiepiscopum, seu per alios habentes priuile-  
 gium de eius consensu fient in dies.  
 In hoc ponat diem consecrationis, titulū ec-  
 clesiarum, Campanarum consecratarum inscri-  
 ptiones, aliaue signa quibus distinguantur.  
 Reliquas item sacras Sanctorum reconditas  
 in consecratione Altarium.  
 Dotationem etiam, & nomina personarum,  
 quarum intuitu & petitione facta est consecra-  
 tio Altaris, vel ecclesiæ.  
 Item facultatem apostolicam, cuius vi alij con-  
 secrant, & consensum Archiepiscopi ad hoc  
 præstitum.

Lib. Votorum. Librum authenticum Votorum, & piarum con-  
 suetudinum cuiusq; Populi, vel loci; tum etiā  
 vniuersæ Diœcesis, ex Prouinciali tertio.  
 Filciam probationum & Instrumentorum su-  
 per eo.

Lib. Funeraliū. Librum authenticum de vsu quartæ funeralis in  
 ter Parochos & Regulares, in singulis locis,  
 ordine Plebium, & Parochiarum; cum filcia  
 probationum & informationum super eo.  
 Librum authenticum ordine simili, de vsu om-  
 nium cuiusvis generis emolumentorum Cleri-  
 vario in funeralibus in singulis locis; aduer-  
 tendo ad vsum à duodecim annis supra, deinde  
 ad augmenta facta post de facto avaritia  
 Clericorum.  
 Filciam informationum super eo.

*De libris relictorum & onerum ad pias  
 causas.*

**H**abeat librum authenticum, in quo descri-  
 bat extensè sine vlllo ordinae loci, temporis,  
 vel ecclesiæ, omnia instrumenta quæ colligi  
 poterunt vndecunque; præsertim verò à can-  
 cellario vltimo, & alijs præcedentibus, in ma-  
 teria relictorū onerum uè ad pias causas, bene-  
 ficiorum, cappellarum: item altarium erectio-  
 nes, dotationes, vniones, translationes, ac eo-  
 rum onerum reductiones, commutationes, at-  
 tributiones, & declarationes quauis auctori-  
 te factas; omnia etiam pia relictæ, etiam si ec-  
 clesijs regularibus & exemptis facta.  
 Item alium similem, in quo describantur quæ  
 in posterum fient, vndecunque collecta.

Indicem habeant ij libri quintuplicem.  
 In primo ponantur legata, donationes, & hu-  
 iusmodi relictæ pro missis.  
 In secundo quæ pro alijs diuinis officijs, &  
 funeralibus.  
 In tertio, quæ pro eleemosinis, & alijs huius-  
 modi operibus pijs.  
 In quarto ordine alph. nomina ecclesiarum,  
 vel piorum locorum, ad quæ pertinent ea reli-  
 ctæ dispositiones.  
 In quinto ordine alph. nomina locorum,  
 vbi sunt ea legata, & obligata, & obligationes  
 præstandæ.

Habeat filciam cedularum notificationum reli-  
 ctorum piorum quorumcunque, quæ in dies  
 ad cancellariam deferuntur, vel à notarijs, vel  
 à Præfectis locorum piorum, vel à priuatis  
 personis.  
 Cautè verò videat, vt in cedula distinctè no-  
 tata sint, quæ oportet, vt  
 Annus, mensis, dies, &c.  
 Notarius rogatus.  
 Quid relictum.  
 Cui relictum.  
 Quanto tempore præstandum legatum, siue  
 relictum.  
 A quo relictum.  
 A quibus præstari debet.  
 Alia eiusmodi.  
 Quod si quid deficiat, curet omnino suppleri  
 ab eo qui differt, antequam recedat.  
 Minimeque omnino notet nomen differen-  
 tis.

Habeat præterea librum indicem authenticum  
 perpetuum omnium piorum relictorum.  
 In eo describat summariè;  
 Nomen relinquentis.  
 Diem, & annum relictæ,  
 Nomen notarij rogati.  
 Onera imposita.  
 Quantitatem legatam.  
 Bona obligata.  
 Hæredes, vel successores in onere soluen-  
 di.

Q o o An



An ad tempus; vel in perpetuum.  
 Alias præterea conditiones.  
 Indicem notariorum antiquorum, quorū scripturæ inquirendæ fient, pro iuribus ecclesiasticis in ciuitate, & diœcesi.  
 Indicem notariorum aptorum ad hanc inquisitionem.  
 Indicem laicorum, qui possideant decimas; & quo titulo.

*De libro Beneficiorum vacantium.*

**H**abeat librum beneficiorum vacantium. In eo describat singula Beneficia vacantia, ordine plebium, & parochialium, & parochiarum Urbis: ac primò plebes, & canonicatus suos; deinde parochiales eius; tertio cappellas; quartò alia beneficia simplicia; sicque in singulis plebibus.  
 Exprimanturq. qualitates beneficij; an parochiale, canonicale, cappellania, aut clericale.  
 Si parochiale; an verò titolare cum proprijs vel saltem in perpetuum assignatis certis redditibus; an verò cum mercede arbitraria.  
 Onera cuiusque, distinguendo in missarū, vel anniuersariorum, aut aliorum diuinorum officiorum celebratione.  
 Summas item redditus.  
 Si quæ item pensio super eo soluat, & cui.  
 Rursus, si in beneficio prætendatur ius patronatus.  
 Diem item vacationis.  
 Tum nomen eius, per quem vacat.  
 Locum item, vbi defunctus qui obtinebat.  
 Qualitates etiam personæ, vt si protonotarius, vel familiaris summi Pontificis, vel alicuius Cardinalis; & alia, vnde possit esse aliquo modo affectio, vel reseruatio beneficij quouis modo.  
 Tum etiam qualitates beneficij, quæ idè operantur; vt si prima dignitas, si beneficium litigiosum, & alia eiusmodi.  
 Habeat hic liber indices singulos singulis generibus beneficiorum; vt facillè reperiri possint, scilicet omnium parochiarum, & omnium canonicatum vacantium, & omnium clericatum; & sic de alijs.

*Quæ pertinent ad libertatem ecclesiasticam tuendam.*

**H**abeat indicem grauaminum cleri.  
 Informationes super singulis.  
 Iura pertinentia ad singula.

*De libris, & scripturis ad prouinciam pertinentibus.*

**H**abeat indicem ecclesiarum cathedralium. Prouinciæ iura authentica; & alia quæcunque spectantia, ad ecclesiarum, etiam exemplarum, subiectionem huic Metropoli, aliam-

uè recognitionem, saltem quoad Concilia Prouincialia: vt est electio vigore concilij: Quorum exempla ponantur in libro authentico cum filijs opportunis.  
 Alia iura quæcunque pertinentia ad Metropolitanam iurisdictionem, collecta in libro vt supra.  
 Instrumenta authentica, si quæ sint, in his recondantur tutius; vel index sit in scrinio communi prouinciæ.  
 Copiæ singulorum Prouincialium Conciliorum, & antiquorum Regestum, literarum, particularium distinctæ per singulas ecclesias.  
 Collecta literarum ab Archiepiscopis eodem ordine distincta.  
 Acta; vt filiciæ visitationis locorum Prouinciæ, distincta per singulas Ecclesias.  
 Liber memorialis rerum grauiorum, ad loca Ecclesiæ suæ, vel eius bona, vel ad mores populi & cleri pertinentium, ordine ecclesiarum cathedralium.  
 Distinctio etiam Diœcesis à Ciuitate, & plebibus, & Parochijs, si potest.  
 Processus quicunque facti in ipsa Prouincia.

*De libris ad Cancellariam ipsam sigillatim pertinentibus.*

**H**abeat libros ad Cancellariam ipsam spectantes, vt supra.  
 Librum iurium Cancellariæ; in quo hæc sint extensa.  
 Erectio officij Cancellariæ.  
 Vniones, si quæ factæ.  
 Statuta, constitutiones, & reformationes Cancellariæ.  
 Prouisio, seu deputatio Cancellarij pro tempore.  
 Indicem distinctum scripturarum ibi asseruatarum, quarum emolumenta transeunt ad successores.  
 Indicem Notariorum, aliorum uè, qui habent scripturas Notariorum Archiepiscopaliū antiquorum.  
 Item eorum, qui facultatem habent edendi illas authenticas.  
 Tabellam taxæ Notariorum Cancellariæ, & aliorum officialium.  
 Statuta Collegij Procuratorum.  
 Indicem librorum, & filiarum, quas Cancellarius ex ratione officij sui conficere & habere debet.  
 Decreta & ordinationes eorundem.  
 Indicem Notariorum substitutorum Cancellariæ.  
 Indicem scriptorum Cancellariæ, & reliquorum omnium officialium.  
 Indicem Procuratorum Collegij fori Archiepiscopalis.  
 Item Procuratorum aliorum, qui iuramento præstito aliquando procurant in foro ecclesiastico.

No-

Notariorum Apostolicorum qui creati sunt, & qui creantur in dies.  
 Indicem præterea Præfecturarum, Congregationum, & officiorum variorum, tam ecclesiasticorum, quàm laicalium, quæ quouis modo spectant ad regimen huius Ecclesiæ, & disciplinam omnem cleri & populi.  
 Indicem quoque singulorum Deputatorū in singulis præfecturis, congregationibus, & officijs prædictis, siue ecclesiasticis siue laicalibus.  
 Habeat alium librum authenticum publicatum, & relationum, de publicationibus quæ in dies fiunt, de literis pontificijs, decretis, Concilij edictis, & eiusmodi; cum indice ordine materiarum, tum etiam filicia ipsarum relationum, & literarum.  
 Indicem annum ad formam Calendarij; in quo quasi memoriali redigat omnia, quæcunque populo per annum promulganda sunt; siue in cathedrali, siue ad valuas adium Archiepiscopaliū solùm, siue in vniuersis Parochijs, vel ecclesijs, ac etiam regularibus, vtputa: Edicta de reuelandis hæreticis, bullæ pontificiæ, quibus præscriptum est publicari quotannis decreta plura, Tridentina, prouincialia, & diœcesana.  
 Indicem similem ordine Calendarij, in quo descripta sint, quæcunque ab Archiepiscopo, Vicario generali, Visitatoribus, Vicarijs, Parochijs, alijs uè huius ecclesiæ ministris, statis diebus vel temporibus per annum, præter publicationes prædictas, præstanda sunt.  
 Atque idè curæ cancellarij sit, in tempore fuggerendi ijs ad quos spectat; vt putà, examina ordinandorum, calculi locorum piorum, congregationes cleri vrbani, & Vicariorum foraneorum, visitationes variæ, missiones prædicatorum, & alia multa.  
 Habeat librum authenticum cum indice alphabetico ordine materiarum, in quo redigat omnes stylos curiæ olim probatos, & qui deinceps probabuntur, autoritate Archiepiscopi.  
 Habeat item tabellam, quæ à nobis stabilietur, perpetuò affixam publicè: in qua descripta sint festa tam mobilia quàm immobilia, in quibus ius non redditur; nec non feriæ, vt puta messium, vindemiarum, & aliarum.

*De scripturis ad cancellariam deinceps suo tempore colligendis.*

**A**rchiepiscopus, Vicarius generalis, & alij visitatores, & Præfecti quicunque, si quæ eorum notitiæ venerint, quorum causa quàm primùm aliquid præstandum sit curæ Cancellarij, vt in vacatione beneficiorum, & huiusmodi; statim cancellariæ denuncient.  
 Omnes verò hæc ad eos ratione eorum officij vñdecunq. scriptæ, in filicia feriatum reductæ

vnoquoque mense ad Archiuuium transmittantur seruandæ.  
 Literarum etiam, quas ad quoscunque ratione officij sui intrà vel extra diœcesim scripserint, exemplum, siue regestum conficiatur; quod deinde in Archiuio cancellarij in fine cuiusq. mensis asseruandum tradatur Cancellario.  
 In filijs, & registris literarum hanc rationem adhibeat; vt distinguantur per menses.  
 Vt simul cotiunctæ sint, quæ Archiepiscopi, & quæ Vicariorum sunt; visitationes uè.  
 Registra verò ipsa literarum Archiepiscopi, ac aliorum ministrorum, ac rursus literas ad ipsos scriptas, ordine mensium simul collectas, distinctas tamen aliquo intermedio, quo dignoscatur, quæ cuiusque, vel Archiepiscopi, vel Vicarij sint, seruet perpetuò in Archiuio.  
 Vt regesta, & filiciæ separatim ab alijs sint, literarum ad sanctam inquisitionem pertinentium.  
 Vt item literarum ad varia loca prouinciæ pertinentium.  
 Vt item literarum, ad iurisdictionem Archiepiscopalem, aut ecclesiarum pertinentium.  
 Vt item literarum, ad iurisdictionem temporalem vallis Soldæ pertinentium.  
 Vt item literarum ad monialium mores pertinentium.  
 Vt item literarum ad regularium virorum mores spectantium.  
 Vt item literarum generalium, siue ad vicarios foraneos, siue ad Parochos, siue ad Iudices parochiarum, siue ad præfectos, aut visitatores, siue ad Episcopos etiam Prouinciæ, aut status Mediolani.  
 Si quæ informationes, alia uè scripta alicuius monent, præsertim in rebus grauioribus, regestis literarum, aut filijs literarum aliunde perceptarum, aut rursus ad alios ab Archiepiscopo eius uè ministris ratione officij sui trāsmissarum; illæ ad sua loca in Archiuuium redigantur, in scripta breui summula materiæ quam continent, tum die datæ literarum, quibus ea scripta coniuncta erant; & nomine etiam illius, à quo datæ illæ literæ, & ad quem datæ; tum super literis ipsis exterius, vel si regesta sint, in margine, fiat mentio, quo loco Archiuuij, quouè die ea recondita sint.  
 Cancellarij cura sit, vt processus omnes foranei, qui in dies ad cancellariam transferuntur, ijs substitutis, qui similibus causarum expeditioni incumbunt, consignentur, ac Vicario, & promotori fiscali notificentur.  
 Omnia memorialia, scripturauè cuiusuis generis tam ab Archiepiscopo, quàm à Vicario generali, & visitatoribus generalibus, quæ alijs consignandæ sunt, dentur cancellario distribuenda: notent tamen prius in illis vno verbo, quod super ijs ab eo præstari debeat, ad quem mittuntur.  
 Alij verò Vicarij exceptis foraneis, etiam

monialium, & præfecti vel visitatores, & huiusmodi ministri, si quæ memorialia, scriptaue illis dantur, quæ ratione materiae vel alia causa alteri dari debeant, ipsum qui dat, cum ipso memoriali vel scriptura dirigant ac remittant, ad eum, ad quem spectat illa materia, causaue. Quæ verò ad suum officium pertinent, ea tamiste, quam Archiepiscopus, & Vicarius Generalis, & Visitatores, & alij, tum auditores, tum promotores filii, tum œconomus mensæ Archiepiscopalis, tum alij eiusmodi omnes & singuli, in quo statu reperiuntur in fine cuiuslibet mensis (nisi iam processus super illis ceptus sit, aut in processum ante inchoatū relata sint) tradent Cancellario asseruanda, reseruata sibi illorum vel compendio vel nota; vt si quando iterum illis vsui esse possint, vel pro perfectione negotij, vel alia de causa, recuperare possint, quoties opus fuerit, restituenda tamen demum Cancellariæ.

Hocq. omnes, si ea sint de rebus grauioribus; vtputa, de ecclesiasticis bonis iuribus, etiam monasteriorum, locorumue aut operum piorum, aut de pijs legatis relictis, aut de moribus Cleri aut Populi, aut de alijs denique materijs, de quibus sciunt constitutos esse certos libros, filcias, aut notas, vel indices in Cancellaria seruandos.

Cancellarius verò, quæ distribuenda sunt, alijs statim distribuat; notetq. in dies in Diario libro dictæ distributionem, atque exponat in publica tabella foras in valuis ostij Cancellariæ affigenda; vt partes sciant, ad quos recurrant pro expeditione; exceptis ijs quæ pertinent ad causas criminales, quæ palam exponi præiudicialiter: tum præterea extrahat, & referat, quæ oportet suis locis in libris Cancellariæ. Notarij substituti deinceps, cum primùm initium fiet ali. cui causæ ciuili vel criminali, etiã delegatæ, statim significant Cancellario, vt in Indice causarum & alibi vt oportet describat; rursus etiam significant, cum finis alicuius causæ fiet, vt itidem præstet.

Quæcunque nomine Cancellarii vel rogantur instrumenta, vel decreta interponuntur, telam iudiciariam concernentia, vel decernuntur extraiudicialiter, aut expediuntur etiam ad volūtariæ iurisdictionis actus pertinentia, vt in causis negotij suæ, quæ ad bona iurauæ ecclesiastica, & piorum locorum, aut cõseruanda, aut recuperanda pertinent; aut ad legatorum piorum consecutione, & executione; aut ad mores Cleri, vel Populi; aut ad alia, de quibus supra iussum à Cancellario fieri indices, libros, aut in certos libros referri debere: ea Notarij substituti significant Cancellario omnino eodē die, si in vrbe sunt; si foris, triduo postquam redierint; sub pœna decem aureorum, & alia arbitrio Archiepiscopi; vt ab illo suis locis in varios libros Cancellariæ pro ratione materiae ad id constitutos notari sine mora possint.

Ex regestis verò literarum, ab Archiepisco-

po, eiusque ministris conscriptarum, aut ad illos scriptarum, tum etiam ex memorialibus, & scripturis allatis vndecunque vsupra; tum ex instrumentis receptis; tum ex notulis à substitutis eius dietim ei tradendis; tum si opus erit ex regestis etiam expeditionum actorum voluntariæ iurisdictionis; & alijs denique omnibus scripturis ab ipso dietim confectis, seu ipsi vel tradendis vel exhibendis quouis modo, vel nomine; extrahat Cancellarius quidquid pertinet ad libros, indices, quos ex his decretis conficere, & habere debet; & sigillatim describat suis locis, & in indices etiam constitutos sine mora referat.

Exempli causa, si quid erit pertinens ad mores populi generatim, referatur in libro de disciplina populi generatim.

Si ad mores Cleri generatim, in libro de disciplina Cleri generatim.

Si ad mores cuiusque vel loci vel hominis laici sigillatim, in libris eo nomine constitutis, ordine Plebium in Diœcesi, & portarum in Vrbe, & parochiarum.

Si ad statum personalem alicuius Clerici, in libros status clerici suo loco proprio.

Si ad bona & iura ecclesiastica, vel piorum locorum; referatur in libris eo nomine constitutis, ordine Plebium, & portarum: & præterea si hoc de concessione, indulgentiaue, aut legato pio sit, vel fundatione cappellæ; referatur etiam in libros & indices specialiter eo nomine constitutos.

Idemq. seruet, si quid ad monialium, regulariumue mores vel bona pertineat; vt notatum est in regula de conficiendis libris ijs singulis nominibus.

Studeat verò dietim extrahere vndecunq. op<sup>o</sup> est, quidquid referendum est vel summatum vel extensè in libros & indices varios, quos in Cancellaria haberi iussum est; ne si mora interponatur, res postea difficilior fiat: idque in omnibus æquè seruetur.

Memorialia etiam, & scripta quæcunque sibi vndecunque data, allataue, si quid perspicuitatis, vel vtilitatis maioris afferre aliquando possunt negotijs, quæ inde in libros vel indices Cancellariæ relata & descripta sunt.

Curet quàm diligentissimè Cancellarius, adhibita etiam opera & cura Promotoris filii, vt peracto Paschatis Resurrectionis festo, Parochi, & alij Confessarij sacerdotes vrbis, infra quindecim dies exhibeant in Cancellaria libros indices, in quibus eorum, quorum confessiones in Paschate audierunt, nomina notata sint; tum Parochi cedulas de communionem in actu ministracionis communionis paschatis ex forma instructionum nostrarum super eo receptas; easq. promotores ipsi cum Parochis videant & recognoscant diligenter; & conferant nomina in libris & indicibus confessorum relata, aut etiam in libris animarum status parochiæ confectis descripta, cum exhi-

exhibitis cedulis: & inde cura cuiusq. Parochi adhibita colligant, qui inconfessi remanserint, aut Sacram communionem non sumpserint in Paschate; & in libros Cancellariæ referant vno loco, cum causa ob quam inconfessi sint; tum præterea ad Vicarium Generalem relata referant, vt agatur contra illos ad præscriptum decretorū Prouincialium, & instructionum, omnibus remedijs.

In Diœcesi verò Vicariorum Foraneorum cura sit, libris ac cedulis per ipsos diligenter vsupra tum Parochis recognitis & collatis inuicem, cum modo exequendi ad præscriptum contra inconfessos, & non comunicatos; tum cedulas, & indices asseruare vsque ad proximam visitationem nostrorum Visitatorum, etiã generalium; tum nominum eorum ad Cancellariam infra mensem exhibere notam, ad præscriptum referendam in eiusdem libris.

Cancellario curæ sit, singulis annis colligere à Parochis, & alijs, vt putà deputatis locorum piorum, indices, & denunciations legatorum piorum eo anno factorum, & alias huiusmodi denunciations certis anni temporibus fieri debitas: habeatq. propterea indices singulorū, qui eas facere debent; & si qui statuto tempore non fecerint, det notam Promotoribus Fisci; vt vel agant ad pœnam contra ipsos, vel saltem compellant præstare quod debent.

Libri à Parochis in Archiuum quotannis deferendi, & asseruandi.

Liber baptismorum.

Chrismatorum.

Matrimoniorum.

Status animarum.

Libri etiam confecti à Magistro Cæremoniarum, deferendi sunt ad Archiuum singulis annis.

#### De custodia scripturarum in Cancellaria.

Inuentarium omnium & singularum scripturarum, librorum, indicumq. prædictorum semel ab initio seriatim conficiatur, cum interuentu Cancellarij deputandi per Archiepiscopum; cui copiam in forma authentica cõsignet Cancellarius; tum deinde dietim notet quæcūque in dies receperit, atq; inuẽtario illi addat suo tempore; inuentariaq. ac scripta, & diariū librū de quo infra, recognoscenda Archiepiscopo exhibeat, quoties iusserit.

Litere apostolicæ originales de facultatibus & priuilegijs huius ecclesiæ, vel Archiepiscoporum; & de fundationibus, ordinationibus, & translationibus perpetuis magni momenti, & de alijs grauioribus materijs; primò exempla in libro in forma authentica, tum etiam extracta copia in folijs separatis, non modò ipsa originalia, sed etiam liber authenticus, in quo exemplata sunt, recondantur in Archiuo Cancellariæ loco tutiori sub tribus clauibus; quarum altera sit penes Archiepiscopum, altera

penes Cancellarium, tertia penes œconomum mensæ Archiepiscopalis: nec vnquam originalia extrahantur, sine causa graui Archiepiscopi ipsius iudicio. Folia verò in quibus copia est, sint penes Cancellarium sub clauibus, pro vsu quotidiano vt opus erit.

Similiter sub eisdem tribus clauibus seruetur acta & decreta Conciliorum Prouincialium cum subscriptione Episcoporum, & acta Diœcesum decreta, constitutiones, reformationes, & fori Archiepiscopalis taxæ, & alia eiusmodi descripta in forma authentica, & etiã processus grauiores in causis iurisdictionis ecclesiasticæ: neque vnquam extrahantur, nisi vsupra.

Sic etiam sub tribus clauibus seruentur processus causarum Sanctæ Inquisitionis.

Harum clauium tertia, non œconomus, sed Vicario Criminali curæ erit.

Denique sub tribus clauibus seruentur omnia ad pœnitentiarum pertinentia; sed tertia clauis non penes Vicarium, aut œconomum, sed penes pœnitentiarum seruetur.

Instrumenta alia, & scripturæ authentica, & breuia apostolica, fundationes cappellarum, & alia eiusmodi, nunquam extrahantur ab Archiuo; sed eorum copia vel exempla habeantur tradenda cum opus fuerit: sed tamen si quando Archiepiscopo, vel Vicario Generali, alijue Vicario, vel alicui ex visitatoribus Præfectis, uel huiusmodi Iudicibus opus fuerit inspectione originalis, ipsemet Cancellarius, vel vnus ex eius substitutis illud deferat ac exhibeat inspiciendum: idq. reportet in Archiuo. Processus monialium, & virorum regularium, sub duabus clauibus seruentur: quarum vna seruetur penes Cancellarium, altera verò penes Vicarium Monialium: & si virorum regularium sit, penes Archiepiscopum.

Reliqua scripta Archiuum non authentica, vt informationes, & copiarum instrumentorum, vel alia, tradi possunt aliquando Vicarijs, & Visitatoribus, ac alijs huiusmodi, cum opus erit: hac tamen ratione seruata; vt si quando opus erit visitatori actis visitationis, Cancellarius det illi primam copiam, scilicet in folijs scripta, recepta à præfato Visitatore cedula restitueda, cum primùm illi restituerit scripturas.

Cõsignet verò per inuentarium diligenter singulas scripturas, quæ coniunctæ erunt illis actis.

Regesta, & filciæ literarum custodiantur sub vna clauis.

Habeat quæque porta Ciuitatis, & plebs Diœcesis Scrinium, & præterea faculū; in quo reponantur scripta, & iura ecclesiastica in fasciculis colligata, notataq. per numerum.

Scrinium integrum literarum & registorum Vicariorum, Visitatorum, aliorumue.

Recondantur in alio scrinio omnes actorum libri (vtputa professionum fidei, consecrationum, translationum reliquiarum) tripliciter distincti; scilicet, Primò qui pertinent ad eccle-

fiat, & iura ecclesiarum, & piorum locorum: Secundò, qui pertinent ad mores cleri; Tertio, qui pertinent ad mores populi.

Parochorum libri, quos exhibent, veluti Matrimoniorum, Baptizatorum &c. ponantur sub suis Parochijs.

Libri autentici qui passim præ manibus sunt habendi, in Cancellaria ponantur, quò commodius habeantur; seruata tamen semper quò magis poterit, rerum, personarum, & locorum distinctio.

Indices verò non autentici, in alio armario distincti tripliciter quantum potest, vt supra.

Scriniis benè tutum in loco remotiori, pro processibus, & rebus ad Sanctum Inquisitionis officium pertinentibus.

Armarium distinctum pro regularibus viris, & monialibus.

Item de rebus Prouinciæ seruetur.

Armaria distincta plura de rebus communibus in materijs vniuersalibus.

Hæc verò distinctis armarijs seruanda sunt, vt in vario genere sunt. Nam alia sunt ad reformationem pertinentia: & hæc, vel vniuersalia, vt Bullæ Apostolicæ ad totum orbem christianum pertinentes, vel ad vsum vrbs Romæ tantum, vt reformatio pœnitentiariæ, & eiusmodi &c. vel aliarum variarum ciuitatù. quæ exemplo seruire possunt huic ecclesiæ, vt varia concilia extera prouincialia vel Diœcesana, edicta etiam episcopalia: vel denique huius Ciuitatis, vt,

Institutiones Visitatorum, Constitutiones, & reformationes huius ecclesiæ, materiæ Decretorum, Constitutiones, & libri ad id pertinentes.

Concilia varia.

Ordinationes variæ datæ Clero.

Tabellæ ad disciplinam Cleri pertinentes.

Quæ pertinent ad librum ritualem, vel ad ceremoniale Missæ.

Tabellæ Punctatorum, & alia huiusmodi.

Generales ordinationes ad populum pertinentes, quales sunt:

Institutiones, ordinationes.

Regulæ Corporis Christi.

Charitatis.

Sanctæ Annæ.

Item aliæ societates laicorum vniuersales.

Priuilegia illis concessa.

Banna etiam Gubernatoris, & magistratuum laicorum, ad mores aliquo modo pertinentia:

Alia verò sunt distinctè seruanda, Communia quidem, sed non ad reformationem spectantia; vt edicta ecclesiastica vel laicalia, de abundantia bladorum, de aquis deducendis, de peste cauenda, &c.

Sic alia scrinia pro recòdendis alijs varijs scripturis communibus.

De editione scripturarum, & earum taxis.

**C**ancellarius animaduertat, vt in singulis expeditionibus alicui tradèdis sic procedatur, vt coniungantur quæ oportet, pro ratione illius expeditionis vel còsequendæ vel in vsum adhibendæ: exempli causa, ne tradat literas prouisionis beneficij Curati ante emissam ab illo professionem fidei, & iuramentum debitum, ex præscripto literarum apostolicarum, & Concil. Tridentini, & Prouincialium: sic de professione fidei seruetur in traditione facultatis concionandi, vel profitendi, aut quouis modo docendi: sic concionatoribus, & confessorijs regularibus tradat instructiones nostras de ratione seruanda in munere illo præstando; tum sigillatim in loco illo pro ratione suæ indigentia, vt Archiepiscopus iusserit: sic de alijs. Notetq. cui traditæ instructiones sint.

Si quando autem ob inopiam indigentiamuè loci ac necessitatem illius incolarum, admittitur aliquis ad conciones habendas, aut confessiones audiendas, aut curam animarum gerendam, alioquin non ferendus ob imperitiam, alia uè ob causam: tunc ne expediat literas patentes, vnde alibi censeatur ad ea munera probatus; sed det literas Archiepiscopales clausas ad Vicarium Foraneum, aut Visitatore præfectum uè illius regionis, aut ad Parochum; quibus liceat illos eo solum certo loco, certoq. temporis breui spatio præscripto, pro ratione necessitatis loci in illis muneribus versari; neque tamen approbationem ostentare, vt examinis iudicium alio tempore in nostra vel alia Diœcesi hoc comprobationis testimonio effugiat, vt aliquando contingit.

Habeat librum Diarium; in quo describantur dietim scripta omnia quæ contigerit dari extra Archiuum: cum autem restituentur Cancellario, statim partita vnaquæque scripturarum restitutarum deleatur.

Cancellarij notarij tam ciuilium quàm criminalium causarum, acta, instrumenta, processu uè originales Cancellarij recepti, atque fabricati, per se aut alios, ex quauis causa, etiam videndi tantum, nunquàm exhibeant nisi ad eorum bancum, vel in loco Archiuij, & Cancellariæ; idq. sine aliqua mercede faciant: aliò verò transferre, etiam per nuncios quantumuis sibi fidos non audeant; etiam si partium consensus adesset: qui secus fecerit, arbitrio Archiepiscopi grauiter puniatur, & parti etiam lætæ pro suo interesse satisfaciatur.

Caveant Cancellarius, & Notarij substituti Criminales, ne alicui tradant copiam alicuius processus, sententiæ, depositionum testium, seu alterius scripturæ, sine licentia Vicarij Criminalis aut Generalis sibi in scriptis danda; sub pœna priuationis officij, ac alijs arbitrio Reuerendis Archiepiscopi imponendis.

Si quando ab Archiepiscopo, Vicario Generali, Præfecto vel Visitatore, vel à Fiscali, vel alio

eiusmodi Ministro significandum erit, vt nihil transeat in aliqua materia, seu expeditione; Cancellario curæ sit, tum cauere, tum significare & Vicarijs & Notarijs substitutis, & alijs vt opus erit.

Notarius substitutus, pecunias quas occasione processus, & totius causæ, cuius ipse actiuus est, receperit, in dies in processum referat, ac in fine illius, totum id quod receperit, scribat.

Si Vicarius causæ, gratis expediri in toto vel in parte mandauerit, gratis expediantur; idq. totum eius còscientiæ ac arbitrio relinquitur.

Ne Notarij, seu alij, quibus in Archiuo inueniendi scripturas, etiam antiquas, onus iniunctum erit, aliquid mercedis seu muneris titulo, etiam à sponte dantibus accipiant.

Si tamen aliquando ob scripturarum antiquarum qualitatem, seu alia quauis de causa, aliquid solui pro labore, iustitiæ & rationi consonum erit; id tantum quod Vicarius Generalis iudicauerit, persoluatur.

Ne rursus etiam ad formam horum decretorum eorum quisquam accipiat aliquid; sed omnes pecuniæ quacunq. de causa debita pro expeditionibus leuioribus; utputà comparationum, relaxorum, & huiusmodi modici momenti, habeat quisq. Notarius capsulam immobiliter annexam banco suo, in quam reponat taxam præfinitam, illamq. in dies in libello, quem omnes substituti habeant, referre teneatur, habita mentione causæ in omnibus partibus, & singulis diebus pecuniæ prædictas vnà cum partitarum libello consignet Depositario, qui in capsula reponat.

Ex quibus soluatur illa merces, quam pro ratione laboris & scripturæ, eisdem ex præscripto in altera tabella conficienda iussu nostro, de distributionibus inter Cancellarium & singulos eius substitutos Notarios & scriptores, & alia Cancellariæ onera partienda, aut certum stipendium in earum locum vel supplementum per nos decernendum, quousq. experimento

facto per aliquod tempus, firmiter statuatur per nos tabella earum partitionum.

Pro grauioribus verò rebus, scilicet, quibus manum apponit ipse Cancellarius, ac editionibus processuum sententiæ & huiusmodi, in ijs remittat partem ad capsam depositariæ Generalis Cancellariæ; cuius curæ erit exigere totam constitutam taxam, seu portionem illam, quæ tunc ad bonum computum soluetur in ipsa capsula depositariæ generalis, ac in libro magistro rationum iudicis referendam; vltra quod de ea portione soluta, in margine ac sine processu mentio facta sit.


Cuius capsulæ clauis sint tres; & ita partita, vt altera sit penes præfectum executionis reformationum tribunalis; altera penes Cancellarium; altera verò penes Notarium illum substitutum, qui taxarum solutionibus Præfectus sit.

In fine verò mensis capsula illa generalis depositarij aperiat, his vocatis ac præsentibus, qui ipsorum clauis retinent; & pecunijs numeratis, computisq. factis omnium rationum ac partitarum, quæ in cuiuslibet substitutorum libello ac depositarij descripte reperiuntur, pecuniæ sic conseruatæ (deductis prius alijs impensis Cancellariæ nomine faciendis) inter Cancellarium, substitutos Notarios, & scriptores ad rationem constitutorum illis singulis emolumentorum diuidantur: & quidquid deesse contigerit ad integram solutionem dictorum emolumentorum prædictis ministris, & alijs impensis, totum suppleat mensa Archiepiscopalis.

Taxæ fori Archiepiscopalis, omnes editioni dantur, ac deinceps in loco Cancellariæ publico, in quo ab omnibus uideri & legi possint, continuè appensæ retineantur.

Quæcunq. expeditiones, alia uè taxata sunt, nihilominus quandocunq. Archiepiscopus ex causa sibi benè visa iusserit gratis expediri, gratis dentur ad eius præscriptum.

F I N I S.



RE



RELIQVA AD INSTRUCTIONEM ALIQUAM PERTINENTIA, vulgari sermone conscripta.

RICORDI

Di alcune cose cauate dal Concilio di Trento, e dal Concilio Prouinciale di Milano, e di alcuni disordini che nella Città sono; che sparsamente nelle lor prediche potranno i Predicatori a luogo e tempo, secondo le occasioni che haueranno, ricordar & auuertire il popolo, prendendo hor questo, hor quello ricordo nelle mani.



HE chi conosce alcuno Heretico, o sospetto di Heresia, lo denunci alli Superiori, cioè al Reuerendiss. Arciuescouo, ouero al Reuerendo Padre Inquisitore.

Che i Maetri da Scuola non leggano, ne facciano leggere à putti, libri che siano contra la pietà Christiana, e buoni costumi. Ma oltra le cose di humanità, gli ammaestrino anche nelle cose della Dottrina Christiana.

Che i padri e le madri mandino li suoi figliuoli le feste alle Chiese, ad imparare le cose pertinenti al viuer Christiano.

Che non si tengano in casa libri dishonesti e prohibiti.

Che le feste si santifichino come si deue; & non si vendano cose vietate; ne si tengano le botteghe aperte; ne si balli.

Che i fanciulli si facciano battezzare nel termine di otto giorni, & non si differisca più oltra; perche incorrono la scomunica quelli che in ciò sono negligenti; e si eleggano compari timorati di Dio, che à tempo possano esser veri Padri Spirituali d'essi fanciulli.

Che i publici Concubinarij, Vfurarij, e Bistemmatori, e simili altri huomini scelerati, se dopo ch'vna volta saranno ammessi alla comunione, torneranno al vomito, non saranno più ammessi, se in verità non si conosceranno emendati.

In Bulla Pij V. conceditur tantummodo trifidierum spatium.

Che gli ammalati si confessino quanto prima, e non differiscano più di quattro giorni; altrimenti non saranno medicati da medici; à quali sotto pena di scomunica lata sententia, è prohibito passato detto termine di medicare. Che i patroni, mercanti, ouero artigiani, non tengano in casa ouero in bottega, famigli ouero garzoni bistemmatori; se hauendoli vna volta ammoniti, non si faranno corretti.

Che in Chiesa, e specialmente mentre si predica, o si celebrano li diuini officij, non si passeggi; non si cianci, non si trattino negotij secolari, no si vagheggi, non si stia appoggiato à gli Altari, alli battisterii, à li lauelli d'acqua santa, ne con le spalle riuolte al Santissimo Sacramento, ne si stia in piede mentre si leua l'hostia, & il calice.

Che il matrimonio si celebri nel modo che ha ordinato il Sacro Concilio di Trento.

Che non si tengano in casa imagini profane, ouero lasciuie & dishoneste; & i pittori s'astengano di pinger tali.

Che chi entra nelli monasterii di monache senza licentia dell'Ordinario, cade in escommunicatione, o maschio, o femina che si sia, per il Decreto del Concilio di Trento.

Sess. 25. de Regul. & monial. c. 5.

Che chi mette in Monasterio alcuna figliuola, ouero per farla monaca, o per altra causa, contra sua voglia, cade in escommunicatione, per Decreto del medesimo Concilio.

Ibid. c. 18.

Si efforti il popolo alla frequentatione de' Sacramenti; & auisar tutti, che non stiano à confessarsi fino alla settimana santa; & riprender quelli, che ogni Anno mutano confessori.

Che quei che sono negligenti in pagar legati pii, non saranno assolti senza la precedente satisfattione; e parimente quelli che per testimonio falso in giudicio hanno dannificato il prossimo in robba o fama; il medesimo de gli Vfurarii.

Auisar il popolo dell'obbligo di digiunar tutta la Quaresima.

Ripreder il popolo de gl'infrascritti errori; cioè, delle Vsure, delle superstitioni, di strigarie, di carnalità, di crapule, e dell'andar alle bettole, & hostarie, e massime le feste; de i giuochi, delle pompe; e particolarmente le donne, e de' suoi bellerti, e rizzi, & abbellimenti; delle bugie de mercanti, de balli, e de suonatori che suonano le feste per guadagno; dell'andar alle perdonzanze per vagheggiare, e della irriuerenza che circa ciò si vfa alle Chiese, e scandali che si danno con le parole e coi gesti indecenti, dissoluti, & immodesti; di vender le feste cose non necessarie, e consequentemente prohibite.

AVVERTIMENTI Per il Sacramento della Cresima,

Da leggerfi da ciascun Curato della Città al suo popolo, nell'occasione dell'amministrazione d'esso Sacramento, che farà il Reuerendissimo Arciuescouo.

Professione che fa il Christiano nel Sacram. della Cresima.

NEL Sacramento della Cresima fa professione il Christiano d'essere soldato di Christo, e di combattere fortemente contra li vitiij e peccati; & in segno di questo il Vescouo batte con la mano quello che si Cresima; denotando, che si come dal canto d'Idio gli è dato in esso Sacramento forza copiosa per vincere tutti gl'inimici dell'anima; così loro si hanno da preparare à tollerare ingiurie, steti, e la morte, doue sia il bisogno, per amor di Christo.

Età conueniente p riceuerlo.

Et à questo effetto, chi fa tal professione, è bene che habbia qualche capacità per intendere il beneficio, e li doni e gratie dello Spirito Santo, che è per riceuere per mezzo di questo Sacramento: per tanto nissuno si appresenti à riceuerlo, che non sia entrato ne i do deci anni; quando però non ne habbia dal Reuerendiss. Arciuescouo espressa licentia. Dall'altra parte, chi è arriuato à quell'età, non douerà per nessun modo esser negligente nel venire à pigliarlo.

Preparatione.

Quelli che hanno da riceuere questo Sacramento, nel quale si conferisce la gratia del Spirito Santo, studino di prepararsi diuotamente con digiuni, orationi, & altre buone opere; e sopra tutto siano contriti e confessi diligentemente de suoi peccati. E quando andarano per riceuerlo, presentino la fede sottoscritta dal Cofessore, d'esserli confessati.

Compatri, e 4 commadre.

Quelli che hanno da combattere con l'arme materiali, massime non essendo esperti in esse, sogliono pigliar vn Padrino che gli ammaestri; così il Christiano pigliando questo Sacramento per entrar nella battaglia spirituale contra di tutti li nemici dell'anima, piglia vn Padrino, che per altro nome si chiama compare; acciò habbi di lui cura, e protectione, in ammaestrarlo, & aiutarlo: & in segno di questo, il compare nella Cresima tiene, e sostiene il figlio; dando ad intendere, che fino à quell'hora è stato debole & infermo, ma che per l'auenire sarà più galiardo; e bisognado, che lui l'aiuterà.

Idemq. seruetur per totum Quadragesimæ tempus. Reliquis autem totius anni diebus omnibus accepto Euangelico contextu legatur quoti die particula illius, quam iustam esse censebit is, qui proponet, seruata semper continuatione contextus ab initio vsque ad finem: eaque lecta, primum secundum simplicem verborum sensum, qui literalis sensus vulgò dicitur, explicatio subiungatur: Deinde paucis verbis ex eam tria documenta colligantur, quæ materia sint longioris meditationis, sequenti die vt diximus, ab vnoquoque exercendæ.

Tabellam habeat, in qua eorum nomina ordine sint descripta, qui ad illa ipsa puncta proponenda idonei censebuntur, eumq. cuius intererit, singulis sabbatis moneat, vt sequenti hebdomada fungatur officio.

Punctatorem deligat pium diligenterque, qui quotidie illos ex inferiori familia notet, qui isto tempore in oratorio ad horas gratiasq. Deo persoluedas interesse neglexerint, atque absentium nomina ad Vicarium quotidie deferat; qui illos, nisi iusta de causa abfuisse constiterit, per cibi subtractionem puniat.

Prima quaq. Dominica mensis à tota familia domus confessionis schedulas sibi afferri, & qui facere omiserint, ad Præpositum deferri curet.

In cœnaculo tam mane quàm vesperi, præter lectionem scripturæ sacræ, & Martyrologij, librum aliquem Italico idiomate conscriptum legendum proponat, quæ pro ratione temporum solemniumq. dierum magis conuenire ceter fuerit: quod verò ex Sacris Biblijs, aut ex martyrologio legetur, stâdo & detecto capite semper legi; quod ex alijs Reuerendis Archiep. absente, sedendo & capite aperto, at illo præsentem, stando, detectoq. capite similiter legi procurabit.

Infirmorum diligentissimam curam agat, sæpè inuisat, consoletur, necessitates eorum, tum ad corpus, tum ad animam spectantes cognoscat, atque illis vt peropportune subueniatur, pia omni ratione curet; Medicos, Confessoresq. accersiri iubeat, atque quotidie cum ingrauescit morbus, vocari aliquem ex Patribus sancti Antonij, vel Barnabæ, vel alterius familiæ, qui illos consoletur, piaq. alia præstet officia. Nullum demum à se desiderari officium patiat, quod ad eorum valetudinem rectè curandam, animamq. iuuandam pertineat.

Cum præfulem aliquem illustremque personam in domo hospitari contigerit, vespertinam orationem ante cœnam fieri (quam alias omitti necesse est) sedulo curet.

Disciplinam, quæ sexta quaque feria per hyemale tempus exiti facienda, si quando ob lunæ cæterorumq. astrorum splendorem, quominus in oratorio fiat, impediri eueniet, aulam ante oratorium positam parati curabit, in quam se

conferat familia, pium istud obsequium Deo præstitura.

#### De Præfeto Oratorij.

**P**RÆFECTVS Oratorij hæc curet diligenter.

Pro ratione temporis, & dierum solemnitate, oratorium appareatur, ac ornatur, coloreq. varientur.

Cum Reuerendis. Archiepiscopus domi aderit, subsellium perpetuò paratum in oratorio stato loco seruetur.

Cum præfules item, præstantiue dignitate viri hospiti suscepti domi manebunt, iuxta illorum conditionem sua quoque subsellia in oratorio præparata sint.

Cum per eos præfules Missæ sacrum fiet in oratorio, audietur; cum item vel ij, vel alia insignes personæ precibus vespertinis intererint, musici veniant, qui sacras illas functiones pijs modulationibus decorent.

Cum Reuerendis. Archiepiscopum in oratorio concionaturum apud clerum percipiet, cathedra de more ornatur.

Cum Matutinum officium cæteraq. horæ Canonice à familia inferiore persoluentur in oratorio, tum diuinum officium vbiq. dirigatur ab eo, qui fuerit in digniori ordine positus: quo tempore clerici à secularibus hominibus choris distincti sint, choriq. ipsi alteri alteris vicissim respondeant.

Post puncta quæ meditanda vesperi proponuntur, detur liber ei, qui in toto cœtu præstat, qui precationem alta voce ex eo recitet, & ea finita, tribusq. datis campanæ signis Angelicam salutationem ter dicendam esse commonefacientibus, afferatur eidem vasculum aquæ sanctæ suo cum aspergillo: Ille verò ad subsellia quæq. commeet, omnesq. aqua sancta aspergat; dumq. id fit, versiculum illi illum dicant ac repetant, *Asperges me Domine hispo, & Gloria Patri, &c.*

Si verò Reuerendis. Archiepiscopum, aut aliam præstati dignitate personam in oratorio adesse contigerit, liber ad illum à Canonico maiori Diacono, & aspergillum similiter à Sacerdote maiori, vasculum verò à cubiculario deferatur. At si neque ipse Archiepiscopus, neque alius dignitate insignis adsit, tum libri, aspergilli, vasculi afferendi munere fungatur clericus oratorij, vnà cum alio qui ex toto illo cœtu præstantior extiterit: Propterea cum aderit Vicarius Generalis, ipse fungatur officio; quo absente, Præpositus; & eo item absente, Præfetus spiritalis: quo quidem etiam absente, Sacerdos qui præstantior extiterit.

#### De Clerico Oratorij.

**C**LERICVS Oratorio inseruiens, omni religionis studio ministerium suum obeat, diligenter.

ligerentq. exequatur.

Rerum diuinarum in primis cultum & sacræ suppellectilis nitorem studiosè curet.

Cum præterea ipse alios ad orationem, spiritalesq. exercitationes inuiter, sua præsertim interesse meminerit, cæteris omnibus deuotiorum religiosiorumq. esse oportere.

Quotidie oratorium verrat; puluerem à sedibus excutiat; altare præparet; suppellectilem mundam nitidamq. conseruet, & diligenter custodiat.

Hora à præfeto spiritali præscripta quotidie sub auroram trino campanæ signo ad matutinum officium familiam vocet: sintq. campanæ signa, quarta horæ parte inter se distincta.

Suo item tempore, signo campanæ dato, inferiorem familiam ad exercitationem Doctrinæ Christianæ quotidie inuiter.

Peracta oratione vespertina, quæ post enunciata puncta meditationi deseruietia secretò subsequetur; tribus campanæ ictibus Angelicam Salutationem ter dicendam esse significet.

Vespertinæ orationi, cum neque Illustris. Cardinalis, neque alium præfulem, aliumque præstanti dignitate virum adesse in oratorio contingerit; tum librum, aspergillum, & vasculum aquæ benedictæ illi afferat, qui ex cœtu præstantior fuerit.

Cum Illustrissimus Dominus in cœnaculo nõ aderit, nec præful alius, aliaue insignis persona, ad vtramq. mensam legat.

À prandio statim prima mensa confecta, in oratorio præsto sit, vt Litanij enunciandis, & Vesperarum & Completorii officijs persoluedis vnà cum alijs intersit.

Quotidie summo mane, cum Reuerendis. Archiepiscopum domi aderit, Præfetus oratorij conueniat, à quo sanè perquiret, num ipse Dominus in oratorio vel ecclesia maiori, vel alia sacrum sit facturus; vt vel oratorium instruat, vel sacram suppellectilem aliò deferre possit, quò ille est iturus.

Idiplum præstet, cum apud eundem Archiepiscopum Præful aliquis hospitabitur.

Cum sermonem concionemue in oratorio cū clero Reuerendis. Archiepiscopum erit habiturus, subsellia qua decet ratione disponenda curabit.

Verum tum quoq. cum Reuerendis. Archiepiscopus aberit, reclusum mane oratorium, & altare de more instructum quotidie asseruabit, vt si qui sunt Sacerdotes domestici, qui ibi dem sint celebraturi, ipsis pateat aditus, & suum tribuat officium.

Quibus hebdomadæ diebus Metropolitanus Theologus conscientie casus in oratorio explicaturus erit, nata hora adsit, signoq. campanæ conuenientem Clerum in oratorium conuocet.

Cum ad Matutinum officium, cæteraq. horas canonicas, & Litanias item persoluedas, stas horis in oratorium conueniet familia; tum ca-

nistrum statim arripiat copia libellorum referentem, quos officiola Beatæ Virginis Mariæ appellant, eorum item in quibus Litanie perscriptæ sunt; quorum singulis singulos per sua quæque subsellia distribuatur, quos deinceps omnes, vbi ad finem ventum erit, asseruandos colligat.

Tum rursus quoq., cum vnaquaq. sexta feria eidem familiæ ad disciplinam exercendam flagella erunt distribuenda, eadem quippe ratione se gerat.

#### DE GVERNATIONE Rei familiaris.

##### Pars Secunda.

**F**AMILIA omnis, cuiusuis gradus existat, Mensa. in vnum ac eundem locum, cui nomen cœnacula datur, ad cibum capescendū decenter conueniat.

Quia verò totum non capiet vnus idemq. & eodem tempore locus vtriusq. familiæ conuentum, prima secundaq. instruetur mensa; vt qui primæ minus possunt, secundæ accumbant mensæ.

Antequàm quisquam discumbat cibum capturus, mane & vesperi benedicat is, qui dignitate est præstantior: qui post epulas etiam Deo gratias agat. Tum quoq. dum benedicitur, & gratiæ aguntur, respondeant clerici, laicique omnes.

Cum verò aderit Reuerendis. Archiepiscopus, à digniori Canonico Ordinario Tabula deferatur, in qua variæ sint notatæ benedictionis formulæ pro temporum anni ratione. Idemq. fiat, si personam aliam ecclesiastica dignitate insignem adesse contigerit.

Quoties Reuerendis. Archiepiscopum aut Præful alius tum aderit in cœnaculo, Præpositus, vel Vicarius, vel præstantior alter ex ordine (præter Vicarios, cæterosq. Tribunalis Officiales) assistat mensæ; cuius erit munus, mensas circumcirca prospicere, & singulos obseruare accumbentes, vt cibos maturè afferri, & quæ illis præterea opus esse viderit, apponi curet.

Per totum edendi tempus tum manetum vesperi, si nullus ex Seminario venerit adolecens concionem aliquam aut orationem latinam habiturus, lectio sacrorum librorum adhibeatur: primum verò legatur vnus ex sacris Biblijs caput; post, alterum ex Martyrologio, quod ad diem sequentem pertineat; demum aliquod ex pio libro aliquo, qui Italico sermone sit conscriptus.

Vbi Reuerendis. Archiepiscopus, aut alius Præful interfuerit, vnus ex cubicularijs sit is qui legat, aut alius ex familia præcipuus.

Alias verò Clericus oratorij mane Vesperiq. ad vtramq. mensam legat.

Ille verò qui ex Seminario ad concionandum venerit,

venerit, si quidem prius finem fecerit dicendi, quàm ab edendo cessatum sit, librum spiritua- lem aliquem à præfecto spirituali eligendum legendo ad finem vsque mensæ prosequatur. Inter edendum, concionanti vel legenti silen- tium præbeant conuiuæ; vt non solum corpo- ris cibo, sed etiã epulis animæ recreari possint. Quoniam verò semper hospitem habenda ratio erit, vt debiti illis à domesticis præbeantur honores, propterea Vicario Generali alicuius Episcopi in Cœnaculo comesuro Vicarius do- mus Generalis locum concedet in accubitu. Quòd si Canonicus item adierit aliquis, supe- riorem pariter concedent illi locum canonici ordinarij.

Quam quidem rationem in paribus honoran- dis semper & vbiq. seruare decebit.

Viris eiusmodi magnam aliquam personam sustinentibus, siue in superiori conclau, siue in Cœnaculo discumbant, cubicularij deser- uiant à magistro Cubiculi delecti.

**Vestitus** Familia omnis domi & foris mediocri atque de- coro vestitu sit contenta; qui neque studiosus sit quæ sitis, neque nimis abiectus, neque vl- lum argenti, aut auri, aut sericæ materiæ orna- mentum habeat. Fugiat omnes vestium, cal- ceorum, aut crepidarum discissiones. caueat à turgidis dissectisq. caligis, & à crispo indusio- rum collari. sit habitus domesticorum omniũ simplex, laneus, & nigri solum coloris, & de- mum, qui homines verè ecclesiæ deditos, Dei- que ministros monstret; nisi fortasè alium co- lorem dignitatis gradus postulauerit. Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, ceteriq. Cle- rici, habitum gerant non affectatum, non for- didum; superpellicea apprimè munda, nõ stu- diosè elaborata. duabus incedant induti vesti- bus talaribus, neque sine his vnquam aut do- mi esse, aut foras egredi liceat. si tamen iter fa- ciendum sit, contractiore habitu, sed simplici, & homini religioso congruo vti, minimè pro- hibentur.

Nemo ex ijs breuiorem togam (vulgò mantel- letum vocant) nisi illi dignitatis ratione conuenerit, ferre audeat; neque pallium, fer- rarolum vulgò dictum, nisi per pluias: sed ne que tum eo absque talari tunica vti fas sit.

Nemo item ex eisdem catenam auream ex collo suspensam, aut monilia in brachijs fe- rat, aut in digito anulum; exceptis ijs, quibus propter dignitatis gradum iure concessus est anulus.

Serui Pallium, siue ferrarolum induant: neque familiæ adscribantur, priusquam ad normam præscriptam sint induti, deq. habitu, moribus, & ætate à Præposito seu Vicario probationem obtinuerint.

**Arma ludospe- ctacula & hu- iusmodi caueat.** Nullus ex familia nec armis certare, nec chat- tis lutorijs aut talis, aut pila maiori, aut alio eiusmodi indecoro ludi genere ludere, luden- tesuè spectare, nec choreas exercere, nec perso- natus incedere, nec venationi, fabulis, come-

dijs, alij suè histrionum impuris actionibus va- care audeat.

Rerum nouarum curiositas fugiatur: vitentur pariter sermones dissolutiores, libri scurriles vel impuri, profanæ cantiones, deliciosæque modulationes.

Nemo conuiujs sæcularium hominum inter- sit, aut ad bibendum quemquam incitet, aut ad cauponam, nisi itineris necessitate coactus eat.

Idque cum alicui acciderit, tum ne vnà cū mu- lieribus discumbat, omnino caueat.

Nemo in ianuis domus aut commoretur, aut ambulet: frequentem sæcularium hominum consuetudinem omnes fugiant; multoq. etiã magis à domibus eorum abstineant.

Æstatis tempore nemo post vigesimam tertiã horam extra domum maneat, hyeme verò post datum Salutationis Angelicæ signum: quòd si quis legitimis impeditus de causis, præscriptũ temporis spatium præterierit, apud præpositũ aut Vicarium facti rationem reddat.

Vicarij nullum munus, ne esculentum quidem, poculentumue, etiam si exigui sit pretij, neque à cancellario, neque à Notarijs, neque à dome- sticorum quoquam, neque ab litigantibus, alijf- uè apud se causas agentibus acturisue aliquan- do accipiant.

De Vicarijs, Vi- sitoribus, & huiusmodi.

Hoc idem perpetuò obseruent Visitatores, scri- bæ, Notarijque. Illud etiam obseruent, vt seruos habeant pios beneque institutos, qui habitu & consuetudi- ne, disciplinæ domus respondeant.

Ac quoniam Vicarij, & qui publico funguntur officio, præcipua pars censentur esse domus; idcirco vt vnus modi suiq. similis perseueret disciplina, meridianæ vespertinæq. orationi, & ceteris spiritualibus exercitijs interessè stu- deant.

Cum item prandij vel cenæ campanæ sono da- bitur signum, ad primam mensam venire, vel certè impediti, ad secundã contendant; ac pro- pterea quocunq. tempore enitantur, vt per quartam saltem horæ partem ante primã men- sam quiescant negotia, claudaturq. audientia locus.

Quare vt tollantur incommoda, quæ propter publicas audientias euenire solent, quæ quidẽ tum ob sui tarditatem disciplinam domus sæ- pius perturbant, tum verò præterea litigatori- bus & clientibus propter sui incertitudinem officiant; pro temporum varietate, certa hu- iusmodi omnibus Tribunalibus communis au- dientia hora decernatur: videlicet à Paschate vsque ad Calen. Septembris matutino tempo- re, hora duodecima, vespertino, vigesima pri- ma; à Calend. Septembris vsque ad Calend. Nouembris, matutino tempore hora decima quinta, vespertino vigesima secunda: à Calen. Nouembris vsque ad Pascha, matutino tempo- re, hora decima sexta cum dimidia, vesperti- no, vigesima secunda.

Vica-

Vicarij item, cum rerum gerendarum ratio- ne Illustrissimum Cardinalem conuenire cu- piunt, statutam eligant pomeridianam horam, neque nisi à magistro cubiculi vocati, acce- dant.

Horæ autem meridianæ audientia ita partitæ feruentur. prima dabitur his, qui à secretis sunt propter literarum expeditionem: secun- da signaturæ Cancellariæ: tertia Vicario ge- nerali, Criminali item, & Ciuili.

Quòd si rem aliquam contingat celeri indi- gere expeditione, tum schedulam obigna- tam ad Illustrissimum Dominum mittant, pau- cis rei seriem exponentes. si quid verò sit, quod literis committendum esse non existi- ment; audientiam petant.

Visitatores & Auditores, quo tempore Illu- strissimus Dominus audientia incumbit, inte- resse, tum propter rerum gerendarum facili- tatem, tum propter madorum acceptionem, studeant, quantum possunt.

Nemo ex familia Vicario Ciuili, vel Crimina- li, aut Fiscali, aut Notariis, aut Visitatoribus causam vllam commendet.

Vicarij, & Visitatores neminem seruorum scri- barumq. suorum permittant causas apud se procurare, vel commendare, aut rem vllam, etiam vltro datam accipere, siue propter li- teras per eos etiam priuatim scriptas, siue ob res alias; atque ne per eos secreta scriptura- rum negotiorumue manifesta fiant, inuigi- lent.

Nemo præterea coram Iudice Sæculari abs- que Illustrissimi Cardinalis venia tanquam- caudicus vel patronus causam vllius agat, aut ullius Principis procurator sit, alicuiusue tu- telam suscipiat, aut negotiationibus se immi- sceat, aut in mercaturis se medium interponat, aut aliena prædia conducatur.

Quando idem Illustrissimus Cardinalis foras prodibit, sectentur eum nobiles domestici om- nes, præter Vicarium Generalem, Ciuilem- que, ac Criminalem, & præter Fiscalem, & eos qui alicuius Ecclesiæ residentia sunt ad- dicti.

Quare à signo campanæ statim præstò sint an- te Illustrissimi Cardinalis cubiculum, eum, quocunq. iuerit, comitaturi: præeantq. om- nes, aut equo insidentes, aut pedibus iter fa- cientes, siue per Urbem, siue extra Urbem Il- lustrissimum Dominum ire contigerit, præter illos, qui dignitate sunt insignes, qui illum à tergo comitabuntur.

Hospites in ædibus Illustrissimi Cardinalis commorantes vnus tantum è familia visitet ab eo delectus.

Cum aliquis non contemnendè existimationis in hisce ædibus prandeat, aut cenabit; qui ex familia illi in mensa proximè accumbet, cu- ram suscipiat illius officij gratia ad cœnaculũ comitandi, suoq. in loco sistendi.

Caueat vnusquisque, ne in suo cubiculo priua- tim cibum capiat; multoq. etiam magis ne foris.

Quòd si quando cuiquam in suo cubiculo ci- bum capere opus sit; Præpositum domus, aut Vicarium de hoc commonefaciat. si verò iusta de causa alicui foris prandendum aut cenan- dum sit, ab eodem Præposito istud faciendi ve- niam petat.

Suo quisque tandem muneri diligenter sedateq. operam nauet; ne quid tumultus in familia ex- citent, enixè caueant omnes: nihil omnino dicant, faciantue, quod contra bonos mores, a- licuiusue existimationem sit: nemini denique risus aut scandali occasionem pariant.

Que generatim caueant.

De Præposito.

**P** R A E P O S I T I munus sit, curam gerere omnium personarum, officiorum, negotio- rum, & rerum domesticarum; nihilque per- mittere, sine consilio & consensu suo fieri, aut innouari.

Interueniat omnibus deliberationibus de vi- ctu parando, de redditibus, & de sumptibus faciendis; & à suo Vicario crebrò certior fiat, de ratione ac diligentia quam adhibet in ra- tionibus atque expensis domesticis cognosce- dis.

Eius erit, vtriusque familiæ superioris atque inferioris necessitates diligenter cognoscere, & vniciq. prospicere pro conditione perso- næ, & magnitudine rei; & saluis domus in- stitutis, omni charitate satis omnibus in omni re facere.

Si quis propter manifestam corporis infirmi- tatem communibus cibis vti non poterit, cu- ret, vt pro ipsius conditione & necessitate, quã ta fieri poterit charitate tractetur.

Adhibeat summam diligentiam, vt domestica disciplina seruetur; vt vnusquisq. munere suo diligenter fungatur; atque in primis famu- los in officio contineat; in corrigendis erratis vtatur circumspectione, neque citra casum ne- cessitatis seueritatem adhibeat.

Curet, ne vlla schedula quæ ad expensas do- mesticas pertineat, à supputatore admittatur, nisi eam ipse prius recognouerit, & subscripse- rit: atque idcirco in pretio rerumq. aestima- tione, hominum in hoc genere peritorum cõ- silio vtatur.

Curet, vt ministris, & famulis, itemq. officiali- bus reliquis stipendium & merces suo cuique tempore, quantum fieri poterit, persoluantur. Cum ad ipsum deferentur mandata à credito- ribus domus subscribenda, ea quàmprimùm expediat; curetq., ne creditoribus offensionis materiam præbeat, vel domus existimatione nomenq. imminuat.

Cuiusq. anni principio accipiat à supputato- re rationes omnes reddituum, atque expen- sarum, tum Archiepiscopatus, tum Patrimo- nij,

Z z z



nij, quas vbi diligenter recognouerit, earum summam Illustrissimo Domino tradat.

Si quem de familia inferiori esse acceperit mali exempli, & de cuius emendatione desperetur, eum domo eiiciat.

Quod si quid in familia superiori etiam animaduertit, quod vel scandalum afferre, vel labem aspergere domui possit, ad Illustriss. Do. minimum referat.

Attendat diligenter atque obseruet familiae praesertim superioris mores atque actiones, & in suo cuiusq. officio diligentiam, vt statum familiae Illustrissimo Domino certo significare possit; vt ab eo cognosci possint boni & necessarii, contra minus boni atque idonei ad eius famulatum; vt alteri excitentur ad progressum in omni virtute, alteri ad mores emendandos.

Singulis hebdomadis congregationem faciat in suis cubiculis, de rebus domesticis, vt si quid opus erit, statuere possit.

In congregationem adhibeat Vicarium, Oeconomum, Praefectum spiritalem, Magistrum cubiculi, Praefectum stabuli.

Vitet omnem singularitatem; atque ita se gerat, vt ipsius vita omnibus exemplo esse possit.

Curet singulis mensibus, vniuersalia capita, quae totius familiae progressum spiritalem, & moralem viuendi rationem complectuntur, in coenaculo legi.

Eadem omnibus, qui in hanc ipsam domum recipiuntur, siue de superiori siue de inferiori familia sint, initio statim perlegenda tradat; ac praeterea quae ad vniuersumq. officium pertinent, si Praefecti vel Ministri fuerint; vt sciat quilibet eorum, quo pacto in rebus sui officij gerere se debeat.

Homines matrimonio coniunctos, cuiusvis sint conditionis, tanquam ab huiusmodi vitae instituto alienos, vel rei familiari inutiles, ad officia domus nullo pacto admittat.

Ne famulum quempiam in familiam adscribat, de quo sufficientem probationem de vita & moribus non habeat, qui item ad praescriptum domus vestitus non sit.

Officiales, quos ad domestica munera obeunda domi habere necesse est, viros bonos, peritos, recteque instructos cognitione rerum ad sui officij statum pertinentium deligat: nullum propterea horum, quod ad praescriptas attinet conditiones in familiam adscribat, quorum bonum testimonium non habeat.

Quotannis Tabellam conficiat, in qua eorum nomina distinctim ponantur, quibus & ligna per hyemem ad calefaciendum, & candelae per annum erunt impertiendae, atque vtrarumque rerum portionem item, quae vnicuique danda erit, praescribat.

Curet vt in duobus cubiculis superioris conclauis accendatur ignis per hyemem; quorum vnus cubicularijs, alter subcubicularijs,

& seruis a pedibus, & reliquae etiam familiae vsui sit: atque inferius item paretur iudem ignis per idem tempus paulo ante prandium & coenam, ad quem calefiat familia omnis, priusquam ingrediatur coenaculum.

Praesulibus atque viris insignibus hospitio receptis, e superiori familia quempiam ab Illustrissimo Domino eligendum designet, qui illorum curam gerat, eos affectetur, & de ijs omnibus, quae opus fore intellexerit, mature prouideat.

Medicis quoque domus, physico scilicet & chirurgo mercedem constituat congruentem, quam duobus anni temporibus persolui curet.

Praeterea vero, quae de coenaculi disciplina, & de hospitum acceptione subduntur, exacte diligenterque seruari curet.

Coenaculum erit mensis circuncirca regulari forma cinctum, atque ab altera parietis tantum parte discumbetur.

Cibi, non integri, sed concisi apponantur; & conuiuiarum vnicuique pro status conditione portiones aequae impertiantur.

Vinum item album nigrumque, propinetur in mensa: inferiori tamen familiae alterutrum genus appositum sufficiat.

Superiori familiae semper apponatur quadruplicis portio generis, nempe prima & postrema esca, iurulentum ferculum, & oblonium simplex elixum, vel tostum.

At omnibus tamen Ieiuniorum temporibus duplex adhibebitur oblonij portio.

Et inferiori quidem familiae licet alias tres tantum statuatur ferculorum species, tamen ipsi quoque statis Ieiuniorum diebus secunda oblonij portio amplius erit adhibenda.

Cum aderunt hospites, viri praesertim Ecclesiasticae dignitatis, vel alioqui honorum gradibus ornati; his gemina obloniorum, primae item vel postremae escae portio superapponenda erit.

At vero quando item magni Praesules, & viri Principes, aut alioqui dignitatibus insignes erunt discumbentes, vt illorum vel statui, vel consuetudini, vel stomacho indulgeatur, triplicem ferculorum cuiusque generis portionem apponi licebit.

Atque primorum quidem & postremorum ciborum ea ratio habeatur, vt pro stomachis imbecillioribus vnus saltem inter eos coctus paretur, & valetudini magis consentaneus: iurulentum quoque ferculi alterum genus paratum sit pro his, quibus fortasse commune appositum minus probabitur.

Cum in conclauis superiore Praesules viri, Principesque, vel alij dignitate insignes accumbent, illis integrae, non concisae dapes apponentur.

Vinum item non de more Coenaculi sistetur in mensa, sed penus Vinaria loco solito parabitur;

bitur; non tamen ferculorum numerus praescriptus ratione vlla erit augendus.

Quod si qua ex parte erit excedendum, circa primas tantum escas vel postremas aliqualis condonetur excessus.

Cum viri eiusmodi dignitate insignes in conclauis superius comensuri conuenerint, circum circa parietes mensae quoque aptandae erunt, vt a latere tantum parietis ex ritu coenaculi consideant, & subsellia ipsa pannis erunt violaceis aut viridibus ornanda.

Quod ad cibos attinet, pretiosi quidem & nimium exquisiti elaboratiue, tum immoderato sumptu conquisiti fugiantur: quales essent leporum, perdicum, aliarumque eiusmodi ferarum & syluestrium auium, necnon omnia saccharo artificiose condita, bellaria, placenta, pastilli esculenti instar dulciarij panis, caeteraque escaurum lenocinia, episcoporum mensis minime congruentia.

Vina vero Principibus eiusmodi viris exhibenda, suis praegustanda pocillatoribus tradantur; vt ex illorum palato potiora deligantur.

Quouis antistite seu magno Principe domi hospitante, vestitus nullus apparatusque, siue conclauis in quo editur, siue cubiculorum vbi dormitur, parietibus adhibeatur.

Mensae tamen, tabulaeque, tum conclauis, tum cubiculorum, tapetibus honorifice sint ornatae; lecti quoque suis cincti conopseis, & peristromatibus circumducti: ostia etiam aulae praecclusa similibus.

Atque huiusmodi quidem ornatuum genera, rubro colore, aut violaceo, aut viridi infecta erunt, neque vllis depicta figuris.

Idipsum amplius erit cum hospitibus diligenter obseruandum, vt cum primum fuerint excepti, aliqua praesertim auctoritate viri, prima vice sui commodi causa priuatim in cubiculo esui conuenientia deferantur, mox in coenaculum illi deducantur.

#### De Vicario.

**R**ERUM, quas ad officium Praepositi pertinere praescripimus, Vicarius executor esse maxime debet. ipsum enim decet, singula propius diligentiusque curare, & circumspicere; atque in primis efficere, ne ministri otientur, sed in suo quisque munere exerceatur. Inuiset saepe cellam vinariam, promptuarium, vestiariam, culinam, stabulum; atque in primis famulorum curam gerat: secus enim semper male illi habebuntur, ex quo existunt querelae quotidianae, & famulorum mutationes.

Caueat, ne in mensam vel cibi male olentes, vel indiligenter conditi, vel Vinum corruptum inferatur.

Exigat tempestiue ab Oecono, ea quae ad familiae victum totius anni comparanda sunt:

res enim suo tempore emptae, & meliores sunt, & viliores.

Sed de summa rerum emendarum agat prius in congregatione rerum domesticarum.

Erga aegrotos charitatem adhibeat, illos saepe inuisat, eorumque necessitatibus cum corporis tum animi prospici curet; illudque persuasum habeat, cum his in vtroque homine male actum iri, si ipse quidquam de cura ac diligentia remittat.

Amplius circa eos ipsos eam adhibeat cautionem, vt qui inferioris sunt familiae, in valetudinarium a decubitu statim se conferant: caeteri vero in cubiculum inferius a Praeposito eligendum descendant, quod & medicis, & egrorum curatori commodum sit.

Curam gerat externorum, efficiatque, vt pro cuiusque conditione excipiantur atque tractentur.

Per diem saepe, & noctu interdum, domum circumeat, atque circumspiciat, ne vel ludatur, vel quid aliud minus decens fiat.

Quotidie sub noctem librum dispensatoris recognoscat, & cum emptoris rationibus conferat, singulisque hebdomadis per se vel per alium rerum pretia cognoscat: vt intelligat, an emptor sese fideliter gerat.

Curet, vt sibi exploratum sit, quidquid vnaquaque cuppa vini capiat, & cum exhausta fuerit, videat, an capacitati illius expensum respondeat.

Tradat dispensatori cellae Vinariae rationes, & ab eo rationes expensarum exigat.

Habeat penes se indicem omnium vini generum, quae in cellam vinariam importata sunt, & iustam illorum mensuram; vt ipsi constet suis temporibus, an satis ea summa sit ad familiae victum, domusque necessitatem.

Habeat penes se indicem vestiarij, itemque rerum omnium domesticarum; item indicem ornamentorum atque apparatus oratorij; easque res omnes anno vertente recognoscat.

Loquatur saepe cum ministris, vt ex ijs plenior notitiam sibi comparet rerum, quae ad ipsorum munus spectant.

Die veneris sub vesperam emptorem ad se vocet, cum eoque statuatur cibos, qui pro tempore per totam hebdomadam erunt adhibendi in singulos dies.

Conueniat cum Mercatoribus de pretio rerum; vt cum Tabernario, de aromatibus, saccharo, cereis, intortitijs, & alijs huius generis rebus: itemque cum macellario de carnibus; & cum caseario de caseo, atque omnibus pinguedinum generibus, quae ad familiae victum pertinent.

Iubeat, emptorem codices habere separatos rationum, quas cum Mercatoribus singulis ipse contraxerit: praeterea his in codicibus res quasque perscribere ab iisdem Mercatoribus receptas; tempus item, vt diem mensum, annum quo receptae sunt; rerum ipsa-

rum pariter vel pondus; demum quotiescunq; res domum perferentur, eosdem codices vna cum rebus ipsis dispensatori reddere.

Quoniam autem in rebus quæ ad pharmacopolam pertinent, varia ratione peccari, atque propterea maximum ærario domus damnum quotannis inferri cõtingit; cum præsertim nedum medicamenta, sed gulæ quoque oblectamenta, & à domesticis pluribus, & ab exteris item, qui ad hanc ipsam domum diuertunt, pro vniuersarumq; arbitrio nomine domus in dies accipiantur; omnino horum vitiorum summa cautio sit, atque vna prouiso, vt pharmacopolam Vicarius certiore faciat, nihil illi expensum ferendum, quod curatori agrorum acceptum relatum non sit, atque prius in eius codicibus à medicis descriptum.

Cum notationem acceperit à Præfecto spiritali, eorum, qui spiritalibus exercitationibus domus non interfuerunt, illis quorum excusationem non admisit, Architriclino mandat, vt in prandio vel cœna portionem vnam vel duas subtrahat pro culpæ ratione.

Horas statutas & ad prandendum & ad cœnandum Præfecto cœnaculi pro tempore perscribat.

Quoniam ex veteri domus instituto, Cellarius hoc præterea iniunctum onus habet, vt pistori deseruiat ad panem conficiendum, quod quidem malè succedere vsu compertum est, cum propterea vel breui moriatur cellarius ipse, vel in grauissimos morbos sæpius incidat, dū excalefactus sudoreq; perfusus, è calido in frigidum & subterraneum locum descendit, vt suo muneri satisfaciat; illud propterea curet Vicarius, vt in locu cellarij alter substituatur, qui pistori ad panem cõficiendum opem ferat. In Aduentu Præfulum & Principum Virorū, de victu tum in prandio tum in cœna parâdo, adhibito quoq; in consilium Magistro cubiculi & Architriclino, quotidie deliberetur.

#### De Oecono.

**O** E C O N O M V S exactioibus reddituum Archiepiscopatum, & patrimonialium, & pensionum fideliter ac diligenter operam nauet, iuxta mandati rationem, quod ab Illustris. Domino accepit.

Pari ratione linibus, conseruationibusq; iuriū Mensæ, locationibus item, instaurationibusq; possessionum necessarijs sedulo incumbat.

Si quid tamen circa possessionum instaurationem faciendum sit, nihil omnino agat absque Illustrissimi Domini consilio, à quo sumptum faciendi normam facultatemq; accipiat.

Caueat item ab omni impenâ, vel emptionis, vel fabricæ, vel alterius rei generis, causa vtilitatis possessionibus inferendæ: sed rem omnem Illustrissimo Domino integrâ relinquat; qui pro rei necessitate, & temporis occasione, quid agendum deliberabit.

Prouideat statutis temporibus iuxta congregationis rerum domesticarum consultum, de his rebus quæ opus erunt domui, veluti de frumento, vino, oleo, lignis, feno, palea, auena, leguminibus, caseo, tela, candelis, & alijs huius generis.

Quod tamen ad pretium harum rerum omnium attinet, nihil prorsus decernat, nisi re primum cum Præposito communicata; cuius cõsilio reliquos item sumptus domesticos faciat.

Nihil prorsus vendat alienetue, quod ad rem familiarem, vel ad possessionum fructus pertineat, absque Præpositi consensu: pecuniam item nullam exigat, sed Thesaurario omnem persolui curet.

#### De Magistro Cubiculi.

**M** A G I S T E R Cubiculi, qui præ alijs Reuerendiss. Archiepiscopo adest, & cum his versatur quotidie, qui ipsum Dominum negotiorum causa adire cupiunt; sit disciplinæ omnis domesticæ apprime peritus, prudens, modestus, beneuolus, & talis, vt omni Christianarū virtutum genere, & charitate præsertim, omnibus satisfaciat; tum ab ipso præclarum quisq; fumere possit exemplum amoris, obseruantia, pietatis erga Archiepiscopum, & habeat quod imitari possit, ad bene beateq; agendum.

Huius intererit, vltro citroq; renunciare, mandataq; exequi, horis à Reuerendiss. Archiepiscopo statutis, quicum etiam preces pertoluet. Sed in primis præcipue illi curæ sit, ipsa Archiepiscopi persona; vestes illi renouet, ac cõmutet stans diebus, eumq; commonefaciat de congregationum temporibus, domesticis officiis, & rebus eiusmodi alijs agendis.

Mane præsto sit, cum se Archiepiscopus vestiet, illiq; manibus extergendis linteum porrigat, & insigne superpelliceum.

Campanulam pulsandam curabit, quò ad eius signum cæteri conueniant cubicularij.

Pro sacri ordinis ratione Missæ seruiat assistendo, vel aquam effundat manibus; abaco quoq; assistat, cum Missa canitur pontificali more.

Cappam induat Dominum atque exuat; pileum porrigat eidem, & excipiat; pallium quoq; cum oportet.

Vestis extollat, cum scalas Archiepiscopus ascendet.

Domesticos commonefaciat, cum Dominus ipse prodire volet, idq; signo campanulæ, quo ceteri conuenire, & illum comitari possint, quousq; visum fuerit oportere, equestre vel pedestre iter confecturum.

Hoc idem præstabit, cum Princeps aliquis, aut magnus Antistes adueniat, Archiepiscopum conuenturus, vt illi & obuiam prodire, & officij gratia commodè affectari possint.

Omni modestia atque grauitate in consuetudinem se adiungat virorum, splendore nominis

aut

#### De Cubicularijs.

aut virtutis laude præstantium, qui Reuerendiss. Archiepiscopo allocuturi domum cõueniunt, neque propter grauissimas Domini occupationes, ipsi statim optatus ad eum patere potest aditus.

Libris spiritalibus seu Latino seu Italico sermone conscriptis tabulas munitas asseruet: vt ij qui Archiepiscopum adeunt, iocundo copiam lectionis fructu teneri possint.

Obseruabit, vt in cubiculo Reuerendiss. Archiepiscopi modestiam omnes & silentium adhibeant, & in illius cõspectu nudo semper stent cubicularij capite, nisi secus Archiepiscopo circa quosdam videatur: vt plurimum autem audientia intersint.

Curet loca stans horis verrenda, & excutendum à sedibus puluerem, & vt ratio temporis fert, candelas mandat sistendas, & ignem exstruendum.

Ad imparatos rerum euentus in cubiculo Reuerendissimi Archiepiscopi proximiori cubet. Memorialium omnium quæ deferuntur curam habeat, illaq; vt in manus veniant Archiepiscopi curet; tum visa in librum referat. cancellario deinde seu eius coadiutori concedat; præter secretiora aliqua, quæ illi concedenda curabit, cui mandatū fuerit ab Archiepiscopo. Subcubicularijs & famulis à pedibus mandata dabit, tum horum etiam qui à pedibus sunt, in obseruationis cubiculo binos cubare curabit. Cum ad ipsius aures peruenerit, cognatum aliquem aut affinem, aut alioqui præstantem nobilitate virum Reuerendissimo Archiepiscopo charissimum, morbo correptum esse, de ijs illum faciat certiorum. Quod sanè ipsum de domesticis quoq; erit faciendum.

Animaduertat diligenter, vt hospites omnes domi bene accipiantur; qui statim vt venerint, architriclinum & vestiariū moneat, vt de victu & de cubiculis pro statu illorum decenter prouideatur.

Equorum quoq; vel præcipuam curam gerat, vt illi item bene habeatur; atque cum iis opus erit, senioribus ac dignioribus meliores & commodiores aptentur.

Præterea cum Reuerendiss. Archiepiscopo ab Vrbe discedendum erit, ea omnia præparari curet, quæ ad iter conficiendum opus fore acceperit. Notationem item faciet eorum, qui vnà erunt profecturi, eandemq; magistro stabuli transmittet, vt iusta equorum inter eos pro status ratione distributio fiat.

Tum quoq; egredientem Archiepisc. ab Vrbe, quatuor millia passuum saltem affectabitur, reuertenti item totidem obuiam procedet.

Si quando negotiorum causa domi manente Archiepiscopo, à cubiculo abesse cogatur, priusquam domo discedat, antiquiorem cubicularium substituat, aut quem maluerit Archiepiscopus.

**C** U B I C U L A R I I illud sciunt, oportere se in omnibus actionibus prudenter esse, & omnia vitare, quæ dignitati Illustr. Domini, & disciplina domus offensionem aliquam præbere possunt. Sit eorum habitus decretis diocesanis conueniens: qui verò in aliquo gradu positi sunt, beneficium nullū habentes, neque huic adscripti Ecclesiæ, Doctoris toga vti poterunt. Cum ad cubiculum Illustris. Domini veniet, suas habeant vestes; neque interiorem tatum vel familiarem vestem induti prodire audeant. Mane ad secundum Matutini officii signum ad antecubiculum vestiti cõueniant, vt Diuinum officium vnà cum Illustris. Domino recitent. Diuino absoluto officio, eorū quilibet suo intertus officio incumbat; & qui Sacerdotes sunt, Missæ sacrum faciant, vt Domino seruire, cum tempus vestiendi adierit, maturè possint.

Cum grandioris deinde campanæ sonus audietur, adsint omnes, & quidquid præterea est familiaris cubiculo deseruientis; vt vestire, comitarique Illustris. & Missæ sacrificio seruire valeant.

Tum Cubiculariorum vnus qui dignior habeatur, cappam exuat: Inferior alter sandalia induat: cæteri aquam dent manibus vicissim: Duo deinde ex digniorib; qui sacerdotes sint, assistant, & horum præstantior libro, alter Calici; tres alij superpelliceo induti seruiat: duo autem ex iunioribus officio acoluthorum fungantur. Hic verò Magister ceremoniarum admonendus est, vt functiones fieri ab his qui ad eos ordines sunt promoti, quorum propria illa sunt, sedulo animaduertat.

Cum extra oratorium, & Ecclesiam Metropolitanam Illustris. Dominus celebrabit, & aderunt nonnulli ex Canonicis Ordinarijs, ipsi cubicularij locū concedant, seruireq; permittat. Quoties Illustris. Cardinalis more pontificali Missam celebrabit, ex cubicularijs quatuor sine superpelliceo assistant abaco: cum aut processione, aut alterius muneris pontificalis occasio continget, duo: cum ille ipse sacris tantum adierit officijs, vnus: cæteri superpelliceū induant.

Qui ex cubicularijs Sacerdotes sunt, aut in sacris cõstituti, crucem Domini ante ipsum Cardinalem ferant.

Orationi meridianæ vespertinaq; intersint cubicularij omnes, præter magistrum cubiculi, vel cubiculariū eius substitutū, cum eidem orationi Illustris. Cardinalis adesse non poterit. Tempore publicæ audientia cubicularij præsto sint omnes, mandata ab Illustris. Domino accepturi. Quòd si audientia vltra prandii horam protrahatur, maneat Magister cubiculi cum cubiculario altero, & subcubiculario, reliqui prorsum eant.

Cum Illustris. Dominus in cubiculo erit, ante cubiculum ingredi nullum patientur absque

Zzz 3 licentia

licentia Magistri cubiculi vel eius substituti. Sciant enim eiusmodi locum referuatum esse; in eum propterea nullos nisi Prælatos & nobiles insignes debere introduci.

Mane ante signum campanæ grandioris, quo tempore Illustris Dominus exutus adhuc est, neque prælatos in antecubiculum admittant; tum quoque caueant, ne mandata Illustrissimo Domino deferant, nisi ob urgentes penitentiarum casus. Quod ipsum sanè vesperi quoque seruadum erit, ubi in cubiculum Illustris Dominus se receperit.

Non omnibus tamen cubicularijs concessum est, mandata exponere: illud enim Magistri cubiculi, vel alterius eius vicem gerentis proprium munus est: quare ad eos eant, si quid nuncian- dum erit.

Quoties Illustris Dominus domi erit, adsint omnes, præter eos, quos abesse oportet de licentia ipsius Domini, negotiorum causa.

Sed tamen priusquam discedant, Magistrum cubiculi certiore faciant.

Dum in antecubiculo manebunt, fugiant otium legendo vel scribendo, occasiones item inaniū ferinonum; tum præsertim cum adierunt prælati & nobiles personæ: quos spiritualibus colloquijs oblectare pro ratione status debebunt, vel certè silentio reuereri, modestiam & obseruantiam præferentes.

Si quando ægrotum aliquem inuisere, vel domum aliam ingredi alterius officij causa Illustris Dominus contigerit; tum sanè cum mulieres adierunt, duo ex cubicularijs Sacerdotes Dominum vbiq. comitentur, & in quocunq. eubiculum ille iuerit, ipsi quoque, etiam non vocati, simul ingrediantur, neque à latere vnquam discedant.

Atque hi quoque præterea per noctem in antecubiculo perpetuò dormiant, ut sui Domini vitæ & actionum omnium, tum domi, tum foris testes esse possint.

Quoniam verò à domo Episcopali omnis superbia spiritus omnique ambitio procul esse debet; propterea ceteros omnes, seque inuicè cubicularij obseruare debebunt.

Adolescentes quidem, seniores & digniores, non pro ratione ætatis tantum, sed etiam gradus, & sacrorum ordinum, atque inter eos maxime magistrum cubiculi.

Cum Illustris Cardinalis in cœnaculo edet, nullo alio præsertim prælato, vnus ex cubicularijs mensæ seruiat, vnà cum duobus saltem subcubicularijs.

At præsentibus alijs prælati, vel insignibus viris, tot seruiant, quot satis esse magister cubiculi iudicauerit: ac præterea omnes epulas ferant aperto capite, & vnus sacro insignitus ordine legat.

Cubicularius caudæ ferendæ fertiens, qui Sacerdos erit, maturè semper sacrum faciat, ut cum Illustrissimus Dominus in Ecclesiam maiorem est iturus, muneri suo satisfaciat.

Cubicularijs suos in antecubiculum seruos introducere nefas sit. Ipsi enim, cum illorum opera uti velint, exeant.

Cum Reuerendissimus Dominus per urbem eques gradietur, cubicularii quibus seruos habere concessum est, secum illos ducant.

Cum item per urbem idem Dominus iter faciet, vel equitando, vel pedibus ambulando, cubicularii præeant omnes; cauentes ne inter Illustrissimum Dominum & Sanctum Crucis vexillum se intromittant: subsequantur prælati, & qui dignitate Ecclesiastica ornati sunt.

#### De Cappellano.

CAPPELLANVS audito primo Matutini signo, ad cubiculum Reuerendissimi Archiepiscopi prestò sit, vel preces Matutinas cum illo persolaturus, vel eidem seruiturus in Ecclesiam ituro.

Huic sacellum curæ sit, vestesque, quas in sacro Missæ ministerio adhiberi oportet, ex ordine paratas habeat, numquam verò Missæ non intersit.

Si quando ipsum oporteat celebrare, maturè præparet se: cum verò Reuerendissimus Archiepiscopus cappam gestat, ipse vestibus indutus violaceis, caudam gestaturus conueniat.

Si Missa Pontificali ritu cantetur, superpellicem induat se, infulamque regat pro dignitate. Eum decet præsertim Reuerendissimo Archiepiscopo quous loco inter comedendum legere. Non in Vrbe minus quam extra, crucem ferat, quoties iter equestre suscipitur ad lustrandam Diocesim, vel aliò Iurisdictiones faciendas.

Peras item seu sacculos gester, in quibus adseruatur apparatus Missæ, si non adierit hominis alterius potestas.

Sacelli vestes & simillima queque ad eum usum pertinentia sibi putet esse concredita. Quorum propterea potissimam habeat rationem, eaque cum opus fuerit, consulto domus Præposito, curet instauranda.

Nec huic quidem prodire liceat inconsulto cubiculi magistro, qui quæ ad rem pertinere videbuntur, aliter prouideat.

#### De Præfeto stabuli.

STVDEAT, ut famuli sibi subiecti bene exercitati sint in omni muneris sui parte; ut equos diligenter curent, & quotidie peccant, & perficient, & strigidi expoliant.

Sæpè ipsis tibias lauent, præsertim cum humidis temporibus luto sedantur; & ut suis horis potus ipsis præbeatur, & quantitas auenæ præscripta.

Ne vnquam sinat sterces in stabulo cumulari, ne fumi atque prauæ exhalationes inde sublatae equorum oculos ledant.

Curet, ut hora ante lucem famuli expergeant, &

& ad munus suum obeundum se accingant, ac primum quidem stramen amoueant, tum lupatis adhibitis strigidi per dimidiam horam equos expoliant; ad hæc palea vel feno tibias, ventrem, omnesque corporis partes diligenter perficient: postremo equis potum præbeant atque auenam. Tum simum eijciant.

Curet, ut in stabulo pro ipsius magnitudine sit armarium capax, quod quidem tot cellulis distinctum sit, quot opus erit. vnaqueque autè cellula quatuor ephippia contineat.

Sub singulis cellulis constituatur capsula ad alia equorum ornamenta reponenda.

Itemque vnaqueque cellula suam clauem habeat, quam famulus cuius intererit, asseruet. Debent enim famuli habere res, quarum curam gerunt, separatas, & clauis obsignatas, ne vel inter se eas furentur, vel ab alijs ipsis surripiantur.

Cum ex itinere equi reuertentur, per se, vel per alios inspiciat, si quid eis necessarium desit; si pedes soleis bene muniti sint; si ephippium lacerum, aut inconcinnum; si capestris egeant, aut medicamentis: ut quam primum ea comparari possint.

Si cui de familia equitandum sit, si equi domestici nulli erunt, conducticios parat; tum nomen eius, cui equum tradet, & numerum dierum quibus vtetur, describat.

Habeat tres libros, in quibus separatim perscribat rationes, quas cum ephippiario, & cum fabro Ferrario, & cum habenarum artifice contrahit: in quibus præterea libris perscribet res omnes, quas recipit, & opus quod quisque eorum facit.

Studeat ut semper boni equi parentur.

Si qui vel morte, vel senio, vel infirmitate deficient, Præpositum certiore faciat, ut in locum malè affectorum & debiliū, ematur boni, & ad vsus domesticos accommodati.

Curet, ut fenestræ stabuli hyeme appetente tela vel papiro diligenter obsignentur, noctu verò etiam ligneis foribus obsirmentur, atque etiam interdum ad solem grauiorem arcendum. Caueat, ne fenem in fenile inferatur, nisi bonum, & sine puluere.

Curet, ut vel in stabulo, vel ad ipsius latus famuli per noctem dormiant, ad eos casus, qui noctu sæpè euenire solent, & ob eam etià causam magna laterna in medio stabulo continenter ardeat.

Paratam habeat magnam capsam ad auenam asseruandam, quæ in singulas hebdomadas consumetur. Eius capsæ clauem penes se habeat.

Cum verò mane & vespere auena inde prometur, ipse, vel alius, qui ei vices gerat, adsit. Mane postquam equi comederint, lupata admoueantur, ipsique ianuam versus conuertantur duabus funibus hinc inde alligati.

Cum in stabulum equi deuenient sudore perfusi, curet eos contegi, & adhibitis lupatis altè alligari, ne humi procumbant, neque co-

medant, donec fuerint refrigerati.

Famulis seuerè iniungat, ut cum aliquid acciderit vel in ornamentis, vel in ipsorum equorum corporibus, quod reconcinnandum vel curandum sit, ipsi statim significetur.

Vere appropinquante, Præpositum admoneat de feno, stramento, atque auena in totum annum comparanda.

Et si quid earum rerum per annum defuerit, idem faciat.

#### De Præfeto Cœnaculi.

PRÆFECTI quidem, priusquam familia cœnaculum ingrediatur, munus erit circumspicere num rectè disposita sint omnia circa Cœnaculum ipsum, atque prouidere num parata sint esui necessaria.

Duobus vtatur famulis qui Cœnaculi curam gerant, quique inter edendum familiæ vtrique seruiant. Horum enim alter vnà cum præfeto ipso familiæ superioris ministrabit: circumferente enim famulo escas tabule superpositas, præfetus eas ordinatim distribuet: Inferiori quoque familiæ famulus alter satisfaciet, qui asportando distribuendoque, officio fungetur vtroque.

Duobus campanæ signis familiam ad edendum conuocet, ea vero signa spatio semihoræ sint inter se distincta.

Ad primum cœpanæ signum ministros omnes culinæ & Cœnaculo deseruientes ad cibum capefcendum conuenire compellat, quò deinde primæ & secundæ mensæ commodè seruire possint.

Nullum quemquam in Cœnaculum introducat, qui è familia non sit, nisi à Rectoribus domus vel magistro cubiculi facultatem habeat.

Istud tamen prudenter agat, ne quis ab eo imprudenter lædatur.

Cœnaculi fores recludi ne sinat, neque è familia vllum introduci, nisi post datum secundæ campanæ signum: rursus cum post primam escam appositam iurulentumque ferculum, tertium quoque obsonium apponetur, tum fores item claudat, neque amplius vllum ad cœnaculum adire nisi mensa confecta sinat.

Inferioris familiæ nullum inter edendum colloqui patiat. quòd si quis ab eo monitus à collocationibus non desistat, tum præpositum statim Vicarium eum commonefaciat.

Cœnaculum mane & vesperi à duobus Cœnaculi famulis diligenter verri, qui squillas, puluerem & sordes omnes auferri, cistros præterea, furculas, cochlearia, ciatos, sialas, lauacrum que optime ablui abstergiq. curet.

Cum prandij vel cœnæ tempore ipsi qui culinæ inferuiūt panem daturus est, ab architriclino primum sibi afferri postulet numerum eorum, quibus panis dandus erit; quandoquidem illorum numerum modò augeri modò immi- nui sæpè contingit.



## De Thesaurario.

**T**hesaurarius ne pecuniam suæ fidei concreditam ad suos vel aliorum vsus conuertat sine expressa licentia Illustrissimi Domini, neque diem debitoribus proferat sine eiusdem consensu: librum accepti, atque expensi sæpè inspiciat, & cum pecuniam vel recipit vel soluit, continuò nomen referat in rationes.

Habeat penes se indicem omnium colonorum, & debitorum: quorum nomina & cognomina diligenter perscribet, vt cum tempus postulat, pecuniam ab eis recipere pro debiti solutione, & de eadem pecunia fidem illis rectè prescribere possit.

In exitu cuiusque hebdomadæ, significet Præposito summam pecuniæ quam penes se habet, vt ipse possit ad eam rationem dirigere administrationem suam.

Pecuniam dicatam vsibus ordinarijs seruet se paratim ab ea, quæ ad extraordinarias expensas conferri debet.

Sæpè Illustris. Domino significet summam pecuniæ extraordinarijs vsibus dicatam, vt ipse norit quâto sumptus facere possit sine æris alieni necessitate.

Ne pecunias negotietur, eas quæ sunt iusti pòderis pluris vendendo, quàm in communi vsu positum est, aut permutando, neque aliorum pecunias depositas apud se habeat, ne inde còfusio existat.

A canonicis ordinarijs omnibus, qui domi alitur, iustam eam pecuniæ portionem exigat, quæ in sumptus annuos pro vnoquoque illorum impenditur.

## De Elemosinario.

**E**lemosinarius subueniat inopiæ locorū piotorum, & pauperum hominum in libro descriptorum pro assignata portionis & temporis ratione.

Quod ad huiusmodi elemosinæ genus attinet, ab ijs fidem scriptam accipiat, quibus illa impertietur, atque de re omni anno vertente præposito rationem reddat.

De reliquo, cum plus dimidio aurei nummi largiendum erit, Præpositum consulat.

Adolescentibus hominibus, & benè valentibus, qui labore & industria suam subleuare egestatem possunt, nihil det; at senibus, infirmis, debilibus, & his qui alioqui in manifesta egestate positi conspiciuntur, pro statu & necessitate congruenter subueniat.

Pueros ratione elemosinæ accipiendæ in domum nullo pacto admittat, cum præsertim ea de causa apothecas, in quibus se exercent, auferentes, impudentiæ, turpitudini, & ignauiæ operam dent.

Quotiescunque schedulam accipiet, in qua de paupertate alicuius hominis aut familiæ fides fiat à paroco vel à vicinis, priusquam aliquid

largiatur, domum illius adeat, diligenterq. de paupertate perquirat, cū multæ fraudes ab improbis & immeritis hominibus in re huiusmodi strui soleant, quibus pauperes alios meritos defraudant, debitam intercipientes elemosinam.

## De Vestiario.

**V**estiarius librum habeat, in quo ordine descripta sit supellex omnis domestica, quæ quidem & particulatim & capitulatim notanda erit.

Librum quoque alterum, in quo vniuscuiusque cubiculi seiunctim res perscribantur.

Iis quidem qui de familia sunt, cubicula cum impertientur, rerum quoque numerum & conditionem simul assignet ea lege, vt si quid pro tempore deperdatur, ipsis pereat.

Vestitus atque ornatus omnes Illustris. Domini, tum eos qui illius personam, tum qui ecclesiam, tum qui cubicula attingunt, tueatur, custodiat, incolumesq. seruet. Omnia, quæ rerum harum cura exposcit, sedulo tempestiueq. præster; maculas auferat; si quæ labefactatæ, reficiat, instauret, si laceratæ, vel indecoratæ, vel senio confectæ erunt: Boreæ flanti interdum exponat, sæpè verò excutiat, flagellisq. cadat, à tineis & muribus præseruet. At nihil præterea horum vlli accommodare vlla ratione aufit.

Pro diuersa dierum & functionum ratione colores habitusq. circa Illustris. Dominum variet, variatimq. cubicula præparet, atque ad Ecclesiam, quò ille sacrum faciendi vel aliæ functionis gratia est iturus, congruentes transmittat ornatus.

Cum Illustris. D. iter facturus est, omnia præparet, quæ opus erunt, illiq. illa tradet, cuius fidei committenda esse percipiet.

Cum occasio dabitur pontificiarum functionum, aliarumq. ceremoniarum Ecclesiasticarum, ceremoniarum atque cubiculi item Magistrum conueniet, ijsq. de rebus cum his ipsis communicet.

Cum Præpositi mandato supellectilem aliquam emi contingeret, rem omnem capitatim in libro vt dictum est, notet.

Præterea si quæ res in Vestiario desunt, quas emi opus erit, earum nomina in schedula notet, atque ad Præpositum deferat.

Si quid de rebus ad Vestiariæ siue ad reliquã domus supellectilem spectantibus deperdi subripit, aliquando contigerit, Præposito significet: quo item die, quoque euento amissum sublatumue illud sit, in librum referat.

Instaurationis domus, vt parietum, tectorum, rerum lignearum, aliarumq. huiusmodi curam gerat.

Hospitibus designata cubicula, munda, decenterq. ornata seruet, vt cum venerint, parata & commoda, vel rebus saltem necessarijs

## Institut. Familia Archiep.

rijs instructa comperiant.

**V**rgeat, efficiatq. vt è domo, illiusq. vel abditissimis partibus lordes omnes scopator eiciat. Vbi tempus supellectilem lineam mutandi fuerit, quæ domui multimodis vsui est, mundam ministris ne tradat, antequam sordidam recipiat.

Singulis hebdomadis quidquid lineæ materiæ impurum sordidumq. domi fuerit, dealbatori tradat ad dealbandum; sed prius rei cuiusq. tum numerum, tum conditionem perscribat, atque cum restituetur, vtrunque perspiciat.

Res omnes quæ notari solent, sigillo Illustris. D. signet, deuret autem extremas rerum nonnullarum partes, in quibus impressa nota reserari facile potest.

Si lineæ refarcienda erunt, aliam lineæ generis, vnde ex rescissione numerum imminui necessarium sit, Vicario primò quid facto opus sit, communicet, atque vbi perfectum opus fuerit, quod de iusto numero imminutum erit, in librum referat. Tum præterea Vicarium certiore faciat, si quid propter vetustatem corruptum sit, atque de libro delectat.

Sub discessum hospitem cubicula inuisat atq; supellectilem numeret, demum cum abierint, clauis recipiat.

In vnoquoque cubiculo ad vsu hospitum deputato arcam seruet sera cleueq. instructa, in qua lineæ munda, ceruicalia lineæ, mantilia, mappæ, candelabra, & quæ ad scribendas literas, & quæ ad caput curandum necessaria sunt, obsignentur.

Bis singulis hebdomadis, scilicet dominica die & feria quinta, pannos lineos qui cenaculo vsui sunt, commutet, idest mûdos sordidis substituat, atque verò etiam sæpius, cum hospites aderunt. Linea item munda singulis sabbatis ad cubilia ornanda familiæ superiori exhibeat: inferiori autem familiæ satisfiet, si in singulos menses bis illa commutentur.

## De Curatore Aegrorum.

**C**urator Aegrorum omni officio ac potius charitate domi infirmos prosequatur, valetudini eorum sedulo inferuiat, prudenterq. prospiciat, maturè cum præcepta medicorum exequatur, tum medicamenta & cibaria offerat. Cum primum morbo correptus quis decubuit, Vicarium moneat atq; Præfectum spiritalem. Postridie à decubitu Confessariū accersat, pridie tamen Aegrotos moneat, vt ad confessionem

rectè faciendam se componant. Illud verò maturius quoque efficiat, si forte inualescere morbus nimis videatur. Quòd si quis à confessorre abhorreat, Præposito, & spiritali Præfecto significet.

Quotidie sub vespere Vicario rationem reddat quo pacto se habeat infirmi, eorum necessitates ad amussim exponat, schedulam deinde subscribendam exhibeat, in qua perscripta sint omnia, quibus infirmis ad præscriptum medicorum satisfaciendum erit, vt per illius schedulæ à Vicario subscriptæ traditione, quæ opus erunt, à ministris accipere possit.

Quoties quis egrotabit, à valetudinario noctu caueat ne absit, lucernam præterea totam noctem accensam alleruet.

Duos penes se libros habeat, in quibus medicamenta omnia separatim à Medicis domus describantur, in quorum quidem vno illa notentur, quæ ad pharmaciã, in altera verò, quæ ad chirurgiam pertinent. Præterea rem nullã, cuiuscumque generis sit, à pharmacopola accipiat, quæ in duobus libris scripta nõ deprehendatur.

## De Ianitore.

**I**anitor, qui etiam scopatoris officio fungetur, hyeme quidem duabus post horis noctis, æstate verò hora prima clauis fores claudat, neminem quenquam ab eo tempore ingredi egredi uè patiatur absque Præpositi vel Vicarij licentia. Præterea per æstiuum tempus vigesima tertia diei hora cancellos ante fores ipsas constitutos obsignet, obsignatosq. ad præscriptam noctis horam custodiat. Interim exteris certè introeundi atque exeundi potestatem faciat, contra familiarium nullum absque Præpositi vel Vicarij licentia egredi permittat.

Domum à sordibus inquinatã omni cura studioq. vindicet.

Post occasum solis laternas omnes accendat, quæ pluribus dispositæ locis diuersas domus partes collustrant.

Diebus solemnibus cum familia omnis domo abest diuinis intèta officijs, ipse domi maneat, diligenterq. illam custodiat. Solent enim nefarij prædones sæpè huiusmodi nocti occasionem, vacuas hominibus domos diripere explareque.

Ad ea omnia quæ opus erunt Vestiario pro cubicularum apparatu faciem promptumq. quocumque tempore se præbeat.



# INSTITUTIONVM AD OBLATOS S. AMBROSII PERTINENTIVM EPITOME.

Carolus S. R. E. Presb. Card. tit. S. Praxedis, Dei & Apostolicae  
sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, Oblatis

Salutem in Domino.

**N**VNC tandem filij, quas iamdiu à nobis expectasse vos, vel potius expetisse scimus, Congregationis nostrae institutiones, in manus vestras editae veniunt. Prodeunt illae nunc quidem ex intimis animi nostri sensibus in lucem, in sinumque vestrum recta festinant. Vestra iam interest, promptè eas excipere, libenter amplecti, diligentiè obseruare, atque in eo honore semper habere, quem & earum aequitas cum incredibili Ecclesiae nostrae utilitate coniuncta, & nostra erga vos pietas, & fides vestra, & vestrum obediendi institutum efflagitare videtur. Nam labor noster, ac studium, quod in hisce condendis adhibuimus, irritum planè esset; & vos praeterea omni fructu què ex illis capere oportet, omnino careretis; Si vos opera sollicitudinisque nostrae vestris animis studiisque vestris haud respondeatis, haecque nostras, quas vobis in praesentia offerimus institutiones, toto pectore non amplectamini. Quare ne id accidat vnquam, magnopere cauere debetis. Nam vt corporis humani constitutio, absque neruis, & compagis vinculorumque; adminiculo cohaerere, vimque suam conseruare non potest; sic societatis huius corpus neque stare neque contineri valet sine certis quibusdam institutionum quasi vinculis. Varias quippe sunt ac multiplices animorum propensiones, diuersa studia, atque mores. Quamobrem nisi quibusdam praceptorum sanctionibus collegia connectantur, & ad vnum finem dirigantur; ne quamprimum dissoluantur dirimanturque; periculum est. Illis enim voluntatum varietas, studiorum diuersa ratio, morum dissimilitudo temperatur; dispersa colliguntur; dissipata colligantur; multa demum vnum efficiuntur. Cum omnes autem, qui se in aliquam societatem aggregarunt, magnam adhibere oporteat diligentiam & curam, ad eius societatis leges cognoscendas, atque obseruandas; tum vos id maximè ac diligentissimè facere omnino debetis. Magna enim principiorum est vis, ac latius emanans, seque in omnem partem innata quadam facultate diffundens. Atque vt ab radice arbor, & à fonte effluunt riui; ita suis principijs caetera quoque omnia respondent. Cum igitur huius congregationis vos ipsi primordia, & quasi primitiae sitis; illud in animum planè inducere debetis, & quasi altius figere, vestrum hoc in genere exemplum plurimum esse momenti, non solum apud praesentes, sed apud posteros etiam habiturum: in eamque propterea toto pectore curam esse incumbendum, vt quam optimum atque praestantissimum sit exemplum istud vestrum. Vos estis, filij, tanquam *Civitas in altissimo monte sita*, & oculis omnium exposita. In vos praesens hominum aetas, in vos posterii animos mentesque; conuertent. Quapropter cauendum vobis est, ne quid indecorum, ne quid remissum, ne quid ab instituta vitae ratione alienum in vobis animaduerti vllò vnquam tempore possit. *Vos estis lucerna Congregationis*

gationis huius in sublimi candelabro, vnde in omnes partes splendor lumenque diffundatur, accensa. *Vos estis sal*, quo coetum hunc Oblatorum in omnem aetatem condiri oportet. Maneat igitur praeclearae mentis vestrae, praestantiumque actionum splendor in oem aetate: vigeat virtutum vestrarum memoria in omnia saecula. Nihil vnquam de honesto studio, nihil de praestanti in quouis virtutis genere contentione remittite. Non quantum profeceritis, sed quantum ab antiquis illis probis huiusce etiam ciuitatis sacerdotibus, quantum ab Apostolis, quantum ab ipso IESU CHRISTO Domino nostro ab sitis, vobiscum cogitate. Haec institutionis vestrae regulas in manibus semper, multo autem magis in animis, & in actionis vsu habete. Nihil in his temere, nihil inconsiderate positum est, nihil superuacaneum, nihil inutile. Omnia à nobis diligenter expensa sunt, & cum lectissimis sapientibusque; viris collata, & quod caput est, magnis ac diuturnis precibus, atque etiam lachrymis à Deo postulata, & vt speramus, impetrata. Quare neque quidquam est, quod in his iure contemni possit, aut parui aestimari debeat. Omnia enim tum ad animarum salutem procurandam, tum ad ipsam congregationem conseruandam ita spectant, vt si quidpiam eorum omittatur; vel vestrum officium cum aliquo animarum dispendio desiderari, vel statum ipsius congregationis damnum facere necessesit. Sed de his satis. Reliquum iam est, filij, vt vos congregationem istam Oblatorum sancti Ambrosii, quam nos totius Mediolanensis Ecclesiae causa instituisse scitis, sic complectamini, vt illam & virtutum vestrarum exemplis foueri, & spiritualibus progressionibus ornari, & benefactis auctiorem splendidiorumque; reddi, in eaque amplificanda neque piam voluntatem ardensque; studium, neque promptam obedientiam, officiumque; perfectum in vobis desiderari cognoscant omnes: vobisque; praeterea persuadeatis, nos pro Archiepiscopalis nostri muneris ratione, proque; paterna charitate qua vos vnicè in CHRISTO diligimus, vestras in via Domini progressiones, quantum in nobis est, perpetuo esse adiuturos; de vobisque; adeo sollicitos fore, vt quemadmodum pro Ecclesiae huius salute non inuigilare solum, sed vitam etiam profundere, si opus sit, parati sumus: ita nihil inexcogitatum, nihil intentatum in posterum simus relicturi, quod ad vestras omnium, vestraque; congregationis rationes pertineret arbitraberimur. At verò vt immortalia denique praemia reportetis, abundantiorumque; in dies diuinam gratiam consequamini, Deum orabimus, obsecrabiturque; omni assidua prece. Dat. Mediolani, Idibus Septembris. 1581.

## INSTITUTIONVM AD OBLATOS PERTINENTIVM EPITOMES,

LIBER PRIMVS.

De Scopo Oblatorum, & congregationis illorum  
fundamentis. Cap. I.



**O**BLATORVM Cōgregatio, cum ex hominibus cōstet, qui sanctissimo Patri Ambrosio Ecclesiae Mediolanensis Antistiti & Patrono vltro suaque; sponte sese offerunt; debent illi profecto omnes sibi persuadere, ad multiplicia huius Ecclesiae munera fungenda, & ad pia praeclearaque; opera praestanda sese vocari. Hos enim Ambrosio Duce militantes, qui tam

strenue, dum in terris fuit, pro Ecclesia Mediolanensi se gessit, illius exemplo labores quosque perferre, difficillima quaeque superare, omnine virtutum genus complecti, animaque; tandem omni sanctarum virtutum contentione ad CHRISTVM ducere oportet. Quare ita etiam se conformare omnino debent, vt in rebus gerendis, atque in omni viuendi ratione, sanctum quendam animi ardorem perpetuo sentiant, atque alant.

Vim autem istam animi insignem praeclearaque; virtutem tum demum assequi se posse confidant, si huius quidem dioecesis animas, quasi fructum esse vberissimi agri à sanctissimo illo Patre nostro ex culti meminerint in primis; tum dies noctesque; secum cogitauerint, agrum hunc à praestantissimo illo viro diuinis doctrinis, sanctis exemplis, assiduis vigilijs, egregijs meritis, & laboribus summis comparatum fuisse; ac post eum denique Archiepiscopis successo-

cessoribus, illisq. adeo omnibus, qui in hac cura quouis modo opem ferunt, à Deo ac Domino Nostro IESV CHRISTO plurimum esse commendatum.

Hac si præstiterint, illud etiam planè sequetur, ut eos singulari potius erga animarum salutem pietate, & inflammato diuini cultus desiderio, studioq. obtemperandi ijs, qui in illos diuinam potestatem exercent atque auctoritatem, huius congregationis susceptum institutum perfecte exequi, quàm pœnarum metu, cognoscant omnes.

Cùm autem huic cōgregationi huiusmodi sit propositus scopus atque finis; illud etiam vt necessariò cōsequens, recipiatur oportet, eiusdem congregationis homines Reuerendissimi Archiepiscopi Mediolanensis ecclesiæ ministros omnino esse debere; cui scilicet pastoris, speculatorisq. officium in hac ecclesia, eiusdemque procuratio atque gubernatio, vt illius animas ad æternam salutem iter dirigat, cōmissa est. Quocirca præcipuum etiam huius congregationis fundamentum, in exquisita ac planè perfecta erga ipsos Archiepiscopos ecclesiæ Mediolanensis obedientia positum esse debet, ad Dei gloriam, & animarum eiusdem ecclesiæ salutem impensè procurandam, adiuuandamq. & promouendam.

Huiusmodi autem obedientia duabus rebus innitatur oportet, voto, & constitutionibus: voto quidem, tanquam forma voluntatè perficiente atque firmante: constitutionibus vero, quasi regula dirigente, viamq. præmonstrante eorum, quæ amplectenda, & quæ fugienda sunt: de quibus mox agetur, postquam de genere illorum, qui in numerum oblatorum recipiendi sunt, & de eorundem conditionibus, muneribusq. (cùm ordo rerum ita postulare videatur) pertractatum erit.

*De conditionibus eorum, qui in congregationem Oblatorum recipiendi sunt.*

*Cap. II.*

**I**N Oblatorum congregationem adscribatur atque admittantur, cum nostræ huius, tum alterius etiam cuiusvis diocesis homines, qui sacris Ordinibus initiati sunt; vel si nondum initiati, ea tamen ætate sunt, & illis conditionibus præditi, vt qui illis inicientur, digni & idonei habeantur.

Nisi fortè (quod ad ætatem attinet) propter alicuius vel insignem animi indolem, vel præstantes animi virtutes, vitæq. conspicuam probitatem, in hoc immaturioris ætatis non habendam esse rationem, congregationisq. nihilominus eum adscribendum, Reuerendissimus Archiepiscopus censuerit: qui certè tamen decimum sextum annum saltem agat.

Neque verò alicuius receptioni impedimento sit, quòd ecclesiasticum beneficium, officiumve cuiusvis generis ille obtineat; si mo-

dò quod residendi onus coniunctum habet, intra huiusce Diocesis limites contineatur.

Iam uerò cùm huiusce congregationis actiones præstantissimæ atque grauissimæ sint omnes, vt potè quæ animarum fructum, Mediolanensisq. huius ecclesiæ cultum complectuntur; ea sanè cura animaduersioq. à Reuerendissimo Archiepiscopo adhiberi debet, in quo omnis huius rei facultas posita est, vt literatura non vulgari exculsi, pietate insignes, egregijs moribus, præstantiq. ingenij indole præditi, cæterisq. virtutibus ornati, cū industria partis, tum diuino munere infusus, eligantur, qui in Oblatorum congregationem sunt cooptandi.

Ita enim fore cum ratione sperandum est, vt si non omnia institutæ congregationis munera, at plura certè ex his singuli illorum rectè obeant.

Contra verò reijciantur omnes, tum indocti, tum quorum ingenium rude, aut impuri improbiuè mores reclamant; tum verò etiam maxime, qui alio nomine causauè sacris canonibus ab ordine sacro suscipiendo aut exequendo prohibentur.

Admittantur verò etiã præter huiusmodi clericos, laici aliqui viri, & uxorem habentes, & domi suæ commorantes; qui pietate insignes, & ad ea officia præstanda accommodati censentur, quæ congregationis instituto pro illorum conditione conueniunt.

Verùm qua ratione, ac diligentia, cautioneue in hisce omnibus seligendis, ac comprobandis, tum quibus ritibus & cæremonijs in illis ipsis in congregationem recipiendis sit vtendum; ex constitutionibus ipsius congregationis perendum erit.

*De forma oblationis. Cap. III.*

**S**ED quoniam ex Oblatorum numero non censetur quispiam esse, qui voto obedientiæ oblationem non confirmauerit; propterea cùm Reuerendissimo Archiepiscopo quis sese offert, tum obedientiæ votum coram illo nuncupet oportet, iuxta formulam verborum, quæ mox præscribetur.

Liberum tamen sit Reuerendissimo Archiepiscopo, sola aliquando oblatione facta, voti nuncupationem receptionemq. in aliud tempus, atque adeo in aliquot etiam menses differre, non tamen ultra annum, nisi insignis aliqua causa obstiterit.

Immo verò si quis absque Reuerendissimi Archiepiscopi facultate concessuè, votum intra annum coram Archiep. ipso nõ fecerit; is à cōgregatione statim exclusus penitus censetur. Voto autem ritè nuncupato, atque ab Archiepiscopo recepto, congregationis is adscriptus statim dicatur, sitq. & eius legibus & institutis addictus perpetuò, & indulgentijs, priuilegijsq. Oblatorum omnibus fruatur.

Sed

Sed quod de oblatione voto confirmanda præmissum est, id de clericis præsertim intelligatur; cùm laicos oblationem voto confirmare, necessarium non sit.

Qui quidem laici omnes nullum in congregationibus conuentibusue Oblatorum locum quouis nomine prætextuè habere censendi sunt: tamen & illi quoque omnes nihilominus omnium congregationis bonorum operum, benefactorum, ac meritorum participes sint. Porro autem ipsa voti clericorum formula, hoc modo, hisq. verbis concipi debet.

*Ego N. Omnipotenti Deo, & sanctissimo Patri nostro Ambrosio, coram Beatissima Virgine Dei Matre Maria; & tota cælesti curia, ac tibi quoque locum Sanctissimi Patris nostri Ambrosij hic obtinenti, Reuerendissime Domine Pater Archiepiscopo, cæterisq. deinceps Archiepiscopis sanctæ Mediolanensis ecclesiæ successoribus tuis, promitto, spondeo, ac voueo perpetuam obedientiam, in his omnibus quæ mihi præcipiuntur, ad Dei gloriam, & salutem animarum eiusdem ecclesiæ procurandam, adiuuandam, & promouendam, ad præscriptum institutum congregationis Oblatorum Sanctissimi Patris nostri Ambrosij; illudq. præterea spondeo, ac voueo, me in congregatione & instituto hoc perpetuò victurum. Quòd si voto obedientiæ in aliud tempus prorogato, sola fiat oblatio; talis ferè erit oblationis formula, qualis voti obedientiæ existit; nisi quòd in locum horum verborum, Promitto, spondeo, & voueo, hoc ipsum verbum, offero, substitui debet.*

Sed quoniam sola voti nuncupatione clericus quisque Oblatus esse non censetur, nisi votum quoque ipsum ab Archiepiscopo recipiatur; idcirco receptionis eiusmodi formulam hoc loco præscribere visum est.

*Domine noster Iesus Christus, pro cuius amore & gloria propagandæ studio hanc oblationem fecisti, tibi benedicat, & gratia sua perpetuò te custodiat; & sanctissimus Pater Noster Ambrosius quem præcipuum Patronum elegisti, suis precibus & meritis gratiam tibi impetret, qua in huius congregationis instituto vberes fructus ad Dei gloriam & animarum salutem proferas Mediolanensi Ecclesiæ. Et ego tibi benedico, teq. in numerum Oblatorum recipio.*

Formula verò oblationis laicorum talis sit.

*Ego N. in conspectu Omnipotentis Dei, Gloriosissimæq. semper Virginis Mariæ, necnon Beatissimi Patris nostri Ambrosij, ac totius curiæ cælestis prostratus, tibi Reuerendissime Archiepiscopo, Pater & Domine mi, cæterisq. deinceps Archiepiscopis sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis successoribus tuis, perpetuam obedientiam offero, tam in ijs, quæ ad curam, salutem, spiritualemq. progressum animæ meæ pertinent, quam in illis etiam, quæ ex congregationis huius institutis per me præstanda erunt, in operibus officijsq. charitatis in Deum, & misericordie in proximos, adhibendis.*

Hactenus de conditionibus, & forma oblationis, cum clericorum, tum laicorum. Sequitur de muneribus vtriusque Oblatorum classis.

*De ijs quæ ab Oblatis præstari debent.*

*Cap. IIII.*

**O**blati clerici iuxta præscriptum Reuerendissimi Archiepiscopi, illiusq. iudicium, quod de vnoquoque eorum faciet, prout & occasio postulabit, & vniuscuiusque ingenium, doctrina, animiq. instructio atque vis monstrabit, ab illius iussis nusquam recedentes ita se comparent, vt semper parati sint ad sacras lectiones exercendas, ad concionandum, ad confessiones audiendas, aliaq. catholicæ ecclesiæ sacramenta ministranda, ad animarum curam suscipiendam ac gerendam, ad ecclesiasticas functiones quaslibet cuiuslibet ecclesiæ præstandas, ad pauperes erudiendos, ad clericorum educationem & institutionem, ad seminariarum, collegiorumq. piorum gubernationem, ac procurationem, aliaue officia in his ipsis locis exequenda, ad Visitationis, Missionisq. munus rectè ac diligenter obeundum, ad quamlibet denique actionem piam promptè administrandam, & ad omne charitatis & misericordie officium piè, studiosè, aptè, accurateq. obeundum.

Laici verò oblatis ea misericordie charitatq. erga alios munera sedulo pièq. præstent, quæ congregationis instituto pro illorum conditione conueniunt.

Grammatici literas gratis pauperes, pueros, & adolecentes doceant: Medici ægros curent: Iurisperiti, & Causidici lites dirimant ac sedent; diffidia tollant; pacem concilient; egentium, Viduarum, Pupillarum aliorumq. in carceres coniectorum, ac defensoribus destitutorum causas agant, & tueantur; eorundemq. ærumnas ac calamitates diligenti opera, omninq. ratione subleuent: Vnusquisque illorum pijs locis charitatis omnia præstent officia: Xenodochiorum ægros inuisant: moribundos, vt piè, christianaq. fide nixi in Domino moriantur, sedulo cohortentur: eos qui in carcere detinentur, amanter consolentur: alia denique istiusmodi christianæ charitatis, qualiacunque illa sint, exerceant officia.

Quoniam autem inter præcipua huius congregationis munera, vt etiam ex pontificijs literis Gregorij XIII. cognoscere licet, clericorum cura & institutio censetur, eorum præsertim qui in seminarijs educantur, quemadmodum ad eandem quoque spectat cura, tum Collegij Heluetiorum, Rhætorumue, (cuius quidem gubernatio ab Archiepiscopo Mediolanensi facultate per literas pontificias eiusdem Gregorij XIII. tradita pendere perpetuò debet) tum Collegij Borromæi in Ticinensi vrbe constructi, vnde plures quocunque tempore pro-



fecturos esse sperandum est, qui literis orinati, & ecclesiastica disciplina informati, Mediolanensi ecclesie inseruiant; idcirco & tota ipsa congregatio vniuersè, & sigillatim Oblatorum quilibet, istorum adolescentum, istorumque collegiorum, aliorumque, præterea, pro Clericorum, laicorumque, institutione, in hac Ciuitate, Diocesiue, eadem deinceps ratione cōstruendorum, procurationem libentissimo animo suscipiant; cum id Reuerendissimus Archiepiscopus huic cōgregationi tanquam vnū ex præcipuis muneribus ad ipsam pertinentibus imponendum statuerit.

Præterea verò, cum & visitatio, & missio, præstantissimæ ac vtilissimæ partes sint omnium huius congregationis functionum, ipsique Archiepiscopo acceptissimæ; propterea cum Reuerendissimus Archiepiscopus opera Oblatorum uti voluerit, in prouinciæ Mediolanensis, alicuiusue eius partis visitatione, cum auctoritate etiam Apostolica faciendâ, alijusue in functionibus cum Archiepiscopali auctoritate præstandis; vel cum missio item ad Deum cultum, animarumque salutem procurandam illis ab eodem præscribetur; tum sedulo, libenterque suam in his præstent operam.

Quamobrem si fortè in Regiones Heluetiorum, aut Rhetorum, illiusue subiectionis populorum, nonnullos, qui ex eisdem regionibus sint, ab Archiepiscopo aliquando mitti cōtingat, pro fide catholica vel seruanda, vel inflauranda, aut alia quouis de causa ad ecclesie dignitatem spectante; tum verò vel maxime per summam obedientiam se se promptos ad hæc exequenda exhibeant, omni officio, ac pietate potius studentes, ut his in locis catholicam fidem promoueat, ac tueantur, pestiferamque hæresim radicis euellant, si quam ea infectam Prouinciæ, Prouinciæque partem comperiant.

Illas enim regiones Mediolanensis ecclesie Diocesi finitimas, & coniunctas, à labe hæresum curari, puraque seruari quàm maxime refert, ne ad aliquam ecclesie nostræ partem serpat exitiosa eiusmodi lues.

Cæterum ut alijs etiam in rebus sciant Oblati, quæ vi voti obedientie facere, quæ uè omittente ac vitare illos oporteat; hæc quoque sedulo animaduertant.

Nulli Oblatorum liceat, neque beneficium aliquod, siue ecclesiasticum, siue alterius generis sit, accipere, nisi Reuerendissimo Archiepiscopo iubente; neque item cuiusuis beneficii ratione, quamuis ab alijs vocatus, vel etiã ex decreto ipso Tridentino nominatus ille sit, examini se se hoc nomine subijcere; neque rursus acceptum dimittere, nisi eodem Archiepiscopo consentiente.

Contra verò, quale quale sit beneficium, quod suscipere iusserit Archiepiscopus, id illi omnes promptè, ac nihil tergiversantes suscipiant; seruatis tamen & Canonum, & Pontificum, &

Conciliorum sanctionibus, quibus & beneficiorum multitudo prohibetur, & de suscipiendis probatione cauetur.

Nullus Oblatus ad beneficium officiumue deferendum vel dimittendum adstringitur, si quod fortè illorū aliquis habet, cum vel sese offert, vel votum obedientie nuncupat, vel in congregationem recipitur.

Quod autem de beneficijs non dimittendis sine consensu Archiepiscopi supra dictum est; id adeò ratum esse debere decernitur, ut etiam si Oblatorum quispiam cumulatiore opera studiat, maiora ad vniuersæ Diocesis utilitatem conferendi desiderio accensus, beneficium, officiumue vllum ecclesiasticum, cui vel residendi in choro, vel aliud quodcunque onus sit cōiunctum, relinquere velit; id nulla ratione facere possit absque Reuerendiss. Archiepiscopi consensu.

Eo enim renuente, libenter retineant Oblati quod habent; annuente autem, dimittere illis liceat, si placet; seruatis tamen summorum Pontificum, Conciliorumque, sanctionibus, & sacrorum Canonum legibus, de beneficiorum dimissione.

Beneficium, officiumue ecclesiasticum obtinentes, cui residendi onus coniunctum est, (inter hæc autem beneficia, quod attinet ad huiusmodi constitutiones, canonicatus etiam omnes esse intelligantur quarumcunque ecclesiarum, in quibus canonici nonnulli in choro cōueniunt saltem diebus festis ad diuina aliqua officia cōcelebranda) cum in Oblatorum congregationem cooptantur, licet ut ceteri Oblati Reuerendissimo Archiepiscopo eiusdem obedientie vinculo subijciantur; nullis tamē teneantur legibus, aut institutis, quæ functiones beneficio officioque quod habent, debitas impediunt, atque ne muneri satisfaciant, quod natura illius beneficii officijue postulat, prohibent.

Porro autem qui beneficium dimiserint, cum propter huiusmodi beneficii dimissionem soluti sint, liberamque illorum naturam acquiserint, qui nulla residendi necessitate sunt adstricti; eorundem quoque partes conditionemque sequantur, necesse est.

Si qui rursus Oblati nulli residendi iure ecclesie addicti, Reuerendiss. Archiepiscopo iubente beneficium aliquod ecclesiasticum post susceperint, cui residendi munus debeatur; hi quippe cum in illorum classem, qui residendi vinculo sunt adstricti, adscripti iam sint propter beneficii illius adeptionem; eorundem deinceps conditionem naturamque sequi debent.

Hæc igitur diligentissimè, perpetuoque seruent atque præstent Oblati, qui se obedientie voto Reuerendissimo Archiepiscopo manciparunt.

Verum si quis perfectioris vitæ desiderio incensus, quod suscepti huius instituti studijs, officijs, atque exercitationibus liberius seipsam dedat,

dedat, vel paupertatem etiam vouere, vel saltè exteriorum bonorum quorūcunque, siue laicalium, siue ecclesiasticorum, quæ quouis modo, vel in præsentia habet, vel in futurum habebit, reddituumque, ex bonis illis proficiscentium administrationem & usum omnem, seruatō possessionis ac dominij, ut dicunt, iure, obedientie voto subijcere velit; & hoc quoque reddituum subiectionis, aut paupertatis votum, explorata illius mente, planeque perspecto constantis animi desiderio, vel in ipso voti obedientie tempore, vel alio deinceps Archiepiscopus suscipiat.

Hisce enim votis obstricti Oblati, tum faciliorem perfectionis acquirendæ viam ingredi, tum sæcularibus curis omnibus soluti, vniuersæ congregationis spiritualia bona atque incrementum liberius atque impensius procurare poterunt.

Si quis igitur paupertatem vouere voluerit, tunc voti formula talis sit.

*E G O N. Dei benignitate & misericordia in sanctissimi Patris nostri Ambrosij Oblatorum numerum adscriptus, perfectioris nunc vitæ desiderio ductus, coram diuina Maiestate spondeo ac voueo, me ex huiusce congregationis instituto, paupertatem perpetuò seruaturum.*

Quod si bonorum tantum subiectionem vouere voluerit, eadem seruetur voti formula; nisi quod pro postremis illis verbis. *Spondeo, ac voueo, me ex huiusce congregationis instituto paupertatem perpetuò seruaturum*, hæc erunt subdenda, *Bonorum quorūcunque, siue laicalium, siue ecclesiasticorum, quæ aut in præsentia possideo, aut ad me in posterum quouis nomine peruenient ac pertinebunt, fructuumque, pariter atque reddituum ex ijs bonis prouenientium administrationem, curam, & omnem usum (saluo tamen iure possessionis, ac dominij) Reuerendissimi D. Archiepiscopi obedientie ad huiusce congregationis præscriptum subijcio, addico; & ita voueo.*

*De conditionibus ad votum, cum subiectionis bonorum & fructuum, tum paupertatis, pertinentibus. Cap. V.*

**V**erum quod ad subiectionis bonorum fructuumque, votum attinet, & illud quoque decernitur: per huiusmodi votum non prohiberi Oblatos, quominus alia etiam bona, quouis nomine, titulouè, ac iure acquirere & consequi possint; aut quominus Archiepiscopo iubente, quoduis ecclesiasticum beneficium, siue illud residendi munere obstrictum sit, siue liberum, suscipere, & retinere valeant: Sed istiusmodi tamen omnia bona, atque beneficia, eorumque, fructus omnes eadem sortiri subiectionis legem, quæ superioribus imposita est, eodemque, teneri voto.

Qui verò paupertatem vouerunt, illorum votum in hac congregatione duas habere condi-

tionem annexas declaratur: quarum vna est quod, quanquam qui ita vouent, quominus bona aliqua, siue mobilia, siue immobilia, fructusue eorum, aut quouis modo acquisitos redditus possideant proprio nomine, vi voti prohibentur; ipsi tamen bonorum omnium, fructuum, ac iurium quorūcunque, quæ quouis nomine titulouè ad eos spectare alioqui possunt, non suo quidem proprio, sed congregationis nomine, administrationis capaces censentur: cum præsertim eorum loco ipsa cedat congregatio, cui sanè omnia per eos acquisita bona iuraque, annexa statim intelligantur: quæ cū priuilegio Sanctissimi D. N. Gregorij XIII. omnium legatorum, donationum, dispositionumque, omnium quocunque nomine, & à quibusuis pijs hominibus proficiscentium capax facta sit; eorum quoque Oblatorum loco ac nomine, qui paupertatis voto adstricti sunt, succedendi vim habere, subrogataque, censeri decernitur, quibuscunque bonis quacunque ratione iureque, ad illos spectantibus. Altera conditio est, quod vouentes possint absque voti solutione, vel prauaricatione, immo debeant omnino Archiepiscopo iubente quodcunque beneficium recipere, quod animarum curam tituli nomine exercendam coniunctam habeat: cum præsertim ea conditione, & eo animo nuncupandum esse eiusmodi votum, talemque, nuncupatum naturam seruare debere sancitur, ut spontè suscipiendi quidem beneficium, ut diximus, facultatem vouenti adimat, eum tamen non impediatur, quin ab Archiepiscopo iussu, recipere possit, ac debeat.

Cæterum, cum in hocce homines huiusmodi conferentur beneficia; tum votum paupertatis quo illi obstringebantur, in votum subiectionis illicò commutatum censetur, atque homines ipsos eorum ordini adscriptos iam esse, qui fructuum & bonorum subiectionem ex congregationis instituto præstare debent.

Quanquam istis quidem qui huiusmodi paupertatis voto tenentur, non sint danda ecclesiastica beneficia sine magna ab Archiepiscopo adhibenda cautione.

Cum enim hi quasi fundamenta quædam & bases congregationis sint; istos ipsos & in ædibus sancti Sepulcri, & in alijs eiusdem generis perpetuò commorari, & ad vnumquodque officij genus quocunque tempore, cum in Ciuitate tum in Diocesi promptè exequendum, liberos esse & expeditos maxime decet.

*De ratione administrationis fructuum Archiepiscopi obedientie subiectionum. Cap. VI.*

**N**eque verò fructus Reuerendissimi Archiepiscopi obedientie subiecti in alium usum impendi conuertiuè debent, quam aut in subleuanda inopia & indigentia ipsorum Oblatorum, eorumque, consanguineorum vel

affinium : aut in ijs rebus iuuandis ac præstan-  
dis, quæ ad quoslibet congregationis vius per-  
tinent, aliaue pia opera.

*De ratione votorum supra expositorum.*  
Cap. VII.

**A**T verò duplex votum supra expositum,  
siue sit obedientiæ tantum, siue subiectio-  
nis honorum, paupertatisque; non solemne, sed  
simplex & dicatur, & habeatur, etiam si coram  
pluribus testibus, publicisq. & solemnibus ad-  
hibitis cæremonijs celebretur.

*De facultate, & ratione excludendi Oblatos à  
congregatione. Cap. VIII.*

**Q**uemadmodum verò multiplicibus mini-  
sterijs, varijsq. operibus Oblatos, quam-  
plurima pietatis & charitatis semina spargen-  
tes, vberimosq. fructus inde colligentes, &  
vniuersæ Mediolanensi Ecclesiæ plurimo ad-  
iumento, & congregationi ipsi incredibili or-  
namento perpetuo fore, & præterea vniuer-  
sæ quoque congregationi charissimos futuros  
esse haud dubium est: ita sanè si quis eorum  
(quod Deus auertat) sui muneris & dignita-  
tis oblitus, propriamq. & aliorum salutem ne-  
gligens, atque constitutionibus suæ congrega-  
tionis non parens, fœcordiæ & vitijs se tradi-  
derit, vnde alijs quidem scandalo, congrega-  
tioni verò dedecori sit; hunc à congregatio-  
ne excludendum esse inficiandum non est. qua  
ratione enim tuendi corporis causa, corrupta,  
morboq. marcescentia membra præcidere se-  
cariq. aliquando oportet; eadem nempe con-  
seruandæ congregationis gratia, si qui ex Ob-  
latis magnis animi vitijs laborauerint, à Reue-  
rendissimo Archiepiscopo segregandi sunt &  
excludendi, voti vinculo soluti, quod in con-  
gregatione nuncuparint, siue illud obedienti-  
æ tantum sit, siue etiam paupertatis, vel  
subiectiois honorum.

Non solum autem hos delictorum gratia, sed  
bonos etiam interdum iusta aliqua de causa di-  
mittendi facultas apud Archiepiscopum omni-  
no libera sit. quorum tamen nullum missum  
faciat, nisi voti cuiuscunque in congregatione  
emissi vinculo liberatum.

Qui autem exclusi quacunque causa fuerint; hi  
liberi omnino sint ab omni conscientiæ scrupulo,  
quod ad vota emissa atinet.

Neque semel dimissi iterum recipiantur.

Si qui excludendi sunt, ijs planè omnia, quæ  
per illos ad congregationem peruenerunt bona,  
restituuntur, tum mobilia quæ extant, tum  
immobilia, si qua vel ab initio secum attule-  
rint, vel per eos quouis nomine acquisita sint;  
deductis tamen impèis illa bona meliora red-  
dendi gratia, aut alia huiusmodi ratione, quo-  
uis modo factis.

Si quos verò vel paupertatis voto deuinctos,

vel ad Titulum mensæ communis sacris initia-  
ros, vel certè eidem mensæ adscriptos, exclu-  
dendos esse Reuerendissimus Archiepiscopus  
censuerit; si ea inopia laborent, vt vnde vi-  
tam sustentent, non habeant; illorum inopiæ,  
priusquam excludantur, consulere debet Re-  
uerendissimus Archiepiscopus, ne illis defint,  
quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt:  
nisi culpam aliquam admiserint, per quam  
Sacrorum Canonum iure beneficijs etiam Ec-  
clesiasticis, si quod haberent, multari de-  
buisse.

INSTITUTIONVM AD

OBLATOS PERTINENTIVM  
EPITOMES,

LIBER SECVNDVS.

*De varijs Oblatorum Domibus & familijs.*  
Cap. I.



**O**STQVAM de votorum, quæ  
ab oblatis fiunt, nuncupaturæ,  
officiorumq. ratione, superiori  
libro pertractatum fuit; nunc  
de ædium familiarumq. ipso-  
rum Oblatorum multiplici ra-  
tione in hoc altero libro agendum videtur.

Harum igitur familiarum domus, aliæ propriæ,  
aliæ communes dicuntur. Propriæ illæ sunt,  
quæ Oblatorum vsui solum dicata, proprijs il-  
lorum institutis reguntur; Vt domus sancti Se-  
pulcri, & aliæ in posterum construendæ, quæ  
eadem viuendi rationem, eademq. sequuntur  
instituta: quas quidem collegiatis etiam do-  
mos in hisce cõstitutionibus vbique nominari  
placuit. His communis, certus, stabilisq. ac  
firmus in perpetuum victus designatus est.

Præter has autem, illæ quoque, in quas Obla-  
torum nonnulli simul victuri conueniunt, be-  
neficia obtinentes, quibus residendi onus ad-  
iunctum est, propriæ eodem modo habeantur,  
& proprio nomine conuictorum domus ap-  
pellentur: quibus tamen neque certus, neque  
stabilis, perpetuusque victus vt superioribus, cõ-  
stitutus est. Communes verò dicuntur, vt Se-  
minariorum, ac multiplicis hominum generis  
collegiorum domus, quas tum Oblati, tum cle-  
rici alij communiter studij causa vnà incolunt,  
varia in his pro diuersa personarum ratione  
instituta seruantes.

Verum quoniam Oblati in eiusmodi domos  
recipi nequaquam omnes possunt, aut propter  
multitudinem, aut quia propter impedi-  
mentum beneficiorum, quibus residendi onus cõ-  
iunctum est, in domibus ecclesiarum quibus infer-  
uiunt, habitare tenentur; horum certè omni-  
um gratia, qui extra dictas domos domicili-  
um habent,

habent, ne illis instituendis sua defint auxilia,  
plura etiam alia varijs in locis constituentur  
Oblatorum consortia: quibus singulis præ-  
positi singuli, de quibus infra suo loco dice-  
tur, à Reuerendissimo Archiepiscopo deligen-  
di prærent.

Quæ igitur ad omnium istiusmodi domorum,  
& familiarum distinctionem, & propriam Ob-  
latorum in illis viuendi rationem pertinent;  
sigillatim hoc libro comprehenduntur.

Quæ verò illarum, vniuersaq. adeò congrega-  
tionis procuracionem, gubernacionem, ad-  
ministracionemq. complectuntur; ex præscri-  
ptionibus & constitutionibus ipsius congrega-  
tionis vberius sumere oportet: Cum præfer-  
tim nihil eorum, quæ ad singulorum Oblato-  
rum institutum pertinent, pars illa cõtineat:  
Sed ea tantum tradat, quæ scire illos oportet,  
qui Oblatorum gubernacioni, eorumq. con-  
gregacioni præsunt.

*De Collegiatis domibus. Cap. II.*

**O**blatorum cõgregacionis in perpetuum quasi  
basis sit Ecclesia sancti Sepulcri, eiusdem-  
que domus Præpositus, quasi caput: Huic ve-  
ro Capiti, atque vniuersæ huic Congregatio-  
ni regendæ, rebusq. omnibus quæ ad illa per-  
tinent, gubernandis, Reuerendissimus Archie-  
piscopus Ecclesiæ Mediolanensis præsit.  
Porro autem Ecclesiam sancti Sepulcri his po-  
tissimum rationibus deligere placuit.

Nam & iam pridem à populo Mediolanensi  
magna veneratione illa colitur: & in media ci-  
uitate constructa, quasi Umbilicus iacet: & su-  
periorum temporum malitia, cum dilapsa cle-  
rici disciplina, deprauatisq. populi moribus, ra-  
rò pietas appareret; tum veneranda ista eccle-  
sia perpetua pietatis & religionis semina ser-  
uauit: quandoquidem in hanc perpauca rece-  
pti sacerdotes, viri integerrimæ vitæ, salutisq.  
Animarum studiosissimi, præstantissima pieta-  
tis opera indefessi semper ediderunt: inter cæ-  
teraq. institutum scholæ Christianæ celeberrimi-  
mum in multas partes primi disseminarunt.

Liceat verò semper Reuerendissimo Archiepi-  
scopo alias etiam collegiatis huiusmodi do-  
mos, præter illam sancti Sepulcri, huius con-  
gregacionis quasi membra & in Ciuitate &  
Diocesi constituere: si modò aliunde certus  
victus illis in perpetuum assignetur, qui suste-  
ntationi eorum qui ibidem commorantur sunt,  
sufficiat. Sintq. qui illic habitaturi sunt Ob-  
lati, decem, vel octo saltem numero.

Quòd si ædes etiam nonnullas, tanquam obla-  
torum hospitia, qui ad functiones pro sui insti-  
tuti ratione in Diocesi præstandas, aliaue de  
causa mittuntur, cõstituere decreuerit Archie-  
piscopus; his & Oblatorum numerum qui ad  
illas diuertant, & sumptuum rationem atque  
summam, pro sua voluntate decernere pote-  
rit; prout animarum Diocesis saluti, & con-

gregacionis disciplinæ conseruandæ conduce-  
re cognouerit.

Hæc tamen duo Archiepiscopi successores no-  
stri in primis pro prudentiæ suæ ratione dili-  
genter animaduertent: quorum vnum est, præ-  
stare Oblatorum numerum, redditusq. ipsos  
domus sancti Sepulcri augere, quam plures  
in ciuitate collegiatis domos ad vsu Obla-  
torum erigere ac constituere: Alterum verò,  
neque plures domus sancti Sepulcri, alijque  
collegiatis huiusmodi domibus, quam illarum  
sumptu ali possint, adscribendos esse oblatos;  
ne quæ ad viuendum sunt necessaria, illis de-  
fint: neque etiam iusto numero pauciores, vt  
ad huiusce Ecclesiæ administracionem plures  
habeantur ministri.

In ædibus igitur sancti Sepulcri, alijq. istius-  
modi deinceps erigendis, habitent oblato om-  
nes, diaconatus saltem ordine insigniti, bene-  
ficiūq. quod residendi munus requirit, non  
obtinentes.

At verò illi omnes excipiantur, qui Reueren-  
dissimi Archiepiscopi iussu, vel apud illos ma-  
nent, qui beneficia residendi oneri subiecta ha-  
bentes, vitam communiter degunt; vel in pijs  
Collegijs, domibusue Seminariorum, aut  
alijs etiam locis, in quibus literarum studijs  
opera datur, commorantur; vel in diuersas  
Ciuitatis Diocesisque partes missi, multiplicia  
Congregationis gerunt munera; aut denique  
ex causa ab Archiepiscopo probata, per facul-  
tatem ab eodem scriptis traditam ad breue ali-  
quod tempus absunt.

Hos quidem enim omnes à domo sancti Se-  
pulcri, alijq. eius generis collegiatis ædibus  
ob eas causas abesse liceat.

Oblati in ædibus sancti Sepulcri vel huiusmodi  
commorantes, victu communi vtantur: præ-  
scriptiones eiusdem ædibus datas, viuendi nor-  
mam atque rationem complectentes, diligen-  
ter custodiant.

Quòd si horum alicui patrimonium, benefi-  
ciumue Ecclesiasticum simplex, vel quoduis  
aliud facultatum genus fuerit, vnde suppedi-  
tari victus possit, ijs, vt illarum ædium fami-  
liam qua cum vnà viuunt, quantum sumptus,  
qui pro illis fit, requirit, subleuent, iustamq.  
propterea ex facultatum suarum fructibus por-  
tionem conferant, magnoperè persuasum esse  
cupimus.

Eorum nemini liceat, in bonorum suorum,  
aut beneficiorum, aut negotiorum rationibus  
administrandis, litibus per se aut alijs rebus  
incumbere, quæ congregacionis instituto non  
conueniant, & spiritualis vitæ progressioni,  
salutiq. aliorum procurandæ officiant.

At hæc omnia fiant (si modo fieri possunt) vel  
à congregacionis procuratore, vel ab alio, quæ  
ipsi Oblati deligere maluerint: nisi ob iustam  
causam aliquam huiusmodi rerum tractanda-  
rum facultatem Oblatis ad tempus tradiderit  
Archiepiscopus.

Sed & illi quoque in illis ipsis collegiatis ædibus Reuerendissimi Archiepiscopi iussu habitare permittantur Oblati, qui residendi muneri alligatum beneficium non habentes, quamquam neque Diaconatus ordinem susceperunt, neque ea ætate sunt, ut suscipere eum liceat; tamen ad diuinum cultum, domesticauæ negotia illius Ecclesiæ domusue collegiatae necessaria sunt.

Porro autem ex Oblatorum numero, qui beneficium Ecclesiasticum obtinent residendi munus adiunctum habens, nullus omnino, etiam si bonorum suorum subiectionem Reuerendissimo Archiepiscopo vouerit, domui sancti Sepulcri, aut alijs eiusmodi in posterum constituendis, neque adiungatur, adscribaturue, neque fructibus earum alatur, neque demum in illis commoretur.

At contra, quicumque Oblatorum neque Ecclesiasticum beneficium obtinent, neque patri monium, quod ad sumptus necessarios satis sit; ij ad titulum mensæ communis domus sancti Sepulcri, vel aliarum huiusmodi, sacris ordinibus initiatur: neque inde quoque alantur, nisi illis quidem Seminariorum sumptu, vel alia ratione prouisum fuerit.

Quod si illorum victui tamen aliunde quacunque ratione consultum fuerit, vel quantum satis est Archiepiscopi iudicio, vel aliqua ex parte; illinc sanè mensæ communi parcentes, ut ex Pontificijs literis declaratur, victum capiunt. Communis autem mensæ sumptibus, ut supra traditum est, alantur, non solum qui commemorati sunt, sed illi etiam maxime, qui votum paupertatis Archiepiscopo ritè nuncuparint: ac illi præterea in vniuersum, qui quauis ratione mensæ illi à Reuerendissimo Archiepiscopo adscripti sunt.

Cui quidem Archiepiscopo etiam illos adscribere liceat, qui sacris ordinibus iam initiati, aliunde etiam habent unde viuunt; si modò beneficium officioe residendi munus adiunctum habente careant.

*De domibus conuictorum. Cap. III.*

**V**icumque in Canonicalibus Ecclesijs tres saltem oblato, beneficium, cui residendi munus sit annexum, habeant, ideoque illic eis habitandum sit; hi ex congregationis instituto, Archiepiscopi iudicio ad simul viuendum se conferant; cum scilicet illic, vel plurium datur copia domuum quæ contiguæ sint, vel vna saltem adeo ampla, ut illos omnes excipere possit. Hoc idem faciendum erit, si in eodem oppido tres saltem Oblati erunt: nisi eorum cohabitatione victusque communione, impediri functiones ad Ecclesiâ pertinentes quibus illi adscripti sunt, Reuerendissimus Archiepiscopus iudicauerit.

In omnibus autem Conuictorum domibus, eadem ab ijs omnibus qui illic degent, viuendi

instituta omnino custodiantur, quæ à familia sancti Sepulcri obseruantur; in ijs scilicet rebus, quæ cum illorum statu qui residendi munere adstricti sunt, Reuerendissimi Archiepiscopi iudicio conuenire possunt.

*De Oblatorum habitatione in Domibus Seminariorum, Collegiorumue Piorum. Cap. IIII.*

**O**blati, quibus locus ex instituto in Conuictorum collegiatisue domibus non relinquitur, omnes, si fieri possit, in Seminarijs, collegijsue pijs educantur, absque tamen congregationis, & collegiatarum eius domuum sumptu: & Ecclesiasticis præterea studijs ritè instruantur.

Ac ex his quidem, quicumque aut optimis naturæ donis præditi, aut bonis diuinitus infusis donati, eam probitatis, & ingenij indolem præferent, ut cum literis, tum christiana in primis probitate præstantes eos fore spes iam certa concipiatur; hos omnes, etiam si sacris omnibus ordinibus initiati sint, in seminarijs diu retinendos, resque eis necessarias suppeditandas sua Archiepiscopali auctoritate curet Archiepiscopus; ut huic tandem Ecclesiæ, congregationisque ipsi, præstantiores vberioresque fructus suo tempore afferre possint: neque interea congregationi incommodo, sumptuiue sint.

Si cui Oblato beneficium cui residendi onus sit adiunctum habenti, à sua ecclesia abesse propter literarum studia concessum sit; huic in collegijs, domibusue Seminariorum habitandi locus procuretur, iustaque suorum fructuum portio pro sui sustentatione ab hoc ipso conferatur.

Quicumque autem in ædibus Seminariorum, collegiorumue degent; præscriptiones & institutiones quæ in illis seruari solent, quandiu illic degent, custodiant; & illa præterea omnia, quæ Oblatis in domo sancti Sepulcri alijsue eius generis viuentibus præscripta sunt; quatenus Seminariorum, collegiorumue institutis non repugnant.

*De Oblatis communis vitæ institutum non exercentibus. Cap. V.*

**S**i qui Oblati sint, quibus neque in collegiatis domibus, neque in Conuictorum, aut Seminariorum, Collegiorumue piorum ædibus locus sit; ij porro donec in ea loca mitti possint, alijs honestis locis Reuerendissimi Archiepiscopi iussu commorentur: Vbi & literis operam nauent, & certæ ecclesiæ adscripti, functiones sui ordinis præstent, atque in his præterea rebus operam infumant, quæ ad eorum institutum potissimum spectant.

Verum enim uero, & illi ipsi de quibus paulò ante diximus, & alij quoque, qui propter residendi impedimentum, neque in proprijs, neque in

*De oneribus à congregatione non recipiendis. Cap. VII.*

**N**eque onera vlla extrinsecus oblata, neque bona vllius generis cum oneribus coniuncta, neque quidquam eorum, quæ piorum legatorum ratione atque titulo ita sunt instituta, ut illis vel perpetua onera, vel etiam ad tempus annexa sint, liceat congregationi, vel congregationis vlli familiæ, Præpositouè, vel cuius aliorum qui congregationi regendæ præsent, absque Reuerendissimi Archiepiscopi consensu accipere.

**INSTITUTIONVM AD  
OBLATOS PERTINENTIVM  
EPITOMES,  
LIBERTERTIVS.**

*De pijs exercitationibus singulorum Oblatorum, ad ipsorum disciplinæ spiritualis incrementum pertinentibus. Cap. I.*



**V**M officium, ad quod Dei benignitate & munere Oblati omnes vocati sunt, ad animarum salutem spectet, diuinumque ac supernaturale sit; idcirco charitatis desiderio, veraque

in Deum pietate accensi, magis ac magis in hac ipsa animarum salute elaborandum esse (quod proculdubio præstantissimum Dei donum est) sibi omnino persuadeant, oportet: atque illis potissimum rationibus se id adepturos confidunt, quibus supernaturalis ac infusæ virtutes omnes, quæ vera sunt animarum iuuandarum instrumenta, impetrari exorarique à Deo largitore solent; orationibus videlicet, ieiunijs, vigilijs, sanctarum scripturarum studijs, meditationibus, ipsaque humilitate potissimum.

Cum enim iuuare alios, ad christianamque religionem ac pietatem, veraque virtutes dirigere sibi proposuerint Oblati; ipsis quam maxime perfectæ in primis animorum suorum institutioni, vitæque integritati incumbendum est quæ antè omnia alia ecclesiasticis, sacerdotalique ordine insignitis hominibus inesse debent.

Hæc autem perfectio virtutum omnium, ardentissimo studio & charitate in primis, atque familiaritate coniunctioneque cum Deo per spirituales exercitationes assiduas comparatur; tunc verò etiam recta atque sincera animi intentione, in rebus actionibusque omnibus ita obeundis, ut non propria vel affectio, vel utilitas, sed Dei gloria, animarumque salus vbiq. spectetur, ac præferatur.

Quare sedulo eos operâ dare oportet, ut quam diligentissimi sint, non solum in cognoscendis, sed in repellendis etiam prauis omnibus cupidita-

in communibus Oblatorum domibus degere queunt; in vnaquaque Vrbe regione, vel in singulis diocesis plebibus, aut in certa quadam Vrbe diocesisue parte, ut res occasioque feret, Archiepiscopi iudicio delecta, Præpositum consortij Oblatorum eiusdem partis vel regionis statis temporibus conueniant, illiusque iussis obtemperent.

At verò ille ipse Præpositus sic sui consortij curam gerat, ut tales se præstent Oblati (quantum ad munus instituti exequendum, viuendique rationem attinet) ut quamuis à communi mensa seiuncti (parim habitent, eorum tamen, qui vnà in proprijs communibusue ædibus viuunt disciplinam, pro statum ratione, quantum fieri potest, imitari contendant.

Præterea verò tum hic ipse Præpositus, tum illi Oblati omnes Præposito sancti Sepulcri subijciantur.

Et qui in ciuitate commorantur, semel saltem singulis mensibus Reuerendiss. Archiepiscopum adeant: Præpositum verò sancti Sepulcri semel singulis hebdomadis.

Qui verò in diocesi, tertio quoque mense ad Reuerendiss. Archiepiscopum, Præpositumque sancti Sepulcri semel saltem veniant, nisi aliter iudicauerit Reuerendiss. Archiepiscopus; ut progressus sui, quem aut in studijs literarum, & rerum spiritualium, aut in tuorum munerum administratione, animarumque fructu fecerint, rationem reddant.

*De hospitio Oblatorum. Cap. VI.*

Hebr. 13.

**C**VM autem inter Ecclesiasticarum virtutum munera, non vltimum certè locum hospitium obtineat, per quam Antiqui illi Patres, ut ait D. Paulus, *Deo placuerunt, Angelis hospitio receptis*; si qua iusta de causa, qui in Diocesi morantur, nulloque residendi iure sunt obstricti Oblati, Mediolanum venerint; benigno illos omnes hospitio excipiat Domus Sancti Sepulcri.

Idemque præstent alia quoque eius generis domus, quæ in Diocesi Deo iuuante constituentur. Neque enim Oblatorum disciplinæ conuenire videtur, vbi sint tales ædes constitutæ, ad alias diuersi generis hospitij causa diuertere.

Sed neque qui Ecclesiasticum beneficium, officiumue personalis residentia obtinent, ad laicales Domos hospitij causa in Vrbe diuertat: sed vel in eas ædes veniant, quæ clericorum causa Hospitalij nomine nuper constitutæ sunt, vel in alias Ecclesiasticorum hominum, præsertim verò Oblatorum, & eorum maxime qui Conuictores dicuntur.

Verum si quos horum frequētius diuturniusue in Vrbe morari iusta de causa contingat; hi cum Præposito sancti Sepulcri re communicata, quod ad victus impensam attinet, quod ab Hospitalibus sua causa impenditur, illius iudicio compensent.



ditatibus; tum ijs quidem, quibus ad corporis voluptates sensuumque illecebras alliciuntur homines; tum illis quoque, quibus ad vitæ comoda, atque ad diuitiarum opumque amorem & desiderium trahuntur.

Præterea verò etiam, ut proprii iudicij, propriæque voluntatis æqui iudices sint; ac moderatores.

Porrò autem pernecessaria quoque censenda est ad institutum scopumque huius congregationis summopere tuendum, perfecta charitas, & animorum coniunctio, tum cum membris alijs, tum cum ipso capite.

Quamobrem ament in primis, & obseruent Præpositum suum, inter eos locum Dei gerentem, illique non solum externa præceptorum executione promptè & nauiter obediant, sed interno etiam animi affectu; ita ut & voluntatem suam Præpositi voluntati consentientè perpetuò habeant, & mentem quoque ipsam ita accommodent & componant, ut toto pectore complectantur ac probent, quidquid Præpositus probauerit, conuenireque censuerit.

Iraque maleuolas murmuraciones & detractiones omnes, quibus Præpositi auctoritas lædi ac minui potest, charitasque mutua refrigerari, non aliter quam pestem ipsam, congregationumque omnium omnis disciplinæ & perfectionis certissimam contaminationem & extinctionem fugiant.

Temeraria de fratribus iudicia etiam atque etiã caueant, multoque magis etiam omnem similitatem ac malevolentiam, omnemque animi amaritudinem, quæ quacunque causa aduersus fratres concipi possit.

His igitur instructi Oblati seipfos primò, ut prius dictum est, in dies magis ac magis in sincera ac pura illa charitate, qua vna permoti spontè suauis huius obedientiæ ac disciplinæ iugo lenique oneri sese submiserunt, perpetuò exerceant, gratiamque hanc à Deo singulari munere sibi collatâ continuè cõseruare studeant; atque in hoc spiritu iugiter ita crescere, ut omni terreno atque humano affectu exuti, in solius Dei desiderio, ac ardentissima in Deum diuinaque res omnes religione atque reuerentia se totos occupent.

Dominum in conspectu suo semper habeant, intueanturque, & coram illo ambulent; id est in eius sanctissima voluntate implenda studiosissimè inuigilent.

Externi etiam Diuini cultus, qui internæ pietatis indicium est, diligentissimi atque exactissimi obseruatores sint; sibi que persuadeant omnino; pietatem erga Deum fontem vberimum esse, à quo virtutes omnes emanant, vimque omnem, & dignitatem hauriri animus.

Quamobrem nisi frustra laborare velint, atque loco verarum solidarumque virtutum, earum umbras atque imagines tantum sectari; in ea vna consequenda sibi maximè elaborandum, atque eam continuis ab ipso auctore Deo vo-

tis & precibus petendam, in animum inducendâ oportet.

Sanctissimam Virginem Dei Matrem Mariam, perpetuò pro humano genere intercedentem, atque huius Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, cuius ministerijs sese obtulerunt, peculiarem patronam, præcipuo pietatis affectu prosequantur.

Cumque illa Mediolanensi populo varia beneficia à Filio suo Domino nostro Iesu Christo sepius aliàs impetrauerit in omnibus periculis, ærumnisque, siue totius Ecclesiæ, siue congregationis suæ; ad hæc autè vel maximè in missionibus ab Archiepiscopo imponendis, aliarumque grauium rerum tractationibus, ad illius patrocinium atque præsidium fidenti animo confugiant.

Meminerint etiam, se Beato Patri nostro Ambrosio oblatos esse: quam ob causam illius librorum studiosos eos esse decet, illorumque in primis, quos ille ad huius Ecclesiæ clerum de officiis conscripsit.

Magnam curam operamque conferant ad imitationem illarum virtutum, quas tanquam hæreditarias sanctissimus ille Parens posteris reliquit: quare ut obsequentes filios decet, peculiari quodam ardore animi atque affectu illas complectantur.

Ex his præcipuæ illæ sunt, ad Ecclesiæ gubernationem, atque episcopale onus inuitus ingressus, quotidiana abstinentia, diuturna & ferè assidua in ecclesijs statio, frequentis orationis & meditationis studium, religiosa & laboriosa sanctissimorum Sacramentorum ministratio, diligens episcopaliū ecclesiasticarumque functionum exercitatio, in sacris studijs institutio nibusque christianis, quas & sermonibus & libris confecit, assidui magnique labores, constantia & fortitudo in omnibus, quas à mundo & Satana illatas pertulit, oppugnationibus, animi mansuetudo cum magnitudine coniuncta aduersus potentium hominum impetum atque furorem, prudentia in rebus gerendis, morum grauitas singularis, disciplinæ ecclesiasticæ diligentissimus cultus, pro fide catholica acerrima dimicatio, mira erga sanctam Sedem Apostolicam obseruantia, magna commiseratio erga pauperes, benignæque largitiones, charitas illa sempiterna memoria digna, qua profusus lachrymis peccata aliena delenuit; vique adeo, ut animos in malè agendo obfirmatos, ad penitentiam lachrymas perduxerit.

Has igitur, & alias virtutes, quas & operum exemplis, & scriptis, Sacerdotibus cleroque. Pater Ambrosius reliquit, sibi quisque, qui Oblatorum numero adscriptus est, ob oculos ponat; tum videat etiam atque etiam diligenter, nequam culpæ maculam contrahat, neque quidquam aut cogitet, aut loquatur, aut faciat, quod à sanctissimis illius Patris institutis, consilijs, monitiuè alienum sit; ne, si quid eiusmodi admiserit, indignum se præbeat singulari illius

pa-

patrocinio, efficiatque, ut quam præstitit semel oblatio, minus ei grata sit.

Omnes præterea pro status sui ratione in eam curam incumbant, ut sacrorum canonum, constitutionum pontificiarum, conciliorum, & decretorum ad morum ecclesiasticorum rationem pertinentium, non modò notitiam ac scientiam teneant, sed executionem quoque, atque usum; immo verò istum ipsum præcipuè adiungant, tum ad suam, tum ad aliorum vitæ institutionem.

Illud etiam præcipuè curent, ut cognita perspectaque planè habeant omnia, quæcunque ad huius Ecclesiæ ritus, caeremonias, instituta, decreta, constitutiones, atque adeo institutiones cuiusvis generis pertinent; eaque ipsa eo maiori studio, libentiusque seruent, atque exequantur, ut reliquos ecclesiasticos homines suo exemplo trahant, incitentque, vehementer ad eadem ritè exequenda.

Prælectionibus sacris, & concionibus, & ecclesiasticis conuentibus, & alijs disciplinæ ecclesiasticæ communibus exercitationibus antè alios intersint; nisi ob grauiore alias occupationes magisque necessarias à Reuerendis Archiepiscopo aliquando impediuntur.

Omnibus etiam Archiepiscopalibus Vicarijs, atque Visitatoribus antè alios promptè omnibus in rebus obediant, sacerdotisque omnes reuerentur, seniores præsertim, in primisque Vicarios Foraneos, Præpositos, & Parochos, quibus omnibus se se submittant, humileque præbeant.

Ecclesiarum præterea, altarium, & omnis sacræ suppellectilis nitore, ornatus, atque apparatus studiosi sint.

In Diuinis item officijs, ac ministerijs ritè pieque celebrandis atque obeundis, decet eum cultum, summamque reuerentiam adhibeant.

In primis autem vitæ innocentiam, ac morum castitatem integritatemque, summa cura summoque studio perpetuò prosequantur.

Victus, ac vestitus, domesticæque suppellectilis moderationem clericali ordine dignam, concilijs prouincialibus, & diocesanis, alijsque Archiepiscopalibus institutionibus & decretis præscriptam exactè custodiant.

Singulis diebus, præter cõsuetas preces quæ Deo voce persoluntur, manè primùm, deinde vespere, orationi quæ solo mentis motu fit, mentalisque, propterea nuncupatur, oblato omnes tum clerici tum laici vacent; vespereque præsertim in conscientiæ penetralia accurato seueroque examine introeant, ut eam, si fortè inquinata sit, emundent atque purgent.

Sacerdotes bis saltem singulis hebdomadis (nisi sapius etiam id faciendum sit) peccata, si qua commiserint confiteantur; atque ita viuere studeant, ut quotidie Missæ sacrificium celebrare dignè possint.

Clerici verò, & laici octauo quoque die peccata sua confiteantur, & sanctæ Communionis Sacramentum sumant: quanquam id sapius

rariusuè facere debebunt, prout Confessarij iudicium illis præscribet.

Confiteantur autem semper eiusdem Congregationis Sacerdotibus, à Reuerendis Archiepiscopo, vel Præposito Sancti Sepulcri constitutis.

Quòd si illis eiusmodi Sacerdotes propter locorum distantiam conuenire difficilè graueuè fuerit; tum commodiores alios cõfessores idoneos aliunde illis assignare Archiepiscopo vel Præposito liceat.

Vniuersi autem Oblati, etiam laici, quotannis illis ipsis Sacerdotibus, quos idem Præpositus ad hoc munus delegerit, generaliter semel cõfiteantur, ab eo tempore confessionem huiusmodi inchoantes, qui postremam pariter omnium peccatorum confessionem præstiterunt; nisi de aliquibus interdum aliter censeat Præpositus ex Confessarij consilio.

Hac enim ratione in suscepto huius vitæ instituto firmius cõfirmabuntur, atque ad Deum inferendum magis ac magis excitabuntur.

Virent quoque diligentissimè, ne quemquam diligant singulari præ cæteris amoris affectu, qui ut plurimum inordinatus esse solet; sed æquali omnes, pro singulorum ratione & statu, charitate prosequantur; illorum tamen familiaritatem potius ac sapius vtentes cõsuetudine, ex quibus cumulationem percipere spiritualem vtilitatem possint.

#### De exercitationibus ad proximorum salutem iuuandam pertinentibus. Cap. II.

Postquam autem huiusmodi virtutibus tanquam firmissimis præfidijs instructi fuerint Oblati; tum virtutem illam, quæ in huiusce Congregationis hominibus maximè omnium elucescere debet, quæque in salutis animarum desiderio atque auxilio in primis posita est, quam maximè excitare, atque exercere debet. Quamobrem omnes in eam curam incumbant vehementer, ut ad omnia officia rectè obeunda se parent atque instruant, quibus via fit ad salutem animarum iuuandam & procurandam. Quantò enim præstantiores in eo genere euadent, tantò melius suscepti instituti atque uocationis suæ scopum assequantur.

Maximam autem vim ad eum charitatis erga animarum salutem ardorem, non modò in mentibus concipiendum, sed alendum fouendumque habent, quæ subduntur.

Nempè sancta consuetudo, exercitatioque pia precandi perpetuò retenta, atque adeo in dies aucta; qua veluti interprete Deum coram familiariter pij homines alloquuntur.

Sic enim diuino spiritu afflari, sanctoque salutis animarum desiderio magis accendi solent. Illuc etiã spectat, animo assidue cogitare, quam nobiles sint animæ & præstolæ in conspectu Domini; quanta sit earum dignitas, quas proprio sanguine redimere filius Dei non recusat;

uit;

uit; quamq. præcellens opus sit, in eo salutari officio Dei cooperatores esse, quo nihil certè in terris maius, aut nobilius illustrius excogitari potest.

Ob oculos mentis præterea sempiternam gloriam sibi perpetuò proponat, quam mercedis loco, ijs qui nauiter munus hoc præstant, præparauit Deus: contra verò vniuersas pœnas ijs constitutas, qui rem tantam contemnunt, intueantur.

Sedulò præterea animaduertant, quanta veteris testamenti literis mandata hominis gratia fecerit Deus: Atque in eo potissimum cogitationem mentemq. omnem figant, vt attentè considerent aduentum in terras Domini nostri Iesu Christi Filij Dei, diligenterq. perpendant, dum nobiscum in terris commoratus est, quanta desiderio salutis nostræ accensus fecerit, quantaq. perpeffus sit: cogitent denique hominum animas, ipso augustissimo Christi sanguine redemptas & ablutas fuisse.

Hæc si cogitent oblatis, iure ac merito sperari debet, talibus cogitationibus quasi quibusdã facibus animum illorum ita accensum iri, vt nullus vel maximus labor esse possit, quem illi subire reculent, ne pretiosissimi Christi Sanguinis fructus in ipsis, alijq., ipsorum negligentia aut culpa deperant.

Considerent præterea horribilem animarum stragem, quam generis humani sempiternus hostis Sathanas facit; quantam in illis perdendis sollicitudinem adhibeat; quibus vratur ministris; qua alacritate, sollicitudineq., quibus laboribus & vigilijs scelesti illi ministri opus vrgeant, indefessi atque assidui, ijdemq. perpetui, & obfirmati.

Quare turpissimam rem sese facturos existimare debent Iesu Christi ministri, si ita Domini sui voluntatem, dignitatemq. suam, atque sempiterna præmia paruipendent, vel à Christiana charitate tam alienos se præbeant, vt à Satanæ ministris superari se sinant; patianturq., vt illi maiori studio ad se & alios perdendos, quam ipsi ad suam aliorumq. salutem tuendam incumbant.

Sed illud quoque considerent, quanta, quamque ampla sit hæc messis; quanta spiritalium bonorum egestas; quanta salutariter agentium penuria; quam pauci verò ministri, qui sancto desiderio accensi, suis neglectis commodis, terreniq. utilitatibus, solam Christi Domini nostri gloriam, animarumq. salutem spectent.

Præterea sibi constituant: ante oculos, plurimos maximosq. labores, quibus sancti Apostoli pro animarum salute, dum in terris degerent, perfuncti sunt; atque inter hos, sancti Pauli in primis perpetuas vigilias, itinera, conatus, & præclaras contentiones atque actiones.

Respiciant innumerabiles Martyres, sanctos Episcopos & Sacerdotes; qui sancto animarum amore flagrant, omne laborum periculumq. genus libentissimo animo subierunt.

Vt autem etiam eorum, qui in misero peccati mortali statu perseuerant, misereri sciant, nullumq. laborem ad eos tam ingenti miseria liberandos subterfugiant, immo verò libet animo in hoc maximè laborent; secum ipsi cogitent, quantis in calamitatibus, periculis, horribilibusq. malis versentur, qui peccato mortali adstricti tenentur.

Hæc profectò omnes, in quibus aliqua lux pietatis residet, mouere, & vehementer afficere debent, ad animarum salutem studiosè quarendam, curandamq.

Porro autem seipos ad id muneris rectè accurateq. obeundum vtilis idoneosq. præstabunt; primum quidem, si in virtutibus illis de quibus dictum est, adipiscendis atque exercendis, quibus diuini honoris & gloriæ, animarumq. salutis studium acquiritur, & nutritur, maximam operam adhibuerint.

Deinde autem, si externis etiam instrumentis atque subsidijs, quæ non parum hominum salutem iuuant, vt instructi sint, non vulgarem operam dederint.

Sed ita tamen, vt per huiusmodi adiumenta, se tantum spiritualis fructus colligere possent, quantum diuinam gratiam iuxta Dei summe prouidentia ordinem cooperari crediderint; qui bonorum omnium, tam naturalium, quam supernaturalium auctor est, quiq. præterea omnia ad suam gloriam vult referri.

Hæc autem, quæ externa subsidia atque instrumenta vocantur, diuinarum, & ecclesiasticarum, aliarumq. bonarum literarum studia sunt; illa nempe, quæ præcipue de rebus illis tractant, quæ ad proximi salutem iuuandam conferunt.

Ac propterea omnes huiusmodi studijs pro suo capto grauitè incumbere debent.

In studijs autem, actionibusq. omnibus, mentem ab omni labe puram integramq. conseruent; eaq. omnia ad Dei gloriam, animarumque salutem referant; hocq. sanctum propositum quotidie in suis precibus renouent, pieq. Domino offerant, ac commendent.

Meminerint etiam perpetuò obedientia, quæ maximè propria est illorum instituti, non minus circa studia ipsa, quam res alias omnes.

Quamobrem prompta, æquabilisq. animi alacritate, in ea studia incumbere semper parati sint, quæ Reuerendissimus Archiepiscopus magis probauerit; idque tam in ipsa studiorum materia capeffenda, quam in eorum ratione præscribenda.

Inter hæc autem instrumenta, de quibus modò diximus, connumeretur etiam vel maximè ratio ac via Diuini verbi prædicandi: quæ qui dem eam verborum sententiarumq. grauitatem, eamq. vim spiritus complecti debet, quæ dignitas & præstantia huius muneris requirit. Nam huius quidem muneris siue materia, siue finis spectetur; tanta vndiq. dignitas ostenditur, vt nõ facile aliud excogitari diciuè possit, quod illo præstantius sit, aut altius, aut magnificent-

scentius: siquidem omnia christianæ religionis mysteria, ac sacramenta, omnes virtutes, omnia, quæ ad eiusdem religionis fidem, fideiq. fructus spectant, omnia denique, quæ à Deo ad homines proficiuntur, & ad Deum proficiscentes homines iuuant, verbi diuini nomine continentur.

Illud præterea præstat hoc idem munus, vt Dei cognitio in audientium animis in dies magis ac magis feratur, longeque propagetur.

Quod quidè natura vniuersæ finis est, ad quod condita omnia procreataq. sunt; vt scilicet Diuinæ Maiestatis inexplicabilis amplitudo intelligatur, eaq. cognita, ad procreatoris sui gloriam omnia referantur.

Huc sanè hominum mentes diuini verbi Prædicatores conuerrere contendunt; hæc de causa illorum animas sapientiæ luce illustrare nituntur, charitate inflammare, omni animi contentione permouere; ob id in omnè partem audientes impellere conantur, modò diuini officij terrore, supplicijq. sempiterni magnitudine concutientes atque exagitant, modò cælestis præmij spe excitantes, modò diuinæ misericordiæ fiducia leniètes, semper autem à morte peccati ad vitam spiritualem reuocantes.

Hinc fructus ille præstantissimus, salus animarum, oritur: qui quidem quanti faciendus sit, ex incredibili animarum ipsarum dignitate concipi intelligi potest; quæ si cui fortè obscura est, clarissima Iesu Christi verba perpendat, animam vnam toti mundo præferentis.

Quid prodest, inquit, homini, si vniuersum mundum lucretur, animam verò suam detrimentum patiatur?

Eiusdè præterea res gestas omnes animaduertat. Quid enim aliud ille voluit, cum è cælo descendit, laboriosissimam vitam in terris duxit, acerbissimam denique mortem subiit, quam hominum animas ab æterno periculo & morte liberare? Hic certè laborum omnium susceptorum scopus, hic sanguinis effusus, hic Crucis, hic mortis fructus fuit.

Eo in opere adiutores ei sunt, qui verbi Diuini prædicationi operam nauant.

Quare cum eo officio fungantur Diuini verbi Prædicatores, quo Christus ipse perfunctus est, ab eodemq. præstantissimo munere animarum salus pendeat; illius dignitatem præstantiamq. intuetes Oblati, maxima certè tum verborum, tum sententiarum grauitate, vt diximus, maximamq. vim spiritus illud tractare debent, nihil eo neque vtilius homini, neque Deo gratius aut acceptius, à quouis homine præstari posse pro certo habentes.

Colloquia insuper, quæ in familiari consuetudine sæpius haberi accidunt, de ijs potissimum, cum occasio dabitur, instituantur, quæ ad mores formandos, animarumq. institutionem plane christianam pertinent.

Fiat autem colloquium eo verborum sententiarumq. pondere, vt hominum mentes ad id

quod queritur, impellant, atque accendant. Sed quamuis omnes quidem in procuranda iuuandaq. animarum salute studiosi esse debent; nemo tamen, nisi prius recum Præposito communicata, quidquam tractet, siue spirituale, siue aliam alteriusq. generis curam suscipiat.

Sed hætenus quidem de ijs, quæ pro animarum salute Oblatis sunt faciendæ.

Vnum tantum superest præcipiendum, vt semel saltem singulis mensibus in Missæ sacrificio vnusquisq. Oblatus Sacerdos pro ijs qui de congregatione benemeriti sunt, precetur.

Omnes præterea Sacerdotes huius congregationis, si quem Oblatorum è vita migrare contingat, Missæ sacrificium pro eo celebrent, aut saltè in eo sacrificio precationem adhibeant.

De exercitationibus Oblatorum vitam communem simul degentium. Cap. III.

Hætenus dictum est de ratione qua singuli se exerceant Oblati, vt suam ipsorum primum, deinde aliorum salutem iuuent; deinceps quo pacto illi se gerant, qui in eisdem edibus simul commorantur, communiq. vtuntur victu, agatur.

In ædibus igitur sancti Sepulcri, atque in alijs itè eiusdem generis, in quibus simul commorantur Oblati, illi quidem qui ecclesiasticum beneficium, cui residendi adiunctum est onus, nõ obtinent, omnes simul diuina officia precesq. horarias in oratorio enuncient; illis tamè exceptis, quibus Præposito iubente eo tempore in alijs muneribus versari contingat.

Festis item diebus, cum clericorum, sacerdotumq. copia dabitur, & templum amplum ad eò fuerit, vt Archiepiscopi iudicio fidelium hominum multitudinem capere possit, sine vllò ex loci angustia impedimento Confessionum audiendarum, & sacramenti Communionis ministrandi; tum sacrosancta Missa, tum reliqua diuina officia solemnibus adhibitis caeremonijs canantur.

Quibus omnes eiusdem domus Oblati intersint, præter eos, qui vel in Confessionibus audiendis, aut alijs ministerijs spiritalibus obediendis occupati, vel domesticis rebus necessariis, aliaue iusta causa impediti, Præpositi iudicio interesse non poterunt.

Interim verò, dum exiguus adhuc Oblatorum est numerus, neque Ecclesia vt decet ampla; ad eas Ecclesias se conferant, suas ibi præstantes functiones, ad quas iussu permissiue Reuerendissimi Archiepiscopi eo nomine mittentur.

Sub vesperam quotidie in eodem templo sancti Sepulcri, atque in alijs eiusdem generis domibus Oblatorum, antiphona de beatissima Virgine Maria canatur, pro temporum diuinorumque officiorum ratione; cui quidem orationi omnes eiusdem domus, & Sacerdotes, & Clerici, & Laici adsint.

Illa finita, enunciatur psallenda de beato Ambrosio patrono huius congregationis & ciuitatis, vnà cum oratione de eodem.

In omnibus ædibus, in quibus simul viuent Oblati, à Præposito, aut ab eo cui ille iusserit, frequentes exhortationes apud illos habeantur, qui eiusdem domus sunt; quibus de huius congregationis instituto scopoq. proposito quàm sapientissime agatur.

Frequenter autem per singulas hebdomadas, de rebus spiritualibus vicissim fiat colloquia, maximè verò de ijs rebus, quibus dirigi homines adiuuariq. possint ad viam peccatorum deserendam, & ad christianæ perfectionis semitam sequendam; atque de ratione item, qua tationibus Satanæ sit resistendum.

Proponantur etiam in his colloquijs remedia, quæ contra singula peccata viciaq. adhiberi oporteat; & rationes pariter, quibus prauis animi habitus amoueri, funditq. euelli possint. De periculis præterea agatur, quæ vitæ spiritualis cursum comitantur, impediuntque progressum; de auxilijs item, quibus illa propulsantur.

Et de ratione pariter, qua instrui homines debeant, ad sanctarum meditationum, orationisq. studium.

De ratione quoque, subministrandi moribundis adiuuenta, ad sanctæ pieq. in Domino moriendum; deq. alijs insuper rebus spiritualibus, quibus, vt Domino rectè seruiat, adiuuari proximus potest.

Aliquando etiam, cum Præposito, vel Præfeto spirituali visum fuerit, simul cõferant Oblati singuli, quid eo die sibi in meditatione orationeue maiore cum animi sui vi spiritualiq. gustu Dei benignitas communicare atque elargiri dignata fuerit.

Et quoniam Sacerdotes in hisce domibus collegiatis degentes, frequentes esse debent in cõfessionibus populi audiendis; illud quoque custodiant, vt singulis hebdomadis ter inter se de conscientia casibus disputationes & consultationes ineant; quibus vnus præsit, quem Præpositus delegerit.

Bis saltem singulis hebdomadis, quarta scilicet, sextaq. feria, in ecclesia sancti Sepulcri, & in alijs similibus, de rebus spiritualibus publica habeantur colloquia; quibus vtriusque sexus homines interesse possint.

Singulis diebus festis sacra vel concio, vel sanctarum scripturarum explanatio in eisdem ecclesijs fiat; cum scilicet copia dabitur Oblatorum, qui huiusmodi muneribus obeundis satisfacere possint.

Oblati, qui in Ciuitate sunt, in ædibus autem vitæ communis domicilium non habent, sæpius per hebdomadam, tum ad sui confortij Præpositum, tum ad ædes sancti Sepulcri, cum exercitationes spirituales fiunt, accedant.

Qui in diocesi autem habitant, ad eiusmodi exercitationes obeundas, prout Præpositus san-

cti Sepulcri pro locorum propinquitate aut longinquitate censuerit, ad Præpositum se conferant, cuius curæ commissum est cõsortium Oblatorum illius plebis, vicariatus, aut regionis, in qua illi habitant.

Oblati qui in Seminarijs educantur, Sacellum habeant proprium, aut ædiculam orationi dicatam, quò simul frequentius iussu & cura Præfecti sui spiritualis cõueniant; ibiq. præcipuas quasdam spirituales exercitationes, præter illas quæ propriæ sunt cæterorum Seminarij clericorum, simul exequantur.

Cum autem Oblatum aliquem è vita discedere contigerit, ad Altare maius sancti Sepulcri pro eius anima à probatissimis Sacerdotibus iussu Præpositi sancti Sepulcri primo quoque tempore tres Missæ celebrentur.

Quòd si is, qui è vita discessit, ex aliqua Oblatorum domo collegiata extiterit; ab eadem familia officium præterea funebre cõuentuale eadem de causa celebretur.

## INSTITVTIONVM AD

### OBLATOS PERTINENTIVM EPITOMES,

#### LIBER QVARTVS.

##### De ijs quæ ad Oblatorum missionem pertinent. Cap. I.



**M** in locum aliquem mittuntur Oblati, præstantissime istius actionis pondus & dignitatem animaduertentes, secum ipsi magis ac magis cogitent oportet, clericos homines ex omni christianorum numero diuinitus esse delectos, vt, cum *luminis*, tum *salutis* facultatem atque vim erga alios omnes exercentes, cœlestis illos sapientia luce illustrent, atque è tenebris peccatorum ad claritatem Diuinæ gratiæ euocent atque deducant; vitæ verò optimè institutæ sale cõdiant, ac diuinis oculis gratos reddant: quod sanè vt præstent perficiantq. omnino, singularem quandam gratiam per sacros ordines Diuina largitate sibi fuisse tributam meminisse debent.

Consuetit porrò Deus munificentissimus, ac sapientissimus, cum serium aliquod munus negotiumue hominibus iniungit, ad illud ipsum transigendum vim quoque propriam, singulareq. donum impertiri.

Mandasse olim Moyfi Deum Iudaicæ gentis curam, omnium contumacissimæ, illiq. propterea ad hanc prouinciam facile administrandam, mansuetudinem planè singularem addidisse, ex sacris literis nouimus: sicuti & Iosue aduersus Cananæos summam rei militaris prudentiam, summamq. virtutem; Salomoni sapientiam

tiam penè incredibilem, ad gentem sibi creditam regendam: Machabæis animum in impios inuictum.

Ita sanè hominibus sacro ordine initiatis, vnà cum onere gratiam & robur ad onus ferendum necessarium per Episcopi manus impositione Deum tribuere minimè est ambigendum.

Quare cauendum porrò diligenter ipsis est, ne, quod Apostolus monet, gratiam sibi à Deo collatam, in *uacuum accepisse* ostendant, illamque inanem reddant; quam Diuino consilio donatam sciunt, vt illam excitantes, summo pereq. colentes, atque exercentes perpetuò, suam, & aliorum vtilitatem & salutem procurent; tum quidem Iesu Christi Domini gloriam præclaris studijs apud omnes amplificando; tum verò exemplum omnibus quàm optimum proponendo, quo mores vitamque componant: cum illos certè vel ob eam rationem maximè in altissimo dignitatis gradu, quasi in altissimo monte Deus collocauerit, & in conspectu omnium propositos esse voluerit.

Nam vt Nautæ periculosis maris tempestatibus iactati, ad accensas in altis turribus faces iter dirigunt cursumq. contendunt; ita sanè homines varijs infestissimi sæculi agitati procellis, in Sacerdotum vitam ac mores, tantquam in lumina quædam clarissima oculos intendunt.

At verò cum huiusmodi viuendi ratio clericis omnibus debeatur; quoniam tandem pacto se gerere debent Oblati, ad clarissimum istius congregationis institutum vocati, maximaque propterea in hominum expectatione positi?

Hi certè cum ante alios ad præclaras actiones iam hæc Diocesi præcipue præstandas diuinitus vocati censeantur; nisi diligentius ac studiosius vocationem istam obire assiduis vigilijs, indefessiq. laboribus se totos in hominum salutem impendere, cæterosq. demum omnibus in rebus singulari studio superare cõtendant; neque suo muneri, neque diuinæ vocationi, neque hominum expectationi satisfacisse, sibi omnino persuadeant, oportet.

Cum autem in omnibus institutæ congregationis functionibus tales se præstare debent; tum maximè in missione omnium præstantissima. Quare quæ subiiciuntur monita atque præcepta ad missionem pertinentia, perspicere diligenter, planeq. custodire debent.

Principio igitur, quemadmodum periti Agricole nihil in vite relinquunt, quod vel vuarum ortum impedire, vel progressum remorari, vel maturitati officere posse censent, sed illud omne amputant, circunciduntque: sic muneris sui obseruantes adeo esse debent Oblati, vt quæ à Diuini nominis propagatione, atque animarum salute aliena sunt, reijciant profusus, aboleantque.

Quare illud in primis curent diligenter, ne vlla in cultu ostentatio cernatur, nulla in sermo-

ne petulantia, nulla in moribus dissolutio, nulla in vita turpitudò.

Illud deinde maximè referre ad dignitatem clericalem conseruandam meminerint, omni loco omniq. tempore de rebus spiritualibus sermonem sæpè inferre: quod vt copiosius faciliusq. præstent, animam diuinarum rerum assidua commentatione pascant, memoriisque sacrarum historiarum commemoratione exerceant.

Et quocunq. tandem missi fuerint, vultu ibi, incessu, gestu, verbis, omni denique corporis atque animi moderatione, eam viuendi normam præferant ac seruent, quam & institutum congregationis, & Ecclesiastici ordinis ratio, & exemplum quod omnibus optimum præbere debent ad quos mittuntur, ab eis omnino exoptulant.

Sciant autem, se muneris sui partes eò melius executuros esse, quò plus probatæ vitæ exemplo cæteris hominibus præstiterint.

Meminerint verò etiam, magni referre ad hominum salutem, Ecclesiæ sacramentorum administrationem summa cum dignitate tractatam.

Cum enim animus noster rerum sensibus subiectarum aspectu primùm moueatur, ex his autem ad eorum quæ sensus effugiunt, supernaturaliaq. dicuntur, considerationem & amorem homines excitentur ac traducantur; nihil omnino illis prætermitti debet eorum, quæ ad res sacras cum dignitate atque amplitudine extrinsecus etiam tractandas administrandasque spectant.

Vt autem Sanctis Apostolis in huiusmodi missionis genere vnusquisq. Oblatorum magis ac magis pro sua virili similis fiat; quò sub oculis hominum viliora, difficilioraue factu erunt ea, ad quæ obeunda missi fuerint; ac denique quò plus pro animarum salute & Dei gloria pati illos oportuerit; eo alacriori fidentioriq. animo iniunctam missionem amplectatur, exequanturque.

Cæterum vt piè & laudabiliter se gerant, missionisq. munus cum opus erit alacriter suscipiant, diligenterq. obeant, ac denique missionis muneri planè vereq. satisfaciant; Sanctos Apostolos ac discipulos à Christo Domino multoties missos imitari studeant: qui sine vilo humano præsidio subsidiouè, primùm per totam Iudeam missi, diuino auxilio & benignitate freti, iniunctum munus fortiter præstiterunt; atque eam eiusdem prouidentia & cura, spem, animique virtutem conceperunt, vt deinde per totum orbem Christi nomen humanis auxilijs destituti, ferre, prædicareq. non dubitauerint.

Horum igitur Sanctorum Apostolorum præclarum exemplum, diuinamq. mentem imitati, in eum, qui in Christi Iesu nomine illos mit tet, omnem tum viatici, tum cuiusvis alterius rei necessariæ curam omnino reijciant.

Si quid tamen sit, quod illum scire qui mittit



interesse animaduertant; illud eidem, siue Archiepiscopus ipse sit, siue Præpositus sancti Sepulcri, patefacere non omittant.

Auaritiam non solum omnem, sed leuissimam etiam illius suspicionem prorsus fugiant. Redditibus præterea, fructibusq. beneficiorum Ecclesiasticorum, ad quorum curam aliquo tempore gerendam mittentur, se nullo modo inferant.

Sed eo victu contenti, qui sibi ad Reuerendissimi Archiepiscopi præscriptum assignabitur, vel literis patentibus, vel alia ratione explicandum, administrationem reddituum illorum Ecclesiasticorum ab illis geri sinant, quibus id muneris incumbit, iniunctumue fuerit.

Nec verò Oblatorum cuiquam aut emolumentum aliquod a quoquam, munusue vllum ne minimum quidem exiguiq. pretij, aut esculentorum poculentorumue quippiam accipere liceat, quacunq. causa mittantur, & qualiacunq. sint ea munera, quibus ex instituto congregationis Reuerendissimi Archiepiscopi iussu fungi illos contingat; nisi si quid ab eodem Archiepiscopo eidem dari præscriptum permissum ue fuerit.

Neque in Diocesi tantum ista obseruentur, sed in Vrbe quoque, atque in omni prorsus actionum genere, ad quas mittantur.

Quintodecimo saltem die à suo discessu, & de statu suo, & de fructu quem Dominus per eorum labores donare dignatus sit, Præpositum sancti Sepulcri per literas certiores faciant diligenter: Singulis verò mensibus Reuerendissimum ipsum Archiepiscopum, aut Vicarium eius generalem: sed & citius etiam, si quid forte contingat, aut si quid in mandatis habeant, quod eidem celerius significandum sit.

Priusquam autem se itineri committant, patentes literas Reuerendissimi Archiepiscopi à Præposito sancti Sepulcri accipiant: qui tum literas illas, tum alia omnia ad missionem necessaria expediri curet, illisq. præterea à Cancellario Archiepiscopali indicem plebium & locorum quod quisque mittendus est, descriptum accipiens tradat.

Vicarium deinde generalem, Visitatores item generales, ac præterea proprium illius plebis visitatorem ad quam mittitur, si in vrbe sint, conueniant; vt si quid illi forte habeant, quod eis significandum, præcipiendumue sit, ante profectioem accipiant.

In discessu demum à Reuerendiss. Archiepiscopo benedictionem petant, illoque absente, Præposito sancti Sepulcri se sistant atque exhibeant, illorumq. monita omnia accuratè cognoscant, ac tota mente complectantur.

Ad Vicarium Foraneum statim rectè profisciscantur, eique patentes literas exhibeant.

Ab eodem quæ cuique loco ad spiritus auxilium necessaria sint, sciscitentur, cum eodemq. conueniant de diebus, statisque horis, quibus in vnamquamq. illi subditam parochiam ventu-

ri sunt, vt ille interim Parochos suos certiores mature faciat.

Vt Parochus Dominico die, alioque præcedente festo, populo significet, quo die aderit Oblatus, pridieq. illius diei eundem populum de illius aduentu sono campanæ admoneat, demum verò etiam cum aderit, statim eodem campanæ signo illius aduentum significet, eademque ratione ad sacram concionem audiendam cum tempus aderit, populum conuocet, diligenter curent.

Festis diebus, quibus frequentior numerosiorq. populus ad Ecclesiam confluat, atque spiritualibus rebus maius nactus orium facilius incubit, verbum Dei pro viribus diuersis locis horisq. diuersis prædicent; mane scilicet vno in loco, cum missa celebratur; à prandio alio in loco, cum rudiores homines fidei Christianæ docentur principia; & vesperi alio rursus loco, ante vel post salutationem Angelicam, vt frequentia populi occasio suadebit.

Alijs autem diebus, quibus populi secularibus curis implicati, diutius in Ecclesijs immorari prohibentur; summo mane, priusquam homines ad secularia opera accedant, in vna parochiali Ecclesia prædicent; vespere autem illius diei, in altera: nisi forte aliquando propter alium cuius loci vberiore fructum, alicubi diem totum commorari opus esse censuerint.

Nullo tamen loco vltra diem vnum in eius generis missionibus vlla de causa morentur, nisi Reuerendissimus Archiepiscopus aliter iusserit.

Quibus autem locis Concionis causa occupati non sunt, ibi in audiendis Concisionibus, si Sacerdotes sint, atque in alijs spiritualibus curis se totos exercent; homines inter se dissentientes conciliando; vtrum mundè ac decenter sacra loca, vasaque, atque omnis denique suppellex Ecclesiastica custodiatur, inspiciendo; rudiores homines in rebus Christianis instituendo; in Scholis etiam eorum qui Disciplinati vocantur, & alijs huiusmodi hominum conuentibus, ad virtutem religionemq. capeffendam fratres ac collegas hortando; aliaq. eiusmodi officia præstando, quæ ad animarum salutem procurandam accommodata sunt.

Illa verò potissimum quæ sequuntur, tum publice tum priuatim omni studio procurent.

Vt Doctrinæ Christianæ Scholæ in singulis Parochijs instituantur, restituanturue, atque ad præscriptum institutionum ab earundem Priore generali traditarum augeantur.

Vt quotidianæ orationis vespertinæ vsus singulis locis retineatur omnino, & vbi intermissus est, restituatur.

Vt Matutina quoque oratio post auroram statim instituat.

Vt ad Ecclesiam suam omni animi alacritate & liberalitate benè instruendam, & ornandam, atque augendam Ecclesiasticam suppellectilem

ctilem populus vnusquisque promoueat. Vt vel tempore sui aduentus, vel proximo die festo post discessum, qui confessi reperiuntur, sacram sumant Eucharistiam, idemq. deinceps sæpius faciant.

Quin etiam ad peccatorum omnium totius superioris vitæ vniuersalem confessionem repetendam illos studiosè cohortentur; eamque ob causam curent diligenter, vt industria Parochorum, auctoritate Vicariorum foraneorum, ad ea loca ad quæ ipsi mox venturi sunt, vel eodem tempore, vel proximo sequenti die festo, ex vicinis Vicis oppidibus probatior complures vocentur sacerdotes, qui operam suam ad audiendas confessiones omni cura studioq. præsent.

In eam verò etiam curam incumbant, vt, qui sint tum cleri tum populorum mores, ex probatis viris diligentissimè perquirant, omniaq. notent libello aliquo, quæ emendatione egent videantur; de quibus mox cum Reuerendissimo Archiep. opportuno tempore agant. Si quid autem eiusmodi offenderint, quod præfens postulet remedium, Reuerendissimum Archiepiscopum, vel eius Vicarium generalem certiores statim faciant.

Qui Sacerdotes erunt, quotidie Missæ sacrificium celebrè eo loco, in quo concionem sunt habituri: quam quidem diebus festis post recitatum Euangelium statim habeant; cæteris autem diebus ante Missam, nisi aliter faciendum præfens populi suaserit utilitas.

Qui verò Sacerdotes non erunt; tum à Reuerendiss. Archiepiscopo, vel à Præposito sancti Sepulcri, quo die primum ab Vrbe erunt discessuri, tum deinde & singulis diebus festis, & sæpè etiam alijs per hebdomadam, à Parocho loci in quo erunt, vel à socio suo Sacerdote cum bini mittentur, Sanctissimam sumant Eucharistiam.

Cum primum ad aliquem locum peruenerint, statim se ad Ecclesiam conferant, ibiq. ante Sanctissimum Dominici corporis sacramentum per aliquod temporis spatium orent; tum ex Parocho, alijsq. Ecclesiasticis & probis viris, proprios illius populi mores, & abusus, & deprauatas consuetudines cognoscant, vt suis concionibus vberiores fructus ea ratione incolis pariant.

Perpetuò autem apud homines Ecclesiasticos, & Parochos potissimum, hospitentur; vel si Ecclesia vacet, saltem in Ecclesiasticis ædibus, si fieri possit.

Sicubi autem forte Oblatus aliquis alius domicilium habere comperiat, quò ipsi venerint; apud eum maneant, Sacerdotali charitate, frugalitateq. qua excipiuntur, contenti.

Quæ de muneribus reijciendis, deq. literis ad Reuerendiss. Archiepiscopum, & ad Præpositum sancti Sepulcri sæpius dandis, alijsq. multis in missione præstandis præscripta sunt, seruet diligenter; ac præterea etiam quacunq. in ter-

tio libro Constitutionum Oblatorum, cum titulo de pijs exercitationibus singulorum Oblatorum ad disciplina spiritualis incrementum, cum titulo, de exercitationibus ad proximorum salutem iuuandam, notata reperiuntur.

Illud quoque meminerint Dominica voce admoniti, vt *quamcunq. domum ingrediuntur, & pacem illi domui præcentur, & pro ratione suæ missionis, vt vera pax inibi existat, omni officio efficiant.*

Reuersi à missione, Præposito sancti Sepulcri literas patentes restituant, vt eadem iterum, eum denuò mittentur, accipiant.

Hac igitur ratione se gerant Oblati, cum aliò mittentur, hæc omnia seruent diligenter, fideliterq. præsent.

Hæc enim Congregationis Oblatorum præstantiora sunt munera, vtilioresq. functiones: quare & his potissimum ad Ecclesiæ Mediolanensis dignitatem amplificandam, vniuersaque Diocesis utilitatem procurandam, enixè incumbendum est.

In laboribus autem missionum, alij suè alterius generis nauiter suscipiendis atque exequentis, crebrò tum corporis tum animi vires excitent spiritualium præmiorum memoria, quibus Oblatorum tum ingressum ipsum in congregationem, tum singulos hosce labores Sanctissimus Pontifex Gregorius XIII. summa charitate fusè lateq. profectus est.

Atque ea quidem spiritualia præmia, hæc plane sunt.

Concedit enim Summus Idem Pontifex omnibus quidem primum & singulis congregationis Oblatis, qui & nunc, & deinceps vnquam erunt, qui totius antea vitæ peccata confessi, Sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumplerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem.

Iis quoque, qui die festo S. Ambrosij, S. Simpliciani, & Epiphaniæ Domini, Missam deuotè celebrauerint; plenariam Indulgentiam. Præterea in cuiuslibet ipsorum mortis articulo, nomen *Iesus, Maria*, deuotè inuocantibus, plenariam Indulgentiam.

Item quoties sacramenta ministrabant; Indulgentiam vnus anni.

Item quoties ex missione prædicabant; Indulgentiam trium annorum.

Itè quoties exercitationes & functiones alias ad Dei cultum & proximi salutem præstiterint; Indulgentiam vnus anni.

Item quoties ex congregationis instituto simul congregati, collationibus, colloquijsue spiritualibus, aut lectionibus sacris, hortationibusque, aut alijs pijs exercitationibus, per semihoræ spatium vacauerint, aut ad canendas litanias, aut recitandum Antiphonam Beatæ Mariæ, *Salve Regina*, vel aliam pro temporis ratione; Indulgentiam centum dierum.

Item quoties examen conscientia agent, futuræ meditationis argumentum accipient, aut

rationem peractæ meditationis confessorio aut Praefecto spirituali reddent; Indulgentiã vnus anni.

Item quoties Rosarium Beatæ Mariæ Virginis recitauerint, qui consueuerint saltem singulis Sabbatis, & vigilijs festorum dierum eiusdem Mariæ Virginis illud recitare; Indulgentiam vnus etiam anni.

Item quoties pro Oblato defuncto ex instituto Congregationis orabunt; Indulgentiam trium annorum.

Item quoties peccata confitebuntur, aut Misfam celebrauerint; septem annorum Indulgentiam.

Quantum peccet, qui præscriptas constitutiones non seruauerit. Cap. 11.

Qvod autem ad harum præscriptionum Constitutionumq. vsum tenendum ac seruandum attinet, licet ad præclaram animi institutionem, atque ad veræ religionis, omniumque Ecclesiasticarum Virtutum consecutionem, progressumq. spiritualem, perutiles atque per necessariæ illæ sint; si quem tamen eas aliquando non seruare contigerit, nõ plus illum tunc peccare declaratur, decerniturque, quàm præuaricationis ipsius, operisue in quo peccatum est, ratio aliàs postulare.

L A V S D E O.

Institutiones Seminarij, quæ hoc loco imprimenda erant, propter nonnullum impedimentum coacti sumus in finem vsque huius quintæ Partis differre.



CON-

CONSTITVTIONI E REGOLE

DELLA COMPAGNIA E SCVOLE,

DELLA DOTTRINA CHRISTIANA,

Fatte dal Cardinale di Santa Prasse, Arcivescovo, in esecutione del Concilio Secondo Prouinciale, per uso della Prouinciadi Milano.

Delle parti e condizioni, che hauere deuno gli operarij e fratelli della Compagnia & Scuole della Dottrina Christiana. Cap. I.



NON può ben essere esercitato vn' officio & mestiero d'importanza, se nõ da qualificate persone, quali habbiano, ò tutte, ò almeno le principali condizioni, che per ben essercitarlo sono necessarie; Hora essendo l'insegnare la Dottrina Christiana cosa diuinissima, secõdo il testimonio che ne fa S. Dionisio Areopagita, per esser non altro, che vn cooperare con Dio, à ridurre l'anime al suo primo principio, & vltimo fine, che è Dio stesso; è necessario, che gli fratelli & operarij in questo essercitio siano qualificati, & che procurino hauere le condizioni principali almeno, se non ponno hauer tutte quelle, che sarebbero à così diuino officio necessarie.

Et accioche possi ciascuno queste condizioni sapere, & se non le hanno, eccitarsi à conseguirle; sarà bene porle nel principio di questo libretto, nel quale della Compagnia, & delle Scuole della Dottrina Christiana si tratterà; & potrà seruire à ciascun de fratelli questo principio, come per un specchio, nel quale procuri vedere in parte i suoi difetti; & quanto sia atto à questo essercitio, ò più tosto quanto gli manchi per poter in esso perfettamente essercitarsi.

La prima conditione dunque, che hauer deuno i fratelli di questa compagnia, è, che douerebbero esser in vn certo modo luce del mondo. Perche se bene l'esser luce del mondo, propriamente à Sacerdoti, & ad altri officiali, & ministri della santa Chiesa s'appartiene; nondimeno i fratelli lodetti, & cooperatori deuno essere nelo stato e grado loro ancor essi in qual che modo come luce per illuminare gli ignorantissimi con la Dottrina che à loro insegnano, & con il buon essempio di vita, & edificatione de buoni e di santi costumi, che à tutti darano.

Secondo, perche senza amor verso Dio Signor nostro, si come operare non si può cosa che à lui sia grata; così ne si può cominciare ad operar bene in questa impresa senza charità, ne manco perseverare in essa; per questo deuno i fratelli di questa Compagnia in questo amore verso Dio esser molto segnalati, & di esso tutti accesi & infiammati; con ogni studio e diligenza cerchino essaltare l'honore & gloria della Diuina Maestà, non lasciàdo per questo alcun modo & mezzo à loro possibile, & arto per farlo.

Terzo, è necessario c'habbiano gran zelo della salute delle anime ricomperate col pretioso sangue del Saluator nostro Giesu Christo: questo zelo sarà manifesto, quando si vedrà, che ciascuno infiammato di desiderio, che non si perdino quelle anime, le quali con così grande precio sono ricomperate; con ogni studio e diligenza s'affaticarà, & essercitarà fruttuosamente in questa opera.

Ma se per lo contrario si vedrà tepido, freddo, e negligente in questo importante seruigio di Dio, si scorgerà esser in lui poco zelo della salute delle anime, & esser poco atto à questo essercitio.

Quarto, bisogna c'habbiano suiscerata charità verso tutti i prossimi, la quale mostrano col'affaticarsi, & adoperarsi in tutte quelle cose; nelle quali giudicaranno poter aiutare; e col rallegrarsi del bene di ciascuno, come del suo proprio; e dolendosi d'ogni male e trauaglio nel quale si ritrouassero, come se loro stessi nel medemo trauaglio fossero.

**H**ORA vigesimaquarta signo dato, omnes in cubiculum se recipiant, spatio duarum horarum cum dimidia, studijs operam daturi. Hoc etiā tempore repetitiones habeatur; Superiorū scholarū vniciq; classī trium horæ quadratiū, inferiorū integre horæ spatio attributo.

Inde ad cœnā ibitur: post cœnā hora relaxationi animorū detur, ita tñ vt extremo huius horæ quadratē, meditationis matutinæ ratio reddat.

Conueniant hinc omnes in Ecclesiam, vbi futuræ meditationis argumentum accipiant.

Postea quadrantis horæ spatio conscientiaē excutiendā assignato, alter quadrans recipiendis in lectum detur.

Hora vndecima cū dimidia, surgat is, qui alios excitare debet, & statim Præfectorū lucernas accendat; ab eoq; sub duodecimā horā signo surgendi dato, semihora ad vestes induēdas, abludas manus & sternendū lectū, concedatur.

His peractis semihora mentali orationi; quadrās officio Beatiss. Virg. persoluendo assignetur. Sub horam decimam tertiam studia resūmatur.

donec signo Braidenſi scholarū dato, ad Missam omnes statim conueniant; qua audita partim ad gymnasia domestica se conferant, partim Braidam eant, hora lectionibus, quas audiunt in Collegio Braidenſi præſinita.

Braida reuerſis alijs, qui domi in scholis sunt dimittentur, ac è vestigio purgatis Dormitorijs, ineatur prandium.

A prandio vnus horæ spatio cessetur à studijs, ac lectiones cantus tum figurati, vt appellant, tū firmi habeantur; quibus absolutis, omnes in cubiculum se recipiant, ac ibi Braidenſe signū scholarum expectent; Hoc audito omnes ad scholas eant, distinctis interuallis iuxta classes quibus adscripti sunt, vt de Matutino tempore dictum est. Braida domum reuerſi, vesperarum, & completorij preces persoluant, tum studijs operam dent, donec ad repetitiones signo dato vocentur.

*Æstiuo tempore.*

**M**ANE post horam septimam cum dimidia signo surgendi dato, seruetur eadem distributio temporis, quæ hyeme, vsque ad finem recreationis, quæ agatur vnus horæ spatio cum dimidia: quo tempore partim Musica, partim scribendi arti addiscendæ vicissim dent operam, semihora vniciq; exercitationi præſinita.

Post recreationem semihora quieti detur, tum vocentur ad repetitiones, eadem ratione quæ superius exposita fuit: deinde vsque ad signum scholarum studijs opera detur.

Vt Braida reuerſi sunt, Vesperarum, & Completorij precibus persolutis, ad cœnam eatur, seruatō post cœnam ordine superius explicato.

*De Vacationibus, ac diebus ad relaxandum  
animum assignatis. Cap. VII.*

**V**ACATIONES ne dētur antè natiuitatē tem B. V. ac non nisi absoluta à Reuerendiss. Archiep. visitatione; differaturq; ad summū vsque ad diē festum S. Luca: quo tempore Clerici omnes in Seminariū reuertantur; neq; cuiquam sine facultate diutius abesse liceat.

Singulis hebdomadibus, die nullo festo interueniente, dies Iouis relaxationi animorum assignetur: ac eo die hyberno quidem tempore manē scholæ habeantur; nec æstiuo tempore permittatur adolescentibus, vt toto die ludāt, sed manē & vesperi certā horā dent ambulationi.

Cū aliqua de causa ad domesticos lares ire contigerit, ibi per aliquos dies mansuri, sine literis commendaticijs Reuerendissimi Archiepiscopi discedere ne liceat; ac in reditu testimoniales literas reportent, quibus de eorum actionibus testatum fiat, ac ijs præcipuē capitibus respondeatur, quæ in commendaticia epistola continebantur; Quarum literarum exemplum infra ponetur, & appetente Vacationum tempore, tot quot opus fuerint pro numero  
Cle-

*Formula Epistolæ commendaticiaē ad  
Parochos.*

Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Praxedis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia  
Archiep. Mediolani.

**R**euerende Parochæ. Cū hoc tempore, vt valetudinis ratio postulat, dilectis in Christo nostri Seminarij Clericis ad suos lares redeundi facultatem fecerimus, vt ingenij, corporisq; vires, assiduis studiorum laboribus defatigatas per dies aliquot reficiant, instaurantue: (sed ita tamen, vt relaxatio ecclesiasticam disciplinam redoleat) quo vegetiores ad intermissa literarū studia reuertantur: Ioannem Perniscum eiusdem Seminarij alumnū istuc proficiscentem his tibi literis commendamus; atque iubemus, vt quamdiu istuc morabitur, eius totam viuendi rationem diligenter obserues, atque hæc præcipue.

*An quotidie, mane & vesperi orationi vacet.*

*An singulis quindecim diebus peccata sua probato sacerdoti confiteatur, Sanctissimamq; Eucharistiam sumat.*

*An diebus festis Missa conuentuali, reliquisq; officijs in Ecclesia tua superpelliceo indutus religiosè interſit, inferuatq;.*

*An ordinum, quibus est initiatus, functiones frequenter exerceat.*

*An doctrinam Christianam in ecclesia tua horis statutis doceat singulis diebus festis.*

*An clericali vestitu talari decenter utatur, & eum iugiter deferat, tonsuramue gestet.*

*An aliquod armorum genus deferat, vel quippiā aliud in concilijs nostris clericis prohibitum committat.*

*An cum laicis, & præsertim mulieribus, versetur.*

*Hæc, & si quæ sunt alia, à te quàm diligentissimè animaduerti volumus.*

*Vbi verò redeundi tempus aduenit, tu literis sigillo tuo munitis, prius tamen Vicarij foranei approbatione subscriptis, quidnam in singulis dictis capitibus, aut alia in re excessus vel defectus extiterit, (super quo conscientiam tuam oneramus) sigillatim nobis cumulatiſſimè significabis.*

*Illud te admonemus, hoc nobis ita cordi esse, vt si vnquam aliàs, hoc tempore in primis à te præstari diligentissimè velimus. Dat. Med.*

*Formula Epistolæ commendaticiaē ad  
Vicarium Foraneum.*

Carolus &c.

**A**dmodum Reuerende Vicari. Quàm valde de Clericorum qui in Seminario viuunt, recta institutione solliciti sumus, vel ex hoc

clericorum exscribantur, vt opportunè paratæ sint, ac clericis abeuntibus dentur perfectæ.

Quo tempore dū abfuerint, exteriori veste nigri coloris semper vtantur, nisi in itinere, aut per pluuias. Superpelliceum secum ferant, & vbicunq; fuerint, saltem diebus festis eo induti in Ecclesia Parochiali diuinis officijs interſint.

Locus aliquis per emptionem, aut permutationē comparatur, in quo omnia, quæ inferius scripta sunt, ædificari possint, etiam si nulla ibi sit fabricæ structura.

Nam successū temporis, aliqua applicatione Seminario facta, aut aliqua re legitime alienata, facile sine detrimento Seminarij ædificium exstruetur.

Sit primū intrā fines Portæ Orientalis, aut Nouæ, si fieri possit, vbi maximè salubre sit cœlum, ac ab vrbe saltem mille passus distet.

Situs sit iugerum octoginta, vel ad minimum septuaginta.

Vndique pariete, aut firmissima sepe saltem cingatur.

Loco sit ab externorū aspectu libero, vt ne à quoquam vicinorum, quid intus geratur aspicere possit.

In ædificio hæc sint:

Sacellum honesto loco ad Missæ sacrificium celebrandum.

Triclinium, in quo commodè duo mensarum ordines construi possint, ea latitudine, & longitudine, qua decet, caminumque à capite habeat.

Culina, ac in ea puteus.

Cella vinaria exigua, in qua vini quantū satis sit, & ligna asseruentur.

Promptuarium, in quo supellex domestica, panis, ac huiusmodi alia reponantur.

Cubiculū paulò maius cum camino, vt si ventus vehemens, aut turbulenta tempestas & perſtrigida sit, in id se recipiant.

Cubiculum alterum, vnus aut alterius lecti capax.

Porticus tres superius tectæ ad recreationes distinguendas, quò se conferant, si repentinus imber exoriat, aut magni ætus sint; vel duæ saltem in præsentia.

Domiciliū separato loco, in quo villicus, seu loci custos habitet.

Solum transuersis vijs latis ad regulā directis, quadrato interuallo decenter distinguatur; quæ propaginibus vitium altius præteritis contegantur; sitque vndique vitibus, variisque frugiferarum arborum generibus confitum.

Duæ exiguæ tabulæ coniunctæ, in ijsq; singulis bina scaphia distincta.

perspicere potes, quod non ijs solum literis contenti, quas ad Parochos damus, ad te etiam perscribere voluerimus; ut cognita nostra cura, quam habemus de istis, qui aliquando futuri sunt huius Ecclesie Ministri, hoc in primis tempore, quo veniendi domum facultatem habuerunt, eorum qui sub tuo degunt Vicariatu, & quorum nomina subijciuntur, totam viuendi rationem per te & per alios diligenter obserues. Et quamuis Parochis mandauerimus, ut literas quas ad nos missuri sunt, prius ad te approbatas, & subscriptas mittant; volumus tamen, ut ipse etiam priuatim de toto illorum vite genere nos cumulate certiores facias, pariterque quo die literas nostras tibi, Parochisque presentarint. Dat. Mediolani. &c. Ioannes Francus, filius Ambrosij N. filius N.

De Visitatione. Cap. VIII.

Quo tempore habenda Visitatio Seminarij.

HEBDOMADA Resurrectionis, ac circiter festiuitatem Natiuitatis B. V. Reuerendissimus Archiepiscopus adhibitis in consilium Deputatis, generalem Visitationem habeat; in qua delibere, quae ad Clericorum eiusdem Seminarij institutionem, disciplinam, mores, studiorum progressionem, rerumque temporalium administrationem attinent.

Quae in ea peragenda.

Visitationis initio, si libuerit, Ecclesiam, & Sacristiam visitet. Deinde examen fiat adolescentum, ab his quos idem Reuerendissimus constituerit, adhibitis rerum spiritualium praefectis.

Clericorum examini, & ratio examinandi.

Examinatores, ab his qui maioribus disciplinis operam nauauerint, Primò de materijs, quae illis explicatae fuerint sciscitentur; tum rursus datas responsiones nouis quaestibus virgeant, ut inde colligatur, quos in ijs studijs progressus fecerint.

Qui Rhetoricæ, & scholis inferioribus adscripti fuerint, omnes aliquid iuxta suarum Classium ordinem componant, separatim, distinctis locis, ijsque clausis; nec inde prius exeant, quam scriptioes ei, qui ad eas colligendas deputatus fuerit, dederint.

Quas deinde singuli coram examinatorum praefectis legent.

Postea Rhetoricis auctor aliquis latinus detur explicandus, Orationes nimirum Ciceronis, aut aliquis ex Poetis.

Tum etiam aliquid inquireretur de praecipuis artibus Rhetoricæ, ac de Graecis literis.

Idem ordo adhibeatur (ratione tamè Classis habitae) in eorum examine, qui in prima, aut secunda Humanitatis Classe versati fuerint.

Qui Grammaticam non excesserint, illis aliqua ex Epistolis Ciceronis familiaribus explicanda proponatur; deinde quam in praecipuis Grammaticæ periti sint, exploretur.

Ratio status eiusque describendi.

Ut quisque hac ratione examinatus fuerit, quod specimen ingenij & doctrinae dederit, in sta-

tum referatur: cuius hæc erit formula: N. filius. N. loci. N. Pleb. N. Med. Dioc.

Annorum. &c. completorum, die tali, mensis N. anni, prout fuerit.

Initiatus vel non. Ponantur ordines.

Receptus die tali, Mensis N. Anni N.

Parentes habet superstites vel non, fratres, sorores, tot quot fuerint.

Patrimonium tenue, mediocre, pingue vel nullum.

Soluit nihil, vel quid soluat.

Adscriptus est Classi Primæ Humanitatis, vel secundæ, aut dat operam Theologiae, vel Metaphysicæ. Ponatur tempus quo primùm huic Classi adscriptus est.

Diligentiæ. Mediocris, vel &c.

Ingenij. Boni, vel.

Memoriæ. Bonæ, vel

Spei Bonæ, vel exiguæ.

Talentum habet ad concionandum &c.

Examinatus. die tali &c.

Si sit ex aliqua inferiori Classe.

Compositione. } satisfecit parum, vel mediocriter.

Præceptis. } Auctoris explicatione. Idem dicendum de cæteris.

Si grauioribus studijs, puta Theologiae, aut Philosophiæ dat operam, ponatur ita

Benè, vel malè respondit, Apprehendit.

Discurrit.

Et soluit obiecta.

Ad hæc, certior fiat à Rectore de disciplina, & moribus cuiusque, ac singulos separatim alloquatur: quæ sit eorū mens, quis sensus, quam in vocatione stabilis inquirat, ac si quid aliud præterea scire voluerit.

His omnibus absolutis, & cognita per examen cuiusque peritia, Reuerendissimus Archiepiscopus statuatur, an ad maiores Classes promoveri debeant: tum præterea delibere, si qui alicui ministerio, aut beneficij Ecclesiastici, aut docendi, aut alterius rei addici possint.

Rursus si qui propter nullam aut exiguam in literis aut moribus progressionem, acriter puniri debeant, aut etiam si opus fuerit, è Seminario expelli.

Quæ postquam constituerit, subducta ratione vacantium locorum, decernat, an sint aliqui in huiusmodi loca è Seminarijs foris substituenti; aut si alij recipiendi, qui à Vicarijs foraneis, vel à Visitatoribus propositi fuerint, aut qui libellos supplices obrulerint.

De Rectoris administratione, ac de cæteris officialibus Seminarij percunctetur, an benè & diligenter omnes suis muneribus fungantur; ut si quid opus fuerit, provideat.

De alijs præterea, quicunque aliquid in Seminario officium gerunt, quærat, an omnes munus suum fideliter ac diligenter exercent; ac si opus esse viderit priuata monitione, aut ob-

Alia quædã in visitatione præstanda.

jurgatione, aut mutatione, omnes perturbationum causas tollere studeat.

Tum adscitis rerum temporalium deputatis, rationes accepti & expensi diligenter inspiciat, & alia ad temporalem administrationem spectantia cognoscat: si quid in his omnibus inuouandum constituendumue sit, decernat.

Præter hanc generalem visitationem tertio quoque mense saltem, nisi iusta causa impeditus sit, Seminarium inuisat, iuxta Prouincialis Concilij secundi constitutionem.

Tit. 2. decr. 25. pag. 68.

Mittat etiam nonnunquam peritos homines ex tẽpore, qui lectiones cuiusvis generis audiant, & adolescentum exercitationibus literarijs intersint; ut qua ratione in studijs progrediantur, animaduertant.

De Clericis in Seminarium recipiendis. Cap. IX.

Quæ cauenda in receptione Clericorum.

MAXIMA cautio adhibenda est in eo precipuè, ut idonei Clerici in Seminarium recipiantur: neque solum ingenium, & habitas ad studia literarum, functionesque Ecclesiasticas exercendas spectetur; sed multò magis morū ac disciplinæ in singulis ratio habeatur. Quales enim ij fuerint qui admittentur, tales prorsus è Seminario fructus existant.

Quo tempore clerici in Seminarium admittendi.

Quocirca quamuis Reuerendissimo Archiepiscopo liberum sit, quouis tempore clericos in Seminarium recipere; vtilius tamen videtur fore, si id tantum paucis ante vel post Resurrectionis Domini nostri solemnitate, & Natiuitatis B. Virginis festiuitate diebus faciat.

Tunc enim, cum Visitatio generalis, ut supra expositum est, ab eodem sit habenda, ex omnibus qui admitti petierint, ij precipuè seliguntur, qui experimento examinis facti, & Inquisitionibus de ijs diligenter habitis, præ cæteris idonei iudicati fuerint.

Præstada ab ijs qui petunt admitti.

Qui verò in Seminarium optabunt admitti, Vicarij item Foranei qui aliquos proponunt, mense saltem antè prædictos solemnnes dies ad Reuerendissimum Archiepiscopum tabellas supplices deferant: in quibus descriptum sit nomen & cognomen eius qui petit admitti, Patris, Parochiæ, Locij, & Plebis, si ex Diocesi sit; Portæ, si in Ciuitate domicilium habeat.

Ratio examinis admittendorū.

Reuerendissimus Archiepiscopus tabellis supplicibus acceptis, mandet (si in eis recipiendis consueta ratione uti voluerit) ut Rectorem Seminarij adeant, ac coram eo à Præfecto studio rum, alijque ei muneri præpositis, ea ratione quæ infra exponetur, examen subeant; ut Visitationis tempore, eorum status, tum quoad scientiam & eruditionem, tum quoad mores & pietatem confici possit.

Cum quis in examen venerit, eius ætas potissimum spectetur; cum nullus in Seminarium magis recipi debeat, qui Philosophiæ, & Theologiæ studia perficere commodè non possit; nisi aliter Reuerendiss. Archiepiscopo videatur aliqua iusta de causa.

Quindecim annos nati, primæ Classi Grammaticæ aut idonei sint, aut saltem sex mensium ad summum spatio habiles futuri sint.

Qui decimum sextum compleuerint, apti sint, qui saltè gymnasio Humanitatis adscribatur. Qui prouectiores fuerint, si decimum octauum attigerint, poterunt admitti ad primam classem Humanitatis: qui verò hanc ætatem excesserint, apti sint ijs classibus, quæ supra dispositæ sunt vbi de studijs agitur, seruatis conditionibus ætatis, eorumque omnium quæ requiruntur in ijs, qui sunt ad eas classes promouendi.

Examẽ autem omnino exactè fiat, ea ratione, quæ hoc loco præscribitur.

Primò quidem efficiat examinatores, ut is de quo examen faciendum est, Latinum aliquem auctorem explicet: deinde vulgari sermone præscriptum aliquod thema in latinam linguam conuertat: Postremò ab eo præceptorum Grammaticalium rationem exquirant: nisi fortasse altioris eruditionis cognitionem præferat. Proponetur item vnicuique aliquid, quod memoriæ mædet, idque maxime si adulta ætate sit; ut ex eo, quid ingenio consequi possit perspicatur.

Examine peracto, vniuscuiusque status conscribentur in hanc formam.

Ratio status eorum conscribendi.

Antonius Ripa filius Ioannis loci N. Plebis. N. Med. Dioc. si verò sit Ciuitatis; Portæ Nouæ, Par. S. Bartholomæi.

Annorū 15. vel 16. &c. Ætas autè habeatur ex processu ætatis & nataliū agitato, ad formam præscriptam à nobis, prout infra dicitur.

Initiatus, vel non.

Parentes habet superstites, vel non, fratres, sorores, apponendo numerum singulorum.

Patrimonium, nullum, vel tenue, vel mediocre, prout in facto erit.

Beneficium obtinet vel non.

Duodenam soluet, vel non, & quamnam.

Ingenij } Boni, vel mali, mediocris vel debilis: in vnoquoque horum triū, prout in examine comprehendetur.

Memoriæ } Peticia autem cuiusque sublequenter describentur in hanc formam.

Spei } Examinatus suprascriptus.

In expositione Auctoris Repertus fuit infra mediocritatem; Intelligens linguæ latinæ, vel mediocriter, vel supra mediocritatem, &c.

In Præceptis Grammaticæ non excessit aduerbia, vel participia, &c. Et in his vel infra mediocritatem, vel mediocris, &c.

In compositione idem seruetur.

His cõfectis, Rector (nisi malit Reuerendissimus Archiepiscopus hoc munus alteri delegare) de eius vita & moribus, si in Ciuitate habitet, à Præfecto Portæ, alijque probatis viris; si externus sit, à Vicario Foraneo, alijque fide dignis testibus secretò cognoscat, atque hæc potissimum diligenter inquirat.

Inquirenda est ca vitæ, mores &c. admittendorum.

An singulis saltem mensibus peccata sua probato



bato Sacerdoti Confessus sit, Sanctissimamq. Eucharistiam sumplerit.

An Scholis Doctrinae Christianae in Ecclesia statutis diebus ac horis interfuerit.

An talari vestitu ad praescriptam formam vsus sit, ab eo tempore, quo concessu Reuerendissimi Archiepiscopi Clericalem habitum induit; cuius etiam licentiam scriptam exhibeat, antequam in Seminarium recipiatur.

An diebus festis in Ecclesia superpelliceo indutus, diuinis officijs religiosè interfuerit, seduloq. interfuerit.

An ludum literarium frequentauerit; huiusq. rei testimonium etiam à praepatore ipse afferat.

An cum laicis versatus sit; ac ij, quibus moribus praediti.

An arma ferat, aliaq. huiusmodi.

His perfectis, Rector quidquid cognouerit, Reuerendissimo Archiepiscopo significet, eiq. simul statum exhibeat, vt ipse de eo admittendo vel reijciendo decernat, prout visum fuerit.

Paranda à Clericis anteq. Seminarium ingrediantur.

Admissi à Reuerendissimo Archiepiscopo, antequam in seminarium recipiantur, dent idoneum fideiulorem ad praescriptam formam vt infra, cuius etiam rei fidem seu testimonium scripto exaratum Rectori afferant.

Si verò aliquid pro victu soluant, dimidia partem representent.

Omnia praeterea antequam ingrediantur sibi comparent, quae in sequenti tabella continentur, atque haec ad formam in constitutionibus praescriptam.

Breuiarium, Diurnum, officium B. Virg. atque eorum ritu Ambrosiano.

Corona.

Tabella, in qua sacra imago aliqua sit depicta. Vasculum ad aquam benedictam continenda. Vestes exteriores duae lanear, violacei altera, altera nigri coloris.

Interiores item duae, quarum altera hyemis tempore, altera aestate deferatur.

Illa è panno laneo crassiori, haec è subtiliori (vulgo sarza appellant) sit confecta.

Epitogium, seu vestis domestica, iuxta praescriptam formam.

Pallium, quod ferratolum appellant.

Pileus ad formam, & birretum, cuius interior pars nigri tantum sit coloris.

Cingulum, quod nec sericum sit, nec reticulatum, sicut neque vincula tibialium.

Sex ad minimum indusia, quorum collaria, nec crispata sint, nec villo artificio elaborata.

Manutergia duo, aut tria: Sudariola tot, quot opus fuerint.

Cóciones alicuius probati auctoris, & liber aliquis de rebus spiritualibus conscriptus; prout superiori videbitur; ac ij praeterea omnes, quibus in gymnasio necessarid vti debent.

Lectus, capsa, scrinium maius & minus, scabellum iuxta formam Seminarij, Culcitra stramentitia, Anaclinterium, lintea, lodices ad vsu-

tum hyemalis temporis tum aestiu, ad formam Seminarij.

De fideiussore dando ab ijs qui Seminarium ingrediuntur, ac testimonio aetatis exhibendo.

Cap. X.

**N**VLLVS in Seminarium recipiatur, nisi prius idoneum fideiulorem dederit; qui pro eo spondeat, non solum quoad representationem pecuniarum singulis sex mensibus, quas pro victu soluere debet; sed etiam vestitu iuxta Seminarij constitutiones: Et qui, si Clericus è Seminario sine facultate Reuerendissimi Archiepiscopi discesserit, aut propter improbitatem, aliamue eiusmodi causam expulsus fuerit; in his omnibus, & singulis, aliisque in formula cautionis consueta praescriptis, si quid horum contigerit, teneatur pro victu soluere, quaecunq. eo nomine Reuerendissimus Archiepiscopus, aut eius Vicarius iusserit, pro eo tempore vniverso, quo in Seminario commoratus fuerit.

Fideiussores ne accipiantur, nisi domicilium in Ciuitate habeant & ad praescriptam formam approbati, & collaudati.

Omnes aetatis, & natalium testificationes scriptas, ac illius iudicio, qui a nobis constitutus fuerit, probatas afferant; quas nisi eiusdem subscriptione signatas exhibeant, ne recipiantur.

In aetate Clericorum exscribenda, notetur expressè dies, mensis, annus, quo quisq. natus fuerit, hoc modo.

Natus die . . . mense . . . & anno . . .  
. . . vt constat ex processu approbato: quod possit facile, quotiescunq. opus sit, subducta ratione, haberi aetas vnusculiusq.

Poterit tamen haec diligentia praetermitti, si ex libris Matrimoniorum & Baptismorum testimonium probatum extet: ex quibus describatur ad verbum exemplum verborum, quibus testatum sit, Matrimonium inter parentes eius qui recipiendus est, contractum esse, & insuper diei quo quis talis baptizatus est; quod eum ex legitimis nuptijs esse procreatum probetur, ac eius aetas inuestigetur.

## SECUNDA PARS

Quae ad Officiales Seminarij pertinent.

De Officialibus in genere.

Cap. I.

**S**EMINARIJ Officiales, alij Ecclesiastici, Laici alij esse debent; qui cum omnes vitae integritate conspicui, tum praesertim Ecclesiastici, vita & moribus probati sint, & in his quae eorum muneris sunt, exercitati: qui, si fieri possit, omnes ex Oblatorum Congregatio-

ne deligantur, ac potissimum Rector eiusdem omnino sit congregationis.

Rector igitur praeter ceteris sit aetate prouectus, auctoritate grauis, spectata probitate, ab omni onere residendi solutus, peritus disciplinae clericalis, ac eius praecipue, quae ad Seminarium spectat; maximeq. expediret, vt ex eorum numero deligeretur, qui olim in Seminario fuerint instituti; atque Ecclesiasticae Disciplinae retinens, ac studiosus; & in ijs sit intelligens rebus, quae sunt temporalis administrationis; omnium primus, eiq. ceteri cuiuscunque ordinis, tam qui in Seminario praecipuo, quam qui in alijs degunt, in functione munerum suorum, ac in omnibus prorsus rebus, quae ad Seminarium referuntur vtilitate, obtemperare teneantur. Minister, qui Rectoris vices gerat, thesaurarij etiam, si modò idoneus sit, fungatur officio. Confessarius.

Praefectus studiorum, qui item bibliothecae curam gerere poterit.

Praeptores tot, quot ad earum classium, quas supra disposuimus, institutionem requirunt. In singulis cubiculis bini praefecti ex clericis ipsis à Rectore constituantur: qui eos potissimum seliger, quos longo vsu, pietate & prudentia praestare ceteris cognouerit; disciplinae, ac progressionis Seminarij amantes.

Eisdem pro suo arbitrio mutabit, & amouebit, vt Seminarij rationibus expedire cesserit.

In Canonica, & alijs Seminaris forensibus sint Vicarii ministri qui Rectori pareant, & illi regiminis, & omnium rerum quae illic aguntur, rationem reddant; sicut & ministro in ijs quae ad eius officium pertinent.

Constituantur praeterea hi decem inferioris ordinis serui: obsonator seu emptor, dispensator, lanitor, Vestiaris, qui etiam aegrorum curam gerat; cellarius qui etiam triclinii curam habeat; famulus Rectoris, qui ab eo non impeditus, alia etiam domestica prout opus fuerit munera praestet: Pistor, scopator, qui Pistori in pane conficiendo auxilietur; coquus, subcoquus. Hos autem Rector, eodem modo prout visum fuerit, mutabit, & è Seminario dimittet.

Ad hanc item normam dirigatur Seminaris Canonica, & eorum quae in Diocesi sunt, administratio.

Praeter hos, qui domi officia obtinebunt, conducantur duo magistri (si quidem in Seminario ad id muneris idonei non reperiuntur) à quibus in cantu, & scriptione clerici erudiantur: Medicus certus, qui aegrotos curet: Chyrurgus, siue tonsor, qui venam secet, cum opus fuerit, capillos tondeat, aliaq. sui muneris officia praestet.

Ratiocinator, qui rationibus subductis summam reddituum & expensarum Seminaris coficiat, ac in libro maiore conscribat.

Deligantur etiam qui negotia praediorum Seminaris procurent.

Quibus omnibus certa merces a Reuerendissi-

mo Archiepiscopo constituatur, adhibito etiam Deputatorum consilio.

Hos autem omnes Rector ne mutet sine Reuerendissimi Archiepiscopi facultate.

Illud praecipue Sacerdotes omnes contendant pro viribus, vt clerici eum finem, qui expectatur, assequantur: ideo cauebunt, ne quid committant, quod ab Ecclesiastica disciplina, & Seminaris institutionibus alienum sit, quodue illorum mores corrumpere queat.

Quamobrem obseruantissimi sint institutionum Seminaris, quae de communi vita, pietate, disciplina & moribus praescriptae sunt.

Singuli onus sibi iniunctum exequantur: quod si interdum impediti fuerint, Rectorem commonefaciant.

Quotidie, nisi legitime impediti, in Ecclesia Seminaris Missae sacrum ad praescriptum tabellae in Sacristia asseruandae faciant: foris autem ne celebrèt, nisi facultate à Rectore obtinuerint.

Non recipiant, neque alii offerant aliquid, quod ad Seminarium attineat, etiam si esculentum poculentumue sit, nisi prius impetrata facultate Rectoris: neque curent rem aliquam Seminaris singularem, nisi illa ab ipso Rectore vel Ministro fuerit concessa.

Familiaritatem Clericorum non ament, neque cum domo exierint, aliquem socium in scio Rectoris deligant, vel ducant.

Cum Mediolano aliquando discedere cogente necessitate acciderit, Rectorem admoneant, & clauas, aliaq. res ad vsu domus necessarias illi vel Ministro restituant.

Extra aedes Seminaris cibum ne capiāt in scio Rectoris, neque in priuatis cubiculis.

Domo egressi, ante Salutationis Angelicae signum redeant.

De Officio Rectoris. Cap. II.

**I**LLVD sapius Rector animo repetat, quam graue suis humeris onus incumbat; cum ab eorum qui in Seminario viuunt recta institutione, totius Diocesis reformatio pendeat.

Quapropter, vt qui illius fidei commissi sunt, eos è Seminario fructus percipiant, quos ecclesia sancta, ac Tridentinum praecipue Conciliū sibi proposuit; quam diligentissimè curet, vt in se ipso eas ad viuū virtutes exprimat, quas in clericis requiret; ita ut qui illi subiecti sunt, in eo tanquam in speculo expressam videant eius vitae imaginem, quae illis omni studio sit effingenda: memineritq., exemplum viuam esse Doctrinam; nec sibi minus cum taceat quā cum loquatur, esse alios ad pietatē incitandos.

Diuinæ in primis gloriae amplificationem, clericorum in omni virtute perfectionem semper ante oculos habeat, & ad eum finem omnes cogitationes referat, & curas.

Studeat, vt quae ad spiritualem progressum spectant, rectè atque ordine administrentur; vt quotidiana, aut alia statæ exercitationes, nisi

necessaria de causa non intermittantur.  
Curam omnium collegiorum eiusdem Seminarii primam & præcipuam habeat.

Interrogatus a Reuerendissimo Archiepiscopo de vniuscuiusq. clerici statu, quæcunque is scite voluerit, fideliter aperiat; præcipue si de ordinibus ei conferendis, aut eo ad curationem animarum mittendo Reuerendissimus Archiepiscopus cogitet; caueatq. præsertim, ne aliquid gratiæ tribuat.

Si quid alicuius momenti, aut exequi aut innovare necesse sit, non nisi re cum Reuerendissimo Archiepiscopo communicata id faciat, eiusq. auctoritatem, & consilium sequatur; quod idem feruet, si contingat aliquid, cui ipse solus occurrere non possit.

Reuerendissimum Archiepiscopum sæpè adeat, etiam non vocatus; vt ab eo si quid ad Seminarium pertinentem constituere velit, cognoscat.

Ne recipiat quemquam, nec eiciat è Seminario absque Reuerendiss. Archiepiscopi licentia; ac in clericis recipiendis feruet præscriptam in his recipiendis rationem: poterit tamen eos expellere, qui in re graui contumaces fuerint, aut magnum aliquod erratum, & publicum admiserint.

Curet diligenter, vt officialibus Seminarij in ijs quæ eorum muneris sunt, pareant omnes, ac eos qua debent obseruantia & reuerentia prosequantur.

Si quid in ijs animaduernerit, quod vel scandalum, afferre, vel labem aspergere Seminario possit, Reuerendissimum Archiepiscopum commonefaciat.

Obseruet diligenter eorum mores, & in suo cuiusque officio diligentiam; vt de statu cuiusq. Reuerendiss. Archiepiscopus docere possit; vt hinc ille intelligat, quos ministros bonos, & contra minus bonos atque idoneos in cura Seminarij habeat; vt alteri in omni progressu ad virtutem, alteri ad mores corrigendos excitentur.

Conuocabit sæpius Præfectum studiorum, Ministrum, Præceptores, Præfectos Dormitoriorum, cum quibus ea deliberabit, quæ ad clericorum in moribus disciplina ac studijs progressionem iuuandam necessaria, aut vtilia iudicauerit: quos etiam crebrò de singulorum viuendi ratione interrogabit.

Singulis etiam hebdomadis consultationem habeat de rebus domesticis, & de victu parando. Pias cohortationes nonnunquam ad clericos habeat de his rebus, quas ad clericos expedire censuerit.

Interfit etiam aliquando diuinis officijs & horis canonicis in Ecclesia Seminarij; videatq. an chori disciplina feruetur, cæremoniæq. diligenter exerceantur.

Nonnunquam in Ecclesia Metropolitana, cum in ea clerici fuerint, se recipiat; vt illi diligentius, quæ ad cultum diuinum spectant, exequantur.

Si quis ex clericis morbo correptus decumbat; illum inuisat, efficiatq. vt alij pro eius valetudine recuperanda Deo preces offerant, præsertim si periculosior sit ægrotatio.

Gymnasia sæpius visitet, & quid in ijs agatur perspiciat.

Interdum ex improuiso in locum recreationis clericorum eat; illorum mores obseruet; ac eorum, quæ aut in lectione ad mensam, aut in concione extra Seminarium audierint, rationem exigat.

Cautus sit in locis in Dormitorio disponendis, & in socijs vnicuique, cum domo exeunt, assignandis.

Diligentissimè animum intendant, vt disciplina feruetur ab omnibus, qui in Seminario degunt; & in primis famulos in officio contineat.

Curet, vt semel singulis mēsis institutiones ad clericos pertinentes in Triclinio legantur.

Eas ipsas omnibus clericis qui in Seminarium recipiuntur, initio statim perlegenda tradet. Tradet etiam vnicuique ea, quæ ad officium suum spectant, vt ad præscriptam rationem sese omnes gerant.

Ne cuiquæ facultatem concedat exeundi è Seminario priuata de causa, nisi ea benè cognita & perspecta, necessariò concedendam esse iudicabit; nec quemquam solum exire permittat, etiã Præfectum.

Qui si alia loca adierint, aut diutius abfuerint, quàm fuerat illis concessa facultas, domum reuersi ab eo corrigantur, & puniantur.

Interioris portæ semper, & interdum Rector semper apud se clauem habeat, exteriorisq. noctu.

Ne permittat, vt plures famuli habeantur in Seminario, quàm quos Reuerendiss. Archiepiscopus adhibitis in consilium Deputatis habèdos censuerit; nec iis mercedem det ampliorem, quàm sibi fuerit præfinita.

Ne famulum quempiam in familiam adscribat, de cuius vita & moribus non habeat probabiles testificationes.

Nihil permittat sine consensu & approbatione sua in Seminario fieri.

A Ministro crebrò intelligat rationem & diligentiam, quam adhibet in rationibus, atque expensis cognoscendis.

Eius quoque erit totius familiæ occupationes & necessitates cognoscere, & vnicuique prospicere.

In pretijs rerumq. estimationibus cognoscendis, homines qui in his rebus magnum vsum habeant, iudicioq. valeant, in consilium adhibeat.

Singulis annis sæpius visitet prædia, & bona omnia ad Seminarium spectantia; ac si quid magnum alicuius momenti repererit, antequàm remedium adhibeat, rem totam Reuerendiss. Archiepiscopo & congregationi Deputatorum consultandam exponat.

Neque verò vel rerum in totum annu emendarum, vel ædificiorum fabricandorum, vel alterius cuius-

cuiuspiam emolumentum prædijs afferendi nomine quidquam per se attinet; sed rem totam Reuerendiss. Archiepiscopo, & congregationi exponat, & ex eius deliberatione pendeat.

Curet tamè, vt statis temporibus ex Deputatorum consilio de his rebus statuatur, quæ in totum annum erunt comparandæ; de frumento, vino, oleo, lignis, leguminibus, caseo, tela, candelis, atque alijs de hoc genere.

Circa festum Natiuitatis B. Virginis, ante Visitationem Seminarij, rationes omnes accepti atque expensi fieri curet; quas vbi diligenter cognouerit, Reuerendissimo Archiepiscopo in visitatione coram Deputatis rerum temporalium exhibeat.

#### De officio Ministri. Cap. III.

**M**INISTER, absentis Rectoris vices gerat, rerumq. ab eo statutarum executor sit: ipsum autem oportet singula propius diligentiusq. circumspicere, atque in primis efficere, vt in suo cuique munere famuli diligentiam præstent.

Eorundem famulorum paternam curam gerat; alioquin enim illi malè habebuntur, vnde que relax existit quotidianæ, & famulorum mutationes; qua re nihil est peius.

Inuiset sæpè cellam vinariam, promptuarium, vestiariarum, culinam & alia eiusmodi loca.

Indicem conficiat eorum, quæ ad familiæ victum necessaria sunt; quem Rectori exhibeat, vt in tempore comparari possint: res enim suo tempore emptæ, & meliores sunt, & viliores.

Caueat, ne in mensam cibi malè olentes, vel parum cocti, vel indiligenter conditi inferantur.

Ægrotis præcipuam charitatem præstet; eos in tempore inuisat, necessitatibusque animi atque corporis prospiciat: illudq. persuasum habeat, malè cum his in vtroque homine actum iri, si ipse quidquam de cura & diligentia remittat.

Amplius circa ægrotos ipsos eam adhibeat cautionem, vt in valetudinarium de iudicio medici se conferant.

Per diem atque etiam noctem domum interdum circumeat, ad continendam in officio familiam; ne quid minus decens, aut contra Seminarij regulas fiat.

Viset etiam interdum vesperi portam exteriorè; an à Ianitore benè fuerit clausa; an etiam dormitoria famulorum; an aliquis eorum sine licentia domo exierit.

Ne aliquid aliud, quàm à Rectore constitutum est, vel extra ordinarium, nisi ab ipso facultate habita, emi iubeat, vel permittat; idè etiam alium librum, seu repertorium quotidianarum impressarum habeat, in quo omnia notari à dispensatore iubeat, & antequàm suum librum emptor Deputatis ostendat, Minister ipse videat, an aliquid ab emptore fuerit notatum, quod in Seminario non fuerit receptum.

Habeat & alium librum, in quo cum pro Seminario frumentum, vinum, oleum, ligna, vel quid aliud magni pretij emerit, rei cuiuslibet & qualitatem, & quantitatem notet.

Quotidie sub noctem librum dispensatoris recognoscat, & cum obsonatoris rationibus cõferet.

Norit, quantum vini quæq. cuppa capiat, & cum exhausta fuerit, attèdat, an capacitati illius expensum respondeat.

Habeat item indicem vestiarum separatim rerum omnium domesticarum; rursum ornamentorum Ecclesiæ; easq. res omnes anno vertente recognoscat.

Procuret etiam, vt vnusquisq. Clericus per se notam in scriptis, de singulis suis rebus, quas secum attulerit, conficiat; easq. res omnes Minister sibi ostendi faciat, ac inde notam ipsam penes se retineat, ne de aliqua re in discessu dubitari contingat.

Librum habeat separatim, in quo sigillatim diem, mensem, annum, nomina, cognomina, patriam, ætatem clericorum omnium, ac famulorum, qui in Seminarium ingrediuntur, & familia minutim perscribat.

Inuigilet, vt clericis omnes, vestium, & cæterarum rerum nitorem procurent, atque vt res omnes Seminarij, quarum vsus ipsis conceditur, quantum fieri possit, illæ cõseruentur, ne quidquam inutiliter consumatur.

Assistat ijs, qui secundæ mensæ accumbunt, sicut & cæteris, cum à prandio vel à cœna exeunt è Triclinio.

Inuisat sæpè Tonstrinam, dum ibi tonsores ad sunt; ac animaduertat, ne ibi clericorum fiat conuentus, sed ij tantum qui tondentur, maneant, nec ex diuersis cubiculis permixti eodè tempore accedant: attendat etiam, vt ibidem quæ ad Tonstrinam opus erunt, à famulo ad id deputato in suis locis asseruentur.

Quandoq. in Clericorum capsis perquirat, an quid esculentum, pecunias, vel aliud quidpiam vitium habeant.

Animaduertat etiam, ne quis aliquid in domo, se, vel Rectore inscio, faciat.

Habeat librum, in quo notet omnia opera distincta, quæ singuli fabri fecerint; monitumq. habeat emptorem, ne aliquas pecunias illis soluat, nisi de mandato Rectoris scriptis exarato.

Farinam etiam, quæ à molendinario conducitur, sæpè recognoscat; ne quid fraudis in quantitate, aut in qualitate committatur.

Quotiescunq. Pistor farinam ad incernendum accipiet, fursur dispensatori tradi, sibiq. ratione singulis mensibus reddi curet.

Animaduertat quoque, vt vestiarius linteamina & alios pannos benè custodiat, semperq. pro Seminario aliquid faciat, quod magis necessarium videbitur; monitumq. ipsum habeat, ne pro aliquo quidquam se vel Rectore inscio labore.

Si cui è Seminario discedendum fuerit, quascunq. Seminarij res habeat, sibi reddi procuret.

Deni-

Denique præscriptos omnes & clericis & ceteris familiaribus Ministris ordines, sedulo ab ipsis obseruari curabit: quod sanè munus ut facilius ac diligentius exequi possit, ordines omnes cuiuscunq. generis vel officij domus apud se habeat sepiusq. legat.

Delinquentes tum clericos tum famulos debitis pœnis afficiat; si cui tamen pœna aliqua grauis erit imponenda, id ne faciat inconsulto Rectori.

In ijs omnibus, quæ ad Ministri Seminarij officium pertinent, eidem Vicarij Ministri in alijs, tum vrbs, tum Diœcesis Seminarijs existentes rationem reddant; ipseq. Seminarij Minister, in eisdem collegiis an omnia rectè habeant, diligenter inspiciat, & accuratè inuestiget.

*De Officio Confessarij. Cap. IIII.*

**C**ONFESSARIUS Seminarij illud secum reputet, ex se, rectaq. sui muneris administratione, pendere eorum qui in Seminario viuunt, in omni virtute progressum.

Quare turpe sibi fore, nisi ita viuat, & in omni vitæ parte ita se gerat, ut ex ipsius vita moribusq., omnis virtutis atque officij exempla peti possint.

Pietate, mansuetudine, humilitate, prudentia, charitate, officij sui dignitatem sustineat, auctoritatem tueatur.

Familie totius pax, & cœcordia, eius curæ sit; quare animorum offensiones, si quæ suboriantur, sedare confestim omni ratione studeat.

Vitam, & mores vniuscuiusq. quantum fieri possit, exploratos habeat; ut vel ad officium reuocare errantes, vel in via Domini incitare ingreffos possit.

Illud in primis, in ijs quorum confessiones audit, efficere studeat, ut eum tanquam parentem amant, ac venerentur; ideoq. cum illis benignè agat, præsertim dum confitentur, (adhibita tamen ea grauitate, & auctoritate, quam munus quod gerit, & persona quam sustinet, requirit.)

Sic enim maximè sibi fidem conciliabit, efficietq., ut eius consilia salutaria, libenti animo & suscipiant, & exequantur.

Quare neminè coram alijs, præsertim Superioribus, reprehendat, nec ei culpam aliquam exprobrat.

Singulis hebdomadibus feria sexta & Sabbato clericorum confessiones audiat, eo ordine, ut omnibus decimoquinto quoque die Pœnitentiæ Sacramentum ministret; ijsq. præterea temporibus, quibus clerici, ex constitutionum suarum præscripto infra tertia parte in capite de pijs exercitationibus, peccata confiteri, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipere tenentur.

Tèpus autem cœstituatur, quo vniuscuiusq. Diœcesis clericus confiteri debeat; ne vlla ordinis perturbatio suborietur: eos verò per Præfe-

ctos moneat, ut prius se præparent, quam ad confessionem eant.

Porro Præfectus, nō omnes simul, sed quinos tantum vel senos ad eum mittat.

Confessarius autem tabellam eo tempore apud se habeat, in qua clericorum omnium nomina descripta sint, ut sigillatim confitentes signet; & non confitentes ab alijs dignoscat.

Diebus Dominicis, & festis, cum clerici sanctissimam Eucharistiam sumunt, mane vacet ijs, qui indigerint reconciliandis.

Omnia præterea qui in Seminario viuunt Ecclesiasticorum Confessiones audiat, tempore Concilij definito: & famulorum semel saltem singulis mensibus.

Diebus festis à prædio famulos omnes conuocet, eosq. in Doctrina Christiana diligenter erudiat.

Quotidie vespere, postquam clerici Matutinæ meditationis rationem reddiderint, omnibus in locum constitutum conuenientibus, puncta proponat proximè sequenti die manè meditanda; in quo ne dimidium horæ quadrantem excedat; nec minus perspicuitati studeat, quam breuitati.

In eorum materia deligenda illud seruet, ut Sabbato, quod Dominicam antecedit, in qua sanctissimam Eucharistiam sumpturi sunt, de eodem Mysterio agat, sextis autem feriis de Iesu Christi Passione, & morte.

Ceteris diebus Sabbati, itemq. vigiliis Ecclesiæ lege seruandis, puncta sumat ex Euangelio, quod sequenti die in Missa Ambrosianæ Ecclesiæ more pronuntiabitur, idq. per totam Quadragesimam seruet.

Reliquis autè totius anni diebus, ex cœcordia Euangelica Cornelii lanfenii sine interruptione promat, quoad vsque ad eius finem peruentum sit.

Proponat autem in hunc modum: pronunciet primò verba Euangelij; Deinde Italicè explicet, Postremò tria inde documenta eliciat; quæ futuræ meditationis materia sint.

Studeat, modò vni, modò alteri recreationi vicissim interesse, dum clerici Matutinæ meditationis rationem reddunt.

Vicissim diebus festis clericorum congregationibus intersit, curetq. ut ab omnibus statutis temporibus habeantur.

Denuo receptos clericos, alijsq. si opus fuerit, instruat in ijs, quæ ad constitutiones Seminarij spectant, eosq. quomodo confessionis & Eucharistiæ Sacramenta suscipere, orare, Missam audire, eiq. tum Ambrosiano, tum Romano more inferuire debeant, erudiat.

Cum primum quis Seminarium fuerit ingressus, curet, ut totius vitæ peccata generali Confessione expiet.

Spiritualibus exercitationibus præsit, quas clerici statutis temporibus obibunt.

Multi cilicia, & disciplinas sibi comparet, quas clericis qui indigerint, accommodet.

Si

Si cui in confessione aliquid occurrerit, quamobrem illi necesse sit, longiori temporis spatio immorari; ne astantibus offensionis occasio præbeatur, Confessarius hoc in aliud tempus differat, nō imposita illi tunc quidem absolute, vel certè si eum tunc absoluendum iudicauerit, ut cum alijs possit sacram Eucharistiam sumere, id faciat petita ab eo venia secum ea de re alio loco agendi.

Nihil aut ipse proponat, aut audiat à cœfidente ad confessionem minimè spectas: si autem aliqua institutione quempiam indigere cognouerit, aliud sibi ad eum instituendum tempus eligat.

Si quos vitæ spiritualis amantes compererit, eis suis cohortationibus vires addat, pijs colloquijs, documentis spiritualibus, orationibus, omniq. alia ratione iuuare conetur; languentes verò, desides, & à progressibus spiritualibus abhorrentes, quacunq. ratione excitare, & ad meliorem frugem reducere studeat.

Ut autem pœnitentibus ope sua præsto esse, ac eos ad vitæ emendationem, ac progressum in virtute possit excitare, vilia quædam, & sigillatim cuiuslibet opposita vitio remedia in promptu habeat; maximè verò ijs vitijs aduersa, quibus præcipuè obnoxios esse nouit Seminarij clericos.

Quod ad orationem, eiusq. rationem spectat, studeat quâ diligentissimè in eo, quibuscunq. rebus poterit clericos iuuare, & quibusdam regulis instruere; cogiterq., parum admodum profecturos Seminarij Clericos in spiritali progressu, maximèq. fructibus priuatos iri, si vel nulla, vel non recta ratione orent.

Quamobrem maximos atque vberimos, qui ex oratione præsertim mentali existunt fructus, sæpius illis proponat, omniq. ratione ad illius studium & amorem inflammare nitatur.

Imperitos etiam, & in discutienda cœscientia minimè exercitatos edoceat, omnemq. præscribat examinis modum, quo illi uti debeant, eiusq. rationem ab ijs exigar.

Moneat omnes, ne vnquam sibi ipsis mortalis culpæ conscii somnum capere audeant; sed contractam peccati maculam, statim Sacramentali confessione eluant.

Omnes hoc salutari præcepto informet, ut videlicet in Matutina oratione, se ipsos Deo Opt. Max. desideria sua, omnes cogitationes, actiones eius diei & verba offerant, eiusq. gloriam solam in omnibus rebus sibi proponant.

Studeat in omnium mentibus maximum animarum zelum, propriæ voluntatis abnegationem, veram obedientiam, paternam charitatem inferere; internascentia opimorum beneficiorum, vel diuitiarum desideria, salutaribus monitionibus extinguat, quoslibet etiam ijs de rebus sermones prohibeat; solâ deniq. illis Dei gloriam, & animarum salutem procurandam esse doceat, & expetendam.

Illud deniq. sedulo curet, ut ea quæ Seminarij cœstitutionibus præcipiuntur, diligenter obseruet. Bis in anno mittatur ad Seminarium Confessor

extraordinarius, cui clerici omnes confiteantur; ut si qua de causa huiusmodi nonnulli indigeant medicina, occultis animi sui morbis mederi liberiùs possint.

Quare illud etiâ caueatur, ut qui ordinarius Confessor aliquando fuerit, ne idem ad eorum confessiones extraordinariè audiendas mittatur, nisi secus aliquando Reuerendiss. Archiepiscopo expedire visum fuerit iusta de causa.

*De munere Præfecti Studiorum. Cap. V.*

**P**RÆFECTVS Studiorum, in Seminario, & in omnibus eiusdem, tam vrbs, quam Diœcesis collegiis rei literariæ præsit.

Eiusdem munus præcipuum illud erit, ut iuuenes leges Seminarij ad studia pertinentes inuoluntè seruent.

Curabit etiam diligenter, ut quàm maximam ex lectionibus, repetitionibus, disputationibus, alijsq. literarum exercitationibus percipiant utilitatem: dubia propterea si quæ occurrerint, explanabit.

Visitabit sæpè clericos dum domi studet, & quid quisq. agat diligenter cognoscat: quod si quis tempus inutiliter cœsumperit, Rectorem moneat, ut pœnam quam meretur, luat.

Intelligat præterea, quinam negligentes sint, qui superari fuerint in his exercitationibus, quæ diebus Sabbati domi in scholis habentur: eius verò epistolam, quæ multis partibus amulo fuerit inferior, curabit publicè legi in Triclinio, omniaq. errata, quæ in ea notabuntur. Rector autem pro negligentia, & errorum ratione in eum animaduertet.

Vt omnes, quanta fieri poterit diligenter Lectiones audiant, eisq. operam dent, efficiat ut modò hic, modò ille Lectiones repetat vel recitet in Mensa.

Inquirat aliquando, an Præceptores omnes domi existentes suum diligenter munus præstent, anque à præscripta illis docendi ratione discedant: quamobrem gymnasia sæpius visitet, lectionumq. explicationi intersit.

Adibit etiam interdum Magistros Braidæ, & quomodo se clerici gerant, quid proficiant in literarum studijs inquiret; & si quempiam in his deficere intelligerit, ad Rectorem deiecit.

Quotidie intersit repetitionibus Theologorum, & eorum qui dant operam primæ Philosophiæ; aliarum etiam repetitionum Præfectos sæpè conuocet, repetitionibusq. ipsorum aliquando præfens sit; videbitq. an rectè munus eis demandatum exequantur: quod si quid fuerit, quod ei minimè probetur, cum Rectore conferat, ut ei malo consulatur.

Singulis item hebdomadis disputationes haberi curet, quibus ipse semper intersit; & lectionem Catechismi ad Parochos habeat, cui clericiorum semper intersit.

Curam habeat, ut clerici per ordinem in Triclinio concionentur, themata tradat ad præscri-

M m m m p m



prum decretorum, vt in cap. de studijs præscribitur: quòd si in Archiepiscopatu habende erunt, eas primùm in Seminario recitari iubebit.

Nulla habeatur concio, aut oratio, etiam in Triclinio, neque etiam recitentur carmina, nisi ab eo præuisa: quæ omnia sciente Rectore agantur. Idem primæ mensæ, nisi iusta de causa impeditus, tum manè tum Vesperis accumbat.

Sapè omnium libros reuise, an illorum instituto apti sint, & necessarii; libros verò indicis infusu, aut legibus Seminarij interdictos, ad Rectorem deferri iubeat.

In ingressu clericorum, ad eum deferantur libri omnes; quos ipse diligenter recognoscet: & si quos deprehendit in Indice, aut à Reuerendissimo Archiepiscopo prohibitos, ne eos apud se habere permittat.

Sapè Rectorem admonebit, de iis qui diligentiores in studijs fuerint: negligentiores item notet: vt à Reuerendiss. Archiepiscopo requisitus, eorum omnium rationem reddat.

Cùm sacræ ordinationes habendæ erunt, eos qui mittendi sunt ad examen, diligenter domi recognoscat; si quos autem rudes aut minus aptos repererit, aut instruat si modò possit, aut Rectori significet, vt quid de illis expediat, delibetari possit.

#### Quæ ad Præceptores pertinent. Cap. VI.

**S**TATIIS horis in gymnasium conueniant. Quotidianas ludi exercitationes ac studia, pia aliqua oratione inchoent, itemq. concludant; quæ antequàm absoluantur, discipuli è ludo nemissi fiant.

Proinde in Gymnasio loco decenti, & perspicuo, tabella alicuius sacræ imaginis appendatur, ad quam singulis diebus statæ preces fiant.

Efficiant, vt discipuli omnes Doctrinam Christianam rectè teneant.

Si quæ profana aliquando exponent, ea ad rectam disciplinam, egregiamq. morum informationem, præclaris interpretationibus traducere conentur; ac in suis explicationibus aliquid ad laudabilem vitæ institutionem semper interponere studeant.

Prouideant, vt in schola omnes locis assignatis se contineant.

Ne permittant eos egredi è gymnasijs.

Caueant, ne discipuli scamna incidant, aut quidquam in iis inscribant, ne è iis occultati, res inutiles faciant.

Cùm ad finem alicuius libri peruenerint, tumultum fieri nullo modo sinant.

In verberando, caput ne cædant, nec sine modo, aut cum ira quenquam percutiant.

Nihil omnino discipulis dent scribendum sine Rectoris facultate; nec ab ijs quidquam transcribi permittant, nisi necesse sit, ne & tempus terant, & valetudini noceant.

Si quos ex discipulis alloqui velint, ne eos in cu-

biculum suum admittant, sed id in schola, aut in recreatione faciant.

Gravitate cum discipulis vbicunq. sint retineant. Si quis in gymnasium cum alijs non venerit, Rectori, aut Præfecto studiorum significet.

#### De Officio Thesaurarij. Cap. VII.

**T**HESAVRARIUS numerandi artem probè teneat; ne vel in exigendis, vel in soluendis pecuniis labatur: sit etiam benè versatus in libris rationū tractandis, itemq. in monetarum generibus & vitijs cognoscendis; ne vel vitiosas admittat, vel non iusti ponderis. Describat pecunias omnes, quas ipse recipit, vel alijs soluit, cum die, mēse, & anno, & cum expressa causâ mentione.

Nullam pecuniam cuiquam numeret sine mandato à Cancellario Seminarij confecto, cui à Vicario Generali, & ab vno ex Deputatis, nec nõ à Rectore subscriptum sit; omninoq. eidem Rectori se obedientem præbeat in hac pecuniarū administratione.

Pecunias omnes in cubiculo Rectoris, vbi itidem capsula asseruatur, recipiat, easq. statim in ea reponat.

Habeat penes se indicem omnium colonorum, & debitorum, quorum nomina, & cognomina diligenter perscribat; vt cum tempus postulat, pecuniam ab eis recipere pro debiti solutione, & de eadem pecunia fidem illis perscribere possit.

Mandata omnia pecuniarum expensarum diligenter asseruet; nihil enim illi acceptum expensum referetur, nisi singularum solutionum mandatum exhibuerit.

#### De Officio Præfectorum. Cap. VIII.

**P**RIMUM, eos qui suæ curæ commissi fuerint, precibus ardentè Deo commendent; ac illis omnibus in rebus præeant exemplo; caueantq. maximè, ne illis aliquam offensionis causam præbeant.

Superiores omni obseruantia colant, ac efficiant, vt quæ à Rectore constituta fuerint, à clericis seruentur.

Sine fraude defectus clericorum Rectori significant: ac si quid de his prætereà Rectori quæsiuerit, fideliter aperiant: vt quam facillimè occurratur offensionibus, clericisq. in disciplina, moribus, & studijs dirigantur.

Præfecti mutua sese benevolentia prosequantur. Alter alterum moneat de iis, quæ ad illius Dormitorij administrationem expedire iudicauerit.

Cùm è Dormitorio exeunt, si diutius abfuturi fuerint, de eo Rectorem, aut Ministrum certiorum faciât; nec verò exeant nisi iusta de causa.

Primi manè surgant, postremi vespere eant cubi-

tum

tum, claudantq. ianuas cubiculi, ac earum clauas apud se habeant, ne quisquam ipsis inscien- tibus possit ingredi.

Nec cum clericis suis villo modo contendant, aut contumeliis eos afficiant; sed si quis cõtumax in parendo fuerit, ad Rectorem deferant.

Ne in Clericos sine facultate Rectoris animaduertant.

Ne quemquam priuato complectantur studio, ne è alicuius se insinuent familiaritatem; vt & omnes clerici, eos vt decet vereantur, & ipsi maiore cum sinceritate ac libertate, officij sui partes exequantur.

Si quis alium ex præfectis negligentiorum in suo munere animaduertit, ac præcipuè in rebus grauioribus, eum Rectori denunciet.

Constitutiones Seminarj generales exactè teneant, vt facilius sit illis administrationis ratio: si quis eas aliquo modo violet, eum denunciet; ac ipsi præter cæteros, iis quam diligentissimè pareant; ac si quid aliud Rectori, aut generatim, aut ipsis peculiariter præceperit, id studiosè præstent; vt non minus exemplo quàm verbis clericos ad eadem seruanda incitent.

Quæ Præfectorum munus est præstare, & ad rectam Seminarj administrationem spectant, ea ne alter in alterum reiciat.

Curent diligenter, vt clerici, quæ debent obseruare & reuerentia, superiores colant.

Efficiant, vt ab ijs vbicunq. fuerint, modestiæ ratio habeatur, publicè præsertim, tum maximè in Ecclesia, & in Choro.

Rectorem certiorum faciât de ijs, qui eo die è cubiculo, vel è Seminario exierint; quod vt illis facilius sit, singulorum nomina in tabella descripta habeant.

Singulis diebus festis indicem conficiant, in quo nomina clericorum sui Dormitorij, qui eo die Sanctissimam Eucharistiam sumpserint, describant, eumq. Rectori exhibeant.

Vnusquisq. igniarium apud se habeat, vt cum opus fuerit, ad accendendas lampades si quando noctu extinguantur, ignem eliciant.

Sæpius clericos in locis suis visitent, an statis temporibus orationi & studio vacent, animaduertant.

Si quem officio suo deesse compererint, notet. Singulis diebus, vel alternis saltem, vespere, quidquid in dormitorijs suis contigerit, scriptum Rectori exhibeant, ac singulis diebus Sabbati, quæ paranda erunt in Dormitorijs, significet.

Curent, vt diligenter ab vnoquoq. sternantur lecti, nec super eos vestes, libri, aut alia quælibet ponantur; vt superpellicea singulis mensibus lauentur; vnaquaq. hebdomada tonsura ad formam accommodetur.

Prouideat, vt è Dormitorio quotidie sordes euerantur, caueantq. ne tabule frangantur, aut parietes deturpentur.

Ne permittant, vt quisquam manè, antequàm signum campanæ datum fuerit, surgat; curentq.

Vespere, vt examine conscientia perfecto, post quartam horæ partem omnes in lecto sint: si quis non paruerit, Rectorem moneant.

Matutino & Vespertino tempore, cum clerici ad latrinas eunt, illos aliquando obseruent, studeantq. si fieri possit, vt soli eant, ac ibi noctua lucernam accendi curent.

Cùm aliquis ad res communes cum cæteris non cõuenerit, & à communi cõtu abfuerit, si vbi sit ignorent, eum per se, aut per alium fidelem quærant.

Si quid alicui clericorum, ad victum & cultum, aut ad valetudinem opus esse cognouerint, superiorem moneant.

Notent eos, qui literas ad alios scribunt, itemque eos qui nimia familiaritate inter se vtuntur, aut quos existimant in cubiculo, vel in consuetudine esse separandos, deq. iis Rectorem commonefaciant.

Temporibus orationi & studijs dicatis ne ambulent ipsi in Dormitorio, ne è alios ambulare sinant, aut quauis ratione tumultum fieri, aut quemquam loqui non nisi urgente necessitate, idque submissa voce, & latine.

Cùm aliquis à recreationis loco, aliorum cõ- tu discedendi veniam petet, si diutius sit abfuturus (præterquam si ad ianuam de Rectoris licentia vocetur) potestatem ne faciant, sed ad superiorem pro facultate obtinenda mittat caueant autem, nec duos vnquam solos, quò uis abire permittant.

Cùm animi relaxandi gratia deambulatum clericis mittuntur, videant, ne tumultuose vociferentur; ne alij ab alijs secedant; ne aliquid ad comedendum emant; ne lapides iaciant, aut alia contra, aut præter decorum admittant; ne è iis ludis vtantur, qui constitutionibus Seminarj prohibentur: Curent autem, ut moderata deambulatione corpus exerceant.

Clericos è Dormitorio exeuntes comitentur, nec permittant vt in reditu à gymnasijs, aut alio quouis loco, externis se ingerant, aut cum iis commorentur.

Nemini ad alterius locum eundi veniam concedant, nisi iusta de causa, sibiq. probata. Interdum etiam inuestigat, an lanitor eos vocandi à Rectore veniam obtinuerit.

Siue in loco recreationi assignato, siue alibi clericis fuerint, ipsi præsentibus adsint.

Examine Vespere absoluto, curent lumina omnia, præter lampades in Dormitorio, alijsq. locis, extinguere.

Præfecti qui alijs discedentibus domi manserint, clericos omnes qui non exierint, cuiuscunque cubiculi sint, commendatos habeant.

Si qua in re à Rectore obiurgati fuerint, æquo animo ferant, ac pœnas ab eo iniunctas promptè persoluant.

De Bibliotheca eiusq; Praefatio. Cap. IX.

**C**ERTVS constitutur in Seminario Bibliothecae locus, ubi volumina libriq; omnes asseruentur.

In ea armaria aliquot exstruatur, in quibus iidem libri, ac volumina, non acervatim, sed ordine disponantur.

Index praeterea fiat, in quo pro disciplinarum genere, aut pro alphabeti ratione volumina singula notentur, addito etiam loco impressionis, & forma voluminis.

Isq; index certo loco in perpetuum asseruetur, notatis etiam deinceps ordine aliis libris, quicunq; in posterum eidem Bibliothecae quovis modo accesserint.

Constituatur autem aliquis, qui eiusdem Bibliothecae curam diligenter praestit.

Is libros oēs à sordibus incorruptos cōseruet; pulverem si quando adhaeserit, excuti curet; tum etiam diligenter caueat, ne libri humiditate corrumpantur, vel à muribus corrodantur.

A Rectore etiā obtineat, ut volumina, quae pro vetustate, carie situuē obfodescunt, Librario opere poliantur; dissoluta, & malè compacta conglutinentur; ab operculo nuda, asseribus, coriouē tegantur.

Indicem conficiat librorum omnium, quos ex bibliotheca de mandato Rectoris ludi Magistris aut aliis accommodabit, eosq; cum reddiderint, expungat; quos autem clericis accommodauerit, eos singulis saltem sex mensibus (nisi forte citius propter alicuius discessum aliam uē causam id faciendum sit) sibi reddi faciat; ut vel iidem, si ita expedire visum fuerit, vel aliis qui indigeant, eadem ut supra constituta ratione accommodet.

Indicem unum vel alterum librorum prohibitorum apud se habeat; utque nullus eiusmodi liber in bibliotheca sit, diligenter videat; tum si quem forte in ea compererit, emendandum iis statim denunciet, penes quos corrigendi facultatem esse sciet.

De Familia inferiori. Cap. X.

**Q**UOTIDIE mane inferior familia statim ac surrexerit, in templum ad Missam conueniat, nisi forte quis necessaria officii occupatione per id tempus impediatur.

Diebus festis post prandium praesto erunt omnes ad Doctrinae Christianae expositionem atque tractationem, hora quae eis praescribitur à Confessario.

Prima cuiuslibet Mensis Dominica die, & solemnioribus totius anni festis diebus Sacrosanctum Christi Domini corpus sumant; Die autem Sabbati, aut sexta feria, prout à Confessario praescribetur, quae primam cuiuscunq; Mensis Dominica diem antecedit, in Vigilijs item solemnium dierum, eidem Confessario peccata sua confiteantur; à quo etiam praestitae confessionis

Chirographum Ministro exhibendum accipiant. Quod ad victum attinet, iisdem regulis teneantur, quibus & clerici.

Domo non exeant sine Rectoris, & eo absente sine Ministri licentia; domoq; exeuntes nihil secum asportent, neque item in Seminarium importent, in scio eodem Rectore, vel Ministro: cum item exhibunt, aut redibunt, eorum alteri se praesentent.

Praeterea ea, quae sigillatim unicuique ex officio incumbunt, illa omnia praestabunt, quae à Rectore, vel Ministro iniungentur; Caueant autem, ne tempus inutiliter consumant.

Decoro ac modesto vestitu semper utantur, & nigri, aut subobscuri coloris; neque in Seminarium recipiantur, priusquam ad praescriptam normam induti sint, deq; habitu, moribus, & aetate à Rectore probationem obtinuerint.

Famuli nec arma tractare, aut apud se habere, nec chartis lusoriis, aut talis, aut alio eiusmodi indecoro ludi genere ludere audeant.

Vitent pariter sermones dissolutiores, libros scurriles, & impuros, profanas cantiones, & alia id genus.

Omnes ad secundam mensam conueniant; & ad ea, quae de suggestu pronunciantur, attentim, modestam ac silentium accuratè seruent.

Nihil prorsus alicui extra Seminarium concedant, quod ad rem familiarem, & ad cibum, vel potum attinet, etiam si minimum sit, non obtenta venia à Rectore.

Ne cum clericis familiaritatem ineant; eos tamen ubicunq; omnium tempore debito prosequantur honore.

Nihil illis sub quouis praetextu dent, vel ab eis accipiant: qui secus fecerint, graui poena arbitrio Rectoris mulcentur.

Si in aliqua re defuerint, aut Seminarij regulas violarint, eiusdem Rectoris aut Ministri arbitrio puniantur; contumacibusq; tum aliqua mercedis pars subtrahetur, tum iidem etiam si opus fuerit, eiicientur.

## PARS TERTIA

Quae ad Clericos Seminarij pertinent.

De Scopo Clericorum Seminarij. Cap. I.

**A**DOLESCENTES, qui singulari Dei beneficio sunt delecti, ut in Seminario instituantur, id potissimum intelligere debent, cuius gratia Concilii Tridentini Decreto Seminarium instituta sint; & intelligentes, sapientius animo repetere, omnesq; neruos intendere, ut illud diuina ope suffragante, ad animarum salutem, ad Ecclesiae utilitatem, & Pastorum solatiū consequantur.

Quod si qui propter improbitatem, aut negligentiam, illud minus obtinebunt, aut quia ipsi sponte ab instituto Clericalis vitae recedant, aut

aut suo vitio à Seminario expellantur, vel Episcopo suo parere nolint, in ijs rebus quae ad eius Ecclesiae utilitatem spectant, cuius sumptibus aluntur, & educantur; grauius peccabunt, atque à Deo, tanquam alienae facultatis usurpatores, accerrimè punientur.

Sunt igitur ea potissimum de causa Seminarium erecta, ut in ijs boni strenuū operarij ad curationem animarum, quas suo sanguine pretiosissimo Christus redemit, instituantur; & iij quidem adolescentes (qui ob aetatem, cum tenera sit, & procliuor ad voluptates, & flexibilis etiam ad bonarum rerum impressiones admittendas in operibus virtutum erudiri debent) ut eam vitam perfectionem adipiscantur, quae in ijs, qui Doctores populorum futuri sunt, elucere debet, & superioribus disciplinae legibus coercendi.

Cum igitur duo praecipue in Sacerdote, & animarum Pastore requirantur, probitas videlicet, ac doctrina; earum utraq; in Seminaris est comperanda.

At sicut probitatis maior est necessitas, quam Doctrinae; sic illis in eius studio magis est elaborandum: cum praesertim acquisitio virtutum, in vniuscuiusq; assiduitate, & industria, potiusquam in Rectorum, aut Praeceptorum diligentia sit posita; ita ut nisi quis laborem adhibeat, non multum aut nihil illi aliorum vigilantia sit profutura.

Quamobrem vnusquisq; sit ea mente ac voluntate, idque sibi quotidie proponat, ut omnino velit in bonum Ministrum pro huius Ecclesiae Mediolanensis adiumento euadere; seque Deo iuuante, purum ab omni peccati labe conseruare: sic enim affectus, multò facilius Doctrinae cognitionem accipiet, maiore tum suo, tum ceterorum emolumento; Beneficijq; magnitudinem agnosces, quod illi tam praecleara sit oblata facultas, toto animo singulis diebus Deo se offerat; rogetq; ut se ad praedictum finem idoneum efficiat operarium.

Quod si quis decursu temporis de statu mutando consilium caperet, etiam si de Religione ingredienda cogitaret, de eo Reuerendiss. Archiepiscopi, vel Rectoris statim certiore faciat. Peccaret enim, si in Seminario hoc animo viveret, in alium finem consumens, quod ad operarios solum pro huius Ecclesiae auxilio sustentandos est constitutum.

De pijs exercitationibus. Cap. II.

**Q**UOTIDIE mane singuli semihorae spatio mentali orationi vacent; qua perfecta, Matutinum officium B. Mariae Virginis & Primam recitent; Tertiae verò, Sextae, & Nonae, dum Missae sacrificio interfunt, horas; Vesperarum, & Completorij, vespertino tempore post scholas deuote persoluant.

Singulis diebus omnes antequam Braidā adeant, Missae sacrificio interfunt, eiq; vicissim inter-

uiant. Cum verò Sacerdos, secreta quae vocantur, recitabit, horis absolutis, si quod tempus super sit, Missae Mysteria pie meditentur, Coronam, aut Rosarium dicant, prout à Confessore expedire iudicatum fuerit.

A prandio & coena in Ecclesiam rectè pergant, ubiq; orationem Dominicam & Angelicam salutationem secretò quinquies dicant.

Vesperis post recreationis tempus, signo campanae dato meditationis rationem reddant; tum in locum constitutum conueniant, ubi futurae meditationis argumentum accipiant.

Quotidie Vesperis per quartam horae partem conscientiam diligenter excutiant.

Dominicis, reliquisq; diebus festis in Ecclesia Seminarij Missae maiori ac diuinis officijs interfunt; illis tamen exceptis, qui Metropolitanam obibunt, ut altari ministrent, ceterasq; sacras functiones exercent.

Constitute omnes Seminarij Confessori peccata sua, saltem prima quaque, & tertia cuiusque Mensis Dominica die; diebus praeterea festis Christi Domini, B. Virginis Matris, Sanctorum Ioannis Baptistae, & Apostolorum, & Sancti Ambrosij, omnibusq; Dominicis Aduentus, & Quadragesimae.

Qui verò sacris ordinibus initiati sunt, semper singulis octo diebus: qui alicui sodalicio B. Virginis sunt adscripti, eius leges & instituta ea de re seruent.

Prima quaque cuiuslibet mensis Dominica die, & solemnibus item totius anni diebus festis, sacram Eucharistiam sumant: in Aduentu verò, & Quadragesima, singulis saltem quindecim diebus: quod idem Diaconi & Subdiaconi semper praestent.

Quotiescunq; autem sumunt, siue in Ecclesia Metropolitana, siue in Ecclesia Seminarij, aut alia quapiam, superpelliceum induant: idemq; faciant, quotiescunq; Reuerendiss. Archiepiscopo celebrante, ipsi adfuerint.

Post sacram verò communionem in Ecclesia persistentes, in aliqua pia eiusdem Mysterij meditatione quadrantis horae spatio versentur; nec inde prius discedant, quam per aedium signum campanae datum audierint.

Singuli in Coenaculo concionentur prout moniti fuerint; & semel saltem in hebdomada se in sacris ritibus, & caeremoniis ad Ecclesiam spectantibus exercent, nisi aliter expedire cōlebitur.

Opera pietatis, si quando illis à Rectore permisis fuerint, studiosè praestent; praecipue verò in concionandi munere, si modò Diaconi sint, publice se exercent, impetrata prius per Rectorem à Reuerendiss. Archiepiscopo facultate.

De disciplina, & moribus. Cap. III.

**S**UPERIORIBVS omnes & singuli debitam obedientiam & obseruantiam omnino praestent; coram Rectore autem, nec caput operiant, nec assideant, ubicunq; illi sint, nisi prius ab eo iussi fuerint.

M m m m ; Quod

Quòd si Prælatus aliquis, aut vir insignis interfit, caput nõ tegēt, donec iteratò admoniti fuerint. Si quid à Rectore petierint, repulſamq; tulerint, taciti acquieſcant; quòd si videatur eidem in memoriam reuocandum, id poſtero die facere poſſint; amplius nullo modo, niſi noua intercedente cauſa.

Dum aliquid à Rectore petunt, rei, loci, & temporis rationem habeant; vt ſcilicet nihil contra leges, & inſtituta, niſi urgente neceſſitate petant; nihil tempore orationi, aut ſtudijs dicato; nihil in templo, vel Sacriſtia, præſertim ſi tunc Superior ſit celebraturus, aut Miſſam paulò ante perfecerit.

Erga Rectorem ea ſint animi affectione, qua filij erga parentem: Ab eo ſi quid præter voluntatem imponitur, aut negatur, id exiſtiment ad vtilitatem ſuam referri, pro certo habentes, ſuperiores ad id multis duci cauſis, quæ adoleſcentes plerunque lateant.

Eidem Rectori liberè ſuos ſenſus exponant, vt illis prout opus fuerit conſulat; cum nihil ſit difficilius adoleſcenti, quàm immòderatis animi affectionibus per ſe moderari.

Quapropter literas neque mittant ipſi, neque ad ſe miſſas aperiant, priuſquam Rectori oſtēderint.

Qui aliqua in re Seminarij leges violarit, Rectore conueniat, ſeq. delicti ſui ac erroris accuſet. Si quid ex illis Reuerendiſſ. Archiepiſcopus ſcire voluerit, id ſimpliciter ſincereq; aperiant.

Quòd ſi crimen aliquod ſuum deſerri contingat, auctorem non quærant; reſcientes autem, nullam malè erga illum affecti animi ſignificationem dent; conentur potius in poſterum meliores fieri, neque ea admittere, propter quæ meritò poſſint accuſari.

Officium aliquod domi gerētibus omnes pareant in iis rebus, quæ ad eorum officiũ pertinent.

Quæ erga ſe ipſos cautionem adhibeant.

Memor ſit vnusquifq; vocationis ſuæ, eoq; nomine ſapè Deo gratias agat, coneturq; maxime, vitam, vt clericum decet inſtituere: Cum tam multæ vtilitates ex boni, tot detrimenta ex mali vita Sacerdotis proficiſcantur.

Modestiam vbique ſeruent, in Eccleſia præcipuè, Dormitorio, Cœnaculo, ac extra domeſticos parietes; cum illa adoleſcētia peculiare ſit ornamentum.

Cauent igitur, ne oculos huc illuc circumferant; ne loquantur altiùs, præſertim ſi multi ſint; ne ſtrepitum excitent; ne nimis feſtinanter incedant.

In menſa loco ſibi aſſignato aſſideant, nec panem detegant, nec edendi initium ſumant, priuſquam id à Rectore fieri viderint, vel eo abſente, ab illo, qui eius partes eo loco geret: ibiq; ſilentium, modestiam, honeſtatem, temperantiã adhibeant.

Ad ea quæ leguntur, vel à concionatore dicuntur, diligenter attendat, ex hiſq; aliquem fructum percipere ſtudeant.

Cum ſilentium, per multum ad pacis pietatiſque

conſeruationem, ad ſtudia, ad multas perturbationes euitandas conferat; nunquam colloquatur, niſi de rebus neceſſariis; idque præcipuè ante & poſt Orationem, Miſſam, examen conſcientiæ, ſanctiſſimorum Pœnitentiæ ac Euchariſtiæ Sacramentorum perceptionẽ; præterquam relaxationis tempore, quo de rebus vtilibus ſermones habere, ſine tumultu tñ, licebit. Vitent autem minus honeſta verba, inaneſque colloquutiones: Alios inter loquendum ne carpant, aut quouis modo lædant: neque verò ſe ipſi laudent, niſi cum ad proximi fructum id eſt neceſſariò faciendum.

In omnibus actionibus, motu corporis, & verbis; elationem ac ſuperbiam fugiant; cum ea homines Deo inimicos, & cæteris odioſos reddat.

Pertinaciã præter cætera deuitent: in omnibus humilitatẽ, ac manſuetudinem præſerant.

Vt multorum malorum occaſio tollatur; nullus omnino pecuniã apud ſe habeat; quòd ſi apud quempiam nummi reperti fuerint, præterquã quòd vel congregationi, vel pauperibus clericis adiudicabuntur, prout Rectori videbitur; is prætereã graues pœnas dabit.

Poterit tamen illos apud eum qui conſtitutus fuerit, deponere, per quem cum opus ſit, in reſ neceſſarias de licentia Rectoris ſcripto exarata inſumantur.

Nullus comedat, ac ne aquam quidẽ bibat, extra tempora conſueti; illis tamen exceptis, quibus propter ætatem à Rectore fuerit cõceſſa facultas: ac proinde nullus promptuarium, culinã, aut alia eiufmodi loca ingredi audeat; ne Cœnaculum quidem, niſi cum prandendum ſit, aut cœnandum.

Sexta feria, cœna, præterquam tempore Paſchali, abſtineant, acetario vel alio leui additamento contenti.

In vigilijs, quæ in tabula dierum feſtorum edita commendantur, ab eſu carniũ abſtineant.

Conueniant omnes ad reſ communes, in Eccleſiã, in Cœnaculum ad primam Menſam, in locum recreandis animis aſſignatum, & ad alia huius generis, idq; etiam ſi peculiaribus occupationibus cõcionum, aliarumue eiufmodi rerum impediti teneantur: nec inde abſque venia diſcedat, priuſquam id abſolutũ fuerit, cuius cauſa cõuenerint. Qui ſecº fecerit, grauiter punietur. Sic in alijs rebus, publica ſemper priuatis anteponant.

Dato mane ſurgendi ſigno, ſtatim cõſurgant omnes; celeritate in omnibus vtantur; ac demum omnia ſtatim temporibus peragant.

Munditiei corporis, rerumq; ſuarũ ſtudioſi ſint. Otium verò ac deſidiam fugiant; quæ cum Eccleſiaſticos omnes dedeceat, tum eos potiſſimum, quibus aliorum cura committenda eſt.

Si quid amiſſum inuenerint, ad Miniſtrum deſerant, vt qui amiſerit ſtatim inueniat; omniſq; propterea ſuſpicionis cauſa euitetur.

Mutuam charitatem, ac beneuolentiam omni ſtudio amplectantur; vt quemadmodum debent,

Qua ratione in communi conſtan-

ſuetudine vti debeant.

tanquã vnus corporis membra, perfectò amoris vinculo colligentur.

Aliorum defectibus compatiētes, nihil in deteriore, ſed omnia in bonam partem accipiant.

Nihil inter ipſos differat, aut alter alteri præferatur, aut poſt habeatur, omni, diuitis, & pauperis; nobilis, & obſcuri diſcrimine ſublato.

Alter alteri honorem exhibeat, præcipuè in ſuperiori ordine conſtituto, maxime verò ſi ſit ſacris initiatus.

Hoc enim vel maxime mutuam alit beneuolentiam, eſt que purgatæ conſcientiæ, & animi verè nobilis certiffimum argumentum: non tamen Reuerēdi, aut Domini, aut huius generis titulos uſurpent: è contra verò ea loquendi ratione non vtantur, quæ morum ruſticitatem coarguat.

Nullus niſi proprio, aut familiæ nomine quemquam appellet, nec ei quouis modo illudat.

Studeant in primis, vt pax & concordia inter ipſos conſeruetur, ſublatis quantum fieri poſſit omnibus diſſidij ac diſcordiæ cauſis: Si qua verò inter aliquos ſuboriatur offenſiuncula, omnino tollatur; quos tamen qui præſentis adſuerint, Rectori ſignificent: ſi autem huic officio deſuerint, eiufdem Rectoris arbitrio puniantur.

A priuatis amicitijs, nimiaq; inter ſe familiaritate abſtineant; conuenticula ne agant, ex quibus multa damna in congregationibus exiſtūt. Quamobrem ſine villo diſcrimine cum omnibus verſentur.

Nunquam verò ſeparatim ab alijs inter ſe colloqui, aut eſſe liceat, niſi tres ſaltem, aut quatuor fuerint, præſertim autem relaxationis tempore.

Quas in alijs virtutes cernunt, eas in ſe ipſis exprimere certatim contendant; Humilitatis, obedientiæ, modestiæ exempla viciffim deſumant; vitia ſi quæ fortè in alijs perſpexerint, vitent; Nulluſq; tam ſit impius, vt alios pie aliquid agentes, vituperare audeat; & Dæmonis officio fungens, eum ab operibus virtutum conetur abducere.

Qui aliquid minus laudabile in quoquam perſpexerit, aut aliquem correptione vel pœna dignum animaduertit, Rectorem ſtatim commonefaciat: qui ſecus fecerit, tanquam malorum fautor punietur.

Nullus, ſiue ioco, ſiue quouis alio prætextu, aliũ tangere præſumat; quiq; ſe ab alio tactum ſenſerit, Rectorem admoneat; alioqui eandem pœnam ſubibit, quæ ei qui tetigerit, arbitrio Rectoris grauiter iniungeretur.

Prou. i. tit. de armis ludis. &c.

Quo die relaxatur animus, ne ijs ludis ſe exercent, qui in Concilio noſtro Prouinciali nominatim vetiti ſunt: poterunt autem, aut pila minori, aut globis ligneis per anulum ferreum impellendis, aut pyramidulis pila iaciendis (vulgò, giuoco delli offi,) aut alio eiufmodi nõ indecoro exercitationis ludicæ genere vti,

pro ut Rectori expedire viſum fuerit: idque ſi domi maneant, tantum à prandio; ſi autem in villam exierint, etiam matutino tempore, ſi facultas detur.

Nullus alterius officium occupet: ſi quando verò legitime impeditus, proprium alteri committendum ſit, re primùm cum Superiore cõmunicata, modeſtè, non cum imperio faciat. Quòd ſi illud ad ea, quæ Eccleſiæ ſunt, ſpectet, non niſi in eodem ordine conſtituto demandetur.

Nullus, niſi de Superioris licentia, dono, aut mutuo det quidquam, vel accipiat.

Qui contra fecerit, primùm re ipſa quam tradiderit, mulctetur; tum etiam graues errati pœnas luat.

Alterius dicta vel facta ne quiſquam curioſè inueſtiget. Cum id animum à pietate, & à ſtudijs auocet, & multas in adoleſcentum Collegijs plerunque perturbationes excitet.

Cum Reuerendiſſimus Archiepiſcopus ad Seminarium ſe conferet, omnes ei aduentanti ad ianuam uſque Seminarij violaceis veſtibus induti obuiam prodeant, eaſq; coram illo ſemper retineant, etiam cum in Cœnaculum prandendi cauſa venerit.

Idem ſeruetur arbitratu Rectoris in aduentu externi alicuius Epicoſcopi, aut alterius viri Illuſtris in dignitate conſtituti, etiam laici.

Si verò idem Archiepiſcopus, aut Epicoſcopus Miſſæ ſacrum facturus Eccleſiam ingreditur, eidem obuiam prodeunt, ſuperpelliceum induant.

Externis omnem honorem, vt par eſt, deferant, ſeq. coram illis vbicunque fuerint, modeſtè gerant; non tamen eos alloquantur, aut per Seminarium deducant, niſi à Rectore obſtata facultate.

Quòd ſi aliquis vir Primarius ad Seminarium veniat, qui ab ſuis locis abſuerint, ſtatim ſe ad ea in cubiculum recipiant; Si verò propter alicuius dignitatem eum ad ianuam ſuſcepturi ſint, poſt eius ingreſſum ſtatim ad ſua loca reuertantur.

Famulis nihil imperent, nec cum ijs ſine facultate agant quidquam, aut loquantur.

#### Quæ ad ſtudia pertinent. Cap. IIII.

Quam diligentiffimè incumbant in ea ſtudia, quibus à Reuerendiſſimo Archiepiſcopo per Rect. addicti fuerint; in iſq; etiam præſcriptum ſibi ordinem ſeruent.

Præceptoribus ſuis honorem, reuerentiam, & obedientiam exhibeant; in gymnaſio modeſte verſentur, lectiones attentè audiant, ex iſq; fructum percipere ſtudeant; nec eis è gymnaſio ſine præceptoris venia exire liceat.

Semper latinè loquantur, excepto veſpertino tempore poſt cœnam, & die ad relaxandum animũ aſſignato.

Cantum, quem firmum appellant, omnes edificant;



scant; figuratum etiam ij, quibus à Rectore commisitum fuerit; idq; statim post prandium hora constituta.

Extra prædictum tempus, nullus nisi de licentia Rectoris canat, præterquam relaxationis die, festisq; diebus statuta hora recreationis.

Eleganter oēs & graphicè pingere literas discant, præscripto tempore, sub præceptore qui ad id conductus fuerit.

*De Vestitu. Cap. V.*

**H**ABITVS non exquisito nimis, aut elegantius; rursus nec fordido, nec abiecto vtantur; cum vtrumq; ecclesiasticum præcipue hominem maximè dedecet.

E cubiculo nemo exeat, nisi decenti vestitu ad præscriptam formam amictus, eoq; circa corpus compositè accommodato; neque nisi decenter coniecti, & cum subucula iaceant in lecto.

Vestes non ferant nisi laneas, easq; nõ caudatas. Pallium quod ferrarolum dicunt, ne ferant, nisi per pluuias, aut causa itineris; neque nouas vestes, aut alia integumenta sine Rectoris facultate conficienda curent.

Vestibus item non vtantur pelliceis, præsertim cum domo exeunt.

Caligæ, nec turgidæ sint, aut sectæ, nec alterius quam nigri coloris: Quod si alicui permittatur, vt dissectas gestet, eas supra genua nodo alliget.

Collaria artificiosè elaborata rejiciant, nec camisas ad manus reflectant.

Superior vestis ad collum decenter adstricta sit: Eius manicæ, cum interioris tunicæ manicis æquentur.

Birretti, vt vocant, interior pars, nigri tantum sit coloris.

Pileum acuminatum ne gestent, isq; tortili cingulo modico claudatur.

Chyrothecas non induant; nec cingula, aut vincula tibialium serica aut reticulata adhibeant.

Qui aliquod indumenti genus contra constitutiones apud se habuerit, præterquam quod illud distribuetur indigentibus, in eum præterea grauitè animaduertetur; nec illi sacræ ordinationis tempore literæ testimoniales de clericali vestitu concedentur.

*De domesticis exercitijs, alijsq; præstandis cum domo exeunt. Cap. VI.*

**V**NVSQVISQVE lectum suum componat; è loco suo sordes omnes amoueat; omnibus in rebus munditiam ac nitorem procurat, easq; ordine dispositas habeat; & munera quæ sibi obuenerint, siue in cubiculo, siue foris, diligenter obeat.

Singuli in Mensa legant, & inseruiant, prout illis à Rectore præscriptum fuerit: eoq; præsertim, nudato capite inseruiant.

Nihil perniciosius adolescentibus, ijs præsertim qui sub certa viuendi disciplina degunt, & literarum studijs dant operam, quam sapius dormi, multò magis per urbem vagari; estq; hoc inanis cuiusdam leuitatis certissimum argumentum.

Quamobrem nullus à cubiculo, ne à suo quidem loco; nullus relaxationis tempore à loco constituto sine præfecti sui venia discedat.

Nullus ad ianuam accedat, viridarium, aut alienum cubiculum ingrediatur, nisi eius rei facultatem à Rectore obtinuerit.

Nulli quauis ratione priuatis de causis è Seminario exire liceat, nisi de licentia Rectoris; à quo hæc licentia tantum permittetur, cum id vrgēs necessitas postulabit; & ijs solum de causis, quæ illi à Reuerendis, Archiepiscopo fuerint præscriptæ: neque verò nisi communi ianua ingrediatur, aut exeat.

Cum in publicum prædeunt, violacei coloris vestes induant.

Eodem habitu in ecclesia vtantur, cum diuinis officijs, aut concionibus, aut Missæ sacrificio interfunt; præterquam cum ferialibus diebus Missam audient.

Alijs temporibus eas ne deferant, etiam si ob tenta facultate, vacationis tempore, aut alia de causa domum se conferant.

Curet vnusquisque, vt decimoquinto quoque die aliquis ad Seminatum veniat, qui sibi de necessarijs prouideat, pecuniamq; deponat penes electum à Rectore, in minoris pretij rebus infumendam.

In incessu, siue domi, siue foris, grauitatem, & modestiam præferant; ne cursitent, vel contentius ambulent; brachia ne iactent; oculis ne vagentur, aut in via rei alicuius inspiciendæ causâ consistant; Ne altiore voce colloquantur; ne brachijs vestes inuoluant, etiam si puluerulenta via sit, aut lutulenta; caueant tamè, ne eas luto inficiant, aut puluerem excitent.

Dum in ecclesiam procedunt, & loci sanctitatè, & conueniendi causam attentè cogitent, debitamq; pietatem, modestiam, ac silentium seruent.

Cum in Ecclesia Maiori, aut in alia quauis extra Seminarium erunt, non modò ab ecclesia, sed ne à choro quidem, sine Vicarij Generalis, cum adest, vel eo absente, sine eius facultate, quem Rector constituerit, etiam à quocunque vocati discedant; ijs exceptis, quibus pro cæremoniarum ratione, Canonici ordinarij tunc in diuinis officijs ministrantes, à choro in sacristiam, & ab eadem in chorum deducendi erunt: qui sine huiusmodi licentia à sua statione discesserit, grauitè à Rectore punietur.

Ne de nocte, nisi cū lumine domo incedant; qui secus fecerit, graues penas dabit.

Qui exeundi potestatem iusta aliqua de causa sibi fieri cupient, pridie illius diei exeundi causam Rectori in scriptis significabunt; Ministrum simul de officio, quod domi præstare de-

*Institut. Seminarj.*

debuissent, certiore facient: Impetrata facultate, in exitu Rectorem adeant; idem faciant, cum reuertentur.

Inter eundem illam cautionem adhibeant, vt minores dignioribus primum locum cedant.

Ea tantum loca petant, ad quæ proficiscendi concessa fuerit facultas; ac dent operam, vt quam celerrimè fieri possit, se expediant; domumq; se recipiant, antequàm detur signum Angelicæ Salutationis.

Cum assignatis sibi socijs exeant, & ab ijs nunquam se se disiungentes, domum reuertantur.

Nullus è Seminario quidquàm asportare audeat, priusq; illud Rectori aut Ministro ostenderit.

*De Infirmis. Cap. VII.*

**C**VM primum morbo correptus quis decubet, ac præcipue febrì, statim per se, aut per alium, Ministrum moneat: ac in valetudinarium missus, continuò confessorum accersat, eiq; peccata sua confiteatur.

Medico obtemperet, & cui infirmorum cura demandata est.

Morbi vim patienter ferat, ac in omni fortitu-

dinis ac constanti officio se se continens, patientiæ, & pietatis exemplum ijs præbeat, qui ad illum inuisendum accesserint.

Ne quisquam ægrotum inuisat sine Rectoris, aut Ministri facultate; neque ad illum quidquam afferat, præter ea, quæ Medicus præscriperit; idq; à Rectore, vel Ministro venia petita.

Cum aliquis periculosè ægrotauerit, omnes pro eo Deum suppliciter orent; vt si ad maiorem Dei gloriam, & ægroti salutem futurum sit, pristinam recuperet valetudinem.

*Quæ ad has Clericorum constitutiones generatim pertinent.*

**H**Æ constitutiones ad clericos pertinentes, semel vt minimum singulis mensibus in triclinio legantur: quibus, sicut & cæteris omnibus, quæ à Rectore præcipiuntur, obediens erunt; ab eoq; vel à Ministro impositas penas promptè subibunt.

Illudq; omnes meminerint, nisi benè ac religiosè se gesserint, fore vt eiciantur è Seminario; atque compellatur sponsor, vt totum id dependat, quod pro illis sponderit.

*Partis Quintæ Actorum Finis.*



# ACTORVM S. MEDIOLANENSIS ECCLESIAE.

Pars VI.




## TABELLÆ DIVERSÆ.

TABVLA

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words are difficult to decipher but appear to be Latin.]*

**H**...

*[Faint text at the bottom of the left page.]*



# TABVLA ARCHIEPISCOPORVM SANCTÆ ECCLESIAE MEDIOLANENSIS.

*Ex Decreto Concilij Prouincialis IIII.*

*EDITA.*

- 1 S. **B**ARNABAS Apostolus, Cyprius, Romæ primùm fidē prædicauit, deinde Mediolanensem Ecclesiam instituit: in qua episcopus sedit an. vi i. Inde Bergomum, & Brixiam profectus, hic Narnum, illic Anatolium episcopum reliquit.
- 2 S. Anatolius, beati Barnabæ Apostoli discipulus, Græcus, Cyprius, sedit an. x. Lino pont. Mediolano ab Apostolo Barnaba Brixiam euocatus, ob fidem in ea vrbe constanter multa perpessus, in Domino obiit septimo calendas Octobris. Quem diem eius natalem ecclesia Mediolanensis officio precum solemniter colit.
- 3 S. Caius Sergius, Romanus, S. Barnabæ Apostoli discipulus, vitæ sanctitate, & charitate erga pauperes in primis mirificè præluxit. Vitalem & Valeriam coniuges, beatorum martyrum Protasij & Geruasij parentes, aliosq; ciues Mediolanenses (senatorij ordinis baptizauit. In prædio Castritano cœmeterium, vbi martyres sepelirentur, dedicauit. Romam profectus, euangelij prædicationem cum beato Clemente, cæterisq; Apostolorum discipulis communicauit. Deum fidei causa cum Clateo Brixia episcopo multa perpessus, obiit in Domino v. cal. Oct. Sedit ann. xi i. Sepul. est in basilica S. Naboris.
- 4 S. Castritianus Oldanus, Mediolanensis, basilicas tres, vnam Portianam, alteram Faustianam, tertiam beati Ioannis Baptistæ ad Concham ædificauit. Calimerium græcum hominem, egregium christianæ pietatis cultorem, benignè excepit, diuq; aluit. Peregrinos, & pauperes fouit perpetuò. Ad Iesu Christi fidem Ecclesia Mediolanensis xi i. annos religiosè administrata, conuertit multitudinem innumerabilem. Vitæ sanctitate clarus, migravit ad Dominum calendis Decembris. Eius corpus via Romana sepultum est in cœmeterio peregrinorum.
- 5 S. Calimerius Græcus, Romæ educatus in Romanorum Pontificum disciplina, à S. Castritiano basilicæ Faustianæ clero adscriptus, post, Archiepiscopus creatus, non solum diœcesim Mediolanensem, sed Liguriam omnem religione illustrauit. Quo nomine accusatus, à fidei hostibus in Hadriani persecutione comprehensus, primò variè cruciatus, tum vulneribus confossus, denique ceruicibus gladio trāsuerberatis, præceps in puteum deturbatus, martyrio coronatur prid. cal. Aug. Sedit an. l i i. sepelitur in cœmeterio Caij.
- 6 S. Monas Burrius, Mediolanensis, philosophiæ scientia præstans, & sanctimoniam in primis nomine illustris, & sanctimoniam Archiepiscopus factus, patrimonium amplum ecclesiæ donauit. Mediolanum parochijs cœtum & quindecim distinxit. Ieiunijs, orationibus, & charitate erga pauperes, ecclesiam sibi commissam decorauit: cui præfuit ann. l i x. Eleuthero, deinde Victore, ac præterea Pontiano pont. Obijt in Domino vi i. Calend. April. Vacauit diu Archiepiscopatus.
- 7 S. Mirocles, ciuis Mediolanensis, beati Epiphanijs Episcopi Ticinensis propinquus, Romam à Melchiade pontifice ad synodum euocatus, in illius consilio præclarè adfuit. Ecclesiam Mediolanensem eximie excoluit: in qua statis horis psallendi certam regulam præscripsit. Fuit virtutum episcopatum gloria valdè admodum ornatus, sed hospitalis maximè. Sedit an. xx i.
- 8 S. Protasius Algisus, Mediolanensis, beati Miroclis discipulus, post illius obitum Archiepiscopus creatus, sedata persecutionum tempestate, mirabiles disciplinæ ecclesiasticæ progressus habuit. Sardicam ad conciliū venit. Epiphaniū Papiæ episcopum de more consecrauit, Sedit ann. xi i.
- 9 S. Maternus Mediolanensis, cum Mirocle Archiepiscopo presbyter, pro gloria Christi in Maximiani persecutione, vincula, carcerem,

N n n n cerem,



- cerē, verbera, constantissimè pertulit; aliof- que, Carpophorum in primis & Fidelem ad martyrium confirmavit. Archiepiscopus deinde, sancti Victoris martyris corpus in uentum sepeliuit. Meliodorum Dertonæ episcopum consecrauit. Sedit an. xv. Quieuit in Domino x i i . cal. Aug. sepult. est in basil. S. Naboris.
- 10 Orosius Mediolanensis, Siluestro pont. vnà cum Nazario Lectore synodo Arelatenſi i i . interfuit: vt in antiqua actorum eccleſiæ Mediolan. monumenta relatum est.
- 11 S. Eustorgius I. Græcus, in Materni locū Archiepiscopus creatus, cum alijs ad pietatem insignibus monumentis ecclesiam Mediolanensem decorauit, tum sanctorum Magorū corpora, iam pridem ē Parthis Constanti- nopolim asportata, inde Mediolanum mi- rabiliter tranſtulit. Sedit ann. x i x . Silue- stro pont.
- 12 S. Dionysius Marianus, Mediolanensis, om- ni virtute, atque adeo vitæ innocentia præ- stans, vt Apostolorum similis putaretur. Causa beati Athanasij defensor, in concilio Mediolanensi à Constantio Imperatore arianæ sectæ studio damnatus, & in vlti- mam Cappadociam relegatus, ibi omni lau- de florens, fuit apud omnes in magno ho- nore. Demum in exilio pro fide catholica variè afflictus, propiore martyribus titulo spiritum Deo reddidit. Eius corpus Aure- lius Ridicianæ vrbs episcopus Mediolanū ad sanctum Ambrosium tranſtulit. Sedit au- tem S. Dionysius ann. x i i . Liberio, ac de- inde Damaso Pont.
- 13 Iulius Mediolanensis, interfuit Iulio I. pont. in synodo Romana: cuius actorū vestigia expressa extant.
- 14 S. Ambrosius, Ambrosij filius, Romanus, Ec- clesie Doctor, corporis statura mediocri fuit, aspectu graui, & pulchro, naso paulu- lum oblongo, capillis flauis, fronte lata, vno- que oculo supercilijs elato; animi autē vir- tutibus egregijs, vereq; episcopalibus flo- ruit. Omni religionis catholice officio do- ctrinaq; ecclesie Dei profuit: atque ob eā causam eius nomen non latinè solum, sed græcè, syreque; celebratum, vbique in omni ecclesia magnum est. Præfuit verò eccle- siæ Med. an. xx i x . Damaso, ac deinde Si- ricio, pont.
- 15 S. Simplicianus Catanus, Mediolanensis, ge- nere, & morum pietate clarus, ab ineunte ætate optimis studijs imbutus, doctrinæ & religionis præclara testimonia ab sanctis Ambrosio & Augustino accepit. Victori- num rhetorem nobilem ab impura idolo- rum superstitione ad Iesu Christi fidem Ro- mæ conuertit. Concilij Carthaginiensis le- gatus, à quibus de re graui consultus est, ad se missos benignè excepit. Gaudentiū No- uariæ episcopum consecrauit. Diuinorum
- officiorum, quæ S. Ambrosius instituerat, ri- tibus ecclesiam Mediolanensem auxit. Se- dit ann. i i i . Anastasio pont. Ex hac vita ces- sit x i x . cal. Septemb. Sepultus est in basi- lica beatæ Mariæ Virginis.
- 16 S. Venerius Oldradus, Mediolanensis, san- cti Chrysoſtomi græcarum literarum testi- monio celebratus, ad quem etiam vsque ab Africa synodus Carthaginiensis legatos mi- sit, virtutum summarum, & sanctitatis mul- tis miraculis testificatæ laude clarus, ad præ- mium abiit in cælum i v . non. Maij. Sedit an. i x . Anastasio, & deinde Innocentio I. pont. Eius corpus sepultum est in basilica Apostolorum.
- 17 S. Marolus, Innocentij I. familiaris, vir iei- unio vigilijsq; deditus, in oratione ac medi- tationibus frequens, quem Ennodius Tici- ni episcopus versibus laudauit, declarata di- uinitus eius sanctitate, præfuit vtiliter eccle- siæ Med. an. xv. Zosimo, deinde Bonifacio pont. Sepultus est in basilica Apost.
- 18 S. Martinianus, de quo in concilij œcumeni- ci Ephesini acta relatum est, sanctissimus, Deoq; charus Archiepiscopus, doctrinæ no- mine illustris, à Gothis pro fide variè affli- ctus, ecclesiam Mediolanensem religione in- struxit. Sedit ann. i i v . Obijt in Domino i v . Non. Ian.
- 19 S. Clicerius Landrianus, Mediolanensis, vi- tæ cœlestis studio deditus, in assiduaq; ver- bi Dei prædicatione versatus, ecclesiam sibi commissam, vt cæteri Archiepiscopi, qui antea religiosè præfuerant, sanctis institu- tis illustrauit. Vir fuit instar virginis ve- recundus, vultuq; virgineo præ se tulit ima- ginem diuinorum suæ mentis cogitationū. Sedit an. i x . Obijt in Domino x i i . calen. Octob. sepul. in basil. Apost. Archiepisco- patus diu vacauit.
- 20 S. Lazarus Lazari filius, Boccardius, à Clice- rio ecclesie Mediolanensis Primicerius crea- tus, post eius obitū Archiepiscopus, in sum- ma Gothorum barbarie, clerum populum- que commissum piè gubernauit. Litanias Triduanas, quæ Mediolani adhuc religio- so cultu obseruantur, instituit. De eo S. Ennodius carmina cōfecit. Pridie Id. Mar. quieuit in Domino, Leone I. pont. Sedit an. x i . sepul. in bas. Apost.
- 21 S. Eusebius Paganius, Mediolanensis, Ecclē- siæ Ambrosianæ, quæ ob Gothorum imma- nes excursions diu vacauerat, instaurator vigilantissimus, basilicas barbara impietate euerſas restituit, pollutas consecrauit: con- secrationis celebritatem mensē Octobri die Dominico tertio agi instituit. Libros di- uinorum officiorum belli incendio inflam- matos rescindendos curauit: Cleri discipli- nam ad religiosos mores reuocauit. Syno- dum prouinciæ habuit: epistolam encycli- cam ad sanctissimū pont. Leonē misit. De- mum

- mun sanctarum virtutū gloria nobilis, ob- dormiuit in Domino pridie Id. Aug. Sedit an. xv i i . Leone I. deinde Hilario, tum Sim- plicio pont. sepul. in basil. S. Laur. mart.
- 22 S. Geruntius, cuius Mediolanensis, Simplicio pontifice v i i . cal. Ianuarij inuitus creatus Archiepiscopus, magna cum humilitate sus- cepit, & afflictissimis Insubriæ temporibus sanctissimè gessit an. v i . Obijt in Do- mino i i i . Non. Maij. sepul. in basilica S. Simpliciani.
- 23 S. Benignus Bentius, Mediolanensis, Enno- dij Ticinensis versibus celebratus, laude san- ctitatis florens, Archiepiscopatum religio- sissimè administravit annos v i . Quieuit in Domino x i i . cal. Decembr. sepultus ad S. Simplicianum.
- 24 S. Senator Vilanius, Mediolanensis, presby- ter, cuius in epistola ad Leonem pontificē missa Eusebius Archiepiscopus meminit, Nonis Decembris die festo S. Ambrosij Ar- chiepiscopatus gubernationē suscepit. Vir præstanti ingenio, diuinorum literarum sciē- tia, eloquentia, & episcopalis charitatis vir- tutib; egregiè excultus, prophetis interpre- tandis diligentissimus, mirifica erga paupe- res liberalitate vsus, ad ecclesie Mediolanē- sis gubernacula sedit an. i v . Gelasio pont. Obijt sanctè in Domino i i i . cal. Iun. sep. in basil. S. Euphemie.
- 25 Theodorus I. Medices, cuius Mediolanensis, Gelasio pont. factus Archiepiscopus v i . Id. Septembris, vir optimus, & sapientissimus, cum clerum & populum vnice in Christo dilexit, tum valde beneficus erga egētes ho- mines, parens pauperum vulgò vocatus est. Archiepiscopali autem munere piè perfun- ctus annos x. ex hac vita cessit i v . cal. Apr. Symmacho pont. sepul. ad S. Hippolytum. Sunt de eo versus Ennodij.
- 26 Laurentius I. Litus, Mediolanensis, quem Symmachus pont. eximie dilexit, & in syno- do tertia, quarta, quintaq; Romana summo- perè laudauit, vir scientia præcellens, & vir- tutum donis maximis excultus, clerum po- pulumq; Mediolanensem, non minus docē- do quàm agendo instruxit ad optimam di- sciplinam. Admirabili quadam vitæ suæ grauitate deuinctos cunctorum animos tenuit: quamobrem cum omnes eum verebā- tur, tum nemo quisquam fuit, qui vel in ab- ditissimo loco scelus concepisset, quin illū quasi testem spectatoremq; metueret. Se- dit an. xx. eodem Symmacho, deinde Hor- misda, ac post Ioanne I. pont. Obijt v i i . cal. Augusti, sepultus ad sanctum Hippoly- tum mart.
- 27 S. Eustorgius II. Græcus, Ioannis Damasce- ni discipulus, cum Ioanne Alexandrino Ro- mam Gelasio pont. profectus, à Felice I V. Archiepiscopus creatus, omni virtute, & pie- tate in primis præluxit, Florianum, qui de- inceptus sanctitatis laude clarus, episcopus ec- clesie Hispalensis præfuit, ab vltima Panno- nia profectū, domi excepit, baptizauit, dia- conum instituit, literiq; erudiuit. Augustæ vrbs episcopum proditoris accusatum di- gnitate episcopali multauit. Oppida, & prædia, quæ in Sicilia præsertim ecclesia Me- diolanensis habuit, egregiè defendit. Bapti- sterium ædificandum curauit: ad quod mi- rifico opere aquam per tectū templi dedu- xit. Sedit an. i x . sepul. in basil. S. Laurentij.
- 28 S. Magnus Trincherius, Mediolanensis, Sil- uerio pontifice Archiepiscopus factus, ad- miranda abstinentia, sanctitate, diuinaque miraculorum virtute eluxit; piè archiepi- scopali munere perfunctus annos i i i . quie- uit in Domino cal. Nouemb. sepul. in basili- ca Eustorgiana.
- 29 S. Datus Aliatius, Mediolanensis, vir pietate in primis, & doctrina præcellens, Vigilio pont. Archiepiscopus creatus, populum si- bi commissum in summa annonæ caritate panico sustentauit. Corinthi domum à dæ- monibus diuinitus liberauit. Concilio Cō- stantinopolitano quinto interfuit. Anna- lium libros conscripsit. Ecclesiam Mediola- nensem admirabili pietate gessit ann. xx i i . Obijt in Domino x i x . calen. Febr. sepultus in basilica S. Victoris.
- 30 Vitalis, cuius Mediolanensis, Ioanne III. pōt. creatus Archiepiscopus, quo tempore Lon- gobardi rursus Italiæ opes affligerant, in ea temporum perturbatione omnem vigi- lantia suæ vim in pastoralibus studijs at- que officijs posuit diligentissimè. Sedit an. i v . pont. eodem. Sepultus in æde S. Vita- lis mart.
- 31 S. Auxanus Cribellus, Mediolanensis, Ioan- ne III. pont. Archiepiscopus factus, cum in omni re episcopalis muneris partes egit, tum prædicationis officio perfunctus est ad fiduē annos duos: quibus ecclesiam sibi cō- missam gessit. Quieuit in Domino i i i . Non. Septemb. sepul. in ecclesia S. Stepha- ni ad Rotam.
- 32 S. Honoratus Castillionus, Mediolanensis, vir eloquentia, doctrina, & sanctitate cla- rus, & Benedicto I. pont. Archiepiscopus renunciatus, sapientia, consilio, optimaque institutione corroborauit ecclesie commis- sæ partes, Longobardorum barbarie debi- litatas. Aquileiensis concilio præclare in- terfuit. Paulinum Aquileiæ episcopum cō- fecrauit. Sedit ann. v i . Quieuit in Domi- no v i . Idus Febr. sepul. in ecclesia S. Geor- gii mart. ad Noxetam.
- 33 Iūrus Frōtonius, Mediolanensis, vir nobilitate & potentia florens, per vim simoniaq; sce- lus Archiepiscopale sedē vt sēdissimè occu- pavit, ita iniquissimè administravit ann. x. Cuius sceleris pœnam dedit nefaria morte.
- 34 Laurentius II. Frōtone extincto Archiepisco-  
N n n n 2 pus

- pus creatus, Pelagio I I. pont. Genuæ, vbi populus Mediolanensis, cum ob immanem exterarum gentium impietatem in patria esse non posset, magna ex parte domicilium constituerat, commoratus, Archiepiscopale munus rectè pieq; gessit, & exemplo vitæ, & doctrina. Ecclesiæ Mediolanensis patrimonium, quod in Sicilia amplū habuit, præclare defendit: ob eamq; rem Cōstatium diaconum Romam ad Gregorium pont. misit. Obijt autem Genuæ.
- 35 Constantius, ciuis Mediolanensis, Diaconus, cuius vita moresq; in legatione Constantinopolitana Gregorio I. pont. benè cogniti erant, in vrbe Genua eius iussu Archiepiscopus & electus, & consecratus est. Pallio item ab eo donatus, & alijs singularibus beneficijs ornatus, archiepiscopalem dignitatem immani exterarum gentium incurSIONE afflictam ad pristinum gradum erexit. Omni autem laude præstans, nobilitatus est etiam literarum Gregorij pont. monumentis. Sedit annis VI I.
- 36 Theodatus, Mediolanensis, Diaconus ecclesiæ Metropolitanæ, cleri suffragijs Archiepiscopus electus, à Pantaleone protonotario, cui Gregorius pontifex rem delegarat, Genuæ in archiepiscopali dignitate confirmatus, arianorum, quorum adhuc aliqua pars in Insabria reliqua erat, furorem impiè exultantem repressit: ob eamque rem pontifici Gregorio gratus & charus. Sedit ann. XXI IX. Sabiniano, deinde Bonifacio I I I. & I V. post Deodato, tum Bonifacio V. pontifice.
- 37 Asterius, Romanus, Honorio I. pont. Archiepiscopus factus, Berinum ad Britanniam legatum à pontifice missum illius iussu episcopum consecravit. Munere archiepiscopali rectè perfunctus annos X. obiit Genuæ pridie Non. Iun. sepul. in æde s. Syri.
- 38 Phortius, quo tempore Ioannes Bergomi episcopus in prouincia Mediolanensi sanctitatis in primis laude florens arianorum impietatem retundere aggressus est, archiepiscopatum iniit: quem Genuæ tamen gessit annos tres.
- 39 S. Ioannes Bonus, Camillius, Genuensis, Ioannis Bergomensis episcopi sanctissimi consuetudine coniunctus, archiepiscopus creatus, immani Barbarorum dominatu nō deterritus, ab vrbe Genua, vbi aliqui archiepiscopi diu manserant, Mediolanum ad stationem sedemq;. Archiepiscopalem redijt: quam summa cum laude tenuit annos decem. Romam ad synodum Martino I. pōt. venit: Arianos Bergamo depulit: in oppido Decio Ecclesiam S. Materni consecravit. Miraculorum laude clarus, obiit in Domino quarto idus Ianuarij.
- 40 S. Antoninus Fōtana, Mediolanensis, VI I I. Cal. Iul. qui dies natalis est S. Ioannis Ba-

- pistæ, Archiepiscopus consecratus, admiranda vitæ sanctitate, & pastoralis officij exemplis præluxit: in conuellendisq; barbaris gentium exterarum, quæ iam pridem Mediolani domicilium constituerant, moribus euigilauit maximè. Sedit annos I I V. Obijt in Domino pridie Cal. Decembr. sepul. in basil. S. Simpliciani.
- 41 S. Mauricilius, maximarum virtutum nomine illustris, à clero summa consensione Archiepiscopus electus, & à pōtifice confirmatus, sedit men. I V. magna cum testificatione sanctitatis suæ. Obijt in Domino pridie cal. Apr. sepul. in eccl. S. Satyri.
- 42 S. Ampelius, Domno pont. creatus Archiepiscopus, sedit annos quinque: Obijt in Domino VI I. Idus Febr. Agathone pont. sepultus in basilica sancti Simpliciani. Eius sanctitatem, & dum archiepiscopatum gessit, & postquam ex hoc sæculo abiit, testatam Deus fecit miraculorum magnitudine, & multitudine.
- 43 S. Mansuetus Sabellus, Romanus, Agathone pontifice Archiepiscopus factus, Ecclesiæ commissæ vtiliter præfuit. Synodo Constantinopolitana VI I. præclara eruditionis laude interfuit: episcoporum prouinciæ Concilium habuit, de cuius sententiæ epistolam, fidei, pietatis, doctrinaq; plenam, cōtra monothelitas hæreticos ad Imperatorem scripsit. Sedit an. IX. Obijt XI. cal. Mar. sepul. in basilica S. Ambrosij.
- 44 Benedictus Crispus, Mediolanensis, diuinis humanisq; literis eruditissimus, & maximarum virtutum auctoritate grauissimus, atque ob eam rem tota Italia clarissimus, Ioanne VI. pont. Archiepiscopus declaratus, Sedit an. XLVI I. Templum sancti Benedicti in porta noua ædificauit: ecclesiæ suæ ius mirificè defendit: causam contra episcopum Papiensem Romæ constanter egit. Demum miraculis clarus, quieuit in Domino V. Id. Mar. sepul. in basil. S. Ambrosij.
- 45 Theodorus II. Gregorio I I I. pont. Archiepiscopus creatus, rituum eruditione præstans, Matutini officij mysteria, cæremonialq; more Ambrosiano solemnnes, libro singulari enucleatè perscripsit. Sedit ann. X I V. sepul. in monasterio Horonæ, quod Horona soror exstruxerat.
- 46 S. Natalis, latina, græcāq; eruditione valde præstans, & hebraicè doctus etiam, eximiusque catholicæ religionis cultor, Zacharia pont. Archiepiscopatum suscepit, & gessit vsque ad eò religiosè, vt exantlatis multis pro fide laboribus, demum sanctitate clarus in Domino quieuerit I I I. Id. Maij. sepul. in basil. S. Georgij, quam is ædificauit. Sedit an. I. men. I I.
- 47 Arifredus, Zacharia pont. creatus Archiepiscopus, præfuit Ecclesiæ Mediolanensi menses IX. sepul. in basil. S. Nazarij.

- 48 Stabilius, Stephano I I I. Archiepiscopus factus, sedit an. I I. men. IX. Sepul. in Basilica S. Ambrosij.
- 49 B. Letius Marcellinus, Mediolanensis, vniuersi pietatis officio insignis, & admiranda in primis charitate erga pauperes, sedit an. XI I V. men. XI. sepul. in Bas. S. Ambr.
- 50 Thomas Crassus, Mediolanensis, pietatis studio deditus, religionis causa Hierosolymam peregrinatus, inde reuersus, Hadriano pont. cal. Nouēbris Archiepiscopus factus, Ambrosiani officij libros, quos Carolus Magnus inflammandos censuit, Eugenij episcopi studio mirificè defendit. Carolum Magnum Italiæ regem corona ferrea coronauit. Glisam Pipini Regis filiam Mediolani solēniter baptizauit. Sedit an. XX I X. Obijt cal. Oct. Sepul. in Bas. S. Laurentij.
- 51 Oldobertus Marionius Eugubinus, sedit an.
- 52 Petrus I. Crassus, Oldradus, Mediolanensis, Adriani pont. Secretarius, deinde Archiepiscopus factus, mox Legatus à pontifice ad Carolum Magnū Imp. venit: cui charus admodum fuit. Hæreticos maximè oppugnauit, ob eamq; rem hæreticorum mallemus vulgò vocitatus. Sermones de sanctis scripsit, in quibus præcipuus est vnus de sancto Barnaba Apostolo & Episcopo Mediolani primo. Epistolas etiam permultas magnarum rerum pondere graues, & vnā præter cæteras ad Carolum Magnū de translatione corporis S. Augustini. Bernardum Pipini filium, Italiæ regem coronauit. Sedit an. XXVI I. Obijt VI I. Id. Maii. Sepul. in basilica s. Ambrosij.
- 53 Alibertus Crassus, Mediolanensis, Stephano Quinto pont. cal. Octobris Archiepiscopus pronuntiatus, admirabili vigilantia præfuit annos IX. men. VI I. Obijt pridie cal. Mar. Sepul. in basilica S. Ambrosij.
- 54 Anselmus I. Bilius, Mediolanensis, à clero Archiepiscopus electus, & à Paschale pont. confirmatus, pauperes eximia charitate dilexit: Lotharium Ludouici Pij filium Italiæ regem in oppido Modoetia coronauit: ecclesiam commissam administravit annos V. Obijt V. Idus Maij. Sepultus ad s. Ambrosium.
- 55 Bonus Castillionius, Mediolanensis, Paschale Pont. creatus Archiepiscopus, acerrimus iurisdictionis ecclesiasticæ defensor, sedit an. I V. Obijt I X. Cal. Februarij. Sepul. in basil. S. Ambrosij.
- 56 Angisbertus I. Mediolanensis, Gregorio IV. pont. Archiepiscopus factus, sancti Monæ Archiepiscopi corpus in ecclesiā sancti Michaelis ad Domum transtulit. Sedit an. I. menses I I. Obijt VI I. Idus Sept.
- 57 Angelbertus I. Pusterlius, Mediolanensis, Gregorio IV. pont. Archiepiscopus creatus, pauperum, viduarumq; pater; ecclesiam etiā sibi commissam beneficijs & donis orna-
- uit: altare in basilica sancti Ambrosij cæto auro faciendum curauit: Synodum prouinciæ habuit: in qua beatorum martyrum Iouitæ & Faustini Cœnobij, quod Ramberus Episcopus exædificarat, institutionem ratam habuit. Sedit an. XXV. Obijt Idibus Decembris. Sepult. in basilica s. Nazarij. Hoc tempore Mediolani multæ ecclesiæ ædificantur.
- 58 Tado, ingenio, & rerum diuinarum scientia præstans, ob eamq; rem sapiens, & à Nicolao I. pontifice sanctissimus aliquando vocatus, ecclesiam Mediolanensem gubernauit annos VI I. menses VI. Obijt prid. cal. Iunij. Sepul. in basil. s. Ambrosij.
- 59 Anspertus Arbutius Confalonarius, Mediolanensis, ecclesiæ Metropolitanæ Archidiaconus, à clero Archiepiscopus electus, ab Adriano II. pont. confirmatus, Carolū Caluum, Italiæ regem coronauit, & Carolum Crassum item. Sedit annos XI I V. men. V. Obijt VI I. Idus Octob. Sepult. in basilica sancti Ambrosij.
- 60 Anselmus II. Caprius, Mediolanensis, à Ioanne VI I I. pont. è Gallia Romam redunte Archiepiscopus incredibili cleri populique gaudio creatus, sedit an. XI V. Obijt I V. Cal. Oct. sepul. in basilica s. Ambrosij.
- 61 Landolphus I. Crassus, Mediolanensis, Benedicto IV. pont. creatus Archiepiscopus, sedit an. I I I. Obijt Non. Nou. sepul. in basilica sancti Ambrosij.
- 62 Andreas Lampugnanius, Mediolanensis, die festo sancti Andrea à clero Archiepiscopus electus, mox à Leone V. pont. confirmatus, sedit an. VI. Obijt pridie Cal. Mar. Sepul. in basilica sancti Ambrosij.
- 63 Atho Oldradus, Mediolanensis, Archiepiscopus, magna ciuium multitudine Sergiū III. pont. in Galliam deducit: inde Romā, vbi opem ei tulit ad Christophorum vrbe pellendum, qui pontificatum inuaserat. Is in ecclesia Mediolanensi primo Sabbato Septēbris vesperarum officium de cruce agi instituit. Sedit an. XI I. men. VI. Obijt Romæ VI I. Id. Sepultus in ecclesia SS. Bonifacij & Alexij in monte Auentino.
- 64 Garibertus, Ioanne Decimo pont. in sede Archiepiscopali collocatus, Alberico, qui in agro Piceno dominabatur, auxilio fuit ad Saracenos ex Apulia eijciēdos. Sedit an. I I.
- 65 Lambertus, vir solerti ingenio, summoque consilio, Archiepiscopus Ioanne XI. pontifice creatus, Rodolphum Papiæ regem acclamatum in summa Italiæ dissensione coronauit: in Italiam de summi pontificis sententia Hugonem Comitem Arelatensem accersuit. Burcardum Suenorum Ducem, Rodulphi Regis focerum, legatum ad se missum benignè excepit. Genuensibus auxilium contra Saracenos misit. Sedit an. IX. Obijt cal. Iulij.

- 66 Hilduinus, Monachus, Gallus, Stephani IX. Pont. familiaris, Martino III. Pont. Archiepiscopus factus, Hugonem Ludouici III. filium Burgundiae Ducem, Italiae Regem in basilica Ambrosiana Mediolani coronauit. Sedit ann. VI. Obijt Cal. Aug.
- 67 Ardericus Cotta, Mediolanensis, Agapeto II. Pont. creatus Archiepiscopus, Berengariū Verona Mediolanū euocat: vbi pro rege se gerere cepit. Ecclesiam sancti Andreae nomine ad murum ruptum aedificauit: sacellum S. Lini in Basilica S. Nazarij exstruxit. Sedit ann. IX. Obijt III. Idus Oct. Sep. in sacello S. Lini.
- 68 Alamanus Menclotius, Mediolanensis, Canonicus Ordinarius, cum Manasse Vgonis Imperatoris filio de Archiepiscopatu contendit: sed tandem vniuerso clero suffragante Archiepiscopus factus, sedit annos IV.
- 69 Valbertus Medices, Mediolanensis, Ioanne XXI. Pont. factus Archiepiscopus, Berengarij rabiem fugiens, ad Othonem I. Imper. venit, cui promittit, si tyrannum extinxerit, se regni insignia traditurum. Episcopo ram prouinciae concilium de more euocat, deq. omnium qui frequentes aderant, sententia, regnum Berengario abrogat. Othonem autem, cui regnum detulerat, solemniter iureiurando adstringit, se pro salute dignitateq. Italiae patrimonium omne profuturum, nullumq. periculum recusaturum: Othonem vero Mediolani in basilica Ambrosiana ex promisso coronauit; eamque ob causam multa ab eo oppida dono accepit. Romanamq. synodo interfuit: in qua priori loco & confedit, & subscripsit, quam Archiepiscopus Rauennae. Sedit an. XI. IX. sepul. in ecclesia Hyemali.
- 70 Arnulphus Bonitij Ducis filius, Subdiaconus S. Ecclesiae Mediolanensis, ab Othone Imperatore Archiepiscopus Clero reclamante electus, nomen, dignitatemq. Comitit tult, iusq. per Vicecomitem exercuit. Historiam sui temporis scripsit. Sedit annos III. sepul. in ecclesia Hyemali.
- 71 Gotifredus, Benedicto VI. Pont. creatus Archiepiscopus, sedit annos V. Obijt XII. Cal. Oct. sepul. in ecclesia Hyemali.
- 72 Landulphus I. Bonitij filius, Carcanus, Mediolanensis, non a clero electus, sed patris attribus iuuante Imperatore Archiepiscopatum occupauit annos IX. menses III. Obijt IX. Cal. Octob. Sepul. in Basilica S. Celsi.
- 73 Arnulphus II. Artiacus, vir pietatis nomine illustris, Gregorio V. Pont. Archiepiscopus creatus, Othonem III. Imperatorem corona ferrea donauit. Episcopum Astensium, qui ab officio erga sedem Metropolitanam descuerat, parere coegit. Cremonenses male multauit: in Laude Pompeia concilium prouinciale habuit. Constantino
- polim profectus, serpentem aeneum, quae à Nicephoro Imperatore dono acceperat, Mediolanum asportandum curauit. Sedit annos XIX. Obijt IV. Cal. Martij.
- 74 Heribertus Gerardi Canturij filius, Antimianus, Mediolanensis, Benedicto IX. Pont. Archiepiscopus factus, Monasteriū S. Dionysij aedificauit. Ecclesiam S. Satiri in Porta Romana consecrauit. Corpus S. Monae Archiepiscopi Mediolanum in ecclesiam beati Vitalis martyris transtulit. Episcopum Papiensem in conuentu Roncaliensis crucem deponere iussit. Ambrosium ecclesiae Mediolanensis Ordinarium, Episcopum Ciuitatis Laudensis instituit. Enricū Imperatorem Romam deduxit, vt à Benedicto Pont. coronam acciperet. Sedit ann. XXVI. Obijt xv. Cal. Februarij, sepultus in Basilica S. Dionysij.
- 75 Guido Valuaforius, Velatius, Ecclesiae Mediolanensis Canonicus Ordinarius, Enrici Imperatoris secretarius, in summa de Archiepiscopatu contentione ceteris competitoribus repulsis Archiepiscopus creatus, Leonis IX. Pont. iussu Concilio Vercellenfi contra Berengarium interfuit. Apud Fontanetum in agro Nouariensi synodum prouinciae habuit. Sedit annos XXVI. Obijt x. Cal. Decembris. Quo mortuo vacauit ecclesia Mediolanensis annos tres.
- 76 Thealdus Castillionius, Mediolanensis, Enrici Imperatoris opibus suffultus, ecclesiam Mediolanensem inuasit. Quam ob causam ad synodum à Gregorio VII. Pont. vocatus, cum venire recussisset; primò sacris ordinibus interdictus, deinde, ac tertio publicè in Synodis Romanis grauis excommunicationis vinculo irretitus est. Obijt VI. Cal. Iulij. Sepultus Aronae.
- 77 Anselmus II. Raudius, Mediolanensis, Archiepiscopus creatus, magnam classem exercitumq. comparauit, vt Babyloniam caperet: quò profectus, multis commissis praelijs nihil profecit. Mediolanumq. inde reuersus, diem obijt pridie Nonas Decembris. Sepultus in Basilica S. Nazarij. Sedit annos VII. menses quinque.
- 78 Arnulphus III. Capitanius, Mediolanensis, Urbano I. Pont. creatus Archiepiscopus, Ciuitati Mediolanensi auctor fuit, vt sex millia militum ad recuperandam Hierosolymam mitteret. Vir fuit admiranda sanctitate: monasterium S. Victoris ad corpus multis praedijs dotauit. Sedit an. III. men. IX. Obijt VII. Cal. Oct. Sep. in monasterio Clauatenfi.
- 79 Anselmus IV. Valuaforius, Luinius, Mediolanensis, fidei nomine in exilium pulsus, Constantinopolim venit: vbi obijt pridie Cal. Octobr. Sepultus in ea vrbe ad S. Nicolaum.
- 80 Chryfolaus, Henrici I. Imp. opibus adiutus, eccle-

- ecclesiam Mediolanensem occupauit, pulso inde Anselmo; eoq. nomine apud Pascha-lem I. Pont. accusatus, Romam venit. Vir graecè, latineq. eruditus, epistolas, cōciones, aliaq. industriae suae monumenta reliquit. Romae obiit, sepultus in Ecclesia Sancti Sebastiani.
- 81 Iordanus Capitanius, Cluioseprius, Mediolanensis, Paschale I. Pont. creatus Archiepiscopus, Synodum Prouincialem habuit: in qua de Episcoporum decem & octo cōsensu multa statuit: Concilio Guastallio quod Pontifex habuit, praesens adfuit. Diem commemorationis mortuorum decreuit. Sedit an. IX. men. IX. Obijt pridie non. Oct. Sepul. in Basilica S. Ambrosij.
- 82 Henricus Capitanius, Curtius, Vicedominus, & Archipresbyter Ecclesiae Mediolanensis, Gelasio I. Pont. factus Archiepiscopus, sedit ann. V. menses VI. Obijt IV. Cal. Iunii.
- 83 S. Bernardus Gallus, Abbas Clarauallensis, Henrico mortuo Archiepiscopus electus, recusauit id munus obire.
- 84 Anselmus V. Pusterlius, Mediolanensis, Honorio I. Archiepiscopus creatus, in Germaniam legatus missus, inde rediens, Episcopi Astensis auctoritatem Metropolitanam despicientis audaciam fregit. Lotharium Imp. Mediolani exceptit, coronaq. ferrea donauit. Nouocomum obsedit, agrum vastauit, S. Bernardum hospitio saepenumero accepit: cuius causa Monasterium Clarauallense extra portam Romanam ab Anselmo Archinto aedificandū curauit. Sedit ann. IX. Obijt Romae XI. Cal. Septembris.
- 85 Roboldus I. Episcopus Albenfis, Innocentio II. Pont. creatus Archiepiscopus, Mediolanensibus auctor fuit, vt ij sacrorum communionis interdicti, veniā à Pontifice peterent. Hospitales aedes Brolii à Gothofredo ciue exstruendas curauit. Sedit annos X. men. V. Obijt III. Cal. Ianuarij. Sepultus in basilica Hyemali.
- 86 Vbertus Pirouanius, Lucio II. Pont. factus Archiepiscopus, Ecclesiae Mediolanensi praefuit, quo tempore Federicus Imperator Mediolanum diripuit. Is summa prudentia vir, conuentum habuit de vrbe instauranda: sed rem non perfecit morte ereptus. Sedit ann. xv. obiit Beneuenti.
- 87 S. Galdinus Valuaforius, Salensis, scientiae & sanctitatis laude clarus, primò Mediolanensis Ecclesiae Archidiaconus, deinde ab Alexandro III. Pont. S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sabinae, postea Archiepiscopus, tum vniuersae Galliae Citalpinæ Legatus creatus, Nonis Septembris Mediolanum venit. Quam vrbe à Federico dirutā instaurauit: aedes Archiepiscopales restituit: Humiliatorū ordinem ex auctoritate summi Pont. comprobauit: Papiensem Ciuitatem Ecclesiastico interdicto affect: Laudensibus Episcopū dedit. Mediolani de suggestu cum contra haereticos concionem haberet, obiit XI. v. Cal. Maij, sepultus in basilica S. Teclae. Sedit annos X.
- 88 Algifius Pirouanius, Mediolanensis, primò Cymiliarca, deinde ab Alexandro III. Archiepiscopus factus, eo animi robore Ecclesiam, populumq. commissum gubernauit, vt cum Federico Imp. pugnam inire nō dubitaret: quem suis copiis Deo iuuante mirabiliter profligauit, die festo SS. Martyrū Silinij, Martyrii, & Alexandri: quem propterea diē religiosum perpetuò coli ex decreto censuit; deinde Venetias ad Alexandrum Pōt. inde Romam cum eo profectus, postea Mediolanum reuersus, obiit. Sepultus in basilica Hyemali. Sedit annos XIX. men. IX.
- 89 Vbertus II. Cribellius, Mediolanensis, primò Ecclesiae maioris Archidiaconus, deinde Vercellarum Episcopus, post, Lucio III. Pont. Archiepiscopus factus, SS. Astantii & Antoniani corpora inuenit: Veronam ad Concilium venit: vbi Lucio mortuo, Pontifex renunciatus est in vigilia Natalis Domini.
- 90 Milo Candianus, Mediolanensis, primò Mediolani Archipresbyter, deinde Taurini episcopus, post à Clemente III. Pont. Archiepiscopus Mediolani creatus, Henricum Imp. vnā cum Constantia corona ferrea decorauit. Sedit annos VI. I. men. IX. sepultus in basilica Hyemali.
- 91 Vbertus III. Tertiacus, Mediolanensis, Moedoetiae Archipresbyter, Metropolitanæ Ecclesiae Canonicus Ordinarius, S. R. E. presbyter Cardinalis tit. S. Stephani in Caelio monte ab Innocentio III. Pont. creatus, deinde Archiepiscopus, pacem inter Mediolanenses & Comenses conciliauit. Sedit annos IV. men. III. sepultus in Ecclesia Hyemali.
- 92 Philippus Lampugnānus, Mediolanensis, ab Innocentio III. Pont. Archiepiscopus creatus, ad quem illius epistola de cancellaria Mediolanensi scripta est, pacē inter Mediolanensem & Ticinensem populum iniit.
- 93 Vbertus IV. Pirouanius, Mediolanensis, ab Innocentio III. Pont. Cardinalis creatus, deinde Archiepiscopus cum potestate Legati missus ad gerendam Ecclesiam Mediolanensem, Othonem IV. Imperatorem in basilica Ambrosiana coronauit. Sedit annos IV. men. III. obiit Mediolani, sepultus in Ecclesia Hyemali.
- 94 Gerardus Reginus Sexius, primò Nouariæ Episcopus, deinde ab Innocentio III. Pont. Archiepiscopus creatus, sedit tantum menses VI. obiit Cremonae.
- 95 Henricus Settarius, Mediolanensis, basilicæ Metropolitanæ Cymiliarca, in maxima cleri dissensione ab Honorio III. creatus Archiepi-



- chiepiscopus, pro fidei defensione in Pala-  
stinam transfuit. Damiata expugnationi  
interfuit. Basilicam Eustorgianam fratri-  
bus ordinis Dominicani, alteram beatorum  
martyrum Naboris & Felicis Franciscanis  
attribuit. Ecclesiam S. Gothardi in monte  
Tremulo consecrauit. Episcopi Cremonen-  
sis contumaciam fregit: ecclesiam libertatem  
defendit. Haereticos profligauit. Sedit an-  
nos xv. menses x. obiit Mediolani: sepul-  
tus in basilica martyrum Naboris & Felicis.
- 96 Gulielmus I. Rozolius, Mediolanensis, basi-  
licae Metropolitanae Archidiaconus, vir eru-  
ditus, & optimus, à Gregorio ix. pont. crea-  
tus Archiepiscopus, laicis Mediolani prædi-  
cationis munere interdixit. Ad Federicum  
ix. Imp. missus, iussu Pontificis cruce signa-  
torum militum bellum contra Saracenos in-  
dixit. Sedit ann. x. men. v. obiit Mediolani.  
sepul. in ecclesia Monasterij Clarauallensis.
- 97 Leo Peregius, Mediolanensis, Frater Ordinis  
Franciscani, à Cælestino xv. Pont. Archiepi-  
scopus factus, iurisdictionem Archiepisco-  
palem cum negligenter curaret, Turriani  
plebis consules eam sibi usurparunt. In vi-  
co Lignano aedes Archiepiscopales magnifi-  
cè exstruxit. Sedit ann. xvi. men. vi. obiit  
xi. Cal. Nou. Vacauit Archiepiscopatus  
an. xv. men. ix. dies vii.
- 98 Otho Magnus Vicecomes, Mediolanensis, in  
summa de Episcopo eligendo dissensione,  
Octauiani Cardinalis Sedis Apostolicæ le-  
gati studio ab Urbano iv. Pont. Archiepisco-  
pus factus, opibus, auctoritate, militumq.  
copiis floruit. Iurisdictionem vrbs Medio-  
lani à iure potestateq. Archiepiscopi in fra-  
tris filios transtulit. Carmelitanos mona-  
chos Mediolanum introduxit. Concilio  
œcumenico Lugdunensi interfuit. quod Gre-  
gorius ix. Pont. habuit. Concilium Prouin-  
ciale Mediolani ipse habuit. Sancta Agne-  
tis sacellum in basilica maiori ædificauit,  
prædixitq. paternis dotauit. Præbendam Le-  
ctori Theologo decreuit. Bellum sacrum  
Mediolani à magistro ordinis Franciscani  
denunciari concessit. Sedit an. xxxi. dies  
xi. obiit Mediolani i. idus Aug. sep.  
in Ecclesia maiori.
- 99 Rufinus Frisetus, Lucensis, à Bonifacio ix.  
Pont. creatus Archiepiscopus, sedit menses  
tantum x.
- 100 Franciscus Fontana, Parmensis, primum Mes-  
sanæ Archiepiscopus, in ecclesiam sibi com-  
missa statione sæculis repugnantibus cum  
inuigilare non posset, ecclesiam deinde No-  
lanæ administrator, demum Mediolani Ar-  
chiepiscopus factus, Vicecomes ex vrbe  
Mediolano, ditioneq. depulit. Sedit an. xii.
- 101 Castonus Turrianus, Mediolanensis, primò  
Aquilæ Patriarcha, post Mediolani Archi-  
episcopus à Clemente v. Pont. factus, iuris-  
dictionem Archiepiscopalem restituit. Sy-
- nodum Prouincialem Mediolani habuit.  
Henricum Lucimburgium Imp. vi. corona  
ferrea die solemnè Epiphaniæ coronauit.  
Sedit ann. ix.
- 102 F. Aicardus Camodianus, Nouariensis, ordi-  
nis minorum Sancti Francisci minister ge-  
neralis ix. à Ioanne xx. Pont. creatus Ar-  
chiepiscopus, Matthæum Vicecomitem, fi-  
liosq. iurisdictionem Ecclesiasticam occu-  
pantes excommunicauit. Multa ædificia  
exstruxit. Mediolanensibus multa mala que  
euenerunt, concionando prædixit. Sedit an-  
nos xiv.
- 103 Ioannes II. Matthæi filius Vicecomes, Me-  
diolanensis, primò Nouariæ Episcopus, de-  
inde à Clemente vi. Pont. Archiepiscopus  
creatus, bellica potius laude, quam Ecclesia-  
sticæ disciplinæ nomine illustris, totius pe-  
ne Gallie Cisalpinæ Dominus, multa etiam  
oppida Ecclesie Romanæ per vim occupa-  
uit. Corporis Domini celebritatem solem-  
nem in Ecclesia Mediolanensi perpetuò agi  
decreuit, ritu solemnè, & publica processio-  
ne; quam ipse frequentissimam celebrauit,  
facto concursu hominum centies millium.  
Sedit annos xxi.
- 104 Robertus Vicecomes, Mediolanensis, basili-  
cæ Metropolitanae Archipresbyter, ab Inno-  
centio vi. Pont. Archiepiscopus creatus, Ca-  
rolum xv. Imperatorem hospitio regali Me-  
diolani accepit: & Modœtæ in Basilica S.  
Ioann. Baptistæ Regem Longobardiæ coro-  
nauit. Sedit annos vii.
- 105 Gulielmus II. Pusterlius, Archipresbyter  
Modœtæ, deinde Patriarcha Constantino-  
politanus, post ab Urbano v. creatus Archi-  
episcopus, sedit ann. ix. menses xv.
- 106 Simon Borfanus, Mediolanensis, Iuriscon-  
sultus, Gregorij xi. Pont. familiaris, presby-  
ter Cardinalis tit. S. S. Ioannis & Pauli ab eo  
creatus, deinde Archiepiscopus Mediolani,  
ad Ecclesiam sibi commissam non venit, oc-  
cupationibus Romanis distentus. Sedit an-  
nos vi. menses vi.
- 107 Antonius Princeps Salutarum, Subalpina, à  
Gregorio xi. Archiepiscopus creatus, v.  
Idus Septembris ad Sedem Archiepiscopa-  
lem venit: in qua sedit annos xxv. dies ix.  
Obiit Mediolani, sepultus in Ecclesia hye-  
mali.
- 108 F. Petrus Philargus, Ordinis Minorum, in  
Crustionalio vico Diocesis Nouariensis na-  
tus, vir Græcis, & Latinis literis, Theolo-  
giaq. scientia eruditus, Ioannis Mariæ Prin-  
cipis Mediolani à Consiliis, primum Vicen-  
tiæ, deinde Nouariæ Episcopus factus, po-  
stè à Patriarcha Gradenis, mox Mediolani  
Archiepiscopus à Bonifacio ix. creatus, se-  
dit ann. vi. Deinceps ab Innocentio vi. pro-  
nunciatus Cardinalis Basilicæ Apostolorum,  
demum in Concilio Pisano à Cardinalibus  
creatus Pont. nomen habuit Alexandri v.

- 109 Ioannes III. Vicecomes, Mediolanensis,  
Malatestæ Principis auxilio adiutus, Sedem  
Archiepiscopalem occupauit, pauloq. post  
in Concilio Constantensi Archiepiscopatu  
priuatus est.
- 110 Bartholomæus Caprius, Mediolanensis, à  
Ioanne xx. Pont. Archiepiscopus creatus,  
Philippi Mariæ Ducis curator, Concilio  
Constantensi interfuit: multas legationes  
obiit: Genuam urbem ex illius Reipubli-  
cæ Decreto administrauit: Sigismundum  
Imperatorem Mediolani in Basilica Ambro-  
siana coronauit: Martinum v. Pont. è con-  
cilio Constantensi redeuntem hospitio au-  
gustissimo accepit. Sedit ann. xx. Obiit  
pridie Cal. Octobris.
- 111 Franciscus Piccolpassus, Bononiensis, Euge-  
nij xv. Pont. familiaris, vir multis virtuti-  
bus florentissimus, Latine Doctus, sacra eru-  
ditione præditus, & pietatis studio ardens,  
cilicium perpetuò induit. Literatos homi-  
nes eximie dilexit: in quibus duos in inti-  
mis habuit, Philelphum, & Aneam Siluium,  
postè Pontificem Pium II. Quem priuatum  
hominem Mediolani degentem, ciui-  
bus quibusdam Mediolanensibus nobilita-  
tis splendore illustribus, Præposituram Basili-  
cæ Sancti Laurentii vacantem sibi dari pe-  
tentibus, virtutis ergò anteposuit. Archiepi-  
scopus autem Ecclesiam Mediolanensem san-  
ctè administrauit: & verò difficiles, que  
sibi in eo munere importatæ erant, egregie  
superauit, constantis animi robore, & sancti-  
tatis opinione, quam de se omnes concepe-  
rant. Sedit ann. ix.
- 112 Henricus II. Scotus, Papiensis, primum  
Episcopus Dertonensis, deinde Archiepisco-  
pus Mediolanensis, ab Eugenio xv. Pontif.  
creatus, postè à S. R. E. Cardinalis tit. San-  
cti Clementis, populo Mediolanensi fame  
grauiter laboranti magnam argenti vim do-  
no misit: seq. ac familiam suam bonis om-  
nibus spoliavit, quò liberalius Ecclesie sibi  
commissæ filiis subueniret. Sedit ann. ix.  
Obiit Romæ xv. Nonas Iulij, sepultus in ti-  
tulo S. Clementis.
- 113 Nicolaus Amidanus, Cremonensis, sapien-  
tissimus Iuriscòsultus, primò episcopus Pla-  
centiæ, concilio Constantensi interfuit: in  
quo Ioannem Hussium ex patrum auctori-  
tate gradu mouit: deinde Archiepiscop. Me-  
diolanensis factus, Sedit ann. i.
- 114 Gabriel Sfortia, Francisci Sfortiæ Ducis fra-  
ter, Mediolanensis, ordinis Heremitarum s.  
Augustini, theologie scientia eruditissimus,  
concionator clarissimus, à Nicolao v. Pont.  
creatus Archiepiscopus, beatæ Mariæ Coro-  
natæ Ecclesiam consecrauit. Muneribusq.  
aliis Archiepiscopalis rectè perfunctus,  
obiit Mediolani, sepultus in eadem Ecclesia.  
Sedit ann. xii.
- 115 Carolus I. Foroliuiensis, Abbas Sancti Cel-  
si, à Calisto i. factus Archiepiscopus, Se-  
dit ann. xv. obiit Mediolani, sepultus in Ba-  
silica Sancti Celsi.
- 116 Stephanus Nardinus, Foroliuiensis, Refe-  
rendarius Apostolicus, egregia virtute vir, à  
Pio II. Pont. in Germaniam Internuncius  
missus, à Paulo I. Mediolani Archiepisco-  
pus factus, & à Xysto xv. Cardinalis S. R. E.  
tit. S. Mariæ trans Tyberim, collegium Nar-  
dinum Romæ instituit, in quo perpetuum  
Archiepiscopi esse voluit. Mediolani ex-  
tra pomerium Portæ Tonisæ aedes Archiepi-  
scopales ædificauit: in vico S. Pauli ad com-  
pitum certa quadam ædificij forma domici-  
lium parauit, vbi pro Archiepiscopali aucto-  
ritate iudicia exercebantur. Ecclesie Me-  
tropolitane aulæ, tapetiæq. magnifica, pal-  
lia, Ecclesiasticaq. ornamenta, & mitra pre-  
tioso opere contextam, dono dedit. Solem-  
nium Litaniarum triduanarum librum mul-  
tis ante sæculis conscriptum, temporum in-  
curia penè intermissum, restituit. Sedit an-  
nos xxxi.
- 117 Ioannes II. Arcimboldius, Mediolanen-  
sis, vir iuris ciuilibus, & Pontificii scientia præ-  
stans, sapientiæ, maximarumq. virtutum or-  
namentis excultus, ob eamq. rem Galeatio  
Mariæ Sfortiæ Duci gratus & charus, mul-  
tis legationibus illius nomine perfunctus, à  
Xysto xv. pont. primò Protonotarius Apo-  
stolicus, Nouariæq. Episcopus, deinde S. R.  
E. Cardinalis creatus, multis etiam Prouin-  
ciis Legatus præfuit. Postè ab Innocentio  
I. Pont. Mediolani Archiepiscopus crea-  
tus, Ecclesiam sibi commissam multis donis  
ornauit. Sedit ann. i. men. ix. dies xi.  
obiit Romæ.
- 118 Guido Antonius Arcimboldius, Mediolanē-  
sis, Ioannis Cardinalis & Archiepiscopi fra-  
ter, summarum virtutum splendore prælu-  
cens, à Galeatio Maria amplissimis honori-  
bus cohonestatus, pietatis cultor egregius,  
ab Innocentio I. Pont. Archiepiscopus  
factus, curiam Archiepiscopalem, quam do-  
no à Duce acceperat, vetustate propè colla-  
psam magnis sumptibus renouauit: basili-  
cam Metropolitanam Sacerdotum numero  
auxit: eidem, & fabricæ magnam vim rerum  
pretiosarum moriens legauit. Sedit ann. ix.
- 119 Octauianus Arcimboldius, Mediolanensis,  
egregius iuriscòsultus, Protonotarius Apo-  
stolicus, contradictarum Auditor, vtriusq.  
signaturæ referendarius, Archiepiscopus de-  
signatus.
- 120 Hippolytus I. Alphonfi Ferrariæ Ducis fra-  
ter, Estensis, S. R. E. Cardinalis S. Lucie ab  
Alexandro VI. Pont. Archiepiscopus desi-  
gnatus, vir singulari prudentia, rerumq. ge-  
rendarum vtu præstans, ecclesiam Mediola-  
nensem administrauit ann. xii.
- 121 Hippolytus II. Alphonfi Ferrariæ Ducis fi-  
lius, Estensis, à Leone X. Pont. Archiepisco-  
pus

- pus designatus, post à Paulo III. Pontif. S. R. E. Cardinalis pronuntiatus, & à Pio IV. Pont. ad Gallorū Regem Legatus missus, Ecclesiæ Mediolan. præfuit, an. xxxiij. 111.
- 122 Ioannes Angelus Arcimbolus, Mediolanensis, à Clemente VII. Pont. Nouariæ Episcopus, deinde à Iulio III. Pontif. Mediolani Archiepiscopus factus, Sedit ann. v.
- 123 Philippus Archintus, Mediolanensis, iurifconsultus clarissimus, rerumq. benè gestarum nomine illustris, primùm à Paulo III. Pont. Protonotarius Apostolicus, tum Urbis Præfectus creatus, postea Episcopus Bisturgia, & Vicarius vrbis Pontificius, inde ad Episcopatum Salutarum translatus, Bononiam ad Concilium venit. Vicarij autem Pontificij munus gessit Paulo III. Iulio III. Marcello II. Paulo IV. Pontificibus. Demum ob virtutum merita, Archiepiscopus Mediolani à Paulo IV. creatus, Ecclesiæ Mediolanensi præfuit annos 11.
- 124 Carolus II. Comitis Giberti, & Margaritæ, Pij IV. Pontificis fororis, filius, Borromæus, ab eodem Diaconus Cardinalis Sancti Martini in Montibus, deinde presb. Cardinalis tit. S. Praxedis, & Archiepiscopus v. Idus Febr. an. 1560. creatus, post vitam sanctissimè actam, maximèq. pro Ecclesia labores exantlatos, Obiit 111. non. Nou. 1584. Eius vitam & res gestas Carolus A. basilica Petri, Episcopus Nouariæ, qui ei intimè fuerat familiaris, inter alios cōscripsit. Sedit annos xxxiii. men. viii. dies xxv. sepultus in Ecclesia maiori.

## T A B V L A

Dierum Festorum, & Vigiliarum, in Synodo Diocesana quinta ex Decreto Concilij Provincialis tertij confecta.

**D**IERV M Festorum, qui vniuersè in vrbe Diocesiq. Mediolanensi coli, & vigiliarum item, quæ ieiunio abstinentiæ obseruari debent, Tabula, ordine in singulos menses disposita, ad cuius præscriptum vnusquisque Parochus illa & festa & ieiunia, quæ in singulas hebdomadas incidunt, die Dominico proximè antecedente Parochialibus suis de more denunciant.

## Ianuarius.

Octaua Natalis Domini, seu circuncisio, Calèdis. Epiphania Domini, die 6.

S. Antonij, die 17.

S. Sebastiani, die 20. Mediolani ex voto publico.

## Februarius.

Purificatio beatissimæ Mariæ Virginis, die 2.

S. Matthiæ Apostoli, die 7. *Obiit v. Ambrosianus est.*

## Martius.

Annunciatio beatissimæ Mariæ Virginis, die 25.

## Aprilis.

S. Marci Euangelistæ, die 25.

## Maius.

SS. Iacobi & Philippi Apostolorum, calendis.

Inuentio S. Crucis, die 3.

## Iunius.

S. Barnabæ Apostoli, & primi Episcopi Mediolani, die 11.

SS. Geruasij & Protasij martyrum, die 19.

Natiuitas S. Ioannis Baptistæ, die 24.

SS. Petri & Pauli Apostolorum, die 29.

## Iulius.

S. Iacobi Apostoli, die 25.

## Augustus.

S. Laurentij Martyris, die 10.

Assumptio Beatissimæ Mariæ Virginis, die 15.

S. Bartholomæi Apostoli, die 24.

## September.

Natiuitas beatissimæ Mariæ Virginis, die 8.

S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ, die 21.

S. Michaelis Archangeli, die 29.

## October.

SS. Simonis & Iudæ Apostolorum, die 28.

## November.

Solemnitas omnium Sanctorum, Cal.

S. Martini Episc. & confes. die 11.

S. Andree Apostoli, die 30.

## December.

Ordinatio s. Ambrosij Episcopi Doct. & patroni Mediolani, die 7.

Conceptio beatissimæ Mariæ virginis in vrbe Mediolano, die 8.

S. Thomæ Apostoli, die 21.

Natiuitas Domini nostri Iesu Christi, die 25.

S. Stephani protomartyris, die 26.

S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ, die 27.

SS. Innocentum, die 28.

S. Siluestri Papæ, die 31.

## Solemnitates &amp; festa Mobilia.

Pascha Resurrectionis Domini cum duobus diebus proximè sequentibus.

Dies festus depositionis S. Ambrosij, qui celebratur in feria quinta quæ Pascha proximè sequitur.

Ascensio Domini nostri Iesu Christi.

Pentecoste cum duobus diebus proximè sequentibus.

Solemnitas Sanctissimi Corporis Domini.

Omnes singuliq. dies Dominici.

## T A B V L A

Vigiliarum, seu ieiuniorum, quæ ex præcepto sanctæ Matris Ecclesiæ, aut ex consuetudine huius nostræ Ambrosianæ Ecclesiæ seruantur.

Vigilia Natiuitatis Domini.

Vigilia Pentecostes.

Vigilia Assumptionis beatissimæ Mariæ Virginis.

Vigilia sanctorum singulorū Apostolorum, præterquam sanctorum Ioannis Euangelistæ, & Phi-

Philippi & Iacobi Apostolorum.

Vigilia festi omnium Sanctorum.

Vigilia Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ.

Vigilia beati Laurentij martyris.

Vigilia ordinationis S. Ambrosij Episcopi, & patroni.

Vigilia S. Sebastiani mart. in vrbe Mediolano, ex voto publico.

Ieiunium singulis diebus quadragesimæ, exceptis Dominicis.

Stata quatuor temporum ieiunia.

Ieiunium triduanum in Litanijs quæ minores dicuntur.

Porro in vigilijs quæ infra ordine describuntur, illud Parochi Parochiæ suæ fideles hortentur, vt quamuis nunc illi ieiunij lege adstricti non sint, ad vsum tamen pristinum id pro pietatis deuotioniq. studio reuocare studeant, vt ieiuent, aut saltem à carnis esu abstineant; atque hæc quidem vigiliæ sunt.

Vigilia Epiphaniæ.

Vigilia Ascensionis.

Vigilia sanctissimi Corporis Christi.

Vigilia Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.

Vigilia sancti Martini Episcopi & confessoris.

Vigilia ss. Martyrum Geruasij & Protasij.

Vigilia ss. Naboris & Felicis.

Vigilia ss. Nazarij & Celsi.

T A B E L L A  
Aliquot Erratorum & mulctarum Clericalium.

**P**RIMUM vnique Canonico, dignitate item prædito, Parocho, animarum Curatori, & alij cuiusvis ordinis Clerico, quicumq. ille sit, qui in his infra ordine notatis capitibus aliquid culpæ commiserit, aut aliquo modo errarit, peccarit, certas mulctas hac tabella generatim speciatim exaratas, atque ipso facto subeundas, constituimus ac sancimus.

Quas mulctas in vrbe præfecti regionarij per nos delecti, in Diocesi Vicarij nostri foranei, in sua quique regione commissa statim exquantur.

Si quis facti aut errati sui executioni prætextum causam afferat, quò minus mulctam subierit, is tamen primò mulctam loco infra cõstituto deponat; deinde facti sui causam excusationemq. Præfecto, Vicariouè exponat. Hic postea ad nos, quidquid ab illo vel causæ, vel rationis, excusationis afferatur, sedulo referat: tum quod nos de mulctâ decreuerimus, planè exequatur.

Si verò ille commissam mulctam bidui spatio sponte sua non soluerit, aut deposuerit; Præfecti, Vicarijue sit, quidquid errati, aut culpæ, aut negligentia in hoc genere admissum ab eo est, ad nos, Vicarium nostrum generalem per literas deferre: tum iubere, illum qui errarit, ad certam constitutam diem ipsum Vica-

rium conuenire: cuius iudicio arbitriouè, is vel grauiorem etiam mulctam pœnamuè pro ratione errati subeat; vel cognita vera causa, absoluat.

Mulctâ omnis dupla ijs singulis sit, qui semel de errato moniti, & correcti, aut mulctati; in eodem iterum offenderint, peccarint.

Ne sine nostro, aut Vicarij nostri generalis cõsensu, mulctam commissam, eiusuè partem remitti condonariuè liceat.

Nec verò in Diocesi, nisi à Visitatore ac promotore nostro.

Si certa aliquot capitibus mulctâ speciatim nominatimq. decreta sancitauè nō est; ea sanè mulctâ sit, quam Præfectus, Vicarijue foraneus statuerit.

Ne minor sit tamen quadrante aurei nummi: nec verò maior itidem nummo aureo.

Regionatim igitur tota vrbe & Diocesi arca mulctaticia constituatur; in qua scilicet mulctâ omnis pro erratis tabella hac sigillatim per capita notatis Ecclesiastico cuiquam homini irrogata deponatur, atque afferuerit, vt arbitrato nostro, prout opus esse viderimus, vniuscuiusq. illius regionis tum vrbanae tum Diocesanæ sacerdotibus clericisue egentibus, aut Ecclesijs facultatum tenuitate laborantibus, in vsum elemosinam conferatur; aut in Ecclesiasticam supellectilem clero illi regionario vsui cõmuni futuram erogetur.

Porro ea arca per regiones vrbis in Sacristia Ecclesiæ, vbi cleri Præfectus regionarius, per Diocesim in Sacristijs Ecclesiarum, vbi vnusquisque Vicarius foraneus residet, turò collocetur.

Proinde duabus clauibus opere fabrili diuersis claudatur; quarum altera à Præfecto, vicariouè, aut ab eorum Cancellario, Ecclesiastico homine; altera à Parocho viciniori custodiatur. Nec verò hac mulctarum constitutione derogatū sit, quominus cum singulis errantibus, pro errati, culpæ, ac negligentia ratione, & à Præfectis regionarijs, & à Vicarijs foraneis, & à visitatoribus pro auctoritate sibi concessa, & à Vicarijs præterea nostris qui Mediolani sunt, alijs etiam pœnis mulctisue ex canonum iure, atque ex conciliaribus Synodalibusue sanctionibus, & illorum item arbitrio irrogandis, agi possit.

*Errantes vt infra sigillatim notati, vel Sacerdotes, vel Clerici, vel alij, quicumque sint, mulctam pendant ex regulis supra sancitis.*

**Q**VICINQUE Sacerdos, clericusue, cum vel domicilium, vel beneficium Ecclesiasticum, vel alia ratione statum mutarit, si ex instructione, quas vulgari sermone de statu cleri edidimus, præscripto, statim vt debet, non denunciarit.

Qui præstitarum functionum Ecclesiasticarum, confessionum, communionum, ac lectionum item

item testimonium scriptum ad constitutam diem non attulerit, exhibuerit.

Qui in vestitus ratione præscriptas in Synodis Prouincialibus Diocesaniq. regulas non seruari; aut ab ijs quidquam aberrarit.

Hic, præter multam arbitrariam, mulctetur etiam statim veste, quam induerit contra formam præscriptam modum.

Prou. 2. tit. 2. c. 28.

Qui in Ecclesia cui adscriptus est, in Parochialemuè, ad officia diuina concelebrenda constitutis diebus non conuenerit, mulctetur solidis quinque.

Prou. 3. tit. de vita.

Qui alijs præterea diebus, & in officijs per nos constitutis non adfuerit, plectatur item solidis quinque.

Dioc. 3. cap. 4.

Qui in funeralibus officijs aut processionibus contra Prouinciales Diocesanas constitutiones, & instructiones eo de genere vulgariter editas, quidquam errarit, peccaritue: multa ei sit solidoru quinque, præter alias pœnas multatue speciatim illis instructionibus sancitas.

Qui à Visitatore vel à Præfecto, vel à Vicario foraneo, Scholæ Christianæ operam diebus festis nauare iussus, aut ei muneri adscriptus, ab ea opera functioneue abfuerit, vel ex præscripto operam verè non dederit; eandem multam luat sol. 5.

Prou. 2. tit. 2. c. 47.

Quicumque Canonicus, Clericue, in sua collegiata, Parochialiuè Ecclesia, concioni, aut lectioni sacræ, quam etiam Parochus explicarit, non interfuerit; aut sanè si interfuerit, non su perpelliceo, non alioque chori vestitu, pro sui officij quod in ea Ecclesia gerit, ratione indutus, pendat item sol. 5.

Prou. 2. tit. 2. c. 47.

Qui ab hebdomadarijs clerici lectionibus, etiam priuatim explicandis, quibus adscriptus sit, abfuerit; tantundem etiam multæ soluat.

Qui verò ad congregationes menstruas, aut hebdomadarias, etiam in Diocesi, Prouincialibus nostris Decretis constitutas, aut alias etiam extraordinarijs, iussu vel Præfecti, vel Vicarij Foranei conuocatus, non conuenerit; hic porro plectatur multa solidorum decem.

Quicumque præstituto tempore non præstiterit, quod à se in Ecclesia, cappellæ, altariuè sui instauratione, ornatu, apparatu, instructioneue fieri, Reuerendis: Visitatoris Apostolici, vel nostris, nostriq. etiam Visitatoris Decretis, siue generatim, siue speciatim nominatimue iussu est; is in illius Ecclesiæ, cappellæ, aut altaris vsum erogare duplum cogatur; nisi ad excusationem mensis spatio causam literis exaratam, quæ nobis probetur, attulerit.

Syn. Dioc. 4. c. 28.

Qui vel in sua Ecclesia, vel in funeralibus officijs, vel in processionibus quibus præfuerit, Ecclesiasticos cantores, sacristas, custodes, clericos, & organistas item, sine comprobationis nostræ literis, ac cõstituto tempore renouatis, adhibuerit, conduxeritue, aut admisit.

Prou. 1. & Dioc. Syn. 4. cap. 29.

Qui laicos item cantores clericalibus vestibus & iuperpelliceo ad præscriptum non omnino indutos conduxerit, adhibueritue, aut admisit.

rit: Qui in eadem sine comprobatione nostra literis exarata, & ad præfinitum tempus renouata, fecerit.

Qui laicos vltos, pueros etiam, sine facultatis à nobis eo nomine datæ literis, Sacerdoti Missæ sacrum facienti ministrare, aut in diuinis, funeralibus officijs, in processionibus, in Ecclesia denique, clericalia ministeria gerere, crucè clerico præferre, lumina accèdere, campanas pulsare, aliaue Ecclesiasticas minorum ordinum functiones obire permiserit, iusseritue.

Qui in Diocesi laicum, etiam non conductum, in choro vnà cum clero sine Vicarij nostri comprobationis literis canere permiserit.

Hæc porro capita quatuor proximè explicata, ne in vrbe locum habeant, nisi quindecim post tabulæ huius editionem diebus, in Diocesi verò, duobus ab eadem editione mensibus.

Qui festo ecclesiæ die, aliauè celebritate, contra quam in Diocesana Synodo præscriptum est, accesserit non euocatus: quiq. alium exceperit, quiq. item mensam appararit, exhibuerit.

Quicumque rector, sacristauè, in ecclesia vbi plures Missæ celebrari solent, id non effecerit, vt singulis diebus vna diluculo, in aurora scilicet, ad præscriptum celebretur.

Qui contra præscriptum Visitationis Apostolicæ, & Decreti Diocesani, vno eodemq. tempore plures quam duas Missas in eadem Ecclesia celebrari permiserit.

Qui sine facultatis à nobis concessæ, aut non renouatæ literis, Missæ sacrum fecerit; aut in sua Ecclesia ab alio Sacerdote fieri permiserit.

Qui celebrandæ missæ præscriptum ab rectore Ecclesiæ sacristauè ordinem constitutamue horam non seruauerit; hic speciatim mulctetur solidis decem.

Qui in altari, aut ecclesia, aut oratorio, in quo Missæ sacrum fieri vetitum sit, fecerit, celebraritue.

Qui in Ecclesijs, oratorijsuè Diocesanis, quæ intrâ alicuius Parochialis Ecclesiæ fines sunt, ante absolutam Parochi concionem cõtra præscriptum nostrum Missæ sacrum fecerit.

Quicumque rector, sacrista, aliuè Sacerdos, in Ecclesia, vbi ob festi diei celebritatem, vel ob aliam solemnitatem causamue plures Missæ celebrantur, decretum vti in Synodo Diocesana I I. & decretum item XXV I. in Synodo Diocesana I I I. & Decretum præterea XXX. in Synodo Diocesana I I I I. per nos editum, non seruauerit.

Quicumque rector, aliuè Sacerdos, de libro Missarum, de subscriptione, & de ceteris quocumque non præstiterit, quæcunq. toto eo de genere in Synodo Diocesana I I. cap. VII. à nobis præscripta sunt.

Quicumque Sacerdos, Missæ sacri singulis aut certis aliquot hebdomadæ diebus faciendi munere suscepto, plus inde elemosinæ acceperit, petieritue, quam aut in Synodo Diocesana I I.

præ-

præfinitum decretumue sit, aut in facultatis sibi eo nomine datæ literis speciatim explicatū sit: is præterea duplo elemosinæ præter præscriptum acceptæ vel petitæ mulctetur.

Syn. Dioc. 2. Syn. Dioc. 3.

Quicumque Cappellanus Sacerdos, muneri à se suscepto Missæ sacri in aliqua certa cappella Ecclesiæ celebrandi, ipse per se, legitima cessante causa, non satisfecerit: aut non in suo, sed in alieno altari celebrarit; nisi id præfectus regionarius, Vicariusuè Foraneus aliquando probata causa concesserit, permiseritue.

Prou. 2. tit. 2. c. 20. Dioc. 2. c. 9

Hic, quoties id errati admisit, mulctetur solidis decem. Qui in diuinis officijs vestes & ornamenta ex ritu institutioneue Ecclesiæ non benedicta adhibuerit.

Prou. 1.

Dioc. 4. c. 19.

Qui Calendarium anniuersarium non habuerit, aut ex eius præscripto horarum diuinum officium non recitarit.

Syn. Dioc. 3. c. 10.

Quicumque clericus, in Ecclesia, in ecclesiasticisq. functionibus superpelliceum semper nõ adhibuerit: quiuè illum aut non adhibentem, aut lacero fordido eõ vtentem, in Missæ sacro ministrare, aut in diuinis officijs Ecclesiasticas functiones, siue intus in Ecclesia, siue foris obire permiserit.

Qui pro foribus Ecclesiæ stans, aut per vias incedens, nisi processions, alteriusuè muneris ecclesiastici obeudi causa, superpelliceum induerit. Qui in Missæ sacro, diuinisq. officijs, lumina prænumero aut præ exiguitate tenuitateue minus decencia adhibuerit.

Syn. Dioc. 4. c. 19.

Qui verò funeralibus officijs, aut processionibus peractis, ad suam Ecclesiam ordine vnà cum illius cruce non redierit; hic sanè tanquam absens à toto illo officio censetur.

Syn. Dioc. 2. c. 28.

Prou. 1. tit. de min. Eccl.

Quicumque Præpositus in choro, diuinisq. officijs, cappam, quod insigne est suæ dignitatis, semper non adhibuerit; absentis loco censetur, neue particeps sit distributionis officij illius horarij, in quo ita errarit.

Pr. 1. tit. de ref. Pr. 3. tit. de cap. c. Instrumenta.

Qui item diebus solemnioribus ferulam non geltarit.

Qui Canonicus præterea absq. facultate à præfecto impetrata breuius triduo abfuerit: qui verò diutius sine missionis literis ab Archiepiscopo impetratis abfuerit.

Qui de capitulo, collegarum canonicorū absentiam octo dierum spatio post singulos tres anni menses ex Cõcilij Prouincialis primi præscripto non denunciarint.

Quicumque canonicus ad duos menses, ac deinceps ad constitutum in Concilio Prouinciali I I I. tempus, scripta, tabulas publicas, instrumenta ad præbendæ suæ ius pertinentia, in capitiuè archiuuium non detulerit.

De Parochis, animarumue curatoribus.

Qui in Diocesi die festo ad Doctrinæ Christianæ scholas stas campanæ signis populum non conuocarit.

Qui in Diocesi item iisdem scholis adesse, si deiq. Christianæ rudimeta stas festis diebus ante vesperum tradere neglexerit, prætermiserit, omiseritue; idq. spatio vnus horæ mensibus Decembri & Ianuario, reliquo omni anni tempore duabus ipsis horis.

Qui in vrbe ad præfecti regionarij præscriptu iisdem scholis adiuuandis, operam, vt opus erit, non nauauerit.

Qui inter Missæ sacrificium profana denunciarit. Qui diebus festis, duabus circiter post solis ortu horis Missæ sacrum non fecerit.

Qui in sua Ecclesia Parochiali diebus festis Missam non celebrarit.

Qui diebus festis in Ecclesia sua Vesperarum officium non recitarit; quiuè stata hora ex tabellæ nostræ præscripto non præstiterit.

Qui Sabbato sub Vesperum Antiphonam, Saluæ Regina, in sua itidem Ecclesia non cecinerit.

Qui in singulos dies stas horis, mane scilicet, meridie, & vesperi, sono campanæ signum Salutationis Angelicæ recitandæ de more non dederit.

Qui item orationis vespertinæ & matutinæ certa stata hora à nobis institutæ significationem campanæ sonitu non fecerit.

Qui eidè orationi, cum in Ecclesia etiam extra ordinem iussu nostro sit, præsens nõ adfuerit.

Qui processionem habere; quiq. Litanias ob extraordinariam causam aliquando Summi Pontificis, aut iussu nostro institutas, in Ecclesia sua recitare omiserit.

Qui die festo non predicarit, sermonemue habuerit ad populum; nisi hoc ei munus à nobis, Visitatoribusuè nostris vetitum sit.

Qui, si id muneris obire phibitus est, è suggestu aut in altari de libro præscripto dimidio horæ spatio non legerit: si quando adiutorem concionandi causâ sibi à nobis datum non habeat, qui partes suas eo in genere suppleat.

Qui in singulos dies dominicos aquam benedictam non renouarit: quiq. id non præstiterit ex præscripto tabellæ nostræ.

Qui in baptisimi, extreme vnctionis, matrimonij, & communionis item frequentioris ministerio, non aliquid populo explicarit, quod ad sacramenti quod ministrat, vim, naturam, virtutesq. pertineat.

Qui baptizatorum, Confirmatorum, matrimonio iunctorum, libros, & eiusdem generis alios, mense post huius tabulæ editione non habuerit, paraueritue: quiuè item præscripta forma non habuerit: quiuè præterea loco tuto & decenti non custodierit.

Qui singulorum eorū librorum, cum suis mutationibus, additionibusuè, exemplū quotannis præstituto tempore nobis nõ tradiderit: quiq. eius traditionis testimonium cæciliari manu exaratū roboratumue, in Diocesi Vicario foraneo, in vrbe præfecto regionario nõ attulerit.

Qui de statu animarum librum non confecerit, renouaritue: quiq. eius exemplum ad consti-

tuum



tutum tempus nobis nō tradiderit, ex præscri-  
pto instructionum, quas eo de genere vulgari-  
ter edidimus.

**Dicæ. 4. cap. 9.** Qui tabernaculi, & Sanctissimæ Eucharistiæ, & rerum sacrarum, clausæ apud se tutò nō asseruarit, custodierit.

Qui in sacra Eucharistia, sacris oleis, sacrisque rebus afferuandis, corporalibus, purificatorijs, calicibus, & alijs eiusmodi sacratis rebus, aliquid incultum, situque obsolescens, puluerulentum, aut rei sanctitate indignum habuerit: quiq. id inesse permiserit.

Qui sacrosanctis Sacramentis administrandis vllam auaritiæ labem commiserit.

**Pr. 3. tit. de par.** Qui in maioribus diebus Dominicis sacram Eucharistiæ quidquam aliud custodierit, retinuerit.

**Pr. 1. tit. de Euch.** Qui lampadem Sanctissimæ Eucharistiæ prælucentem, perpetuè accensam nō adhibuerit.

Qui sodalitates sanctissimi Corporis Christi instituire aut conseruare neglexerit.

**Pr. 1. tit. de Euch.** Qui in orationis quadraginta horarum celebritate regulas præscriptas non seruarit.

Qui de administratione Sanctissimæ Communionis regulas instructionibus nostris vulgariter explicatas non obseruarit.

Qui ad earum instructionum præscriptum tempore constituto eos non denunciari, qui non confessi, quiuè communionem in Pascha non sumperint.

Qui item de Sacramento Pœnitentiæ reliqua iisdem nostris instructionibus tradita non præstiterit.

**Dicæ. 4. cap. 15** Qui in ægroti cura, officijs in Synodo Diœcesana IIII. præscriptis defuerit.

**Dicæ. 4. cap. 34.** Qui altaris pallium cadaueri efferendo, aut cœnophio ornando adhibuerit.

**Dicæ. 3. cap. 47** Qui pro mortuis officia integra cum tribus nocturnis non recitari.

**Pr. 2. tit. 2. c. 1.** Qui clericum peregrinum aduenamè præfinito tempore non denunciari.

**Dicæ. 3. cap. 22** Qui alienæ Diœcesis clericum, regula Decreti in Synodo Diœcesana tertia editi non seruata, ad diuina officia concelebranda euocarit, aut admiserit.

**Pr. 1. de prof. fidei.** Qui præfinito tempore, ludim agistros, aliosque professores, quiuè quouis modo literas, artes uè liberales docent, non denunciari.

**Pr. 3. tit. de fid. tue. ft.** Qui sine testimonio præfinitæ professionis eisdem in suæ Parochiæ finibus docere patietur.

**Dicæ. 4. cap. 17** Qui ineunte aduentu & quadragesima, patres familias, ad Decreti quod in Synodo Diœcesana IIII. confecimus, præscriptum, non conuocarit.

Qui constitutionum Pontificalium, Decretorum Prouincialium & Diœcesanorum, edictorum, nostrorum, & literarū Pastoralium, aliorumq. id generis scriptorum, lectionem, promulgationem denunciationemq. certis stans anni diebus, aut etiam extra ordinem aliquâdo præscriptam, non præstiterit.

Qui stans mensuras Parochorum congregati-  
nes præscripto tempore non habuerit.

Qui à præscriptis frugalibus Sacerdotaliuè mensuris regulis in iis ipsis cōgregationibus discesserit.

Qui clericum sibi in sacris ministrantem sustentare iussus, non habuerit talem, qualem illum habere par est.

Qui ad Synodi Diœcesanæ, & secundæ & quartæ præscriptum, caputium Parochiale insignem non induerit, gestarit.

Quicumque parochus, siue vrbanus, siue Diœcesanus, nobis per literas vniuscuiusque mēsis initio non significarit, denunciari, quidquid ex instructionum, quas de statu cleri cognoscēdo olim edidimus, præscripto, deferre, significare uè debet.

Quicumque, item etiam vrbanus Parochus, tertio quoque mense ad nos literas non scripserit de ijs infra ordine notatis rebus.

De puerorum numero, eorumq. in literis clericali q. morum disciplina progressu, quos ex visitationis Apostolicæ Decreto ad clericalem militiam instituendos è Parochia sua susceperit.

De Clericorum Parochialium moribus, studijs, vestitu, frequentiq. ad Ecclesiam conuentu.

De illis, qui Parochiæ suæ homines, in hæreticorum locis, hæresiuè nomine suspectis morantur.

De sodalitatibus Doctrinæ Christianæ, & sodalitatibus item Corporis Christi Domini progressionibus.

De populi sibi commissi in Christiana disciplina & pietate progressibus; rursumq. de impedimentis.

De visitationum, & Decretorum in visitatione, vel generatim vel speciatim per nos editorum, executione, quæ scilicet tribus antea mēsisibus proximis præstita sint; quæ item non: & quid impedierit obstiteritq., quominus debitam executionem habuerint.

De vniuscuiusque eorum, qui intrâ parochiæ fines beneficia Ecclesiastica obtinentes residere res. in sin. debent, absentia.

Tabula hæc per capita distinctè exarata, ab ijs singulis quorum interest, inuolatè planè seruetur.

Quicumque autem in vrbe cleri Præfectus regionalis, & in Diœcesi Vicarius Foraneus, in ijs vel vniuersis vel singulis multis, quæcunque hac Tabella generatim speciatimq. sancitæ sunt, sedulo exequendis, aliquid negligentia culpæ contraxerit, aut admiserit: is dupli multam eo capite sancitam in quo negligerit egerit, planè luat; & grauiorem præterea arbitrato nostro.

Tabella erratorum in diu. off. funeribus, &c. supra disposita est par. 4. Actorum. pag. 780. T A-

TABELLA  
Horarum Canonicarum, vel pulsationis Campanarum, ex præscripto Conciliorum Prouincialium, ac Diœcesanorum.

Ratio pulsandi ad Matutinum in singulis mensibus.

Ratio pulsandi ad Tertiam in singulis mensibus.

**C**VM in Concilio Prouinciali primo præscribatur, Matutinum vel media nocte, vel saltem eo tempore instituendum, vt sub ortum solis absolutum sit: idèd. in hac edenda Tabella hæc ferè ratio est obseruata, vt in tota ferè hyeme, scilicet à Mense Octobris vsque ad Calendas Aprilis, pulsetur ad Matutinum horis duabus quartis item duobus ante ortum Solis: in Æstate verò, scilicet à Calendis Aprilis vsque ad Calendas Octobris, per duas tantum horas ante ortum Solis, præterquam in media æstate propter breuitatem noctis: ita tamen vt à primo vsque ad tertium signum, horæ integræ spatium intericiatur.

Ratio verò pulsandi ad Tertiam (quam pulsationem Campanarum vocant) ita obseruetur, vt in diebus festis, & quandoconque concio habetur, liceat præfectis Ecclesiarum eam dimidiæ horæ spatio præuenire; ita tamen, vt à fine officij Matutini, aut aliorum officiorum, quæ aliquâdo post Matutinum celebrantur, vsque ad hanc Campanoni pulsationem, horæ integræ spatium interiectum sit, nisi vrgens necessitas aliter cogat.

Oratio matutina ex Decr. Concilij Prouincialis quarti in vsum huius Prouinciæ introducta, in collegiatis pulsetur cum Te Deum, inchoatur.

In reliquis verò Parochialibus Ecclesijs, in hyeme per horam ante ortum solis, in æstate per dimidiam horam.

Vespertina verò oratio distinctis campanæ ictibus per quartam horæ partem, vt illa, pulsetur, ante Salutationem Angelicam vespertinam.

Ad Orationem pro defunctis, ex Decreto Prouinc. Conc. 6. introductam, pulsetur in estate hora prima noctis; in hyeme hora secunda, vt Synodo Diœcesana 11. cautum est.

Missæ Parochialis sacrificium die festo circiter duabus post ortum solis horis celebretur, datis semper ante stans Campanæ signis, ijsq. horæ dimidiæ interuallo distinctis, ex Decreto Conc. Prouinc. 4. par. 2. tit. Quæ pertinent ad Sanctissimum Missæ Sacrificium.

Sexta quaque feria circa horam meridianam Campanarum sono signum detur, ad Domini Nostri Passionem recolendam, ritu Salutationis Angelicæ. Concilio Prouinciali 2. Decr. 10.

Mensis	Die	Horæ	Ratio
Ianuarius.	A primo die vsque ad decimum, pulsetur,	hor. 12. q. 2.	16. q. 2.
	A decimo ad vigesimū,	hor. 12. q. 1.	16. q. 1.
	A vigesimo vsque ad finem,	hor. 12.	16. q. 1.
Februarius.	Die quarto vsq. ad xv.	hor. 11. q. 2.	16.
	Die decimo quinto,	hor. 11. q. 1.	15. q. 3.
	Die vigesimo,	hor. 11.	15. q. 2.
Martius.	Die primo vsque ad decimum,	hor. 10. q. 2.	15.
	Die decimo,	hor. 10.	14. q. 2.
	Die vigesimo,	hor. 9. q. 2.	14.
Aprilis.	Die primo vsque ad decimum,	hor. 9. q. 1.	13. q. 2.
	Die decimo,	hor. 9.	13. q. 1.
	Die vigesimo,	hor. 8. q. 2.	13.
Maius.	Die primo vsque ad decimum,	hor. 8.	12. q. 2.
	Die decimo,	hor. 7. q. 2.	12.
	Die vigesimo,	hor. 7. q. 1.	11. q. 3.
Iunius.	Die primo vsque ad vigesimum,	hor. 7.	11. q. 2.
	Die vigesimo,	hor. 7.	11. q. 1.
Iulius.	Die primo vsque ad vigesimum,	hor. 7. q. 1.	11. q. 2.
	Die vigesimo,	hor. 7. q. 2.	11. q. 3.
Augustus.	Die primo vsque ad decimum,	hor. 7. q. 2.	12.
	Die decimo,	hor. 8.	12. q. 2.
	Die vigesimo,	hor. 8. q. 2.	12. q. 3.
September.	Die primo vsque ad decimum,	hor. 9.	13.
	Die decimo,	hor. 9. q. 2.	13. q. 2.
	Die vigesimo,	hor. 10.	14.
October.	Die primo vsque ad decimum,	hor. 10. q. 1.	14. q. 2.
	Die decimo,	hor. 10. q. 2.	14. q. 3.
	Die vigesimo,	hor. 11.	15.
November.	Die quarto vsq. ad xv.	hor. 11. q. 2.	15. q. 2.
	Die decimo quinto vsque ad finem,	hor. 12.	16.
December.	Die primo vsque ad decimum,	hor. 12. q. 1.	16. q. 1.
	Die decimo vsque ad finem.	hor. 12. q. 1.	16. q. 2.

Ratio pulsandi ad Vesperas. In Hyeme.

A Calendis Nouem. vsque ad Calendas Martij, tam in festis, quam in ferialibus, hor. 20.

In Vere.

A Calendis Martij, vsque ad Calendas Maij, tam in festis, quam in ferialibus diebus, hor. 19.

In Aestate.

A Calendis Maij vsque ad Calendas Septembris, in festis, hor. 18.

In ferialibus, siue Officium solemne sit, siue non, hor. 19.

In Autumno.

A Calēdis Septembris vsque ad Calendas Octobris; tam in festis quam in ferialibus; hor. 19.

A Calendis Octobris vsque ad Calendas Nouembrijs; in festis, hor. 19.

In ferialibus, siue Officium solemne sit, siue non, hor. 20.

In Quadragesima diebus ferialibus ad Vesperas pulsatur vnico signo statim post eleuationem sanctis. Sacrificij in Missa.

Salutatio verò Angelica quæ ante Vesperas pulsari solet, pulsatur in Quadragesima hor. 19. vel in meridie,

Ad Completorium in Quadragesima diebus ferialibus pulsatur per dimidiam horam. hor. 21.

T A B V L A

Censurarum, & casuum referuatorum.

Carolus S. R. E. Presb. Card. Tit. S. Praxedis Archiepiscopus.

PAROCHIS, confessarijsq. omnibus & singulis, qui in vrbe Dicecesiq. nostra Mediolanensi sunt, censuras, & casus, quos partim summo Pontifici, partim Episcopis referuatos, nosse debent, summatim iussu nostro in vnum collectos, promulgamus, atque edicimus.

Et vero, nos, præter casus, quos anniuersaria tabel la pro temporum ratione nobis referuados iudicauerimus, censuras etiam, & casus omnes ac singulos, quos Episcopis, siue iure canonum, siue Pontificijs sanctionibus, siue Decretis Tridentinis, siue Conciliorum nostrorum iure referuatos, infra ordine distinctos, certoq. numero notatos edimus: eos, ne de eiusmodi referuatione quisquam hæsitet & dubitet, nobis planè referuatos declaramus, & denuo iâ nunc perpetuò referuamus.

Proinde caueat vnusquisque, ne ab ijs censuris & casibus aliquem sine scripta nostra facultate auctoritateq. abfoluat, pœna excommunicationis propòsita, quam ipso facto qui contra fecerit, subire iam decreuimus, & rursus decernimus, atque declaramus.

Censuræ, & casus, summo Pontifici referuati in litetis processus Cœnæ Domini, in iisdem literis videantur, quæ quotannis eo ipso die edit solent.

Alia censura, & casus eidem referuati iure Canonum.

Ex Decreto, & Decretalibus.

QUI suadente Diabolo manus violentas in Clericum iniecerit, excommunicatus est. Etiam si Clericus cui manus illata est, prima tantum tonsura insignitus sit.

Qui huius rei consilium, auxilium, aut fauorem præstiterit. Qui monacho item manum violentam iniecerit. Etiam si sit conuersus religiosus.

Præterea, etiam si monachus sit tantummodo no uitius.

Et verò, etiam si monialis sit, aut conuersa. Qui in custodia publica, priuatauè, Clericum, etiâ sine læsione corporis detinuerit.

Qui item in vincula detruserit.

Quicunque in Clericum, aut Monachum manus violentæ iniectiorem ratam habuerit.

Qui in Clericum, etiam volentem, & consentientem, pro satisfactione offensæ laico factæ manus violentas aut iniurias iniecerit.

Clericus, qui scienter & spontè in diuinis participat cum excommunicatis à Papa.

Qui scienter in crimine criminolo communicat cum eo, qui nominatim à Papa excommunicatus est, consiliū, auxiliū, vel fauorem ei dando.

Qui ob mortis imminens periculum absolutus ab excommunicatione Papali, post à morbo confirmatus, quàm citò commodè potest, contempserit se præsentare.

Qui nullo Sedis Apostolicæ cōcessu assenserit nominationi, aut electioni Senatoris vrbis Romæ, aut eius qui eiusdem vrbis gubernationi præesse debet.

Ex clementinis.

QUI iniuriosè, vel temerè aliquem Episcopum percusserit, ceperit, expulerit; aut fieri mādauerit, aut ab alijs factum ratum habuerit; aut consilium, auxiliū, fauoremuè dederit. Hodie etiam in literis processus cœnæ Dñi.

Inquisitores, & Sanctæ Inquisitionis ministri, odio, gratia, vel quæstu, aliouè commodo ducti, qui in hæreticis inquirendis negligentes sunt, vel falsò hæresim imponunt.

Religiosi, qui absoluunt excommunicatos à iure, vel constitutionibus synodalibus; à culpa itè, & pœna.

Religiosi, qui non impetrata à Parochis facultate, Sacramenta Eucharistiæ, aut extremæ vnctionis ministrant.

Religiosi item, qui non eorundem concessu matrimonia solemnizant.

Reli-

c. Cupiètes cle. de pœn. Religiosi, & clerici sæculares, qui alios inducunt ad vouendum, promittendumuè, vt in suis Ecclesijs sepulturas eligant, vel iam electas ne mutant.

c. Grauis clem. de sent. excom. Qui prohibent, quominus publicè excommunicati, interdictiue, de Ecclesia exeant, quo tempore Missæ sacrificium sit, si eis à celebrantibus denunciatum sit, vt de ecclesia abeant.

c. cod. vtsupra. Excommunicati, interdictiue publicè, si à celebrantibus moniti fuerint vt de ecclesia exeant, idq. facere recusarint, neglexerintuè.

c. Grauis Clem. de sent. excom. Principes, & illustres viri, qui interdicti generalis tempore cogunt aliquem Sacerdotem celebrare.

In extrauagantibus.

De sepul. c. 1. QUI corpus mortuum exenterant, & in frustra incidunt, & aqua coquunt.

c. Et si Domini de pœ. remis. Qui interdictum ab Apostolica Sede promulgatum violarint.

Ibid. Qui in personam Romani Pontificis conspirauerint, & alia crimina perpetrarint, quæ eadem sanctione Pauli II. exprimuntur. Quæ omnia etiâ hodie continentur in literis processus cœnæ Domini.

Qui aliquid ex pacto dat aut recipit pro ingressu religionis.

c. cum detestabile. de sim. Qui dant, recipiuntuè aliquid simoniacè in ordine suscipiendo, aut beneficio consequendo; qui proxenetæ item fuerint, procuratore suè, vt huiusmodi simonia committatur.

Mart. 4. in extr. Religiosi non mendicantes, qui in ordines suos fratres mendicantes recipiunt, non impetrata nominatim facultate à Sede Apostolica.

Martinus V. conc. const. Religiosi mendicantes, qui transeunt ad ordinem non mendicantium, facultate à summo Pontifice non impetrata, præterquam ad ordinem Carthusienium.

Qui item eos in suos ordines adscribunt.

Bonifacius VIII. in extr. de sc. ten. excom. c. 1. Qui dant, accipiuntuè, promittunt, paciscuntur uè aliquid, vt in curia Romana iustitiam vel gratiam alicuius rei obtineant.

Qui item huius criminis reos non denunciant.

Conc. const. ses. 41. cap. Omnis ætas. Qui Cardinalium, & aliorum qui in cōclauis sunt, vel ipsius etiam electi Pontificis domos, res, bonaq. illorum violenter inuaferint, receperint, occuparint, & asportarint.

Ibid. Qui præterea eius rei cōsilium, auxiliū, aut fauorem præstiterint.

Iul. II. in extr. Cardinales, qui Sede vacante constitutioni de electione Rom. Pontificis præter simoniam faciendâ contrahere præsumperint.

Ibid. Cardinales item, qui aliquè elegerint simoniacè, à suis ordinibus, ac dignitatibus suspensi sunt.

Ibid. Procuratores item, & mediatores, quicunque fuerint.

Leo X. in cont. Later. ses. 9. Cardinales quoque, qui aliquid patefecerint in Concistorio vetitum à Papa, vnde aliquid præiudicij, aut scandali nascatur.

Arch. Flor. par. 3. tit. 25. c. 30. Qui ad sepulcrum Domini accesserint sine licentia Papæ.

Ex volumine collectionis diuersarum constitutionum Pontificiarum.

QUI CVNQUE de Ecclesijs, Monasterijs, quæ vacantibus per sedem Apostolicam prouisus, aut ad ea translatus, earum prouisionum translationum uè nunciatoribus aliquid dederit, promiserit, promissum uè soluerit.

Quicunque laicus hominem Ecclesiasticum relegarit, aut proscripterit: qui item proscriptiorem in eum scripserit.

Quicunque ordinis Ecclesiastici alium Ecclesiasticum ad forum laicale traxerit.

Quicunque item laicus, auxiliū, consilium, vel fauorem in ea re dederit.

Quicunque equos, ferrū, lignamina, & alias merces, Alexandriam, vel in partes Ægypti miserit, detulerit, aut mitti, deferri uè permiserit. Idem in literis etiam processus cœnæ Domini.

Quicunque à summo Pontifice ad futurum concilium appellarint: qui item huius rei cōsilium, auxiliū, vel fauorem dederint: qui item ei adhæserint. Hodie est in literis processus cœnæ Domini.

Quicunque ministri Papæ, & omnes officiales, etiam Episcopali dignitate præditi, in terris Ecclesiæ officium quodcunque exercentes, munera accipiunt, præter esculenta & poculèta, quæ biduo consumi possunt.

Quicunque de Ecclesijs & locis sacris lapides & alia ornamenta abstulerint: qui item auferenti, seruanti, & retinèti, auxiliū vel fauorem dederint.

Quicunque, vt literas Apostolicas gratis expediat, se Cardinalis, aut assistētis familiarem commensalem, vel nepotem finxerit.

Quicunque eos qui in Romana curia litigant, aut illorum aduocatos, vel procuratores, vel iudices, testes, aut notarios, per se, alios uè minis affecerint, inuaferint, verberarint, aut occiderint.

Qui item eos receperint, aut fauore adiuuerint. Hodie in literis etiam processus cœnæ Domini.

Quicunque literarum Apostolicarum executionem impederint. Hodie etiam in literis processus cœnæ Domini.

Quicunque ciuitates, oppida, terras, & quæcunq. alia loca Romanæ Ecclesiæ subiecta inuaferint, aut occuparint. Hodie in literis processus cœnæ Domini.

Qui in sermonibus & prædicationibus miracula falsa incerta uè populo denunciant: qui item Prophetias ex facta Scriptura non desumptas prædicare audent; Ecclesiæ uè prælatis scandalosè detrahunt.

Quicunque Dominus, vel Princeps permiserit latrocinia fieri ad urbem. Hodie in literis etiam processus cœnæ Domini.

Quicunque in duello pugnarit: quicunque item campum dederit; auxiliū præstiterit; duello interfuerit. Hæc quoque in Concilio Tridentino.

Qui Palatij Apostolici bona detinuerint. Hodie etiam in literis processus cœnæ Domini.

**Ibid.** Qui etiam prætextu regalium ea de iure: qui item detinentes non reuelarit.

**Iul. III. c. 16. Pius V. infra.** Quicumque in officio sacre Inquisitionis Episcopos & Inquisitores hæreticæ prauitatis impedit, perturbat.

**Iul. III. c. 17.** Quicumque libros & scripturas camere Apostolicæ detinuerit: quibus, de iure scientes non patefecerit.

**Paulus III. c. 36. Paulus III. c. 42.** Quicumque vel Beneficium Ecclesiasticum impetret, se pro alio in examine supposuerit.

**Paulus III. c. 42.** Quicumque vel Ecclesiasticus, vel laicus, per se, vel alium, ad hunc vniuersum Pontificem, cum aliquo de futuro Pontifice eligendo, vel verbis, vel scriptis, vel nunciis tractarit, aut tentarit.

**Paulus III. c. 49.** Quicumque libros hæreticorum, aut hæresi suspectorum, quouis modo legerit, apud se tenuerit, aut impresserit, aut venales habuerit. *Hodie etiam in literis processus cænæ Domini.*

**Pius III. c. 49.** Quicumque Alumina de partibus infidelium ad partes Christianorum detulerit.

**Pius III. c. 61.** Quicumque literas, aut scriptum cuiusvis generis, aut nuncium, aut signum, ad eos qui in conclauis sunt miserit: qui item receperit. *Qui contra è conclauis ad eos qui foris sunt scripserit, vel miserit.*

**Pius III. c. 67.** Quicumque regens, corrector, scriptor, & alius sacre penitentiariæ Romanæ officialis, aliquid contra constitutionem de ipsius penitentiariæ reformatione admitterit.

**Pius III. c. 92.** Quicumque de Parochiali Ecclesia, aut perpetua vicaria, aut alio beneficio curato à Papa prouisus, iuramentum & obligationem de residendo intra præstitutum tempus non obseruauerit.

**Pius III. c. 97.** Quicumque commentarios, glossas, notationes, scholia ediderit ad interpretationem Concilij Tridentini.

**Pius III. c. 133.** Quicumque Nuncius Apostolicus, à principibus ad quos mittitur, dignitatis aut gradus obtinendi causa literas commendationis, quouis modo ambierit; siue eorum studio & fauore, pro se, aut consanguineis suis uti audeat.

**Pius V. c. 17.** Quicumque mulier cuiusvis dignitatis, monasteria, & domos Carthusiensium, & aliorum regularium ordinum, etiam mendicantium, ingredi ausa fuerit.

**Pius V. c. 6.** Qui ordine & beneficio Ecclesiastico vel conferendo vel assequendo simoniacè se gesserit. *Interpretes, & internuncij eiusdem simoniacæ prauitatis.*

**Pius V. c. 99. Gregor. XIII. infra.** Quicumque monialis à clausura exierit: qui item exeundi licentiam dederit: comitans etiam, & receptans.

**Pius V. c. 1.** Quicumque officij Penitentiariæ Romanæ procurator, scriptor, corrector, alijsq. officialis, aliquid, etiam spontè oblatum, aut aliàs, siue pro expeditionis celeritate, siue pro alio extra ordinario labore acceperit.

**Pius V. c. 8.** Quicumque Episcopo inferiori, indicem casuum & gratiarum eum indulgentiis soluta certa quadam pecunia populo proposuerit & euulgarit.

**Pius V. c. 16.** Quicumque Christianus, alium Christianum in terris Turcarum habitantem tanquam mancipium ceperit, aut eius bone diripuerit.

**Pius V. c. 17.** Quicumque aliquem Inquisitorem, aduocatum, promotorem, notarium, aliumue ministrum, officium sacre Inquisitionis, aut accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei, perterrefecerit, occiderit, verberauerit, deiecerit. *Qui item eiusdem sacre Inquisitionis, aut ministrorum ædes, aliaue res expugnauerit, intulerit, incendit.*

**Ibidem.** Qui eiusdem libros, literas, exemplaria, & alia quæcunque scripta combusserit, diripuerit, interuerterit, aut quocunq. modo asportarit.

**Ibidem.** Quicumque etiam consilium, auxilium, vel fauorem præstiterit.

**Ibidem.** Quicumque ite contra sacre Inquisitionis officium delinquentibus veniam petere, aut pro illis intercedere tentauerit.

**Pius V. c. 91. Pius V. c. 103.** Quicumque Ecclesias, & beneficia Ecclesiastica quauis, palam, aut occultè retinuerit, aut receperit in confidentiam. *Hoc etiam sancitum est constitutione Pij Papæ IIII.*

**Pius V. c. 98.** Quicumque S. R. E. Cardinalem fuerit hostiliter infectatus, percussit, ceperit, aut madauerit, socius fuerit, aut factum ratum habuerit: qui consilium, vel fauorem dedit: qui istius facti notis reum receperit, aut scienter defendit; & qui præterea istiusmodi facinorosum, vel conspirantem quoquo modo scierit, & non reuelauerit. *Hæc sanctio à Bonifacio VIII. edita, plenius à Pio Papa V. constituitur.*

**Pius V. c. 104.** Quicumque de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis contra præscriptum constitutionis Xysti Quarti Pontificis, & Decreti Tridentini, affirmarit.

**Pius V. c. 104.** Qui verò contra præscriptum constitutionis Pii V. disputarit, pœnam suspensionis à diuinis incurrit.

**Pius V. c. 104.** Qui vacantibus Ecclesiarum dignitatibus, canonicatibus, præbendis, & eiusmodi, vult, disponit, aut statuta consuetudines seruauit, de fructibus, & distributionibus etiam, primo ab ipsa vacatione anno prouenturis, mensæ Episcopali, capitulariue applicandis, aut in communem usum cedendis: qui item de his iuramentum præstari ordinat; aut qui prouisum ad iurandum de his seruandis inducit; aut talia non facienti impedit possessionem.

**Pius V. c. 142.** Quicumque gubernator locorum status Ecclesiastici, licentiam ferendi armæ tribus palmis breuiora, etiam ad breuissimum tempus concesserit.

**Pius V. c. 16.** Quicumque publicans, pedagium, gabellam, vectigal, à regularibus ordinis mendicantium, exegerit.

**Ibidem.** Quicumque item ab eisdem pro reficiendis pontibus, vijs, aqueductibus, & fluminibus, aliquid impensæ aut contributionis exegerit.

**Ibidem.** Qui item vectigal denarioli carnis in singulas libras ab iisdem exegerit.

**Ibidem.** Quicumque eosdem mendicantes, eorum bona, colonos, exemptos & immunes ab omnibus & singulis exactionibus non dimiserit.

Qui-

**Pius V. c. 17.** Quicumque gubernator status ecclesiastici, & officialis, aliquem homicidam, aut exulem ab exilio reuocarit, vel saluum cõductum ei fecerit, etiam ad diem vnum, noctemue vnam.

**Ibidem.** Quicumque Dominus, & ciuis Romanus, sedi Apostolicæ subiectus, homicidam aliquem, exulem, aut facinorosum hominem Romanæ ecclesiæ subiectum receptauerit.

**Ibidem. Paulus II.** Idem præterea, qui iniuriæ viciscendæ causa domum communierit, armatos receptauerit, aut aluerit; aut hominum turbam eo nomine excitarit.

**Ibidem. Paulus II.** Quicumque item Romanus in ditione sua, patrè, aut filium, fratrem, aut propinquum, aut amicum, domesticumq. eius qui offenderit, iniuriæ viciscendæ causa vulnerarit, mutilarit, aut occiderit.

**Pius V. Pius II. Paulus II. Pius III.** Quicumque in regno Neapolitano Baro vel Princeps, homicidam, aut exulem Romanæ ecclesiæ receptarit, protexerit, eiq. auxilium, consilium, vel fauorem quouis quæsito colore dederit.

**Pius V. in bulla extinctionis.** Quicumque Præpositus extincti ordinis Humiliatorum aliquem ad professionem receperit: aut quæ in bulla extinctionis continentur, non obseruauerit.

**Pius V. c. 170.** Quicumque Baro & Dominus sedi Apostolicæ subiectus, frumentum, fruges, vltra usum sibi familiarisq. suæ necessarium emerit.

**Pius V. Ibidem.** Quicumque Baro Romanus quouis modo impedit eos, qui frumentum, aliaq. res victui necessarias ad urbem Romam, comportarent. *Hodie est etiam in literis processus cænæ Domini.*

**Pius V. c. 58.** Quicumque episcopus, & patronus, tam ecclesiasticus, quàm laicus, à collatione, aut præsentatione suspensionis effectus, beneficium contulerit, ad id præsentarit, vel instituerit.

**Pius V. c. 170.** Quicumque frater sancti Francisci de obseruatiâ, in electione ministri generalis, Prouincialium, Custodum, pro se, aut pro alio subornauerit: qui item subornatus est: qui subornantem non detulerit: qui pro hac re quemuis fauorè extra religionem procurauerit.

**Greg. XIII. c. 2. Pius V.** Quicumque, cum aliquod oppidum locuset ad Romanam ecclesiam pertinens vacauerit, de eo in feudum dando aliquo modo egerit.

**Greg. XIII. c. 1.** Qui Agnos Dei à summo Pontifice consecratos depinxerit, aliquo colore infecerit, minio notarit: Qui item vena'es proposuerit.

**Greg. XIII. c. 22. Bonifacius Papa VIII.** Quicumque pro expeditione gratiæ vel iustitiæ aliquid pepigerit, dederit, acceperit, promiserit, acceptarit, siue per se, siue per interpositam personam: qui item auxilium, consilium, vel fauorem dederit.

**Greg. XIII. c. 28.** Quicumque prætextu facultatum Apostolicarum, quæ à Pio V. & Gregorio XIII. Pont. abrogatæ sunt, monialium monasteria ingreditur.

**Ibidem.** Quicumque, etiam regularium superior, earundem licentiarum prætextu eò aliquem ingredi permiserit.

**Ibidem.** Quicumque, etiam prætextu licentiarum episcoporum, palium eò ingreditur, necessitatibus non vrgentibus.

**Greg. XIII. c. 31.** Quicumque sal exterum in vrbes, & oppida, & loca sedi apostolicæ subiecta importarit.

**Greg. XIII. c. 39. & 42.** Quicumque frumenta, fruges, legumina, & animalia cuiusvis generis, extra statum S. R. E. quouis modo exportarit.

**Greg. XIII. c. 26.** Quicumque Religiosus sancti Francisci de obseruantia, contemptis superioribus suis, ad tribus nalia appellarit, & ad ea confugerit.

**Greg. XIII. c. 11. Pro no. 11.** Quicumque frater eremita S. Augustini congregationis Lombardiæ obedire constitutioni neglexerit editæ de exemptione monialium eiusdem ordinis.

**Greg. XIII. c. 11. Vauera.** Quicumque monachus ordinis Cisterciensis aliquid commiserit contra constitutionem editam de exemptione monialium ab eodem ordine.

**Greg. XIII. c. 80.** Quicumque ditioni ecclesiasticæ subiectus, homicidas, grassatores, & damnatos crimine capitali exules receperit, recipi permiserit: qui ite impedierit ne capiuntur: qui etiam fecerit ut capti euadant: qui præterea impedierit iustitiæ ministros, aut eos aliquo modo perterrefecerit.

**Greg. XIII. c. 11. Dubius.** Quicumque episcopus monialium monasteria præter casus necessarios ingressus erit, si semel hoc fecerit, ingressu ecclesiæ interdicatur; si iterum, à munere episcopali, & à diuinis suspenditur; si deinceps, ipso facto absque declaratione excommunicationem subit. Regularis autem, omni officio ac ministerio priuatus, excommunicationi similiter subiectus.

**Idem.** Quicumque sine Pontificis concessu in prouincia Mediolanensi sacras reliquias asportarit: qui item ab vna ecclesia ad aliam transtulerit: qui aliquam earum particulam concesserit, donarit: qui item acceperit.

Ex constitutionibus pontificijs de priuilegijs ordinis mendicantium.

**QVI** monasteria ingrediuntur monialium ordinis Prædicatorum, Franciscanorum, & Eugen. III. in casibus non concessis.

**Bonifacius IX. & Eug. III. in priuilegijs vnus & alterius ord.** Qui libellos conficiunt, scriptaue vlla contra fratres ord. Præd. & Franciscanorum.

**Alex. III. in eorū priuilegijs.** Qui negant eiusdem ordinis fratribus licere electiones audire de facultate summi Pontificis, sine consensu aliorum prælatorum inferiorum, rectorum ecclesiarum, aut parochorum.

**Idem Alex. & Bonifacius IX. in priuilegijs.** Qui in monasterijs, ecclesijsque suis apostatas detinent eiusdem ordinis, nisi illos eiecerint, vbi ipsis denunciatum erit.

**Idem in priuilegijs.** Qui fratres eiusdem ordinis à consortio vniuersitatis Parisiensis reijciunt; qui violentiam exercent contra loca ipsorum.

**Leo X.** Quicumque iudex querelas fratrum aut monialium ordinis Prædicatorum susceperit, vel de eis cognouerit.

**Leo X.** Quicumque aliquis ex fratribus eiusdem ordinis coram aliquo iudice conuenerit.

Qui-



- Ibidem. Quicumque frater ordinis S. Augustini prætextu arctioris regulæ ad alium ordinem tranſierit ſine licentia prioris generalis.
- Xyſtus III. Quicumque prohibuerit facere eleemoſinam fratribus eiufdem ordinis.
- Iulius I. Quicumque frater eiufdem ordinis ab eo recedens, octo dierum ſpatio ad obedientiã nõ redierit.
- Leo X. conf. li. Quicumque illius ordinis bona occuparit; vel per ce ſponte. ſonas, conuentus, loca, aut poſſeſſiones vexarit.
- Caliſtus III. Quicumque rector, aliufuè vniuerſitatis Pariſienſis, aliquem ex fratribus mendicantibus quouis modo in ſtudiorum curſu vexarit, aut per turbarit.
- Xyſtus III. Quicumque princeps laicus reformationem fratrum conuentualium impederit ne fiat, aut factam mutari procurarit.

Ex Concilio Tridentino.

- Sefs. 22. c. 12. Quicumque alicuius eccleſiæ, vel beneficii eccleſiaſtici, tam ſecularis, quàm regularis, Montium pietatis, aliorumque piorum locorum iuriſdictionem, bona, cenſus, ac iura quocunq; modo uſurparit. Idem in Concilio Lateranenſi ſub Leone Decimo: Hodie eſt etiam in bulla cænæ Domini.
- Ibidem. Quicumque item eccleſiarum, aliorumq; locorũ fructus, emolumenta, aut quaſcunq; obuentiones, per ſe, vel per alios, quocunq; modo in proprium uſum conuerterit.
- Ibidem. Quicumque etiam impediit, ne ab ijs ad quos ijdem fructus iure pertinent, percipiantur.
- Ibidem. Patronus item eccleſiæ, & clericus quoque, qui huius nefariæ uſurpationis fabricatores, aut conſentientes fuerint.
- Sefs. 25. c. 19. Quicumque Princeps, & alius, locum duelli con ceſſerit: qui duellum commiſerint; eorũ patrini; qui item duelli conſilium, tam iure, quàm facto dederint: qui ſuaſerint; ac prætereã ſpectatores.

Censura, & caſus Episcopis reſeruati.

Ex decreto.

- 23. q. 5. c. Admi. 1. Quicumque princeps, & iudex ter admi niſtratores. nitus, clericis iuſtitiam facere neglexerit.
- 11. q. i. c. finali. 2. Quicumque laicus oblationes de ſacris eccleſiis auferre auſus erit.

Ex decretalibus.

- c. licet de elect. 3. Qui de tertiã partis Cardinalium nominatione conſiſus, Papæ ſibi nomen uſurpat; & qui ipſum recipiunt: & qui à paucioribus quàm à duabus partibus Cardinalium electus, gerit ſe pro Papa, niſi maior concordia interceſſerit.
- c. i. de ſcimat. 4. Qui audent affirmare, ordinationes ab Octauiano & Guidone factas ratas eſſe.

- 5 Mulieres ſtatum Beghinarum ſectantes, vel de nouo aſſumentes: religioſi item qui eos admittunt; vel qui præbent conſilium, auxilium, aut fauorem.
- 6 Qui uſurpant Episcopatum in ciuitate, dicecetiue, vbi populi diuerſis linguis vtentes, varios ritus ſub vna fide habent.
- 7 Clerici, monachiue, qui accipiunt officium vicecomitis aut præpoſiti ſecularis, ſi monachi non reſiſuerint.
- 8 Monachi extra clauſtrum, & alii clerici, quãuis dignitatem, perſonatum, aut officium obtinentes, & preſbyteri, qui leges vel phyſicam audiunt, niſi infra duos meſes redierint.
- 9 Magiſtri, ſcholareſuè, qui Bononiæ aliorum ſcholarium hoſpita durante locatione conducunt, ſine eorum conſenſu.
- 10 Quicumque ſtatuta, edicta, conſuetudines contra eccleſiaſticam libertatem ſeruat, aut ſeruari iubet. Hodie etiam eſt in bulla cænæ Domini.
- 11 Qui quempiam chriſtianum per quoddam genus hominum, quos uocant aſſaſſinos, interfecerit, interficiuè mandauerit, quamuis mors non ſequatur: qui eos receperint, defenderint, occultauerintuè. Hodie in bulla cænæ Domini.
- 12 Domini temporales, qui prohibent ne homines ſibi ſubiecti quippiam vendant, emant, aliaue obſequia præſtent hominibus eccleſiaſticis.
- 13 Qui eccleſias, & homines eccleſiaſticos compulerint ad pedagia & guidagia ſoluenda.
- 14 Qui regalia, cuſtodiam, vel titulum aduocationis deſenſionis in locis pijs uſurpare conantes, bona eccleſiaſtica occupant.
- 15 Clerici, qui locant domos manifeſtis uſurarijs ad ſcenus exercendum.
- 16 Qui per ſe, aut per alium impediit litigantes in foro eccleſiaſtico, in cauſis, quæ iure conſuetudineuè ad idem forum pertinent.
- 17 Qui litigare uolentem, aliquo modo cõpellit ut à lite deſiſtat: qui item conſilium, auxilium, aut fauorem præſtat.
- 18 Qui pignorationes contra eccleſiaſticum hominem vel eius bona conceſſerit.
- 19 Qui fictione, fraudeuè vtuntur, ut iudex ipſe ad mulierem vadat pro teſtimonio.
- 20 Vocati ad dirigendas moniales in electionibus faciendis, neque abſtinent ab his, vnde in ipſis electionibus diſcordiã oriri nãtririue poſſint.
- 21 Qui quaſlibet perſonas eccleſiaſticas, ad quas ſpectat electio in monaſterijs pijsuè locis, aut eorum item conſanguineos, quouis modo offenderint, eo quod eligere noluerint perſonam, ad cuius electionem inducebantur.
- 22 Qui compellunt prælatos, eccleſiaſticoſuè homines

- de reb. eccl. non alien. mines, vt eccleſias ſuas, earum prædia, iuraue laicis ſubijciant.
- c. Hac conſtitu. 23 Pars, quæ procurat, vt de alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, ſeu violentis, conſeruatores ſe intromittant, vel ſuam oſtendant poteſtatem, ad ea quæ iudicalem indaginem requirunt.
- c. vt in quiſtio nis de hæret. 24 Domini temporales, ſeu rectores, vel officiales eorum, circa negotium in quiſitionis contra hæreticos deficientes, & omnes qui in hoc dederint conſilium, auxilium, vel fauorem.
- c. Nõ minus de immun. eccl. 25 Qui libertatem eccleſiaſticam offenderit, in his quæ ad immunitatem a collectis & exactionibus pertinent: qui item uſurparitiuriſdictionem prælatorum, ſi monitus non deſiſtat. Hodie etiam literis proceſſus cænæ Domini.
- c. Vbi periculũ de elect. 26 Qui in conclauẽ ſcriptum, nunciũ uè Cardinali cuiſpiam miſerit, aut ſecreto cum eo locutus ſit. Hodie reſeruatur abſolutio Papæ ex conſtitut. Pij IV.
- c. eod. 27 Domini, Rectores, & alij Magiſtratus urbis, oppidiue, vbi pontificis noui creatio tractatur, ſi diligenter ac inuiolabiliter ea non obſeruarint, quæ ſibi eo in negotio commiſſa ſunt, ac ſi fraudem commiſerint.
- c. Vnico de relig. domib. 28 Qui non impetrata à ſummo Pontifice facultate, nouum religionis habitum aſſumunt, vota nuncupantes, ſimulq; in communi uiuentes.
- c. Quicumque, de hæret. 29 Quicumque in loco ſacro hæreticum, receptatorem, vel ei fauentem, & credentem in loco ſacro ſepelierit.
- c. r. De iis quæ vi, vel metu. 30 Qui reuocationem excommunicationis, ſuſpenſionis, interdictiue, aut abſolutionem extorquent vi, vel metu.
- c. 2. Ne clerici, vel monachi. 31 Doctores, qui leges, aut medicinam docent religioſos, qui deſiſto ſuo habitu, nõ impetrata à ſuperioribus facultate, ad ſtudia publica ſe contulerunt.
- Ibidem. 32 Quicumque religioſus, expreſſe, aut tacite profeſſus, habitũ ſuæ religionis dimiſerit.

Ex clementinis.

- Ben. xi. c. Quia nonnulli deſent. excom. 33 Qui literas pontificis ante eius coronationem confeſtas, tanquã irritas impugnarit.
- Clem. r. de ſta. mon. 34 Monachi, qui intrã ſepta monaſterij ſine Abbatum ſuorum conſenſu arma tenent.
- c. Cupiẽtes de pœn. 35 Religioſi, qui proferunt aliqua, vt audientes deterreant à ſolutione decimarum.
- Clem. r. de ſeq. 36 Qui prohibent ſequeſtrationem beneficii à ſede Apoſtolica decretam: qui itẽ fructus ſequeſtri nomine deſiſtos occupare quouis modo audent.
- c. Attendentes. Cle. de ſtat. monial. 37 Qui poſtquàm moniti fuerint, monialium, canonicorumuè ſecularium, viſitatores impediunt.
- Clem. Cupientes de pœn. 38 Religioſi mendicantes, qui immoderate habitacula acquirunt, vel dimittunt, vel tranſferunt in alios uſus.

- 39 Officiales communitatum, quiue poteſtate præditi, uſuras quibuſdam ſtatutis fouent.
- 40 Qui gradibus conſanguinitatis affinitatiue prohibitis ſcienter matrimonium contrahunt; vel cum monialibus profeſſis: quiue in religione, aut ſacris ordinibus conſtituti, hoc admittunt.
- 41 Qui in cœmeterijs interdicti tempore, in caſibus iure non conceſſis, quofcunq; aut excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, aut manifeſtos uſurarios, ſcienter ſepelire audent.
- 42 Religioſi, qui adminiſtrationem, eccleſiaſticaue beneficia non obrinent, ſi decimas eccleſijs debitas uſurpare audent: niſi poſtquam moniti ſunt, intrã meſem deſiſtat, & ſatiſfecerint eccleſiis duorum meſium ſpatio, de damnis quæ ob id paſſæ ſunt.
- 43 Monachi, canoniciue regulares, qui nullam adminiſtrationem habent, ad curias principum ſine ſpeciali licentia prælatorum ſuorum ſe conferunt, vt aliquid ijs damni inferant.
- 44 Religioſi non ſeruantes interdictum poſitũ auctoritate ſedis apoſtolice, aut à loci ordinario.
- 45 Mulieres ſtatum Beghinarum ſectantes, aut nouum ſuſcipientes; religioſi item qui eis conſilium, auxilium, fauoremue dant.

In extrauagantibus.

- 46 Qui clementinam ad declarationem regule ſancti Franciſci gloſſis interpretantur.
- 47 Qui perſeuerant, vel aſſumunt ſtatum ſectauè fraticellorum, Bizochorum, Beghinarũ: & prælati, qui eis concedunt.
- 48 Qui bona eccleſiaſtica alienant, & alienata recipiunt, abſque ſedis apoſtolice auctoritate.
- 49 Qui impediunt legatos nuncioſuè apoſtolicos, ne recipiantur, neque ea faciant, quorum cauſa miſſi ſunt.
- 50 Qui librum, aut quamcunq; ſcripturã imprimunt, imprimiue curant, niſi prius in vrbe per Vicarium, & ſacri palatii magiſtrũ; in alijs uerò diceceſibus ab episcopis, aliouè perito homine quem is delegerit, & ab Inquiſitore, liber, ſcripturauè comprobata ſit.
- 51 Qui prædicando aut diſputando impugnaret Montes pietatis.
- 52 Qui gymnafiorum rectores, aut alij facultate doctorandi habentes, ad cathedras, vel ad gradus aliquem promoueri patiuntur, non facta fidei profeſſione.

Ex Concilio Tridentino.

- 53 Quicumque mulierem rapuerit: qui item conſilium, auxilium, vel fauorem præbuerit.
- 54 Quicumque quouis modo, tam uirum, quàm mulierem cogit, quominus liberè matrimonium

In extrau. Nico la. apud Ant. par. 3. tit. 24. c. 69.  
In extrau. Ioã. 22. c. S. Romana.  
Paulus II. in extrauag. Ambitioſe.  
Ioan. XXII. in extrau. c. Super gentes.  
Leo X. ſefs. 10. in conc. Lat. & be per Vicarium, & ſacri palatii magiſtrũ; in Indice libr. prohib. reg. xi.

- Sefs. 17. c. i. De regularibus. 55 Quicumque Magistratus ab Episcopo requisitus, brachij secularis auxilium non praeberit, ut clausura monialium conferuetur, & ubi violata est, restitatur.
- Sefs. 15. de Regul. c. 5. 56 Quicumque sine Episcopi, aut superioris facultate scripta, intra septa monasterij monialium ingressus fuerit.
- Sefs. 25. de reg. 57 Quicumque, virginem aliquam, vel viduam, vel aliam mulierem, monasterium ingredi, vel habitum cuiusvis religionis suscipere, vel professionem emittere coegerit.
- Ibidem. 58 Quicumque item consilium, auxilium, vel fauorem dederit.
- Ibidem. 59 Quicumque etiam illius mulieris repugnantiam sciens, quoquo modo eidem actui praesentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerit.
- Ibidem. 60 Quicumque praeterea illius voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine iusta causa impederit.

Censurae, & Casus,

Qui aliquando summo Pontifici, aliquando episcopis reseruati sunt.

- Clem. Nolentes de haeret. 61 INQUISITORES, & commissarii eorum, vel episcoporum, siue capituli sede vacante, qui pecuniam modis illicitis extorserint, aut scienter ecclesiae bona fisco, etiam ecclesiae, ob delictum clericum adiudicare tentarint. Hic casus ante satisfactionem Papae absolutioni reseruatur, post satisfactionem episcoporum absolutioni.
- c. obuesti, & c. tua nos defenten. excom. 62 Qui effringunt, & spoliant loca sacra: incendiarij item. Hi casus ante denunciationem episcopales sunt, post denunciationem verò Papales.
- c. Quicumque de sent. excom. in 6. 63 Quicumque licentiam alicui dederit occidendi, aut capiendi eum, qui excommunicationis sententiam tulerit contra reges, Principes, nobiles, eorumque ministros: aut eiusdem bona, suosque offendendi; & illos ite, quorum occasio talis sententia lata est. Hic si duorum mensium spatio resipuerit, eius absolutio Episcopo; sin minus, Papae reseruatur.
- 64 Qui anno Iubilei, facta ex literis pontificiis omnium indulgentiarum suspensione, indulgentias plenarias proposuerit, euulgavit, praedicarit.
- c. Definuit. 17. 9. 4. 65 Quicumque aliquem qui ad ecclesiam confugerit, facultate ab episcopo non impetrata ab ipsa ecclesia extraxerit.

Casus, & censurae, Ex concilijs provincialibus, & diocesanis nostris.

- Conc. 1. tit. quae pert. ad sacra. pgn. 66 RAPTORES virginum.
- 67 Qui moniales violarint.

- 68 Qui abortum procurarint.
- 69 Qui in secundo, vel propinquiori cognationis gradu incestum admiserint.
- 70 Incendiarij, & qui damni iniuriae causa, vites, vel arbores alienas inciderint.
- 71 Ecclesiam polluentes.
- 72 Homicidae voluntarij.
- 73 Qui parentes percusserint.
- 74 Qui locis pijs infantes exposuerint, cum habeant unde ipsos alant, neque eorum locorum damna resarcierint.
- 75 Qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huius generis, Eucharistia, sacrificiè rebus abutuntur.
- 76 Qui stateras, mensuras, inonestas adulterarint, corruperint. Conc. 1. tit. eo.
- 77 Quicumque praeter parochum confessorius, etiam regularis, sine episcopi approbatione scripta confessionem audierit. c. Qui paroch. Conc. 4. par. 1. tit. Quae pert. ad sacr. pen.
- 78 Qui sponsalia contraxerint, si vna ante coierint, quam matrimonium inter eos celebratum sit. Conc. pr. 2. tit. 1. d. 27.
- 79 Quicumque notarij, legata de pijs causis, aut de rebus male partis restituendis, tribus post mensibus quam testatoris obitum scierint, episcopo non denunciarint. C. c. pro. 1. v. f. Conc. pro. 2. tit. 3. d. 17.
- 80 Quicumque clerici mortui, aut ecclesiae cui inferuerat, bona furripuerit, atque inuasit. Conc. pro. 2. tit. 3. c. 15.
- 81 Quicumque, absque inuisione ex clerici mortui domo supellectilem, remque aliquam, aut scripta ad ecclesiam pertinentia, ante confectum inuentarium asportarit. Con. pr. 3. tit. de his quae ad bona ecclesiastica c. quod prou.
- 82 Qui falsum impedimentum attulerit ad matrimonium malitiosè impediendum. Con. pro. 3. tit. de his quae ad matr.
- 83 Quicumque secreta processuum officij sanctae Inquisitionis euulgavit. Conc. pr. V. tit. 1. cap. poenam.
- 84 Quicumque diebus quadagesimae laruatas vexationes & inania spectacula ediderit, interditi censuram subit. Conc. pr. 5. tit. q. ad dies festos.
- 85 Quicumque confessorius absque episcopi facultate a casibus reseruatis absoluerit. Conc. pr. V. p. r. tit. quae pert. ad poen. ca. cu pro tempo. Synod. dioc. 1. c. 18.
- 86 Quicumque verò priuilegij alicuius preteritum id admiserit, poenam suspensionis ipso facto incurrit.
- 87 Quicumque veneficiis aut incantationibus ad matrimonium impediendum usus fuerit: qui item ad veneficia absoluenda adhibuerit verba superstitiosa. Conc. eo. C. de facul.
- 88 Quicumque spe futurae dispensationis matrimonium gradu prohibito contraxerit. C. c. eo. tit. quae ad matr. c. Tridentina.
- 89 Quicumque tam vir, quam mulier, etiam praeter matrem, & nutricem, in lecto infantem anno non expleto sine cunis tenuerit. Con. eod. tit. de Baptism. c. vlt. Prou. 4. tit. de baptis. Graue.
- 90 Qui item id facere coegerit.
- 91 Quicumque clericus fraudi assenserit de patri monio assignato, a fruendo, & vtendo, ab ordinis sui functione suspenditur. Con. pr. 6. tit. q. ad ord. sac. c. 1.
- 92 Quaecumque mulier capite non velato ecclesiam ingreditur, si monita non paruerit, interditi censuram subit. C. c. eo. tit. quae ad eccl. cul. ca. Mulieres.
- 93 Quicumque facultatem alicui dederit accedere

ad Moniales, c. Neque in posterum.

di ad monialium monasteria, aut eorum septa ingrediendi. Dat. Mediolani ex aedibus nostris Archiepiscopilibus, Die vltimo Aprilis. 1584.

TABELLA DISCIPLINAE.

Quam in synodo Diocesana, Mediolanensis Clerus & vniuersè & sigillatim accuratè seruet.

CLERVS ad synodum conuocatus, secum cogitet, quas ob causas haec actio anniuersaria celebretur.

Qua in cogitatione videat, praeclearas illas virtutes sibi praestandas esse, quae in clero elucere debent.

Religiosam igitur animi praeparationem in omni actione synodali adhibeat.

Incessu, statu, sessione, omniq; actu, morum grauitatem praeseferat.

Disquirat etiam atque etiam saepe ac diligenter vnusquisque omnes vitae suae partes, ac muneris curationis suae officia, quae sibi, vel disciplinae clericalis lege, vel decretis prouincialibus diocesani suae commissa, aut demandata sunt.

Tu videat, an clericalis institutionis moribus congruenter viuat.

An spiritalis disciplinae exercitationes obeat. An in diuinorum officiorum cultu religiosè se gerat.

An in ecclesiasticis functionibus obeundis diligens.

An in decretorum executione sollicitus. An sancto zelo accensus.

Scrutetur denique de se, proposito Dei timore, omnia & singula, quae aut sua, aut populi commissi, aut ecclesiae in curam tradita causa exequi debet: ita vt in synodali scrutinio ratione reddat, pro ordinis, aut curationis suae munere diligentissime: ac praeterea quae emendatione digna sunt, omni deuotione fideliter studeat emendare.

Hac disquisitione, & praeparatione instructus vnusquisque, cum semper, tum hoc synodali tempore haec praestabit.

Vt non solum a malo, sed ab omni suspitione & specie mali abstinere.

Ad cauponas ne diuertat.

Per plateas non vagetur.

Praecuriositate hac atque illac non concurret. Immo verò, in verbo, in conuersatione, in charitate, in iustitia, & in sanctitate, studiosè pieq; versetur.

Omnes porro & singuli, assidue, castè, pureq; praecses Deo adhibeant.

Deuotè, totoq; cordis affectu, in omni prece, & sacerdotes praesertim in Missae sacrificio, his synodalibus diebus orent.

1 Pro Sanctissimo D. N. Gregorio XIII.

2 Pro Ecclesiae sanctae tranquillitate, & propagatione.

3 Pro Serenissimo Rege Catholico Philippo Duce nostro, & christianarum Prouinciarum tranquillitate & quiete perpetua, propulsatis haereticorum perturbationibus.

4 Pro Catholicæ religionis, & pacis conseruatione.

5 Pro finitimarum regionum, & in fide catholica confirmatione, & dissidentium recta ad eam conuersione.

6 Pro Christianae disciplinae, cleri & populi conformatione & progressionem, in hac urbe, diocesi, & prouincia Mediolanensi, & in omnibus Christiani orbis partibus.

7 Pro salutari huius synodi successu.

8 Pro constanti & perpetua cleri populiq; in bene ac pie agendo perseverantia.

9 Pro omni ministerio nostro Archiepiscopali, in omni pastoralis actione.

10 Pro ministris etiam, quos ad huius ecclesiae, & prouinciae culturam adhibemus.

11 Pro perfecta omni decretorum prouincialium & diocesanorum executione.

Vniuersi autem & singuli ad rei grauitatem attentum, cuius causa conuenerunt, tota animi cogitatione in eam incumbant; proinde alijs negotijs ne implicentur.

Ad synodalem sessionem ita hora indicta sollicitè conueniant.

Non raptim, sed graui incellu.

Vbi conuenerint, loco constituto, in schola videlicet doctrinae christianae, superpellicea munda ac decentia, ac alias vestes pro ecclesiastici beneficij ratione induant.

Capitula verò vrbis collegiatim ad sessionem synodalem veniant, de more processionis cruce praelata.

Decenter autem induci, ad constitutum sessionalem locum, non turbulenter, sed quietè accedant.

Bini quoad eius fieri potest, conueniant.

Ordine confideant, ad praescriptum praefecti, aut Magistri caeremoniarum.

Manè proutquam conueniant, cibum ne capiant, sed ieiunium adstant.

In loco autem benedictionis, quod est templum Dei, confidentes sacerdotes, & clerici, ne vocibus obstrepant.

Ne tumultibus rem synodalem perturbent.

Ne confabulationibus operam dent.

Silentio magno vtantur, cum semper, tum maxime, cum de suggestu aliquid edicitur, pronunciatur aut legitur.

Attentissimo animo sint ad omnem promulgationem, & lectionem.

Omnes, cum standum est, stent; cum genua flecten-

flectenda sunt, genua flectant; cum assurgendum, assurgant; cum prosternendum est, se prosternant; itidemque simul praestent in omni caeremoniarum actione, ad praescriptum Magistri caeremoniarum, & clericorum designatorum.

Ne quisquam cancellis, intra quorum fines sessio diocesana habeatur, exeat, nisi absoluta sessione, aut necessaria de causa.

Cum autem exire necesse habet, facultatem a Vicario generali, vel ab his qui constituti sunt, petat; reuersus, ad eundem veniat, antequam designato loco confideat.

Sessione de more absoluta, omnes silentio vtantur, neque quisquam a loco ante discedat, quam Reuerendissimus Archiepiscopus a Synodo abierit.

Nec verò raptim, turbulenterque, sed grauitate, decoro incesu.

Capitula verò, & clerici ecclesiarum collegiatarum, vt collegiatim conuenerunt, eodem ordine a synodo discedant praelata cruce.

Caueant denique omnes, quaecunque & ecclesiastica disciplina, & synodalis actionis dignitati, & loci venerationi minimè conueniant.

Tabella haec disciplinae synodalis intra ambitum septi sessionalis certis locis perspicuis publicè affigatur, vt vniuersi & singuli clericali ordinis homines, non solum videant, sed planè exequantur praescriptas synodalis disciplinae partes.

Praefecti synodalis disciplinae tabellam hanc accuratissimè exequantur.

Si quos contra quam praescriptum est, agere animaduertent, eos officij sui moneant, & corripiant, curentque vt synodali, canonicaeque subiaceant disciplinae.

TABELLA

Processionis Synodalis, & Precum.

Feria 14 die 17. Maij, summo mane, hora x. praescripta, clerus vniuersus saecularis & regularis collegiatim cruce praelata in ecclesiam Metropolitanam conueniat, & ad constitutum locum quietè accedat, ibique religiosè confideat, donec processio inchoabitur.

Qui cruce in processione feret, clericus superpelliceo indutus, seruet in omnibus decorum tantum vexilli, quod fidelibus praefert.

Apertè, decorè, ac rectè ferat.

Grauitate, ac religiosè incedat, in ea cogitatione fixus, se ferre crucem Christi Domini.

Clerus ordine sequatur, atque omni reuerentia, religiosèque deuotione ita procedat, vt exemplo sanctissimae pietatis, populum excitet ad orandum etiam pro re, cuius causa supplicatio & processio agitur.

Graui incesu ac modo progrediatur ad praescriptum Praefecti.

Clerici omnes bini semper aequè procedant, neque inter eos vnquam laicus homo interiectus sit.

Rectè ita incedant, vt, si fieri potest, ne minimum quidem ab ordine discedant, & certum distinctum inter se spatium, nempe circiter decem pedum in procedendo seruent.

In via nunquam subsistant, nisi cum praefecti monitu subsistendum est.

Subsistendi, & procedendi significatio, vt opus erit, ordine, & modeste fiat.

qualem splendorem, quos Aulicos, quales ministròs videremus.

Quibus huc conuenimus? populis nobis commissis, animabus adeò pretiosis, pro quibus Dei filius sanguinem fudit, quibus creata omnia si comparentur, vilescunt; quas solas demones appetunt & impetunt, oppugnant, & impugnant; quibus solis contenti essent, cæteraq; omnia vobis relinquentes libentissime, dicunt: *da mihi animas; cætera tolle tibi.* Conuenimus etiam nobis ipsis spiritualiter in Domino iuandis; ac demum bonorum omnium auctori Deo, ad cuius procurandum honorem ac gloriam omnes in primis hæc synodi diriguntur.

Quoties autem huc conuenimus? Vndecima hæc synodus est à nobis habita, ex quo, Sacrosancti Tridentini Concilij decreto, laudabilis hæc consuetudo, quæ in desuetudinem abierat, in vsum est cœpta reuocari. Nos ergo supra nos ipsos reflectentes, cogitemus obsecrò ac discutiamus, quantumnam post tot synodos profecerimus: hoc verò in se quilibet inuestiget. Addam verò si ardentissimus hic stimulus nos non inflammabit; Moueat attamen hoc: quis scit, an quotquot hic adsumus, duodecimam venturo anno simus celebraturi? an ad illum vsque diem viuere permittamur? Nec ego quidem hoc scio; nec vos scire potestis; Mortis siquidem hora nihil incertius, cum morte tamen nil magis certum existat. Quòd si iam nos ante tremendum illud Dei Tribunal præsentari cōtingeret; o quam multa cuperemus fecisse; quam vellemus omnia, quæ præteritis synodis præscripta fuerunt, diligenter obseruasse. Hoc ergo ipsum, ne post pœniteat, iam quilibet nostrū curet; & quod propheta dicit, ipse faciat; *super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplanor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me;* tantò enim arctior nobis atque exactior erit Deo reddenda ratio, quanto plures sine fructu præcesserint synodi.

Sed quid sit in his synodis? succurrit afflictis Christianæ Reipublicæ rebus mirum in modum spiritualiter: hic enim in primis fidei professionem, qui hæcenus non emisertunt, emittunt, quod & cæteri videntes, in fide etiam ipsi confirmantur: est generalis quædam visitatio synodus; aliàs enim per annum particulares qualdam Ecclesias duntaxat visitamus; hic verò generatim sacerdotes omnes, & clericos, ac in ipsis suo etiam modo populos eis commissos: neque verò nouum institutum hoc est, quod & ab ipsis Apostolorum temporibus executioni demandatum fuisse comperimus; nam cum discipulos suos Dominus misisset, *illi redeuntes (inquit Marcus) renunciauerunt omnia que fecerant, & docuerant, etiam Domino Iesu.*

Addo, quòd si quis diligenter animaduertat, quæ

Heb. 6.

Exo. 14.

Marci 6.

cunque synodum præcesserunt; & quæ in ea fiunt; quæcunque etiam post eam fiunt, & quæ ab ipsa egredientur in populos decreta; comperiet esse synodum similem motui primi Orbis, qui suo motu ceteros omnes inferiores cælos impellit. hic enim, Episcopus seipsum commouens, cooperatores suos etiam omnes inflammat, & per ipsos, populos: hic testes synodales & punctatores constituuntur; qui disciplinæ Ecclesiasticæ sunt in tota diocesi hac bases & fundamenta: hic examinatores, & alij deliguntur, à quibus pender omnis Religiosa & Clericalis vitæ obseruantia. In hac quippe synodo Cor totius huius Diocesis adest; quod calefactum ipsum in primis, diffundit postmodum in cætera membra calorem suum: egredientes siquidem hinc Sacerdotes, Castella omnia, & Villas; homines & mulieres, charitatis igne quo hic replentur, succendunt. Et sicut ad Caput etiam mittit spiritus vitales Cor, sic (fatetur nos profecto) cum, disponente Domino, vestrum, & totius huius diocesis caput sumus; fatemur inquam, quia mirum in nobis calorem & ardorem, vestro hoc conuentu excitatum sentimus & experimur. Et quid mirum si calefiat homo hic, vbi est fornax & clibanus igne charitatis succensus, sanctus videlicet spiritus Domini? vnde licet frigidus huc quandoque accedam & languidus; in vos tamen, dilectissimi fratres, oculos conuertens, haurire mihi videor, ac cordis penetralibus introducere vias quasdam, & ardentissimas zeli, ac charitatis flammæ. Sed & alia hic à Domino postulantur; publica enim est hæc oratio, qua pro sanctis, in primis Domino nostro D. Gregorio Papa xiiij. ac pro vniuersa sancta Ecclesia; tum pro Rege nostro pijsimo, ac oibus eius magistratibus ad Deum preces funduntur. Hic præterea applicatio fit magis particularis Cõciliorum tam vniuersalium quam prouincialium: Mutuo sese Episcopus cognoscit & Clerus; qui quidem vel solus aspectus, maximam excitat charitatem, animosq; conciliat, ad iuandum & promouendum vnanimiter Dei honorem. Hic consultantur ea, quæ ad hoc spirituale regimen pertinent, cum his qui administrationis participes sunt; hic vniformitas deliberatur in executione legum præteritarum; hic abusus qui vigent in populo disquiruntur, & opportuna eis adhibenda remedia statuuntur; ac quam quisque hac in re diligentiam adhibeat, cognoscitur. Hic demum præterita tempora cum futuris conferentes, & vtrisque decreta ac Constitutiones iam editas applicantes, culpas quidem præteritas dessemus, emendare verò in posterum deliberamus.

Num verò, & hoc ipsum tempus, nonne plurimum nos excitare deberet? Synodum celebramus, quo tempore tanta sæuit atque graffatur in populis peccatorum pestis atque colluies, & tanta est operæ nostræ sedulæ necessitas; cum

tanta est populorum expectatio; tum propter se, tum propter nos etiã: cum tantæ ad Dominum preces funduntur ab omnibus omnium generum & conditionum hominibus: cum iam qui per Ciuitatem & diocesium sunt, dicunt: Nostri sacerdotes, pastores nostri, & Patres, coram Domino sunt, coram Prælato & Episcopo suo: o Deus, esto & tu cum eis: descende super illos, prout super Apostolos olim, in linguis ignitis; adure eorum linguas & corda: vt inde egredientes, è pectoribus nostris omne peccatorum frigus expellant. Videbar ego ipse, mane cum Ciuitatem lustra remus pariter omnes, videre gestientes homines, ac quantum de hac synodo ad se vtilitatis peruenturum sperarent, quadam vultus hilaritate ostendentes: faxit Deus, eorum ne fallatur expectatio. Synodum celebramus, quo potissimum tempore, animæ maximè sunt ad recipienda spiritualia remedia dispositæ, ac criminum maculas expiarunt. Hoc denique insigni die, qui sanctissimo Galdino, prædecessori, Pastori & Archiepiscopo nostro est sacer; cuius ad eum feruens fuit muneris sui exequendi studium, vt & ex hoc loco prædicās, finito sermone expiraret; ac populis Euangelium proponens, pro ipsis etiam posuerit animam. Huius sacratissimum corpus in hac Ecclesia afferuatur; pignus est nobis potissimum eximie illius charitatis, qua dum viueret, animas has est profecutus; qua etiam cum nunc multò magis præster, non est dubitandum, quin nobis etiam idem procurantibus, ope sua sit adfuturus.

Synodum igitur facimus: sed Cur? Cur Deus omnia sua opera est operatus in nobis? vt profecto habeat filios, in quibus glorificetur: omnium quippe Dei operum vnicus scopus & finis est, sua gloria, eaq; plenè manifestata, quò hæc omnia referuntur. Ideò cælos, & Angelos creauit; Ideò elementa, plantas & arbores; Ideò homines ad sui imaginem ac similitudinem: vt filios ipsos haberet, per quos glorificaretur, & in quibus gloriosè inhabitaret. Hoc idem præterit vniuersa gubernans, hic eius beneficiorum omnium, promissionum, ruinarum, & flagellorum est scopus. Et cur putatis Dei filium è cælis in terras venisse, humanam carnem sumpsisse, passum, Crucifixum, & mortuum esse? Ecce, hic omnium finis, scopus, & fructus extitit, perhibente conscio arcanorum ipsius Ioanne: *In propria venit, & sui eum non receperunt: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

Est verò Christi sponsa Ecclesia; ideoq; vnus ambo sunt desiderij & affectus, nihilq; ipsa magis desiderat, quam vt Christo filios plurimos pariat, & Christum in filiis suis omnibus parturiat, cum ad hoc se ab ipso desponsatam, immo ex ei latere formatam agnoscat. Quid mirum igit, si Ecclesiæ nobilissima pars Paulus, non semel aut bis parere filios Christo contendebat; sed

& morientes denuò parere satagebat? semper erat in partu. Ideoq; dicebat; *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.*

ApoC. 12.

Hunc Ecclesiæ spiritum nobis Ioannes ostendit, præclara illa quam descripsit visione: *Et signum magnum apparuit in celo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius; & in capite eius corona stellarum duodecim; & in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat. O quam magnum habet desiderium pariendi: angustiat, affligitur, cruciatur, dollet, clamat, quamdiu militans est; nec cessabit, donec perfecte & omnino triumphanti iungatur: Hoc vnicum ipsius negotium, & filiorum eius itidem est: hoc maximè spectat in omnibus actionibus, synodis, Visitationibus, Decretis, ministerijs, Dei verbi prædicatione, correctione, vniuerso denique regimine. Hæc hora adeò tarda, qua adhuc hic persistimus, tam longa & diuturna hæc Congregatio, cruciatuum illorum, ac desiderij pariendi sunt manifestissima indicia. Cruciabatur vt pareret Apostolus Paulus; & videte quomodo non modò cruciatus illos non horreret, sed potius in ipsis gloriaretur: *in laboribus* (inquit) *plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudeis quinquies quadragenas, vna minus accipi: ter virgis casus sum; semel lapidatus sum; ter naufragium feci; nocte & die in profundo maris fui; in itineribus sæpè; periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in Ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & arumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate: præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Sed quis Pauli dolores intelligat, quos non semel sed toties perferre cogebatur; quos enim semel Christo pepererat, postmodum pe-reuntes, & à vera fide deslecentes, impellente vi charitatis, iterum parere cogebatur; dicens, *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.***

2. Cor. 11.

Gal. 4.

Isai. 66.

Iam ergo quid faciamus, videtis; ad quid cõuenerimus, agnoscitis: nonne ministri sumus sanctæ matris Ecclesiæ? cur non eam ad hoc suum desiderium exequendum iuueamus? quæ non cupiat conformari ei? & hunc eundem zelum habere? Non me iam Reuer. sacerdotem audite; sed Deum patrem in primis audite: annon meritò clamat & queritur: *Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis erit? Ego piscibus, auibus, cunctis animalibus do ut pariant, & species suas conferent; & ipse filijs carebo? Audite Dei filium ab Ecclesia sua filios duplici nomine repetentem, verbis illis*

quæ Sephora dixerat Moyli: *sponsa sanguinum* Exodi. *tu mihi es: non solum ego te, o Ecclesia, creauit, ideoq; filios mihi debes; sed è latere meo te in Cruce eduxi, & desponsauit te meo mihi sanguine, vt mihi produceres filios. Audite sponsam ipsam sanctam Ecclesiam, nostram hanc præsertim, acerbissimis lachrymis dicentem: nunquid ego quæ alios parere facio, ipsa non pariam? quam multis prouincijs leges ego præscripsi, quas ipsa complexæ sunt, & desiderarunt; quam multæ Dioceses constitutionibus meis ac synodis adiutæ, partus ediderunt vberimos? Et heu, proh dolor, ego quæ generationem cæteris tribuo, sterilis ero? Cruciabatur hæc benignissima mater ad finem vsq; sæculi in vniuersum, vt pariat; quamdiu enim pariendi tempus erit, parere semper desiderabit; sed nunc præsertim nulla profecto ei esse poterit consolatio, si non verè & cum effectu filios suscipiat ex nostris laboribus, & pariat nostris studijs Christum in nobis, & in populo. Nec consolatur eam, quòd quantum potest curæ & studij adhibeat ad pariendum, nisi partus subsequatur. *Vox enim in excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus; Rachel plorantis filios suos; & noluit consolari, quia non sunt: Quid enim illam iuuet, quotidie synodos, quotidie congregationes habuisse, quotidie mores reformasse, quotidie noua decreta edidisse, vetera iam abolita restituisse; nisi fructuum videat operum suorum? Moueant nos, fratres, Matris nostræ iusta lamenta, moueant lachrymæ, moueant clamores; moueant materna illa viscera, ne impietatis arguamur, & ingratitude; illamq; consolari studeamus. *Quiescat, benignissima Mater, vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo (ait Dominus: non irriti erunt conatus tui, non sine fructu labores tui, non in vanum cruciaberis; sed reuertentur filij ad terminos suos; Concipient iam qui hactenus steriles fuerunt, & parient; qui à te procul abierant, iam reuertentur: Ecce enim ego inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis adimplebitur, ait Dominus. O magna & inclita Dei instrumenta sacerdotes, à quibus omnis populorum pedit beatitudo; qui si pingues sint, erunt itidem populi pingues; & secus, si illi inanes erunt & vacui, magnum populis vniuersis imminet paupertatis huius periculum. Faxit Deus Opt. Max. vt ita calore repleamur, vt cæteris etiam calefaciendis & succendendis apti reddamur; ita abundet in nobis eius sanctissima gratia, vt & nos ea repleamur; & cæteris etiam de ea copiosè communicemus. Amen.***

Ierem. 31.





## CONCIO II.

## Ad Clerum in eadem Synodo.

**A**RDENTISSIMUM est, dilectissimi fratres & filij, Ecclesie sacrosanctae desiderium, parturienti plurimos filios Christo, per quos eius gloria propagetur; nec desunt multa, quae hoc desiderium maximum augeant. Verum cum nostrae huius ecclesiae statum praecipue perpendo, video mihi eam audire cum fletu & lachrymis lamentantem: *nunquid ego quae alios parere facio, ipsa non pariam? & ego quae generationem ceteris tribuo, sterilis ero?* Iusta profecto esset haec illius cum Domino querela, si ex tot synodis fructum non perciperemus; quem a nobis spiritus sanctus requirit. Iam neminem vestrum latet, quia nostra haec Concilia, haec Synodi, haec decreta, transgrediuntur maria, transuolant montes, penetrant longinqua Regna & Prouincias; intrant remotissimas Ciuitates; ac a gentibus quas nunquam agnouimus, desiderantur, expetuntur, recipiuntur; & maximo cum fructu ipsi, ea omnia quae hinc veniunt, complectuntur. Si vero hic omnia haec sine ullo fructu succederent; quis dolor, quae lachrymae huius Ecclesiae? Repeto; quam merito diceret: *nunquid ego quae alios parere facio, ipsa non pariam? & ego quae generationem ceteris tribuo, ipsa sterilis ero?* Ego crucior, ut in filiis meis tibi, Christe sponse, te ipsum parturiam, & cruciatus mei irriti fiunt; *laboro, & in vacuum; frustra, & sine causa fortitudinem meam consumo*: quid facies magno nomini tuo? tuum est negotium, tua res agitur, de tuo honore tractatur Domine: nunquid ergo exprobrabit tibi inimicus in finem? ut quid hostis tuus perpetuus diabolus gloriabitur, quod plurimos ipse pariat filios; tu vero sine filiis sterilis permanes? *Ecce semen eius permanet coram eo; propinquorum turba & nepotum in conspectu eius; bos eius concepit, & non abortiuit; Vacca peperit, & non est priuata fetu suo; egrediuntur quasi greges paruuli eius; & ego sponsa tua (proh dolor, & confusio) sterilis perseuero.* Attendamus obsecro, dilectissimi, ut fructificemus, & pariamus, ne steriles simus; remoueamus ea quae generationem hanc spiritualem impedire possunt: Ideoque & impedimenta ipsa, & aliqua eis opponenda remedia breuiter consideremus.

Olim Deus per prophetam suum exprimens, quomodo rebellem suum populum punire vellet, & de eius proteruita poenas lumere, de generatione secundum carnem loquens, haec comminabatur. *Ephraim quasi auis auolauit; gloria eorum a partu, & ab utero, & a conceptu: quod si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus;* Quibus verbis plures flagelli gradus, quos & in spiritua-

Isa. 49.  
Iosue 9.

Iob 28.

Osae 9.

li punitione, ac sterilitate animaduertere licet, expressit. Quatuor enim hominum genera spiritualis huius partus laetitia possunt fraudari, ac benedictione illa priuari, quae seruos suos Dominus donat; *ut videant filios filiorum suorum, usque in tertiam & quartam generationem*: Aut. n. quidam non concipiunt; aut si concipiunt, abortum faciunt; aut parientes (qui quidem vel perfectum partum edunt & masculum, aut imperfectum & foeminam) post ipsum statim enixum partum, eo orbantur; aut cum iam etiam educauerint, & ad prouetam aetatem perduxerint, periclitatur partus & perit, & vidui ipsi, ac steriles remanent; quae quidem omnia, maxima sunt Diuina flagella, & a nobis omni studio ac diligentia cauenda: Ideoque; duobus postremis in diem crastinum dilatis, priora duo dumtaxat consideremus.

Loquebatur sanctus propheta Dei David de genere hominum resistentium spiritui sancto, & describens eorum contumaciam, ac modum, detexit tres modos, quibus praecipue resistitur conceptui spiritui sancti: sic dicens: *furor illis secundum similitudinem serpentis, & aspidis surda obturantis aures suas, quae non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Similes ergo sunt hi, auersi a recipienda medicina & fructu, aspidi, quae ne virus suum amittat, aurem vnam terrae apponit, alteri vero caudam superponit: Vbi tria notantur; primo constans illa & deliberata voluntas non audiendi vocem venefici incantantis sapienter; alia vero duo media ad hoc assequendum adhibita, vtriusque Auris occlusionone.

Tres hic deteguntur modi, quibus spiritui sancti conceptus ab aliquibus impediuntur: primus vero omnium pessimus, est auersio ab adminiculis spiritualibus a Deo porrectis; cum sacerdos horret synodos, Chorum, reformationes, correctiones, disciplinam, studia, lectiones. Hoc maximum impedimentum est partus spiritualis, tum in vobis, tum in alijs. O quale peccatum est hoc: quod Deus vocet, & reuocet; quod huic Dicecesi dederit tot auxilia spiritualia, tot studia, tot lectiones, tot oratoria; & nos refugiamus haec, respuamus, & horreamus gratias Dei. O peccatorum omnium grauissimum, Diuinae benignitatis fontem exsiccans; de quo Apostolus cum loqueretur, non potuit sine lachrymis loqui: *Multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos Crucis Christi; quorum finis interitus; quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt;* qui inquam caelestia habent fastidio, & auerlantur; eis autem terrena solum sapiunt, vilissimum ventrem sibi Deum constituant, vero Deo reiecto; quorum (o qualis finis) nempe interitus aeternus, mors illa secunda, Animae inquam deputatio ad cruciatus tamdiu duraturos,

## Conciones in Synodo XI. ad Clerum.

turos, quamdiu regnabit Deus. Hic perniciosissimus est status; & vtinam multi hoc diabolico spiritu non essent arrepti; vtinam multi Sacerdotes saepe in vnum non conuenirent, & obmurmurarent aduersus tanta auxilia eis exhibita, & praelatis suis non detraherent; dicentes: Quid hoc rei est, bone Deus? quotidie synodi, quotidie congregationes, totas matutinas horas in Choro; totum pomeridianum tempus in choro itidem, & Gymnasia, ac lectionibus audiendis; omnia longa, & proluxa; nullum nobis superest tempus ad nostra tractanda, ad nos aliquantulum recreandos; semper arcum intentionum retinere cogimur; & qui fieri potest non rumpatur? Indiscreta sunt huiusmodi decreta; Constitutiones haec non sunt discretionis sale conditae; peccat praelatus noster, nobis quodammodo inferens mortem. Vtinam, vtinam multa talia, his etiam diebus forte, passim in plateis, in triuijs & quatriuijs, in domibus, forte etiam in hac Ecclesia, non dicerentur a multis Sacerdotibus; de quibus per prophetam Dominus querebatur: *noluerunt attendere, sed auerterunt scapulas recedentes, & aures suas aggrauauerunt, & cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem; nolunt enim hi intelligere ut bene agant.* Caueant isti Sacerdotes per viscera Iesu Christi, ne de illorum sint numero, de quibus per Ieremiam Dominus dicebat. *Haec dicit Dominus: state super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quae sit via bona, & ambulate in ea;* quae inquam sint semitae antiquae, per quas Sanctissimi illi Sacerdotes primitiuae Ecclesiae ad Regnum caeleste festinabant; & inuenietis refrigerium animabus vestris; quid enim maiorem vobis posset afferre consolationem, quam si ijs conformaremini, qui nunc sine fine in Caelo regnant gloriosi? & tamen dixerunt hi: *Non ambulabimus. Et constitui super vos speculatores:* Episcopum vobis tradidi, qui licet imperfectissimus sit, tamen quantum potest super vobis inuigilat, ut imminetia mala a vobis auertat. *audite vocem tubae; & dixerunt hi: Non audiemus:* hi semper resistunt spiritui sancto, & quis erit huiusmodi resistentiae finis sperandus? pugnant ingratiissimi vermiculi cum Deo, & quid consequentur? *audite, & cognoscite (ait Dominus) quanta ego faciam eis. Audi terra: Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt.* O qualis spiritus est hic, quam perniciosus & malus, murmurare inquam de Decretis praelatorum animatum vestrarum, bonum & salutem, dumtaxat spectantibus. Fortè in sacris literis non reperimus delictum vllum adeo continuatè & grauiter punitum, ac istud. Coepit educere populum Dominus ex Aegyptiaca seruitute; sic iam Clerum hunc ex pristinis quibus detinebatur peccatis & opprobrijs fe-

Zach. 7.

Ierem. 6.

Num. 11.

re deductum Diuino munere intuemur: sed quia aliquantulo cum labore desertum erant pertransituri, ex dolore laborum flentes in ostio tabernaculi sui, quisque per familias murmurare coeperunt: *Vulgus quippe promissum quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio carnum, sedens & flens, iunctis sibi pariter filijs Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis; in mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porri, & caepe, & allia; Anima nostra arida est; nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.* O miseri, ingrati Israelitae; eduxit vos de tam dira captiuitate, & modicum labore ferre non potestis: non agnoscitis tantum Dei in vos collatum beneficium? non recordamini duritiae illorum qui praerant operibus? ergo pisces ibi gratis comedebatis; & non potius singulas panis bucellas (si quas gustabatis) singulis sanguinis guttis emebatis? redire ergo illuc velletis? fastiditis igitur Manna dulcissimum, & iucundissimum. O infelix Sacerdos, cui insipida sunt spiritualia, ipso Manna longè suauiora; infelicissimus inquam, qui recordatur antiquae illius maledictae carnis licentiae, quae Clerum hunc toti Mundo abhominabilem reddiderat & contemptibilem: & iam naufeat super dulcissimis his cibis, & desiderat pepones, allia, & cepas, libidinum, & peccatorum, quibus tunc veluti Sus in volutabro luti inuoluebatur. liberet Dominus Deus pro infinita sua clementia Sacerdotes omnes a tam pernicioso spiritu, quem in populis illis adeo seuerè est vltus; Cum enim illorum voces audisset, *iratus est (inquit scriptura) o liberet nos Deus ab ira sua; & accensus in eos ignis Domini, deuorauit extremam Castrorum partem;* & quia carnes expetierant; *sanctificamini (ait) cras comeditis carnes; ego enim audiui vos dicere: quis dabit nobis escas carnum? bene nobis erat in Aegypto; Ut det vobis Dominus carnes, & comedatis, non vno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quinque quidem, sed usque ad mensem dierum, donec exeat per naves vestras, & vertatur in nauis, ed quod repuleritis Dominum qui in medio vestrum est, & stueritis coram eo dicentes: Quare gressi sumus ex Aegypto? Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus; & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis: Vocatusque est ille locus: sepulchra concupiscentiae; ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat.* Alias quoque populus ille, a leuitis Core, Daten, & Abiron concitatus, in Moysen confluxit, & seditiosos omnes aperta terra deglutiuit. In hac autem vltione, *murmurauit omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen, & Aaron, dicens: Vos interfecistis populum Domini: cumque oriretur seditio, & tumultus increfceret; Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum sacerdotis*

Quod

Quod postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini. Dixitque Dominus ad Moysen: recedite de medio huius multitudinis; etiam nunc delebo eos: cumque iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de Altari, mitte incensum desuper, pergens citò ad populum, ut roges pro eis; iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desuauit. Quod cum fecisset Aaron, & currisset ad mediam multitudinem, quam iam uasabat incendium, obtulit thymiamam; & stans inter mortuos ac uiuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. fuerunt autem qui percussi sunt, 14. millia hominum & septingenti, absque his qui perierant in seditione Core. Reuersis item alijs exploratoribus in terram promissionis missis, audita habitatorum eius potentia ac magnitudine idè populus obmurmurauit; quem ideò saua peste punire Dominus uolens, precibus uerò Moysis ab hoc retardatus; noluit tamen in poenam, quinquà illorum qui murmurauerant, terram illam intrare, sed omnes in deserto illo mori. Innumera possem ego uobis, fratres, in medium afferre, unde quàm graue sit murmurationis huius peccatum possitis agnoscere; tum Dei, & sanctorum uerba; tum admiranda etiam exempla. At unum hoc sufficiat Mariæ sororis Moysi exemplum. hæc mulier alioqui innocens, & sancta, ac Deo placens, quoniam tamen aduersus fratrem Moysen murmurauerat, lepra punita est; nec Moyses aut Aaron illius fratres, quorum precibus, toties iratus Deus, populo pepercerat, ab eo obtinere potuerunt, quin per septem dies leprosa existeret, & extra castra mitteretur. Maximum est profectò impedimentum spiritali Conceptui istud, & partui: Ideò cauere illud debet unusquisque uestrum quàm diligentissime.

Secundū impedimentū innuit serpens, cauda alterā autē obturās: quid uerò est huiusmodi Cauda? nisi sensualitas atque carnalitas, ecclesiastici cordis aures obturās & os obstruēs? *Aialis quippe homo non percipit ea quæ Dei sunt: & qui carnalibus sceditibus immergitur, ineptus sit omnino ad Diuina atque spiritalia: omnibus profectò hominibus, sed spiritali huic militiæ adscriptis potissimum, uinum & mulieres auferunt Cor.* Ad quid cum huiusmodi, loqui de uitæ emendatione, de animarum Zelo, de Charitatis conseruando seruore, de spiritalibus exercitijs, de studijs? hoc est in uanum uerba consumere, & in uentum loqui; *qui enim narrat uerbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno: Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam; & in fine narrationis dicit, Quis est hic? Et quid mirum, si Diuina tales non gustant, quæ non nisi qui Dei spiritum habuerit, gustare uolentibus potest, cuius ipsi sunt prolixus expertes; dicente ipsomet Deo, non permanebit spiritus meus in homine quia caro est.* Erat hic

Angelorum numero adscriptus Sacerdos, Angelicam siquidem debuerat in terris uitam ducere; factus est Caro, factus terrenus, factus immundus, proinde et indispotus redditus est ad recipiendum spiritum Dei. Miser & terrimus, professionem dignitatis suæ adeò repugnantem, & è diametro contrariam cõpletens; quid enim magis dedecet Sacerdotem quàm uitæ impuritas, & libido? Sacerdotes illi antiquæ legis adeò puri & sancti esse præcipiebantur; & quid requiretur in ueris hinc Sacerdotibus, quando sacerdotium illud umbra tantum fuit & figura huius? de illis dicebatur, *Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerent;* & quàm sancti debent esse hi: ac puri, qui non incensum tantum, aut panes, uel animalium carnes; sed ipsummet Christi Domini corpus & sanguinem offerunt, manibus tractant, ore suscipiunt? Et num putabit quispiam huiusmodi sacerdos, posse se Dei omnia uidetis oculos latere? immo & hos non modò in æternū reseruat puniendos; sed & in præsentī plerunque acerbissimè castigat, & cæteris facit, esse exemplo, eorumque turpitudines detegit. Id autem uerissimum esse, ex multis uel hinc comprehendite, ut alieno periculo cauti redamini; quod & fide dignorum uirorum scriptus in uita magni illius serui Dei Macarij ad nos usque peruenit. Erat ante fores Macarij Sacerdos, cuius rotum caput adeò exesum & consumptum erat Cancro, ut os etiam uerticis uideretur. Hic audita Sancti uiri maxima fama, & quàm multis sanitarum beneficia præstaret; ad sanctum ipse quoque accesserat, ut curaretur: à quo tamen, cum multos dies illic persisteret, nec responsum quidem habere merebatur. Pro hoc rogatus ab altero Sanctus Macarius, ut suis eum precibus adiuuaret, respondit: Non est dignus iste curari; hanc enim poenam ex præcepto Dei accepit. Si autem uis curari illum, persuade ei ut in perpetuum absteineat à celebratione Missarum. Cumque ille diceret: Cur obsecro hoc fieri iubes? quia (inquit Macarius) fornicatione pollutus, ministeria Domini violare consueuerat, Persuasus ergo Sacerdos infirmus de hoc, ad Macarium accedens est introductus: Cui Sanctus: Credis (inquit) Deum esse, cui nihil occultum est? Respondit, Credo: Non potuisti (inquit ille) uirtutem Diuinitatis euadere? Respondit ille, Non potui Domine mi. Tunc Macarius: Si cognoscis (inquit) peccatum, & uis euadere istam, quæ propter illud tibi Dominus intulit poenam, emendare de reliquo. Quo audito ille proprium confessus est Crimen, & de cætero se nunquam peccaturum esse promisit, neque functionum Sacerdotis officio, sed inter laicos iam semper futurum. Et tunc demum illi manum Sanctus imposuit, atque in paucis diebus capillorum quoque recuperatione curatus, Deumque glorificans, Sancto

Leuit. 21.

Surius Tom. 1. fol. 60.

Sancto etiam uiro gratias referens, uidentibus cæteris ad propria remeauit. Agnoscite ergo Sacerdotes, quàm graue delictum sit Sacerdotis incontinentia & fornicatio, quæ Deus adeò seuerè est uultus, & Sanctus uir perpetua suspensione ab officio & administratione Diuinorum mysteriorum multauit; eum ratus indignū ulterius Sacrosancta tractare, quæ impurissimis labijs, & immundissimis manibus præsumperat sapius violare. O Sacerdotes, O ministri Ecclesiastici, qui negligunt hanc puritatem, quid de illis dicam infelicissimis? stendū est potius super huiusmodi, quàm loquendum: quomodo non contremiscunt hi ad Altare accedentes peccatis inquinati, ne multò magis id illis eueniat, quod olim ijs qui alienū ignem adolere præsumperant; ne inquam ante ipsum altare repente mortui corruant, terra aperiat, & eos absorbeat? *multiplicant hi altaria, sed ad peccandum; facta sunt eis Aræ in delictum: Ostias offerent, & (quod ad illos attinet) de manu illorum Dominus non suscipiet eas.* His, his profectò Dominus dicit: *quò mihi multitudinem uictimarum uestrarum? plenus sum holocaustis: quis quaesuit hæc de manibus uestris, ut ambularetis in atrijs meis? ne offeratis ultra sacrificium frustra: Incensum abominatio est mihi: Ne omeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram; Calendas uestras odiuit Anima mea; facta sunt mihi molesta; laboranti sustinens.* O Sacerdos, Sacerdos, adstant illic infinita Angelorum millia, & Dominum uenerantur, ac coram eo incuruatur; demones contremiscunt; & tu fœtidissimus, nõ dubitas accedere ante talem maiestatem, & tã familiariter Deum ipsum tractare? nec ueris, ne, quod illi qui ad nuptias intrauerat uestem nuptialem non habens factum fuit, tibi quoque id fiat, ut scilicet tortoribus tradaris, in tenebras exteriores ligatis manibus & pedibus conijciendus? Sed hac de re ulterius uerba facere, præ dolore, & tãtæ audaciæ horrore impediatur: Cogitent hæc intra se singuli; ij præsertim ad quos spectant, si qui fortè hic adessent; quod Deus auerrat.

Tertium sequitur quod Conceptum spiritualem impedit; hoc autem innuit serpens alteram aurem in terram declinans, & sic occludens: hoc in proposito nostro Auaritiam significat: Cor enim hoc in terra positum, obstruit aures spirituales ne audiant uerbum Dei: Ideò merito Apostolus; hanc *malorum omnium radicem esse* commemorat. hæc, omnia quibus immiscetur, coinquinat; hæc Missas, hæc Choros, hæc prædicationes, hæc funeralia maculat, cum propter cupiditatem & Auaritiam fiunt. Quàm multi Sacerdotes, sunt alijs boni, modesti, integre uitæ, studiosi, exemplares; sed hæc maledicta tenacitas & Auaritia, eos Deo & populis suis reddit exosos; ac eorum uitæ & prædicationibus omnem adimit fidem. Nec est quod dicat quispiam; ego Auarus nõ

sum, quia aliena non rapio, quia scenora non exerceo, quia contractus illicitos minimè facio; neque enim in his solis Auaritia cõsistit; sed plurimas habet radices, & ad alia multa se extendit. Ideò propheta: *omnes (inquit) in uiam suam declinauerunt; unusquisque ad Auaritiam suam, à summo usque ad nouissimum.* Alij Missarū obligationibus plurimis se onerant, quas nec postea persoluunt: Alij Chorū lucri tantum gratia frequentant: Alij fordidissimi funeralium mercatores uidentur. O si Ecclesiæ & Altaria loquerentur, O si Ecclesiastica bona, prædia, Campi, uoces emitterent; quàm multas audiremus querelas? Arbitror equidem sic loquerentur; Nos alienata fuimus, & distracta; nos inculta derelicta, ut Sacerdotū agnati ditaretur: Nos nuda & inornata permanemus (dicerent Altaria) ut Sacerdotum consanguinei & agnati luxurientur: Nos horridæ iacemus, (dicerent Ecclesiæ) & uendiq; impluimus, & factæ sumus in desolationem; & congerit in Arcam Sacerdos, quæ in nobis tenebatur impendere. Hæc & similia profectò diceret, & magnis uocibus à Deo super huiusmodi uitionem exposcerent. Hæc Auaritiæ pestis omnia contaminat; ubi enim est Sacerdotis thesaurus, illic est & cor eius; unde in congerendis solum pecunijs Cor habet: in animarum uerò Cura, in Diuinis negotijs tractandis, factus est *Ephraim sicut Columba non habens Cor*; cor enim in Arca, uel in marsupio habet inclusum. Hoc solo sine Sacerdotium miser suscepit, ut dicitur, ut parentes ex inopia subleuet & nepotes: Ideò loqueri illi quantum uis de munere ipsius, de animarum salute; conuoca hunc ad synodos; decreta illi præscribe; nulli horum Cor adhibet; sed dormienti, aut Cadaueri, uel statuarum loqueris; aggrauat enim illius Cor dira Cupiditas. Quod quale pondus & quàm graue esset, cum agnosceret Dominus, nil mirum si adeò discipulis suis suggerebat: *Attendite ne grauetur corda uestra crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi.* Sed & quod peius quoque est, iam uerificatum uidemus, quod dixerat *sa-* Eccl. 4. *piens: considerans, reperi & aliam uanitatem sub sole: Unus est, & non habet secundum; non filium, non fratrem; & tamen laborare nõ cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs; nec cogitat dicens, Cui laboro? & fraudo animam meam bonis? de omnibus his conqueritur Dominus dicens: quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Immo & ostendere uolens neminem horum aptum esse aut dignū ministerio Ecclesiæ, fecit alijs flagellum, & eiecit omnes tales de templo; & cathedras uidentium atque euentium subuertit.* Agnoscite, agnoscite fratres, quàm digna res sit Sacerdotium, & nolite dignitati uestræ tantā iniuriam inferre, ut ei finem statuatis Auaritiam: quin potius imitami sanctissimos Sacerdotes, qui nil magis quàm pecuniam contempserunt;

Num. 16.

Num. 12.

E. cl. 21.

temperant; quorum Domus erat aperta omnibus; quorum penu omne patebat pauperibus: quibus si procurator rationes afferret, nihil accepti vel expensu videbant amplius, quam quid deesset, aut superesset; indignum omnino rati, ut qui animarum quaestui praefecti essent, federent ad calculos.

Sed ulterius progrediamur: Impedit 4. conceptum spiritualem, si sit homo, omnibus exterioribus expositus, absque ulla sui custodia vel circumspectione; tales enim, sicut & impudicae mulieres, quae multis expositae, de nullo generant filios; sic & hi Diuinum semen nunquam apprehendunt, nec de eo concipiunt. Scitis qui sint huiusmodi? Hi inquam, qui vix Choro egrediuntur, vix à celebratione Missarum & diuinorum officiorum cessant; ac statim laicis commiscuntur, secularibus colloquuntur, in plateis vnà cum ceteris à populo consistunt, per vicus & vias vagantur. O Ecclesiasticus status, tanta olim etiam in veteri lege in te requirebatur tui custodia, tanta à populo segregatio; & quae isthac tui dissimilitudo est, ut te iam nobis considerantibus, tuique conseruationem inquirentibus, sicut populus, sic & Sacerdos appareat? O Sacerdos, O Sacerdos, meministi ne, quod paulò ante coram Deo summo astiteris? quod pro te & pro populo preces & sacrificia obtuleris? quod in manibus Dei filium habueris, contrectaueris? quod eum intra labia, os, & stomachum susceperis? O Sacerdos, o Sacerdos: O labia, o labia; O manus, o manus; O pedes, o pedes: & quid nunc de vobis tam indignum video? O quam parum agnoscis statum tuum & dignitatem: *Egredere, egredere*, de ministerio Templi, quia non es dignus Ecclesiae deservire, tanta te dignitate ornatum, sic vilissimis quibusque hominibus contemptibilem reddens; & *abi post vestigia regum tuorum*; Esto & tu laicus, ne ultra ante tantum Dominum praesumas accedere; te enim magis decet gregum aut caprarum custodia, quam Deo in tam nobili, & Angelis etiam ipsis suspicendo munere deservire. Moyses ex solo Dei colloquio, adeò splendidus, & cornuta facie descendebat, ut populus in eum non sustineret aspicere; & tu, qui non à colloquio simplici Dei descendis; sed ipsum adhuc Deum gestas in faucibus, in vtero, in teipso; toti populo fabula efficeris? Intoleranda profectò sunt haec, & quae me in maximam Diuinam patientiae ac longanimitatis admirationem inducunt. Admirabatur adeò populus, quando precibus suis & inuocationibus Elias igne à caelo detraxit, qui ligna, & victimas, & aquam circum Altare existentem conflagrauit: Sed quid haec sunt, cum tanto mysterio, quod tu praemanibus tractas, comparata? cum tu Deum ipsum, verbis tuis à caelo in manus tuas attrahis; qui panem & vinum in sui corpus & sanguinem transformat? & tamen non modo

te populis admirabilem non reddis, sed vult vnus à populo, immo quandoque popularibus vilior haberi? Proh dolor: *Quomodo obscuratum est aurum, lapides sanctuarij, quomodo dispersi sunt in capite omnium platearum*; hi inquam viui lapides, hi Dei ministri tam nobiles, hi Dij, quomodo facti sunt vilissimis hominibus viliores. Quam multa hinc deinde in Animarum Cura & regimine sese offerunt impedimenta, ex pessima hac cum laicis familiaritate & conuersatione manantia. Quid est quod postea conueraris, quod tibi non obediunt populi, quod te non reuerentur, quod dignitatem tuam contemnant; si tu ad hoc inuitos illos, capillis (ut dici solet) attraxisti; si primus ipse hoc fecisti; hac quippe poena ignorantiam talium Sacerdotum Dominus punire consuevit: *propter quod* (inquit Malach. 1. *enim) & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis*: haec ruina est Ecclesiastici status, hoc detrimentum Ecclesiasticae dignitatis & honoris.

Erat Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu: post multos itaq; dies iniecit Domina sua oculos suos in Ioseph, & de impudicitia eum tentauit, dicens; *Dormi mecum*. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua; nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, praeter te, quae uxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* O si haec verba nos saepe consideraremus; si meminisset, quanta & quam magna in manibus nostris posuerit Dominus Deus; quantam istiusmodi consideratio vim haberet, ad nos impellendum, ut vitam Ecclesiasticis hominibus dignam duceremus: Quid non posuit in manu mea Dominus, quando proprium filium suum Vnigenitum sibi coeternum & coaequale posuit? In manu mea posuit thesauros suos omnes, Sacramenta, & gratias; posuit animas, quibus illi nihil est charius, quas sibi ipsi praetulit in amore, quas sanguine suo redemit; in manu mea posuit celum, quod & aperire & claudere ceteris possum, animas ligando, siue soluendo; quomodo ergò adeò ingratus esse potero tantae dignitatis & dilectioni, ut peccem contra ipsum? ut illius honorem offendam? ut hoc corpus, quod suum est, inquinem; ut hanc dignitatem, hanc vitam eius obsequio consecratam maculem? ut Os istud, quo Christum quoridie suscipio, profanem? ut has manus, Christi corpori tractando dedicatas polluam? Utinam haec, fratres, diligenter & sollicitè nobis semper ob oculos versarentur; quam cautè ambularemus in vocatione in qua vocati sumus; quomodo spiritu Dei repleremur, & Christum non modo in nobis, sed & in ceteris omnibus conciperemus.

Sed iam aliqui forte conceperunt; tamen impediuntur

pediuntur parturire: Multi in hac synodo bene desideria concipiunt, audientes quae sui muneris sint partes: spargit Deus liberalissimè leuamen suum: istis non inutiliter, nam illud suscipient, intra se sic firmissimè statuere: Quid ago? quid moror, quin dignitatem meam agnosco? iam vitam emendare delibero, & mores corrigere. Hic ipse conceptus est tam à Deo optimo maximo experitis, & haec vnus à nobis fufius explicatus: sed non fat est conceptisse, nã parere etiã oportet; plerumque enim abortus subsequitur Conceptum, & non prodit in lucem. Multa siquidem partum impedire possunt.

Nam primò maximi dolores partum ipsum commitantur; quod & Dominus est confessus dicens: *Mulier cum parit, dolorem habet, & de ipsa meta Sancta Ecclesia dixit Ioannes, quia clamat parturiens, & cruciatur ut pariat*. Et profectò maximus dolor est, cum partus à visceribus & Venis, ac ab ipomet Corde disiungi ac separari videtur; & adeò magnus, ut viscera ipsa discerpi ac dilacerari videatur. Et profectò hoc in Ecclesiasticis hominibus est maximum pariendi impedimentum; hinc grauissimi dolores proficiscuntur atque cruciatur; à separatione videlicet hac à parentibus, ab agnatis & consanguineis: hic grauissimus labor est, & angustia, quae difficillimum reddit partum spiritualem; & tamen oportet, Diuino seruitio mancipatos, affectu ab his omnibus maxime abesse, qui Domini Arcæ sunt in seipsis portaturi; Christum videlicet, Deum ipsum, ac Diuinitatis arcam; in huius siquidem figuram, Vaccæ ducetes Arcam in Bethlames, quamuis haberent vitulos lactentes domi reclusos, recto tamen itinere mugientes abierunt, ad nullam partem deflectentes: haec reticula est continens foetum, quam tamen dirumpi oportet, etiam cum sanguinis effusione. Ideò in sacris scripturis hac separatione Deus seruos suos ad maxima quaeque & heroica facta praeparare solebat: sic Abraham primùm cum praecipisset: *egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui*; eum ad proprium filium, in quo tam multas repromissiones acceperat, sacrificandum induxit. sic & de summo illo sacerdote Melchisedec Apostolus scripsit: *Hic enim Melchisedec Rex salem, Sacerdos Dei summi, qui obtinuit Abraham regresso à caede Regum, & benedixit ei; cui & decimas omnium diuisit Abraham: primùm quidem qui interpretatur Rex Iustitia; deinde autem & Rex salem, quod est, Rex pacis; sine patre, sine matre, sine genealogia; neque initium dierum, neque finem vitae habens; assimilatus autem filio Dei*. Est quidem acerba admodum huiusmodi disunctio ab agnatis; sed est adeò necessaria, ut ad hanc ipsam faciendam Dei filius in terram descenderet, de caeq; loquens sic dixerit: *Nolite putare quoniam patrem veni mittere in terram: non veni pacem mittere, sed*

Hebr. 7.

Matth. 10.

gladium; veni enim separare hominem aduersum patrem suum, & filiam aduersum matrem suam, & nurrum aduersum socrum suam, & inimici hominis domestici eius. O quam dura separatio est haec, à qua ipsa natura adeò abhorrerere videtur; Veruntamen Deo multò magis, quam ipsi naturae debemus. Hanc non modò verbis, sed etiam factis Christus Dominus docuit in primis; & tam apertè professus est, sepà cum ipsamet matre, quam tamen vnice diligebat, cuiq; subditus erat; apertissimè tamen ostendit, se potestare miraculorum non vnurum ad voluntatem matris secundum carnem, sed Patris tantum celestis à quo fuerat missus; cum in nuptijs, dicenti, *Vinum non habent*, respondit, *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea*. O vtinã sic & Sacerdotes agnatis & parentibus dicerent: quid vobis nobiscum? quid cum redditibus nostris? non hos pro vobis accepimus, sed pro pauperibus iuuandis, ac nostro victu. Aliàs itidem idem Dominus, diu in templo conquisitus à parentibus: *quid est* (inquit) *quod me quaerebatis? nesciebatis, quia in his quae patris mei sunt oportet me esse?* sic & cum foris starent quaerentes se: *quae* (ait) *est mater mea, & qui sunt fratres mei? Ecce extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei: quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, & soror, & mater est*. O beatorum Sacerdotum illum qui sic cum suis tractat. Beatissimus ille Laurētius Iustinianus primus Venetorum Patriarcha, ut in omni virtutum genere excellens, ita & in hoc maxime praestitit: primùm namq; illi de pecunia institutum fuit, ut nullum penitus sibi cum fratribus esset commercium; quia nihil existimauit ad amorem suae Lebis conciliandum, fidemq; coparandam efficacius, quam si tolleret prorsus omnem ex animis omnium hac de re suspicionem. A qua ut longius abesset, cum Leonardo frater aliquando pauperem elemosynam petente Laurentio comendasset: *Vade* (inquit ille) & responde Leonardo meis verbis, ut tibi ipse subueniat, postquam à Domino habet, ut de suo dare possit. Hunc ipsum Sanctissimum Praesulem orauit aliquando Consanguineus eius non ita pauper, ut pecunia eum iuuaret in filiarum dotem: Respondit Laurētius; Considera quae so frater: si parum dederò, non est quo opus habes; si multum, defraudabo multos, ut vni satisfaciam; & praeterea quidquid illud est, quod est, ad cibos potius pauperum, quam ad intortos crines, aut margaritas, ab Ecclesia traditum est: Igitur ignosce, si dare non possum. Inclytus hic Christi discipulus, domo fraternali & materna, ex quo Religionem intrauerat, semper abstinuit; nec ad fratres grauissimè aegrotantes vnquam accessit, nisi quo die ostendebat ei Dominus illos esse mortuos. Sed vnuerfa haec tractatio huius impedimenti amouendi, nempe rescindendi carnalis

Matth. 12.

1066

1067



nalis agnatorum affectus; egregio illo Moyſis facto & leuitarum, quod à natura humana adeo videtur abhorrere, concludatur. Adificauerat populus ille, toties Deo rebellis, & beneficiorum immemor, ſibi Vitulum Aureum, cui Diuinos honores tribuebat, ipſumque pro Deo habebat; hoc, cum monente Domino, vt deſcenderet, Moyſes vidillet, ſtans in porta Caſtrorum, ait (neque enim caſtra illa nefando Idololatria facinore polluta, forte ingredi voluit) ait igitur: *ſi quis eſt Domini, iungatur mihi.* Congregatiq; ſunt ad eum omnes filij leui: *Quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Ponat vir gladium ſuper femur ſuum. Ite & redite de porta uſque ad portam per medium caſtrorum; & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum ſuum. Feceruntq; filij leui iuxta ſermonem Moyſi: Cecideruntq; in die illa quaſi viginti tria millia hominum. Et ait Moyſes: Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, unusquisque in filio, & in fratre ſuo, ut detur vobis benedictio: ubi glorioſus Pater noſter Ambroſius: quod: (inquit) occidi fecit à proximis proximos Moyſes, filios à parentibus, à fratribus fratres; præceptum euidens, quia præſentia eſt Religio neceſſitudini, pietas propinquitati: ea eſt enim vera pietas, quæ præponit Diuina humanis, perpetua temporalibus: Unde & ipſe Moyſes ad filios leui dixit; ſanctiora enim cæteris, ad hoc munus eliguntur miniſteria leuitarum, quorum portio Deus: neſciunt enim ſuis patere, qui nihil ſuum norunt; quoniam ſanctis omnia Deus eſt: Ideo & Moyſes morti propinquus tribui huic benedicens, egregij huius illorum animi meminit, pro quo & ipſis ſingulariter benedixit, dicens: qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ: *Neſcio vos; & fratres ſuis, ignoro illos; & neſcierunt filios ſuos.* O vtinam hic Sacerdotibus omnibus & Eccleſiaſticis hominibus ſpiritus inelleſt, vt proſectò inelle deberet: quos enim ipſi habent parētes, niſi Deum? qui cum militij Clericali primū adſcripti ſunt, publicè profeſſi ſunt; *Dominus pars hereditatis meæ, & Calicis mei?* Videte quid ſancti omnes fecerint, quorum innumera hac in re exēpla commemorare poſſem; ſed inter cætera, Sanctiſſimo cuidam Chriſti Athleta, Petro Aulano nomine, præſes cum dixiſſet: Parētes habes? ille reſpondit, non habeo: tubiunxit Præſes: mentiris, audiui enim te habere parētes: ille rurſum reſpondit: In Euangelio mihi præceptū eſt, omnia denegare, cum ad eius nōminis venero Confessionē. Hinc magnus ille Baſilius in egregia illa Oratione in 40. martyres, hoc apertiffimè oſtendit; quoniam (inquit) qui laudant cæteros, ex Mundi huius febus materiam uſurpare ſolent: quibus autem Mundus Crucifixus eſt, quomodo ex eo quidquā quod ad laudem faciat, mutuari poterit? Non erat his ſanctis vna Patria; alius aliunde uenerat: Quid igitur, ſine Patria dicemus eos? aut Orbis Ciuēs? ſicut enim in ſymbolorum colla-*

Exo. 31.

Deuter. 31.

Surtus: Tcm. 1.

tionibus, quæ oblata ſunt, communia exiſtant, omnium conferentium; ſic & in his Beatis, cuiuslibet Patria communis omnium erat; & omnes à diuerſis terrarum locis, tanquam ex uno duxerunt omnia communia: ſed quid opus terreſtres memorare Patrias, cum liceat quæ iam illis vera ſit Patria noſſe? Patria igitur horū martyrum, Dei Ciuitas eſt; cuius auctor atque conditor ipſe Deus. Hæc eſt ſuperna Hieruſalē, quæ libera eſt; quæ eſt mater Pauli, & omnium ei ſimilium. Genus autem humanum aliud alij genus autem ſpirituale vnum omnibus omnino: Communis namq; eis pater Deus, & fratres omnes, non ab vno & vna deſcendentes, ſed ex adoptione ſpiritus in vnam concordiam inter ſe per charitatem conuenientes. Vtinam, fratres, hæc Corda noſtra penetrarēt, vt agnoſceremus, quàm ab affectu hoc carnali nos ſeipſi oporteat; relinquere profectò lites, neſgotia temporalia, & tam multa, quæ omnem deſtruunt adminiſtrationem ſpiritualem, quæ Charitatem minuunt, & plerumque tollunt. O ſi conſcientiam tuam auſcultares Sacerdos; quàm multa tibi mala ab agnatis tuis prouenire cognocerēs; quàm verum eſſe comperires, quod inimici tui, ſunt domeſtici tui, quoties propter agnatos, aliorum peccata diſſimulas, & præſertim potentiorum: quoties munere tuo dees? quoties miniſterium tuum non implet? quoties mercenarius es? quoties veniente lupo, accedente aliqua contradictione, relinquis oues & fugis, ne odium concilies parētib; nepotibus, agnatis? quoties domitæ alis conſanguineos ſeditioſos; qui hoc efficiunt, vt & tu talis ab ouibus tuis exiſtimeris: & omnē vitæ ac prædicationi tuæ adimunt auctoritatem: Immo tales Sacerdotes (mihi credite) plerumque ſunt ipſorum nepotum & agnatorum ſuorum ruina atque calamitas; nutriunt enim ipſos Chriſti patrimonio, quod illi dum habent, otio ſe tradunt, inertes remanent & ignaui, officium nullum, aut exercitium, quo ſibi victum comparare poſſint, volunt addicere, quia de bonis Eccleſiæ impinguntur: moritur Sacerdos, venit ſucceſſor, cedere illi coguntur Eccleſiæ redditibus, & domo, & ſimul ac ſemel Sacerdote priuantur, & victu, ac veſtitu, & inertes ac ignaui cū ſint, mendicare coguntur. Vultis apertiffimè agnoſcere (& hic de affectu hoc agnatorum, loqui concludam) videte quoniam nec de eorum morte, aut calamitatibus, & flagellis, dolere; immo nec doloris ſignum vllum oſtendere Sacerdotibus permittitur; dolentibus tamen & lugentibus cæteris omnibus. ſic combuſtis, igne cælitus miſſo filijs Aaron, qui alienū ignem thuribus compoſuerant, ſubditur locutusq; eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius: *Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne forte moriamini, & ſuper omnem cæterum oriatur indignatio. Fratres veſtri, & omnis domus Iſrael*

Leuit. 10.

plan-

plangent intendam quod Dominus ſuſcitauit; vos autem non egrediemini fores Tabernaculi, alioquin peribitis: Oleum quippe Sanctæ Unctionis ſuper vos eſt. Diſtumpenda eſt igitur omnino reticula hæc, fratres, vt partus hic adeo deſideratus in lucem producat.

Aliud impedimentum huius qui prædicitur partus, ſunt peruerſæ malorum Sacerdotum conuerſationes. Vtinam multi tales non reperirentur, qui non modò bonum ipſi facere nolunt, ſed & ab eo cæteros diſtrahunt, dicentes; quid facitis? ad quid tot reformationes? ad quid tot conſtitutiones? Væ (inquit huiusmodi Sacerdotibus propheta) Væ inquam, qui dicit patri quid generas? & mulieri quid parituris? ſunt huiusmodi homines homicidæ ſæuiſſimi, qui nō modò partus plurimos in aliorum vteris necant, ſed & cum foetibus ipſas matres dirè necant, diuinam proſectò in ſe vindictam experituri atrociffimam; ſunt enim hæc animæ quas ipſi necant, Chriſti ſponſæ, quarum mortis erit ipſe vltor ſeueriffimus: ſic enim in exodo Dominus præſcribebat: *ſi percufferit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit; ſubiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit; & quis damni huius magnitudinem exprimat, cum infinitum ſanguinis pretium huiusmodi homicida profuderit? & quàm horrendum eſt ſponſi huius arbitrio puniendum relinqui, qui ſponſam illam ſibi proprio ſanguine adiunxerat? Sin autem, Dominus ſubdit, mors eius fuerit ſubſecuta, hoc eſt cum foetu mater interierit, reddet animam pro anima: Hoc & experimento cognoscite. Pharao crudeliſſimus tyrannus, inſelicium Iſraelitarum malculos filios aquis ſuffocauerat; & ecce quia ad pœnam ſtetit talionis, & reddidit animam pro anima; ingreſſus enim ipſe cum omni exercitu ſuo, & equis, & curribus Mare, reduxit ſuper eos Dominus aquas maris, & quod alijs illi intulerūt, hoc ipſi maximo cum damno pati compulſi ſunt: Væ, Væ, Sacerdotes, huiusmodi illi per quem ſcandalum uenerit; Væ illi qui à bono cæteros deuiauerit: Mementote filiorum Heli; illi adeo grauiter, & tam diuerſimodè Deum offenderant; & tamen cum eorum omnis vita deſcribatur à Spirituſancto, cæteris, quaſi non conſiderandis, omiſſis, de hoc ſolo dicitur, quod erat peccatum puerorum grande nimis, quia detrabebant homines à ſacrificio Domini.*

Eſt tertium quod maxime impedit partū; quod & Ezechias cum lacrimis lamentabatur: *uenerunt filij uſque ad partum, & non eſt virtus pariendi:* hoc impedimentum eſt debilitas virium, ſiue ex infirmitate, ſiue etiam ex malis habitibus, coniuncta frequenti occasione, & arte hoſtis Diaboli, & neglectu mediorum quæ roborare poſſunt. Concipit ſpiritu-

ter Sacerdos; portat Conceptum; cum peruenitur ad tempus pariendi, non eſt virtus; ſic perditur totus fructus, fruſtra eſt in vtero aſſeruatus conceptus: hoc illis accidit, qui ſeſe negligunt medijs illis adiuuante, quæ ad vires reſumendas & confirmandas proponuntur. Sumus quidem omnes debiles ( fateor ) ſed tradidit nobis media Dominus Deus, quibus, ſi velimus, facile iuuari poſſimus. Velle: quidem Sacerdos ille, quam à ſe requiri agnoſcit vitæ integritatem habere, continens eſſe; & Angelicos ( vt par eſt ) mores referre; ſed non deliberat ad hoc media ſuſcipere; ieiunare, orare, fugere malorum conuerſationes, ac noxias & periculoſas familiaritates. Conqueritur ille, quod cum Chorum intrat ad præſallendum, cum ad celebrandam Miſſam ſe confert, mille ſtatim eius animo occurrunt, quæ illum à Deo diſtrahunt; ſed antequam in Chorum accedat hic, aut ad Miſſam, quid fecit in Sacratio? quomodo ſe diſpoſuit? quæ ad attentionem ſeruandum media ſumpſit, & adhibuit? cæterè vana plerumque colloquia, ſæcularia, & vtinam non etiam iurgia, detractiones, & peiora: ſcilicet, his animus inuatur ad perſeuerandum attentè in Diuinis laudibus? Erras proſectò miler, & toto cælo erras, ſi te exultationem apud Deum à diſtractionibus tuis, quibus providere poteras ſi voluiſſes, inuenturum exiſtimas; qui etenim imparatus ad orationem accedit, an neſcitis quoniam ipſe Spirituſanctus dixit, *eſt quaſi qui tentat Deum?* Egredieris è Choro Sacerdos; vis te doceam quomodo proficias de virtute in virtutem; & ſi iam in Choro attentus fuiſti, quomodo alia vice attentior ſis futurus, & obſequium tuum Deo magis acceptū? audi quid dico. Si Diuini amoris igniculus aliquis in te accenſus iam eſt, noli illum ſtatim prodere, noli in ventum exponere; occluſum tene clibanum ne frigeſcat, & calorem amittat; fuge, hoc eſt, quantum potes, diſtractiones; remane cum Deo collectus, vana colloquia deuota; & ſic maiores in dies vires habebis ad pariendum in te & in cæteris Dominam Ieſum. Alioqui ſi media non adhibueris, niſi vires procuraueris, ſemper ſterilis eris; & licet concipias in vtero, abortum tamen facies, & parturire non poteris. Tui muneris eſt prædicare & docere? ſtude, & ijs incumbere quæ ad munus hoc ritè peragendum ſunt neceſſaria; ſic ipſe in primis, vita & moribus prædices; ne te aliud dicentem, aliud verò facientem videntes, ſuper verbis tuis ſubſannantes, huc & illuc caput moueant. Curam geris animarum? noli idcirco tui ipſius curam negligere; nec te tam liberaliter cæteris tribuas, vt tui nihil tibi ſuperſit; nam & te animarum quibus præes, meminiffe quidem oportet; ita tamen vt tui non obliuiſcaris. Intelligite fratres, niſi quæ Eccleſiaſticis omnibus viris eſſe neceſſarium, ac eſt


Ggggg Oratio

## CONCIO III.

## Ad Clerum in Synodo diœcesana XI.

Oratio mentalis, actiones nostras omnes præcedens, concomitans, & subsequens. *Psalmam* (inquit propheta) & intelligam. Si Sacramenta ministras, o frater, meditare quid facis; si Missam celebras, meditare quid offers; si psallis in Choro, meditare cui & quid loqueris; si animas regis, meditare quoniam sanguine sint lauatæ: & omnia vestra sic in Charitate fient: sic difficultates omnes, quas innumeras in dies experiamur necesse est (in hoc siquidem positi sumus) facile vincere poterimus; sic vires habebimus parturiendi Christum, & in nobis, & in alijs. Sic Paulum imitabimur, qui nihil vnquam omisit, quod facere potuerit ad Animarum procurandam salutem. Sic cum Augustino Sanctissimo, quando coram severissimo Iudice Christo, astantibus Angelis omnibus, & Sanctis, ad rationem reddendam vocabimur, maxima cum animi fiducia, & cordis nostri lætitia, intrepidè dicere poterimus: *Domine, scis quia dixi; scis quia non taci, scis quia ex animo dixi, scis quia fleui cum dicerem, & non audire.* Eia igitur fratres, Deus adeo in vos liberalis & beneficus, tam ardenti desiderio hunc à vobis partum expectat: Sancta mater Ecclesia, quæ vos tanta dignitate decoravit; tam clamat & cruciatur ut pariat: nolite Deum Opt. Maximum desiderio suo frustrare, nolite matris vestræ Cruciatu irritos facere, nolite vobis ipsis tantam iniuriam facere, nolite filijs vestris adeo immites apparere; sed forti, sed constanti, sed prompto animo, Diuini verbi semen excipite; vtramque aurem aperite; nolite dare locum in vobis Concupiscentiæ, aut Auaritiæ; Cor vestrum & omnes sensus vestros diligentissimè custodite, vale dicite parentibus, nepotibus, agnatis propter Deum, & eius Iustitiam, malorum hominum conuersationes fugite, & prauis eorum sermonibus ac dissuasionibus aures occludite; media omnia tam copiosè & liberaliter vobis in dies procurata atque proposita complectimini, Vos ipsos iuuate, Orationibus, meditationibus, & sanctis alijs institutis, partus hos abundantissimos procurate: & quod populo illi olim per prophetam Dominus dixerat, hoc vos relicta litera quæ occidit, spiritui tantum adhærentes, facite. *Accipite uxores, & generate filios, & filias; & date filijs vestris uxores, & filias vestras date Viris; & pariant filios & filias, & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero.*

Ierem. 29.



**D**e clamor parturiens, & cruciatur ut pariat, dixit Ioannes in Apocalypsi, de muliere, de qua adhuc pergamus dicere. O quis dolor, O quæ clamor Ecclesiæ Sanctæ. Clamat, & coram Deo orationibus, & coram vobis per os meum, Diuina vobis verba pronuncians. Videor mihi eam sponso suo Domino Iesu Christo audire dicentem, quæ olim viro suo Iacob dixerat Rachel: *da mihi liberos, alioquin morior*: adeo sum desiderans pariendi, adeo sterilitatem hæc horreo, ut nisi tu Christe subuenias, & filios mihi plurimos des, iam iam sim moritura. Hic est Spiritus matris nostræ amatissimæ, in quo potissimum hic sumus congregati; hunc & ut nos habeamus, in primis desiderat. Sperandū mihi est Charissimi fratres, quod inter tot altissimas voces, inter tot lacrimas, matri Ecclesiæ multi patientes, tam multiplicibus gratijs nobis à Deo liberalissimè communicatis minimè ingrati, Diuini verbi semen fecundissimum intra sese receperint; Charitatis illud ardore calefecerint, ac fouerint; & tandem intra cordis sui secreta & vterum Christum conceperint; senserint plurimi maximas in animo suo commotiones excitari, & maximam quandam flammam incendi: sed quid tum? quid erit de nobis? num nobis à Domino dicitur, quod olim illis à Dño per Isaiam fuit prædictū, quod *conceperimus ardorem, & parituri simus stipulam?* iam sumus inflammati, & ardentes, iam partui proximi; sed cum pariendi tempus accesserit, num pariemus stipulam? num languidi erimus & tepidi? O dilectissimi, non hic est finis Ecclesiæ, non hoc eius adeo vehemens desiderium: filios desiderat, vult partus in lucem prodeat; nō ei sat est, habeamus bona desideria, sed operibus quoque cupit ea proferamus in medium: ideo *clamat parturiens*; hic suorum laborum, dolorū, atque cruciatuum præcipuus est scopus.

Hac igitur firmissima præmissa spe, quod quotquot hic adsumus, conceperimus, & partui proximi sumus; quid restat, nisi ut videamus qualem partum à nobis requirat cum Sancta matre Ecclesia Dominus Deus? Partus enim varius esse potest, in corporalibus quidem masculus aut femina; in spiritualibus verò, perfectus vel imperfectus; considerabimus ergo quomodo partus noster sit futurus perfectus; nam & natura hoc semper intendit, ut mas & perfectus generetur, sed gñantis infirmitate ac debilitate, femina plerunq; producit: quātō magis igitur gratia hoc idē intendit: Quomodo ergo differat inter se huiusmodi partus, consideremus. Et quia nō satis est parere, & masculum parere; sed custodire partum

tum oportet, & educare, donec crescat in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ideo secundo loco agemus de custodia, & educatione spirituali.

Admirabile fuit, Reuerendi Sacerdotes, Gedeonis magni illius Ducis & Imperatoris in populo Dei factum; quo Dñs ostendit, qualia à ministris suis opera, & quales partus exigeret. Iturus hic contra Madianitas, exercitū maximum confecerat, ingentes militū copias contraxerat; sed multi hic (ei Dñs inquit) *adsunt, qui ad rem meam non faciunt*, nec operibus meis perficiendis idonei sunt; quicunque ergo timidi sunt, in primis hinc abscedant; fortes enim dūtaxat homines, & constantes, ac deliberato animo requiro. Fecit hoc Gedeon; & ex multitudine maxima militum, decem tantum hominum millia secū retinuit; nec hoc contentus Dñs, eos adhuc ad aquā misit, & ibi de eis quodnā vellet capi experimentū Gedeoni indicauit: *Adhuc populus multus est* (inquit) *duc eos ad aquas, & ibi probabo illos, & de quo dixeris tibi, ut tecum vadat, ipse pergat; quem ire prohibuero, reuertatur. Cumq; descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuat genibus biberint, in altera parte erunt. fuit itaq; numerus eorum, qui manu ad os proijciete lambuerant aquas, trecēti viri; omnis autē reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon: in trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradā in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum. Perrexit ergo contra Madianitas Gedeon; Diuisitq; trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasq; vacuas, ac lampades in medio lagerum. Et dixit ad eos: Quod me facere videritis facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero feceritis. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite, & conclamate Domino, & Gedeoni. Ingressusq; est Gedeon, & trecēti viri qui erāt cū eo in partem castrorū, incipientibus vigilijs noctis media; & custodibus suscitatis, cœperūt bucinis clangere, & complodere inter se lagenas. Cumq; per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & Hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas; clamaueruntq;: *Gladus Domini, & Gedeonis*; sicq; de hostibus victoriā reportarūt. O quale mysteriū est hoc: rejicit Dñs timidos, vult solum lambere aquas, habeant tubas, olas testas, lumina latentia; & sic tam insignis victoria secuta est. Quid hæc sibi volunt? Hic experimento discimus, quinam spiritualiter inafculos, qui itidem feminas pariant: qui parui sunt, qui timent paupertatem, montuosas Ecclesias, laboriosa loca; hi non sunt apti milites exercitus Dei: qui curuat genua ad aquam, qui vult suas comoditates, qui sua querit, qui in oibus sibi satisfacere satagit; hic Dei condi-*

Indic. 7.

gnus miles non est: Verum qui intrepidè tantum animo, qui stantes bibunt, qui affectum non prosternuntur ad terrena; hi ministri Ecclesiæ sunt, & apti gloriois prouincijs aggrediantur. O quam præclare hoc executi sunt Sacramenti Apostoli, adeo constanter se à mundanis omnibus rebus, & humanis respectibus diuellentes: oia à se tam forti animo abdicantes, non modò comodis sese priuantes, verū etiam ijs quæ ad naturæ sustentationem sunt necessaria; rumpentes vasa testea & lagenas, corpora videlicet sua, gladijs, eculeis, gubus, mortibus exponentes; hi sunt qui de Mundo, de demone, de seipsis triumphant, qui gloriosas victorias Christo reportant, qui pariant masculos idest opera heroica atque perfecta.

Qui sunt igitur qui perfectum partum producant, qui itidem imperfectum? Differūt hi inter se diuersimodè. Ac primū quidē aliqui laici sunt, putates sibi sat esse, si boni sint pro ut ceteri homines, cō aliorum virtute cōtenti; hi profectò sunt partus imperfectus, à vocatione sua plurimū distantes. Ac perfectus partus, est Ecclesiasticus ille, siue Canonicus sit, siue Parochus, siue Sacerdos, qui Vocationis suæ excellentiā & præminentiam supra statum laicorū, etiam honorū agnoscit; intelligit hic à se requiri aliā humilitatē, aliā Charitatem, aliā pietatē, alias virtutes q̄ in cæteris hominibus, Saluatoris illa verba sedulo animo euoluens, *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquā scribarū & pharisæorū, non intrabitis in Regnū cælorum*; vbi non iustitiā nostrā illorū cōfert peccatis, sed iustitiā, cuius un̄ sese obtentuissimos, & maximos cultores ac professores esse existimabant. Quid (exclamat S. Gregorius) *cōe Pastori cum grege? tantū debet virtute præcellere ac præstare ys quos regendos suscepit, quā tum naturæ etiam dignitate Pastor homo ouibus brutis, animalibus rōnis expertibus antecellit*: tanta igitur debet esse virtutū Ecclesiastici hominis à virtutibus laici differentia, tantaq; super illas præstantia, quanta hominis ad imaginem Dei conditi supra bestias, quarū cū corporibus animæ intereunt. O qualis, & quātus est Ecclesiastici hominis status, quām insignis dignitas: animas pretiosissimas, Sacramēta, Christi corpus ipsum tractare; esse instrū Diuinarum in aiabus operationum; posse peccata dimittere; Ius habere in animas, multo præstantius quàm seculi Imperatorū in corpora; & putabit quispiam talis, sat sibi esse vitam cōem? vulgari virtute contentus erit? heu nimis error hic est. Qui ergo communes hos terminos transgrediuntur, & seipsos quotidie virtute superare student, hi partus sunt masculi atque perfecti. Omitto iam hic, quod leuia peccata in alijs, in Ecclesiasticis hominibus sūt admodū graua; & quæ in alijs mortifera existūt, in his sunt sacrilegia; personā. n. Deo cōsecratā polluit: si enim locus ipse hanc hęc vim, eò q̄ sit sacer, ut simplex furtū, aut aliud delictū, sacrilegiū esse faciat; quātō magis hoc fa-

ciet viuū Spiritus sancti habitaculū & Tēplū Sacerdos? quid Deo est magis sacrū? parietes ne illi, an Sacerdos ipse? certe pp Sacerdotē, & ad eius munera exequēda, illi sacrant: hoc certe omittētes, intelligamus salte, quantū ceteris dignitate p̄stamus, tantundē ē virtute oībus nos debere p̄cellere. Nec est q̄ nobis ipsīs cōibus aliorū virtutibus metiamur: sed *mensurā bonā, confertā, & coagitatā*, nobis opus est adhibeamus. Hanc verō mensurā sunt quidē aliqui qui norūt, sed ea nō seip̄os, verū alios metiuntur: volunt ipsi alios ad perfectionē dirigere, ad quam tñ ipsi ne pedē quidē volunt mouere; sunt hi, *qui dicūt & nō faciunt*, qui viā ceteris ostendūt, per quā ipsi nolunt incedere; qui Arcā Noe & filijs eius aedificāt, ipsi verō eā non intrātes, Diluuij aquis mergūtur. de his mensuris Dñs dicit: *pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunq; abominabile est corā Domino*: nēpe pondus vnū quo tua opera ponderas leuius, & aliud grauius quo aliena: mēsurā vna breuis, qua virtutes tuas metiris; alia verō proluxior & maior, qua alienas; Hoc Deo est abominabile. Quin potius si pondus h̄re liceret & pondus, mensurā & mensurā; grauiori & proluxiori tua sunt tibi ponderanda atq; metiēda. Forma fidelis es, O Sacerdos; eorū es cōstitutus exemplū: tu exēplar es in monte positū, iuxta quod illi mores suos & vitam debent cōponere; quod in alijs efficere procuras, hoc in te ip̄o debes primū p̄stare, vt forma sis gregis in Dño. Quod verō vobis dico, hoc mihi in primis, & Prælati oībus dico, qui sumus lucernæ supra candelabrum positæ; sed & vobis etiā qui in curā & sollicitudinis partem estis vocati.

Sūt & alij Sacerdotes cū Deo auarissimi atq; paratissimi, & cū eo non verentur subtilissimas ducere rōnes, nō recogitātes qm̄ cū multo plura ē fecerint, q̄ ea quæ faciūt, adhuc tñ *semper serui inuiles sunt*. Examināt hi diligentissimē, teneor ne hoc facere ex Constitutionū p̄scripto, annon? Est ne peccatū mortale, necne? nā nisi teneantur peccati periculo, vel p̄lati decreto, id facere nolunt; ad vngū dumtaxat legē seruantes: quam tñ nec etiam seruant, cū lex ipsa p̄cipiat, liberales nos esse cum Deo, ac hilares datores, quales ipse summopere diligit. O Bone Deus, tu qui aded in Creaturas oēs, sed in homines p̄ferim, & in Sacerdotes in primis, liberalis fuisti; qui tā copiosē dona tua tradidisti; qui cū nil aliud haberes quod dares, te ipsum tandē etiam dedisti, & sanguinē tuum: Oh quanta tibi infertur iniuria, & liberalitati tuę, cū sic tenaciter tecum tractamus. Non est profectō fratres, Sacerdotalis hic spiritus, non Ecclesiasticus animus; abiectus nimium & vilis est, qui Regia hac dignitate insignitus esse mereatur: ergone Heroicos hoīes, aded nobiles, & sublimes, tanta cum Deo tenacitas decet? Absit, absit à nobis hæc vilis indignitas. O nos miserimos & in-

fœlicissimos, si sic nobiscum Deus tractaret; & quanam lege, cū peccauimus statim, teneret ipse nos ad pœnitentiam expectare? cur non posset ipse nos statim in infernum deicere? quid à nobis ipse recepit, quo gratiam suā & dona elargiri nobis teneatur? Cauete, Cauete fratres, ne Dei in vos irā prouocetis, ne ipsius maiestatem diutius offendatis; nihil enim est durius, hominibus ēt ipsis, q̄ beneficū esse quēpiā & liberalissimū in aliquē, à quo tñ ingrati tudinem solū recipiat. Odit tenaces hm̄oi, & detestatur maximē Dñs, q̄ serui illius exēplo, cui omne debitū dimissum fuerat, ipse verō tenens conseruum suū suffocabat eū, nos apertissimē docuit; quē in pœnam, in vincula conijci voluit, illicq; persistere, donec ad minimū vsq; quadrantē persolueret debitū. Et qui vnquam possemus nos infinita nostra cum Deo debita persoluerē, si ad id cogermur? cū vel vnicū solum lethale delictū, æterna sit morte puniendum? liberales igitur simus cū Deo, vt possit & ipse nobiscū esse liberalior: hoc enim erit seminare in benedictionibus, & de benedictionibus post identidem metere.

Est alia parientū spiritualiter differentia; sunt. n. quidā desideria bona habentes, & voluntatē, ad quēdā gradū vsq; dumtaxat; donec Dei Religio, & pietas habet secū annexas cōmoditates, donec est pax & trāquillitas; quandiu totū negotiū in Missarū celebratione, in frequenti Sacrae Eucharistiæ susceptione consistit; hi sequuntur Deum, hi Christū in seipsis, & in ceteris pariunt: At cū venitur ad contradictiones & persecutiones ferendas, ad extremā paupertatē tolerandā, ad sanguinis effusionem pro animabus, & proximis, statim à Deo recedunt, qui aliā tñ Sacerdotes erant integræ vitæ, morū laudabilium, & sufficientis literaturæ, sed ad hunc vsq; terminū tantū. *Mensis quidem, fratres, est multa, sed operarij tales, qui velint pōdus diei portare & c̄stus, sunt pauci; matutinis horis & vespertinis libēter multi laborabūt; at cū sol radios exerere cēperit, & feruere, hi statim ad otium & quietē relicto labore cōfugiūt. Qualis operarij in hac Dñi segete erat Paulus; qui cū aliās dixisset, sibi lat esse si haberet victū simpliciter, & quibus operiretur, in hac tñ sola necessitate etiam plerunq; eguit; qualis egestas ista fuisse putanda est, si cū abundabat, vix habebat quo sustentaretur, & operiretur? Quis posset vnquā imaginari, famē, sitim, labores, incōmoda, quæ in Euangelij p̄dicatione pertulit Paulus? cū nec in maxima paupertate positus, à populis quidquā petere volebat, ne onerosum eis redderet Euangelium. Et nos miseri, laborate quidē volumus in Vineā Dñi, sed pro voluntate nostra tñ, quousque, & quandiu nobis visum fuerit: & putabimus nos aliquid esse? O quā à veritate aberramus: qui enim Pauli spiritū non habet, & seruire Deo in laboribus & arumnis, in infamia, & ignobilitate, in fame & siti, in nuditate & calumnijs, nō est paratus; huius*

huius profectō imperfectus est partus, & foemineus. Alia mens, alius animus in nobis requiritur, vt nēpe labores oēs tolerare simus parati; in hoc enim (inquit Apostolus) *positi sumus*. Eux primæ parenti nostræ dixit Deus: *In dolore paries filios*. Et tu Sacerdos, putas sine dolore, aut vlla molestia, te posse Christū in te & in alijs parere? tanto cū dolore, & sanguinis effusione, ac morte Christus patri peperit filios; & tu meliori te conditione fore putas, quā fuerit Dei filius? Falleris, falleris: *mulier cū parit, tristitiam habet, & dolet; & tu sine dolore parere nullatenus poteris*.

Sed non terreat vos fratres ista doloris & laboris necessitas, maxima siquidē illi est coniuncta fœlicitas: si res sensu humano intelligimus, miserima profectō est Sacerdotis vita, dicā. n. cū Paulo, *quia si in hac vita tantū sumus sperantes, miseriore sumus oībus hominibus*: sed alio spiritu sunt, quæcunq; nobis dicuntur aut p̄cipiuntur consideranda: sic inter Hebræos, qui audito ab exploratoribus, Gigātes in terra Canaan habitare, murmurauerunt, de Caleb, qui murmur populi cōpelcens, eos ad perficiendum iter hortabatur, *Dominus dixit: seruum meū Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in Terram hanc quam circūiuit; & semen eius possidebit eam*: non Carnis igitur spiritu hæc sunt ponderanda, nam & Petro Dñs perhibuit, quia *Caro & sanguis non reuelauerat ei*, quod præclare de ip̄o fuerat cōfessus. Sacerdos ergo spiritu Sacerdotali hæc oīa apprehendens, hic profectō oīa faciliora reperiet, huic oīa dulcescent, quæ spiritū Sacerdotalē nō habēt, laboriosa, onerosa, grauiā, & importabilia viderētur. *deficient* (inquit Isaias) *pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent*; hi sunt carnali tñ spiritui adherentes: *qui autē sperant in Domino, mutabunt fortitudinē*: & quomodo mutabunt? Diuina siquidem fortitudine replebūtur, illius in quā qui nostrā infirmitatem assumens, suā nobis fortitudinem cōcauit: *assument pennas sicut Aquilæ, current, & nō laborabunt, ambulabūt, & non deficient*. O quā mirabiliter tollit laborē, considerate amplissimā remunerationē paratā bono Sacerdoti tractanti fideliter ministeriū suum, siue in Animarū regimine, siue in Missarū celebratione, quā fit Diuinitatē oīum cooperari Deo in salute Animarum: hoc profectō efficiet, vt Currāt boni Sacerdotes & non laborēt, vt ambulēt, & nō deficiāt, vt parturiant, & cruciatus vix sentiant. Veniant dolores, Veniant labores, Veniant pericula, paupertates, infamiae, superanda sint altissimorū montium cacumina, ab agnatis & propria domo longissimē recedendū, aīarum cura in locis pauperrimis & maximē incommodis suscipienda, nihil horū refugiet, quin potius, vt Christi seruus Andreas, Cruci iam diu expetita: obuiam procedent.

Sed accedit, q̄ non in futura tñ vita consolatio nobis est à Dño propofita, sed & inter ipsos la-

bores in p̄senti maxima mixta sunt gaudia, & aded ingentia, vt nō sit eis condignus labor oīs humanus. quis exprimat, quanta sit illius Animæ lætitia, qui videat se opa sua Animam vnā Christo recuperasse? posse dicere: hic erat homo peccator, hic à via aberrauerat, morti æternæ erat adiudicatus, mille peccatorū catenis erat obstritus: per me iā factus est alius homo; ego eū è Diaboli & Inferni faucibus eripui, ego Deo restitui; ego Dei imaginē quā deformatat, emundauit? hæc infinita sunt gaudia; nulla humana consolatio, nec potētissimorū Regum, nec ditissimorū hominū, nec voluptatibus oībus diffuentium Iuuenū cum his potest conferri. Gaudēt, o Sacerdos, quicūque talis es, in cōlo Angeli super hoc; & suum hoc gaudiū in parte tibi referunt acceptū: sperant illi vacuas eorū sedes esse per te replēdas, & peccato eis illatā ruinā, tua opera relatiōdā: & quanta putas sollicitudine in tui protectionē oēs sint aduolare parati, quē Dei cooperatore esse vidēt, ac suū (vt ita dixerim) cōlōlatores? hæc lætitia est, quæ dolores oēs partus faciliē tēperat: sicut enim *mulier cū parit, tristitia habet, quia venit hora eius: cū autē pepererit puerū, iam nō meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in Mundū*; sic & huiusmodi Sacerdotes, licet & in se, & in alijs Christum parientes laborēt, & crucientur, cū tñ iam partū in lucē editū vident, cessant dolores, cessant labores, cessat cruciatus, & iā nō meminerūt vltra pressurā quā habuerūt, quia natus est Christus in ipsis, & eorū opa in alijs. Necessē hic habeo, dilectissimi fratres, aliquātū lū digredi, q̄ quis digredi nō erit, narrare quāta fecit De⁹ nobis, & quā amplas segetes ac meses proposuit, in quibus, si velimus, laborātes, amplissimos partus edere possumus. Præ manib⁹, Reuer. Sacerdotes, habem⁹ opportunitatē faciendi opera Heroica, & sacerdotalia; Vicinas habemus (vt scitis) Rhetorum Regionēs, quæ non est quod dicam quā essent à vero Deo & viuō alienatæ; expugnauerat eas fidei, & oīs boni hostis Diabolus, Domus Orōnis, Ecclesiæ, Altaria, fuerat profanata; dispersa erat Religio Catholica, & in quibusdā solū, ijsq; pauperrimis aliquāliter afferuabat; in proximo quoq; modicū ēt fidei lumen quod in istis vigeat, extinguendū videbatur. Fuimus illic ex Obediētia, à Sanctissimo Christi Vicario missi: & statim illis Dñs tam promptā obedientiā, tā magnā dispositionē, & post recessum nostrū tā magnā constātiā in persecutionibus dedit, vt verē amplissimus sit Diuinae bonitatis laudandæ Cāpus. Non erat inter ipsos Sacerdos vllus qui legitime Sacramēta ministraret, qui pauperibus illis catholicis succurreret, qui eos cōfirmaret; & statim ip̄o primo nō ingressu aded dociles apparuerunt; vt statim Dei voce per nos audita, plurimi deo reconciliati fuerint; alij ad Sanctæ m̄ris Ecclesiæ sinū redierint; & demū Sacratissimis Sacramētis refecti, sic in pio proposito fuerint cōfirmati,

Num. 14.

Isai. 47.



mati, vt admirādū etiā proximis hīc diebus constātia in Religione specimen dederint, cū ab hāreticis vltromontanis, quibuscū sunt cōfederati, nēpe à Curiēsis, & alijs, diuersimo dē afflicti, tentati, & vexati, vt Seminariū Patrū Iesuitarū illic introductū deleret, liberē & altissima voce profiterent, paratos se potius arma sumere, & vitā exponere, quā à concepto spiritus feruore vnquā declinare. Et adeo creuit in ipsis fidei firmitas & cōstātia, vt certē nostrā frigiditatē considerātes, rubore suffundamur, vidētes populos illos barbaros & syluestres, ab omni religione & Vrbanitate alienos, adeo facillē nostris monitis acquiescētes, & tā capaces auxiliorum eis allatorū à paucis quibusdā Sacerdotibus quos illic reliquimus, & post ēt misimus. O felices Sacerdotes illos, qui iam seipos impendere & superimpēdere cōperūt, in tam Deo grato negotio; fœlicissimos ēt illos, qui & ipsi manus suas mittent ad hęc fortia. Aperta est via, fratres, ad amplissimos fructus colligendos: Iuuatē vos opus orationibus vestris: quis scit, an Clerus hīc fortasse sit futurus in fīm Diuinā misericordiae in copiosissimis illis populis, ad eos dirigēdos in viā salutis; sicut olim fuit tēpibus beatissimi Patris nostri Sancti Ambrosij? Hanc misericordiae parauit omnipotens Deus huic Clero, nisi nobis ipsi defuerimus. Cōmendo igitur vobis quantō magis possum, & sacrificijs sanctissimis, ac orōnibus vestris istud negotiū. Hi sūt partus masculi atq; perfecti, iuuare has aias. Testificor ipse vobis coram Iesu Christo Dño nostro, qm̄ maxima pars calamitatū illius populi venit ex defectu bonorū & legitimorū Sacerdotū. Et si poterimus nos tātis malis mēderi, ti mebibus paupertatē? labores? mōtes? Videbimus Messēm tā copiosam paratā, & apud Deū exultatione digni reputabimur, ei cooperari incōmodorū metu recusātes? O Sacerdotes fratres; O Oblati in primis, quorum p̄cipuū institutū est, esse excellentes in oībus Ecclesiasticis muneribus, ac eminētiori quodā modo & perfectiori ea adimplere, ad quē Clerus oīs tenetur; quāta vobis occasio aperitur: quid igitur agitis? quid moramini, quin clametis omnes ad Dñm: *Ecce nos Domine, mitte nos?* Precor Deū opt. maximū, vt ostendat oībus hic p̄sentibus efficaciter, q̄ ei sit futura grata oīs hęc opera; & vt multorū corda inflāmet, ad hoc, vt sponte soli Deo seruire desiderantes, accedant, & sese ex animo oblatorum numero addscribi efflagitent.

Nos autē quō maior sit huiusmodi Sacerdotum cōsolatio, Aggregationē hanc eorū qui volēt, in oblatos, differendā putauimus in proximā solemnitatē Inventionis Sanctae Crucis; quod die, hic pro sua in nos & Clerū nostrū Charitate, adesse dignabitur Illustrissimus & Reuerēdissimus Veronensis Antistes, nuper in Sacrū Cardinaliū Collegiū, virtutū suarū, & plurimorū meritorū intuitu aggregatus. Ipse in quā (quē meritō oblatorū patrē, patronū, &

promotorē possumus appellare; cui tā multū debet vestra hęc Cōgregatio, vt oēs probē no stis) eorū qui oblati fieri voluerint, professiones excipiet; aut sin minus id facere poterit, sua certē p̄sentia, solemnitatē hanc, & Votorū emissionē exornabit. Curate igitur, dilectissimi fratres, vt vigilantissimus Pastor, vestriq; amātissimus, qui & ipse, certō scio, libētissimē in Rhetos proficisceret, & à vobis nūquā recederet, nisi Ecclesiae Dei magis esset proficiuus in Vocatione sua; vt ipse in quā à nobis corpore recedēs (est. n. semper aīo cōiunctissimus) Deo grās agere cogatur, & opus à se promotū, tantis videat incrementis decorari. Sanctissimus D. N. Papa Gregorius Christi Vicarius, adeo prouinciā hanc Rhetorū magnificat, & tā ex animo illis optat succurri, vt illis quoq; cōcedat, in eas se regiones cōferre, qui aliās, vel Curā aīarū onere, vel Religiosā professionis vinculo, à proprijs Ecclesijs & Monasterijs, salua conscientia abesse nō possunt. Petūt pauperes illi Christiani maxima cū instantia, hinc mitti Sacerdotes: ipsimet fatētur, maxima ex parte eorū calamitates originem duxisse à scādalis, quae dederūt Sacerdotes recedētes à nobis, & à fide apostatantes: Ideo etiā multo magis illis debemus; quidquid enim à nobis, qui illis sumus finitimi, peccatū viderunt hāretici scelesti, id statim ē suggestibus & pulpitis coram misera plebe exaggerarunt, & sic infinitos simplices hoīes seduxerūt. Annon putatis, ex illis partibus quotidie venire quamplurimos, & in hanc ipsam Ecclesiam, & explorare n̄as singulas actiones, quas suis postea referant? de vera sciētia hoc ipse noui: & idcirco arbitror profectō, nos ex cōsciētia etiā teneri, reparare magnas illas ruinas, quae magna ex parte à nobis fuerunt ipsis illatae.

Verūm de regionibus illis à nobis se iunctis agētes, meminimus etiā fratres, tam multarum plebiū in nostra hac Diocēsi derelictarū, tot populorum Sacerdotibus destitutorum, tot paruulorū Verbū Dei, & Sacramenta Sanctissima esurientū. Sed noui quid multi dicāt: *ecquis illuc se cōferat, vbi summa est rerū oīum inopia? vbi non nisi p̄rupti montes, & difficillima loca? vbi diu noctūq; laborandū, & incōmoda maxima sustinēda? Et idcirco peribunt igitur fratres, Animae Christi p̄tiosissimo sanguine redemptae, vt nos cōmodi simus? p̄ferentur ergo nostrae deliciae animarū salutis? Hoc est, dilectissimi, quod mihi intolerandum vī, quod ferre nullatenus possum; & ad sint nonnulli, quibus cū Ecclesia aliqua proponitur, cui deseruiant; rident statim, eā sibi cōmodam non esse, ab agnatis & propinquis nimium distare. Absit, vtinam, ab vniuerso Clericorū cōtū spiritus iste: Hęc sunt opera heroica fratres, hi partus masculi, atque perfecti. Immo quia tales sunt Ecclesiae hęc, & laboriosae, ad eas est libētius accedendum, illa siquidem sunt complectenda libētius, quibus maior Dei gloria procuratur.*

Sed

Sed scitis, quidnā sit quod nos in munere nostro tepidos facit? nil aliud profectō, nisi q̄ non cōsideramus quidnā sint Animae, quid Infernus, quid Paradisus. Quid ergo mirum, si sancti viri Charitate repleti, tam erant animarū acquirendarū zelantes? Quis Gregorij illius magni Rom. Pontificis zelum non admiretur? Hic quadam die, cū aduenientibus nuper negotiatoribus, multa venalia in foro Romanae Urbis fuissent proposita, multiq; ad emendū vndiq; confluisissent, contigit & Gregorium adhuc Monachū p̄terire. Qui cernens inter alia, pueros corpore candidos, forma pulcherrimos, vultu venustos, capillorum quoq; nitore perspicuos, esse venales, interrogauit mercatorem, de qua patria illos attulisset. Ille respondit: de Britannia Insula, cuius incolarum omnium facies simili candore fulgebat. Greg. dixit: christiani sunt ijdem Insulani, an adhuc pagani tenentur erroribus implicati? Mercator respondit: non sunt christiani, sed pagani tenentur laqueis irretiti. Tunc Greg. grauiter ingemiscens: Heu, proh dolor inquit, q̄ splendor facies Princeps venerarū nunc possidet, tātaq; frontis species vacuam ab interna Dei gratia mentem gestat. Tunc ad Benedictū Pontificē accedens summis ab illo precibus obtinuit, ad insulā illam vt mitteretur, ad eripiendas ē dæmonis potestate pretiosissimas animas: quō (obtentā venia) cū pergeret, triduo post ab eodem Pont. Romam est reuocatus, querētibus Romanis oībus; & ægerrimē ferentibus, q̄ tm̄ Dei seruum Romana Vrbe egredi permisset. Verūm hęc Animo illius ardentissimum desiderium animarum iuuandarū, & altissimas in eius pectore egit radices: nam & postea ad Pontificatum assumptus, clarissimē ostēdit, quanti aīas faceret: nam cū pro conuertēdis Anglis Saxonibus, quemadmodū in Monachatu suo proposuerat, assiduis cogitationū fluctibus vtgeretur; mox vbi Ecclesiae statu cōposito, quartū sui Pōtificatus annum intrauit, Augustinum cum alijs duobus sui Monasterij Monachis in Britannia Euangelizandi gratia destinauit. Qui susceptae peregrinationis post dies aliquot inerti tadio p̄grauati, redire domū potius, q̄ barbarā, feram, incredulamq; gentem, cuius nec linguam intelligerent, adire decreuerunt. Quapropter Augustinū socij Romam remittunt, summum P̄sulem deprecātes, vt tam laboriosam, tam incertam, tamq; periculosam peregrinationem sibi nuper imposita remoueret, & ad suos reuerti permetteret. Quorum tamen precibus non modō sanctissimus Gregorius annuere recusauit; quin ēt grauissimis verbis eos ad progrediendū hortatus est, significās quanto insuper ipse desiderio teneretur eorum labori participandi.

Quanto aīarum zelo ardebat virgo illa sanctiss. Catherina Senensis; quae cū inter cetera p̄cipua dona, hoc quoq; accepisset à Dño, vt & Inferni, & Purgatorij pēnas, & Caeli gaudia videret, aīarum itidem pulchritudinem; tanto

ardore earum stēbat salutē, vt instar Apolloli Pauli, anathema pro fratribus fieri optaret: sic .n. quidam, eā in ecclasi positam orantē audierunt. Mi Dñe, quonam modo ferre potero, vt qui ad imaginem tuam formati sunt, in eternū pereant? Annon in maiorem gloriae tuae cumulum cederet, vt salua charitate ego sola perire, corporisq; mei obiectu aditum ad Inferos obstruerem, oīaq; gehennae tormenta perfererē, q̄ vt tot animarū millia à beatitudinis tuae cōfortio excluderentur? Huic autē petitioni (vt ipsa postea Confessario suo reuelauit) Dñs r̄ndit, nullo modo fieri posse, vt charitati locus apud Inferos esset. Tantam. n. charitatis vim atq; potentiam esse, vt magis ipsa gehennae flammam extingueret, q̄ ab eis ipsa laedi posset. O zelus verē christianis oībus dignissimus. O si videremus, quid sit ē faucibus Inferni animā vnā liberare, non dubito profectō, quin hodie plurimi ad nos accederent, qui sese oblatos fieri postularent: & non modō montes transirent; sed ēt apertissimis & maximis quibuscunq; vitae periculis sese exponerent, vbi spes aliqua esset, vel vnus etiā animae recuperandae. Quam speciosi pedes huiusmodi Euangelizantiū pacē. quid mirū si sanctiss. hęc Virgo Senensis, quacunq; p̄dicatorū quispiam transiret, illa statim terrā osculabatur, quā cooperariorū Christi pedes calcassent. Nil Deo est gratius, quā filij sui fieri nos Coadiutores; nil Christo delectabilius, q̄ reperire qui secum iugum hoc trahant; nil magis Sanctā matrē Ecclesiam recreat, q̄ filios suos sic parturiētes aspiciat: Hi deniq; Infernum spoliant, dæmonē prosternūt, peccatum extermināt, Paradisum aperiunt, vacuas caeli sedes replent, Angelos latificant, sanctissimam Trinitatem glorificant, & aeternas sibi ac immarcescibiles coronas p̄parant.

Et clamat parturiens, et cruciatur vt pariat. Opor. 2. Partet dilectissimi clamare, altissimas voces emittere; & si nos Ecclesiae nostrae non succurrim⁹, quis succurret? quis hoc faciet? quīnam populos reformabit? hi sunt exēplaria, hi ministri, hi Duces, hi matres & patres spirituales. quīnam Diuinas gratias populis ministrabunt? hi: faciemusne hunc partum tandem? Dei bonitate annuente spero faciemus; & ad hunc finē plura hodie vobis suggeri curabimus. Sed partu iā enixo, cessabuntne cruciatur atq; clamores? Minimē quidē, sed noua iterum sollicitudinū causa sese offert: lactare oportet, nutrire, & diligenter partum hunc custodire. Mulier illa, de qua in Apocalypsi supracitata verba sunt scripta, q̄ clamat parturiēs, et cruciatur vt pariat; peperit filium, sed Draco magnus exspectabat aperto ore rabidissima fame cruciatus, vt statim partum deglutiret: vnde quae ante partum diris doloribus cruciatur, nouos iam etiam enixa partum cogitur dolores sentire. Hoc & mulieres omnes quae filios pepererunt, verissimum esse non inficiabuntur, magnam ab ipsis necessariō adhiberi diligentiam & sollicitudinem in paruulis filijs nutriendis & custodiendis,

dis, ut est tenella aras illa, mille periculis semper  
exposita: Quia tamē custodiam, multo maiore  
requirit inuisibilis partus, quā corporeus atque vi-  
sibilis. O maledicte Draco Diabole, quā te vi-  
deo ego semper tenellis his partibus vix edi-  
tis in lucem insidiantem; quā teneris illis aīabus  
delectaris; merito profecto de te cum lachry-  
mis Ieremias dolebat, dicens: *repleuit ventrem  
suum temeritudine mea; tā multos paruulos de-  
uorasti, tam multis infantulis Infernales illos  
carceres replesti. Hoc ipsum ministri tui, te  
suggerente fecerunt; sic Pharaon paruulos te in-  
stigate demersit. Sic Herodes infantulos inno-  
centes, te suadente necari mandauit: Quoties  
homo vitam mutare disponit, emendationem  
maximā delibet; atque aggreditur aliquid facere,  
sed statim partū dāmon absorbet. Magna pro-  
fecto custodia vobis adhibenda est, fratres, ne  
calorem spiritus quem hic concepistis, statim  
abeūtes amittatis, ne tenellos partus quos pro-  
tulistis, deuorari permittatis; tū in vobis piū,  
quo repleti estis, affectū perdetes; tum in alijs  
erit, quā parietis bona, statim interire linentes.  
Proh dolor, quā multi Parochi, aīarum curā ge-  
rentes, pariunt in nonnullis Christiū, & statim  
eorum curam omittunt, ac quā maior esset ad-  
hibenda custodia & diligentia, satis superque se  
fecisse existimantes, oīa intermittunt: & quā  
isthac impietas est? nec bestiarū & aīalia bruta  
hoc faciunt, quā partus suos lactant, fouēt, nu-  
triūt, & ab aduersis quibuscunq; & rostro, &  
dētibus, & vnguibus, & quibuscunq; possunt,  
rōnibus tutantur. Et vbi cura est ac sollicitudo  
quā requiritur educādo filio nato? & tu tenel-  
lum sic deseris? quando magis insudasse opor-  
tuerat, otio torpescis? quā aīa illa est magis fle-  
xibilis, ac ad recipiēda salutaria monita, & exe-  
quenda magis disposita, manus lauas ut aiūt,  
nec te vltra in illius ingeris cura? Magna culpa  
fratres est hęc, magna legnities, immo magna  
seuities; & de qua exactissima animarū spōlo  
erit ratio reddenda. Num vellent hi, si quā in  
morbum incidunt, sese à Medico deferri, donec  
perfecte conualescant? & si corporis morbo  
detenti, tā assiduā sui curam à Medicis exigūt;  
quid est quod animas, vix à peccati peste sanatas,  
infirmas adhuc & debiles deserūt statim? Nō  
dormit, fratres, non dormit dēmon; sed insidia-  
tur continuo, aperto semper ore paratus est de-  
uorare, quārit semper ad necem partus hos no-  
stros; ideo contraria adhibenda sunt præsidia;  
continua quoque nos sollicitudine angere debe-  
mus, & quod peperimus custodire.*

Verum nō tunc modo cū paruulus adhuc est par-  
tus, est adhibenda custodia; nam & cū adole-  
uerit, ac creuerit, adhuc periclitatur; nunquā n.  
quandiu in hac lachrymarum valle degimus, à  
peccato sumus securi, semper pericula, semper  
insidiae, semper nos hostes circumstant. Insidiat  
quidem inprimis, ut diximus, teneris & recen-  
ter natis partibus, sed nec ob id adultos & grā-  
diores cessat impetere: nā & Pharaonis crude-  
litas, paruulorum submersione satiari non po-

tuit, sed vniuersum ēt populū persequi nunquā  
desistit, donec Diuina requirere Iustitia, teme-  
ritatis suae debitas reddidit poenas. Ideo semper  
opus est custodia: Ideo Ecclesia sancta semper  
clamat, & cruciatur, nouas quotidie excogitat,  
& adhibet diligentias, nouas synodos & Con-  
gregationes facit, ministros suos indies visitat.  
Qua etiam de causa, & per nos ipsos, ac Visi-  
tatores nostros, vos, & Ecclesias vestras visita-  
bimus: qui enim se tutum existimat, hic in ma-  
iori versatur periculo, & qui se putat non ege-  
re, hic peius se habet quā ceteri.

Sed duo pericula inprimis partui huic iam adul-  
to & ferē perfecto sunt valde timenda, Eccle-  
siasticis praesertim hominibus.

Primum est, malignus ille & vrens ventus su-  
perbiae: o qualis turbo & tempestas est ista su-  
perbia, quā saepe miseras naues, non solum in  
alto mari, sed in ipso etiam portu, quā tutiores  
videbantur, naufragium pati compellit. Est sa-  
cerdos aliquis qui literis operam dedit, profe-  
cit in studijs, ad praedicandum est admodum  
idoneus, gratia maxima pollet, praesertim in  
sermone, Confessionibus item audiendis est ap-  
tissimus, nouit quanti faciendae sint animae, ea-  
rum est maximē zelans; non auri cupidus, nō  
libidinibus foedatus, probatae vitae, ac moribus  
Ecclesiastico homine dignis praeditus: sed mi-  
ser in tali se statu positum videns, suo ipso lu-  
mine incipit excacari ceteros; se indoctiores  
contemnit, miserandos quosdam senes, quibus  
adiumenta ad proficiendum in studijs defue-  
runt, quibus tū ipse abundauit, negligit, se cete-  
ris praefert, de se multum praesumit, se suaque ia-  
ctat: Miser & infelix, repente omnium simul  
iacuram facit: sufflat ventus superbiae, & do-  
na illa omnia ac virtutes quibus hic elucebat,  
facit arescere. O incaute iuuenis, tantam tibi  
misericordiam contulit Deus, ut in hac tempo-  
ra incideres, ut in his delicijs enutrireris, ut tā-  
tas haberes studendi commoditates; & ideo su-  
perbis? Deprime quin potius te infra alios, ac  
cum omni subiectione & humilitate Deo gra-  
tias age, qui non fecit taliter ceteris sacerdoti-  
bus; qui si multo minora & pauciora adiuu-  
ta habuissent, profecissent certē multo magis quā  
tu. Absint ab hoc Clero literae superbiae: absint  
ab his sacerdotibus scientia omnis quae inflat;  
minor potius in his scientia reperiatur, sed ma-  
ior humilitas: est. n. periculum hoc maximū,  
in portu in scopulum hunc elationis impin-  
gendi, & naufragandi, ac bona omnia maximo  
parta labore, summo cum dolore & rubore  
amittendi.

Quid verò alter superbit, quod in dignitate Eccle-  
siastica sit constitutus, quod multis animabus  
praesit? humilietur hic potius, omnium n. illa-  
rum animarum est seruus, & quod plures eius  
fidei & curae committuntur, eod pluribus tene-  
tur seruire; Vnde & Rom. Pontifex totius Ec-  
clesiae curam gerens, merito non seruus sim-  
pliciter, sed seruorum seruus nuncupatur.  
Superbit etiam alter; quia se plura scire cogno-  
uit,

uit, ac in literis valde prouectum: sed quid hic  
habet quod non acceperit? Si autem acceperit,  
quid gloriatur quasi non acceperit?  
Sed non desunt, qui cum opus aliquod egregiū  
& heroicum se fecisse animaduertunt, ob id su-  
perbiunt: Absit, Absit, fratres mei, hic spiritus  
ab omnibus uobis. Petrus tota nocte piscando  
nihil ceperat, sed mane praecipiente Dño, re-  
tia laxans, impleuit, & plurimos pisces attraxit  
in terram, num ob id superbiuit? Immo verò  
magis est humiliatus, & ad Iesum conuersus:  
exi (inquit) a me Domine, quia homo pecca-  
tor ego sum. Sic, o Sacerdos, esto, tu mille ani-  
mas Christo lucratus fueris; esto, retia imple-  
ueris: humiliare tū semper ex hoc magis, di-  
cens: O Deus meus, & quis ego sum, per quē  
tu tanta operari digneris? Infelicissimus ego  
vermiculus, ergo tantorum operum instrumē-  
tum esse vllatenus merui? Absit, absit hoc de  
me cogitare, nihil hic meum agnosco, sed totū  
est tuum; mea solum sunt peccata, & infirmi-  
tates: quidquid verò per me fit boni, id totum  
descendit à patre luminū, boni totius auctore.  
Et verè quò magis quis Deo appropinquabit,  
eò erit humilior: quia quò magis accedimus ad  
lumen solis, eò magis videmus minimas etiam  
quaslibet sordes, quae prius latuerant. Sic &  
sacerdos, quò frequentius celebrat, cū Deo  
magis vniatur; aequum est etiam ut intellectus  
oculis illustretur, & imperfectum suum agno-  
scat, ac videat. Hoc sancti omnes fecerunt: sic  
Abraham apparente sibi Domino, & loquēte,  
non ob id est in superbiam elatus, sed magis  
humiliatus: loquar (inquit) ad Dominum me-  
um, cū sim puluis & cinis.

Aliud periculum quoque imminet adulto partui,  
quod tantò est maius, quantò minus aestimat,  
atque cognoscitur; nempe Remissio feruoris in  
operibus Dei. Videbitur fortè vobis hoc par-  
uum, sed mihi credite est maximum. non hic  
iam de tepidis loquor, de quibus dicitur: *dicis  
quia diues es, & nullius egēs; & quibus Dñs ex  
probat: Utinam calidus, aut frigidus esses; sed  
quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.*  
Sed de ijs loquor qui perfecti sunt, & prouecti  
in via Dñi, consummati in puritate vitae, & in  
heroicis oībus virtutum generibus. his in quā  
maximè cauēda est hęc, licet exigua & modica  
feruoris & primi caloris remissio: breui. n. tem-  
pore, hoc omnimodam potest ruinam adduce-  
re, & ut bona cuncta perdantur, efficere.  
Nolite fratres credere hoc mihi; sed Spiritui-  
sancto credite per Ioannem dicenti: *Et An-  
gelo Ephesi Ecclesiae scriba. Hęc dicit qui  
tenet septem stellas in dextera sua, qui ambu-  
lat in medio septem candelabrorum aureorū: Scio  
opera tua, & laborem, & patientiam tuam; &  
quia non potes sustinere malos, & tēstāsi eos qui  
se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inueni-  
sti eos mendaces, & patientiam habes, & sustinui-  
sti propter nomen meum, & non defecisti: sed ha-  
beo aduersum te pauca. Magnum profecto, fra-  
tres, Epūm hūc esse oportuit, qui tot à Deo lau-*

Apoc. 2.

des acceperit, cuius tot fuerint enumeratae vir-  
tutes; sed quid aduersum hūc Dñs habet? quòd  
(inquit) *charitatem tuam primam reliquisti.*  
non peccauerat hic mortaliter, sed solum pri-  
mum feruorem aliquantulum remiserat. *sunt  
n. nonnulli qui paulisper per augmenta tempo-  
rum, patiuntur detrimenta virtutum.* Quid ergo  
huic timendum est? audite: *Memor esto itaque;  
vnde excideris, & age penitentiam, & prima  
opera fac: sū autem venio tibi cito, & mouebo  
candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam  
egeris;* id est auferam tibi virtutes & dona, ad  
quae postea nunquā reuertaris, sed tenebrosus,  
ignobilis, & vilis remaneas. Cogitet quilibet,  
dilectissimi, feruorem quem olim habuit, quo  
cepit seruire Deo, & eū recuperare procuret,  
ac prima opera faciat: hęc est. n. regula perfe-  
ctionis spiritualis, promouere scilicet opera  
Dei, eo spiritu, quo inchoata fuerunt. Nemo  
quantumuis profecerit, sibi ipsi confidat; sed  
semper timidi permaneamus: nemo licet pepe-  
rerit, & partum educauerit, ac grandiore effe-  
fecerit, putet tū ideo perire non posse; nam &  
qui sanctissimi videbantur, turpissimè quāque  
ceciderunt, & qui se ipsos sibi brachium posue-  
rant, miserè corruerūt. Innumera hic possem  
in medium exempla proferre, sed vnicum tū  
adducens finem faciam, quo & docebimur no-  
bis non fidere, & cū peccauerimus, peniten-  
tia peccatum delere.

Genebaldus Monachus, post verò à sanctis. Re-  
migio Rhemenſi Archiepiscopo Epus Laudu-  
nenſis dedicatus, relicta coniuge, nepte ipſius  
B. Remigij. Hic plusquā neceſſe tuerat, de antea-  
ta vita, & gradus ſublimitate confidens, cū  
debuisset cogitare, quā nec Dauide ſanctior, nec  
Salomone ſapientior eſſet, qui mulierum deli-  
nimentis periclitati ſunt; incaute ſuam vxorē  
quam reliquerat, mutauit in ſororem, & quaſi  
pro inſtructione ſalutari, frequentius ſe viſitari  
permiſit, oblitus ſcripturā dicentis: *lapides ex-  
cauātur aqua, & alluione terra coſumitur.* Vn-  
de contigit, vt crebrae viſitationes, & blanda ac  
frequētia mulieris colloquia, Cor Epī ad luxu-  
riam incitarent. nec verò hic conſtitit res, ſed  
ardor luxuriæ in flammis erupit, & ex ea quae  
olim vxor ſua fuerat, filium concepit: cui totus  
confuſus Genebaldus, latronis nomen imponi  
voluit. Sed quā malè cautum ſuſcepit coſilium:  
nimium. n. honori ſuo volens conſulere, praee-  
pit mulieri, ne à ſui viſitatione deſiſteret, ne qua  
populis tam ſubitam auerſionē videntibus ſu-  
ſpicio eius, quod latebat hoies, ſed non Deum,  
peccati oriretur: Vnde iterum miſer in pec-  
catum cecidit, & nata eſt ei filia, cui Vulpeculę  
nomen impoſuit. Tandem aſpiciente ipſum,  
eo qui Petrum aſpexerat & ad amariffimas la-  
chrymas impulerat, agnouit & deſleuit pecca-  
tum ſuum Genebaldus, & tactus cordis dolore  
grauiffimo, Remigiū orauit, vt ad ſe quāpri-  
mum accederet. Cui, cū veniſſet, in ſecreto cu-  
biculo cum lachrymis & contritione maxima  
animae ſuae plagam aperuit, ſtolam ei reddere  
volens,

Greg. 19. mora.

volens, ac sese Episcopatu priuare. Cum verò diutius ambō. Heuissent: cōpit tū illum S. Remigius consolari, ne de diuina misericordia desperaret, sed pœnitentia peccatū delere studeret. Tum in pœnitentiam eum reclusit in mansiucula facta ad modū sepulcri per 7. annos, illic vt pœniteret, panem suum cum cinere & lachrymis sumens. Vbi in continuo fletu, & orationibus, tandem 7. anno, in vigilia ferix quintæ in Cœna Dñi, cum in oratione pernoctaret, & seipsum delteret; quod is qui ad hoc ordinatus fuerat, vt die illo pœnitentes Deo reconciliaret, ipse suis criminibus exigentibus, nec inter pœnitentes in Ecclesia mereretur cōsistere: Apparuit illi Angelus Dñi, nunciatus ei remissum esse peccatum, & fores aperiens, saluo sigillo quod apposuerat foribus Archiepiscopus, & eum egredi mandās. Sed recusat egredi Genebaldus, donec Remigius qui eum incluserat, abire pœniteret: insuper addens, q̄ nec si Dñs Iesus ad ipsum accessisset, inde esset egressus, donec Remigium vidisset: quod ēr, motus ab Angelo Remigius accessit, & maximo cum gaudio pristinae illū restituit administrationi, qui etiam postea sanctissimam vitam duxit. Quid vobis videtur fratres de huiusmodi viro? o q̄ multa hinc discere potestis. Sed discite, discite; nunquā de vobis ipsis nimium credere, discite q̄ periculosa sit mulierum cohabitatio, etiam agnatarum, & consanguinearū; discite, q̄ periculosum sit peccati initia non tollere, sed in ijs persistere; discite, q̄ integrè sit vobis, Episcopis vestris & p̄latis obediendū; plorate demum aliquando & vos ipsos delere, qui ad reconciliandos alios Deo & iustificandos ordinati, plerunq̄ Deo ipsi, peccatis vestris id efficientibus, estis exosi.

Faxit Deus opt. max. dilectissimi fratres, literis ferreis hæc quæ hodie diximus scribantur in cordibus nostris, vt nunq̄ nostris animis excidant; sed semper cum timore & tremore solliciti, pariamus in nobis, & in subditis nobis, ac conseruemus Dominum Iesum: Cui sit honor & gloria per iniqua sæcula. Amen.

### CONCIO IIII.

#### Ad clerum in Synodo diœcesana XI.

**L**AMAT parturiēs, et cruciatur vt pariat. Adhuc pergit, dilectissimi fratres & filij; sancta mater Ecclesia in suo illo intensissimo affectu, in doloribus suis & cruciatibus, in acerbissimo & ardenti desiderio parturiendi & enutriendi Christum in cordibus nostris, & filiorum suorū. Idcirco adhuc clamat, adhuc voces in cœlum emittit, & meritò quidem; Iā animaduertere potuistis ex ijs quæ hæten<sup>o</sup> superioribus diebus diximus, quōt haberet contradictiones suum hoc desiderium: innumera sunt quæ conceptum impediunt; non desunt, quæ licet concipiat; partui obstant. ne in lu-

cem prodeat; partui verò iam enixō quā multa insidiantur: pericula sunt à partu, & ab utero, & à conceptu, q̄ si enutriet filios, periculum maximū adhuc est, ne aut eos tenellos serpens deglutiat, aut miserè pereant. Quid ni clamat igitur? quidni crucietur hæc mulier? hæc mater? hæc Ecclesia? Verum præter hæc omnia iā dicta, quæ plurima sunt, & maxima; vnum adhuc restat malū, cui nisi succurratur; præteritæ ac diligentiæ suo frustrabuntur sine, labores omnes irriti erunt; quidquid elaboratum & factum fuerit, id totum erit vanū. Hodie synodo finis imponitur: Ideo opportunè quid hoc sit breuiter iā videamus, ne in vanum totos hos dies laborauerimus; tum quoque spiritu, quouè animi affectu, hinc recedentes ad propria singulos redire oporteat, animaduertamus.

Elisæus propheta Domini *agrotabat infirmitate; qua & mortuus est*: cumq̄; maximis hic tempore populū omnē beneficijs affectisset, essetq̄; nota omnibus eius vitæ integritas, ægerrimè id omnes ferebant, tali actantò se Patre priuandos, cuius precibus toties iram Dei auerterat: *Descendit verò ad eum Ioas Rex Israel, & flebat coram eo, dicebatq̄; Pater mi, Pater mi, Currus Israel, & auriga eius*, qui veluti Currus hunc populū semper portabas, & veluti auriga, eū ducebas per viam mandatorum Dei: *Et ait illi Elisæus: Affer Arcum, & sagittas. Cumq̄; attulisset ad eum: Arcum & sagittas, dixit ad Regem Israel: Pone manum tuam super arcum: Et cum posuisset ille manum suam, super posuit Elisæus manus suas manibus Regis, & ait: Aperi fenestram Orientale. Cumq̄; aperuisset, dixit Elisæus: Iace sagittā, & iecit: Et ait Elisæus, sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriā: percutiesq̄; Syriam in Aphec, donec consumas eam. Et ait; tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei: percutie iaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, & stetit, iratus est vir Dei contra eum, & ait: Si percussisses quinques, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam usq̄; ad consumationem, nunc autem tribus vicibus percuties eam. O qualia mytheria hoc Elisæi facti Spiritus sanctus nobis proponit. quid Elisæus infirmus ad mortē representat, nisi Christum Iesum in Cruce pendentem, proximum morti? si descenderemus nunc, quotquot adsumus hic, ad ipsum, & quod nam diceret audiremus; quales nam obsecro eius essent voces, putatis? non aliæ profectò, nisi; o sacerdos, o Paroche, Accipe Arcū & sagittas, accipe verbum Dei, accipe sacramenta; & percutie terram, firmissimè statue, peccatum omnino exterminare in te, & in alijs: ne timeas, quia manibus tuis meas ego superponam; quibus quæ tibi difficilia videntur & impossibilia, ego iucundissima reddam atq̄; facillimas. hic est partus spiritualis, & masculus atq̄; perfectus, de quo per singulos hos dies ad vos verba fecimus: sed quid præsertim iam Deus requirit? Perseuerantiam videlicet, quæ debet vni-*

niuersa concludere, quæ sola palmam meretur, & coronam recipiet. Indicit perpetuum bellum huic partui serpens antiquus, Draco ille Infernalis; perpetua ei etiam est diligentia resistendum. Ceciderunt muri Iericho quidē ad tubæ sonitum, sed quando? septima vice cōpleta, postq̄ septies tubarum clangor fuit auditus. quid septenarius ille numerus perfectus, nisi diligentia ac fortitudinis perpetuitatē designat? Quis obsecrò fratres quidpiā aggreditur, nisi eo fine, vt ad præfixū finem opus adducat? num faber aliquid suscipit faciendum, quod suæ sit artis, nisi debitam in formam redigere statuat? Miles, an domo sua egreditur, an parentes & agnatos relinquit, an procul à patria & ab amicis ad bellum recedit, nisi vt belli finem expectet? Ducet ergo nauim nauata per maria, mille procellas & fluctus superabit, vt in medijs consistat aquis, & ad nullum vnquā portum perueniat? Absurdum profectò atque ridiculum esset hoc credere, oia siquidem siue quæ à natura sunt, siue quæ hominum arte excogitantur, aut fiunt, ad finem tendunt, nec cōsistunt donec eum allequantur. In hoc, fratres, omnes homines, sed nos potissimum Ecclesiastici, positi sumus, ad consumationem sanctorum; non vt incipiamus aliquam vitæ mutationem, aut morum correctionem, & illic quiescamus, sed vt exhibeamus nos, & eos qui nobis commissi sunt, viros perfectos, in mēsuram ætatis plenitudinis Christi. Hic scopus Ecclesiastico viro præfigendus est suis omnibus in actionibus. Intuemini fratres admirandā capitis nostri & Ducis Christi Iesu perseuerantiā in opere redemptionis nostræ perficiendo, nullus ipse labores intermisit, nihil nō fecit, nunq̄ cessauit, donec pendens in Cruce, & animam efflans dixit: *Consummatum est*: Nos sanguinis illius tā copiosè effusi ministri sumus, nos gratiarum illarum ē latere ipsius profluentium dispensatores; & eius constantiam ac perseuerantiam non imitabimur? Cauere fratres, & caueamus oēs, ne cum dolore dicere cogatur de nobis Christus: *In vacuum laboraui, vanè & sine causa fortitudinem meam consumpsi*: frustra his sacerdotibus ego sum natus, frustra prædicauit, frustra vocaui, in vanum sanguine profundi, in vanum & sine causa sum mortuus, fortitudinem meam vt quid cōsumpsi? Cauemus, ne dicat hoc idē sancta mater Ecclesia, frustra clamaui parturiens, in vanum cruciata sum vt parerem, frustra laboraui vt hos partus enutrirerem, ad quid tot synodos feci, tot Congregationes, tot decreta promulgauit? omnia suo fine frustrata sunt, quia sine fructu hi susceperunt hæc omnia. Ne obsecrò iustissimis his querelis causam demus; aliàs durissimum iudicium fiet cum his qui præsumunt; requirit de manu nostra sanguinem suum Dominus Iesus, & animarum quæ pereunt; requirit eorum quæ nobis distribuit talentorum rationem: & non quidem ea simpliciter recipere erit contentus,

sed cum maximo sc̄nore exiger, vt de eo nobis qui innam abiens absconderat, satis superq̄; se facturum ratus, si quod à Dño suo acceperat, hoc idem ei integrum, & nō multiplicatum restitueret: Vnde & ligatis manibus & pedibus missus est in tenebras exteriores. Mihi credite, quia omnes hæc synodi, hæc monita, quæ in vnum collecta vobis heri & hodie perlecta sunt, omnia hæc adiumenta, vos accusabunt, & in iudicio aduersum vos confluent, & duritiam vestram puniri ac vindicari à iustissimo Iudice postulabunt: sic Moyli Dñs præcipiēs, vt librum legis in Arca reponeret, vt sit inquit, tibi in testimonium contra te, sicut & cōtra nos hæc ordinationes & decreta pugnabunt. Neq̄; verò temerè confidamus, quod Ambrosium sanctissimum Pastore nostrū, quod Geruasium & Protasium inelytos martyres, q̄ tot sanctos Episcopos habuimus, quorum sacra corpora pretiosissima pignora eximia illorum in nos charitatis apud nos in Ciuitate hac, & per vniuersam Diœcesim tam numerosa afferuntur; nam & perfidis illis hebræis gloriantibus q̄ patrem haberent Abraham, & de Moyse plus æquo confidē tibus Dñs dixit, *est Moyses qui vos accusat*. Quod & idem nobis de patronis illis nostris dicendum putemus. Ideoq̄; animum assumamus & vires, & non contenti concepisse, nec contenti peperisse, nec solum deliberantes partum enutrire, & promouere, statuamus etiam in finem vsq̄; perseuerare.

Eia ergo fratres mei, gaudium & corona mea, iā dimittimini ad Ecclesias vestras, processionē instituemus, vnanimiter omnes ad Deum preces fundemus, agemus pro felici synodi successu bonorū omnium largitori gratias: Quis ergo fructum ex his omnibus perceperimus? Epilogum Constitutionum omnium hæcenus editarum legi audiuimus, ex hac ergo lectione quem spiritum hausimus? quomodo sumus animo afficiendi? Primus fructus legendi legē antiquitatis, erant lachrymæ & planctus. Helcias sacerdos librum legis in Templo Domini multos ante annos amissum repperat, deditque Saphan scribæ, qui & hoc Iosia Regi pijsimo retulit: Quem cum legisset Saphan corā Rege, & audisset Rex verba libri legis Domini, in lachrymas prorupit, & præ dolore scidit vestimenta sua, dicens: *magna ira Domini susensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne quod scriptū est nobis*. Aliàs quoq̄; legente Eldra in platea librum legis coram omni populo, oēs amarissimè flebant: legis. n. lectio, & Hætu, pari ambulant passu. Et quis non videat, quanta nobis in lectione hac lachrymarum occasio fuerit ostensa? quā multæ nostræ negligentia & omissiones detectæ?

Hoc secundo loco ardorem maximum in nobis debet accendere, ac zelum, vt statuamus in posterū, integrè & exactè quæcunque nobis præscripta sunt, obseruare, & quæ nunc delere cogimur,

4. Reg. 22.

2. Esdræ 8.



gimur, cauere ne ulterius plorare cogamur; sed animo generoso ac nobili, non timore comminatarum poenarum: qui spiritus est, quē in omnibus uobis esse desidero, de quo initio me dicturum proposui: Ut nempe Deo propter ipsum solum seruire statuam; sic solus ipse amoris sui causa, finis, & præmium. Missas iam faciamus ingentes consolationes, æternas, & temporales, quas se diligentibus dat; omitteremus infinita quę nos ad Deo seruiendum impellunt: Hoc vno solū velim ducamur, ad hæc omnia, & multò plura ac maiora facienda, ac perferenda, quia Deus est, pro quo laboramus; Deus cui seruiamus: & quis tanti Domini magnitudinē exprimat, quis mente comprehendat tantam eius benignitatem, qua nō dedignetur à nobis coli, & amari? Isaias cum Dei maiestatem vidisset in spiritu, hoc vno solo compulsus, exarsit miro desiderio semper Deum laudandi; unde & prorupit, dicens, *Vae mihi quia tacui: quia vir pollutus labijs ego sum*: hinc tantam ille cōcepit promptitudinem ad diuinā obtemperandum voluntati, vt sese exhiberet paratum ad oīa quęcumq; illi præciperentur; dicens: *Ecce ego, mitte me*. O si consideraremus & nos, quis sit Deus iste qui nos dignatur aspicere, cui tam gratum est quidquid pro animarum salute fit; quā auidē & promptē curreremus omnes, dicentes, Domine, *Ecce ego, mitte me*, in Rhetos, in mōtes, in loca pauperima, in eremos & syluas, vbi nec panis, nec aqua sit, vbi non nisi barbari homines, & impijssimi tyranni, corpus meum dilacerare parati, reperiuntur. Ibo quocumque volueris, modò tibi gratum esse competiam; nullum aliud præmium expeto, nisi te ipsum, & gratiam tuam. Esto, sint illic labores intolerabiles iustitendi, sit paupertas acerbissima ferēda, sim in summa rerum omnium

egestate & inopia permanens; hoc vno tamen me consolabor, quod licet nigra futura sim, ero tamen formosa; & licet sim fusca, decolorauerit tamen me, o Domine mi, Amoris tui sacrosancti, qui es Iustitię sol, radius splendidissimus. Et quid magnum faciam, licet nobilis, & diues, ac deliciosē enutritus, si pro tui amore omnibus meis abdicauero? O fratres, o filij, fecit multò plura, & passus est pro nobis Dei filius: quis illum decolorauit? quis speciosum forma præ filijs hominum, in talē itatum adegit, vt non esset ei species neque decor, nisi nostri amor? Amori ergò amorem rependamus; Infinitos illius labores, aliquibus laboribus nostris compēlare ne pigeat. Si te, o dulcissime Iesu, qui eras splendor æternę glorię, hæ animę decolorarunt; quidni & nos decolorent? Non ij sumus nos, qui tibi deseruire in aliquo digni simus, aut possimus, neque enim bonorum nostrorum indiges; sed sanctis tuis qui in terra sunt, mirificabis omnes voluntates nostras in eis: quòd tibi non possumus, hoc in animabus tibi adeo charis præstabimus. Neque enim aliud fratres amantissimi, amoris huius signum ostendit ei quem toti Mundo præficiēbat Dominus Iesus, Petro inquam, nisi animarum amorem: Petre (inquiens) iteratò, & tertio, *amas me? pasce oues meas*: quasi diceret: In hoc cognoscam quòd à te diligar, si paueris oues meas.

Det Dominus Deus nobis & vobis omnibus semper hūc sanctissimum spiritum, vt vbiunque fuerimus, quilibet vocationem nostram sectantes, operum omnium nostrorum regulam, finem, ac scopum, Deum solum proponamus; quem si consecuti fuerimus, cū illo pariter omnia in æternę felicitatis beatitudine consequemur. Amen.

Septimę Partis Actorum finis.



ACTO-

# ACTORVM

S. MEDIOLANENSIS.

ECCLESIAE.

Pars VIII.



FORMVLÆ VARIÆ.

Hhhhh

FOR.

## FORMVLÆ VARIÆ.

Ab Illustris. & Reuerendis. D. D. Carolo S. Prædix Cardinali.  
Archiepiscopo Mediolani confectæ.

**H**AC postrema Actorum parte, varias formulas, ad cancellariam præsertim, forumq; episcopale pertinentes complexi sumus. Quæ cum omnes, tum præcipuè facultates, pro diuersa rerû, ac munerum officiorum uè ratione concedi solitæ, maximè conducunt ad rectam ecclesiæ, officijq; episcopalis administrationē. Nemo. n. est qui nesciat, quanti intersit, tã quoad spirituale ecclesiæ, quã etiã quoad fori ecclesiastici regimē, propriū unicuiq; ministro atq; officiali munus assignare, ac certos quosdam præfinire terminos; ne (quod non sine maximo ecclesiæ detrimento euenire solet) dum unus alterius officium occupat, suum omnes negligant. In ijs autem contexendis eum secuti sumus ordinem, ut ab solutis Concilij prouincialis, synodiq; diœcesanæ habendæ formulis, deinceps primo loco varias facultates, quæ Episcopi ministris dari consueuerunt, secundo quæ ad alios ecclesiasticos, tertio quæ ad moniales, postremo quæ ad laicos pertinent, disposuerimus. Quod tamen ad Concilij prouinc. Synodiq; diœcesanæ habendæ formulas attinet, illud scire uoluimus lectorē, cum nullas huiusmodi nobis reliquerit Illustris. Cardinalis, nos, ne in re tã necessaria nostram desiderari diligentiam pateremur, earū loco acta ipsa cõciliaria descripsisse; ex quibus facillimè nulloq; negotio eiusdē concilij synodiq; rectè habendæ ac disponendæ ratio desumetur. Duorum autem Conc. prouinc. acta hoc in loco descripsimus, ut exprimi, optima rerû in concilio agendarū ratio, ex sexti uerò Concilij actis, debite in Concilijs habendis caremonie dignoscantur.

Acta Concilij primi Prouincialis.

**I**llustris. & Reuerendis. in Christo pater & D. D. Carolus Borromæus Cardin. & S. Sedis Apost. de latere legatus, Archiep. Mediolani, cum à Pio iiii. Pont. ueniam obtinuisset ad propriam ecclesiam ueniendi, in id maximè incubuit, ut Conc. Trid. nuper absoluti canones & decreta omnibus innotescerent, ac præcipuo quodam studio seruarentur. Quod ut facillimè præ-

staret, Concil. Prouinc. cum adhuc Romæ esset indixit. Itaque ad Comprovinciales oēs Ep̄os literas dedit, simulq; edictū proposuit de synodo ad præfinitam ut infra diē habēda. literas etiam dedit ad singula Cathedraliū ecclesiarum capitula, ut iuxta sacrorū canonū præceptiones, certos ad Synodū procuratores destinarent, qui eorundē capitulorū nomine Concilio interessent. Earū uerò literarū exempla, sunt quæ hoc ipso loco mox subsequuntur.

## EPISTOLA

Ad Episcopos Prouinciales pro habenda Synodo.



AROLVS S. R. E. tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, ac Sanctiss. D. N. Papæ, ac sanctæ sedis Apostolicæ per vniuersam Italiã de latere Legatus, Dei, & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Mediolani. Episcopo N. suffraganeo nostro salutem in Domino.

**R**EVERENDISS. Domine. Cum pro nostri Archiepiscopalis officij munere, & antiquorum, & in sacro Tridentino Concilio proximè editorum Canonum obseruatione, ad moderandos mores, corrigendos excessus, controuersias componendas, aliq. ex sacris Canonibus permessa, Prouinciale Concilium conuocare debeamus: Primum necessaria Sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ negotia, quibus apud Sanctissimum D. N. occupati sumus, per debitam obedientiam intermittere licuit, Prouincia nostra Episcopos ad synodum conuocare constituimus. Itaque Amplitudinem tuam Reuerendiss. pro auctoritate nostra Archiepiscopali monemus, ut omnino ad proximos Idus Octobris in Mediolanensi nostra Metropolitana Ecclesia, ad Prouincialis Concilij celebrationem interfit. Quod si fortasse te aliqua iusta necessitas impediuerit, quam te nobis significari, & iuxta Canonicas sanctiones probari oportebit; specialem Procuratorem quemadmodum debes, ad synodum mittas; alioquin moneris, te pœnas sacris Canonibus constitutas incursum. Monemus præterea Amplit. T. ut edictum, quod his literis adiunximus, in tuâ Cathedrali, & aliarum insignium tuæ Diœcesis, si quæ sint, locorum Ecclesiarum ualuis, ut omnibus innotescat, quamprimum affigendum & publicandum cures; cuius promulgationis per Instrumenta publica nos facias certiores. Dat. Romæ die 25. Augusti 1565.

Subscrip. Carolus Cardinalis Borromæus Archiepiscopus Mediolan. & in calce, Siluius Antonianus Secret.

In ijs Epistolis, quæ Cardinalibus Episcopis comprouincialibus directæ erant, loco illorum verborum, Reuerendiss. Domine: Amplitudo tua Illustriss.

Edictum Generale ea de re propositum ut in actis.

Prædict. Epistolæ & edicta fuerunt transmissa ad singulos Episcopos infra scriptos per Notarium publicum, qui conficiebat instrumenta consignatorum, & qui etiam deinde retu-

lit se eas singulis Episcopis consignasse.

Nomina autem Episcoporum ad quos fuerunt transmissa, sunt infra.

Fuit scriptum etiam Episcopis, ut Capitula Ecclesiarum Cathedralium inuitarent, ut ad Synodum nuncios mitterent, qui synodi tractatibus interesse possent, maximè in ijs quæ ipsa Capitula contingere dignoscuntur; simulq; ut ipsi Epi duos ex Vniuersi Cleri corpore secum ad Synodum ducerent, qui rerum experientia & Doctrina, Synodo prodesse possent; & ut alios duos secum ducerent, spiritu feruentes, & vitæ integritate singulares, qui visitatorum, ac Synodaliū testium munus si eis demandetur, rectè fideliterq; adimplere possint. Quorum tenor est.

Reuerendissime Domine. Non ignorat Amplitudo U. in sacris concilijs obseruatum, quod Prouinciales Episcopi cum ad synodum à Metropolitano vocantur, inuitati soleant secum non solum aliquot ex suæ Ecclesiæ vel Diœcesis Presbyteris, verum etiam ex Capitulo suo nuncios adducere.

Cumq; sacrorum Canonum decretis sancitū sit, ut in Prouinciali Concilio personæ idoneæ & honestæ per singulas Diœceses statuantur, quæ diligenter inuestigent, quacunque correctione & reformatione digna fuerint, deq; his in sequenti Concilio ad Metropolitanum & suffraganeos accuratè referant, ut animarum saluti consuli & prouideri possit. Hæc cum ita se habeant, Idcirco pro mei muneris officio Amplitudinem U. hortari volui; primum quidem, ut duos ex Capitulo & Doctrina & probitate præstantes, qui Synodi tractatibus interesse possint, maximè super illis quæ ipsum Capitulum contingere dignoscuntur; duos etiam ex vniuersi Cleri Corpore secum ad Synodum ducat, qui rerum experientia ac Doctrina Synodo prodesse possint. Deinde verò ut alios duos, & eos quidem pro sua pastorali vigilantia spiritu feruentes, Charitatis zelo inflammatos, vitæ deniq; integritate & innocentia singulares, ac Synodaliū testium munus adimpleturos. Deum precor, ut Amplitudinem U. cumulatè suæ gratiæ muneribus prosequatur. Mediolani 2. Octobris 1565. Amplitudinis U.

## Congregatio priuata.

Die Mercurij decima Octobris 1565. habita est Congregatio priuatim ab Illustriss. Metropolitanis: cui interfuerunt Episcopi Prouinciales infra scripti. Reuerendissimi, Albenfis. Vigliuanensis, Derthonen. Brixienfis, Cremonensis, Alexandrin. Bergomensis. Distributæ sunt materiæ discutiendæ Patribus modo infra scripto.

## Super contractibus illicitis.

Reuerendissimus Derthonensis.

Theo-

mini Illustrissimi Metropolitanis.

Super Superstitionibus, Imaginibus, & picturis.

Reuerendissimus Asaphensis.

Theologi.

Reuer. D. Ruglesius Protonot. Apostolicus.

Reuer. Primus Comensis.

Reuer. Pater Iacobus Iesuita.

Reuer. Pater Guardianus S. Francisci.

Reuer. Frater Albert. M. S. Ioannis in Concha.

De ijs quæ pertinent ad diuina officia peragenda Cathedralibus deputantur.

Reuerendissimi Cremonensis & Bergomensis cum

Reuer. D. Nicolaus Ormanetto Vicario Generali Illustriss. Cardinalis Metropolitanis, &

Reuer. D. Tobia Fantagucio Vicario Reuerendissimi Cremonensis.

## Pro constituendis Taxis Notariorum.

Reuerendissimus Aquensis,

Reuer. de Aragonia &

Reuer. D. Ormanettus

Reuer. Vicarius Episcopi Alexandrini.

Vnus ex Notarijs Urbis, qui morabatur cum Illustriss. D. Metropolitanis.

## De primatis Oratorijs construendis.

Illustriss. Cardinalis Episcopus Vercellenfis.

Illustr. & Reuer. Comes Bartholomæus à Porcia Protonot. Apostolicus.

## De reformatione Monialium.

Reuer. D. Nicolaus Ormanetus Vic. Generalis.

Reuer. D. Albertus Linus, adhibitis secum aliquibus regularibus.

Deinde propositus fuit ordo obseruandus in inchoanda synodo, eiusq; progressu & fine, qui fuit à Patribus laudatus.

## Prima Congregatio publica.

**I**N nomine sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & filij & Spiritus sancti. Amen. Anno ab Incarnatione Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Pontific. Sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ quarti anno 6. die Dominicæ decima quarta mensis Octob. fuit Congreg. publica in Palatio Archiep. in aula superiori ad publicas congregationes designata: in qua interfuit Illustriss. & Reuerendiss. D. Metropolitanus sacre Prouincialis Synodi Mediolanen. Præfident, & Illustriss. & Reuerendiss. Guido Ferrar. S. Romanæ Eccl. Presbyter Card. Episcopus Vercellen. Reuerendiss. Patres Episcopi, Hieronymus

H h h h 3

Theologi.

Reuer. D. Paulus Lauden.

Reuer. D. Alexander Saulus sancti Barnabæ. Postea hic fuit Episcopus Papiæ.

Canonista.

Reuer. D. Nicolaus Aragonia, Protonotar. Apostolicus, & Referendar. vtriusque signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ.

Reuer. D. Franciscus Bossius Protonot. Apost. & præf. signaturæ Referend.

Reuer. D. Iacobus Franciscus Sormanus causarū ciuiliū Curie Archiepiscopalis Mediolanen. Vicarius.

Super ijs quæ pertinent ad Missæ celebrationem & Sacramentorum administrationem.

Reuerendissimus Brixienfis.

Theologi.

Reuer. Frater Paulus Laonenfis Lector in Monasterio Gratiarum.

Reuer. Frater Hieronymus Stoppinus in Monast. S. Angeli Zochalensis.

Reuer. Regens S. Francisci.

Reuer. Frater Hieronymus Bassianus, &

Reuer. Frater Ludouicus Bergomensis. In Monasterio Incononata.

Reuer. Magister Zacharias Prouin. sui ordinis.

Canonista.

Reuer. D. Hieronymus Caballus Canonicus & Vic. Brixien.

## Super Hebrais.

Reuerendissimus Cremonensis.

Theologi.

Reuer. Pater Prouincialis. } Ex Monast.

Reuer. Lector in Eccl. Maiori. } S. Eustorgij.

Canonista.

Reuer. D. Michael Thomafius Maioricens.

## Super Indulgentijs.

Reuerendissimus Alexandrinus.

Theologi.

Reuer. Pater Locatellius procur. Generalis in Curia ordinis Fratrum S. Dominici.

Reuer. Inquisitor Nouarien. ord. S. Dominici.

Canonista.

Reuer. D. Procinus Præposit. S. Donati in Strata.

## Super Symonijs.

Reuerendissimus Bergomensis.

Theologi.

Reuer. Pater Benedictus Palmius Rector Collegij Mediolanenfis Societatis Iesu.

Reuer. Pater Prouincialis S. Francisci.

Reuer. Magister Gabriel Alciatus ordinis Sancti Francisci.

Canonista.

Reuerendus Dominus Cæsar Costa Auditor Do-



ronymus Vida Albenſis antiquior ſuffraganeus, Mauritius Petra Epifcopus Vigleuanenſis. Caſar Gambara Derthonenſis. Scipio Eſtenſis Caſalenſis. Dominicus Bolanus Brixienſis. Nicolaus Sfondratus Cremonenſis, Hieronymus Galaratus Alexand. Federicus Cornar. Bergomenſis. poſtea Cardinalis.

Primò Illuſtriſſis. Metropolitanus aſurgens de recto capite clara voce dixit Orationem, *Adſumus ſanctę ſpiritus &c.* qua abſoluta, conſederunt omnes in locis ſuis: Illuſtriſſis. Metropolitanus & Vercell. ſub umbella in duabus ſellis, loco à terra per duos gradus elato, habitus Illuſtriſſis. Cardd. Rochetus, Mantelletus, & Mozzetta: Vercellenſis. ſedit ad ſiniſtram Metropolitanus, ceteri Reuerendiſſi. Epifcopi erant cum ſuis Rochettis, & Mantelletis, ſedebantque dextra & ſiniſtra, ſeruato ordine ſuarum promotionum. E Regione Illuſtriſſis. Cardinalium ſederunt Procuratores Epifcoporum abſentium, & Procuratores capitulorum Eccleſiarum Cathedralium, ſecundum præcedentiam ſuorum Epifcoporum; & Procuratores à Cleris miſſi, Præpoſiti, Abbates, & alij quamplurimi. Silentio factò, Secretarius Illuſtriſſis. Metropolitanus de ipſius mandato alta voce dixit: *R. R. D. D. Si quis veſtrum eſt qui ad hanc ſanctam Synodum aliquid referre velit, datur ei libera dicendi facultas.* Poſt modicum temporis interuallum, cum omnes ſilerent, Idem ſecretarius dixit: *Reuer. Domini ſingulis diebus poſt primam ſeſſionem, hac hora ideſt vigefima prima habebitur Congregatio hoc ipſo in loco. Itaque licebit unicuique quacunquę voluerit, aut verbis aut ſcripto, ad Synodum referre.* Deinde idem Secretarius de mandato Illuſtriſſis. Metropolitanus dixit: *Reuer. Domini, Exeat omnes præter Procuratores Epifcoporum & Capitulorum; & ita omnes exierunt.* Illuſtriſſis. Metropolitanus expoſuit Patribus, quæſnam deputaſſet ad audiendas abſentium exculpationes, & cauſas eorum, qui ante finem Concilij diſcedere vellent, & alias item controuerſias & cauſas: quos item In Notarios ſacrę Synodi, In Secretarios & Promotores: qui omnes infra nominatim deſcribentur. Patres laudauerunt in omnibus iudicium Illuſtriſſis. Metropolitanus.

Hiſ itaque gettis Illuſtriſſis. Metropolitanus interrogauit Patres, an ſcirent intra fines ſuarum Diœceſum eſſe aliquem, qui in Prouinciali Concilio ius aut priuilegium voti deciſi haberet. Reſponderunt ſinguli ſe nescire. In eadem Congregatione Illuſtriſſimus Metropolitanus retulit excuſationes aliquorum Epifcoporum abſentium, & fuerunt præſentata & admiſſa mandata, quæ in fine actorum deſcribentur. Actum eſt de hora Congreg. publicarum, quæ poſt primam ſeſſionem quotidie haberentur: vigefima prima eſt conſtituta, Patribus aſſentient. Illuſtriſſimus Metropolitanus decreuit proximam ſeſſionem indici debere

ad diem 25. præſentis menſis, qui dies in Congreg. contrahi & prorogari pro negotiorum Synodi vtilitate liberè poſſet. Statutum prætereà eſt, quia multa in prima ſeſſione agenda erant, quæ vno die comodè expediſſi non poterant, vt ſeſſio die xxv. incipiēda, etiã ſequētem diem produceretur. Hiſ itaque cōſtitutis, vnus ex Secretarijs mādante Illuſtriſſis. Metropolitanus legit clara voce omnia decreta, quæ in prima ſeſſione publicanda erant. Deinde legit profeſſionem fidei iuxta formulam à ſanctiſſimo D. N. traditam, quam in manibus Illuſtriſſis. D. Metropolitanus omnes Epifcopi prouinciales emittere debebant, ex decreto etiam Concilij Tridentini ſeſs. 25. cap. *Cogit tempus.* Omnia à Patribus Vnanimi cōſenſu ſunt approbata.

#### Prima ſeſſio.

**A**Nno à Natiuitate Domini milleſimo quingentesimo ſexageſimo quinto, Indictione nona, Pontificatus ſanctiſſimi D. N. Pij Papæ quarti anno ſexto, feria ſecunda, quæ fuit Idibus Octobris, qui dies aperiendę ſynodo indictus fuerat. Illuſtriſſis. Metropolitanus antequam ex Archiepiſcopali Palatio egrederetur, vnā cum Illuſtriſſis. Cardinali Traneti Epifcopo Placentino, qui pridie Placentia Mediolanum venerat, & Illuſtriſſis Vercellenſis, ceteriſque Reuerendiſſis. Patribus, vocato Secretario vno ex Notarijs Concilij, Illuſtriſſis. D. Cardinalis Traneti dixit, ſe nullo modo eſſe ſubiectum Archiepiſ. Mediolanenſi, ſed Eccleſiam ſuam Placentinam eſſe exemptam, ſeque ex forma Decreti Concilij Tridentini eligere Metropolim Mediolani, quò ſcilicet ad ſynodū Prouincialem conueniret. Itaque proteſtari, ſe non venire ad Synodum, neque in ea interſuturum vi ſubiectioſis, ſed tantummodo vi electionis. Illuſtriſſis. autem Metropolitanus reſpondit, ſe prætereccleſiam Placentinā eſſe ſibi ſubiectam; ſed tamen admittere præd. Illuſtriſſis. Cardinalem Tranetē, eo iure quo admitti deberet, ſine præiudicio iurium aliarum eccleſiarum. Hiſ abſolutis tres Illuſtriſſis. Cardinales cum cappis Rubeis, comitantibus Reuerendiſſis. Epifcopis & Prælatiſ, & ſubſequentibus Excellentiſſis. Senatu Mediolanē. & nobilibus quamplurimis, ierunt ad Eccleſiā Maiorem, quæ eſt ſub inuocatione Natiuitatis Beatiſſimę Virginis Marię. Inter Protonotarios tamen & Senatum Mediolanenſem obſeruatum fuit, vt pari gradu incederet vnus ex Protonotarijs à manu dextra, & vnus ex Senatoribus ex manu ſiniſtra, quouſque numerus Protonotariorū completus fuit: & cōſederunt omnes in locis ſuis. Reuerendiſſis. Patres infra gradus quibus ad aram maximam aſcenditur; ita locatis ſedibus, vt hemicycli, & tanquam theatri ſpeciem repræſentarent. Procuratores Epifcoporum abſentium. poſt ſubſeſſia

Epi-

Epifcoporum: deinde Procuratores Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium, & reliqui ſuo ordine: Capitulum Eccleſiæ Metropolitanę manſit in loco ſuo ſolito, quouſque Illuſtriſſis. Metropolitanus peracta Miſſa acceſſit ad altare. Tunc ſederunt Canonici ad dextrā & ſiniſtram Altaris paulò poſt Illuſtriſſis. Metropolitanus: Illuſtriſſis. verò Cardinales Tranenſis. & Vercellenſis. ſederunt iuxta Cathedram Archiepiſcopi in duabus ſellis. Ipſe autem Illuſtriſſis. Metropolitanus acceſſit ad ſalditorium, & indurus eſt ſolitus veſtimentis promiſſa celebranda, dum canebatur tertia: qua perfectæ celebrauit ſolemneſſimam de ſpiritu ſancto, ex inſtituto Diui Ambroſij: cui, & ceteris quæ in prima hac ſeſſione peracta ſunt, interſuit etiam Illuſtriſſis. & Excellentiſſis. Dominus Don Gabriel della Cueva Dux Albuquerqui, & locum tenens Regiæ Catholice Maiestatis in Dominio Mediolanenſi. vna cum prædicto Excellentiſſimo Senatu Mediolani.

Post Miſſam depoſita Caſula ſeu planeta, induit pluuiale; ſuper quo etiam pallio Archiepiſcopali eſt indutus, & iuit ad ſedem Archiepiſcopalem.

Reuerendus Pater Benedictus Palmius ex ſocietate Ieſu, petita prius benedictione ab Illuſtriſſis. Archiepiſcopo, aſcendit ambonē, & habuit latinam orationem ad Patres de negotio reformationis: cumque duo initio propoſuiſſet tractaturum ſe, de difficultate reformationis, & de modo; cum duarum ferè horarum ſpatio oraſſet, primum tantum Caput abſoluit. reliqua in aliud tempus diſtulit, multa enim eo die agenda erant.

Sacra concione abſoluta, Cardinales & Patres omnes de more pluuiialibus ſunt induti cum ſuis Mitris, Metropolitanus quidē cum mitra argentea, Cardinales cum ſerica, reliqui verò Epifcopi cum linea.

Dictę ſunt Litanie & orationes cōſuetę, prout in libro Pontificali, & cæremoniali.

Quibus peractis Illuſtriſſis. Metropolitanus verſis renibus ad altare, ſedit in ſalditorio, Cardinalibus manentibus in loco ſuo, habuitque orationem tempori & rei accommodatam. Habetur ſupra ad finem. Conc. 1. pag. 56.

Postmodum vnus ex ſecretarijs accedens ad Amplitudinē eius Illuſtriſſimam de ipſius manu accepit Decretum de aperienda Synodo, ſtatimque aſcendens ambonem, illud legit. & eſt tale. *Illuſtriſſis. & Reuerendiſſis. Domini, Reuerendiſſimi Patres, Placet ne vobis, ad laudem & gloriam Sanctę & indiuiduę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spirituſ ſancti, ad tuendam & augendam Chriſtianę Religionis Diſciplinam, pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, & controuerſijs componendis Prouincię Mediolanenſis, alijsque ex ſacris Canonibus permiſſis, ſacrum Mediolanenſe Prouinciale Concilium incipere?* tunc alter ſecretarius cum Notarijs acceſſerunt ad Illuſtriſſis. Dominum Metro-

litanum, & ad Patres, ſigillatim ipſorum votū exquirentes. Reſponderunt omnes: *Placet: præter Illuſtriſſis. Dominum Tranenſem, qui reſpondit: Placet cum proteſtatione iam facta. Relatis votis Illuſtriſſis. Metropolitanus dixit, Decretum placuit omnibus Patribus. Itaque decernimus Prouincialis Mediolan. Synodi iurifera, & iam factum eſſe.* Tunc Secretarius qui erat in Ambone, iterum acceſſit ad Illuſtriſſis. Metrop. & de eius manu accepit alia Decreta tenoris infraſcripti, quæ clara voce legit.

#### De Ratione viuendi in Synodo.

**N**O S Carolus Borromæus, S. R. E. tit. S. Præxedis Presbyter Cardinalis, ac Sanctiſſimi D. N. Papæ, & Sanctę Sedis Apoſtolice per vniuerſam Italiam Legatus de latere, Dei, & Apoſtolice ſedis gratia Archiepiſcopus Mediolani. Illam Beati Iacobi Apoſtoli ſententiam humiliter nobis proponentes, quòd omne datū optimum, & omne Donum perfectum deſuſum eſt deſcendens à Patre luminum, qui poſtulantibus à ſe ſapientiam dat omnibus afluenter, & non improperat eis; ac ſimul intelligentes, timorem Domini eſſe initium ſapientię; omnes & ſingulos Chriſti fideles Urbis Mediolani, Ciues & Incolas hortamur in Domino, vt anteaſſe vitę peccata & vitia diligenter recognoſcentes, & piè deteſtantes, poſt ac à malis abſtineant, ambulent in timore Domini, & de ſideria carnis non perſiciant, vt orationi operam dare, ſapientiſſimè conſiteri, Euchariſtię Sacramentum ſalutariter ſumere, Eccleſias frequenter, Dei præceptis obedire, denique pro pace Chriſtianorum conſeruanda, pro ſalute eorum, qui peruigilāt quaſi rationeſu pro animabus redditori, & pro vnitatis Eccleſię, nominatim quotidie orare velint. Epifcopos verò, & reliquos Sacerdotalis ordinis homines, Prouinciale Concilium in hac Ciuitate concelebrantes, item cohortamur, vt aſſidue in Dei laudes incumbere, purę & caſtę hoſtię & preces offerre, ſacrificiū Miſſæ ter ſaltem in hebdomada peragere ſtudeant: facientes ſicut Spirituſ ſanctus per Apoſt. præcepit, obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro Sanctiſſis. D. N. Papæ, pro Imperatore, pro Rege Catholico, & ceteris Regibus, ac reliquis qui quouis gradu dignitatis excellant; poſtremo pro omnibus hominibus: vt quietam & tranquillam vitam agentes, pace fruamur, fidemque, & charitatem toto orbe terrarum propagari & cumulari videamus. Monemus prætereà, vt ieiuent ſaltem ſextis ferijs in Memoriam Paſſionis Domini, & in Pauperibus Chriſtum Dominum paſcant, ac peccata eleemoſinis redimant. Mandamus, vt in Eccleſia noſtra Cathedrali, & in ſingulis Collegiatis Eccleſijs huius Ciuitatis, ter in hebdomada, die Dominico, Martis, et die Iouis, ab ipſis vniuſcuſque Eccleſiæ Collegijs Miſſa de Spiritu ſancto celebretur; ac inde intrā Eccleſiæ ambitum ad

ad sacram supplicationem procedatur, litanis, & orationibus adhibitis, quæ ad hanc rationem sunt instituta. Omnes autem in Ecclesia, præsertim cum sacra peraguntur, mutua congregatione, & colloquutione abstinentes, diuina officia celebrantes adiuuent. Episcopi quoque, cum eos semper vitæ exemplo omnes ad virtutem inflammare oportet, tum hoc potissimum tempore, quo cæteris piè ac religiose viuendi leges præscribuntur, ipsi maxime ex legibus viuant, & in eodem officio familiam suam contineant. Episcopi, & alij, qui huic concilio interesse debent, ne discedant ex Urbe Mediolano ante exitum Concilij, nisi ob iustam et probabilem causam, ab illis qui ei muneri præfati fuerint, examinandam, & à nobis approbandam: neque tamen examinata, & approbata causa, à nobis etiam impetrata proficiscendi facultate prius discedant, quam Idoneum procuratorem reliquerint, qui sacra huius Concilij Decreta, suo, & Ecclesie sue nomine suscipientes, eis subscribant. Quod si secus fecerint, pœnis à iure, in eos qui id commiserint constitutis teneantur. Quod verò ad huius Synodi progressionem varij adiutores & ministri requiruntur; Ideò secretarios Reuerendos Dominos Iulium Pogianum Clericum Nouariensem, & Silium Antonianum Clericum Romanum deligimus; Concilij Item promotorem Reuerendum Dominum Iacobum Franciscum Cardanum ordinarium Mediolanen. Notarios & Dominum Bartholomæum Parpalionum, & D. Paulum Moltenum, Mediolanen. qui rogati publica huius Concilij acta conscribant. Et ne singulorum causa grauiorum rerum cursum impedire aut retardare possint; ad cognoscendas Absentium excusationes ad nos missas, & eorum, qui ante finem Concilij iustam aliquam discedendi causam se habere existimauerint, præsumimus Reuerendiss. Dominos Vigleuan. & Dberton. Decernimus, ut si cui contigerit non iure admissum esse in hanc Synodum, vel suo loco non sedere, sententiã dicere, aut aliud quidpiam agere; quod eo facto nemini ius acquiratur, aut acquisitum sit, nihilq; de cuiusquam iure aut possessione detrahatur: sed omnia in eodem statu permaneant, in quo ante hoc. Prouin. Concilij reperiebantur.

Ad cognoscendas accusationes & querelas contra quoscunque delatas, præsumimus prædictos Reuerendiss. Patres DD. Episcopos Vigleuanen. & Dbertonen. Quod si quis fortasse accusationes & querelas contra ipsos Reuerendiss. Dominos Deputatos deferre voluerit; Reuerendiss. Patres Episcopos Brixien. & Alexandrin. earum cognitores constituimus. Prædictas autem causas omnes diligenter prius discussas ad nos in Synodo referant. Aliarum verò causarum & controuerstarum cognitioni, quæcumq; inter quosuis ortæ fuerint, etiam inter Reuerendissimos Episcopos & eorum capitula, proponimus Reuerendos Patres Dominos Franciscum Bosium, & Alexandrum Frumentum, Prothonotarios Apo-

stolicos, & Sanctiss. Domini N. utriusq; signaturæ Referendarios, qui eas ante finem huius Synodi, vel componere, vel compromitti, vel re ad nos in Synodo relata, definiri studeant.

Postea idem Secretarius rogauit Patres his verbis: Illustriss. & Reuerendiss. Domini Reuerendiss. Patres. Placent ne hæc decreta vobis? qui interrogati, sigillatim vt supra per Secretarium, Responderunt, Placent. & Illustriss. D. Metropolitanus post relationem dixit: Decreta placuerunt, ideo agenda sunt Deo gratia. Patres responderunt: Deo Gratias. Deinde Secretarius qui erat in Ambone, dixit hæc verba. Mox vocabuntur Reuerendissimi Patres Domini Episcopi, qui huic sacre Synodo Mediol. intersunt & interesse debent; qui ordine vocati, Respondebunt, Adsum.

Deinde legit nomina Episcoporum, primò præsentium, deinde absentium; & sunt ij, ad quos epistolæ directæ fuerunt.

Illustriss. & Reuerendiss. Card. Tranen. Episcopus Placentinus.

Illustriss. & Reuerendiss. Card. & Episcopus Vercellenis.

Reuerendiss. Albenis.

Reuerendiss. Vigleuanen.

Reuerendiss. Dhertonenis.

Reuerendiss. Casalensis.

Reuerendiss. Aquensis.

Reuerendiss. Brixienis.

Reuerendiss. Cremonensis.

Reuerendiss. Alexandrin.

Reuerendiss. Bergomensis.

Hi omnes erant præsentés in sessione, & singuli vocati responderunt, Adsum.

Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Capisucius Episcopus Laudensis, respondit Procurator.

Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis S. Georgij Episcopus.

Reuerendiss. Papiensis.

Reuerendiss. Astensis, respondit eius Procurator.

Reuerendiss. Saonenis.

Reuerendiss. Albingauenis.

Reuerendiss. Vintimilianus vacabat Ecclesia.

Reuerendiss. Ferrariensis.

Vocatis omnibus Reuerendus D. Iacobus Franciscus Cardanus Sacri Concilij Promotor, accedens ad Illustriss. Metropolitanum de scripto dixit hæc verba.

Illustriss. & Reuerendiss. Domine. cum per litteras monitoriales & per edictum Generale Illustriss. & Reuerendissimæ D. V. Reuerendiss. Episcopi omnes Prouinciæ Mediolanensis, & reliqui, qui de iure seu cõsuetudine huic Sacre Prouinciali Synodo interesse debent, moniti fuerint, vt hodierno die in hac sancta Synodo adessent pro eius celebratione, iuxta formam sacrorum Canonum, & præsertim Sacri Concilij Trid. ad moderandos mores, corrigendos excessus, & controuerfias componendas, quæ in hac Prouincia moderatione correctione, & compositione indigeret; nonnulliq;

nulliq; monitorialibus literis ac edicto non parendo, adeò contumaces & negligentes extiterint, vt neque ad hoc sacrum Concilium adfuerint, nec ad se excusandum de iusto impedimento nunciũ miserint: Idcirco pro mei muneris officio,

Ego Iacobus Franciscus Cardanus, sacre huius Synodi Promotor, eorum contumaciam accusando, in isto apud Illustriss. & Reuerendiss. D. V. vt ad reliquos iuris gradus progredi, & committi citationem ad valuas Ecclesie Cathedralis assignendam iubeat; vt omnes ij qui de iure seu cõsuetudine huic Sacre Synodo interesse debent, nec ei interfuerint, neque se, quamobrem non adfuerint, legitime excusauerint, die vigesima quinta mensis Octobris præsentis coram Illustriss. & Reuerendiss. Dominatione vestra compareant, ad videndum se tanquam inobedientes puniri iuxta formam iuris & sacrorum Canonum.

Quibus verbis auditis. Illustriss. Metropolitanus dixit: admittimus & committimus.

Deinde idem Secretarius, manens in Ambone dixit hæc verba: Illustriss. & Reuerendiss. D. Reuerendiss. P. cū omnia quæ in præfati sessione tractanda erant, temporis causa commodè expediri non possint; quæ supersunt, cras hora decima quarta, eandem sessionem continuando expedientur. Post hæc verba, Idem Promotor dixit. Ego Iacobus Franciscus Cardanus huius Sacre Synodi promotor Fiscalis, rogo vos Notarios hic presentes, vt de omnibus & singulis in hac sessione peractis, vnũ vel plura conficiatis instrumentum vel instrumenta. Et Hymno dicto. Te Deum. Illustriss. Metropolitanus benedixit Synodo, & omnes recesserunt.

Die Martis decimo sexto Octobris  
Anno 1565.

**F**VIT continuatio sessionis, prout statutum fuerat. Itaq; benè mane Illustriss. Metropolitanus cum Patribus accesserunt ad Ecclesiam maiorem, & celebrata fuit ab vno Canonicorum Ecclesie Metropolitanæ. Missa de Spiritu sancto submissa voce.

Deinde prædictus Illustriss. & Patres induti paramentis consuētis residerant in locis suis, dicta tamen prius per ipsum Illustriss. oratione. Adsumus sancte Spiritus &c.

Adfuerunt autem omnes Patres, præter duos Cardinales Tranensem & Vercellen. & Reuerendiss. Episcopos Alben. & Brixien.

Cum igitur omnes confedissent, vnus ex secretariis accessit ad Illustriss. Metropolitanum, à quo mandatum accepit vt legeret omnia decreta Concilij Tridentini super Dogmatibus. Ita consensu Ambone, alta voce dixit. Illustriss. & Reuerendiss. Domine, Reuerendissimi Patres. Cùm sacra Tridentina Synodus præcepit omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus, qui de iure vel cõsuetudine

in Prouincialibus Synodis interesse debent, vt in prima Prouin. Synodo post ipsius Trid. Conc. finem celebranda, omnia & singula ab ipsa Synodo statuta & definita palam recipiant; propterea Illustriss. & Reuerendiss. D. Carolus Cardinalis Borromæus mandauit, vt omnia Tridentini Concilij decreta legantur. Decreta igitur, quæ modò à me legentur, sunt illa quæ à sacrosancta Trid. super Dogmatibus fuerunt publicata. Quibus dictis, omnia decreta & canones vt supra ordine legit: quibus absolutis descendit, & alter Secretarius accessit ad Illustriss. Metropolitanum, qui mandauit ei vt legeret eodè modo omnia Decreta super reformatione: qui cõfessio Ambone, dixit: Illustriss. & Reuerendiss. Domini, Reuerendiss. Patres, Decreta quæ modò à me legentur, sunt ea quæ à sacra Tridentina Synodo super reformatione fuerunt statuta: & sic ordine cepit ea legere, & peruenit vique ad sess. xxiiij. Et cum iam hora tarda esset, de mandato Illustriss. Metropolitanus dixit: Quia hora tarda est, quæ agenda supersunt, hodie hora vigesima secunda expedientur. Statim igitur à Prandio iterum conuenerunt Patres ad Ecclesiam, & acceptis paramentis consuētis, Illustrissimus Metropolitanus dixit orationem. Adsumus sancte Spiritus &c. qua dicta consederunt omnes in locis suis. Secretarius qui mane legerat decreta de reformatione, ascenso Ambone dixit, Illustriss. & Reuerendiss. Domini, Reuerendiss. Patres, decreta de reformatione quæ supersunt, nunc à me legentur. legit omnia. Vltimo loco legit Confirmationem Concilij Sanctiss. D.N. iuxta testimonium Cardinalis Farnesij Vicecancellarij.

Quibus peractis Illustriss. Metropolitanus deposita mitra genibus flexis ante altare voce intelligibili emisit professionem fidei ex præscripto Concilij Trident. & formula constitutionis Sanctiss. D. N. de verbo ad verbum vz. Ego Carolus Cardinalis Borromæus Archiepiscopus Mediolanen. ea omnia & singula, quæ à sacrosancta œcumenica & generali Tridentina Synodo definita & statuta sunt recipio, necnon veram obedientiam summo Romano Pontifici spondeo & profiteor, hæresesq; omnes à sacris Canonibus & Generalibus Concilijs, præsertimq; ab eadem Synodo damnatas detestor & anathematizo, iuxta formulam præscriptam à Sanctiss. D. N. Pio Quarto Pont. maximo in Bulla professionis fidei, quæ eiusmodi est: Ego N. firma fide &c.

Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro: sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Et hæc dicens, Euangelia ambabus manibus tetigit, & osculatus est.

Qua lecta, Metropolitanus sedit in loco suo cum Mitra pretiosa, & tenens in manibus librum Euangeliorum, primò accessit ad eum Illustriss. Cardinalis Vercellen. qui primùm deposita Mitra inclinauit se, & deinde flexis genibus ante Illustriss. Metropolitanum eandem professionem

professionem emisit, legens de verbo ad verbum ut supra eadem ratione. Sic me Deus; & surges iterum inclinavit se resumpta Mitra, abijtq; ad locum suum. Post ipsum accessit Reuerendis. Albenis & cum eo reliqui Patres, qui omnes genuflexerunt capite aperto. Albenis autem antiquior suffraganeus, cæteris audientibus legit totam prædictam professionem modo prædicto; quam cæteri non legerunt, sed ut citius negotium transigeretur, dixerunt hæc verba, accedentes singuli ordine suarum promotionum, & osculantes Euangelia cum inclinationibus ut supra. Verba autem fuerunt ista.

Ego N. Episcopus N. ca omnia & singula quæ à Sacrosancta œcumenica & generali tridentina Synodo definita & statuta sunt recipio, nec non veram obedientiam Summo Romano Pont. spondeo & profiteor; hæresesq; omnes à Sacris Canonibus, & generalibus Concilijs, præsertimq; ab eadem Tridentina Synodo damnatas detestor & anathematizo; fidemq; profiteor iuxta formulam præscriptam à Sanctissimo D. N. Pio Quarto Pont. max. in constitutione sua, quam nunc legit Illustris. & Reuerendis. Dominus Metropolitanus noster, & Reuerendis. Pater Dominus Episcopus Albenis: & ita ego recipio. spondeo, profiteor, anathematizo, voneo, ac iuro: sic Deus adiuet & hæc sancta Dei Mysteria Euangelica.

His ita gestis, Vnus ex Secretarijs legit Decretum sequentis sessionis v. z.

Illustris. & Reuerendis. Domini, Reuerendissimiq; Patres. Placet ne vobis, ut proxima sessio habeatur ac celebretur feria quinta, quæ erit ad diem xxv. Præsentis mensis: Ita tamen, ut dictus terminus in Congregatione Generali contrahi, & prorogari liberè possit, sicuti rebus Concilij conducere videbitur? Secretarius cum Notarijs accesserunt ad vota colligenda, & Responderunt omnes, Placet. & gratiæ actæ sunt ut supra. Tum Illustris. Metropolitanus surgens nihil dicens benedixit Populo. In hac die non adfuit D. Tranensis, cæteri omnes adfuerunt.

#### Secunda Congregatio Publica.

**D**IE XIX. Octobris supra scripti anni 1565. fuit Congregatio publica in loco ad id constituto in Palatio Archiepiscopali. Et quoniã inter Patres maximè in priuata Congregatione disputatum fuerat, an Procuratores Episcoporum absentium essent admittendi ad tractatus in Generalibus Congregationibus, quando id iure constitutum non erat, cum Procuratores huiusmodi votum non habeant, neque consultum; sed tamen mittantur excusandi causa, & ut ea recipiant, quæ à Synodo statuta fuerint; omnes Patres in eam sententiam venerunt, ut deberet admitti. ne tamen hoc sibi aliquando tanquam debitum usurparent, deliberatum est, ut ante Congregationem fieret

Decretum, Procuratores Episcoporum absentium ex gratia & sine votis admitti. Itaq; Patres cum essent in ipsa aula, in qua publicæ Congregationes habentur, antequàm sedissent, vocati ab Illustris. Metropolitanò, vnà omnes Patres secreto Notarijs præsentibus decretum quod supra dictum est statuerunt. Tum omnes oratione prius à Metropolitanò perlecta.

Adsumus sancte Spiritus &c. suis in locis confederunt; Itemq; Procuratores Episcoporum, Capitulorù, & alij quamplurimi, etenim omnibus patebat aditus. Cumq; paulum quietissent omnes, accessit ad Illustris. Metropolitanum Procurator Capituli Albenis, eiq; suum mandatum obulit, & excusauit Capitulum suum, quod vnum tantum Procuratorem misisset propter necessitatem & penuriam Sacerdotum; tum etiam tarditatem excusauit aduentus sui: hæc omnia submissa voce. Illustr. Metropolitanus benignè illum excepit, dixitque satis eum in tempore aduenisse; De sui autè mandati auctoritate Reuerendis. Deputatos cognituros; Ipsumq; mandatum Notarijs tradidit. Cum ille suo loco consedisset, Secretarius dixit: Reuerendi Domini, si quis vestrum est qui aliquid ad sanctam Synodum referre velit, liberè id agat. Assurgens prædictus Procurator Albenis quædam, Canonorum, & Capituli Albenis nomine proposuit, eiq; ab Illustris. Metropolitanò responsum est.

Vicarius in Episcopatu Vigintimillien. quæ Ecclesia nunc vacat, comparuit, & obtulit mandatum suum Illustris. Metropolitanò, tanquam procurator Illustris. Cardinalis Lomellini, qui antea fuerat Episcopus Vigintimilliesis, & fuit translatus ad aliam Ecclesiam. Cum omnium esset silentium, Secretarius dixit. RR. D. D. die Lune xxij. præsentis Mensis hæc eadem hora erit Congregatio publica. Omnes poterunt cogitare, si quid eis verbo, aut scripto ad sanctam Synodum referendum videbitur. nunc autem si nemo est præterea qui loqui velit, exeant omnes præter Procuratores Episcoporum, & Capitulorum: & ita omnes exierunt.

Illustris. Metropolitanus satis longam orationem habuit de Seminario Clericorum instituendo.

Qua absoluta res agitari cæpta est. Illustris. Metropolitanus dixit, se quidem omnia quæ allata fuerant audiuisse, daturumq; operam, ut quoad eius liceret, omnium ratio habeatur; ut tam præclarum opus quod vnum maximè summo Pontifici cordi erat, in singulis Ecclesijs quam primum inchoari posset, & Deo adiutore optimè progrediretur. deinde subdit: Hæc etenim operam dedimus, ut multa colligeremus, quæ ad salutem huius Prouinciæ videntur maximè necessaria; quæ quidem cum adhuc non ita distincta sint, ut vobis proponi debeant; ea ad proximam Congregationem reseruamus, mandabimusq; ut hoc ipso in loco decreta legantur, quæ deinde ex vestro Consilio atque assensu in sessione publicari possint,

Cum

#### Formula habendi Conc. Prouinc.

**C**um hæc dixisset, paulum perstitit expectans, si quid à quoquã diceretur. Nemine loquente, surrexit à sella, ut in interius cubiculum cum Patribus ad priuatas consultationes de negotijs Synodi secederet. Tunc procuratores Capituli Nouariensis petierunt, ut nihil fieret in ijs quæ ad Capitula pertinebant ipsis inconsultis, & ut eis darentur exemplaria decretorum si qua fierent, & spatium ad cogitandum. Illustris. Metropolitanus respondit, se vnà cū sancta Synodo, pro eo ac æquum esset, illorum rationem habiturum: ipsi verò, & cæteri, si quid haberent, adiret Reuerendis. Deputatos, quibus omnia exponeret, & à quibus suo tempore audiret, quid sancta Synodus in negotijs quæ ad Capitula aliqua ratione pertinebant, statuendum decreuerit. Tunc & alij quamplures Capituli Procuratores idem dixerunt, & nonnulli asseruerunt sua capitula idem petere, quod petissent paulo ante Procuratores Nouariensis.

Interfuerunt huic Congregationi omnes Patres, præter Illustris. Tranensem, & Reuerendis. Albensem. Illustris. Vercellenis sedit sub vmbella ad sinistram Illustris. Metropolitanani.

#### Tertia Congregatio publica.

**D**IE Lunæ xxij. Octobris supra scripti, Habita est hæc Congregatio ut supra. Lectaq; sunt Decreta de professione fidei, & consequenter ea quæ ad reformationem negotium pertinent, ut ab Episcopis approbata, postea publicari possent.

#### Quarta Congregatio publica.

**H**ABITA est Feria quarta Die xxiii. Mēsis Octob. supra scripti anni 1565. ut supra. Cum paulum expectatum fuisset, an quis ad dicendum surgeret, Secretarius dixit. Si nemo est qui præterea loqui velit; exeant omnes, præter Procuratores Episcoporum absentium & Procuratores Capitulorum Cathedralium, & Procuratores Cleri Mediolani, quia petierunt audiri, id enim paulo ante priuatim ab Illustris. Metropolitanò petierant. cum omnes exissent, & ianua esset clausa, quidam totius cleri nomine orationem habuit contra decretum de cohabitatione clericorum cum mulieribus.

Illustris. Metropolitanus breuiter ac summa cū grauitate respondit: singulis Episcopis à sacerdotibus sanctionibus maximam facultatem tribui ad ea statuenda, quæ ad vitam & morum disciplinam suorum populorum pertinere iudicauerint; quantum id eis magis in Synodo congregatis licere? Quot scandala ex Clericorum, & mulierum cohabitatione oriri soleant, neminem esse qui ignoret: quod si de matre & sorore, & alijs ita coniunctis nihil ab honestate

alienum suspicandum sit, alias tamen mulieres quæ ad illas frequenter accedunt, illarumq; familiares sunt, itemq; cæteros Clericos, qui cognati non sunt, suspicione non carere. Quod ad pauperes attinet, illorum se, & sanctam Synodum, quantum honestè poterit, rationem habiturum. scirent Episcopos illorum Parentes esse & Pastores; nihilq; vehementius cupere, quam illorum salutem. illos vnice diligere tanquam filios carissimos; quos florentes esse, bonisq; abundare maximè cupiunt; quando quidem omnis ipsorum gloria in ipsis filijs splendet. Irent igitur, scirentq; ipsum vnà cū sancta Synodo operam daturum, ut ea statuatur, quibus Clericali disciplinæ, animarumq; salutis optimè consulatur. Ipsi verò pro eo ac deberent, Synodi decretis parendum atq; obtinendum fore.

Quæ cum dixisset, Secretarius habens multa Decreta in manibus dixit: Illustrissimi & Reuerendissimi Domini, Reuerendissimiq; Patres, hæc sunt decreta ab Illustrissimo Metropolitanò condita, quæ si sancta Synodo placuerint, vnà cū reliquis iam approbatis cras in sessione publicabuntur. Deinde legit Decreta. Et cum silentium esset, assurgens Reuerendus D. Nicolaus Colonius Procurator Capituli Bergomen. dixit, Iniectum esse scrupulum animis Procuratorum omnium Capitulorum Cathedralium, an ipsorum taciturnitas in Congregationibus, dum legebantur Decreta, præiudicium aliquod suis Capitulis, & Cleris afferret. Propterea petere à sancta Synodo omnium nomine, ut hanc dubitationem tolleret; Iubereq; legi schedulam quandam, quam ipse super hoc negotium attulerat. Illustris. Metropolitanus permisit ut ipsemet legeret; qui clara voce legit protestationem tenoris huiusmodi: Illustris. & Reuerendis. Domine, Reuerendissimiq; Patres. quoniam antequàm leges præscribantur ad consultationem, ut Capitulis significatum est, non vocamur, & simplici auditione ipsarum legum scriptarum, quæ variæ sunt & multiplices, intelligere non possumus, an per eas Capitulis et Cleris aliquod fiat præiudicium; cum debita reuerentia petitur, ut aut concedatur nobis ipsarum legum copia, aut alia aliqua ratione huic nostræ postulationi satisfiat; ut liceat nobis ei muneri satisfacere, pro quo huc missi & vocati fuimus: aliter cogemur protestari nos eas leges in parte tantummittere; prout etiam protestamur, nos aliter ipsi; nõ assentiri, si hæc nostra postulatio reijciatur, quæ obtulimus; ne taciturnitas nobis aliquod valeat parere præiudicium.

Quibus dictis Illustris. Metropolitanus interrogauit ipsum, an haberet mandatum à cæteris Procuratoribus, quandoquidem ipse omnium nomine verba fecerat.

Tunc assurgentes Procuratores Capitulorum Brixiensis. Nouariensis. Vigleuanensis. Catalensis. Cremensis. dixerunt idem se petere nomine Capitulorum



lorum suorum, quod Bergomenen. Procurator petierat.

Procuratores autem Capituli Ecclesie Mediolanen. expressè protestati sunt, se prædictæ protestationi non consentire.

Illustris. Metropolitanus per Secretarium iussit illos exire, & tantisper expectare, donec in tro vocarètur. exierunt omnes, & soli Patres inter se deliberare ceperunt, quænam eis responsio danda esset. Cùm variæ essent sententiæ, visum est maiori parti leniter cū illis agere. Vocatus est Nicolaus Colonius qui verba fecerat, & eum seorsum duo ex Patribus sunt alloquuti, multisq; verbis conati sunt ei persuadere, nihil magis cupere Illustris. Dominum Metropolitanum & sanctam Synodum, quàm eis quibus in rebus posset satisfacere. Propterea inique illos agere, qui summa humanitate vocati & admissi, huiusmodi protestationibus uterètur. Tum ille paratum se esse respondit, Patrum voluntati parere, omnesq; in sanctæ Synodi potestate futuros. Itaq; vocati intro omnes, Idem Nicolaus Colonius protestationem paulo ante à se factam reuocauit, tam suo, quam aliorum nomine, eamq; perinde haberi voluit ac si non esset facta. tum Reuerendus Iacobus Franciscus Cardanus Synodi Promotor Notarius vocauit, vt huiusmodi reuocationem in acta referrent. Cùmq; in gratiam præfatorum Procuratorum in Decreto sub titulo de Clericalibus ædibus addita essent infra scripta verba: *nisi Episcopus in alicuius urgenti necessitate, aliter faciendum esse duxerit, cuius Conscientiam in hoc valde oneramus*; & addita essent etiam nonnulla verba in Decreto, quod. Incipit *Ne Parochi*, sub eodem titulo, & deinde omnes consedisent, Illustris. Metropolitanus illos humanissimè est alloquutus, nihil sibi & sanctæ Synodo magis cordi & curæ esse, quàm vt ipsis quam maximè satisfaceret: eo loco tractari materias non definiti, quod propriè in sessionibus sit: aduocari illos vt liberè loquantur si quid eis ad Synodum referendum videretur, hac de causa legi Decreta, vt si quæ occurrant, illorū dubitationes audiantur.

Synodum æqui boniq; consulturā, quidquid ab eis diceretur, quæ igitur in his decretis eis graui viderentur explicarent, Iussurum se iterum Decreta legi, vt planius & apertius omnia percipiant: si quid esset difficultatis, Synodum rationem reddituram. Petierunt legi Decreta de non locandis Domibus Beneficiorum Laicis, De cohabitatione Clericorum cū Mulieribus, & de residendo Parochialibus, etiam si Canonicatus in Cathedralibus haberent. Satisfecit illis in omnibus Metropolitanus: Decretorum equitatem & honestatē ostendit. De extremo quod grauiissimum videbatur, id ex Concilio Tridentini mente esse dixit, & Sanctis. D. N. id etiam apertius declarasse, nec quidquam noui constitui. denique ver-

bis humanissimis, suam, & Synodi totius erga illos pietatem & beneuolentiam indicauit, iussitq; illos bono animo esse, sibiq; semper priuatim cum vellent, aut Sanctæ Synodo, verbo aut scripto quidquid videretur referrent.

His peractis statutus est dies tertius Nouembris ad proximam sessionem celebrandam.

Quidam Procuratores Capitulorum petierunt, an eis liceat ad suas Ecclesias reuerti, præsertim in aliquibus festis diebus, & deinde tēpore sessionis redire.

Respondit Illustris. Metropolitanus, si plures sint Procuratores, potest vnus recedere, & id quidē vicissim, modò hic vnus aliquis semper remaneat. quibus dictis soluta est Congreg.

#### Secunda Sessio.

Eodem Anno, Indictione, & Pontificatu feria quinta xxv. mensis Octob. celebrata est secunda sessio sacri Concilij Prouincialis Mediolan. mane hora decima sexta conuenerunt Patres oēs ad Ecclesiam Maiorē. Reuerēdis. Vigleuan. celebravit Missam de Spiritu sancto solemniter, ex Instituto Diui Ambrosij. Illustris. Metropolitanus sedit cum duobus Cardinalibus sub umbella ad dextrum cornu altaris cum pallijs seu cappis purpureis; Ita vt non medius inter Cardinales, sed primus propius Altari sederet. Missa absoluta R. P. Benedictus Palmius latino sermone orationem habuit. Illustris. Metropolitanus accessit ad cornu sinistrum Altaris ad faldistoriū, & indutus est solitis Pōtificialibus ornamentis, & veste sacra: Itidē & Patres sua Pluuialia & Mitras induerunt, dicentibus interea Cantoribus psalmū. *Quam dilecta tabernacula &c.*

Illustris. Metropolitanus sacro ornatu ad altare accessit, dictaq; sunt orationes, hymni & litanie, solemniter & ceremonijs de more omnibus absolutis, secretarius accessit ad Illustris. Metropolitanum, & de eius manu accepit Decreta, quæ publicanda erant: & ascenso ambone legit hæc verba: *Hæc sunt decreta, quæ proponuntur sanctæ Synodo ab Illustris. & Reuerēdis. Domino Carolo Borromæo S. R. E. Presbytero Cardinali, ac per vniuersam Italiã Sanctis. D. N. Papa, & sanctæ Sedis Apostolicæ de latere Legato, Dei, & eiusdem Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopo Mediolan.* Deinde alta voce decreta plurima legit, quæ in constitutionibus huius synodi videre licet. quibus lectis, idem secretarius dixit: *Illustris. & Reuerēdis. Domini, Reuerēdissimiq; Patres, Placent ne hæc omnia vobis?* alter Secretarius vnā cum Notarijs, accessit primò ad Illustris. Metropolitanum, eumq; interrogauit an placerent Decreta? qui respondit: *Placēt.* Deinde accessit ad Illustrissimum Tranensem, qui dixit, *Placere sibi omnia cum protestatione iam facta: Iussitq; secretariū præsentibus Notarijs legere cedulam quandam; qui corā Illustris. Domino Tranensi submissa voce*

eam legit, & est tenoris huiusmodi: *Placet mihi, vt exemplo, virtute spontaneæ electionis per me factæ interessendi in præsentis Synodo iuxta facultatem mihi concessam id faciendi à Decreto Concilij Tridentini, & cum reservationibus, protestationibus, ac alijs verbis ac clausulis conseruatoris dictæ immunitatis, exemptionis, ac libertatis meæ, & meæ Ecclesie, & de quibus in instrumento rogato per Dominum Notarium Synodi sub die 25. præsentis mensis Octobris, quæ etiam hic sint pro repetitis. & si in dicta Synodo quidquam hætenus dixi aut feci, in futurumq; dicam aut faciam, aliquo modo præiudiciale immunitati, libertati, & electioni meæ prædictis, id totum inhaerendo alijs reuocationibus iam factis iterato reuoco, & pro non dicto & facto haberi volo, nunc & in futurum, & sic prout supra respondeo, interfui & intersum, & non aliter nec alio modo. Cæteri Patres responderunt simpliciter per verbum. Placent: excepto Reuerēdis. Vigleuanen. qui dixit, *Non placet Decretum de duabus particulis sacre Eucharistie.**

Relatis votis per secretarium, Illustris. Metropolitanus dixit: *Decreta placent omnibus præter vnun, cui illud non placet, vt duæ Particula sacre Hostie, cum ad infirmos itur, à Sacerdote deferantur, & ideo Deo agenda sunt gratie.* Patres responderunt, *Deo gratias: Secretarius qui erat in Ambone legit decretum indictionis futuræ sessionis, iisdem verbis, quibus & proxima fuit indicta: tum Promotor Notarios rogauit, vt. & hymno dicto, te Deum laudamus, omnes recenserent. Interfuerunt autem huic sessioni, præter Reuerēdis. Patres Dominos Episcopos, Procuratores Episcoporum absentium, Capitulorum Cathedralium Ecclesiarum, & Cleri Ciuitatū, Protonotarij multi, Abbates, Commendatarij, Præpositi seculares & Regulares, & Excellentiss. Senatus Mediolan. cum quamplurimis nobilissimis viris.*

#### Quinta Congregatio publica.

Habitæ sunt deinde multæ aliæ congregationes publicæ, in quibus decreta in proxima sessione publicanda Patribus proponebantur, ac si quæ in ijs essent difficultates, discutiedæ proponebantur: sed ne paulo iusto longiores videremur, ea omnia silentio inuoluere satius visum est nobis.

1565. Die Veneris ij. Mensis Nouembris mane.

IN Congregatione priuatim habita, Patres cū iam finem Concilij instare viderent, & aliqua tractata, sed nondū plenè discussa superessent; Decreuerunt remittere ad Illustris. Metropol. decreta conficienda super materijs infra. vz.

De obseruandis Prædicatoribus.

De visitatione.

De modo exequendi functiones sacrorum &

minorum ordinum. Volueruntq; vt Decreta super his ab eodem Illustris. Metropolitanis condita, eandem auctoritatem haberet, ac si in publica cōgregatione fierent. Et quia reformatio Monialium in pluribus Congregationibus tractata ac discussa, & comprobata erat; super ea tamen decreta latina lingua adhuc condita non fuerat, sed vulgari lingua scripta erant, remiserunt Patres eidem Illustris. D. vt iuxta consensum Patrum super eam Decreta edicere.

Tractatum præterea fuit inter Patres de conficiendo libello casuum reueruatorum sedi Apostolicæ & Episcopis. Et de homyliario lingua cōmuni conficiendo, quo Parochi vtantur. Illustris. Metropolitanus Patribus exposcētibus, curam suscepit vt libellus hic & homyliarius conficeretur, & ederetur.

Decreuerunt etiam, vt idem Illustris. Metropol. decretis Synodi iam editis, & quæ die crastina edi & publicari in Synodo debent, possit addere & demere, & declarare, & etiam eorum ordinem & substantiam immutare.

Decreuerunt pariter, vt ab eodem Illustris. D. Metropolitanis. nonnullæ petitiones nomine Synodi Sanctis. D. N. proponerentur, & vt literæ super ijs ad Sanctitatem suā scriptæ, etiā si non nomine Synodi, sed Episcoporum scriptæ essent, ita tamen Synodi nomine scriptæ crederentur, ac si in sessione actum esset: & subscripserunt paginam albam ad hoc vt prædictæ literæ eorum nomine confectæ ad Sanctis. D. N. mitti possent.

Petitiones autem Sanctis. D. N. porrigendæ, sunt infra scriptæ, vz.

*Petitiones super quibus Sanctis. Rom. Pon. videtur consulendus, & eidem supplican.*

VT in Parochialibus resignatis, quarum portio Parocho reueruata est minor centum, pensionarij seu reueruatarij fructuum pro rata pensionum seu reueruatiqum sustineant onera Ecclesiarum pro ipsarum reparatione & cultu diuino, si Rector ipse ob paupertatem de fructibus sibi remanentibus illa sustinere non possit.

Vt in futurum referuentur centum pro victu Parocho, deductis omnibus oneribus.

Et habentes diuersos Canonicatus in eadem Die celi, in Ecclesijs in quibus residetur, teneantur per sex mēses anni in vna, & per sex reliquos in altera residere.

Vt sicut in insignibus, ita & in debilibus collegiatis, possit Episc. supprimere aliquas præbēdas.

Ordinetur, quid agendum sit de obrinentibus Canonicatus, & simplicia beneficia, qui ad ordinem presbyteri admitti non possunt; & an sint cogendi per Vicarium.

Vt obtinēti Canonicatum in Cathedrali vel collegiata, possint in eadem Ciuitate vel terra cōferri Parochiales, stante exiguitate numeri, vel reddituum Canonicorum.

Vt tollendas nonnullorum dubitationes in sacro Concilio Tridentino sess. 5. cap. 1. & sess. 24. cap. 8. de reform. loquens de præbenda Theologo & Penitentiario assignanda, locum habeat in præbenda Canonicali, vbi maximè nulla alia præbenda adest.

Vt Regulares subiaceant Decretis huius Prouincialis Synodi Mediolanen.

Vt non derogetur vnionibus Beneficiorum factis ab hac Synodo pro Seminario.

De Commendis sine conuentu vniendis.

Vt subueniat Cathedralib. Pauperibus.

Excommunicationes pro rebus deperditis aut subtractis ad finè reuelationis, an possint etià concedi à Vicarijs, & sub qua forma, & quibus de causis; & an pro reuelan. delictis sint dandæ: licet verba Concilij satis clarè videantur innuere excludi Vicarios.

An Sanctum Concilium sess. 24. cap. 1. de reformatione Matrimonij, Permittens Matrimonia contrahi antequàm denunciations proponantur, quoties probabilis suspicio fuerit, ne Matrimonium malitosè impediatur, intelligatur, dummodo primò de prædicta suspicione ab Episcopo cognoscatur, & eius iudicio denunciations postponantur, sicuti quando remittuntur; vel vniuersalique priuati, vel Pa rochi arbitrio hoc relinquatur, quando ob suspicionem impedimenti denunciations postponi debeant.

Qualiter fraudibus & pactationibus illicitis occurripotest, quas faciunt obtinentes pensiones super beneficio tertij qui nihil soluit, cum multis simulationibus; & Ecclesiarum non modico detrimento; & an expediat pro salute animarum & utilitate Ecclesiarum dictas pensiones non concedere.

Vt Regulares exempti, qui in Ciuitate, vel loco, aut infra vnam dietam non habent conseruatores vel Iudices, coram quibus coueniri possint in causis Ciuilibus, coram ordinario conueniantur, vel dictos Iudices deputare cogantur.

Ad remouendas cauillationes & calumnias, videtur declarandum clausuram monialium esse imponendam, non solùm vbi aliàs fuit, sed etiam vbi nunquam fuisse prætenditur, ad mëtem Bonif. viij. & sacri Concilij.

Vt Moniales dictæ de annunciatione ordinis sancti Augustini, Ciuitatum Placetiæ, Dhertonæ, Cremonæ, & Valentia, quæ sedi Apostolicæ se subiectas asserunt, & ab ordinarijs se gubernari non permittunt, iuxta Decr. Conc. sess. 25. c. 9. de regul. non permittantur vt de Ciuitate in Ciuitatem, de Monasterio in Monasteriũ, etiam sub prætextu faciendi Capitula & visitationes, vagari; & vt ab ordinario, saltem in ijs quæ pertinent ad ordinarium, regantur.

Examinandus in Vrbe ad ordines, vel beneficia curata, teneatur exprimere, an prius fuerit ab ordinario examinatus & reprobatus; & si id tacuerit, penas graues incurrat, & ad bene-

ficia examen sibi non profit.

Petenda videretur à Sanctis. D. N. pro episcopis facultas dispensandi cum aliquibus pauperibus suarum Diocesium miserabilibus personis super Matrimonio in quarto ante Concilium, etiam scienter, vel post Conciliũ ignoranter contracto, qui propter impotentiam dispensationes impetrare non possunt, dummodo Episcopi gratis dictas dispensationes darent.

Petitio oblata Sanctis. D. N. super Indulgentijs.

Beatissime Pater.

**C**ollegimus ex Decreto Tridentini Concilij incommoda & abusus, quos in sacrarum Indulgentiarum usum & perceptionem, ex hominum irreuerentia, ignorantia, alijsq; causis irrepsisse in Prouincia nostra Mediolanen. animaduertimus.

Indulgentiarum frequentia, fidelium pietas, & religionis ardor, in illis recipiendis restinguitur.

Cum in eis publicandis frequentius processiones adhibeantur; & Populi pietas minuitur, & diuina officia in Ecclesijs perturbantur.

Indulgentiarum occasione, nocturno tempore ex virorum & mulierum concursu multa scandala oriuntur.

Cum viri & mulieres eodem tempore ad eandem Ecclesiam frequentes conueniunt, multa ab improbis hominibus graui bonorum scandalo minus honestè & pudicè fiunt.

Indulgentiarum facilitate homines procliuiores sunt ad flagitia.

In consequendis Indulgentijs, cum nulla Pœnitentiæ opera præstanda imponuntur, fidelium charitas refrigescit.

Ex verbis illis, pro culpa, imperitijs & simplicibus hominibus erroris occasio præbetur.

Cum pro Mortuis etiam conceduntur, nec quidquam præterea declarationis gratia additur, multi in ea re errant.

Multi non intelligunt, ad capiendum sacrarum Indulgentiarum fructum, Pœnitentiæ sacramentum, aut firmum confitendi propositum necessarium requiri.

Ex amplissima facultate absoluendi, multi se à censuris, etiam ab homine irrogatis, absolui posse arbitrantur.

Vbi eligendi Confessoris facultas datur, sæpè confessores ordinario non probati eliguntur.

Qui Indulgentias Episcopi publicandas deferunt, (qui plerunque laici sunt) maxima in ea re insolentia censuris propositis vtuntur.

Ex concursu plurium Indulgentiarum, quibus eadem certa dies præfinita est, magna difficultates & controuersia oriuntur.

In Ecclesijs deligendis, altarium numero, tempore constituendo, vbi id in bullis definitum non est, campanis pulsandis, cereis accendendis, & alijs huiusmodi, maximè perturbationes & contentiones excitantur.

In

In summarijs, quæ communi lingua fiunt, sæpè falsa, & ab ipsis Bullis aliena exprimuntur.

Falsæ Indulgentiæ pro veris quandoque circumferuntur.

Multis in locis Populo Indulgentiæ proponuntur, quarum origo ignota est, nec ullis certis argumentis earum auctoritas comprobatur.

Verba illa, porrigendi manus adiutrices, symoniaca labis & auaritiæ, populisq; detrahendi materiam præbent.

Nonnulli ex publicatione Indulgentiarum lucrandi occasionem querunt.

Prædicatores aliqui pro Indulgentijs publicandis operas suas pacta mercede locant, & tanquam Mercenarij Ciuitates & Dioceses obeunt.

Taxantur Indulgentiæ ad certam summam pecuniarum, & pro confessionalibus, vt appellant, alijsuè literis conficiendis, in quibus integræ Bullæ, aut earum aliqua describuntur, certa merces pacisci & exigi à nonnullis solet.

His incommodis, quæ remedia adhiberi posse existimamus, Sanctitati Vestræ proponimus.

Plenariæ Indulgentiæ ne concedantur nisi ob magnam causam, quæ publicum bonum respiciat. Pro alijs causis pijs, vt pro ædificanda Ecclesia, hospitalitate seruanda, ingressu alicuius sodalitatatis seu confraternitatis, &c. non dentur plenariæ sed temporariæ. Pro locis verò & causis particularibus, vt pro altari, pro Hebræo ad fidem conuerso, & huiusmodi; Item pro Coronis, & vt appellant, Huic Aue Maria, & illi Pater noster, omnino ne dentur.

Non obligetur Clerus ad Processiones, nisi vbi fuerint plenariæ.

Ne ponantur verba illa, à primis vesp. vnus diei ad occasum alterius; sed ab ortu ad occasum.

Si non est designata certa ecclesia Episcopis & ordinarijs, facultas detur vnam pro viris aliam pro Mulieribus suo arbitratu constituendi; & vt contrascentes pœnis coerceantur. Si verò in Bullis certa Ecclesia exprimitur, Episcopi & ordinarij, & Maribus & fœminis tempus quo ad illam separatim adire debeant, præfinit.

Ne concedatur facultas absoluendi à quibuscunq; excessibus, etiam enormibus & reseruatjs in Bulla Cœnæ Domini, nisi in Plenarijs.

Ijs qui Indulgentiarum fructum consequi voluerint, elemosinæ, orationis, & Ieiunij præstanda opera imponantur, aut saltem extrema duo.

Dicatur apertè per modum suffragij. Exprimatur pro verè pœnitentibus, & confessis, seu firmum propositum &c.

Dicatur quod Sacerdotes habeant tantum facultatem absoluendi à censuris illatis à iure.

Addatur, approbandi tamen ab ordinario: Iuxta formam Concilij Tridentini.

Ne apponantur tamen censuræ contra Episcopos, & alios non publicantes &c. sed moneantur tantùm.

Detur facultas ordinarijs, vt eas distribuunt, & in aliud tempus differant, prout ipsis magis expedire videbitur.

Illarum rerũ facultas nemini concedatur sine consensu ordinarij.

Ne edantur summaria, nisi collationata, & subscripta ab ordinario loci, seu eius Vicario.

Bullarum trāsumptis fides ne adhibeatur, nisi sint collationata, subscripta, & sigillo munita alicuius Metropolitanis, seu eius Vicarij.

Omnes Indulgentiæ Episcopis inspiciendæ & examinandæ tradantur, qui legitimas probabunt, reliquas nulla auctoritate roboratas reijcient.

Ne apponantur verba illa, sed fidelium pietati id relinquatur.

Proponatur aliqua pœna Episcopis & cæteris, qui pro concessione publicationis aliquid accipiunt, etiam à sponte offerentibus.

Ne permittantur id agere.

Tollantur abusus.

Tertia Sessio &c.

**A**NNO à Natiuitate Domini MDLXV. Pontificatus Sanctis. D. N. Pij Papæ III. Anno sexto, Die Sabbati, tertia mensis Nouëbris, habita & celebrata fuit sessio in Ecclesia maiori, præside eodem Illustris. & Reuerendis. D. Carolo Borromæo, mane circiter hora xvj. Patres in Ecclesiam conuenerunt: Missa de Spiritu sancto ritu atq; instituto D. Ambrosij celebrata est à Reuerendis. D. P. Episcopo Dhertonen.

Illustris. Metropolitanus cum Illustris. Cardinalibus Tranen. Vercellen. Bobba, & Castilione, (qui duo vltimi honoris gratia accesserunt,) resedit sub Umbella ad cornu dextrum Altaris, cum pallio seu Cappa Purpurea. Missa absoluta, accedens ad sinistrum Cornu Altaris ad sellam seu Faldistorium, pontificalibus indumentis de more est indutus, & reliqui Patres acceperunt pluuialia, & mitras, cantantibus interea Cantoribus psal. *Quam dilecta Tabernacula.*

Dicta ab Illustris. Metropolitanis oratione de Spiritu sancto, cum cæteris, quæ ex cæremonialibus libro adhiberi solent, omnes locis suis confederunt. Illustris. autem Card. Tranen. & Vercellen. relictis Illustris. Cardinalibus Bobba & Castilioneo in eorum sedibus, accesserunt prope Altare maius distantes ab alijs Illustris. Card. per quatuor brachia.

Qui decreta lecturus erat, accedens ad Illustris. Metropolitanum, genuflexus de illius manu ea recepit; & ascenso ambo, alta voce legit reliquam partem constitutionum & Decretorum huius sanctæ Synodi.

Quibus lectis alter ex Secretarijs rogauit Patres in hæc verba: *Illustris. & Reuerendis. D. Reuerendissimiq; Patres, Placent ne hæc omnia vobis? singuli rogati responderunt simpliciter placet; præter Illustris. Card. Tranen. Episcopum Placentinum, qui dixit, Placent cum protestatione iam facta: deditq; lingrapham, eundem planè tenoris cum ea, quam in secunda sessione dederat; & Reuerendis. Episc. Vigleuanen.*

IIIIJ 2 qui

qui pariter (schedulam notarijs porrexit, eiusque sententiam voce etiam expressit. verba autem hæc sunt. *hæc quæ nunc lecta sunt, & omnia alia, quæ ab hac sancta Synodo statuta, sancta, & decreta fuere, mihi placent, cum hac tamen conditione & protestatione, quod propter hoc non intelligo præiudicare iuribus, privilegijs, ac concessionibus, & consuetudinibus à Principe Ecclesiæ fundatore, à sancta Sede Apostolica, & specialiter à Sanctiss. D. N. Pio Quarto Pontifice maximo mihi & Ecclesiæ meæ datis, factis, atque concessis.* Eodemmet tempore, quo collecta fuerunt vota super prædictis Decretis propositis, fuerunt etiam collecta vota secretè de consensu Patrum, an placeret Patribus, ut Illustrissimo Domino Metropolitanano remitteretur, ut nomine sanctæ Synodi posset condere Decreta de obseruandis à Prædicatoribus, de Visitatione, de modo exercendi functiones factorum & Minorum ordinum, & ut decreta super his ab ipso Metropolitanano D. Illustriss. condita, nomine Synodi in lucem prodire possent, & eandem auctoritatem haberent, ac si in publica sessione approbata essent, & ut de reformatione Monialium posset latina lingua condere Decreta iam visa à Patribus, vulgari tamen lingua confecta, & ut Decretis sanctæ Synodi in ipsa sancta Synodo publicatis posset addere, & demere, & declarare, & ordinem, & etiam substantiam immutare. Omnes Patres responderunt simpliciter, *Placet.*

Relatis votis Illustriss. Metropolitanus dixit: *Decreta placuerunt omnibus, & ideo Deo agenda sunt gratia.* Patres responderunt, *Deo gratias.* Secretarius qui erat in ambone, legit Decretum de testibus Synodalibus in hæc verba. *Vetus est consuetudo sacrorum Conciliorum Decretis introducta, ut in omnibus Prouincialibus Synodis singulis eius Prouinciæ Diœcesanæ duo pluresue spectati, & probati veri deligantur, qui diligenter animaduertant, an aliquod in sua Diœcesi corrigendū emendandumue sit, cognitumque proximo quoque prouinciali Concilio ad Metropolitanum, Comprovinciales Episcopos, & alios referant; ut si ab Episcopis minus prouisum sit, à Synodo prouideatur. Ideo nos probatum hoc institutum secuti, deligimus & huic officio proponimus infra scriptos.*

Lecti sunt omnes ordine.

*Quod verò ex his quos nominauimus quidam ab sunt, facultatem damus eorum Episcopis, cum ad Ecclesias suas redierint, accipiendi ab eis iusiurandum, quo se obstringant, se id munus rectè fideliterque gesturos, veraque omnia quæ cognouerint, ad Synodum relaturos.*

Eandem potestatem damus Episcopis absentibus, ex quorum Diœcesibus nulli ad hoc munus sunt nominati, ut singuli aliquibus hoc negotium dare possint, accepto prius ab eis ex consuetudine iusiurando.

Lecto Decreto, Idem secretarius alta voce dixit:

*Testes Synodales qui sunt presentes, accedat ad præstan. iusiurandum, Accesserunt omnes. Cumque starent genibus flexis coram Illustriss. Metropolitanano, admoniti sunt à Notario in hæc verba: Iurate vos fideliter munus vestrum implenturos, vereque, relaturos, omni remoto affectu & cupiditate, quæ de his, quæ omni indagatione & inquisitione à vobis adhibita, aut videritis, aut ad vestras aures peruenerint.*

Illustriss. Metropolitanus paginam iusiurandi accepit, & RR. DD. Ferrandus della Cruce, Paulus Patrocinius, Io. Baptista Castanus, Aluius de Barancio, Thomas de Fisettis, Io. Augustinus de Lima, Io. Antonius Iauenus, Franciscus Clouranus, eam manibus tangentes iurarunt.

Deinde Reuerendus D. Promotor Episcoporum absentium contumaciam accusauit, causasque committi petijt in hæc verba.

*Cum aliqui Prouinciæ Mediolanen. Episcopi, qui huic sacræ Synodo interesse debebant, adeo vel negligentes, vel contumaces fuerint, ut moniti ab Illustriss. & Reuerendiss. D. U. quod ad hanc Synodum venirent, id facere neglexerint: Cumque Deo approbante huius sacræ Synodi finis inflet, & ideo in ea iure & legibus in illos temporis causa iam agi non possit: Idcirco pro officij mei necessitate, Ego N. huius sanctæ Synodi Promotor, iterum eorum contumaciam accusando insto, ut Illustrissima & Reuerendissima D. U. Reuerendissimis Dominis delectis ad Episcoporum absentium causas cognoscendas committat, ut quamprimum ad harum causarum expeditionem procedant, Episcoposque negligentes & contumaces pœnis iure statutis puniant ac corrigant. cum etiam nonnullæ causæ ob varias difficultates, ab ijs Iudicibus, quibus ab Illustriss. & Reuerendiss. D. U. commissæ erant, adhuc expediri non potuerint: propterea pcto ab eadem Illustriss. & Reuerendiss. D. U. ut eosdem Iudices ex sacrorum canonum iurisdictione eas terminari iubeat.*

Aboluta Promotoris accusatione, Illustriss. Metropolitanus dixit: *Admittimus, committimus & iubemus.*

Continuo Secretarius qui erat in ambone legit Decretum de fine Concilij videlicet. *Cum ea, quæ ad restitutionem, & conseruationem Christianæ Disciplina in Prouincia nostra pro huius temporis ratione agenda videbantur &c. Deo auctore & adiutore cõfecta sint, & Episcopos, qui huic à suis Ecclesijs euocati sunt, Pastoralis cura & gregis necessitas Domum reuocet: ideo huic sanctæ Synodo sine iure imponendū existimamus. Illustriss. & Reuerendiss. D. Reuerendissimique Patres, Placet ne vobis, ut ad laudem Dei omnipotentis, huic sacræ Synodo finis imponatur? omnes sigillatim responderunt: *Placet.**

Habita relatione Illustrissimus Metropolitanus dixit: *Placuit omnibus Patribus; Itaque nos Prouinciali Mediolanen. Synodo finem facimus, & iam nunc factum esse decernimus.*

Illustriss.

Illustriss. Metropolitanus antequam Patres de more cum pace dimitteret, breuiter illis, sed graui admodum oratione, in hanc ferè sententiam est allocutus. *Immortales Deo omnipotenti gratias agendas esse, cuius nomine atque auxilio opus præstaueris. optato sine conclusum fuerat. reliquum nunc esse, ut quæ pie sanctæque decreuissent, ab omnibus inuiolatè seruari curarent. Redirent ad suas Ecclesias, gregesque suos pastoralis pietate vigilantia sustodirent. neque enim dubium fore, quin antiquus humani generis aduersarius, qui semper tanquam leo rugiens, circūit quærens quem deuoret, nunc potissimum Christi omnibus insidias pararet: illi fortiter resistendum esse. meminerintque illius sententiæ à Spiritu sancto prolatae: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. ipsos vero munus suum rectè & rectè impleturos, si seipos, omnesque actiones suas ad illam formulam dirigerent, quæ Petri Apostoli verbis Episcopis præscribitur: Pascite, qui in vobis est grex Dei, prouidentex non coactè, sed spontaneè, secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque ut dominantex in Clericis, sed forma facti gregis, ex animo; Et cum apparuerit Princeps Pastorum percipietis immaculabilem gloriam Coronam. Cumque alia nonnulla in hanc sententiam dixisset, orationem his verbis absoluit. Illustriss. & Reuerendiss. D. Reuerendissimique Patres, post gratias Deo actas, Ite in pace. Patres omnes assurgentes, inclinauerunt capita dicentes: *Deo gratias.**

Deinde secretarius legit mandatum de subscriptionibus, quod est huiusmodi.

*Illustriss. & Reuerendiss. Metropolitanus admonet omnes Illustriss. & Reuerendiss. Dominos Episcopos, qui huic sacro Concilio iure interfunt, ut secundum Metropolitanum singuli loco & ordine ad altare maximum accedentes, ijs, quæ in sancta Synodo decreta sunt subscribant. Mandat etiam absentium Episcoporum Procuratoribus, ut nemo eorum sub excommunicationis pœna Mediolano discedat, nisi prius sui Episcopi nomine decreta suscipientes, illis subscripserint.*

Deinde ipse Illustriss. Metropolitanus super altari se subscripsit. Postea resedit in sua sella, donec Cardinales, & omnes Patres se subscriperent: qui ordine vnus post alium ad Altare accedebant, & primò infra gradus Metropolitanano caput inclinabant, qui leuiter è sella surgens, benigna salutatione eis respondebat: deinde iam Altari propinqui, iterum caput inclinabant, tenentes mitteras suas & subscribebant. Procuratores Episcoporum absentium non subscribebant se publicè in Ecclesia, sed priuatim domi.

Abolutis subscriptionibus Promotor Synodi Notarios rogauit, ut de omnibus & singulis, quæ in ea sessione gesta erant, publica con-

ficerent instrumenta.

Dico Hymno *Te Deum laudamus*, Metropolitanus nihil dicens benedixit Populo, & dimissa est Coëtio, cum iam prima noctis hora præterisset.

Patres presentes huic sessioni.

Illustriss. Cardinalis Tranensis Episcopus Placentinus.

Illustrissimæ Cardinalis & Episcopus Verceilensis.

Illustriss. Cardinalis Bobba.

Illustriss. Cardinalis Castilioneus.

Hi duo quia honoris tantum gratia, non ut Episcopi aderant, non induerunt pluuialia, sed eorundem in loco cum alijs Cardinalibus Prouinciæ Mediolanen. Episcopis.

Reuerendiss. Hieronymus Vida Cremonen. Episcopus Alben.

Mauritius Petra Episcopus Vigleuanen.

Cesar Gambara Episcopus Dhertonen.

Scipio Eitenf. Episcopus Catalanen.

Petrus Costaciarus Episcopus Aque.

Dominicus Bolanus Episcopus Brixien.

Nicolaus Sfondratus Episcopus Cremonen.

Hieronymus Galaratus Episcopus Alexan.

Federicus Cornelius Episcopus Bergomen.

Procuratores Episcoporum absentium.

Laudensis.

Nouariensis.

Astensis.

Saonenfis; Ecclesia Vintimiliensis vacat suffragio.

Procuratores Capitulum & Cleri Ecclesiarum.

Abbat.

Præpositi.

Adfuit Excellentiss. Senatus Mediolan. & Nobilium virorum maxima frequentia &c.

## ACTA

### Concilij VI. Prouinc.

ILLVSTRISS. & Reuerendiss. in Christo Pater & Dominus. D. Carolus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Præxedis, & Sanctæ Ecclesiæ Mediolanen. Archiepiscopus, hoc præsentis Anno M D LXX XII. die scilicet decimo Mensis Maij, Concilium Prouinciale sextum in Concilio Prouinciali quinto iam legitime indictū celebraturus, ad præscriptam rationem in Concilio Prouinciali quarto in Calendario huius anni primò poni, ac die Epiphaniarum per R. Archidiaconum in Metropolitana post solemnem dierum festorum mobilium enunciationem solemniter promulgari voluit his conceptis verbis.

*Hoc item anno, Dilectissimi, ad Dei omnipotentis, Beatæque Mariæ semper Virginis, ac Sancti Ambrosij confessoris, & gloriosorum*



Martyrum Prothasij & Gervasij patronorū nostrorum laudem, Concilium Prouinciale sextum celebrabitur, die decimo mensis Maij. Hoc idem vulgari sermone Parochis omnibus vrbis intra Missarum solemnias de suggestu in publicatione festorum mobilium promulgari iussit, literis in hanc sententiam scriptis.

Reuerendo Parocho. D'ordine di Monsig. Illustris. Cardinale Arcivescouo, raccordo à V. R. che la mattina della Epifania, nel medesimo tempo che farà la publicatione delle feste Mobili dell'anno presente secondo il solito, non manchi di publicare la celebratione del Concilio Prouinciale festo, che farà à 10. di Maggio prossimo. Dalla Cancellaria Archiepiscopale li 4. di Genaro 1582. subscripta M. Antonius Bellinus Cancellarius.

Huius rei gratia ad omnes Reuerendiss. Episcopos comprouinciales, item ad Capitula Cathedralium, ac ad testes Synodales, Epistolas subsequentes dedit.

## EPISTOLA

Ad Reuerendissimos Episcopos Comprouinciales.

**C**arolus S. R. E. tit. S. Praxedis Cardinalis, Dei Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Mediolanen. Reuerendiss. D. D. Episcopo N. Comprouinciali nostro, salutem in Christo Domino. Concilium Prouinciale sextum, quod iam pridem decreto promulgato atque edito, in superiori quinta Synodo Prouinciali, auctoritate Metropolitana nostra indiximus, auxiliante diuina Misericordia, nos hoc anno M. D. LXXXII. die decimo mensis Maij, ad Tridentinæ sanctionis præscriptum celebrabimus. Et verò quanquam non ignota nobis est pastoralis Amplitudinis T. Reuerendissimæ sollicitudo, proindeq; confidimus fore, ut pro debito Episcopalis sui officij munere, & pro sanctæ disciplina Ecclesiasticæ studio, cuncta diligenter agat, quæcunque de Concilio Prouinciali certo titulo in Synodo quarta itidem Prouinciali, vel uniuersè, vel sigillatim præscriptum: nihilominus tamen his literis, Archiepiscopali etiam nostra auctoritate, Episcopalis officij sui vigilantiam requirendam censuimus, ut antequam statuta illa per nos indicta eius Synodi sextæ celebranda dies veniat, omnino ea ipsa præstet atque exequatur. Quod reliquum est, pro prudentia, proq; vigilantia sua pastoralis, Amplitudo T. Reuerendiss. ea viderit, quibus, dum in Concilio erimus, in tractationibusq; & deliberationibus Synodalibus versabimur, & Christi Domini gloria in primis seruire, & animarum, quarum Episcopi Pastoresq; sumus, spiritali emolumento atque salutem rectè consulere, & muneri nostro pastoralis cumulatè satisfacere possimus. In superiori Synodo Prouinciali quinta istic testes Synodales delegimus, in Vrbe R. D. N. in diocesi

R. N. qui cum abessent, iusiurandum ex decreto Prouinciali formulaq; præscripta nõ præstiterunt. His igitur literis Amplitudini T. Reuerendiss. facultatem damus, atque impari mur, ut eos ad se quamprimum accersat, ac iusiurandum sibi præstari iubeat, ad formulæ in Concilio Prouinciali quarto eo nomine præscriptæ rationem.

Istius præterea Cathedralis Ecclesiæ suæ capitulum ad Concilium nostrum Prouinciale de more inuitauimus, eaq; causa in hunc fasciculum epistolâ includi iussimus, quam ei rectè reddi ab Amplitudine T. Reuerendiss. postulamus. Quare eo de iureiurando à Testibus Synodalibus præstito, & de epistola capitulo reddita, & de alijs etiam rebus, quas concilij sexti causa his literis scripsimus, quamprimum, & quam diligentissimè nos certiores faciat. Deus cælestium gratiarum donis Amplitudinem tuam Reuerendissimam cumulet. Mediolani die xxix. Ianuarij. 1582.

## EPISTOLA

Ad R. R. Capitula Cathedralium Ecclesiarum Prouinciarum.

**C**arolus Cardinalis Archiep. Mediolani & c. Canonis, & Capitulo Ecclesiæ N. salutem in Domino. Deo benè iuuante, nos Concilium Prouinciale sextum, quod iam pridem decreto edito in Synodo Prouinciali quinta indiximus, hoc anno die decimo mensis Maij, de more in Basilica nostra Metropolitana habebimus. His igitur nostris literis, vos ad illud inuitare volumus. Quare aliquos certos procuratores ad constitutam eam diem huc mittatis licet, qui & ipsi præsentem in Concilio adsint, & nos instruere ijs de rebus possint, quæ ad vos, vestrûq; Capitulum aliqua ratione pertineant. Valete in Domino. Dat.

## EPISTOLA

Ad Reuerendos testes Synodales.

**R**euer. & dilecte in Christo. Superiori proximo concilio quinto te delegimus, qui in ista Diocesi N. Synodi Prouincialis sextæ, quæ hoc ipso anno 1582. die decimo mensis Maij futura est, causa, testem Synodalem gereres. Quare his literis te monitum esse volumus, ut cum ad decretorum, quæ de testibus Synodalibus in Concilio Prouinciali quarto edidimus præscriptum, in omnem istius officij curam incumbas, quo oportet diligenti sinceroq; studio; tum etiam quidquid pia ista tua opera accurataq; solertia inuestigando perspexeris, quod aliqua opus habeat correctione, & reformatione, id omne rectè atq; ordine notatum, ad nos duobus ante statam Synodi Prouincialis futuræ diem mensibus (id quod etiam eodem quarto charitati tuæ præscriptum est) mittas. Agere autem debes cum R. D. N. quem alterum testem synodalem istic in vrbe N. delegimus, ut constituta die vnus vestrum præ-

sens in Concilio omnino adsit, ea coram relaturus, quæ sanctè iuratus, nobis interrogantibus respondere debet. At verò ubi inter vos fortasse non consentientes, aut ancipites in deliberando eritis, vter vestrum ad Concilium accedat; tunc ambo planè accedatis, id præstaturi, quod decreto Prouinciali vobis præscriptum. Et quoniam fortassis adhuc iusiurandum, quod ex decreto Prouinciali præstare debes, minime præstitisti; Ideo abs te illud ex præscripta formula istic Reuerendiss. Episcopo tuo N. præstari iubemus; cuius rei facultatem literis nostris dedimus atque impartiti sumus. In istius verò synodalis officij munere, quod charitati tuæ commisimus, si fortè nullum adhuc tempus posuisti, tuæ partes sunt, cum illud tam religiose præstare debeas, in præsentem curam ediligentiorum adhibere, ut accurato & opportuno studio illius partes expleas. Quod charitatem tuam facturam esse speramus & confidimus. Vale in Domino. Mediolani die & c.

Eadem quoque epistola scripta est ad testes synodales vrbis ac diocesis Mediol. ijs ommissis, quæ de eorum altero vel vtroque ad Concilium veturo, itemq; de iusiurando præstando mox supra posita sunt. Ab ijs verbis scilicet; Agere autem debes, vsque ad finem.

Epistolas item singulas ad Reuerendissimos Episcopos Cremonensem & Bergomensem pro concionibus habendis in 2. & 3. sessione, & Reuerendiss. Episcopo Alexandrin. pro concione mortuorum, huius sententiæ scripsit.

Reuerendissime Domine. Exploratum nobis est, concionis, quam ab Episcopo Prouincia in N. Concilio sessione haberi decreuimus, munus ab Reuerendissima Amplitudine tua posse, & virtutum episcopali studio, & rerum ecclesiasticarum vsu doctrinaq; egregiè præstari. Quam obrem episcopali charitati suæ hanc curam dandam statuimus, ut latinam eiusmodi orationem concionemue paret, quæ sanctioris discipline institutis atque officijs exculsa, quam vberimos ope diuina fructus afferre possit synodalium affectionum. Id igitur munus pro religioso animi sui zelo ut diligentissimè suscipiat, magnopere ab Amplitudine T. Reuerendissima postulamus, cui à Deo omnem cælestis gratiæ cumulum precamur. Mediolani non. Februarij. 1582.

Episcopo verò Placentino in aliam sententiam literæ fuerunt scriptæ, & per certum notarium missæ in hanc sententiam vz.

Epistola Episcopo Placentino.

**C**arolus & c. Reuerendissimo Domino D. Episcopo Placentino salutem in Christo Domino. Synodum Prouincialem sextam, quam Metropolitana nostra auctoritate in Concilio superiori Prouinciali quinto, decreto promulgato atque edito indiximus, hoc anno adiutrice diuina misericordia die decimo mens. Maij de more celebrabimus. Quo constituto & præfinito die, & si

non dubitamus, quin Amplitudo T. Reuerendissima, pro eo, quod eius prædecessor Cardinalis Tranensis Metropolitanam Mediolanensem semel elegit, in cuius Prouincialem Synodum, vt Tridentino Decreto sancitum est, conuenire deberet, eiusq; electionis ius deinceps Cardinalis Placentinus qui successit secutus, Concilij nostris Prouincialibus interfuit; præsens etiam ipsa pro suæ pastoralis curæ ecclesiasticæq; disciplina zelo, Synodo huic sextæ Prouinciali à nobis indicta adfutura sit: tamen his quoque literis illam requirimus, vt ad constitutam diem adesse omnino velit. Quod si iusta aliqua necessitas fortasse impederit, quominus debitum hoc munus ipsa per se obire possit; prætermitti huius officij causam rationemq; scribat, tum ecclesiasticum hominem mittat, qui nomine suo recipiat, quæcumque in conciliaribus Prouincialium rerum tractationibus acta, gesta, decretauit à nobis erunt. Deus Amplitudinem tuam Reuerendissimâ diu benè valentem omni cælestis dono gratiæ in dies augeat & cumulet. Mediolani Idibus Martij. 1582. Sig. C. Cardi. tit. S. Praxedis Archiepiscopus Mediolani, & subscrip. M. Antonius Bellinus Canc.

Die sabbati 31. Martij. Ante Dominicam Lazari, ad præscriptum Concilij Prouincialis Quarti fuit proposita, & valuis Ecclesiæ Metropolitanæ, ac aliarum collegiarum vrbis, & solitis publicis locis affixa tabella per publicos seruitores Curia Archiepiscopalis, literis grandiusculis exarata, indictionis & promulgationis Concilij celebrandi vsq; in Conc. 6.

Die 21. Aprilis sabbato in Albis, Præpositi collegiarum, Parochi, & concionatores omnes vrbis, pro processionibus & supplicationibus obeundis, & Missa conuentali de Spiritu sancto celebranda pro Concilio Prouinciali V. I. his literis fuerunt moniti de mandato Illustrissimi Metropolitanani.

Di ordine di Monsig. Illustris. Cardinale Arcivescouo, si auisano tutti gli Reuer. Sig. Preuosti, Capitoli, e Parochi di questa Città, che tutte le Domeniche, cominciando dimani, sin' al fine del Concilio Prouinciale festo, che si celebrerà alli 10. di Maggio, si ha da fare processione, e cantare le litanie, in ogni Chiesa collegiata e parochiale, per impetrare aiuto da Dio in questa attione conciliare: & nel medesimo tempo ciascuna feria quinta per questo istesso effetto si harà da dire la Messa de Spiritu sancto cantata e non cantata: & occorrendo impedimento di officio solenne, se ne harà da fare la commemorazione secondo il decreto del Concilio Prouinciale quarto: e parimente ogni Parocho e Predicatore di questa Città, in queste tre Domeniche prossime lo raccorderà, e raccomandarà alle orationi del suo Popolo; effortando lo anco particolarmente per questo, à pie, deuote, & instanti orationi, & alla santissima communionem la Domenica immediate auanti esso Concilio. Dall' Arcivescouato alli 21. Aprile 1582. Subscrip. M. Antonius Bellinus Canc.

Quo

Quo verò celebratio huius sexti Concilij Prouincialis spiritualibus donis & thesauris magis augetur, & illustris magis foret, Sanctiss. D. N. D. Gregorius Papa XIII. pro sua paterna & singulari charitate erga hanc ciuitatē Mediolani suas pontificias literas Indulgentiæ Plenariæ dedit.

De more promulgatoriæ schedulæ Indulgentiæ Plenariæ per vniuersam Ciuitatem editæ & expositæ fuerunt.

Quo verò grauissima hæc conciliaris actio diuino præsidio & auxilio magis communiret, Illustris. D. Cardinalis Archiepiscopus orationem sine intermissione primò in Diocesi, literis ad omnes Vicarios foraneos in hanc quæ sequitur sententiam scriptis indixit.

Epistola ad Vicarios foraneos pro oratione sine intermissione.

**C**arolus &c. Reuerende Vicari. Orationē sine intermissione, vt felicem & salutarem exitum sextæ Prouincialis Synodi, quam mox habebimus, à Deo impetremus, in vniuersa Diocesi hoc tempore instituiamus. Hæc verò inchoabitur Nonis Maij, & Nonis pariter Iunij proximè sequentis terminabitur. Pro distributione temporis de eo facta isti Vicariati, vt inferius adnotatum esse obueniet.

Quamobrem his statim acceptis literis totum negotium Parochis tui Vicariatus, & per eos vniuerso populo significabis, vt ardentius & studiosius ad sanctum orationis exercitium se ipsos præparent & inflamment, frequentiusq; in Ecclesias conueniant. Horas autem orationis in Parochias ampliores, vbi maior hominum multitudo conuenit, distribues; efficiesq; omnino, vt sancta hæc oratio continua sit: orandi verò modus & ratio adhibeatur, quæ à nobis aliàs tradita fuit. Illud tamen præcipue animaduertendum est, ne oratio de Spiritu sancto, & item pro peccatis, & Sancti Patroni, absolutis litanij, & Psalmo quinquagesimo, Miserere cum statim precibus omittatur. De distributione autē, quam istic facies, postea nos quamprimum certiores reddas. Vale in Domino. Mediolani Calendis Maij 1582. Subscrip. Marcus Antonius Bellinus Canc.

Tum etiam eandem orationem sine intermissione in vrbe à Regularibus Viris, & mulieribus celebrandā esse statuit, scriptis literis ad vniuersos Prælatos Monasteriorum vz.

Epistola ad Viros Regulares.

**C**arolus Cardinalis Archiepiscopus. Reuerendo Padre, habbiamo ordinato vna oratione senza intermissione per il buon successo del nostro Concilio Prouinciale sexto che già si auicina; il quale cominciarà dimani à hore 14. & durerà sino alli 5. del seguente mese di Giugno, secondo il cōpartito sopra di ciò fatto à cotesto suo Mo-

nastero toccarà l'hora qui di sotto notata, la qua le ripigliarete ogni tre di vna volta, sin che durerà il detto spatio di tempo. Però sarà contenta di fare, che si celebri in Chiesa collegialmente cō ogni maggior diuotione, e purità di cuore questa santa oratione, accioche in questi publici bisogni spirituali il Sig. si degni della sua misericordia cō noi. Aggiungendo anco per questo nella Messa in specie la colletta per il Synodo. Con che vi benediciamo. Dall' Arciuescouato li 4. di Maggio 1582. Subscripta. M. Antonius Bellinus Cancell.

Supputatione facta pro ratione & numero Monasteriorum, singulis certum spatium temporis in calce huius schedulæ assignatum fuit.

Congregatio preparationis Concilij.

**D**IE vij. Maij, cum iam iam immineret dies conciliares, Illustris. & Reuerendiss. D. Cardinalis Archiepiscopus habuit Congregationem de præparatione Concilij, in qua interfuerunt Multum Reuerendi DD. Audoenus Ludouicus V. G. Antonius Seneca Decanus Metropolitanæ, Io. Stephanus Beluisius Protonotarius Apostolicus Canonicus Vercellensis, Petrus Gallesinus Protonotarius Apostolicus, Bernardinus Tarusius I. V. D. ex Visitatoribus diocesis, Io. Paulus Clerices Magister cæremoniarum & Cancell. Archiepiscopalis: & infra scripta decreuit Illustris. Dominus.

Primò deputauit Iudices excusationum.

Item Iudices querelarum & controuersiarum.

Promotores Concilij, vt infra.

Vicarij & procuratores Episcoporum ex gratia erunt admittendi, vt possint interesse tractatibus

Cursores & nunciij huius factæ synodi pro intimationibus affixionibus & huiusmodi actibus deputantur omnes ostiarij Metropolitanæ, ac eorum Præfectus.

Reuerendiss. Episcopi quando venerint ad publicas congregationes, à duobus ex Reuerendis Canonicis Ordinarijs subdiaconis associetur.

Officiales Concilij in prima publica congregatione promulgentur.

Familix & Hospitia singulorum Reuerendissim. Episcoporum distinctè & nominatim describantur.

Hoc ipso die fuit nominatus clerus vniuersus tã regul. quam sæcul. pro solēni processione sub initium concilij peragenda, & pro solēni pulsatione campanarum pridie diei synodalis sub vesperum; & clerus sæcularis in ædes Archiepiscopales fuit iussus cum solēni habitu conuenire, vt Illustris. Metropolitanus ad Ecclesiam Metropolitanam solēniter pluuiali & mitra indutum accedentem cum Reuerendiss. Episcopis comitaretur.

Die 9. Maij pridie diei Concilij affixæ præ fortibus aulæ congregationum conciliarium, ac fortibus Palatij, ac basilicæ Metropolitanæ tres

Tabellæ

Tabellæ indictionis publicæ congregationis in hæc verba conscriptæ.

Hodie hora 21. erit Congregatio publica Reuerendissim. Patrum D. D. Episcoporum Prouincia, pro Concilio Prouinciali sexto, cui intersint procuratores Reuerendiss. Episcoporum absentium, procuratores item capitulorum cathedralium, Testes synodales item conueniant. Omnes ecclesiastici qui intererunt, adsint habitu ecclesiastico induti. Omnes item quicumque sint, vel clerici, vel laici, qui audiri velint, conueniant. Ex cancellaria Archiepiscopali Die 9. Maij 1582. Subscrip. M. Ant. Bellinus Canc.

Item locis prædictis indictio inchoationis Concilij in hæc verba literis grandiusculis exarata, ac tabulis ligneis minio deceter ornatis, & impositis suffulta & affixa.

Die crastino hora 10. adiuuante diuina gratia inchoabitur concilium Prouinciale sextum. Ex Cancellaria Archiepiscopali, Die 9. Maij 1582. Subscrip. M. Antonius Bellinus Canc.

Congregatio priuata.

**I**llustris. & Reuerendiss. D. D. Cardinalis Archiepiscopus, antequam congregatio publica vsupra indicta haberetur, priuatam congregationem conuocauit: cui interfuerunt Reuerendissimi D. D. Episcopi, Dertonensis, Bergomensis, Brixienis, Astenis, Alexandrinensis, & Intimilienis. & facto initio à stata oratione per Illustris, D. D. Metropolitanum recitata, de ordine in congregationibus publicis seruando actum est; & ille decretus est, qui mox in prima publica congregatione describetur.

Tum Illustrissimus Metropolitanus de præparatione concilij per modum scrutiniij à singulis Reuerendiss. Episcopis sciscitatus est, ac præsertim super executione eorum, quæ hoc de genere Conc. Prouinciali quarto descripta sunt. Postea comparuerunt Reuer. Promotores ab Illustris. D. Metropolitanano delecti, & in hanc sententiam Illustris. D. Metropolitanus & Reuerendiss. Dominos cōprouinciales in hac priuata congregatione confidentes allocuti sunt.

Illustris. & Reuerendiss. in Christo Pater & Domine D. Metropolitanæ, Patresq; Reuerendiss. Quoniam iam iam dies instat Concilij Prouincialis Mediolanensis sexti, ob eamq; causam huc conuenistis, vt pro ordinis vestri dignitate, munerisq; ratione, omnia operante Domino ritè rectèq; agantur: Nos Antonius Seneca Decanus huius Ecclesie Metropolitanæ, & Io. Stephanus Beluisius, Protonotarius Apostolicus Ecclesieq; Vercellen. Canonicus Primicerius, I. V. Doctores, & huius Concilij sexti promotores, ab Illustris. dominatione, Reuerendissimamq; Paternitate tua, auctoritate Metropolitana cōstituti, Reuerendissimas D. V. requirimus, & instamus, vt si quid pro huius Concilij sexti sano initio felicisq; apertione agendum est, id (qua

est vestra omnium caritas, & prudentia) agere, & deliberare dignemini: & si quid præterea est, quod à nobis fieri aut geri censueritis, rogamus id nobis significari: Nos verò inter cæ Deū omnipotentem assidue precabimur, vt in cordibus vestris gratiam Spiritu sancti infundat.

Congregatio publica prima.

**H**ora vigesima prima diei noni habita est prima cōgregatio publica iam indicta, præmissis sono campanæ maioris Ecclesie Metropolitanæ spatio dimidiæ horæ huius congregationis significandæ gratia; locus verò congregationis fuit aula congregationum conciliarium. hæc erat auleis & pijs imaginibus deceter & magnificè ornata, sella ex serico & auro elaborata, duobus gradibus eleuata, ac sub umbella ex serico rubro pro Illustris. Metropolitanano posita erat. Inferius hinc inde subsellia in formam emicyclorum vno gradu eleuata panis violaceo tecta pro Reuerendiss. Episcopis disposita erant. Pavimentum totius huius ambitus interioris panno viridi contextum erat.

Conuenerunt igitur ad congregationem Illustrissimus Metropolitanus, Rocheto & humerali rubro, seu Mozeta vt dicunt, ac stola indutus, & Reuerendiss. Episcopi ipsum comirantes, Rocheto humerali, & mantellete violaceo: & fuerunt hi Reuerendiss. Domini Episcopi, Dertonensis, Bergomensis, Brixienis, Astenis, Alexandrinensis, Albenis, & Intimilienis. quibus omnibus suis locis vsupra, & ordine promotionis seruato confidentibus, primò Illustris. Metropolitanus assurgens delecto capite, distinctè recitauit de tabella quam tenebat R. D. Archidiaconus Metropolitanæ, & alter Canonicus Ordinarius Diaconus statam orationem, Adsumus sancte Spiritus &c. qua absoluta omnes confederunt. Simul etiam se debant Reuer. D. Procuratores Reuerendissimorum Episcoporum absentium, & capitulorum, nempe à tergo, & post Reuerendissimos Episcopos prope parietem in dextera scilicet parte.

Omnibus hoc ordine & loco suo confidentibus, Illustris. Metropolitanus ad Reuerendiss. Patres, cæterosq; qui aderant, habuit breuem concionem, rerum de quibus agebatur rationi, verborum & sententiarum grauitate valde accommodatam.

In medio hoc confesso de more ante oculos Illustris. Metropolitanus crux erat, quam Notarius Metropolitanæ pro sui muneris ratione manu perpetuò tenebat. Absoluta concione, assurgunt Reuer. Promotores, & exhibent instrumentum suæ deputationis, ac instant pro inchoatione Concilij ad præscriptum Concil. Trid. & indictionem in V. Conc. Prouinciali factam; & rogantur vota Reuerendissimorum Patrum. Qui vnanimiter consenserunt. quæ omnia inferius in priua sessione describetur.

Item

Item lectum est decretum Illustris. Metropolitanitani de initio Concilij; tum fores aperiuntur: & facto silentio, Cancellar. de mandato Illustris. Metropolitanitani alta voce hæc verba protulit: *Reuerendi D. D. si quis vestrum est, qui ad hanc sanctam Synodum aliquid referre velit, datur ei libera dicendi facultas; & hæc eadem verba vulgariter statim per notarium fuerunt prolata. Paruo interiecto interuallo alta voce ab eodem Cancellario fuerunt vocati ordinati & distinctè pro audientia vt infra.*

*Accedant Procuratores Reuerendis. Episcoporum absentium qui volunt audiri.*

Per R. D. Archidiaconum Metropolitanæ fuerunt introducti procuratores Episcoporum absentium his cõceptis verbis: *Illustrissime Metropolitanæ, Adsumt Procuratores Reuerendissimorum Episcoporum, Auenensis, Nouariensis, Vercellensis, Laudensis, & Saouensis absentium, qui habent quod ad hanc sanctam Synodum referant. & singuli accesserunt ad Illustrissimum Metropolitanum cui exhibuerunt procurationis suæ instrumenta.*

Similiter etiam Procurator Reuerendis. Episcopi Nouariensis suum mandatum Illustris. Metropolitanitani præsentauit tenoris subsequenti. Mandatum Episcopi Nouariensis.

*In nomine Domini &c. Cum mense Maij proxime futuro indicta sit sancta Prouin. sexta Synodus.*

*Multumq; Illustr. & Reuerendissimus in Christo pater D. D. Franciscus Bossius, Dei & Apostolica sedis gratia Episcopus Nouariensis & Comes &c. ac prouincialis, non possit eidem synodo interesse, cum in præsentia onere visitationis Ciuitatis & Diocesis Ianuen. Apostolica auctoritate sibi iniuncto detineatur &c. & omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius potuit & potest, fecit, constituit, creauit &c. suum certum missum, nuncium, & procuratorem &c. R. D. Albergonum Canonicum absentem tanquam præsentem solum & insolidum specialiter nominatum & expressè, ad ipsius Reuerendis. D. Episcopi Nouariensis procuratorio nomine, & pro eo comparandum coram Illustris. & Reuerendis. D. D. Carolo S. R. E. tit. S. Prædix Presbytero Cardinali Mediolani Archiepiscopo, & ceteris Reuerendis. D. D. comprouincialibus Episcopis, & quibuscunque alijs Ecclesiasticis viris, qui eidem Synodo Prouinciali intererunt anno præsentis die 10. Maij, quæ erit feria quinta Dominicæ tertiæ post Pascha Resurrect. D. N. Iesu Christi inchoandæ & celebrandæ, & causam prædictam pro qua idem Reuerendis. D. constituens legitime impeditus non potest ipsi Synodo interesse coram præf. Illustris. & Reuerendis. D. D. Metropolitanano tãquam notoriam deducendam, de eaq; si expedierit, fidem faciendum, & eam causam tanquam legitimam recipi & admitti petendum & faciendum: Tum eius Reuerendis. D. constituentis & eius Ecclesiæ Nouariensis. nomine suscipiendû, recipiendum, & quæcunque canonum Tridenti-*

*niq; Concilij auctoritate in ipsa Synodo, acta, gesta, constituta, decreta sancitaue erunt, & ea obseruare iurcurando (si expedierit) promittendum, & eis subscribendum, & generaliter omnia & singula alia dicendum, faciendum, petendum, suscipiendum, recipiendum, promittendum, iurandum, & subscribendum, quæ idem Reuerendis. D. constituens dicere, facere, petere, suscipere, recipere, promittere, iurare, & subscribere possit si præsens esset: Dans, & concedens eidem Reuer. D. Procuratori suo in omnibus & singulis præmissis, & dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, plenum, amplum, & liberum, & generale mandatum, cum plena ampla libera & generali & speciali administratione; etiam si talia forent, quæ mandatum exigent magis speciale, quàm præsentis sit expressum, & promissit & promittit &c.*

#### *Introductio & comparitio Procuratorum Capitulorum.*

**P**ostquam procuratores Reuerendissimorum DD. Episcoporum absentium fuerunt singulatim introducti, vt superius connotatum est, immediateq; his conceptis verbis alta & clara voce per Cancellarium vocati. *Accedant procuratores capitulorum, qui volunt audiri.* Mox per Reuer. D. Archidiaconum vsupra dictum est de procuratoribus Episcoporum ad Illustris. D. Metropolitanum introducti hac verborum prolacione. *Illustrissime Metropolitanæ, adsumt Procuratores Capitulorum huius Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolanensis, Auenensis, Nouariensis, Alexandrinæ, Intimilien. Casalen. Saouen. Vigleuanen. qui volunt audiri. & singuli accesserunt ad Illustrissimum Metropolitanum, cui reuerenter suum exhibuerunt procuratorium auctenticum subsequenti tenoris.*

#### *Capituli Metropolitanæ Mediolanensis Procuratorium.*

**I**N Nominem Domini &c. Et pro eis comparandum interueniendum, & assistendum in Concilio Prouinciali sexto de præsentis celebrando in præfata Ecclesia Metropolitana Mediolanensi, sub Illustris. & Reuerendis. D. D. Carolo tit. S. Prædix Presbytero Cardinali, S. Mediolanensis. Ecclesiæ Archiepiscopo, ac in quibuscunque sessionibus superinde fiendis & tenendis, & quibuscunque congregationibus priuatis & generalibus, tam in Palatio Archiepiscopali Mediolani, quàm in dicta Ecclesia & alibi seruandis & tenendis, ac eorum uotum dicendum & ferendum, ac omnia alia faciendum, quod præf. M. R. D. constituentes facere possent, si personaliter adessent. Et generaliter &c. Dantes &c. & volentes &c. Promittentes &c. Releuantes &c. & de prædictis &c. Actum &c.

Postquam procuratores capitulorum auditi fuerunt

runt, vocati sunt testes synodales his conceptis verbis per Cancellarium: *Accedant testes Synodales.* Et cum plures assurrexissent, Reuer. D. Archidiaconus ad Illustrissimum Metropolitanum eos introduxit his verbis: *Illustrissime Metropolitanæ, adsumt testes synodales. & singuli cum reuerentia accedentes, suâ relationem scripto exaratum exhibuerunt.* Postmodum vocati sunt canonici his verbis: *Accedant Canonici, & si qui volunt audiri, & cum nulli adessent canonici, post modicum temporis interuallû vocati sunt Parochi hoc modo. Accedant Parochi si qui volunt audiri. & cum nulli adessent Parochi, vocati sunt clerici his verbis: Accedant Clerici si qui volunt audiri.* Et cum nulli adessent clerici pro audientia, vt finis vocationi tandem imponeretur, vsup. vocati sunt & laici hac verborum conceptione. *Accedant laici, & alij quicumque volunt audiri.* Et cum nullus comparuisset, de mandato Illustrissimi D. Metropolitanitani Cancellaria voce hæc verba protulit. *Reuerendi Domini, exeat omnes, præter procuratores Reuerendissimorum D. D. Episcoporum absentium, & capitulorum.* Et hæc eadem verba per notarium vulgariter fuerunt prolata. & ita omnes exierunt, & fores clausæ sunt.

His ita peractis Reuerendi Promotores coram Illustris. Metropolitanano assurgentes, protesta ti sunt neminem ex procuratoribus admittendum esse, nisi prius constet de mandato sufficienti: & rogantur vota patrum, & dictû fuit ex communi voto recognoscenda esse à Iudicibus deputatis.

Postea instantiæ & decreta aliquot in prima sessione de more fuerunt lecta, vt infra dicitur. Lectis suprædictis omnibus, rogantur vota Reuerendissimorum Patrum his cõceptis verbis su per duobus decretis, *Reuerendis. Patres, Decreta de iudicibus querelarum, & de diebus congregationum, placent ne vobis?* & responderunt omnes vna voce, *Placent.* & Cancellarius retulit Illustris. Metropolitanano his verbis: *Placuit Reuerendissimis Patribus: & de ipsius Illustrissimi D. mandato dixit: Decreta modò lecta placuerunt Patribus, de eorum igitur assensu ita illa statuimus vt lecta sunt.*

Quibus absolutis cum iam nox immineret, assurrexerunt omnes, & Illustris. Metropolitanus capite detecto statim precem, quæ in fine congregationum recitari solet, vt supra dictum est in initio, perorauit.

#### *Sessio prima.*

**I**N nomine Domini, Anno à Natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, Indictione decima, Pontificatus Sanctis. Domini nostri Gregorij decimi tertij anno decimo, feria quinta, quæ fuit quarto idus Maij, qui dies aperiendæ huic Prouinciali synodo sextæ indictus fuerat, summo mane,

hora scilicet decima iam indicta, Illustrissimus & Reuerendiss. in Christo Pater & Dominus D. Carolus &c. pluuiali & mitra pretiosiori ac baculo indutus, comitantibus infra scriptis Reuerendissimis Patribus DD. Episcopis Comprouincialibus, scilicet Dertonensi, Cremonensi, Bergomeni, Brixienti, Astensi, Alexandrinensi, Albeni, & Intimilien. pluuialibus & mitris simplicibus indutus, ac Reuer. Capitulo Metropolitanæ, casulis & dalmaticis rubris pretiosioribus pariter indutus, reliquoq; Clero Metropolitanæ, ac Clericis Seminariorum præeuntibus, binis candelabris accensis, ac per eum D. Archiepiscopum incenso in binis thuribus ad concremâdum imposito, hoc ordine ex ædibus Archiepiscopalibus discedens, ad Basilicam Metropolitanam solemni ter processit, subsequentibus prælatis ac protonotarijs quamplurimis rochetto indutus, nobiliumq; ac ciuium multitudine progrediète. In ingressu Metropolitanæ, in qua vniuersus clerus secularis & regularis pro solemni processione ad sanctum Ambrosium cõuocatus & congregatus erat, de more campanis omnibus & organo pulsatum est: Illustris. Dominus ad altare progrediens, peracta prece ad baldistorium, accessit ad sedem Pontificalem sub umbella, & fecit initium solemni officio horæ tertiæ: & dum alternis choris cantores psalmos de more canunt, ipse sandalia & dalmaticas induit cum pluuiali. & clerus suo ordine ad S. Ambrosium paulatim progreditur. sequuntur tãdem Reuer. Canonici ordinarij, & vniuersum Capitulum Metropolitanæ, Reuerendis. Episcopi, & ipse Illustrissimus Metropolitanus, prælati plurimi, plurimuq; populus. In itinere fuit ea quæ inferius adnotabitur ratio psallendi & canendi, quæ etiam fuit impressa, & omnibus Præpositis, Præfectis, & prælatis, ac alijs de more distributa & consignata.

#### *Processio ad Sanctum Ambrosium pro Concilio Prouinciali vj.*

*Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.* Antiphonæ processionales. *Spiritu principali confirma nos Domine. Alleluia, Alleluia. Spiritus sanctus docebit vos, Alleluia. Quæ oportet dicere Alleluia. Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma nos Deus, Alleluia. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Alleluia, Alleluia. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, Alleluia, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, Alleluia, Alleluia, Alleluia, Hym. Veni Creator. Hym. de S. Ambrosio. Miraculum laudabile, Hym. de sanctis Martyribus Protasio & Geruasio, Grates tibi Iesu. Psal. 103. Benedic anima mea Domino, Domine Deus meus. Psal. 47. Magnus Dominus & laudabilis. Psal. 100. Miseri-*



sercordiam & iudicium. Oratio de S. Ambrosio. Sancti Ambrosij nos quesumus. Omnes & singuli in processione Breuiarium aut Psalterium habeant ad canendum & psallendum, vs. Præpositi Ecclesiarum Collegiarum hanc tabellam ipsi habeant, ex cuius præscripto Ecclesia sua Canonice Clerouè in tempore prænunciant, quem psalmum cantent.

In Basilica S. Ambrosij, Illustris. Dominus Metropolitanus statas orationes de Spiritu sancto, pro peccatis, ac de Sancto Ambrosio, & sanctis Martyribus Prothasio & Geruasio patronis, ante altare maius consistendo perorauit: & reuersus ad Metropolitanam, ipse ad sedem Pontificalem accedit: & deposito pluviali, casulam & pallium induit, & inde progrediens ad altare, Missam de sancto Spiritu more Ambrosiano celebravit. In qua primò benedictionem solemnè post Pater noster ad præscriptum Pontificalis restituit. Dum Missa celebratur, Reuerendis. Patres Episcopi cō prouinciales in choro in dextra parte in loco parum distante à sede pontificali pannis violaceis & puluinaribus decenter ornato confederunt. Missa verò absoluta, Illustris. Metropolitanus & Reuerendis. Episcopi in sessione descendunt, quæ hoc ordine disposita erat. Illustris. Metropolitanus sella pretiosa laminibus argenteis tecta ante altare tribus gradibus eleuata, Reuerendis. Episcopi inferius utrinque subsellij vno gradu eleuatis panno rubeo tectis in forma emiclorum dispositis, & post eos R. Capitulum Metropolitanæ, ex opposito altaris & Metropolitanæ pluteus promotorum & Cancellarij panno serico tectus.

Primò omnes genuflectentes paulum orant: tum assurgens Illustris. Metropolitanus, preces recitat, cæteraque omnia ad præscriptum Pontificalis aguntur: mox Euangelium per R. D. Archidiaconum canitur, absolutoque Euangelio, & thurificatione consueta, Illustr. Dominus Metropolitanus Comitante R. Capitulo Metropolitanæ suggestum ascendit, & orationem habuit, vs. in Conc. Prou. 6. ad finem.

Illustrissimo Metropolitanæ ad locum sessionalè reuerso, ad præscriptum Pontificalis Hym. *Veni Creator*. ipso Illustr. præcinente, ac aliæ statè preces cantatæ sunt.

Omnibus in sessione & in loco benedictionis ordine vs. confidentibus, comparuerunt R. Promotores, & pro inchoando Concilio his conceptis verbis institerunt.

Comparatio Promotorum. Illustris. & Reuer. in Christo pater, & Domine Metropolitanæ, patresque Reuer. Deo Optimo Maximo, à quo bona cuncta procedunt, gratias agimus, quod optatidies iam pridem in Synodo Prouinciali quinta indictus, initij Prouincialis concilij sexti adest, Decimus scilicet huius mensis Maij. Non est nobis ignota præstantissima charitas vestra erga Deum & erga gregem vobis commissam. Proinde instante iam die salutaris istius vestra

actionis, & synodaliū deliberationum, nos N. & N. & huius sexti Conc. Prou. Promotores, ab Illustris. Dominatione Reuerendissimæ Paternitate, auctoritate tua Metropolitana constituti, vt ex instrumento apparet quod R. D. N. Cancell. Archiepif. Notarius publicus, die septimo huius Mensis Maij M D L X X I I. Pontif. S. D. N. Gregorij Papæ XIII. anno Decimo consecit; primo illud ipsum instrumentum in parte & causis fauorabilibus tantum exhibemus: & pro publico & autentico pronunciaripubliceque legi requirimus. Et quoniam Sacrosancti Concilij Tridentini decreto (quod in sessione vigesima quarta Capite secundo de reformatione exscriptum etiam exhibemus, publiceque legi petimus) cauetur, tertio saltem quoque anno Concilium Prouinciale conuocari. & celebrari, proptereaque ad illius præscriptum Dei gratia & munere iam pridem synodis Prouincialibus quinque celebratis, nunc Concilij Prouincialis sexti, in superiori quinta synodo, item Prouinciali decreto, quod etiam legi petimus, indicti dies præsens adest: pro officij nostri munere instamus & requirimus hoc Concilium Prouinciale sextum iam tunc Metropolitana auctoritate, ex formula decreti Prouincialis quarti indictum denunciatum & promulgatum, hoc ipso die per vos deliberari & declarari incipere & iam incæptum esse. Instamus præterea & requirimus omnes & singulos Reuerendis. Episcopos qui adsunt, & quocunque modo debent, nominatim vocari; alios item, qui inuitantur; testes etiam synodales, & omnes alios quoscunque vel generatim vel speciatim interest: vt si quid pro publica huius prouinciæ utilitate habent, vel si quas controuersias item, quæ componendæ sint habent, ad hanc præsentem Synodum referant, cuius prosperum successum exoptamus & à Deo supplices p̄s orationibus precamur.

Intellecta promotorum comparitione & petitione, Illustris. D. Metropolitanus mandauit Instrumentum deputationis prædictum, ac decretum Tridentinum, & indictionem huius sexti Concilij Prouincialis in superiori quinto Concilio factum ad verbum à Cancell. Archiepiscopali alta & intelligibili voce in sessione legi: & ita factum est.

Accedens postea Cancell. ad Illustris. D. Metropolitanum, de ipsius manu decretum de aperiendo & inchoando concilio accepit, & ascendens ambonem de scripto decretum de aperienda synodo pronunciauit.

Eius decreti exemplum habetur supra in actis Conc. 1.

Hoc decreto recitato Cancell. de suggestu descendens, adhibitis R. Promotoribus ad Illustrissimum Metropolitanum & ad singulos Reuerendissimos Patres accessit, qui ordine sententiam rogati, consueta formula omnes respondiderunt: *Placet.*

Sententijs omnium cōcordibus Illustrissimo Metropolitanæ relatis, respondit Deo gratias, & statim

statim decretum de initio Concilij promulgandum Cancell. dedit, vt infra.

#### Decretum de initio Concilij.

**N**OS Carolus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Praxedis, & Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis, ad Dei omnipotentis, beatæque Mariæ semper Virginis, ac Sancti Ambrosij Confessoris, & Beatorum Martyrum Prothasij & Geruasij patronorum nostrorum laudem, discernimus de consilio & consensu Reuerendissimorum DD. Coepiscoporum nostrorum, hoc ipso die, qui dies decimus est mensis Maij, adiutrice diuina misericordia, initium fieri, atque adeo iam factum esse concilij prouincialis sexti, quod in superiori proxima synodo Prouinciali quinta decreto edito, nostra Metropolitana auctoritate indiximus, denunciauimus & promulgauimus.

Decreto proximè præcedenti promulgato, Deo gratias agendas esse cœsuerunt patres: ideo omnes assurgunt, & Hymnus. *Te Deum laudamus*, quem Illustrissimus Metropolitanus incepit, alternis choris canunt. Quo absoluto Reuerendi Promotores primò instant in hunc modum coram Illustrissimo Metropolitanæ.

#### Instantia Promotorum.

**I**llustrissime & Reuerendis. in Christo pater, & Domine D. Metropolitanæ, Illud in more positum est initio Synodi prouincialis, decreta de modo viuendi, de eiusdem Concilij officialibus, de præiudicio nemini afferendo, de non discedendo, legi atque edici: ideo ab Illustrissima & Reuerendissima amplitudine tua petimus, vt quem admodum moris est, de suggestu legantur, edicantur & promulgentur.

Audita Promotorum instantia, Illustrissimus Metropolitanus infra scripta decreta de suggestu promulganda Cancellario tradidit; quas reuerenter deosculans accepit, & alta voce legit & promulgauit.

#### Decretum de modo viuendi.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti.

**N**OS Carolus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Praxedis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis. Multiplex & graue admodum, magnisque curis implicatum munus, cum in omnibus alijs muneris atque officij Archiepiscopalis rationibus, tum

verò etiam in hac prouincialis concilij actione, nobis impostum esse agnoscimus, experiundoque sentimus.

Atque illud quidem sanè, non modò pastoralis quodam desiderio, aut voluntatis significatione; sed omni perenni sollicitudine, omni officio, atque adeo omni opere, sanctè religioseque præstare planeque exequi debemus. Cum autè conscij simus, onus tam amplum, grauissimis actionibus cumulatam, valde impar esse humeris nostris; eamque præterea esse humanæ conditionis nostræ imbecillitatem, vt non simus sufficientes, ne cogitare quidem aliquid ex nobis, sed sufficientiam omnem quæcumque sit, à Deo patre luminum existere, qui postulantis à se sapientiam dat omnibus affluenter & non improperat eis: Ideò in hac rerum conciliarium prouincialiumque tractatione & consultatione, quæ tota in deliberationibus grauissimis consumitur, non viribus nostris, quæ exiguæ sanè sunt, confisi; sed Dei vnus, cuius ministri sumus, ope atque auxilio freti, toto animo totaque mente supplices illud ab eo deprecamur, vt nos regat, foueat, & dirigat mentem animumque nostrum, ad ea, quæcunque prouincia rectè salutariterque gerenda rationibus opportuna, quæcunque optima sunt, & planè salutaria.

Obsecramus ergo Reuerendissimos Episcopos fratres nostros qui hoc loco adsunt, per Dominum Nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus sancti, vt cum omnes pietatis opes, omnesque Episcopatum virtutum facultates, quarum vbertate circumfluunt, in commune ad spiritalia prouinciæ commoda perpetuò conferant; tum verò præcipuè salutaribus consilijs, sanctissimisque precibus, conciliarem hanc actionem, quam Spiritus sancto auctore hodierno die aggressi sumus, adiuuare studeant: orantes pro optimo huius concilij sexti prouincialis successu; vt prouincia hæc tam sæpè synodalibus suffulta adiumentis, & disciplinis, atque sanctissimis monitis excitata, clarissimisque sanctè agendi exemplis incensa, ardentiori studio in dies exardescat progrediendi in via Domini. Assidue præterea in Dei laudes incubant; pure castèque, sacrosancti missæ frequenter peragant; facientes, sicut Spiritus sanctus beati Apostoli Pauli vocibus præcipit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro Ecclesia Sancta Dei, pro Sanctissimo Domino Nostrò Gregorio Papa Decimotertio, pro Sanctissimo Rege Catholico, cæterisque regibus, ac reliquis etiam in quouis dignitatis gradu constitutis, tum pro omnibus denique hominibus; vt quietam & tranquillam vitam agentes, pace fruamur, fidemque Catholicam, & charitatem in omnes terrarum partes ita disseminari videamus, vt in omnibus & per omnia glorificetur Deus, & pater Iesu Christi Domini nostri.

Hoc etiam meminerint Reuerendis. Episcopi, quòd si aliàs oportet à se præclara afferri sanctitatis & virtutum Episcopatum ac pene diuinarum exempla

exempla, inditiâq; summæ probitatis ostendi; tum certè maximè, cum eos celebrandi Concilij occasio in unum locum conuocat, ubi piè religiosèq; viuendi leges, cæteris de eorum consilio præscribuntur. Quare cum ipsi ex legibus uiuant, & semen, atque aded fructum sanctitatis iustitiæq; in alios diffundat; tum maximè & familiam suam (quæ ecclesiæ sumptibus sustentata, in domibusq; ministrorum Dei educata, cæteris propofita esse debet ad Christianarum virtutum imitationem) in ipsa sanctæ vitæ officijs continere studeant. Nec verò solum, quæ de Episcopalis familiæ recta disciplina præscripsimus, sed quicquid in moribus Christianæ pietatis excellere atque eminere videtur, ad illius instituendâ rationem atque vsum perducere curent diligenter.

Illud quoque hoc sacro loco & in conspectu Domini Reuerendissimos Episcopos summopere etiam atque etiam hortamur, intimeq; deprecamur in Domino, ut cum ex hac prouinciali specula multas prouinciæ partes variè languentes prospiciamus, iam demum summa Episcopali consensione, coniunctissimis pastoralis curæ officijs, vno studio omnes, non solum medicamenta perquiramus, sed appositè adhibeamus, quæcunque illa sint, & opportuna, & salutaria; ita ut quantum in nobis est, Domino operante, agras eius partes sanemus.

Et quoniam nihil ferè sæpius diuinis literis commendatum est, quàm clericalis ordinis hominum vitæ integritas, innocentia, fides, religio, pietas, virtutumq; omnium ornamenta, quibus domus Dei potissimum excolitur; idè illos monemus, & per viscera misericordiæ Dei nostri obtestamur, ut cum ipsi omni tempore laicis hominibus omnium virtutum splendore præluere debeant; tum maximè, cum concilia habentur, ita se gerant in verbo, in conuersatione & charitate, quemadmodum Apostolus monet: ut cum eos posuerit Deus in acquisitionem salutis, atque in ædificationem; officij sui memores, ambulent dignè Deo, sanctèq; viuant, sicut eos decet, qui in sortem Domini vocati sunt: omnesq; ipsi, tum sacerdotes sanctissimis Missæ sacrificijs, castissimisq; precibus, tum clerici frequentiori orationis studio, conciliares nostras actiones adiuuare studeant; illud piè Deum orantes, ut diuinæ gratiæ suæ lumen præferat mentibus nostris, cum ad consilia optima suscipienda, tum ad sancienda salutaria decreta, tum ad explenda salutriter instituta.

Omnes præterea ac singulos vrbis Mediolani Cives & incolas nobis in Christo carissimos vehementer hortamur, & monemus in Domino, ut cum perpetuò, tum in primis hoc tempore Concilij Prouincialis, eò vehementius se se ad christianas virtutes incitent, quò maiores illis stimulos addunt Episcopales conuentus, toties hoc sacro loco habiti. Ac præterea in tanta christiana disciplina luce, quæ Christi Domini beneficentia sibi oblata est, vitiorum tetram caliginem

disijciant, à malis omnino abstineant, ambulent in timore Domini, desideria carnis non perficiant, velintq; denique tota mente, toto animo, omni pietate, orationi operam dare, Christum Dominum in pauperibus pascere, sapissimè confiteri, Eucharistiæ Sacramentum salutariter sumere, ecclesias frequentare, Dei præceptis obedire; tum demum quotidie piæ sanctasq; preces ad Deum misericordiarum, & patrem totius consolationis adhibere; ut nos ipsi adiuti, in hac, omniq; alia pastorali actione, & gloria Dei, & animarum salutis perpetuò seruamus religiosa sollicitudine.

Illud autem mandamus, ut in basilica nostra Metropolitana, & singulis huius vrbis Ecclesijs Collegiatis, die Dominico Oratio de spiritu Sancto dicatur; deinde intra Ecclesiæ ambitum ad sacram supplicationem piè, rectèq;, atque ordine procedatur, litanij & reliquis precibus adhibitis, quæ ad sanctam eam precandi rationem, ab Ecclesiâ Dei instituta sunt. Omnes autem in Ecclesiâ, quæ domus Dei est, & domus orationis, eo præsertim tempore cum sacra fiunt, & diuina officia peraguntur, mutua congregatione, mutuis item colloquutionibus abstinentes, omnia attentissimis animis spectent, atque audiant; tum oratione & oris & mentis celebrantes adiuuent.

#### Decretum de Officialibus.

**N**OS Carolus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præbyter Cardinalis Tituli Sanctæ Præxedis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus S. Ecclesiæ Mediolan. Quoniam ad huius prouincialis Synodi sextæ actiones & tractationes ministri nonnulli requiruntur; id propterea delegimus, ac decreuimus huius sexti Concilij promotores, Reuerendos Dominos, Antonium Senecam Decanum Metropolitanæ nostræ Ecclesiæ, & Ioannem Stephanum Beluisum Canonicum Primicerium Ecclesiæ Vercellen. I. U. Doctores: Reuerendum item Dominum Archidiaconum eiusdem nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ, qui illos referat, qui à nobis in Concilio audiri volunt, ut iussu nostro introducantur.

Ne verò singulorum causâ, rerum grauiorum quæ à nobis in hoc Prouinciali Concilio agi geruè debent, cursum impedire aut retardare possint; idè Reuerendissimos Dominos Episcopos Dertonensem & Brixensem, & Reuerendum Dominum Audoenum Ludouicum Vicarium Generalem, huic muneri præfecimus, ut absentium excusationes quæ ad nos missæ sunt; tum eorum item causas cognoscant, qui Synodo non dimissa neque absoluta, se abeundi causam iustam aliquam habere existimauerint; easq; omnes & singulas ad nos ordine deferant.

#### Decretum de præiudicio non afferendo.

**D**ecernimus, si cui contigerit in hanc prouincialem Synodum non iure admissum esse, vel suo loco non sedere, sententiamuè dicere, aut aliquid quidpiam agere; nemini propterea illo facto ius acquiri, aut acquisitum esse; nec verò de cuiusquâ iure possessione uè quidquâ detrabi; sed omnia in eodem statu rata firmâq; manere, in quo sanè ante erant, quàm hoc Prouinciale Concilium haberetur.

#### Decretum de non discedendo.

**V**T Episcopi, qui huic prouinciali Concilio interesse debent, antequàm illud absolutum sit, & de more ritè dimissum, ex vrbe Mediolano ne discedant, nisi iustam & probabilem causam habeant, quam ab illis huic cognitioni præfectis cognosci diligenter primùm & examinari, tum à nobis comprobari volumus. Nec verò tamè ea causa cognita & comprobata, impetrataq; etiam à nobis facultate abeundi, eorum cuiquâ hinc prius migrare liceat, quàm idoneum procuratorem reliquerit, qui huius Synodi Prouincialis sextæ decreta & constitutiones, suo, & ecclesiæ item suæ nomine suscipiat, eisdemq; ut moris est subscribat. Quòd si secus eorum quispiam fecerit, pœna ei sit, quæ canonum iure contra constituta est, qui hoc ipsum commiserint.

Tum promulgatis his decretis, R. Promotores de nouo institerunt apud Illustrissimum Metropolitanum in hæc verba.

#### Instantia Promot.

**I**llustrissime & Reuerendiss. in Christo pater, & D. Metropolitanæ, In actione Synodali Prouinciali, ut sint qui querelas audiant, & controversias componant, operæ prætium est, Patres Reuerendissimos constitui, qui id muneris obeant; petimus igitur eos decerni, tum præterea certos dies constitui congregationibus publicis, in quibus omnes audiantur.

Accedens ergo Cancellarius, præcedere Magistro Cæremoniarum ut moris est ad Illustrissimū Metropolitanum, de ipsius manu subsequentiâ decreta accepit, quæ ascendens ambonem alta voce pronunciauit.

#### Decret. de Iudicijs Querelarum.

**N**OS Carolus &c. Cognoscendis, & audientis querelis, & controversijs, & accusationibus item, si quæ contra quoscunque in Concilio deferantur, Reuerendissimos Episcopos Cremonensem, & Bergomensem, & Reuerendos Dominos Audoenum Ludouicum Vicarium nostrum Generalem, & Paulum Granucium Vicarium Vercellen. de consilio & assensu Reue-

rendissimorum Patrum Coepiscoporum nostrorū præficimus. Quas accusationes & querelas delatas ipsi audiant diligenter, & ad nos in concilio referant: controversias autem antequàm hoc ipsum concilium de more dimittatur, vel componere studeant, vel ex compromisso ad arbitros reijciant; vel ad nos in Concilio referant. Quòd si quæ fortasse accusationes aut querelæ sunt contra eos ipsos, quibus harum rerum cognitionem delegamus, earum cognitores constituimus Reuerendissimos Episcopos Dertonensem & Alexandrinum: qui antequàm hæc ipsa Synodus dimittatur, eas vel componere, vel ex compromisso ad arbitros reijcere, vel re omni ad nos in Synodum relata, desinere studeant.

#### Decr. de ferijs congregationis publicæ.

**O**mnes & singulis edicimus, congregationem generalem in Archiepiscopalibus nostris ædibus, loco ad eam præcipuè habendam designato, futuram singulis his ferijs, secunda, quarta, sexta, & alijs præterea, si quæ tabellæ publicè affixæ indicentur & significabuntur, signo etiam campanæ maioris, quod statò eo tempore in Metropolitana ecclesiâ dabitur.

Letis his duobus decretis, Cancell. ex ambone rogauit sententias Reuerendiss. Patrum. Tum descendens, vnà cum Reuerendis Promotoribus sigillatim omnium sententias ordine rogauit. & cum omnes simpliciter, Placet, responderent, Illustrissimo Domino Metropolitano de more retulit, qui dixit: Decretum placuit omnibus Deo propterea gratiæ agenda sunt. & Responderunt Patres, Deo gratias: & idè de suggestu de ipsius Illustriss. mandato hoc enunciauit; Decreta modo lecta placuerunt Patribus, de eorum igitur assensu ita illa statuimus ut lecta sunt.

Iterum R. Promotores in sessionem veniunt, & instant pro uocatione faciendâ in hanc sententiam.

#### Instantia Prom. de vocan. Reuerendissimis Episcopis & cæteris.

**I**llustrissime & Reuerendiss. in Christo pater, & Domine Metropolitanæ. Hic est decimus dies Maij, quo legitime moniti Reuerendissimi Episcopi Prouinciæ, & cæteri omnes, quorum generatim, vel speciatim interest, huic sextæ Synodo Prouinciali interesse debent: idè instamus & requirimus, ut omnes & singuli Reuerendissimi Episcopi qui adsunt, & qui adesse quomodocunque debent, nominatim uocentur, & alij item, qui inuitati sunt. Testes etiam Synodales, & alij item quorum interest.

Audita promotorum instantia Illustriss. D. Metropolitanus decreuit de suggestu Reuerendissimos Episcopos, ac alios supra requisitos nominatim per Cancellarium uocandos esse; ut infra.

Vocantur Reuerendissimi Patres Domini Episcopi, qui huic sacre Mediolanensi Synodo Prouinciali intersunt, & interesse debent. Qui ordine singuli nominatim vocati, ita sigillatim respondebunt, Adsum.

Vocatio Reuerendissimorum Episcoporum.

Reuerendiss. D. Episcopus Dertonenfis antiquior. respondit. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Aquensis. eius nomine Procurator. Resp. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Cremonensis. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Bergomensis. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Brixienfis. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Astensis. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Alexandrin. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Nouariensis, Procurator eius nomine. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Vercellen. Procurator eius nomine. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Albenfis. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Intimilien. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Casalenfis.

Reuerendiss. D. Episcopus Lauden. Procurator eius nomine. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Sauonen. Procurator eius nomine. Adsum.

Reuerendiss. D. Episcopus Vigleuanen. vacat ecclesia.

Reuerendiss. D. Episcopus Placentinus.

Reuerendiss. D. Episcopus Albiganen. vacat ecclesia.

Tertio loco vocati sunt Testes synodales, alijs pro hoc presentis sexto Concilio in vrbe, Diocesi, & prouincia Mediolanen. deputati.

Vocatione vniuersa absoluta, cum ex his qui nominatim supra vocati fuerunt, nonnulli absint, R. Promotores pro muneris sui ratione ad Illustrissimum Metropolitanum accedunt, absentium contumaciam accusando.

Eius exemplum habetur supra in Actis. Conc. 1. Audita promotorum accusatione & requisitione, Illustrissimus Dominus Metropolitanus Respondit. Admittimus, committimus, & discernimus.

Acquiescentes huic responsioni R. Promotores denuo instant pro fidei professione prestanta.

Instantia de fidei profess. prestant.

Illustrissime & Reuerendissime in Christo Pater & Domine Metropolitane, Sacrosancto Concilio Tridentini decreto constitutum & sancitum est, Reuerendissimos Episcopos, qui superioribus Concilijs Prouincialibus presentes non adfuerunt, nec propterea illa presterunt, quae ex eadem Tridentina sanctione in prouinciali Synodo, cui primum interfuerint, ab his ipsis prestanti oportet: Ideo ab Illustrissima & Reuerendissima Amplitudine tua petimus, in hoc prouinciali Concilio sexto omnia & singula ab illis prestanti ad prescriptum eiusdem Tridentinae sanctionis, quam etiam legi instamus.

De mandato Illustrissimi D. Metropolitanus Canc. ambonem ascendens, Tridentinum decretum, & alterum ipsius Illustris. D. de professione fidei enunciauit.

[Decretum de profess. fidei.]

Reuerendissimi Episcopi, qui superioribus Concilijs Prouincialibus presentes non adfuerunt, nec propterea illa presterunt, quae ex Tridentini Concilij sanctione, in prouinciali Synodo cui primum interfuerint, ab his ipsis prestanti oportet, in hoc Prouinciali Concilio sexto omnia & singula a Tridentinis Patribus definita & statuta palam recipiant, veram obedientiam summo Pontifici Romano spondeant, simulque haereses omnes publice detestentur & anathematizent, fidem profitentes eisdem verbis, quibus ex formula a Pio Quarto Pontifice Maximo olim praescripta, Nos, & Coepiscopi nostri in Concilio Prouinciali primo Mediolanensi nostro iurati praestitimus, & professi sumus.

His decretis de scripto pronunciatis, Reuerendiss.

D. Ioannes Episcopus Brixienfis, qui haecenus fidei professionem non praestitit, mitra simplici & pluuiali vsupra dictum est indutus, discedens a suo loco sessionali, praeeunte Magistro Caeremoniarum, ad Illustrissimum Metropolitanum pro huiusmodi professione accessit, & mitra de posita ac genuflexus fidei professionem ad prescriptum formulam Pij Papae iij. de libro quem Illustrissimus Metropolitanus suis manibus tenebat, praestitit, ac iurauit.

His ita gestis, cum iam hora esset tarda, censuit Illustrissimus Dominus huic primae sessioni finem imponendum esse: ideo pro certa feria sequentis sessionis sententiam Patrum rogari iussit, & iudici ad prescriptum.

Mox Reuerendi Promotores coram Illustrissimo Metropolitano constituti pro rogitu actorum in presenti sess. Cancellarium appellarunt, ad formulam supra in Actis primi Conci. praescriptam rationem.

Illustriss. vero Metropolitanus mitra pretiosa de posita, assurgens solemniter synodo benedixit, ac sacras vestes exiit: & assumpta cappa, comitantibus Reuerendiss. Episcopis ac Praelatis alijs quampluribus, praeeunteque Reuer. Capitulo ac Clero Metropolitanæ, per viam subterraneam in aedes Archiepiscopales reuersus est.

Audientia indicta Test. Synod.

Die sabbati duodecimo huius mensis Maij audientia in proxima publica congregatione Testibus Synodalibus indicta, tabellis locis solitis publice positus in haec verba fuit significata. Hodie hora decima octaua erit publica audientia Reuerendorum Testium Synodalium Prouinciae. Ex Cancellaria Archiepiscopali.

Die

Die 12. Maij 1582. Signat. M. Antonius Bellinus Canc.

Hora indicta Illustriss. Metropolitanus huic audientiae vocauit sigillatim & secreto singulos Testes synodales, loquentes, & referentes, ac etiam interrogationibus per eum factis respondentes.

Post audientiam circiter horam vigesimam secundam Illustrissimus Dominus Metropolitanus vocatis Reuerendissimis Patribus, statim congregationem secretam in loco ad id constituto habuit, cui interfuerunt Reuerendissimi Domini Episcopi, Dertonenfis, Cremonensis, Bergomensis, Brixienfis, Astensis, Alexandrinensis, Albenfis, & Intimilienfis. Congregatis omnibus, relatum est R. D. Paulum Granutium I. V. Doctorem Protonotarium Apost. procuratorem specialem in hac sancta synodo nomine Perillustris ac Reuerendiss. Domini Io. Francisci Episcopi Vercellen. comprouincialis, nunc apud Serenissimum Rodolphum Imperatorem Sanctissimi D. N. Papae, & Sanctae sedis Apostolicae nunciij cum potestate legati de latere adesse, & comparuisse cum literis ad Illustrissimum D. Metropolitanum, & ad hanc sanctam Synodum, a Reuerendiss. suo principali datis, quas vehementer optabat reddere, & praesentare.

Quod vbi intellectum est, fuit admissus & introductus, & primo Illustriss. Metropolitanus, tum synodo vniuersae cum reuerentia literas reddidit; quas statim Illustrissimus Metropolitanus & Reuerendiss. PP. Cancellario legendas dederunt, & sunt quae sequuntur.

Literae Reuerendiss. Episcopi Vercellenfis Illustrissimo D. Metropolitano Viennae, Austriae scriptae.

Illustriss. ac Reuerendiss. in Christo Pater ac Domine, mihi semper omni obseruantia colende. Est notam satis ac manifestam Illustriss. ac Reuerendiss. vestrae Amplitudini esse causam noui, quae mihi ne in Concilio isto prouinciali sexto ab ipsa legitime indicto praesens adsum, impedimento est: debeo tamen, ut Concilij quarti decreto satisfaciam, excusationem mittere, certumque procuratorem ecclesiasticum hominem istuc allegare, qui iustam & necessariam absentiae meae causam, exponat magis, quam probet; quique, meo nomine, quaecumque in Synodo ista ab Illustriss. & Reuerendiss. vestra Amplit. de Reuerendiss. Coepiscoporum suorum, fratrumque ac dominorum meorum consilio atque assensu egerit, gesserit, constituerit, decreuerit, sancierit, suscipiat atque recipiat, omni cum humilitate, ac praecipuo obseruantiae atque obedientiae studio. Itaque Reuerendiss. D. Vicario Generali, & D. Beluisio Canonico Primicerio Ecclesiae meae Vercellen. & Protonotarijs Apostolicis, vtrique, & eorum unicuique in solidum mandavi, ut istuc ad decimum Maij proximè sequentis mensis die Me-

diolani adsint, ac debitum hoc officium meum accurate, & quoad fieri poterit, integre persoluant, reliquaque omnia in Synodo ista Prouinciali agant & praestent, quae legitimi Episcoporum absentium procuratores in eiusmodi conciliari actione praestare agere solent, aut vlla debent ratione. Atque ut haec omnia commodius peragant, publicum huius mandati mei testimonium, quod Amplit. vestra Illustriss. exhibeant, ad illos misi. Aequum porro est ac rationi consentaneum, ut qui ex intimis animi mei sensibus doleo, quod isti celeberrimo conuentui interesse non possim, quique multo plus cateris omnibus Episcopis comprouincialibus, Amplit. vestra Illustriss. obsequi, parere atque inferuire uehementer, & cupio, & debeo; nulla ex parte debito officio meo desim.

At vero cum multa sint, de quibus in Concilio referendum mihi esse existimarem; haec tamen duo praecipue, quae censurarum ecclesiasticarum penas, ex antiquis canonibus, & Tridentini Concilij decretis adiunctas habent, praetermittere vel absens nulla ratione debeo, quin me in ijs minime deliquisse ostendam; nempe quod Concilij Prouincialis V. decreta, in synodo mea diocesana, sexto post mense non promulgauerim: quodque Synodum Diocesanam singulis annis non celebrauerim. Quintum enim Concilium non nisi in octaua Synodo mea Vercellenfi, hoc est 12. ferme ab illius promulgatione Mediolani facta mense, vulgari iussi, nouemque annos cum iam in Ecclesia mea administratione egerim, octo tantum synodos coegi. Quarum tamen culparum excusationes, atque ut puto legitimas, ne prolixior euadat epistola, in Synodorum mearum Vercellenfium libello, quem procuratores mei in Concilio exhibebunt, videre & legere poterit Illustrissima vestra Amplitudo: prioris scilicet in octaua, posterioris autem in quinta Synodo decreto primo; vbi non tantum iustam praetermissi officij rationem & causam; sed facultatem etiam, aut potius dispensationem a Sanctissimo Domino eam ob causam impetratam, perpetuo restatam esse volui. Hoc autem ipso anno, ut ne annuaria haec iam sancte introducta actio, absente me intermitteretur, Vicario meo Generali iussi, ut Synodum iam ad certum diem ex prouinciali decreto indictam habeat; ad eumque nonnulla etiam decreta in Synodo ipsa euulganda misi, quemadmodum rite recteque absolutam esse Nonam Synodum meam Vercellensem iam arbitror, & spero.

Duo alia praeterea decreta sunt, quae quamuis censuras annexas non habeant, permagni tamen interest, ut exacte obseruentur; quippe Tridentinis, & Prouincialibus decretis unicuique Episcopo distincte commendata, atque mandata: Videlicet de visitatione Ciuitatis & Diocesis obeunda, Deque Seminario ad Tridentini Concilij prescriptum instituendo: in quibus sane magna ac praecipua ecclesiarum bene administrandarum ratio posita est.

Kkkkk 3 De



De visitatione igitur, quam idem Concil. Trident. singulis annis aut saltem biennij spatio vniuersæ Diœcesis atque Ciuitatis ab vnoquoque Episcopo per se vel per alios fieri iubet, id dicam, Crede-re me Tridentinæ iussioni vtrunque satisfecisse, qui ante Helueticam legationem ter ego ipse vni- uersam Diœcesim perlustrauerim, omnesq; eccle- sias, atque etiã oratoria singula inspexerim, se- melq; per alios visitari iusseram; post autem ite- rum nempe anno 80. perlustrari à Reuerendis Ecclesiæ meæ Archidiacono & Præposito man- dauit, & priusq; hic annus 82. elabatur, sexta, Deo bene iuuante instituetur visitatio. Verum tamen si, quid in ijs frequentibus synodis, & visitationibus actum sit, ex me queratur, pro- fectò pudebit referre, ut ingenuè dicam, qui exi- guum admodum laborum meorum fructum ex- tate video; meiq; fortasse potius culpa, ob pecca- ta mea, quæ Diuinæ gratiæ obicem ponunt, quam aliorum causa. Id verò affirmare non verebor; quamuis parum profecerim præsens, non expe- dire tamen ecclesiæ meæ quòd ego ab illa diutius absim: quare D. V. Illustrissima ex corde rogo, ut quo primùm tempore per Sanctissimi Domi- ni voluntatem licuerit, ab hoc legationis mune- re me absolui, atque Vercellas reuocari curet.

Quod ad Seminarium spectat, bona fide testari pos- sum, me non modò post Concilij Prouincialis V. decretum, sed nunquam antea toto meæ admini- strationis tempore ulli cuiquam simplex aliquod beneficium contulisse, sed omnia quacunque li- cuit, Seminario meo Vercellensi iure vniõnis ad- iunxisse. Cùm autem nullus adhuc fermè cle- ricus in illo gratis sustentari posset, ex eiusdem Concilij Prouincialis V. auctoritate, tertiam de- cimam partem in Synodo mea diœcesana octaua, eidem Seminario persoluendam esse declarauit; atque eiusmodi exactionem indixi, ut ex illo de- creto, quod in eadem octaua Synodo quintum est, facile constare potest. Qui tamen factum sit, ut nulla adhuc iussionis seu exactionis illius ratio sit habita, causam intelliget ex procuratoribus meis. Quamobrem ab Illustrissima vestra Am- plitudine opem atque auxilium imploro, ut ter- tia illa decimæ pars, sine qua Seminarium certè meum, potius cõtubernalium Collegium, quam Clericorum Seminarium esse videtur, omnino, atque integrè singulis annis exigatur. Facilior porrò erit exactionis ineunda ratio, si cum Illu- strissimo Cardinali Vercellen. serid egerit, eiq; persuaserit, ut primo quoque tempore ipse pro- suorum beneficiorum, quæ multa in Diœcesi mea obtinet, ratione, debitam portionem tam pro elapso quam pro hoc ipso anno quem agimus, per- solui statim mandet.

Est verò etiam decretum aliud, quod licet in Tridē- tino Concilio non extet, negligendum tamen non est, cùm in Prouinciali Concilio Quinto editū, haud mediocriter conferre videatur ad rectam ecclesiarum bonorum & prouentuum admini- strationem & dispensationem; tum maxime ad Episcopum rerum familiarium curis subleuan-

dum, quòd aptior & expeditior esse possit ad spi- ritualium tractationem & meditationem. Il- ludq; est de Oeconomo, quem ex eiusdem Concil. Prouinc. quinti decreto deligere & constituere debui; Ecclesiasticum virum, deq; rationibus di- sponationis in certum codicem relatis ad Conc. sextum afferendis atque exhibendis: in quibus ego, ut rei familiaris meæ haud diligens sum di- sponator, quippe qui domui meæ præesse nescio (atque ideò indignus, cui Ecclesiæ Vercellen. cura committeretur) culpam nõ leuem, & agno- sco, & fateor, quòd fortasse rationes minus re- ctè ordinau, ut deceret, à me meisuè exhibendæ erunt; aliquam tamen excusationem, neque om- nino improbandam, peto ut afferre mihi liceat. Cùm enim iam pridem ex Canonicis meis vnum Oeconomum constituissem, virum sanè probum, & timoratæ conscientiæ sacerdotem, qui mihi etiam in professione Heluetica comes fuit, is pos- tea diem extremum ante obiit, quàm dispensa- tionis suæ rationem reddere potuisset: quam ob- cunquam, & ob perpetua ferè itinera mea, in qui- bus totum propè integrum hoc triennium, quod iam à Concilio Prouinciali quinto elapsus est, consumpsi, excusari certè mereor, si in hac re negligentior visus fuero. Mei tamen procura- tores (neque enim Oeconomum ecclesiasticū qui idoneus esset, inuenire deinceps licuit) vtrunque spero satisficient; quibus iam dudum iussi, ut rationes omnes, quanta maxima possent diligen- tia colligerent, atque in Concilio exhibendas pa- rarent.

Sed quoniam ex rationum libro, ut composito li- quido constabit, me non leuem æris alieni sum- mam contraxisse, dicam verè nec diffitebor, me improuidum certè atque incautum iure videri posse, qui meas vires non rectè metitus, Evan- gelicq; exempli immemor, sumptus prius non computauerim, dignusq; sim ideò, cui homines illudant potius, quàm misereantur excusent. Verùm enimverò cùm solemniter transferendi sacrum sancti Eusebii primi Vercellen. Episcopi, & martyris gloriosissimi corpus incidisset occa- sio, (nihil enim ferè aut certè parum ante cui- quam debueram, quamuis multas impensas fe- cerim ob Seminarij & Ecclesiæ fabricam & su- pellestem, atque ob Helueticam legationem) ni- hil non magnificum, atque honorificum in actio- ne illa præstare me debere arbitratus fueram, ni- si meo muneri, ingrato nimis atque pusillo ani- mo deesse omnino voluissem; quando licet duo etiam nummum aureorum millia in sanctarum reliquiarum honorem impendissem, id mihi ta- men graue nequaquam futurum videbatur, post- quàm vnius anni spatium, quo iam ab ecclesia & Seminarij fabrica immunis iure fueram abitu- rus, illam æris alieni summam diluere facile me posse cogitaram. Ast contra accidit; cùm præ- ter ecclesiæ Cathedralis chori fabricæ absolutio- nem, quæ mihi tota imposta est, Illustriss. Car- dinali Vercellen. pro rata conferre rennere, præ- ter munitas opere vitreo fenestras eiusdè chori

am-

amplissimas, pro quibus quingentos fermè au- reos me vni erogare oportuit; legatio hæc apud Casarè mihi repente iniuncta est, cuius certè cau- sa tria hæcenus & amplius coronatorū millia expendi. Hæc si minus iusta Illustriss. Vestra Amplit. videbitur excusatio, correctionem qua illi opportuna videbitur, haud renuam; postquàm illud tamen non celauero, me illius semper fuis- se sententiæ, ut aliquid debere fatius duxerim, quam plenum pecuniarum vnquam habere mar- supium, ad fugiendum adeò perniciosæ cumulan- di auri cupiditatis periculum. Quamquam ve- re illa optima mihi visa est atque optabilis condi- tio; ut si qua fieri ratione potest, prouentus ac cæ- sus, quoscumque percipit vir ecclesiasticus, atque Episcopus præsertim, utiliter pieq; expendantur omnes, neque ulli quidquam debeat.

Nec verò, & si tam multa ob hanc germanicam legationem expendi, picta aulæ, sericamur aut argenteam supellestem (quamquam pleriq; amicorum contra suadentibus, & quasi impel- lentibus) Deo adiutore adhibui; familiarem di- co supellestem: Ecclesiasticam enim ut nõ sper- nendam haberem, & curam adhibui, & multa impendi. Subinde leges nostras prouinciales ser- uare in omnibus studui, præterquam quod in me- sa, ut verè fatear, non adeò exactè; à multis quidem pijsq; vris ita persuasus expedire atque oportere.

Hæc si fustius fortasse, quàm alicuius aures patia- tur, explicata fuisse videbuntur, id eo studio à me factum existiment, rogo, quòd Decretorum Prouincialium nostrorum obseruatio esse cupio; & quantum pro mea tenuitate potui, sedulo la- borauit semper. Si quid autem Illustrissima ve- stra Amplit. aut aliquis alius ex Reuerendissi- mis Patribus plura eiusmodi penitus intelligere fortasse voluerit, Procuratores mei facile pote- runt de omnibus rebus, & diligentius, & enu- cleatius respondere.

Essent præterea plurima alia quidem, de quibus reddere deberem in synodo ista rationem; sed mi- hi ignoscat queso Ampl. Vestra Illustriss. bo- niq; consulat has literas meas, quæ quauis mul- tis partibus esse possint conspectu isto vestro in- dignæ, Testes sunt meæ erga Illustriss. vestram Amplit. atque Reuerendiss. istos patres obseruã- tiæ, quos sanè omnes ab hoc (ut ita dicam) exi- lio merore plenus saluare in Domino iubeo; ac præcipue Illustriss. vestra Amplit. cælestis ro- ris abundantiã precor à Deo patre misericor- diarum, & vnico bonorum omnium largitore. Viennæ, Cal. Aprilis 1582. Subscrip. Illu- strissima & Reuerendissima Amplit. vestra hu- millimus ac deuotissimus famulus Io. Franci- scus Episcopus Vercellen. Atergo cum suo so- lito sigillo, Illustriss. ac Reuerendiss. in Chri- sto patri ac Domino D. Cardinali S. Prædixi & Archiepiscopo Mediolani Domino mihi sem- per omni obseruantia colendo &c.

Literæ Reuerendiss. Episcopi Vercellen. Reue- rendissimis Episcopis in sexta Synodo pro- uinciali Mediolani congregatis Viennæ scriptæ.

Illustriss. ac Reuerendiss. in Christo Pater ac Domine, vosq; perillustres ac Reuerendiss. Pa- tres, Domini mei plurimum obseruandi. Quam graue, quam acerbum vulnus cordi meo influxe- rit, atque infligat acerbius in dies hæc diuturna absentia mea, longè sanè melius considerare po- terunt Reuerendiss. vestra Amplit. quibus ali- quando ab ecclesijs suis interdum abesse conti- git; quàm ego nunc referre necessarium putem: quamquam si velim etiam, id non facile præsta- re possim; quippe qui cùm in hac cogitatione ani- mum paulò intentius figo, vix à lacrimis tempe- rare mihi soleam, aut certè dolore non medio- cri, vel quadam animi confusione potius obrui me sentiam. Vereor enim vehementer, ne ob culpas negligentiasq; meas innumeratas, diuina prouidentia, iustiq; Dei iudicio huc ablegatus sim, ubi nihil, aut certè parum alijs profim, ego ve- rò non leue detrimentum assidue recipiam, mul- taq; præterea incommoda in Ecclesia mea subori- ri quotidie audiam, quibus præsens prouidere ut- cunque possem, absentia tamen non nisi illa deplora- rare liceat. Quid? quoties in mentem venit, me- tum multa pastoralis meo muneri incumbentiã of- ficia prætermisisse ea spe, vel distulisse potius, ut sequenti mense vel anno commodius illa obire; vel fortasse etiam ea animi remissione, quam sa- cularium hominum, & clericorum vitæ solutio- ris amantium voces inducere in Pastorum ani- mos semper conantur, adductum, ut paulatim quæ emendatione indigebant, non statim aut præ- propere corrigerentur omnia? Quid verò si au- tequam ad ecclesiam meam reuertar, diem ex- tremum obire mihi contingat, quo sequenti anno prætermisissorum officiorum iacturam resarciã? quando ecclesiarum instaurationem & decus re- ctè curabo, infirma gregis mei consolidabo, agro- ta sanabo, confracta alligabo, abiecta reducã, aut quæ perierunt, omni quæram sollicitudine, ut ad Deum fontem vitæ conuertantur, & vi- uant? Væ mihi, si tot animarum, quæ culpa mea in peccato manserint, sanguis de manu mea re- quiratur.

Discite iam vos, Reuerendissimi Patres, dum licet, dum tempus suppetit & commodum & oppor- tunum, in officijs pastoralibus obeundis non pro- crastinari: tempus enim breue est, & sagitta uo- lante citius aufugit. Videte, ne dum prosperam ad nauigandam tempestatem negligitis, noua ali- qua procella vis in longinquas partes, aut in syr- tes aliquas difficillimas nauim vestram impel- lat; exemploq; meo cautiore euadite: qui quidè in his cogitationibus defexus interdum, infelices admodum dies duco, atque à iusta ira Dei mihi maxime timendum esse valde suspicor. Nam si de sacris sanctissimi Martyris, & primi Ver- cellarum Episcopi Eusebii ossibus ac cineribus quid

quid contigerit ad memoriam reuocem, mecumque tacitus rem totam ordine considerem atque expendam; annon existimare iure deo, vel propè manibus tangere, nullam ferè aliam ob causam solemnè translationi tot impedimenta fuisse obiecta, quàm quòd ego indignus essem illam præsens aspiciere; nedum huiusmodi sacris ac pretiosissimis pignoribus supponere? qui sanè indignissimus omnium, qui me in Vercellensì Ecclesiæ administratione præcesserunt, sim gloriosissimi Martyris & Episcopi successorum.

Hæc porrò & aliæ multæ huiusmodi curæ ac sollicitudines me ita angunt ac propè conficiunt, ut nisi in obedientiâ Portum me aliquando recipere, haud profectò possem ijs, quibuscum quasi aliud cogitans, atque hilari facie internum animi mærorem dissimulans quotidie versor, doloris magnitudinem cœlare. Ad sanctissimum Dominum, summumque Pontificem, & Christi in terris Vicarium, cuius voluntate ac iussu me in has partes venisse, neminem esse vestri ordinis puto qui ambigat, cum respicio, non leuem sæpè consolatione capio, aliquam animi quietem inuenio. Verùm cum iam Concilij sexti Prouincialis diem aduentare animaduerto, ex quo non parum spiritualis fructus, nisi ferreo essem corde, cum ex conuentu isto florentissimo, tum verò ex pia & singulari capitis nostri & Archiepiscopi sollicitudine, vigilia, & charitate non referre poteram, vulnus recrudescere vehementer sentio; quòd non modò fructu isto carere hoc tempore, sed etiam hic me diutius degere oporteat, ubi & consuetudines quotidianæ, & variæ negotiorum tractationes, sæcularium hominum visitationes, Aulæ frequentia, rerum nouarum inuestigatio, & reliqua huiusmodi, quæ officij quod sustineo ratione subterfugere nò possum, lethalem quendam torporem animo inducunt meo, & quasi omnem spiritus feruorem in pectore meo extinguunt. Ac velut ij, qui pistrinum ingrediuntur, non nisi farina aspersi abeunt; haud porrò aliter animum, dum in hoc negotiorum sæcularium tumultu ac quasi pistrino versor, leuioribus curis ita aspersum refero, ut grauioribus illæ sollicitudines, quæ sunt Episcoporum propriæ, rerum cœlestium meditationes loco cedant, & quasi in obliuionem omnino abeant. O me miserum, qui dicere equidem possum cum Magdalena collacrimans, sed præ tristitia magis, quàm deuotionis zelo; Quæsiui Dominum meum, & nescio ubi poluerunt eum; quando ne in quotidianis quidem sacrificijs meis inuenire illum licet. Reliquas enim functiones pastorales, vix vnquam obeundi datur occasio. Atque vitiam non sensim ex hac consuetudine in duritiam cordis eam, atque ex illa in auersionem, ut sanctus Bernardus ad Eugenium Summum Pontificem, maxime cauendum admonerat. Atqui perfecti viri est, inter sæculares homines, & temporarias occupationes versari; sed præsentem Deum semper aspiciere, animumque

Zelo charitatis accensum gestare; ut in ipsa negotiorum obruentium mole, ad Dominum confugere, maioresque in omni perfectioris vitæ genere semper facere progressiones discat. Verus Dei famulus, & vias Domini currere iam dudum assuetus. Et tales nimirum fuerunt sancti viri, esseque nunc deberent Episcopi, ac qui præsertim Nunciij Apostolici, in Prouincijs tam amplis, tamque à recta pietatis & veritatis semita aberrantibus personæ gerunt; sed quæ longè ego ab eiusmodi virtute absim, si meas miserrimas vobis Amplissimi Patres aperire nunc liceret, cerneretis profectò luce ipsa clarius, meique magna ac profunda miseratione tangeremini. Qui quamuis post xxiiij. annos quibus Ecclesiæ Dei in seruiò, post xij. quibus in altari ministro, post x. quibus Episcopi munus (quamquam indignè omnia & gero & sustineo) aliquid certè in via Domini proficere debuissim; videor tamen adhuc vix prima spiritualis vitæ rudimenta didicisse, ut ad perfectum aliquem esse possim idoneus. Utinam verò rectè iam tandem incerpissem, neque sistere, aut etiam cancrorum moregressus retrovertere, & frontem durare assuescerem, quasi dementatus, vel his molestissimis occupationibus consuetudinibus à me ipso diuisus & distractus. Quamobrem vos, Patres Amplissimi ac Reuerendissimi, per Christi Domini Nostri viscera misericordie, per fraternam illam charitatem quæ nunc vos copulat, & spiritualibus donis replet, rogo atque obtestor in Domino, ut afflictionis meæ memores, diuinum auxilium mihi misero & vehementer laboranti communibus vestris precibus imploretis; quò diuinam ultionem effugere, & culparum mearum dignam agere queam penitentiam: Deumque Omnipotentem obsecretis, ut vel reditum mihi ad Ecclesiam meam acceleret, vel si in his partibus diutius morari me voluerit, id saltem tribuat, ut ne tempus hic teram, alijsque profim, neque mihi omnino inutilis euadam, Ecclesiæ verò meæ Vercellensi feliciorum quam hætenus absente me administrationem concedat. Ego enim vicissim vobis omnem diuinæ gratiæ largitatem & meliorem carismatum abundantiam ex toto corde precor à Domino; idque præcipue, ut in Concilio isto VI. Prouinciali, quæcunque sancta, quæcunque iusta sunt, quæcunque Prouinciæ isti vtilia & salutaria, ea in omni spiritus unitate & animorum consensione decernatis & constituatis. Valete in Domino, & felicissimè ac diutissimè ad Ecclesiarum vestrarum utilitatem, & animarum vobis creditarum salutem, atque ad Dei ipsius honorem ac gloriæ sempiternam. Vienna Austria, Calendis Aprilis, 1582. subscrip. Illustris. ac Reuerendiss. D. Vestrarum humillimus & obedientissimus famulus, Io. Franc. Episcopus Vercellensis. A tergo cum solito sigillo. Per Illustribus ac Reuer. Patrib. & Dominis Episcopis in synodo Prouinciali vj. Mediolani Congregatis, Dominis meis plurimum obseruandis, &c.

Lectis

Lectis ad verbum supra scriptis literis, Illustris. D. Metropolitanus Reuerendissimique Patres vnanimitè censuerunt, literis synodalibus nomine & auctoritate huius Concilij scriptis, Reuerendissimo D. Episcopo Vercellen. respondendum esse.

Hoc eodem die duodecimo Maij Illustris. D. Metropolitanus quò maturius & accuratius decreta in hoc Concilio Patribus & proponenda & sancienda primùm perpenderentur & examinarentur, congregationem consultationis decretorum constituit, eique certos atque idoneos viros præfecit. Atque pro ratione quidem rerum quæ tractandæ erant, varios etiam cōsultores adhibuit; alios scilicet Canonistas, rituales alios, alios practica parochialis peritos, alios denique sacre Theologiæ Doct.

Die dominico decimotertio mensis Maij, cum Illustris. Metropolitanus Reuerendiss. Patribus desiderium suum, & pium animi propositum aperuisset, ut diebus festis qui intra spatium conciliaris temporis incidunt, aliqui ex ipsis Reuerendissimis Patribus Missam conuētualet & sacram concionem haberent in Basilica Metropolitana; Reuerendissimus D. Episcopus Bergomensis, pro sua singulari pietate & charitate, hoc sanctum atque adeo vtile institutum ex animo amplectens, Cappa Pontificali indutus, nonnullis ex R. Canonicis ordinarijs comitantibus chorum ingressus est, & post preces secretas in faldistorio genuflexus recitatas, ad Cornu Epistolæ infra gradus omnes accessit: quo in loco faldistorium erat paratum: ibique cum iam officium horæ tertie ab solutum esset, sacras vestes coloris viridis pro ratione temporis ex instituto huius sancte Ecclesiæ Ambrosianæ induit, sacerdote assistente, ac diacono & Subdiacono ministrantibus ex R. Canonicis ordinarijs. Reuerendum verò Capitulum eo tempore vi Illustrissimū D. Cardinalem Archiepiscopum, qui huic Missæ sacro interesse volebat, ad illum de more excipiendum è choro exijt. Illustris. Do. Metropolitanus Chorum capitulo comitante ingressus, perorata prece ante altare, ad sedem Pontificalem accessit. Reuerendiss. D. Episcopus Bergomen. iam omnes sacras vestes Pontificales, ac etiam mittam, verum sine baculo sic indutus, ad sanctum altare vt sacra mysteria faceret, accedens, Missæ sacrum ritu Ambrosiano celebrauit: post Euangelium suggestum ascendens, vulgari idiomate pie admodum, & elegantissimè concionatus est, Euangeliumque mira eruditione & facundia explanauit. Post orationem dominicam, & in fine Missæ, impetrata primùm facultate deuota capitis inclinatione ab Illustris. Archiepiscopo, solemniter benedixit.

Absolutisque diuinis Missæ mysterijs, ad faldistorium reuersus sacras vestes exiit, ac pallium ex humerale violaceum induit, & ad statum locum iuit.

Interfuerunt Missæ sacro & concioni ferè omnes Reuerendissimi Episcopi, qui hætenus ad Concilium prouinciale venerunt, absolutoque officio sextæ & nonæ, cum Illustris. Metrop. in ædes Archiepiscopales redierunt.

## Congregatio publica.

Feria secūda die decimoquarto præsentis mensis Maij habita est publica congregatio, de more pronuntiatis statis verbis libertati dicendi & referendi, sacro silentio Reuer. Promotores institerunt in hanc sententiam.

Instantia R. Promotorum contra Episcopos absentes.

Illustrissime ac Reuerendiss. Metropolitanus. Nos promotores inherendo petitionibus, instantijs & requisitionibus, quas superiori proxima cōgregatione in mediū attulimus & exhibuimus, instamus, & petimus contra Reuerendiss. Episcopos absentes, & alios, qui de iure, & consuetudine huius prouinciæ interesse tenentur, qui per se seu per alios conflictu tempore legitime non cōparuerunt, prout iuris fuerit, agi & procedi. Illico Reuerendiss. D. D. Episcopi, Derthonen. & Brixien. ac M. R. D. Vicarius Generalis Archiepiscopalis, Iudices ex culationum deputati super causis absentie singulorum Reuerendissimorum Episcoporum, qui in hac sancta Synodo non comparuerunt, coram ipsis deductis, ita Illustris. D. Metropolitanus retulerunt. Qui postea audita relatione & instantia iam facta super causis Reuerendiss. Episcoporum absentium, decreuit vt infra post relationem.

Relatio Reuerendissimorum Dominorum Iudicum causarum absentie.

Nos Iudices excusationum Reuerendissimorum Dominorum Episcoporum huius Prouinciæ absentium per Illustrissimam D. T. deputati, examinauimus & considerauius causas absentie Reuerendissimorum D. D. Episcoporum, qui in hac sexta Synodo Prouinciali interesse tenentur, & de singulis ad hunc modum Illustrissima Amplit. tua referimus, vt quod iustum fuerit, statuere & decernere possit Illustrissima D. T.

Reuerendissimus D. Episcopus Vercellensis, nuncium Apostolicum agit, & legatione fungitur pro Sanctiss. D. N. P. P. apud Casaream Maiestatem in Germania; & hanc suæ absentie causam allegat vt notoriam, & probat per suos procuratores, quos ad hanc synodum cum legitimo mandato misit.

Similiter Reuerendiss. D. Episcopus Nouariensis visitatoris Apostolici munere fungitur in Ciuitate & Diocesi Genuensi; & hanc causam absentie vt notoriam allegat, & procuratores suos cū legitimo mandato misit ad hanc Synodum. Reue-

Reuerendiss. D. Episcopus Laudensis, nunciij Apostolici munere fungitur in Hispania apud Regiam Catholicam Maiestatem, uti est notorium, & pro notorio legitime per singularem nuncium ad hanc synodum destinatum deducitur: sed nullum misit procuratorem cum legitimo mandato, ad acceptandum ea quae statuentur & decernentur in hac sexta Synodo Prouinciali.

Reuerendiss. D. Episcopus Saouonensis, apud Auenionem res agit Sanctiss. D. N. Papae & Sanctae Sedis Apostolicae, & id Illustriss. D. T. notum est, atque hanc absentiae eius causam notoriam esse constat; sed nullum legitimum procuratorem in hac sexta Synodo comparere studuit.

Reuerendiss. D. Episcopus Placentinus nondum rediit à legatione, qua fugebatur pro Sancta Sede Apostolica apud Regiam Catholicam Maiestatem in Hispania, uti est notorium. & Illustriss. D. V. satis constat de hac eius absentiae causa: sed nullum misit procuratorem cum legitimo mandato, ad acceptandum ea quae statuentur & decernentur in hac sexta Synodo Prouinciali.

Reuerendiss. D. Episcopus Aquensis abest propter causas Illustriss. D. T. notas, & procuratorem misit cum legitimo mandato, qui eius nomine in Synodo compareat, & decreta acceptet, eisq; subscribat.

Reuerendiss. D. Episcopus Casalensis abest propter illas causas, quas Illustriss. D. V. per epistolam & singulares nuncios suos significauit; quibus etiam mandatum dedit, ut pro eo absente in Synodo compareant, & ea quae statuentur, acceptent.

Reuerendiss. D. Episcopus Albigaunen. abest; absentiae causas ignoramus: nec ullum destinauit procuratorem legitimum, qui pro eo compareat, & alia quae ei incumbunt, praestet.

Sedes Episcopalis Vigleuani vacat.

Decreta Illustrissimi Metropolitanus super absentia Reuerendiss. Episcoporum.

**N**OS Carolus &c. Auditis & intellectis petitionibus RR. DD. Promotorum, & relationibus Reuerendissimorum D. Episcoporum, Dertonen. & Brixien. ac M. R. D. Vicarij nostri Generalis, delegatorum Iudicum excusationum Reuerendissimorum Episcoporum absentium, decernimus & pronunciamus ad hunc modum de eisdem absentibus Reuerendissimis DD. Episcopis huius prouinciae nostrae Mediolanensis, qui ad hanc sextam Synodum Prouincialem vocati sunt, & interesse tenentur, & de causis absentiae eorundem, ac mandatis in hac sexta prouinciali exhibitis.

Reuerendiss. D. Episcopi Casalensis legitime ad hanc sanctam Synodum vocati & absentis excusationes & causas absentiae per eius Procuratores allegatas rejicimus; eisq; assignamus peremptorium terminum ad comparendum secunda feria coram nobis in congregatione publica Synodali

hora 21. illius diei, quae erit Maij 21. futura; alioquin contra eum ad instan. RR. D. D. Promotorum Synodali, prout iustum fuerit, procedemus, illo amplius non expectato, nec citato nisi per edicta ad valuas nostri Palatij Archiepiscopalis.

Reuerendiss. D. Episcopi Uercellensis absentis, & per Procuratorem in Synodo hac Prouinciali coram nobis legitime comparentis, causas absentiae propter legationem apud Caesarem Maiestatem Nunciij Apostolici, uti notorie constat, absentiam probamus & excusamus, eiusq; R. D. Procuratorem ad recipiendum acta & decreta quae in hac Sancta Synodo statuentur, eisq; subscribendum, admittendum esse declaramus & admittimus.

Reuerendiss. D. Episcopi Laudensis Nunciij Apostolici apud S. Cath. Reg. Maiestatem in Hispania absentis, & per procuratorem in Synodo hac Prouinciali coram nobis legitime comparentis, causas absentiae probamus, & excusamus, terminumq; sex mensium ad acceptandum, & subscribendum, per se vel procuratorem, admittendum esse declaramus & admittimus.

Reuerendiss. D. Episcopi Saouonensis absentis apud Auenionem pro negotijs Sanctissimi D. N. Papae, & Sanctae Sedis Apostolicae agentis, causas absentiae probamus & excusamus, terminumq; quatuor mensium ad acceptandum decreta, & eis subscribendum, per se vel per procuratorem legitimum, praefigimus & assignamus.

Reuerendiss. D. Episcopi Placentini legitime ad hanc sanctam Synodum vocati & absentis excusationes, & causas absentiae probamus, & ei terminum quatuor mensium ad acceptandum decreta Concilij huius, & subscribendum, per se vel per procuratores statuimus.

Reuerendiss. D. Episcopo Albigaunensi absentis, & nec per se, nec per procuratorem legitimum comparenti, peremptorium terminum quinque mensium assignamus, ad causas iustas probandum, & ad allegandum quidquid allegare potest & intendit, & decreta huius Synodi acceptandum, & eis subscribendum.

Reuerendiss. D. Episcopi Nouariensis absentis, & visitatoris Apostolici in Ciuitate & Diocesi Ianuensi absentiae probamus & excusamus, eiusq; procuratorem ad recipiendum acta & decreta, quae in hac Sancta Synodo statuentur, eisq; subscribendum, admittendum esse declaramus & admittimus.

Reuerendiss. D. Episcopus Aquensis probet legitime iustas suae absentiae causas, vel compareat personaliter in hac Synodo ante finem eiusdem Synodi; alioquin cum eo iuxta sacrorum canonum & Conciliorum, praesertim Tridentini dispositionem, Instans RR. D. D. Promotoribus Synodalibus agetur.

His absolutis, Reuerendi Promotores pro muneris sui ratione contra Episcopos non residentes coram Illustriss. Metropolitanus institerunt.

Instantia Reuerendorum Promotorum contra Reuerendissimos Episcopos non residentes.

Stamus, literas contra eos decerni, ad afferendam causam, quare ad eiusdem Concilij praescriptum multari non debeant.

**I**llustrissime ac Reuerendiss. Metropolitanus Sacrosanctis Trident. decretis sancitum est, Omnes Metropolitanos, & Cathedralibus Ecclesijs quouis titulo praefectos, qui sine legitima causa, à Beatissimo Romano Pontifice, aut à Metropolitanis, vel eo absente à suffraganeo Episcopo antiquiori residente, in scriptis approbata, ab ecclesijs eorum regimini commissis, ultra duos, vel ad summum tres menses, etiam interruptos absuerint, poenis & multis in ea oecumenica Synodo sancitis puniri & multari. Quare nos huius sanctae Synodi prouincialis promotores, pro executione decretorum, ac pro nostri officij munere, requirimus, & instamus omnes & quoscunque Episcopos huius Prouinciae, qui ab ecclesijs sibi commissis absuerint singulis annis ultra tres menses, etiam interruptos, sine causa legitima; vel si legitima, non tamen à Beatissimo summo Pontifice, vel ab Illustriss. Amplit. tua approbata, & absentiae facultas data sit, in praemis poenis ad praescriptum decretorum multari & puniri: necnon instamus, ut Illustriss. Amplit. tua, ad quam cum Concilio hoc Prouinciali sexto spectat, de licentijs etiam à suffraganeo datis iudicet, ad praescriptas illas duas sanctiones Concilij Trident. in sessione sexta, & vigesima tertia, capite primo relatas, quas sanctiones exhibemus.

Lectumq; fuit decretum Conc. Tridentini.

Illustriss. Metropolitanus super petitis & propositis per RR. Promotores causa non residentium Episcoporum ita decreuit.

Decretum de residentia Episcoporum.

**D**ecernimus, de Episcoporum, qui ultra tres menses, siue continuos siue interruptos, à residentia absuerint contra praescriptum Conc. Trident. absentia huiusmodi inuestigari, & ex sacrorum canonum iure, praesertimq; ex praescripto illorum decretorum agi.

Insuper RR. Promotores, in proposita materia residentiae Episcoporum insistentes, institerunt contra canonicos non referentes Illustrissimo Metropolitanus de absentia Episcoporum à suis ecclesijs.

Instantia Reuer. Promotorum contra Canonicos non referentes absentiam Episcoporum.

**I**llustrissime & Reuerendissime Metropolitanus, Instamus praeterea tres primos de capitulo cuiuscunque Ecclesiae Cathedralis huius Prouinciae, qui Illustrissimam Amplit. tuam, de absentia, & de tempore absentiae Episcoporum Prouincialium qui absuerint, non monuerunt, multari ad praescriptum Concilij Prouincialis primi; Ac propterea iam nunc petitus atque in-

Decretum contra Canonicos non denunciantes absentiam Reuerendissimorum Episcoporum.

**D**ecernimus contra eosdem de capitulo, literas opportunas, & ut iuris fuerit, contra eosdem ex praescripto primi nostri Concilij Prouincialis agi.

Postremo Reuerendi Promotores, ad quorum aures peruenit de inobseruata decretorum, quae ad reformationem disciplinae ecclesiae, & ad corruptos mores populorum componendos pertinent, ac item de abusus plurimis, qui quotidie in hac prouincia Mediolanensi pullulant; super his memorialia confecerunt, ac Illustrissimo Metropolitanus exhibuerunt, ut conciliaribus sanctionibus ijs incommodis opportune confuleretur.

Illustriss. Metropolitanus acceptis animaduersionibus RR. Promotorum exhibitis, vnà cum mox recitata instantia, ut congregatio de more concluderetur, mandauit ad praescriptum tabellae, & ordinis in superioribus seruati, omnes sigillatim vocari. Vocati igitur fuerunt per Cancellarium distinctè & sigillatim: & cum nullus comparuisset, Illustriss. D. statim gratiarum actionem egit, & congregatio dimissa ac absoluta est.

Sessio secunda.

**I**N nomine Domini, Anno à Natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, feria quinta, decimo septimo mensis Maij, Indictione decima, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Gregorij Papae decimi tertij anno vndecimo.

Illustrissimus & Reuerendissimus in Christo pater & D. D. Carolus &c. Sessionem secundam Concilij Prouincialis sexti in superiori prima sess. indictam, infra scriptis Reuerendiss. Episcopis, Reuerendo Capitulo, ac clero vniuerso Metropolitanae comitantibus, summo mane, hora scilicet nona, Cappa rubra Pontificali indutus, ad Basilicam Metropolitanam accessit: perorataq; stata prece, ad sedem Pontificalem sub umbella accessit. Reuerendissimus D. Episcopus Cremonensis Missae sacrum ritu Ambrosiano peregit: iisdem planè seruatis, quae superius dicta sunt.

Absolute Missae sacro, sessionalis locus statim suo ordine dispositus fuit; & Illustrissimus Metropolitanus, ac Reuerendissimi Patres, ut in prima sessione dictum est, mitram & pluuiam induunt primò, tum in sessionem descendunt: omnibusq; ordine dispositis, Illustrissimus Metropolitanus ad praescriptum libri Pontificalis statas preces exorditur: absolutoq; euan-



Euangelio, Reuerendiss. Dominus Episcopus Cremonensis, comitantibus & assistentibus duobus Diaconis pretioso apparatu indutus, suggestum ascendit, & euangelicam lectionem interpretando, mira eloquentia & singulari pietate de Episcopali munere concionatus est. Concione absoluta, & Reuerendissimis Patribus in sessione suo loco & ordine confidentibus, nempe Dertonensi, Cremonensi, Bergomeni, Brixienti, Asteni, Alexandrinenti, Albeni, & Intimillienti, ac item Reuerendissimo Episcopo Casalensi, qui hodie primum ad Synodum venit, & omnibus usque ad finem Concilij gestis interfuit, a Cantoribus hymnus *Veni Creator*, Illustriss. Metropolitanopraecinente decantatus est, & aliae preces recitatae: tum primum copauerunt RR. Promotores, & in hanc sententiam institerunt super promulgatione decretorum.

#### Instantia de promulgandis decretis.

**I**llustrissime & Reuerendissime Metropolitanoprae, Decreta in proxima congregatione sancita, & communi Reuerendiss. Patrum consensu coprobata, in hac sexta synodi prouincialis sessione edici ac promulgari omni debita reuerentia instamus & requirimus.

Tum Magister Ceremoniarum tradidit Illustrissimo Metropolitanoprae fasciculum decretorum. Mox R. D. Archidiaconus ad Illustriss. Metropolitanum accessit, & ab eo decreta illa promulganda reuerenter accepit, & ascendens ambonem praefatiunculam illam, quae in qua libet sessione ante decretorum promulgationem legi solet, habeturque; initio decretorum Concilij. 6. recitauit ac promulgauit: & statim descendens fasciculum decretorum promulgandorum Cancellario tradidit: qui ambonem eundem ascendens, ea omnia promulgauit: ipsaque absolutis sententias patrum de more rogauit. Cum iam hora esset tarda, RR. Promotores profutura tertia & vltima sessio. institerunt: eaque indicta, cum rogitu Aetorum, sessio de more ut in prima dictum est, fuit absoluta ac dimissa.

#### Congregatio publica.

In hac congregatione, Reuerendi Promotores institerunt apud Illustrissimum Metropolitanum pro exhibendis facultatibus absentiae a Reuerendissimis Episcopis.

Illustriss. Metropolitanus cum ipse anno 1579. ob multa, & ea quidem graua negotia, post celebrationem Conc. Prouincialis quinti Romam ad sanctiss. D. N. profectus esset; ut Tridentino decreto satisfaceret, a Reuerendissimo Episcopo Dertonensi, antiquiori suffraganeo, facultatem, qua a sua ecclesia Mediolanensi abesse ei liceret, scripto impetrauit, literis datis Dertonae oct. Calen. Octobris 1579. In quibus inter alia hoc caput continetur, & est in Congregatione Cancellarius legit.

Exemplum capitis literarum Reuerendiss. Episcopi Dertonen. ad Illustriss. Cardinalem Sanctae Praxedis.

**C**ausas praeterea intellexi suscepti itineris tui, quas exacte & ad amissim in suis literis Ampliatua Illustriss. recenset: partim scilicet, ut nonnulla charitatis officia non leuibus de causis Mantuae obiret; partim ut religionis gratia Camaldulensium heremum, & sacram Beatissimae Virginis Lauretti domum inuiseret, indeque se Romam conseruet, pro ecclesia sua Metropolitana de Coepiscoporum Prouincialium negotijs cum Sanctiss. D. N. tractandis, & ut decreta quarta & quinta synodi auctoritate apostolica comprobarentur. Cuius quidem prudens consilium, & itineris suscepti causas, ut ipsa a me petit, pro ea quae mihi tanquam antiquiori Episcopo suffraganeo ex praescripto Tridentini Concilij attributa est, potestate, non solum omnes ut iustas & legitimas approbo; immo pro totius prouinciae ecclesiarum, & suae Metropolitanoprae bono, eas necessarias existimo; ob idque sibi tamdiu abesse licere, ut ea negotia, quorum causa iter suscepisti peracta, & decreta Synodi recognita fuerint.

His literis lectis, Illustriss. Metropolitanus a Reuerendiss. Patribus requisit, ut manus cognoscendi super huiusmodi facultate absentiae suae suscipere uellent. Verum Reuerendiss. Patres ex communi voto hoc negotium totum Reuerendiss. Episcopo Cremonensi commiserunt. Mox Cancellarius de mandato Illustrissimi Metropolitanoprae ex praescripta formula vocauit Procuratores Episcoporum absentium.

Qui per R. D. Archidiaconum praesente Magistro Ceremoniarum ad Illustriss. Metropolitanum introducti, concordantes & consentientes omnes nomine principalium suorum petierunt certum terminum sibi statui ad exhibendas & allegandas causas absentiae Reuerendissimorum Dominorum suorum Principalium ab eorum Diocesis.

Quibus auditis Illustrissimus Metropolitanus ita decreuit.

Decretum certi temporis, intra quod Reuerendissimi Episcopi causas & facultates absentiae exhibeant.

**N**OS Carolus &c. Omnibus & singulis Reuerendissimis huius prouinciae Coepiscopis, qui ab ecclesijs suis singulis annis ultra tres menses etiam interruptos abfuerint & absint, assignamus terminum quatuor mensium, ad allegandum causas absentiae ab eorum ecclesijs, ultra trimesse etiam interruptum, & exhibendum facultates scripto exaratas, & concessas a Sanctiss. D. N. seu a nobis, aut nobis absentibus a Reuerendiss. Episcopo Dertonensi antiquiore suffraganeo; quo termino elapso agetur ad praescriptum Concilij Tridentini.

De-

Deinde vocati sunt Procuratores capitulorum: Tum Testes Synodales, qui pro sui officij ratione ea referrent, quae sui essent muneris. Vocatione demum ex ordine tabellae absoluta, Reuer. Promotores petierunt Congregationem proximam sequentem differri.

#### Congregatio priuata.

**F**ERIA ij. die xxj. praesentis mensis Maii Congregatio priuata est habita, & in hac circa finem interfuert omnes superiores Regularium: inter quos aderant admodum Reuer. Patres Generales, Fratrum Minorum de obseruantia, & Franciscanorum conuentualium, qui uisitationis gratia Mediolani hoc tempore comorabatur. Illustriss. Metrop. & Reuerendiss. Patres de executione decretorum Prouincialium & editorum, praesertim quae ad obseruationem dierum festorum, & modum religiosae & pie in Ecclesijs uersandi pertinent, & eorum quae pro bono regimine Monialium haecenus constituta sunt, & singulariter egerunt pro remedio efficaci & absoluto adhibendo, ut in omnibus Ecclesijs, etiam regularium, mulieres ad praescriptum uelatae sint. Ut laici omnino arceantur a choro. Ut instrumentorum musicorum usus in Ecclesijs perpetuo interdictus sit, ut etiam alia cum ipsis regularium superioribus in Congregatione conclusum fuit. Omnes polliciti sunt pro sua uiriliter effecturos, ut decreta & edicta praedicta in suis Ecclesijs seruentur: uerum Illustriss. Metrop. ipsis minatus est de efficaci etiam remedio a Sanctiss. D. N. implorando, si negligentes erunt.

#### Congregatio publica.

**D**IE xxij. hora xxi. Habita est de more Congregatio publica, quae vltima fuit. Inter alia Reuerendiss. Episc. Cremonen. ad cognoscendum super causis absentiae Illustriss. Metrop. deputatus, in hanc sententiam retulit.

Relatio Reuerendiss. Cremonensis Pro absentia Illustriss. Metropolitanoprae.

**E**GO Nicolaus Episc. Cremonensis in hoc vj. Concilio deputatus ad iudicandum de facultate absentiae Illustriss. Metrop. concessa, refero, me causas absentiae praef. Illustriss. & Reuerendiss. Domini Metrop. a Reuerendiss. Episcopo Dertonensi antiquiori Prouinciae Episc. comprobatas, diligenter & mature considerasse, & illas iustas, & legitimas, ac notorie ueras ab hac vj. Synodo iudicandas esse. Quibus auditis Reuerendiss. Patres ita decreuerunt.

Decretum pro Illustriss. Metropolitanoprae super praefata absentia.

**A**VDITA Reuer. Promotorum instantia, nec non diligenter cognitis & perspectis absen-

tiae Illustriss. & Reuerendiss. Metrop. causis, & considerata absentiae facultate scripto data a Reuerendiss. D. Episc. Dertonen. antiquiore huius Prouinciae suffraganeo, Reuerendiss. Patres facultatem praedictam & absentiae causas legitimas esse unanimes consensu decreuerunt & iudicauerunt.

Quoniam non fuit instituti nostri Congregationes omnes, quae habitae sunt, hoc loco describere, haec ut infra de illarum ratione adnoscere uoluimus.

Toto hoc Synodali tempore, praeterquam festiuis diebus, habitae sunt Congregationes Reuerendissimorum Episcoporum coram Illustriss. Cardinali Metropolitanoprae; priuatae quidem quotidie, mane & uesperis; in quibus semotis omnibus inter sese agebant Episcopi. Congregationes uero publicae ter in hebdomada habebantur, feria scilicet vj. fer. ij. & fer. iij. ante diem sessionis: in quibus initio liberum erat cuique ingredi, & quae uouisset proponere, & praesentibus cunctis, vocabantur ordine ab Archidiacono, ex forma iam supra dicta, si qui aliquid proponere uellent.

Postea dimissis omnibus, praeter procuratores Episcoporum absentium, Procuratores Capitulorum, & Testes Synodales, ac etiam uicarios Episcoporum praesentium, & si qui alij ex gratia admittebantur, agebatur de negotijs conciliaribus, & publice proponebantur, quae inter Patres in priuatis Congregationibus fuerant examinata. In Congregatione uero fer. iij. diem sessionalem praecedentis, legebatur omnia decreta in priuatis & publicis Congreg. iam proposita, quae in sessione sequenti erant promulganda.

Singulis diebus, quibus Congreg. habebatur, mane & uesperis habebatur lectio per duos Theologos; mane de disciplina Ecclesiastica, uesperis uero super psalmos: quibus lectionibus familiae Episcoporum, & alij qui uouissent, intererant. Eodem tempore, praeter Congregationes priuatas Episcoporum, habebantur etiam Congregationes Theologorum, uel Canonistarum, uel de ritibus, & aliae de quibus supra, super ijs punctis, quae ei Congregationi examinanda a Patribus uel a Metropolitanoprae remittebantur.

#### Sessio tertia & vltima.

**I**N Nomine Domini. Anno a Natiuitate eiusdem Millefimo quingentesimo octuagesimo secundo feria iij. uigesimo tertio mensis Maij, Indictione decima, Pontificatus Sanctiss. D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papae XIII. anno undecimo.

Illustriss. & Reuerendiss. in Christo Pater D. D. Carolus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis tituli Sanctae Praxedis, Dei & Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Sanctae Ecclesiae Mediolanensis, celebraturus tertiam & ultimam sessionem, celebraturus tertiam Concilij vj. Prouincialis, pro hoc praesenti die in superiori secunda sessione legitime indicta,

LIII hodie

hodie hora decima tabellis publicè propofitis pariter indicta & fignificata, ex cõdibus Archiepifcopalibus difcedens, ad Bafilicã Metrop. ac ceflit, infra fcriptis Reuerẽdis. D. D. Epifc. ac Reuer. Capitulo & clero vniuerfo Metrop. comitantibus. Accessus huiusmodi non fuit folẽnis, fed qualis fupra in 2. fess. defcriptus est. Reuerẽdis. Epif. Bergomẽ. Miffam folẽne de more celebrauit; eaq; abfoluta, Illuftris. Metrop. pluuiiale & mitrã induit; idẽ faciunt Reuerẽdis. Patres, in fessione descendunt, & per Diaconũ Illuftris. Metrop. affitentem indicta est oratio mentalis consueta formula per Archidiaconos: *orate*; tum per alterũ affitentẽ mo dico interiecto fpatio tẽporis, illa vox pronunciat, *Erigite vos*. Ac per Illuftris. Metrop. fta oratio, *Adsumus fanctẽ Spiritus* recitatur. Litanie alternis choris canuntur, cũ adiunctis orationibus: mox Euangelium, luminibus accensis, & Thuribulo, in quo prius Illuftris. Metrop. incensum pofuerat, adhibitis, per Reuer. D. Archidiaconũ de fuggestu cantatũ est. Abfoluto Euãgelio, Reuerẽdis. D. Epifc. Bergomẽsis, binis diaconis pretiosioribus vestibus indutis comitantibus & affitentibus, pro concione habẽda, pluuiali & mitrã, nõ simplici, neque tamen pretiosa, frigio leuiter elaborata, qua etiã in Miffa vsus est, fuggestũ ascendit. Concione habuit mira sanẽ eloquentia & pietate refertam, & in interpretatione sacre lectionis Euangelicæ pofitam.

Concione abfoluta, & Reuerẽdis. Patribus Dominis Epifc. Derthonen. Cremonen. Bergomẽ. Brixien. Asten. Alexandrin. Alben. Intimilliẽ. & Cafalen. fuis loco & ordine in fessione cõfidentibus primò, deinde affurgẽtibus, hymno *Veni Creator*, decantato, cũ iterum Illuftris. Metrop. & Reuerẽdis. Patres confedissent, comparuerunt RR. Promotores & institerũt pro decretis promulgandis.

Mox Reuer. D. Archidiaconus, preẽte Magistro cæremon. accessit ad Illuftris. Metrop. & de eius manu fasciculũ decretorũ promulgandorũ reuerenter accepit, & ascendens ambonem, statam præfatiunculam alta voce enunciauit.

In Nomine sancte & Indiuidue Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen. Nos Carolus S. R. E. tit. S. Prædix Presbyter Card. Dei & Apostolica sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, ad Dei Omnipotentis, Beatæq; Mariæ semper Virginis, & Sancti Ambrosij Confessoris, & beatorũ martyrũ Prothasij & Gervasij patronorum nostrorũ laudem, hæc pro Christiana morũ disciplina conformatione, qua clerũ populumq; fidei nostræ concrediti prælucere totis in Christo visceribus expetimus, in hac fessione tertiã promulganda proponimus.

Et statim descendens, decreta promulgada cancellario tradidit: quæ de eodem fuggestu alta & intelligibili voce enunciauit. Omnibus decretis lectis, sententiã Reuerẽdis. Patrũ de fuggestu vniuersẽ rogauit. deinde descendens, sin-

gularũ sententiã ordine rogauit: & cũ omnes, *Placent*, simpliciter respondissent, hoc Illuftris. Metrop. de more reulit; qui dixit, *Decreta modò lecta & promulgata placuerunt omnibus, propterã Deo gratiã agenda sunt.* & Responderũt Reuerẽdis. Patres, *Deo gratias*. Mox Illuftris. Metrop. hæc promulgationem decretorum concordi Reuerẽdis. Patrũ sententiã approbatã, de fuggestu p Reuer. D. Archidiaconum enunciari in hæc verba iussit.

In Nomine sancte & Indiuidue Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen. Nos Carolus S. R. E. tit. S. Prædix Presb. Card. Dei & Apostolica sedis gratia Archiepif. Mediolani. ad Dei omnipotentis, Beatæq; Mariæ semper Virginis, & S. Ambrosij Cõfessoris, & Beatorũ martyrũ Prothasij & Gervasij Patronorũ nostrorũ laudẽ, pro Christiana morũ disciplina conformatione, qua clerũ populumq; fidei nostræ concrediti prælucere totis in Christo visceribus expetimus, ea omnia & singula quæ lecta & promulgata iam nunc sunt, de consilio & assensu Reuerẽdis. D. D. Coepiscoporũ nostrorum, in Concilio Prouinciali Mediolanensẽ sexto decernimus statuimus & sancimus.

Et cũ iam hora esset tarda, & vltra meridiẽ peruentũ esset, omniaq; in hac 3. & vlt. fess. peragenda, præ angustia temporis in præsentia abfolui non possent, Reuerendi Promotores institerunt pro cõtinuatione præsentis fessionis. Illuftris. Metrop. sententiã Reuerẽdis. Patrũ prius habendã censuit; idẽ de fuggestu eam vniuersẽ his verbis Cancellarius rogauit.

Reuerẽdis. Patres, cũ omnia quæ in hac fessione ritẽ promulgada sũt, præ tẽporis breuitate hodie mane abfolui nõ possint; *Placet ne vobis hanc ipsam fessionẽ continuari hodie post vespas?*

Et cũ omnes, *Placet* simpliciter respondissent, de mandato Illuftris. Metrop. iterum fuggestum ascendens continuationem indixit.

Demũ Reuer. Promotores vt de omnibus & singulis in præsentis fessione peractis publicũ con ficeretur instrumẽtũ, institerunt & rogarunt.

Et cũ fessio minimẽ abfoluta esset, sed hodie post vespas foret cõtinuanda, Illuftris. Metrop. nõ benedixit; sed affurgẽtes omnes, in eodẽ loco fessionalis sacras vestes exuerunt, & prece breui ante sanctissimũ Sacramentũ perorata, in ædes Archiepiscopales redierunt.

Continuatio tertiã & vltimã fess. Post vespas.

Die secunda Diocesanae xj.

**I**RATRES Carissimi: obsecremus Deum omnipotentem, ut Regi Catholico Philippo Duci nostro, prosperum felicemq; rerum successum dignanter diuina benedictione concedat: ut cui multarum gentium gubernacula dedit, eidem caelestia arma tribuat, quibus protectus, aduersariorum nefarios conatus constingat.

II. Fratres Carissimi: toto cordis affectu orate pro filio Regis, ut Diuina gratia munere, regis virtutum ornamentis omnium excultus, in dies percipiat incrementa, diuq; incolumis sua regna iure augustissimè tueatur in perpetuum.

III. Fratres Carissimi: toto cordis affectu orate, ut hæreticorum feritate cōpressa, Flandriae status, Diuino munere, pacis, & fidei Catholicae integritate semper exultet.

Sessio Tertia.

**I**N nomine Domini, Anno, & mense ut supra, die verò Sabbati xv. eiusdem mensis sessio tertia celebrata est. Stas Canonice horis in Metropolitana cantatis, hebdomadarius Canonicarum solemnias celebrauit. Missa peracta Illustris. Archiepiscopus pluuiale & pretiosam Mitram induit, ac in sessionalem locum descendit: tumq; ex libro Pontificali oratio de spiritu sancto, Adsumus, recitata, ac litaniae more Ambrosiano decantatae sunt ab vniuerso Clero. His peroratis Illustrissimus D. Archiepiscopus suggestum ascendit, vbi sermonem per horam habuit.

Ser-

Sermone absoluto, & omnibus in sessione confidentibus, indicto prius silentio, Illustris. D. hac verborum præfatione constitutionem Gregorij Papæ XIII. de Iudicibus delegatis, & cōseruatoribus nuper editam de suggestu promulgari voluit.

Decretum seu præfatio.

**V**T Indices in Synodo hac Diocesana deputati pro causis commissarijs, & cōseruatores Regularium, quæ de ijs constituta sunt, & sedis Apostolicæ auctoritate, & robore communita exequantur, literas Pontificias Gregorij Papæ XIII. in hoc Diocesano conuentu publicè legendas decernimus.

Dum autem cōstitutio prædicta ex suggestu promulgabatur, M. R. D. Archipresbyter luminibus accensis capsulam argenteam, in qua sanctorum reliquiæ asseruantur, ex sacristia ad Illustrissimum Archiepiscopum attulit, & super mensam ibi propè decenter collocatam reposuit, ut ad præscriptum examinabilibus, Testibus Synodalibus, ac punctatoribus super sacris illis reliquijs, iusiurandum deferret. & vocati fuerunt examinatores, Punctatores, ac testes Synodales ad iusiurandum præstandum his verbis.

Decretum de iureiurando.

**E**Xaminatores, Punctatores, ac testes Synodales in præcedenti sessione promulgati, accedant ad Illustrissimum Archiepiscopum, cui ex prescripta formula iusiurandum præstent.

Vos verò testes Synodales iurate fideliter vereq; ad nos, aut ad Vicarium nostrum generalem, aut ad visitatores nostros vos interrogantes relatores, omni remoto affectu & cupiditate, de his, quæ ad honorem Dei pertinent, ac reformatione indigent, quæ vos indagacione atque inquisitione adhibita, vel videritis, vel audieritis in regione vobis, vestraq; charitati, & perscrutationi commissa.

Tum singuli ordine terni aut quaterni accedebant, & ex præscripta formula super sacris illis reliquijs, quas ipse Illustris. D. suis manibus tenebat, iusiurandum præstabant.

Formula iusiurandi ab examinabilibus præstandi.

**E**GO N. examinabilis officium quod suscepi, promitto, spondeo, ac iuro, me fideliter, & sincerè, quantum in me est, executurum. sic me Deus adiuuet, & hæ sanctorum reliquiæ.

Formula iuramenti punctatorum.

**E**GO N. promitto, & iuro, me in officio meo punctatoris obeundo fidem ac diligentiam præstaturum, ad præscriptam constitutionem Provin-

cialium Mediolanensium, & Tabellæ mihi à Reuerendissimo Archiepiscopo traditæ, vel pro tempore tradendæ, sic me Deus adiuuet, & hæ sanctorum reliquiæ.

Formula iusiurandi testium Synodaliū habetur in Conc. Prouinc. 4. pag. 179.

Et quoniam ex his, qui constituti sunt testes Synodales, examinatores, & Punctatores, quidam hoc tempore non interfuerunt, nec verò iusiurandum ex formula præscripta præstare poterant, Illustris. Archiepiscopus censuit huiusmodi iusiurandum multum Reuerendo Domino Vicario Generali præstandum esse, hoc promulgato decreto.

Decretum de præstando iusiurando ab absentibus examinabilibus, Punctatoribus, & Testibus.

**Q**VI examinatores, testes Synodales, ac Punctatores per nos nominati, & deputati sunt, si qui in Synodo ex prescripto iusiurandum non præstiterunt, Vicario nostro Generali illud præstent.

Deo benè iuuante, absolutis omnibus, quæ in hac xj. Synodo agenda erant, ut extremam manū Illustris. Archiepiscopus apponeret, ad præscriptum Concilij Provincialis V. monitiones ex eodem Concilio de suggestu legi mandauit.

Præmissa ea præfatione, quæ supra habetur in Syn. dioc. vij. decret. viij. pag. 393.

Deinde Promotores institerunt pro euulgandis decretis & alijs.

Illustris. ac Reuerendis. in Christo Pater, & Domine.

**Q**VO diligentior & cumulatior executio sit, & conciliorum, tam Provincialium, quàm Diocesano, & instructionum ab Illustris. amplitudine vestra editarum, & edictorum item Archiepiscopaliū, & aliarum constitutionum ad huius Ecclesie sibi commissæ benè gerendæ rationem conscriptarum & promulgatarum:

Nos N. & N. huius Synodi Diocesanae xj. Promotores, ab Illustris. ac Reuerendis. amplitudine vestra petimus, atque instamus, monita executionis eorum decretorum & aliarum sanctionū Archiepiscopaliū de suggestu, ut moris est, per Cancellarium promulgari, & omnia alia edici, & enunciari, quæcumq; in hac Synodo Diocesana xj. pro prudentia & charitate sua Clero Diocesano præsentem edici & promulgari constituit. Quò idem clerus instructior in dies fiat, ac sollicitudinis studio inflammator sit, ad omnem Ecclesiasticam disciplinam rectè cumulatamq; executione perpetuamq; obseruantiam. Lectaq; sunt Monita executionis decretorum de suggestu, quæ habentur in volumine supra Synodi xj.

M m m m m 2

His

His ordine sic absolutis, Illustris. Archiepiscopus de more antequam hic Synodalis conuentus dimitteretur, sequentem Synodum, nempe xij. indici mandauit, præuia instantia Promotorum.

Instantia Promotorum pro Indictione futuræ Synodi.

Illustris. ac Reuerendiss. Pater & Domine in Christo.

**ANTIQVO** Canone, & decreto Prouinciali, & Synodali item cantum est, proximam Synodum Diocesana in sessione indici: idcirco promuneris nostri ab Illustrissima Amplitudine tua nobis demandati ratione, humiliter instamus, & petimus, Synodum Dioces. xij. futuram in hoc Synodali conuentu, omnibus qui interesse debent, pronunciar, & indici.

Tum lectum est decretum indictionis, ad prescriptam formam.

Decretum de indictione visitationis.

**VETERIS**, & laudatissimi, cum disciplinaq; Ecclesiastica ratione atq; usu conuenientis instituti illud est, antequam Synodus dimittatur, clero vniuerso qui presens in Synodo est, aliqua edici, quæ annuerearijs actionibus perpetuis præstanda sunt: edicimus igitur omnium & singularum regionum cleri visitationem, quæ omnes, singuliq; visitatores nostri in sua quique regione diligenter obeant, atque adeo præsent ad prescriptum monitorum, quæ diligentioris executionis causa in hac Synodo xj. edidimus. Omni igitur studio in omnes partes ad recte exequendum usum excitato ita se gerant, ut nullam eorum negligentiam, cuius nobis aliquando ratio reddenda est, animaduertamus; sed diligentiam præstantissimam, cuius fructus in omni recta executione constet, nos in Domino commendemus.

Indicta visitatione, audientia, quam Synodo absoluta Illustris. Archiepiscopus, Vicarijs, & alijs Diocesanis dare solet, indicta est.

Decretum de indictione publicæ Audientie.

**VICARIIS** foraneis hodie à prandio audientiam indicimus, & ijs quoq; omnibus & singulis, qui aliquid habent, quod nobiscum, aut cum Ministris nostris agant. Illis etiam, quibus à visitatoribus, Prefectisue scrutinijs, & vicarijs foraneis iussum est ad nos venire.

Demum Illustris. D. Archiepisc. de more orationem publicam, quæ in Vrbe, & Diocesi fieri solet, in fine Synodi indici & promulgari iussit.

Decreti formula habetur supra in Synodo vij. dioc. pag. 395. Cum omnia in hac xj. Synodo agenda & tractanda, Diuina auxilianæ Clementia ad optatum finem perducta essent, & cum iam hora esset

tarda, ut de more ritè recteq; Synodus dimitteretur, Illustris. Archiepiscopus suggestum ascendit, & iterum clero allocutus est.

Absoluto sermone, pulsatione solemnè campanarum, inchoata est processio de more, eundo per ambitum, & extra Ecclesiam: & dum Clerus regionatim & collegiatim ad processionem dirigeretur, Tabellarum acclamationum facta est distributio. Postea verò quàm clero vnuerfus redijt, denuo suis locis confederunt, & facto silentio, in oratione mentali certis capitibus enunciatis per Reuer. Archidiaconum, Illustris. D. Archiepiscopus, & clero vnuerfus, quasi per horæ dimidium persistierunt.

Oratio mentalis die 3. Synodi.

**I. FRATRES** Carissimi: Conuersi ad Dominum, puro corde oremus, ut preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur. Et quia imperfectum nostrum, quod in Synodi celsitudine admiximus, viderunt oculi Dei; ad miserationis diuina remedia confugiamus, hocq; prostrati precemur, ut ignorantie nostræ parcat erratis; & negligentie etiam, quam ex monitis internis decretorum agnoscimus, & remordente conscientia tabescentes, intimo dolore confitemur, indulgent; & quidquid offensionis, neglectæ Synodali & clericali sancta disciplina, cuius officia inoffensè præstare debemus, aliquo modo contraximus, eo condonante veniam consequamur, & à cunctis absoluamur nostrorum nexibus errorum.

**II. Fratres** Carissimi: ad sancta officia promerenda diuina miserationis gratia inspirante conuersi, toto cordis affectu Deum precemur, ut bonum, quod in nobis à Reuerendissimo Archiepiscopo, tam incenso charitatis studio & officio requiritur, omnino excquamur; utq; prompta cum eo sollicitudine gradientes, dignè ambulemus vocatione qua vocati sumus, omniq; in opere bono crescentes, obediamus studijs Deo placitarum orationum.

**III. Fratres** Carissimi: Toto cordis affectu orate, ut in omni humilitate, & mansuetudine ambulemus: ut solliciti seruare unitatem Spiritus in vinculo pacis, & Christi Domini iugum suauè, & onus leue patienter portantes, demum hereditemus caelestem terram viuientium, & multitudine pacis aeternæ delectemur.

Quæ orationes semper recitantur in vltima die, & sessione Synodi: & vbi fiat sessio quarta, ponantur orationes etiam infra scriptæ in penultima die.

Oratio mentalis.

**FRATRES** Carissimi: Pio interna deuotionis & orationis affectu orate pro Reuerendiss. Archiepiscopo nostro, ut spiritualibus amplifiscetur augmentis, & verbo, & exemplo, quibus præest proficiat, ad vitam sempiternam.

II. Fra-

Formula attestacionis electionis & approbationis Iudicum Synodali.

**FIDEM** facio & attestor ego N. Cancell. Archiepiscopalis, in Synodo Diocesana N. Mediolanensi sub die . . . mensis N. inter ipsius Synodi celebrationem, ex pluribus propositis, infra scriptos RR. DD. Iudices causarum, ex prescripto Tridentini Concilij electos, approbatos, designatos, ac deputatos fuisse; videlicet, Multum RR. DD. N. N. N. N. N. N. I. V. Doctores. In quorum fidem & attestacionem presentes manu mea subscriptas, & sigillo Archiepiscopali S. Ambrosij munitas fieri volui. Dat. &c.

Formula prorogationis Synodi Diocesana.

**CAROLVS** &c. Superiori proximo anno, Synodum diocesana, quam ex concilij Tridentini prescripto quotannis habere debemus, hoc anno, die 18. mensis Octobris, qui dies est S. Lucae Euangelistæ, habedam celebrandam; esse, nos in ipso diocesano conuentu indiximus. Sed cum & visitatio in diocesi nostra à Reuerendis. Visitatore Apostolico inchoata, nondum perfecta sit; & nos visitationis etiã à Sanctis. D. N. Greg. XIII. nobis delegata, occupationibus hoc tempore distineamur; illam differendam esse censuimus, prout his literis in alium diem arbitrato nostro statuendum, alijsq; literis edicendum, differimus, & prorogamus. In cuius rei fidem, has, quas edicti publici vim habere volumus, sigillo Archiepiscopali S. Ambrosij obliuatas, Cancellarijsq; nostri subscriptione munitas, in valuis Metrop. nostræ Ecclesiæ, adiuuamq; Archiepiscopatum, publicè proponi affigiq; mandauimus. Dat. &c.

Alia eiusdem generis.

**CAROLVS** &c. Synodum dioces. quæ decreto perpetuè indictionis in Synodo proxima per nos edito, die 24. mensis Aprilis hoc anno futura erat, ob pestiferam contagionem, à qua adhuc, peccatis nostris ita exigetib; hæc Vrbs, & diocesis omnino libera non est, in aliam certam diem, arbitrato nostro statuendam, publiceq; indicendam, prorogamus, ac differimus. In cuius rei fidem &c. Dat. &c.

Alia eiusdem generis.

**SYNODVM** diocesana, quæ ex decreto nostro in synodo proxima superiore indicta, & in Epiphania Domini iussu etiam nostro à Reuer. Archidiacono in Metropolitana Ecclesia solemniter denunciata, & in Calendario adscripta die vigesimo Aprilis, hoc anno futura erat, prorogamus ac differimus ad diem vigesimum sextum mensis Maij proximè sequentis. In cuius rei fidem, &c. Dat. &c.

M m m m 3 FOR-

**I. Fratres** Carissimi, Toto cordis affectu orate pro ministris Reuerendiss. Archiepiscopi, quatenus dum manus in bonis operibus eleuant, laborum suorum à Deo benedictionem largissimam consequantur.

**II. Fratres** Carissimi: obsecremus Deum omnipotentem, ut toties, præsertim in hac Synodo nos moniti, & ad spiritum Sacerdotalem excitati, adiutrice eius diuina gratia, viam latam & spatiosam relinquamus, quæ ducit ad perditionem; & diuina virtutis dextera, deducamur ad illam angustam atque arctam spiritualis vitæ semitam quæ ducit ad vitam, illamq; viam usq; ad obitum pergamus, quousq; ad Christum Dominum perueniamus, qui est nobis via, veritas, et vita: Amē. Postremò acclamationes de more in hunc modum actæ sunt, toto clero acclamante.

Acclamationes cleri in Synodo Diocesana.

Archid. Deo Patri misericordiarum, & Deo totius consolationis, gratia.

Responso: Immissa est misericordia tua super nos Domine, qui conciliorum exercitationibus rectè iustitiae tuæ tramitem, & disciplina regimen iugiter docere dignatus es: Tibi laus, Tibi honor, Tibi gloria, in seculum, & in aeternum.

Archid. Beatissimo Gregorio Papæ, & Domino Nostro, Sanctæ vniuersalis Ecclesiæ Pontifici, cunctarum gentium obedientia, & Christiani nominis in omnem terram propagatio.

Respon. Domine Deus, Sanctissimum Patrem gratia tua custodi, ut eo gubernante, gentes sancto veræ fidei lumine persuse, in vnum Ecclesiæ tuæ ouile colligantur.

Archid. Reuerendiss. Archiepiscopo Nostro salutaris vigilantia.

Respon. Omnipotēs Deus, super Antistitem nostrum benedictionum tuarum dona perpetuo multiplica.

Archid. Serenissimo Regi Philippo, Christianæ religionis defensori, perpetua felicitas.

Respon. Aeternæ Deus, Catholicum Regem nostrum in Amore tuo conferua, ut caelesti gratia tua auctus, omni tua benedictione perpetuo dilatetur.

Archid. Populo Mediolanensi Pax Christi aeterna.

Respon. Memento Domine Deus in beneplacito populi tui, ac perpetuum tuæ benedictionis rorem illi infunde.

Archid. Nos Dei voluntatē explentes, & sancta decreta in omni opere bono exequētes, digni redamur misericordia & gratia magni & summi Sacerdotis Iesu Christi Dei, intercedente simul Beata eius genitrice Virgine Maria, Beato Ambrosio cōfessore Patre nostro, et omnibus sanctis.

Respon. Amen. Amen.

Quibus absolutis Illustris. Archiepiscopus dedit omnibus Canonicis ordinarijs Ecclesiæ Metrop. & prepositis collegiatarum Ecclesiarum Cinitatis, & Diocesis, & Vicarijs foraneis, & Syndicis regionum Ciuitatis, osculū Pacis: & demum cum benedictione solenni, & publicatione Indulgentiarum dimisit vniuersum Clerum.



Formulae facultatum Vicarij generalis ciuilibus & criminalibus, aliorumque fori Archiepiscopalis officialium, à nobis hoc loco positae non sunt. Cum enim ea pendeant à iure, atque pro varia personarum & locorum ratione, maiorem interdum, vel minorem expediat alicui auctoritatem concedere, ne cuiquam fortasse erroris aut dubitationis occasione præberemus, fatius duximus eas omittere. Poterit autem earum conficiendarum ratio optimè desumi ex ijs, quae supra parte quarta Actorum in instructionibus fori, de Vicarij tum generalis, tum aliorum etiam fori officialium ac ministrorum muneribus & officijs exposita sunt.

Formula facultatis visitatoris Generalis in Urbe, & Diocesi.



**A**ROLVS, &c. Dilecto nobis in Christo admodum Reuerendo D. N. salutem, & benedictionem à Domino. In Pastoralis curae officijs, visitatio in primis à sacro Tridentino Concilio Pastorum fidei & curae tantopere commendata, perpetua esse debet; utpote qua, & Tridentinorum, Prouincialium, Diocesanorum, omnisque ferè Canonum disciplinae executio nititur; & quae praeterea superioribus visitationibus salutariter iussa sunt, ad vsum perenni quadam speculationis pastoralis sollicitudine, inducuntur; & si quae etiam deinceps suborta sunt, nouis egent remedijs, oportune ijs prouidetur, & consulitur. Quàobrem ad id munus tam utile atque adeò necessarium perpetuò præstandum, necesse est aliorum comparari adiumenta; cum praesertim diocesis amplitudo eiusmodi est, cuius visitatio vniuersa, per solum ipsum Pastorem breui temporis spatio perfici atque absolui non possit. Nos igitur, qui magnam & amplam diocesim habemus, in eam deliberationem venimus, Ecclesiasticos aliquot homines, spectata probitate, prudentia, doctrina, disciplinaque; visu peritos deligere; quorum adiumento & opera, laboribus nostris Archiepiscopalibus adiuncta, si minus anni spatio, saltem biennio, diocesim nostram vniuersam, illiusque partes singulas, ex eiusdem Tridentini decreto, visitemus. Itaque nos de tua in primis pietate, charitate, prudentia, integritate, experientia confisim, sperantesque fore, ut quae tibi, tuaque curae commiserimus, mandauerimus, ea per te bene agatur, ac gerantur; te etiam vnum ex ijs quos delegimus, nostra Archiepiscopali auctoritate, omnique meliori ratione, his literis Praefectum, visitatoremque nostrum declaramus, de-

cernimus, atque constituimus, facultatibus tibi ut infra attributis. Primò igitur hoc tuae charitati, prudentiae, & sollicitudini delegamus atque committimus, ut nostro nomine, nostraque, tum ordinaria, tum apostolica nobis in hoc visitandi munere, vel canonum iure, vel Pontificijs sanctionibus, vel Tridentini Concilij decretis delegata auctoritate, Urbis, & diocesis nostrae Mediolanensis visitationem diligenter & accuratè obeas; nempe Ecclesias singulas, non modò maiores collegiatis, parochiales; tum illas praeterea, quae sine cura sunt; Cappellas item; oratoria, Hospitalia quauis, collegia, confraternitatesque, etiam laicales, seu scholas alio quouis nomine nuncupatas, eleemosinas etiam Montis pietatis, aliorumque; piorum locorum, tam virorum, quam mulierum, fabricas ecclesiarum, scholas literarias, & publicas bibliothecas, & artis impressoriae officinas; & ecclesias item parochiales, monasterijs, etiam exemptis, vniuersi iure adiunctas, & earum ite Sacerdotes, & Clericos, quoad parochialem curam, sacramentorumque administrationem, siue regulares, siue saeculares in illis ipsis monasterijs, ecclesijsque curam gerentes; & alios praeterea, non solum Ecclesiasticos homines, sed populos etiam curae nostrae commissos, sedulo planeque; visites: & quidquid quauis ratione corruptum, seu deformatum animaduertis, corrigas, & reformes, & ad iuris, decretorumque; Tridentini, & Prouincialium, & Diocesanorum Mediolanen. Conciliorum, edictorumque; instructionum, & ordinationum quarumcunque, per nos, & de mandato nostro promulgatarum, praescriptum, normam, formam, & regulam, dirigas, reducas, & reformes; & in omnibus, quae ad sanctam Sacramentorum administrationem, aut cleri, Ecclesiasticorumque; hominum vitam, & studia, aut ad mores populi, aut ad piarum voluntatum executionem, aut aliàs ad animarum salutem per-

pertinent, consulas, geras, agas, quae necessaria, atque oportuna sunt. De criminibus, delictis, atque excessibus contra reos inquiras, aut si expedire censueris, eorum nomina ad nos, Vicariumue nostrum deferas: crimina perspicua, manifesta, notoriaque, de quibus quaeri, inquiriue opus est, liberè corrigas; poenam condignam, pro personarum ratione, proque delicti grauitate, ex Canonum iure, decretorum, edictorumue nostrorum praescripto irroges, atque; sumas, ac perinde ex auctoritate etiam Apostolica nobis concessa, potestatem facultatemque; his literis tibi damus citandi, inhibendi, agendi, prosequendi, procedendi summarè, ac de plano, sine strepitu formaque; iudicij, manu regia, sola facti veritate inspecta, etiam nullis seruatis actibus, ac terminis, quos in Archiepiscopali nostro foro seruati, vel instituti, vel moris, stiliue est: de omni praeterea & quacunque; causa extrajudicialiter etiam agere, audire, cognoscere, decidere, licere tibi volumus, & concedimus: causas item coram Vicarijs nostris, qui vel in vrbe, vel in diocesi sunt, praeterea generali, pendentes, in quocunque statu illae sint, auocandi, reassumendi, ac eosdem inhibendi potestatem damus: itemque contra omnes & singulos, qui quouis modo deliquerint, prout tibi videbitur, agendi, eosdemque; ut iudicio personaliter stant, multas, centuris Ecclesiasticis propositis, monent. sique; non paruerint, poenas, multas, censurasque; huiusmodi subiisse declarant. rursum illos etiam conuincimus, & alios quoscunque, & in his, & in alijs omnibus, quae vel vniuersè vel speciatim mandauimus, parere recusantes, & eorum quemlibet, tum pro manifesta offensa, tum etiam pro libertatis, ac immunitatis, iurisdictionis Ecclesiasticae defensione, & conseruatione, fulminant. & promulgan. easdemque; poenas iterum atque iterum grauiore sancien. & irrogant. interdictum Ecclesiasticum apponent. brachium saeculare si opus erit implorant. & ut iuris erit detinent. carcere, coercen. multan. absoluen. & omnia denique ac singula agen. geren. statuen. decernen. mandan. & exequen. quae ad Dei gloriam, ad diuini cultus conseruationem atque amplificationem, & ad animarum salutem expedire censueris, liberam, integram, amplam, atque omnem facultatem, tum nostra ordinaria, tum apostolica auctoritate nobis concessa & delegata, his literis tibi elargimur, concedimus, ac impartimur; & eos omnes, ac alios quoscunque, delinquentes subditos, auctoritate etiam à Concilio Tridentino nobis tradita, ab omnibus casibus nobis reseruatis, ac quibuscunque censuris, suspensione, interdicto, etiam generali, à iure, vel ab homine, ex quacunque causa, quae, & quas nobis referuauimus (exceptis ijs, quae à nobis, & Vicarijs nostris Urbis fulminatae, declaratae, aut inflatae fuerint) per te ipsum, seu per alios, imposita poenitentia salutari, gratis, etiam in vtro-

que foro absoluen. liberan. ac relaxan. auctoritatem concedimus: a tamen, ut facultatibus praedictis uti non possis, nisi in actu ipso visitationis, extra Ciuitatem, & cum personis & hominibus incolis illius plebis, cuius visitationi tunc incumbis. Iuramentum verò ab omnibus medicis, ac fidei professionem à quibuscunque professoribus, tam publicis, quam priuatim, facultatem artium liberalium exercentibus, ludimagistris, ac concionatoribus, iuxta formam constitutionum pontificiarum, ac Tridentini Concilij, ac decretorum nostrorum Prouincialium, & Diocesanorum, recipias; renitentesque; omnes ab officio, donec praedictum iuramentum, fideique; professionem respectiue praestiterint, suspendas; eos verò qui paruerint, à poenis, & censuris absolue & liberare possis; nec non profitendi, & docendi facultatem dare per bimestre; quo spatio elapso, à nobis impetrent. Ecclesias verò, quae ob vetustatem, vel aliàs collapsae sunt, & ob earum inopiam nequeunt instaurari, demolire ad praescriptum Conciliorum, & instructionum nostrarum, ac visitationis Apostolicae in primis, illaque, ac illarum materiam in profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi cruce ad praescriptum Concilij Tridentini, conuertere tibi facultatem tribuimus: ac in beneficijs vacantibus per obitum, vel resignationem, etiam in curia, seu aliter quomodocunque etiam reseruatis, vel affectis, si parochiales sint, statim habita notitia vacationis Ecclesiae, idoneum Vicarium, qui onera ipsius Ecclesiae vacantis sustineat, constituas, Vicecuratosque; Cappellanos, confessores, vbi opus esse cognoueris, ad bimestre dumtaxat deputes. Nec non informationes assumen. in causis ad sanctum officium inquisitionis spectantibus, contraque; quoscunque regulares proceden. vsque ad sententiam inclusiue, iuxta formam facultatis literis Apostolicis nobis datae, ac in ipsa visitatione extra ciuitatem tantum. De causis etiam sponsaliorum inter personas, quarum altera saltem illius plebis sit, quam tunc visitabis, cognoscendi, denunciationsque; etiam iuxta eiusdem Concilij Tridentini dispositionem remitten. potestatem facien. quaecunque Ecclesiastica Sacramenta ministrandi, verbum Dei praedicandi, corporalia, & paramenta Ecclesiastica quacunque benedicen. Ecclesias quoque, & cimiteria polluta, adhibita aqua per nos benedicta reconcilian. caeteraque; omnia in praemis. & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna gerendi, & exequendi, plenam, amplam, atque omnimodam facultatem, qua possumus, tam ordinaria, quam apostolica nobis delegata auctoritate, tenore praesentium tibi damus, concedimus, ac impartimur. Mandantes omnibus & singulis vicarijs nostris, Archipresbyteris, Archidiaconis, Praepositis, Primicerijs, Canonis, Parochis, Rectoribus Ecclesiarum altariumue Cappellanis, clericis quibuscunque

que, & cæteris beneficia cuiusvis generis Ecclesiastica obuentibus, & locorū item priorū curatoribus, Præfectis, atque administratoribus, vniuersitatibus, alijsq; item omnibus & singulis, ad quos spectare villo modo potest, vt te visitatorem per nos vt supra delectū & constitutū recipiant, tuisq; monitionibus, præceptis, decretis, ac iussis pareant, pœnis pro politis, etiam pecuniarijs, interdicti, suspensionis, & excommunicationis in subsidium, pro contumacia culpæ uè grauitate, arbitrio nostro, vel tuo declaradis, & irrogandis, ac locis pijs applicandis. Magistratibus verò, Iudicibus, & alijs officialibus Curia secularis, tam in Ciuitate, quàm in diocesi, nec non vniuersitatibus, Communitatibus, & alijs ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt quouis à te fuerint requisiti, tibi pro præmissorum executione assistant, omnemq; fauorem, opem, & auxilium, etiam brachij secularis, promptè & efficaciter præstent, atque exhibeant. Hanc verò visitationis delegationem, ceterasq; omnes facultates, his nostris Archiepiscopalibus literis, vel vniuersè, vel speciatim concessas, per totū hunc annum tibi suffragari volumus. In quorum fidem &c. Dat. &c.

*Formula facultatis visitatoris in aliqua vrbe, aut Diocesis regione seu parte.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Reuer. D. N. Sacerdoti Mediolanen. &c. salutem & benedictionem à Domino. Sacrorum Canonum, ac Tridentinæ sanctionis auctoritate, & pastoralis curæ ratione excitati, superioribus annis, visitandi munus in vrbe, & diocesi aggressi, quo debemus charitatis studio, non possumus longius in eo progredi, alijs legitimis, grauissimisq; occupationibus impediti, quæ Archiepiscopalem nostram vigilantiam deposebant. Porro animaduertimus prætereà, non posse per nos ipsos solum vrbe ac Diocesis nostræ totius, quæ longè lateque patet, visitationem ad constitutum biennij tēpus ex Tridentino præscripto planè absolui. Itaq; in eâ deliberatione venimus, vt, quò diligentius & visitatione vniuersam absoluamus, & in executionis vsum perpetuò salutaria decreta inducamus, Ecclesiasticos aliquot homines, spectata morum probitate, prudentia, doctrina, disciplinæq; Ecclesiasticæ vsu peritos deligeremus, quibus tum visitandi, tum omnem executionem procurandi promouendi uè munus committeremus. Quamobrem nos de tua in primis pietate, charitate, prudentia, integritate, & pietate confisi, sperantesq; inde fore, vt quæ tibi, tuq; visitationi atque promotioni commiserimus mandauerimus, ea per te benè agantur ac gerantur; te etiam vnum ex ijs quos delegimus, nostra Archiepiscopali auctoritate, omniq; alia meliori ratione, his

literis Præfectum, Promotorem, visitatorem nostrum declaramus, decernimus, atque constituimus, facultatibus tibi vt infra attributis. Primò igitur hoc tuæ charitati, prudentiæ, & sollicitudini delegamus, atque committimus, vt nostro nomine, nostraq; tum ordinaria, tum apostolica nobis in hoc visitandi munere, vel Canonum iure, vel pontificijs sanctionibus, vel Tridentini Concilij decretis, delegata auctoritate, huius vrbe vel Diocesis partem, nempe regionem N. diligenter & accuratè visites; Ecclesias non modò maiores, sed minores, parochiales, collegiatas, tum illas prætereà, quæ sine cura sunt, cappellas item, oratoria quauis, Hospitalia collegia, sodalitia, confraternitates uè laicales, seu scholas, alio uè quouis nomine nūcupatas, eleemosinas etiã, Montes pietatis, charitates uè, & alia pia loca omnia cuiusvis nominis, etiam ad laicorum curam procuracionem uè pertinentia, & cuiuscūque item ecclesiæ, aut Hospitalis, aut confraternitatis, aut eleemosinæ, aut Montis pietatis, aliorum uè piorum locorum, tam virorum quàm mulierū, fabricas, scholas etiam, librarias, & publicas Bibliothecas, & artis impressoria officinas; & Ecclesias itē parochiales Monasterijs etiam exemptis vnionis iure adiunctas, & earum item Sacerdotes & clericos, quod ad parochialem curam, Sacramentorumque administrationem, & decretorum executionem attinet, siue regulares, siue seculares in illis ipsis Monasterijs Ecclesijs uè curæ gerentes; & alios prætereà, non solum Ecclesiasticos homines, sed populos etiam curæ nostræ commissos, sedulo planeq; visites, ac visitare studiosè cures. Vbi verò regionis vniuersæ tibi commissæ, vel partis eius visitationem semel obieris, cōfeceris uè, harum etiam literarum auctoritate, tibi licere volumus item eandem regionem eiusq; partem visitando obire. Qua in re id per te consultum & prouisum iri cupimus, vt quas Ecclesias, quem uè Clerum, ac Populum, prioribus visitationibus nō perulstrasti, nec visitasti, de ijs accuratè primo visitandis omnino præstes, postterioribus quas inieris visitationibus; si modò hoc visitandi officium, alijs partibus tunc magis necessariū atque opportunum esse non videris. Quòd si fortasè, vel eadem regionis pars, vel aliqua illius Ecclesia potiusquam alia, visitationis tuæ officium requirere videbitur; tum reliquarum visitatione intermissa, ad illam ipsam redeas licet, cui in tempore parti succurrendū esse censueris. Atque verò in omni sanè visitatione quam obieris, tu omnino vide atque cura hoc in primis, quod per nos tibi commendatum, tuq; diligentia commissum, pro tuo munere, quantum in te est, præstare debes; vt Iesu Christi Domini ante omnia voluntate tibi proposita, qui omnes homines saluos fieri cupit, animarum salutem, omniq; earum in officijs studijsque salutaribus progressionibus prodesse

stu-

studijsque salutaribus progressionibus prodesse studeas. Proinde verbi Dei prædicatione, vel cohortationibus, vel admonitionibus, vel alio officij genere, ad pietatem, ad religionem, ad veram sanctamq; morum disciplinam, ad vitam innoceniam, ad pacem & concordiam omnes excites. Omnium Ecclesiarum necessitati, & locorum, prout opus esse videris, salutaribus rationibus prouidè consulas. De cleri moribus, clericalis vitæ progressionibus, sollicita in diuinorum cultu diligentia, sacrarū literarum & spiritualis vitæ studijs, Ecclesiasticisq; exercitationibus inquiras. De Parochorum item zelo in salute animarum procuranda, de sedula in ministrandis Sacramentis diligentia, de frequenti in pascendis verbo Dei fidelibus officio, de omni denique eorum in cæteris Parochialis muneris partibus vigilantia, accuratè peruestiges. De populi prætereà moribus, de illius in Christianæ veritatis operibus studio, de pia eiusdem in Ecclesijs conuersatione, de festorum dierum cultu, de doctrinæ Christianæ scholis, de pijs sodalitatibus earumq; institutis, de reliqua denique omni eiusdem populi disciplina, & in via domini progressu, sollicitè disquiras. De Ecclesiarum item cultu, in re, in instauracione, earumq; fabrica exteriori & interiore, de cappellis, altaribus, Baptisterijs, sacrarijs, oratorijs, cæterisq; id generis; tum de vestibus, etiam sacris, ornamentis, vasibus, alijsq; Ecclesiasticis supellectilibus apparatu, sedulo dispicias. Porro cum in ijs quidem vniuersis ac singulis, quæ mox supra vel generatim vel speciatim tibi mandauimus; tum in alijs prætereà omnibus, quacunque ad rectam sacramentorum administrationem, aut ad Cleri, & Canonorum, & dignitate Ecclesiastica præditorum, & parochorum, & reliquorum Sacerdotum, aliorumq; Ecclesiasticorum hominū, vitam ac studia, aut ad diuinorum officiorum rationem, aut ad Ecclesiarum cultum, ornatum, fabricam, & supellectilem, aut ad populi mores, aut ad piarum voluntatum executionem, aut ad rectam Gregis Christiani institutionem, ad omnem denique Christianæ vitæ conformationem, animarumq; salutem pertinent; consulas, geras, agas, quæ necessaria atque opportuna sunt. Atque ob hanc quidè causam, quæ omni eo de genere pontificijs sanctionibus, Canonum iure, Oecumenico Tridentino Concilio, nostris prouincialibus diocesanisq; Synodis, visitationum nostrarum præscriptis, visitationeq; item apostolica, iussis Archiepiscopalibus nostris Edictis, pastoralibus etiam literis, instructionibusque, quacunque de re per nos iam editis, atque in posterum Deo iuuante edendis, decreta, constituta, sancita uè sunt, ea vniuersa & singula, non solum cum visitationis munus obis, sed omni alio quouis tempore his literis præfinito (nisi aliter speciatim stauerimus) vt promoueas, pro-

uehas, procure, exequaris, atq; in executionis vsum inducas, his literis tibi potestatem facultatemq; damus, tribuimus, atque cōcedimus; sperans fore, vt in bonis moribus tuendis, & in prauis corrigendis, & in vitijs tollendis, & in virtutibus disseminandis, & in peccatoribus emendandis, & in Ecclesijs instauradis, & in supellectile apparanda per eos quorum interest, & in omnibus vt supra agendis, proq; tua prudentia & charitate promouendis, prosequendis, atque ad eò exequendis, omni ex parte constet fructus accuratè visitationis tuæ. Iam verò ad peccata exterminanda, & morū corruptelas, vitiaq; conuellenda, omni iure vtaris. De criminibus, delictis, atque excessibus contra Reos in actu visitationis inquiras, ac processum conficias; aut si expedire censueris, eorum nomina ad nos, Vicarium uè nostrū deferas; necnon procedas contra quoscuque regulares, processusq; super in re factos ac fabricatos, ad Vicarium nostrum deferas: contumaces quoscuque, & in ijs omnibus, quæ vel vniuersè, vel speciatim mandauimus, parere recusantes, aut alia ratione repugnantes, multas, ac interdicto compescendi, irrogandi, & omnia denique ac singula agendi, gerendi, mandandi, exequendi, quæ ad Dei gloriam, ad diuini cultus conseruationem atque amplificationem, & ad animarum salutem expedire censueris, liberam & amplam facultatem, tã nostra ordinaria, quàm Apostolica auctoritate nobis delegata, his literis tibi damus & impartimur. Hancq; ipsam omnem facultatem & potestatem, in ijs etiam per nos tibi tam auctoritate ordinaria quàm delegata datam & concessam, declaramus, quæ vel præcipuam, & specialem, sigillatimq; & expressam mentionem, vel aliam quamuis enucleatam explicationem, vel exquisitam formam, præcisè seruandam requirerent; quæ omnia & singula perinde haberi volumus, ac si planè de verbo ad verbum ijs literis explicata, atque enucleatè speciatimq; adscripta essent. Quare vniuersis & singulis Ecclesiasticis hominibus, & cæteris omnibus, quauis dignitate, gradu, conditione, genere, & ordine præditis, distinctè inhibemus, propositis arbitrarijs pœnis, suspensionis, & interdicti, per te aut per nos declaradis irrogandis uè, ne te, quo minus quæ tibi, visitationique tuæ, aut generatim aut speciatim commisimus vel mandauimus, exequaris, villo modo impediatur neque retardent, nec verò visitationi isti tuæ impedimentum, retardationem, moram uè afferat: id prætereà, ab omnibus ac singulis, quacunque, etiam seculari dignitate potestate uè fulgentibus requirètes, vt tibi, tuisque, in omnibus quæ diximus faueant, atque assistant. Quòd si visitatio committatur in aliqua vrbe regione, addantur hæc quæ sequuntur. Intereà caueas, ne alicui in sumptibus onerosus sis, nec ad aliquos in actu visitationis diuertas, cibumq; capias, nec quidquam

quam vel exigui muneris, vel doni, etiam excellenti poculentiue, etiam à sponte dantibus, recipias. Tu autem (quod minimè futurum speramus) si quidquam acceperis quouis pretextu, scias te pœnis Lugdunensi, Tridentinoq; Concilio sancitis, & restitutionis præterea vinculo adstrictum teneri. At verò nos, adiutrice Dei gratia, hoc de te confidimus, vt quam in visitationis munere tibi committendo spè fiduciamq; habuimus, ei planè respondeas; non modò tua sollicitudine, sed continentia, integritate, abstinentia, cæterisq; Christianis virtutibus, quibus Gregi visitationi tuæ per nos commisso salutariter consultum esse volumus. Mandantes omnibus singulisq; Vicarijs nostris, &c. vt te præfectum visitatorem per nos vsupra delectum & constitutum recipiât, tuisq; monitionibus, præceptis, Decretis ac iussis pareant, pœnis propositis, etiam pecuniarijs, arbitrio nostro applicadis, & interdicti, suspensionisue in subsidium. Hanc verò visitationis delegationem, cæterasque omnes facultates his nostris Archiepiscopalis literis speciatim concessas, volumus tibi suffragari per biennium, etiam in alijs huius Ciuitatis & Diœcesis partibus, locisue, & & personis. In quorum &c.

*Hæ facultates interdum limitari solent, præsertim si in vrbe obeunda sit visitatio, vbi facile est ad Reuerendiss. Archiepiscopum, Vicariumue generalem, atq; alios officiales confugere, in ijs quæ maioris sunt ponderis atque momenti. In diœcesi verò ampliores conceduntur.*

*Formula facultatis visitatoris generalis in aliena ciuitate & diœcesi ex delegatione Apostolica.*

**C**AROLVS &c. & visitator Apostolicus ciuitatis & Diœces. Brixie, tibi dilecto nobis in Christo Reuer. N. salutem & benedictionem in Dño. Cupientes Visitacionem huius vrbis Brixie per nos inchoatã, quã primùm iuuante Deo perficere, visitationi eiusmodi per te Ciuitatis & diœcesis incumbi volumus, vt ea deinceps quam celerrimè fieri poterit, per nos ipsos absoluat. Quamobrem de tua pietate, integritate, prudentia, & religione confisi, te Reuer. N. auctoritate Apostolica, ac literis Congregationis Visitacionis Illustrissimorum Cardinalium super reformatione nobis delegata, tenore præsentium Visitatorem Ciuitatis & diœcesis Brixien. constituimus, nominamus, & deligimus; qui vice nostra Cathedralẽ, collegiatas, & parochiales, & alias quascunque cum cura & sine cura Ecclesias, & cappellanas, ac beneficia Ecclesiastica, etiã ruralia, & alia quæcunque quouis nomine nuncupata, & qualificata, etiam de iure patronatus laicorum, cuiuscunque status, & conditionis, ac dignitatis sint, etiam quomodolibet exemptas, vel exemptas, & Sedis Apostolicæ

immediatè subiectas, & subiectas, ipsarumq; Ecclesiarum Archidiaconos, Præpositos, Archipresbyteros, aliasq; dignitates, etiam principales in ipsis Cathedrali & collegiatis, ac personatus & officia obtinentes, Canonicos, Rectores, portionarios, Presbyteros, beneficia tos, clericos, & personas cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, aut quouis officij nomine ac titulo præditos, etiam vt præfertur exemptos. Item monialium monasteria, ipsaq; moniales Reuerendiss. Ordinatio subiectas; necnon Ecclesias, & Sacristias Regularium, tam virorum, quàm mulierum cuiuscunque ordinis, etiam commendata, & clausuram; personas quoque regulares, in his quæ ad animarum curam pertinent: Hospitalia præterea, scholas, confraternitates etiam laicorum, oratoria, ac pia loca quæcunque, Misericordiarum, elemosinarum, charitatis, pietatis, cõfraternitatis, aliouè quouis nomine nuncupata, in Ciuitate, & Diœcesi sita, etiam si extra territorium Brixien. existant, ad præscriptum facultatum, ipse visites, & reformanda, corrigenda, emendandaue, reformes, corrigas, & emendes, earumq; Ecclesiarum & locorum huiusmodi necessitatibus prouideas, aliaq; in ipsis Ecclesijs, & locis, quæcunque ad earum cultum & vsum necessaria sunt, consulas, agas, geras, & exequaris; contraq; item quascunque personas, tam Ecclesiasticas, quàm laicas, cuiuscunque dignitatis, & præminentiarum sint, etiam illustres, inquiras, procedas, tam in causis ciuilibus, quàm criminalibus, matrimonialibus, beneficalibus, & alijs quibuscunque ad præscriptum facultatum, etiam vsque ad sententiam inclusiuè, eiusq; executionem, inuocato etiam, vbi, & quoties opus fuerit, brachio seculari. Subdelegantes tibi vices nostras, ac facultates quascunque nobis delegatas, tam à fel. rec. Pio Papa Quarto, quàm à Sanctiss. D. N. Gregorio Papa XIII. per literas Apostolicas Sanctitatis suæ, ac literis Illustrissimorum Cardinalium Congregationis Visitacionis nobis tributæ, & aliàs omni meliori modo, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, quàm etiam in spiritualibus, & mixtis, tam in absoluendo, quàm in condemnando, dispensandouè, à quibuscunque censuris, pœnis, sententijs, & irregularitatibus, alijsq; ad præscriptum dictarum facultatum. Quæ verò magis ardua sunt, quæuè maiorem deliberationem desiderant, ea abs te ad nos referri mandamus; vt eisdem Sanctiss. D. N. literis præscriptum est. Præcipimus præterea, & iubemus omnibus & singulis quibuscunque, Archipresbyteris, Præpositis, Archidiaconis, alijsq; dignitatibus, etiam principalibus, Rectoribus, Canonis, Alaristis, cappellanis, Clericis, Sacerdotibus, alijsq; beneficiis Ecclesiasticis obtinentibus, locorum priorum Administratoribus, Curatoribus, Præfectisue, Vniuersitatibus, & cæteris, ad quos id quo-

quo-

quo modo spectat, aut spectare potest, vt te visitatorem vsupra per nos constitutum ac subdelegatum benigne recipiant, tuisq; monitionibus, præceptis, ac iussis quæ feceris, pareant: pœnis propositis, etiam interdicti generalis, & excommunicationis, pro contumaciæ aut culpæ grauitate, declaran. & irrogandis, ad præscriptum dictarum facultatum. Hoc item mandamus, vt tibi, tuoq; Notario, & alijs qui feruiat, durante visitatione, ab his ad quos spectat, debita & congrua victus expensarumq; procuratio exhibeatur, ac de viatico honesto prouideatur. In quorum &c. Dat. &c.

*Formula literarum deputationis Vicariorum forancorum in Diœcesi.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo, R. N. salutem in Dño. Cùm per multas occupationes, quibus in hoc Archiepiscopali munere distinemur, omnes diœcesis nostræ partes assidue obire, earumq; statum inuifere, nobis nõ liceat; Summoperè tamen cupiamus, vt quæ salutariter sanciantur aut constituuntur, omnia diligenter obseruentur; potereq; etiam videatur ratio curationis & administrationis nostræ, vt certa loca, præsentem, aut certè propinquiorẽ nostræ potestatis Vicarium quibusdam in rebus habeant: Idcirco de probitate, doctrina, & prudentia tua, plurimum in Domino confidentes, te in Plebe N. in Vicarium nostrum Foraneum (salua aliorum Vicariorum nostrorum auctoritate) eligimus & constituimus; potestatem hanc tuam, hac ratione definientes: vt Ecclesias omnes, oratoria, & Cappellas, nostræ iurisdictioni, ac visitationi subiectas, quæ sunt dictæ Plebis, vel intrã eius fines continentur, Sacerdotelque, reliquos Clericos, & populos visites; vt omnia quæ ibi, vel Apostolica Visitacione iussu, vel à nobis, aut à Visitatoribus nostris iam ordinata sunt, aut in posterum ordinabuntur; & alia, quæ literis Apostolicis, & Synodalibus decretis, publicisq; edictis, ac decretis generalibus vel specialibus, à nobis editis, vel edendis, obseruari, ac diligenter executioni mitti facias; vt contra omnes criminũ & culpæ reos, siue suspectos, tum Clericos, tum etiã Laicos, in causis ad forum nostrum pertinentibus, ac etiam mixtis, processus informatiuos ad nos illico mittendos conficias: Eosq; prout iuris fuerit, & necessitas facti suaserit, interim capi, & carceri mancipari & custodiri facias; implorato etiam ad hoc brachio seculari, si tibi ob longinquitatem Curia, & familia nostræ Archiepiscopalis, aliaue ex causa opus fuerit: Et non expectata etiã nostra iussione, vel alia facultate, per te ipse corrigas & punias Sacerdotes & Clericos quoscunque, qui negligentia, vel cõrumacia, vel alia culpa quidquã peccarint, deliquerintue, in ijs, quæ illis, vel singulis, vel vniuersis Apostolica visitacione,

aut à nobis, vel Concilijs Provincialibus, vel Synodis Diœcesanis, vel alijs decretis, constitutionibus, aut ordinationibus quibuscunque præscripta sunt; De clericali tonsura, & decenti habitu, de supellectili, menta, & familia; de Clericalibus ædibus, de mulierum vel laicorum hominum cohabitatione, aut familiaritate; De residentia in proprijs Ecclesijs, & Canonicalibus, Parochialibusue ædibus; De licentia scripta Vicarij Foranei, si quando abelle ad breue tempus opus sit: De armis, ludis, spectaculis, & huiusmodi, à clerico vitandis; De negotijs secularibus fugiendis; De libris habendis, & legendis; De studijs, & sacris lectionibus; De Clericalibus Conuentibus; De Canonicis horis, ijsq; deuotè recitandis; De Confessorum Sacerdotum delectu; De frequentu viũ Sacramenti pœnitentiæ, & sacrae Eucharistiæ; De Missæ celebratione; De minorum ordinum, & maiorum, & alijs proprijs cuiuscunque Clerici, Canonici, vel dignitatem obtinentis in Ecclesia functionibus; De Clericis habendis; De Cantoribus; De Minorum Clericorum officijs à laicis nõ præstadis; De Clericali modestia in choro, & in Ecclesia, & in Ecclesiasticis muneribus obeundis; De Ministris Ecclesiæ; De diuinis officijs ritè & rectè celebrandis; De processionibus, & funeralibus; De Ecclesiarum, Altarium, & sacristiarũ reparatione, munditia, ornatu, & congruo apparatu, ac supellectili; De capsã rerum incertarum in quacunque Plebania custodienda; De fidei professione recipienda à ludi magistris, Phylis, & alijs qui Doctrinam Christianam docent; De sanctæ Eucharistiæ, sacrarum reliquiarum, Chrismatum, Sanctorum Oleorum, & reliquorum sacrorum munditia, & custodia; De Sacramentorum recta religioiaq; administratione; De Prædicatione, vel lectione Parochi in Altari; De Doctrina Christiana à Parochis habenda; De alijs Parochi in suum populũ officijs: Indumenta, supellectiles & alia, quæ contra præscriptum nostrum habuerint, ab eis auferre possis, & Ecclesijs, aut pijs locis addicere: Eos ieiunijs, & pecunia, eidem pijs locis ex sententia tua tribuenda (modò summa decem aureis nummis maior non sit) multare: Laicis publicè delinquentibus publicam pœnitentiam imponedi, eosq; qui edictis nostris, præsertim de festorum dierum cultu, & de ratione in Ecclesijs conuersandi, propositis non paruerint, Ingressũ Ecclesiarum prohibendi, & pœnis, quæ in illis continentur, multandi ac afficiendi, ius tibi sit. Nulla tamen occasione vel causa, liceat tibi ad excommunicationis personarum, aut suspensionis, & interdicti Ecclesiarum, pœnam vel infligendum, vel declarandum, sine speciali nostra, vel alicuius ex nostris Vicarijs in vrbe, iussione deuenire. Cappellis titularibus vel mercenarijs vacantibus, aut aliàs debito ministerio carentibus, Cappellanos, cõgruo stipendio illis exstructibus



bus ipsarum Cappellarum vacantium assignato, deputes; qui tamen post duos menses in eo munere non perseverent, nisi à nobis eius rei facultate scriptis impetrata. Parochialibus quoque, ac alijs Curatis Ecclesijs vacatibus, aut ob absentiam, vel infirmitatem proprij Parochi, aut alias debitis ministerijs ex toto aut ex parte destitutis, idoneos Vicarios, cū ea illius beneficij fructuum portione, quæ à nobis declarabitur, præficias: modò tamen, quod ad audiendas confessiones attinet, vel iam alio loco Parochi sint, vel alij Sacerdotes, qui à nobis scriptam audiendarum confessionum facultatē habeant, neq; ijs alijs id munus postea sit interdicitum; Idque donec à nobis Parochi, vel alij Vicarij, ad id munus in illis locis præstandum eligantur; & propterea de vacatione, vel destitutione quorumcunq; beneficiorum, vel officiorum Ecclesiasticorum, etiam amovibiliū, in tuo Vicariatu, statim nobis literis significabis; vt vacantium Ecclesiarum fructus in manibus ad id à nobis Deputati Depositarij reponi facias, & computa ac calculos cum quibuscunq; earum debitoribus facias, ac singulo trimestri eorum omnium rationes ad nos scripto referas, sub pena priuationis officij Vicariatus tibi commissi. Relicta ad pias causas, quibus debentur, iuris remedijs efficias omnino, vt persoluatur: si quæ difficultas grauior erit, ad nos referas: pro ijs, quæ Apostolicis, vel nostris, vel nostrorum Vicariorum, & Visitatorum decretis, alijsuè iussis mandantur, exequēdis, beneficiorum quorumcunq; fructus sequestrati, & legitime relaxari mandes. In quorum fidem &c. Dat. &c.

*Eadem ferè facultas præfectis regionum seu portarum in ciuitate conceditur, paucis immutatis. Illud tamen sciendum est, quod supra de visitatoribus admonuimus, ampliores ijs cū in Diocesi visitant facultates concedi solere, pauciores cū in urbe; id etiam in Vicarijs foraneis præfessisue portarum in urbe fieri, ob eandem quam supra attigimus rationem.*

*Facultates ad visitatores aliosq; monialium officiales seu ministros pertinentes, inferius cū de ipsis monialibus, habentur.*

*Formula literarum pro regimine & visitatione scholarum doctrinæ Christianæ.*

**C**AROLVS &c. Si come infinitamente à Dio benedetto piace vna diligente cura, che sino da i primi anni i fedeli si ammaestrino nel timore santo, e nella via sua, la quale è la dottrina di Giesù Christo suo figliuolo vnigenito: così i Pastori, per la cura loro paterna, e per il zelo dell'anime, il quale è sacrificio tanto accetto à sua diuina Maestà, hanno obligo grãde di ponere in ciò ogni sollicitudine. Onde noi oltre gli altri studij, fatiche, e cure, che habbiamo vso nell'instituire è piantare le scuole della dottrina Christiana, à fine che con

ogni concorso e frequenza, ogni vno, e particolarmente i figliuoli, s'allenino costumatamente, e con cognitione, e dottrina di vita Christiana; habbiamo anco voluto eleggere Visitatori di dette scuole, nõ potendo noi, per altre occupationi che ci apporta il carico della sollecitudine Archiepiscopale, attendere continuamente à tal impresa, in quel modo che sommamente desideriamo nel Signore. Per tanto habbiamo eletto visitatore di dette Scuole nella diocesi nostra N. operario di esse, nella cui opra ci confidiamo molto. E perciò per la presente commandiamo a i Reuer. Pregoni, Arcopreti, Parochi, ò curati de i luoghi della nostra diocesi, che diano loro ogni aiuto e fauore, nõ solo in piantare, visitare, e riformare le scuole della detta dottrina, e fare in esse tutto ciò che sarà bisogno per aiuto dell'opera; mà ancota in leuare ogni impedimẽto, à fine che nell'horre assegnate da noi, le dette scuole siano frequentate da i popoli, à gloria di Dio, e salute dell'anime. Effortiamo poi con tutte le viscere della carità nostra paterna efficacemente ogni fedel Christiano, e particolarmente ciascuno padre di famiglia, che sia sollecito à condurre i putti & i figliuoli à questo santo esercizio, si d'imparare, come d'insegnare essa Dottrina Christiana. Hauemo questa speranza della pietà, e diligenza di ciascuno, che in cosa tanto necessaria, & vile, non mancherà à se stesso, ne à i figliuoli, ne à prossimi suoi. Sia dunque la gratia e pace del Signore con tutti voi: e noi vi diamo la nostra benedictione. Da. &c.

*Quòd si huiusmodi facultas concedatur Priori generali eiusmodi scholarum, loco eorum verborum: Habbiamo anco voluto elegere visitatori: & c. ponatur ita: habbiamo eletto il Reuer. N. Priore generale di dette scuole nella Città e diocesi nostra, nella cui opera si confidiamo molto; al quale concediamo facultatē di piantare, visitare, riformare, e fare tutto ciò che sarà bisogno per agiutto delle scuole della detta dottrina. E perciò per la presente comandiamo, &c. Quod ad hos visitatores attinet, illud obiter admonemus, nõ semper eandem omnibus tribui facultatē; sed habita locorū & personarū ratione, aliquando maiorem, vel minorē concedi solitam.*

*Formula literarum Missionis oblatorum.*

**C**AROLVS &c. Inter cætera officia, quibus Episcopi oues sibi conceditas in viam salutis dirigere debent, plurimum sanè ponderis habet atque momenti, perpetuum illud studium & sollicitudo, qua & ipsi, & illi, quorum opera ad animarum salutem procurandā vtuntur, diuersa suarum Diocesum loca circumuehentes, Dei verbum prædicant, sanctissima Sacramenta ministrant, aliaq; spiritualia exercent. Eamq; ob causam nos, cū oblatorum S. Ambrosij Congregationem instituimus (quibus proposita esset in primis Dei gloria,

gloria, animarumq; nostræ præsertim Diocesis salutis) illud sanè quidem spectauimus maxime, vt illi omni animi ardore atque pietate hos labores amplecterentur. Itaq; te N. oblatum S. Ambrosij mittimus, potestatemq; his nostris literis tibi facimus, in omnibus Diocesis nostræ Ecclesijs, Dei verbū prædicandi, atq; alia spiritualia ministeria, cuiq; ordinis functiones exercendi: Deumq; precamur, vt quæadmodum hæc omnes cure atq; sollicitudines, ad illius solūm gloriā, eiusq; animarū salutē diriguntur; & ipse tibi eum obedientia spiritum tribuit, vt hæc officia aliquando præstanda alteri animo susciperes: ita laboribus tuis benedictione suam impertiat; & (quæ eius est immensa benignitas) efficiat, vt fructus inde existant vberissimi. Parochos autē, Præpositos, ac Vicarios foraneos in Domino requirimus, vt quibuscunq; rebus opus erit ad hæc tua officia, operā studiumq; suum conferant; eosdemq; hortamur, vt cū in parochijs vniuersisque illorū eris, te Sacerdotali charitate & frugalitate hospitio recipiāt. In illis verò parochialibus Ecclesijs, quæ Sacerdote carent, cura Vicarij foranei necessarius tibi frugaliter suppetur, ex fructibus beneficij parochialis vacantis, aut ex incolarū loci volūtaria erogatione, aliaue ratione, quam ille magis expedire censuerit. Dat.

*Formula facultatis, seu deputationis Rectoris Collegij S. Mariae Nobilium Mediolani.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. Sacerdoti nostræ Mediol. dioc. salutē in Domino. Fides tua, prudētia, ac morū integritas nobis perspecta, facillè nos inducunt, vt rebus sacri Collegij; nobiliū adolescentū, sub tutela & inuocatione gloriosissimæ Virginis Mariæ extra P. Nouā huius vrbsi siti, te ipsum præficiamus. Harum igitur serie, quas ad nostrum beneplacitū valere decernimus, te in Rectorem eiusdē Collegij constituimus & ordinamus, regendiq; gubernandi, & administrandi, prout è re collegij esse censueris, tibi facultatem concedimus. Contractus, & distractus quoscunq; in vtilitatē & cōmodum ipsius collegij, (nobis tamen in grauioribus consultis) quietantias, & cōfessiones, vt appellat, etiā publico documento pro receptis & exactis pecunijs, præsertim fictorū & stipendiorum ab ipsis adolescentibus collegio persoluēdis: Quoscunq; in ius vocādi, si quid erit, quod ipsius collegij interstet, & contra eos de iure experiendi: lites etiam quascunq; motas & mouendas prosequendi, & mouendi, ac alia opportuna agendi, gerendi, & faciendi, tibi fas esse volumus. Scias tamē, de omnibus hanc curam & administrationem respicientibus, suo tempore te rationem redditurum esse. In quorum fidem præsentem manu nostra signatas, & per Cancellarium nostrum Archiepiscopale

subscriptas, sigilloq; Archiepiscopali S. Ambrosij munitas, fieri iussimus. Dat.

*Formula facultatis, seu deputationis Rectoris Collegij Heluetiorum Mediolani.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. salutem in Domino. Pastoralis officij ratio nos commonefacit, vt omni tempore sedulo in eam curā incumbamus, quæ religiosum viuendi modū complectitur illorū, qui Ecclesiasticæ vitæ rationē sunt ingressi, præsertimq; qui in collegijs & huiusmodi religiosis domibus nostræ ciuitatis & dioc. Mediolanen. degunt; in quibus iuuentus ad Dei honorem, & animarum salutem rectè instituenda & cōformanda suscipitur, vt exinde, veluti ex perpetuo quodam seminario copia ministrorum in Ecclesia Sancta Dei nunquam desit. Verum præcipuo quodam modo rebus collegij Heluetiorum, & Rhetorum huiusce nostræ ciuitatis Mediol. prospicere debemus, cū eius cura, & regimē à prima eius constitutione, erectione & fundatione à Sacerdotissimo D. N. D. Gregorio Papa XIII. facta, nobis, & pro tempore existentibus Archiepiscopis Mediolani singulariter demandata sit, prout literis apostolicis datis Romæ Kal. Iunii M. D. LXXIX. Pontificatus eiusdem Sanctiss. D. Papæ anno viij. constat. Cū autem hoc tempore opera & solertia viri prudentis, & maxime pii, qui Rectoris munere in collegio prædicto iam erecto instituto, pro eius bono regimine, fungatur, indigeamus, cuius fidei & integritati negotiū tanti ponderis concedamus: De tua fide, prudentia, & morum integritate satis edocti, harū serie, quas ad nostrum beneplacitū valere volumus, te in Rectorem eiusdē collegij constituimus & ordinamus, regendiq; gubernandi, &c. vt supra in facultate Rectoris Collegij S. Mariae Nobilium.

*Formula facultatis seu deputationis Prioris societatis Virginum S. Ursule, & Præuarum S. Anna.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. salutem in Domino. Cū nobis peripetita sit tua morum præstantia, pietas, & prudētia, ac sacrarum literarum peritia: Harum tenore deputamus te in Priorem & gubernatorem generalem societatis Virginum S. Ursule, ac mulierū viduarum societatis S. Annæ huius nostræ Ciuitatis & diocesis: eum facultate cōstituendi seu deputandi, Priorissas, vnicatrices, ac quaslibet earū superiores; & similiter agendi; nec nõ eis deputandi, ac mouēdi cōfessores tibi benè visos, ad confessiones tamen à nobis approbatos; nec non etiam vt aliquos, qui eas iuxta dictarum societatum regulas in dictis societatibus recipere, ac velare, stabiliraq; possint.

sunt; modò tamen in dignitate Ecclesiastica constituti sunt. Dat. Mediolani &c.

*Formula facultatis pro concionatore.*

**C**AROLVS &c. Tibi N. in Ecclesia sancti N. tempore sacri Adventus vel quadragesimæ concionandi potestatem his nostris literis facimus: illud te admonentes, ut in concionibus tuis rationes serues, quas libello instructionum prædicationis verbi Dei, ex decreto concilij Prouincialis nostri tertij edito, vrbis, diœcesis, ac Prouinciæ nostræ concionatoribus tradidimus. Dat. &c.

*Formula facultatis ministrandi sacramentum penitentiæ.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Presbytero N. Te, quem examine habito idoneum inuenimus, cui audiendi confessiones munus committi possit, ad sacramentum Pœnitentiæ in Ciuitate & Diœcesi nostra Mediol. ministrandum, tenore præsentium approbamus: illud te admonentes & hortantes in Domino, ut quæ pro recta huius sacramenti administratione, & Prouincialibus ac Diœcesanis Synodis, & proprio etiam instructionum, ac sacramentali huius Ecclesiæ libro connotata sunt, diligenter accurateq; attendas, & obserues. In quorum fidem &c. Dat.

*Alia eiusdem generis.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Presbytero N. His nostris literis pœnitentiæ Sacramentum, in Ecclesia S. N. non tamen Clericis ministrandi tibi facultatē concedimus, ac impartimur: illud te admonētes &c.

*Formula facultatis pro Confessarijs regularibus.*

**C**AROLVS &c. Tibi dilecto nobis in Christo F. N. ordinis N. His nostris literis pœnitentiæ Sacramentum in Ciuitate & diœcesi Mediolani, in Ecclesijs tui ordinis, atque etiã grauius ægrotantibus, quorū Confessiones tu aliàs audire consueueris, in eorū domibus, monito tamē prius ipsius ægrotantis Parocho, vbi ægritudo nō sit repentina, aut mortis periculū nō imminet (quo casu, ipso etiã nō monito volumus idē tibi licere; ita tamen ut quamprimū confessione audita, eundē certiorē facias; testimonio itē huiusmodi Sacramenti per te ministrati manu tua subscripto, familiaribus infirmi relicto, ut Medico exhiberi possit, ad formam constitutionis Pij Papæ V. Conciliorumq; tum Prouinc. tum diœces. ) ministrandi facultatē per . . . . . cōcedimus atq; impartimur: illud te admonētes, &c. *Hæc tamen facultas non nisi Confessarijs primæ classis conceditur: cæteris enim in sui tantū ordinis, monasterij in quo degunt ecclesia, dari solet.*

*Formula facultatis Missæ sacrum faciendæ.*

**C**AROLVS &c. Tibi presbytero N. Cognita per examen literarum intelligentiã, & sacrarū cæremoniariū peritiã tuã, Missæ sacræ in Ecclesia S. N. faciendæ facultatem concedimus: quam facultatem per . . . . . tibi suffragari volumus. Dat. &c.

*Formula facultatis pro residentibus, ut missæ celebrandæ onus suscipere possint.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Presbytero N. Cum exposueris, te nullius Ecclesiastici beneficij, legatiuè, aut alterius obligationis causa, præterquam Canonicatus, quem obtines in Præpositurali & Collegiata Ecclesia S. N. ad Missæ sacrum faciendum obligatū esse; Nos tibi sic ut asseris, ab omni alia obligatione libero, cognita sacrarum cæremoniariū peritiã tuã, his nostris literis facultatē damus suscipiendæ munus Missæ sacræ faciendæ in Ecclesia S. N. ad altare N. hebdomadibus singulo quoque mense . . . . . tantum debitū ex . . . . . Id verò tibi concedimus, seruatis conditionibus, quas infra adscripsimus. Quæ de Missæ sacro ritè faciendõ editis instructionibus. decreta sunt, diligēter integreq; seruabis. Officium ritu Ambrosiano omnino recitabis.

Decentē habitū clericalē, & coronā, ad præscriptū cōciliorū nostrorū vbiq; semper deferes. Pro eleemosina nihil amplius quouis prætextu ob huiusmodi Missæ sacræ faciendæ munus hac facultate nostra susceptū percipies, quã ad rationē librarū centū octuaginta singulis annis. Eamq; non nisi cum mandato sygraphauè eius, cui hanc curam dederimus, sigillatim exiges. Diebus singulis supra præfinitis susceptū Missæ sacrum faciendæ munus præstabis: nec verò alibi ijs ipsis diebus Missæ sacræ facies, etiã si illius faciendæ munus nō suscipias; nisi aliquando, de illius, cui id curæ cōmiserimus, cōsensu, in locū tuum, ob legitimū impedimentū, etiã infirmitatis, quo detinearis, Sacerdotē aliū antea substitueris, qui pro muneris à te suscepti rōne, quod ipse debes, id omne in Ecclesia præster. Nec ex ipsis præfinitis dieb<sup>9</sup> quibus celebrare teneris, tibi liceat diē etiã vnū subtrahere, siue causa voluptatis, siue te ad aliã Eccl. trãseredõ Missæ sacræ ne facias sine ministro clericali habitu induto, eoq; decenti, ad præscriptum nostrarum constitutionum.

Stata hora, quã deputatus noster pro tēporis ratione præscriperit, Missæ sacrum facies.

In libro, Missis quæ celebrantur in singulos dies annotandis constituto, manu tua singulis itē diebus quibus celebrabis, subscribes; aliter nulla habeatur ratio.

In illo altari Missæ sacrum facies: q̄ si in alio feceris, absq; nostro, seu Deputati consensu ac permisso, perinde in eleemosina percipienda cenſearis, ac si munus quod debes, nō præstiteris,

ris, ex præscripto concilij Prouinc. Quarti. In hebdomada tua, alijsq; diebus, quibus, aut pro tuo canonicali munere debes, aut sponte pro alio canonico tibi celebrare cōtigerit, huic muneri suscepto ne desis; sed per alium Sacerdotem præstes. Idem facies, si alio iure, puta funeralium, siue anniuersariorum celebrabis. Has autem nostras literas per . . . . . tantummodo tibi suffragari volumus. Dat. &c.

*Alia eiusdem generis pro parochis.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. Exposuisti nobis, te neq; pij legati, neque vllius eiusmodi obligationis nomine, alia uè causa, in vlla quauis Ecclesia, præterquam in parochiali, vbi Missæ sacrum facias, curæ tantum parochialis munere obstructum esse. Nos igitur tibi, ut asseris, sic tantum obstructo Ecclesiæ tuæ parochialis prouentuū, qui summā librarū . . . . . sicut affirmas, nō excedunt, ratione habita, cognitaq; per examē tuã & literarū intelligentiã, & sacrarum cæremoniariū peritiã, his nostris literis facultatē damus suscipiendæ munus Missæ sacrum faciendæ in Ecclesia S. N. in altari S. N. per hebdomadā diebus . . . . . debitum ex . . . . . Quam sanè facultatem tibi concedimus his conditionibus infra adscriptis.

Quæ de Missæ sacro ritè faciendõ editis instructionibus. decreta sunt, diligēter integreq; seruabis. Decentē habitum clericalē, & coronā, ad præscriptū cōciliorū nostrorū vbiq; semper deferes. Pro eleemosina nihil amplius quouis prætextu ob huiusmodi Missæ sacrum faciendæ munus hac facultate nostra susceptum percipies, quã librarum . . . . . summam.

Eamq; non nisi cū mandato sygraphauè eius, cui hanc curam dederimus, sigillatim exiges.

Diebus singulis supra præfinitis, susceptū Missæ sacrum faciendæ munus præstabis: nec verò alibi ijs ipsis diebus Missæ sacræ facies, etiam si illius faciendæ munus non suscipias; nisi aliquando de illius, cui id curæ commiserimus, consensu, in locum tuum, ob legitimum impedimentū, etiã infirmitatis, quo detinearis, Sacerdotē alium antea substitueris, qui pro muneris à te suscepti rōne, quod ipse debes, id omne in Ecclesia præster. nec ex ipsis præfinitis diebus quibus celebrare teneris, tibi liceat diē etiam vnū subtrahere, siue causa voluptatis, siue te ad aliã Ecclesiam transferendo.

Missæ sacrum ne facias sine ministro clericali habitu induto, eoq; decenti, ad præscriptum nostrarum Constitutionum.

Stata hora, quã Deputatus noster pro tēporis ratione præscriperit, Missæ sacrum facies.

In libro, Missis quæ celebrantur, in singulos dies annotandis constituto, manu tua singulis item diebus quibus celebrabis, subscribes; aliter nulla habeatur ratio.

In illo altari Missæ sacræ facies: q̄ si in alio feceris,

absq; nostro, seu Deputati cōsensu ac permisso, perinde in eleemosina percipienda cenſearis, ac si munus quod debes, non præstiteris, iuxta præscriptum conc. Prouinc. Quarti. Has autē nostras literas per . . . . . tantummodo tibi suffragari volumus. Dat. &c.

*Formula facultatis celebrandi pro cappellanis mercenarijs secularibus & regularibus.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. His nostris literis facultatē damus, suscipiendæ munus Missæ sacræ ritu Ambrosiano, non tamen sextis ferijs Quadragesimæ, faciendæ in Ecclesia S. N. ad Altare S. N. per hebdomadam diebus . . . . . debitum ex . . . . . Quam sanè facultatem tibi damus, his per te seruatis cōditionibus, quas decretis nostris, tum Prouincialibus, tum Diœcesanis præscriptas, his literis adiunximus, ut infra.

Quæ de Missæ sacro ritè faciendõ editis instructionibus. decreta sunt, diligēter integreq; seruabis. Pro eleemosina nihil amplius quouis prætextu ob huiusmodi Missæ sacrum faciendæ munus hac facultate nostra susceptū percipies, quã librarum . . . . . summam.

Eamq; non nisi cum mādato, sygraphauè eius, cui hanc curam dederimus, sigillatim exiges. Diebus singulis supra præfinitis, susceptū Missæ sacræ faciendæ munus præstabis: nec verò alibi ijs ipsis diebus, & præcipuè festiuis, Missæ sacræ facies, etiã si illius faciendæ munus non suscipias; nisi aliquando de illius, cui id curæ cōmiserimus, consensu, in locum tuum, ob legitimum impedimentū etiam infirmitatis quo detinearis, sacerdotem alium antea substitueris, qui pro muneris à te suscepti ratione, quod ipse debes, id omne in ea Ecclesia præster.

Si quotidie celebrare teneris, obsequiū tuum assidue impendas, salua tamen honestate tua, & debita deuotione: nec tibi liceat quouis prætextu diē etiã vnū subtrahere, siue causa voluptatis, siue te ad aliã ecclesiam transferendo. Missæ sacrum ne facias sine ministro clericali habitu induto, eoq; decenti, ad præscriptum nostrarum Constitutionum.

Stata hora, quã Deputatus noster pro tēporis ratione præscriperit, Missæ sacrificium facies. Festis verò diebus, qui præcepto Ecclesiæ, aut cōsuetudine votouè coluntur, post Missam parochialem, vel summo mane (de consensu tamē parochi) Missæ sacrificium facies.

In libro, Missis quæ celebrantur, in singulos dies annotandis constituto, manu tua singulis item diebus quibus celebrabis, subscribes; aliter in mandato nulla habeatur ratio.

In illo ipso Altari Missæ sacræ facies; q̄ si in alio feceris, absq; nostro, seu Deputati consensu ac permisso, perinde in eleemosina percipienda cenſearis, ac si munus quod debes, non præstiteris, iuxta præscriptum Concilij Prouinc. 4.

Has autem nostras literas per . . . . . tantummodo tibi suffragari volumus. Dat.

Formula facultatis celebrandi pro cappellanis, qui inseruiunt diuersis altaribus.

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Presbytero N. Cum exposueris, te facultate à nobis impetrata Missæ sacrum faciendi in Ecclesia S. N. ad Altare S. N. per hebdomadam diebus . . . ea tantum causa adstrictum esse, indeq; percipere eleemosinam librarum . . . Nos tibi sic, vt asseris, tantummodo adstricto, cognita per examē literarum intelligentia, & sacrarum cæremoniæ peritia tua, his nostris literis facultatē damus suscipiendi munus Missæ sacrum faciendi in Ecclesia S. N. ad altare S. N. per hebdomadam die . . . debitum ex . . .

Quam sanè facultatem tibi cōcedimus, his per te seruatis conditionibus infra præscriptis.

Quæ de Missæ sacro ritè faciēdo editis instructionibus decreta sunt, diligētè integreq; seruabis.

Decentē habitū clericalem, & coronā, ad præscriptū Cōciliorum nostrorū vbiq; sēper deferes.

Pro eleemosina nihil amplius quouis prætextu ob huiusmodi Missæ sacri faciēdi munus hac facultate nostra susceptum percipies, quàm librarum . . . summam.

Eamq; non nisi cum mandato synographauē eius, cui hanc curam dederimus, sigillatim exiges.

Diebus singulis supra præfinitis, susceptū Missæ sacrum faciendi munus præstabis: nec verò alibi ijs ipsis diebus Missæ sacri facies, etiā si illius faciēdi munus nō suscipias; nisi aliquādo de illius, cui id curę commiserimus, consensu, in locū tuū, ob legitimū impedimētū, etiā inmittatis, quo detinearis, Sacerdotē aliū antea substitueris, q̄ pro muneris à te suscepti rōne, quod ipse debes, id omne in ea Eccles. præstet.

Quibus diebus celebrare teneris, obsequiū assidue impendas, salua tamē honestate tua, & debita deuotione; nec tibi liceat quouis ratione diem etiam vnum subtrahere, siue causa voluntatis, siue te ad aliam Ecclesiam trāsferendo.

Festis verò diebus, qui præcepto Ecclesiæ, aut cōsuetudine, votoq; coluntur, post Missam Parochialem, vel summo mane, de consensu tamen Parochi, missæ sacrificium facies.

Missæ sacrum ne facias sine ministro clericali habitu induto, eoq; decenti, ad præscriptum nostrarum Constitutionum.

Stata hora, quam deputatus noster pro temporis ratione præscriperit, Missæ sacrum facies.

In libro, Missis quæ celebrantur in singulos dies annotandis constituto, manu tua singulis item diebus quibus celebrabis, subscribes: aliter in mandato nulla habeatur ratio.

In illo ipso Altari Missæ sacri facies: q̄ si in alio feceris, absq; nostro, seu deputati consensu ac permisso, perinde in eleemosina percipienda censearis, ac si munus quod debes, nō præstiteris, iuxta præscriptū Concilij prouinc. Quartii.

Has autem nostras literas per tantummodo tibi suffragari volumus. Dat.

Formula facultatis celebrandi pro Sacerdotibus aliena diœcesis.

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Reuer. Presbytero N. diœcesis N. Cognita sacrarum cæremoniarum peritia tua, perspectisq; Ordinarij tui literis dimissorijs; facultatem concedimus ad menses . . . Missæ sacrum faciendi ritu Romano, in Vrbe, & diœcesis nostræ Mediolanensis Ecclesijs, quæ tamen Monialium non sint, & in quibus tali ritu celebrari permittitur; consensu quoque earundem ecclesiarum Rectorum vel Vicerektorum accedente, & dummodo tu in habitu & tonsura incedas, & in Altari nō petas eleemosinam. Dat.

Formula facultatis, qua permittitur clericū esse in familia alicuius laici, causa educationis liberorū.

**C**AROLVS &c. Tibi N. de cuius vitæ probitate, docēdi ratione, & fidei professionis emissionē nobis satis constat, his literis facultatē damus, vt in domo N. pueros educare possis: quam sanè facultatem tibi concedimus his conditionibus infra adscriptis.

Libros à pueris legi nō poteris, nō solum Indice S. D. Pij III. nominatim vetitos; sed neq; etiā alios, quibus obscena vel turpia contineantur.

Si quæ p̄fana aliquādo pueris erūt exponēda, omnia ad rectā disciplinā, egregiāq; morū indolē p̄claris interpretationib. traducere studebis.

Si quæ problemata, vel axiomata, vel alia quæuis ingenij exercēdi causa publicè proponere uoueris, ne ea proponas, quin prius à nobis approbata fuerint.

Quotidianas ludi exercitationes ac studia, inchoabis, & cōcludes itē pia aliqua orōne & prece.

In gymnasio, loco decētī & perspicuo, tabella alicuius sacrę imaginis appendatur, ad quam diebus singulis discipuli statas preces faciant.

Quæ tandē de Ludi magistris in Conc. Lateranēsi vltimo, & huius nostræ Ecclesiæ decretis sancita sunt, diligenter integreq; seruabis.

Cum autē Eccl. persona sis, dignitatis Eccl. memor, ne cū reliqua familia verferis; ne uē alio munere, q̄ docēdi pueros, fungaris. Mulieres seu dñas ne vllō pacto deducas, comiteris uē.

Non causarum Actor, rerumq; temporalium administrator sis.

Nec item victus ac vestitus procuracionem, ac illorum dispensacionem exerceas.

Diebus festis, pueros ad diuina officia, ad verbi Dei Cōciones, & Doct. Christ. scholas adduces.

Tu verò ipse iisdē diebus superpelliceo indutus, in Ecclesia S. N. Missæ Conuēntuali, & Vesperis intereris; mensualibus item Congreg. Processionibus, & reliquis huiusmodi, quibus Clericus interesse debet, & tu interesse ne omittas.

Has autem nostras literas diutius tibi suffragari nolumus, quā per sex menses; quo tēpore cōfecto, ne audeas sine noua cōfirmatione docēdi artē exercere, sub p̄na suspensionis ipso facto incur-

incurrēda, quam scito nullo pacto impetratum, nisi testimonio Præfati tuæ regionis cōstiterit, supradicta capita diligenter te executum esse. Dat.

Formula facultatis, qua permittitur clericum nondum initiatum missæ sacro diuinisq; officijs inseruire.

**C**AROLVS &c. Tibi N. qui habitū clericalem deferendi licentiam obtines, Superpelliceo decenter induto, vt in Ecclesia S. N. Sacerdoti celebranti, & sacramenta administranti, vsque ad proxima stata sacræ ordinationis . . . tempora inseruire possis, his nostris permittimus. Dat.

Formula facultatis, qua permittitur puerum laicū ob defectum clerici missæ sacro alijsq; diuinis officijs inseruire.

**C**AROLVS &c. Tibi N. laico, & de legitimo matrimonio procreato, Veste talari, & superpelliceo decētè induto, vt in Ecclesia S. N. attenta eiusdem Ecclesiæ & Parochianorum paupertate, necnon ministrorum Ecclesiasticorum qui ibi inseruiant, penuria, Diuinis officijs, & Sacerdoti celebranti, Sacramentaq; ministranti, ad menses . . . inseruire possis, his nostris literis permittimus. Dat.

Formula facultatis, qua permittitur ecclesiasticū hominem vitæ sustentandæ causa domi habere mulierem senescentem.

**C**AROLVS &c. Tibi N. ob vitæ sustentandæ curam N. mulierem, ætate annorum . . . domi habere licere, his literis concedimus, quas per annum tantum tibi suffragari volumus. Dat.

Formula facultatis, qua permittitur ecclesiasticum hominem habitare in ædibus laicalibus.

**C**AROLVS &c. Cognitis causis quas exposuisti, tibi N. his nostris literis permittimus & concedimus, vt in ædibus laicalibus N. laici hominis, etiam si in illis mulieres sint, per . . . habites. Dat.

Formula attestacionis Natalium, morum, & professionis fidei.

**C**AROLVS &c. Vniuersis & singulis præsentibus literas inspecturis, lecturis, & audituris, salutem in Domino sempiternā. Ad habendam de fide, moribus, doctrina, ætate, & natalibus certam scientiam Ven. viri D. N. Clerici Mediolanensis, pro parte illius requisiti fuimus, vt expetitā super his inquisitionē facere dignaremur. Nos huiusmodi honestæ requisitioni annuere volentes, prouidos viros, mul-

tū RR. DD. N. N. & N. quorū fidē, religionē, & animi integritatē probatam habemus, seorsum super vita, moribus, ætate, religione, & natalibus præmissis, medio iuramento examinandos corā nobis duximus; & deinde collectis singulorū depositionibus, comperimus præf. D. N. esse ætatis circiter 30. ann. clericali characterē ritè insignitū, legitimis natalib⁹ ortū, honestis moribus præditū, nec vlla prorsus heresis labepollutum, sed in cōmunionē fidelium, qui sanctā catholicā & apostolicā Romanā Ecclesiam profitentur, cōstanter vixisse, & viuere; eumq; in philosophia, & vtroq; iure in celeberrimis Academijs laureatum esse: inde subiectos de fide articulos illi corā nobis genibus flexis, p̄sentibus probis viris Reuer. DD. N. & N. testibus ad hæc vocatis, & specialiter rogatis, legendos, & profitendos, iuxta Bullā fel. rec. Pij PP. III. tradidimus; quibus ad vnū alta & intelligibili voce perlectis, & professis, se illa omnia & singula, sicut conscripta sunt, omni tēpore seruaturū, iure iurādo, promisit & affirmavit, in hunc qui sequitur modum, vz. Ego N. firma fide credo &c. In quorū fidē &c.

Formula literarum, quibus aliquid de sacrīs reliquijs conceditur Episcopo, qui earum translationi interfuerit.

**C**AROLVS &c. Omni studio instituta amplectimur, quæ fidelium pietatē excitāt, quæq; ob eam causam sanctiss. patres nostri adhibuerūt; & illa quidē præsertim, quæ in nostra hac Ecclesia olim v̄sitata fuisse accepimus. Id enim aliquādo in more positū fuit, Episcopis, qui translationis celebritati præsentibus adfuerant, aliquid sacrarū reliquiarū, quæ translatae essent, pia liberalitate cōcedi. Nos igitur hoc, quod oblata occasione ad v̄sum reuocare studeamus, maiorū nostrorum exēplo adducti, ac præterea Illustriss. ac Reuerendiss. in Christo patris & D. D. Cardinalis Paleotti, Episc. Bononiensis (qui pro eo, quo tenetur, amplificandæ Ecclesiæ disciplinæ desiderio, ad solē S. Simpliciani, aliorumq; sanctorum trāslationem, quā proximè concelebrauimus, literis nostris inuitatus, amplissima auctoritate sua, & virtutum maximarū, quæ in eo elucēt splendore, illam collustrauit) singulari pietate cōmoti; & ea quoq; recor. memoriaq; excitati, quod Ecclesia Bononiensis, cui ille præest, mutuis præcipuè charitatis officijs cū hac nostra Mediolanensi, & olim tēpore potissimū Sancti Patris nostri Ambrosij, & iā nunc maximè cōiuncta est: in eam deliberationē venimus, vt eidē religiosiss. Cardinali pastoriq; vigilantiss. Bononiā ad Episcopale stationē suam redeunti, aliquas sacras reliquias sanctorū, qui in hac nostra Mediolanensi Ecclesia præcipuè coluntur, nos piè impartiremur. Itaq; S. Simpliciani Archiepiscopi & Confessoris digitum vnum de Ecclesia eiusdem; Sanctorū etiam Archiepiscoporū & confessorū, Ioannis Boni, Mon-



& Galdini reliquias sacras de Basilica Metropolitana, Sancti item Arderici Episcopi & Confessoris reliquiam de Ecclesia S. Nazarii, & beatorum Martyrum Naboris & Felicis reliquias de Ecclesia S. Francisci, & reliquiam quoque de sacris cineribus S. Eusebii Archiepiscopi & Confessoris, ex Ecclesia S. Laurentij, ac reliquiam item de dalmatica S. Parris & Patroni nostri Ambrosij ex Basilica Ambrosiana, ipsi Illustris. Cardinali Paleoto Episcopo Bononiensi pia largitione donamus, tradimus, impartimur, & concedimus. In cuius rei fidem & testimonium, has literas manu nostra, solemnique sigillo Archiepiscopali S. Ambrosij munus atque obligatas fieri iussimus: eorumque monumentum atque exemplum in cancellaria Archiepiscopali asseruari mandauimus. Dat. Mediolani idibus Iunij. M. D. LXXXII.

*Formula literarum, quibus ex causa probatur absentia Episcopi.*

**C**AROLVS &c. Nobis amplitudo tua Reuerendiss. per literas exposuit, se ad Beatæ Mariæ Lauretanæ ædem sacram, voti causa, indeque Romæ ad Iubilei anni Sancti qui prope instat, celebritatem breui profecturam esse. Quam ob causam cum ab ista Ecclesia sibi commissa aliquandiu abfutura sit, à nobis hoc petit, ut sibi per nos à residentia suæ personalis munere tamdiu abesse liceat, quoad istam profectiorem peregrinationem eum cõfecerit. Nos igitur pro auctoritate nobis, qui Metropolitana personam sustinemus, decreto Tridentino concessa, istius absentia facultatem Reuerendissimæ paternitati tuæ damus, eiusdemque causam his nostris Archiepiscopalis literis probamus. In quarum rerum fidem &c.

*Formula alia eiusdem generis.*

**C**AROLVS &c. Superioribus proximis diebus necesse habuimus Reuerendiss. D. Hieronymi Episcopi Laudensis Prouincialis nostri opera, industria, consilioque uti; cum ad alia quædam certa grauiaque negotia, tum verò ad fori Metropolitanæ nostri reformationem. Quamobrem ad nos eum literis & nuncijs euocauimus. Cum verò ob eam causam, atque ob inualitudinem etiam suam, ab Ecclesia sibi commissa statione quinquaginta ipsos dies abfuerit: nos & illius absentiam, & absentia causam, harum literarum auctoritate comprobamus. In cuius rei testificationem, his, sigillo Archiepiscopali S. Ambrosij obfignatis, nos manu etiam nostra subscripsimus. Dat. &c.

*Formula facultatis pro Ecclesiasticis commoran. extra Diocesim ob aliquam causam.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Reuer. Presbytero N. nostræ Mediolanen.

dioc. salutem in Domino. Precibus Reuerendiss. D. Episcopi N. comprouincialis nostri annuere volentes, Tibi, qui suæ Ecclesie inferuire cupis, ut extra hanc nostram diocesim per annum commorari liberè & licitè possis, concedimus; Teque insuper non excommunicatū, suspensum, interdictum, alioque Ecclesie censuræ vinculo irretitum esse hoc tẽpore (quod quidem nos sciamus) omnibus Christi fidelibus per præsentem testatum facimus. In Quo- rum &c.

*Formula literarum absentia causa studij intra diocesim.*

**C**AROLVS &c. Tibi N. diacono, canonice tum obtinenti in Ecclesia S. N. harum literarum auctoritate facultatem damus, ut ab ea Ecclesia, in qua residere, cuique inferuire debes, abesse liceat causa studij, cui in vniuersitate Braideni Mediolani operam nauas. Hanc autem facultatem per annum tantum tibi suffragari volumus his conditionibus. Primò, ut vbi has absentia facultates literis nostris acceperis, R. D. N. præfectum studiorum urbis conuenias, & præfectum item regionis in qua domiciliū habes, vel habiturus es, & illis huius facultatis exemplar exhibeas: tum ut quamdiu hic fueris, ad nostri concilij prouincialis primi præscriptum bis in singulis mensibus, vni ex ijs Sacerdotibus, quos ad clericorum confessiones audiendas constituimus, peccata tua confessus, sacra Eucharistiam intra missæ maioris solemnitas in ea Ecclesia sumas, cui adscriptus es, vel iussu nostro adscriberis: tum etiã ut tonsuram, habitumque clericalem nostris conciliaribus decretis tui ordinis præscriptum domi forisque, deferas: tum præterea ut diebus festis & solemnibus frequens intersis solemnissimæ sacro, & vespèrarum officio, in Ecclesia quam tibi præscriperimus; in qua etiam functiones pro sacri ordinis ratione quo proximè initiatus es, præstes: pro habitatione autè, eo loco vtaris, quæ scripto probauerimus. De his autem singulis præscriptis rebus à te præstitis in singulos menses scriptum testimoniū ab eodem regionis præfecto nobis afferas atque exhibeas: de tua verò in literarum studijs progressione, doctoris quæ audis; de morum probitate, parochi intra cuius parochia fines habitas, testimonium scriptum atque ob signatū nobis des. quod si in his tibi per nos præscriptis rebus ipse nulla legitima causa impeditus defueris, has nostras literas tibi nullo modo suffragari declaramus ac decernimus. Dat. &c.

*Formula literarum absentia causa studij extra diocesim.*

**C**AROLVS &c. Tibi N. diacono, canonice tum obtinenti in Ecclesia sancti N. harum lite-

literarum auctoritate facultatem hanc damus, & concedimus, ut ab ea Ecclesia, in qua reside re, & cui inferuire debes, abesse liceat causa studiorum, quibus in gymnasio publico iam annum operam nauas. Hanc verò facultatem per annum item tibi suffragari volumus his conditionibus: ut decem post diebus, quæ illuc veneris, Reuerendiss. illius ciuitatis Episcopum adeas, cui harum nostrarum literarum exemplar exhibeas, exemplumque tradas. Eidem præterea hospitium, hospitij locum, & socios significes, quos ipse probet: neque hospitio, sociisque vtare, quos ille non probat. Quamdiu ibi manseris, ex concilij prouincialis primi nostri præscripto, bis in singulos menses, vni ex Sacerdotibus quos tibi illic constituimus, ad sacra confessionis munus gerendum idoneo, & à Reuerendiss. Episcopo probato, peccata tua confitearis; confessusque sacram communionem sumas. Tonsuram etiam præscripta forma gestes: habitum clericalem, interiore scilicet, atque exteriori vestem talarem, nigro colore, non sericam, neque serico contextam, ornatumque; sed planè decentem, qualem clericali ordinis hominibus, conciliorum nostrorum prouincialium sanctionibus, & edito præscriptum, domi forisque; feras: nec verò caligas turgidas, aut quæ nauticarum formam exhibeant, ipse induas: neque item camissis laetucatis ad collum, ad manumque; vtaris: sed quacunque, & de habitus ratione, & de clericali vitæ disciplina, nostris, vel prouincialibus, vel diocesanis Synodis decreuimus, ea tam vniuersè quàm sigillatim inuolantè serues, atque adeo exequaris. Denique diebus festis, solemnibusque, frequenter intersis, & solèni Missæ, & vespèrarum officio in Ecclesia, vbi ex Reuerendiss. Episcopi præscripto, concessuè, pro sacri ordinis quo proximè initiatus es, ratione functiones obeas. De harum autem literarum exhibitione, mensis spatio, de singulisque; his præscriptis rebus, rectè ut debes, à te præstitis, & de morum item probitate, sexto quoque mense, literis eiusdem Reuerendiss. Episcopi testatum nobis facias. De tua verò in literis progressione, doctoris tui, quem audis, scriptum testimoniū, eo ipso semestri spatio mittas, aut ipse exhibeas. Quod si in ijs, quæ tibi nos præscripsimus, tu, nulla legitima causa impeditus, defueris, has nostras literas tibi nullo modo suffragari declaramus, & planè decernimus. Dat. &c.

*Formula literarum peregrinationis pro Ecclesiasticis hominibus.*

**C**AROLVS &c. Tibi N. sanctam peregrinationem Romanam Iubilei causa suscipiente, his nostris literis facultatem damus, ut ob eam peregrinationem ab Ecclesia S. N. cui personalis residentia munus præstare debes, per duos menses, à die . . . mens N. usque ad diem . . . mensis N. connumerandos, abesse possis. Te autem in Domino monemus, ut, quæ peregrinantibus Ecclesiastici ordinis hominibus nuper in Dicecesana Synodo constituimus, singula, quantum in te est, accurate serues. primo, ut antequàm discedas, peccata tua confessus, Missæ sacrum quod est propter agendum, facias: his comitibus N. N. quos nobis exposuisti, te adiungas; in Ecclesia, in qua Missæ sacrum in hebdomada ter faciendum tibi iniunctum est, Sacerdotem alium probatum substituas, qui dum peregrinando abes, illud præstet: in itinere autem, Clericali habitu, quamuis contractio, decenti tamen, vtaris; pileum turbinatum non induas; tonsuram clericalem perpetuò habeas: Hebræos, ac mulieres, & voluptarios homines, comites deuites; neque eodem curru cum eisdem vtaris; neque nauigio, nisi necessitate coactus: ad cauponas si diuersari contigerit, ne vna cum eisdem mensæ accumbas: in omni hospitio, antequàm discumbas, mensam item benedicis; tum pransus, aut cœnatus, gratias agas; ceteraque; de frugalitate & temperantia clericali nostris decretis præscripta obserues: ne ostentim, nisi voti causa, victum quærites: ad aliquem locum vesperi cum peruenieris, priusquam ad hospitium diuertas, ad Ecclesiam, vbi potes, religiosè adeas; ibique; duplex Litanias, vel alias religiosas preces recites: ne itineris causa Canoniarum horarum officium omitas; idem de statis Ecclesiasticis ieiunijs præstare studeas: quotidie Missæ sacrum, vbi potes, facias; si minus, ne Dominicis festisque; diebus id facere omitas: quibus autem diebus ipse sacrum facere non potes, eidem saltem interesse ne prætermittas: mane singulis diebus, priusquam viam te committas, præter diuinum officium debitum, preces etiam illas dicas, quæ itinerarium clericorum appellatur: abstineas item iter faciendo, à profanis cantionibus, & colloquijs eiusmodi, quorum vsu pietatis studium refrigescit; sed Psalmis, Hymnis, & Canticis sacris, animi, & corporis lassitudinè subleues: in omni denique itinere eum te vitæ moribus perpetuò præstes, ut etiam laicis hominibus, religiosè pieque; peregrinandi exemplum præbeas. Cum autem ad sanctam Urbem peruenieris, clericales vestes talares, easque; decentes induas; ac de clericali vestitus, & vitæ moderatione, omnia ad nostrorum Conciliorum præscriptum inuolantè serues; tum quamprimùm potes, aut biduo saltem post, Reuer. D. N. Protonotarium Apostolicum conuenias, cui has nostras dimissorias testimoniales literas exhibeas, ei que; hospitij tui locum, & socios significes: tum præterea, antequàm sanctorum locorum visitationem in alma Vrbe Iubilei consequèdi gratia aggrediaris, iterum confessario Sacerdoti probato confessus, Missæ sacrum facias: totus peregrinationi sanctam quam suscepisti intentus, non rerum nouarum curiositates,

riofitates, neque aliud à peregrinandi proposito alienum confecturis; sed religiosa animi præparatione, sanctorum Ecclesiarum, & loca sacra visitatis. Cum verò ab alma Vrbe discessurus es, eundem Reuer. D. N. adeas, à quo nobis literas afferas: nec aliò longius vageris: à peregrinatione autem reuersus, nos primùm cum literis dimissorijs quas tibi dedimus, & cum illis etiam literis quas ab eo acceperis, conuenias, vt sanctæ peregrinationis tuæ testimoniū des. His præterea nostris literis testatum cæteris fidelibus esse volumus, te, quod nobis significasti, Iubilei causa sanctam hanc peregrinationem suscepisse; nec hoc tempore, quod nos scimus, te apud forum nostrum Archiepiscopale, vllò crimine accusatum, delatum, inquisitum, nec condemnatum; neque vllò excommunicationis, censuræ uel alterius Ecclesiasticæ vinculo irretitum esse. In quarum rerum fidem &c. Dat.

*Formula edicti, de examine eorum, qui Ecclesia Parochiali præficiendi sunt.*

**C**AROLVS &c. Vacante Ecclesia parochiali N. Diocesis nostræ Mediolanensis, nos eo nomine examen, quod ex Tridentina sanctione, prouincialiq; decreto nostro præstari planè debet, à die promulgationis huius edicti, vsque ad diem decimum proximè sequentem confecturi sumus, ac deinceps etiam ex auctoritate apostolica nobis concessa, quousque eidem vacanti Ecclesiæ per nos prouisum erit. Quare omnes ac singulos, qui vel examinari, vel alios examinandos nominare voluerint, præscripto illo tempore, ad Reuer. N. Canonicum ordinarium, & Cancellarium nostræ Ecclesiæ Mediolanensis, qui nomina describat, conuenire; tum constituta examinis die, coram nobis, atque examinatore Synodalibus per nos eo nomine delectis, adesse, hoc edicto significamus, atque edicimus; vt quos cōfecto examine, moribus, ætate, doctrina, prudentia, alijsq; rebus ad curæ animarum bene gerendæ rationem opportunis, idoneos esse compertum erit, ex ijs nos, quem cæteris magis idoneum censuerimus, illum Ecclesiæ vacantis rectorem parochum uel eligamus, ac præficiamus. Quod sanè, sicut nos pro eo quod debemus, integrè sancteq; in Domino præstare cupimus: ita omnes, præcipueq; illos, quorum Ecclesiæ & curæ spirituali per nos consulendum ac prouidendum est, magnoperè hortamur, ac requirimus, vt hanc nostrā sollicitudinem, pastoraleq; studium, omni supplicatione, omniq; intima pietate, ac religiosi precibus, continenter adiuuent. Dat. &c.

*Formula fidei examinis & approbationis pro paroco.*

**C**AROLVS &c. Vniuersis & singulis ad quos præsentis literæ nostræ peruenerint, si-

dem indubiā facimus & attestatur, quod Parochialis Ecclesia S. N. nostræ Med. Diocesis, quam Presbyter N. de N. dum uiueret, obtinebat, per ipsius obitum, qui de mense N. anni N. extra Rom. Curiam diem suum clausit extremum, vacauerit, & vacet ad præsens; cumq; occasione vacationis huiusmodi per publica edicta vocati sint qui examinari uelent, iuxta formam sacrosancti Concilij Tridentini: Nos vnà cum examinatore in Synodo Diocæsana deputatis & electis, D. presbyterū N. Dioc. Med. transacto tēpore per cōcursum examinauimus, ipsumq; ad præfatam Ecclesiam regendam, gubernandam & obtinendam moribus, ætate, doctrina, & alijs rebus ad id opportunis magis idoneum iudicauimus & approbauimus. In quorum fidem præsentem manu nostra subscriptas, & nostro sigillo obsignatas fieri iussimus, & ab alijs examinatorebus subscribi curauimus. Dat.

*Formula literarum Collationis Ecclesiæ Parochialis.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Domino Presbytero N. Mediolanen. salutem in Domino. Inter cætera, quæ pro pastoralis nostri officij debito præstare cupimus, illud præcipue nobis cordi est, vt parochialibus Ecclesijs, quibus de rectoribus per nos prouidendum est, tales præficiamus, qui officio & ministerio curæ animarum, quod omniū grauissimum est, laudabiliter satisfaciant. Cum itaq; sicut accepimus, parochialis Ecclesia S. N. loci N. plebis N. nostræ Med. dioc. quam aliàs Presbyter N. illius vltimus possessor obtinebat, per obitum eiusdem N. uel per resignationem, uel priuationem, uel affectuonē alterius beneficii, illā in manibus nostris sponte dimisit, vacauerit, & vacet ad præsens: Nos eidem Ecclesiæ, ac animabus illi subditis, de idoneo rectore prouidere volentes; tibi, qui Reuerendis Patribus examinatorebus in Synodo Diocæsana Mediolanen. deputatis, in concursu iuxta sacri Tridentini Concilij præscriptum examinatus, prudentia, moribus, & doctrina, ad hanc parochialem Ecclesiam regendam, eiusq; curam per te ipsum gerendā, idoneus nobis renunciatus fuisti; & quē nos ipsi præ cæteris, qui ad eandē idonei nobis renunciatu fuerunt, delegimus; parochialem eandem Ecclesiam, cum illi forsā annexis, ac omnibus iuribus & pertinentijs suis vniuersis cūferimus & assignamus, de illaq; te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum & acceptantem, per birreti capiti tuo impositionem inuestimus. Quocirca vniuersis & singulis personis Ecclesiasticis, notarijsque ac tabellionibus publicis ciuitatis & dioc. nostræ Mediolanen. in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub penis ac censuris contra inobedientes superiorum mandatis à iure inflictis, &

arbi-

arbitrio nostro infligendis, per præsentem præcipimus & mandamus, vt cum pro parte tua vigore præsentium requisiti fuerint, vel eorū aliquis requisitus fuerit, ad ipsam parochialem Ecclesiam præfati loci accedant, teque, vel procuratorem tuum pro te, in corporalem, realem, & actualem possessionem prædictæ parochialis Ecclesiæ, ac omnium illi annexorum iurium & pertinentiarum prædictorum, seruatis seruandis, inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore; quem nos etiā harum serie amouemus, & denunciamus amotum. Fictabilibus verò, colonis, & alijs arendatarijs, de prædictæ parochialis Ecclesiæ, ac omnium illi annexorum, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, ac obuentibus vniuersis, tibi, vel procuratori tuo legitime debito tempore respondeat, ac ab alijs, quantum in se fuerit, responderi faciant. (Et si contigerit, cum cui de beneficio prouidetur, aliud incompatible obtinere, addatur.) Volumus autem, ac præsentium tenore declaramus, per huiusmodi parochialis pacificæ possessionis adeptionem alterā parochialem Ecclesiam loci N. vel canonicatum ac præbendam, quos obtines in Ecclesia collegiata Sancti N. loci N. eo ipso vacare. In quorum fidem præsentem manu nostra signatas, & per infra scriptum cancellarium Archiepiscopalem subscriptas, sigilliq; Archiepiscopalis S. Ambrosij appensione munitas, fieri iussimus. Dat. &c.

*Eadem formula valet etiam in præposituralis Ecclesiæ, cui animarum curatio annexa est, collatione.*

*Formula literarum, cum primum quis ad stationem parochialem accedit, habetur supra in Conc. v. prouinc. pag. 270.*

*Formula literarum collationis Canonicatus.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. Mediolanen. salutem in Domino. Cum sicut accepimus, canonicatus & præbenda in collegiata Ecclesia S. N. loci N. nostræ Mediolanen. dioc. quos aliàs Reuer. Presbyter N. per obitū &c. vacauerint & vacent ad præsens; ne diuinus cultus in ipsa collegiata Ecclesia detrimentum patiatur, prouidere volentes: Tibi N. Mediolanen. cuius vita, & morū probitas, alijsq; laudabilia probitatis & virtutum merita, tū nobis ipsis nota sunt, tū etiam aliorum fide digno commendantur testimonio; præfatos canonicatum & præbendam, cum illis forsā annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis vniuersis, conferimus & assignamus, de illisq; te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum & acceptantem, per birreti capiti tuo impositionem, cum iuris canonici plenitudine inuestimus.

Quocirca vniuersis & singulis personis Ecclesiasticis, notarijsq; ac tabellionibus publicis ciuitatis & diocesis nostræ Mediolanen. in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub penis & censuris contra inobedientes superiorum mandatis à iure inflictis, & arbitrio nostro infligendis, per præsentem præcipimus & mandamus, vt cum pro parte tua vigore præsentium requisiti fuerint, vel eorū aliquis requisitus fuerit, ad ipsam collegiatam Ecclesiam dicti loci N. accedant, teque, vel procuratorem tuum pro te, in corporalem realem & actualem possessionem prædictorum, canonicatus & præbendæ, ac vniuersorū illi annexorum, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum seruatis seruandis, inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, quē nos etiam harum serie amouemus, & denunciamus amotum. Mandantes Reuerendis DD. Præposito, canonicis, & capitulo prædictæ collegiatae, vt te in canonicum & confratrem recipiant & admittant, stallo tibi in choro, & loco in capitulo, cū dicti iuris canonici plenitudine, assignatis. Fictabilibus verò colonis &c.

*Si contigerit, cum cui prouidetur, aliud incompatible beneficium obtinere, addatur idem, quod supra in collatione parochialis.*

*Alia eiusdem generis, si Collatio facienda sit vigore literarum Apostolicarum.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. clerico Mediolanen. salutem in Domino. Cum per te nobis præsentata fuerint literæ apostolicæ Sanctissimi in Christo patris & domini nostri D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. in pergamento scriptæ; eius verò bulla plumbea cordula canapis, more Romanæ curiæ pendente bullata, quas nos, ea qua decet reuerentia recepimus, & sunt tenoris infra scripti, videlicet: *Gregorius Episcopus seruus seruorum &c. ven. fratri Archiepiscopo Mediolani &c. (Et ponatur tota bulla) &c.* & successiuè debitam instantiam nobis feceris, vt ad ipsarum literarum executionem procedere-remus, iuxta traditam seu directam per eas à Sede Apostolica nobis formam: Nos igitur volentes mandatum apostolicū nobis in hac parte directum reuerenter exequi, vt tenemur; te prius per diligentem examinationem de te factā ad hoc idoneo reperto, verificatisq; cōtentis in præinfertis literis apostolicis, auctoritate apostolica nobis commissa, qua fungimur in hac parte, præfatos canonicatum & præbendam, sic, vt in dictis literis apostolicis vacantes, cū illi forsā annexis, ac omnibus iuribus & pertinentijs suis vniuersis contulimus, & assignauimus, ac cōferimus & assignamus, de illisq; te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum & acceptantem, per birreti capiti tuo impositionem, cum iuris canonici

nonici plenitudine inuestiuimus & inuestiuimus per presentes. Quocirca &c. *vt supra in collatione parochialis.* Mādātes preposito, &c. Fictabilibus verò &c. vt tibi, vel procuratori legitimo de prædictorum canonicatus & præbendæ, illisq; annexorum, iuriumq; ac pertinentiarum fructibus, redditibus &c. quantum in se fuerit, responderi faciant, in omnibus & per omnia, iuxta præsertarum literarum Apostolicarum vim, tenorem, formam, & continentiam. In quorum &c. Dat. &c.

*Formula institutionis Cappellæ de iurepatronatus.*

sto R. N. salutem in Domino. Vt in ex-  
teriori colloctionū loco, Monasterij mo-  
nialium S. N. monialibus ipsis in commu-  
ni & intrā claustra ad crates ferreas cōgre-  
gatis, verbum Dei, Aduentus scilicet bis,  
Quadragesimæ verò saltem ter singulis heb-  
domadis, Reliquo autem anni tēpore bis  
in mense, prædicare liberè & licitè possis  
& valeas (dummodo quæ in libello instru-

tionum

tionum prædicationis huiusmodi, ex de-  
creto Concilij tertij Prouincialis edito, ci-  
uitatis, & diocesis, ac prouinciæ nostræ  
Mediolanen. Cōcionatoribus tradita sunt,  
in Concionibus tuis serues, & à quocūq;  
singulari colloquio cum aliqua ex monia-  
libus habendo omnino abstineas, & absti-  
nere debeas) licentiā & facultatem ad an-  
num proximè venturum tantum duratu-  
ram, tibi harum serie concedimus & im-  
partimur. In quorum fidem &c. Dat.

*Formula facultatis confessorij Monialium.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Chri-  
sto N. Tibi, cuius vita, & morum probi-  
tas, per testificationes nobis factas proban-  
tur, vt Monialium Monasterij S. N. confes-  
siones audire, eisdemq; ecclesiastica Sacra-  
menta ministrare possis, cum facultate ca-  
suum nobis referuatorum, necnon prædi-  
cti Monasterij clausuram, in casibus vrgen-  
tis necessitatis atq; confessorio, tum ex for-  
ma sacri Tridentini Concilij, tum ex Bulla  
Sanctiss. D. N. Papæ Gregorij XIII. permis-  
sis, ingredi, seruatis quæ in Concilij Prou-  
incialibus, & Synodis diocesanis Medio-  
lanensibus, ac etiam decretis generalibus  
Visitatoris Apostolici, Sacerdotibus, &  
Confessorijs Monialium præscripta sunt,  
ad . . . his nostris concedimus fa-  
cultatem. Dat.

*Formula licentiæ celebrandi in Ecclesijs Monialium pro Cappellanis mercenarijs.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Chri-  
sto Presbytero N. salutem in Domino.  
Cum exposueris, te, neque Ecclesiastici ali-  
cuius beneficij quod obtineas, neque Paro-  
chialis curæ munere, neq; legati, alteriusve  
obligationis causa, vsquā in vlla Ecclesia,  
vbi Missæ sacrum facias, adstrictum teneri;  
cumq; per testificationes nobis factas co-  
gnouerimus, te vitæ honestate, moribusq;  
probatum esse: nos tibi Cappellano Mo-  
nasterij S. N. delecto, cognita per examen  
literarum intelligentia, & sacrarum cere-  
moniarum peritia tuā, his nostris literis fa-  
cultatem damus, suscipiendi munus Missæ  
sacrum faciendi in Ecclesia exteriori earū  
Monialium, per hebdomadam diebus . . .  
Hanc verò facultatem tibi concedimus, ser-  
uatis conditionibus infra præscriptis.

Quæ de Missæ sacro ritè faciendi Missalis ru-  
bricis, prouincialibus ac diocesanis Con-  
cilij, præsertim prouinciali primo, editis-  
que instructionibus decreta sunt, diligen-  
ter, integreq; seruabis.

Decentem habitum clericalem, & coronam,  
ad præscriptum Conciliorum, vbique sem-  
per deferes.

Decreta, & ordinationes, etiam visitationis  
Apostolicæ, & præsertim non colloquendi  
cum monialibus, & minus illis scribendi,  
neque literas ab illis recipiendi, nec mu-  
nera ab eis accipiendi, aut eis dandi, neq;  
eis absque speciali licentia in quavis alia  
re deseruendi, & alia non solum Cappel-  
lanis Monialium, sed etiam alijs clericis se-  
cularibus & regularibus respectu Monia-  
lium præscripta exactè seruabis, sub pœna  
in Edictis nostris contenta, & maiori arbi-  
trio nostro.

Pro elemosina nihil amplius quoniam prætex-  
tu ob huiusmodi Missæ sacrum faciendi mu-  
nus hac facultate nostra susceptum perci-  
pies, quàm librarum . . . summam.  
Eamq; non nisi cū mādato syngraphauē eius,  
cui hanc curā dederimus, sigillatim exiges.  
Diebus singulis supra præfinitis susceptum  
Missæ sacrum faciendi munus præstabis;  
nec verò alibi ijs ipsis diebus Missæ sacrum  
facies, etiam si illius faciendi munus non  
suscipias; nisi aliquando, de illius cui id  
curæ commiserimus, consensu, in locum  
tuum, ob legitimum impedimentum quo  
distinearis, Sacerdotem alium antea substi-  
tueris, qui pro muneris à te suscepti ratio-  
ne, quod ipse debes, id omne in Ecclesia  
præstet.

Missæ sacrum ne facias sine ministro clericali  
habitu induto, eoq; decenti, ad præscri-  
ptum nostrarum Constitutionum.

Stata hora, quam deputatus noster pro tem-  
poris ratione præscriperit, Missæ sacrum  
facies.

In libro, Missis quæ celebrantur in singulos  
dies annotandis constituto, manu tua sin-  
gulis item diebus quibus celebrabis, sub-  
scribes.

Has autem nostras literas tibi ad . . .  
tantum suffragari volumus. Dat.

*Formula licentiæ celebrandi in Ecclesijs Monialium ex deuotione.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Chri-  
sto N. salutem in Domino. Cum fide di-  
gnorum testimonio, te vitæ honestate, mo-  
ribusq; probatis esse cognouerimus; Nos  
tibi his nostris literis facultatem damus,  
Missæ sacrificium per Hebdomadam die-  
bus singulis ex tua deuotione faciendi in  
Ecclesia exteriori Monialium S. N. seruatis  
tamen conditionibus infra præscriptis.

Quæ de Missæ sacro ritè faciendi Missalis ru-  
bricis, Prouincialibus, & Diocesanis Con-  
cilij, præsertim Prouinciali primo, editis-  
que instructionibus decreta sunt, diligen-  
ter integreq; seruabis.

Decentem habitum clericalem, & coronam,  
ad præscriptum Conciliorum, vbique sem-  
per deferes.

Decreta

Decreta, & ordinationes, etiam Visitationis Apostolicæ, & præsertim non colloquendi cum Monialibus, minus illis scribendi, neque ab illis literas recipiendi, nec munera ab eis accipiendi, aut eis dandi, neque eis absq; speciali licentia in quavis alia re deferuendi, & alia non solum Capellanis Monialium, sed etiam alijs Clericis secularibus & regularibus respectu Monialium præscripta exactè seruabis. Et prædicta omnia & singula sub pœna in edictis nostris contenta, & maiori nobis arbitraria.

Missæ sacrum ne facias sine ministro clericali habitu induto, eoque decenti, ad præscriptum nostrarum Constitutionum.

Has autem nostras literas tibi ad tantum suffragari volumus. Dat.

*Formula licentia pro Clerico qui Missa inferuat, & alia ministeria præstet in Ecclesia Monialium.*

**S**I concede licentia à N. Chierico, che per mesi . . . possa seruire nella Chiesa esteriore delle Monache di S. N. per rispondere alle Messe, & fare l'altre fontioni pertinenti à lui; e per detto effetto possa ragionare con la Sacrista maggiore alla rota della detta Chiesa, & con la Madre N. & seruando gli ordini prescritti. Dall'Arcivescouato &c.

*Formula deputationis eius qui alloquendi Moniales licentiam concedat in diœcesi.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. nostræ Mediolanen. Diœc. salutè in Domino. Pro nostra Pastoralis cura & sollicitudine, necessitatibus Monasterij Monialium S. N. ac pro obseruatione decreti nostri Prouincialis de non acceden. ad Parlatoria & Rotas Monasteriorum absq; licentia, à nobis vel Vicario nostro solo tradenda, opportunè consulere volentes, & ne qui ex causis rationabilibus alloqui Moniales quâdoq; cupiunt, nimis fatigentur; Tibi, de cuius prudentia, pietate, ac morum probitate in Domino confidimus, vt laicis solum tibi bene visis ac probatis . . . ad colloquutionum fenestellas, seu parlatoria, ac rotas Monasterij prædicti acceden. ac ibi Præfectas, & alias Moniales, ac seculares puellas alloquen. facultatem dare possis & valeas, non tamen tempore Aduentus, neque Quadragesimæ, neque festis diebus; ac item Capellanis ordinarijs legitime impeditis, vel absentibus, in casibus necessitatis, ne Moniales Missæ sacrificio quotidie priuentur, alios Sacerdotes ex approbatis, ad quindecim dies tantum approbare & substituere, eis adiecta lege, ne cū Monialibus colloquan-

tur, & seruatis alijs conditionibus Capellanis ordinarijs Monasteriorum præscriptis, his nostris ad præsentem annum valituris potestatem facimus, ac licentiam impartimur. In quorum fidem &c. Ex ædibus nostris Archiepiscopalibus die

*Formula deputationis curatorum Monasterij Monialium.*

**C**AROLVS &c. Dilectis nobis in Christo N. N. salutem in Domino &c. Cū ex sacri Concilij Tridentini præscripto, inter cetera sollicitudini atque Curæ Episcoporum commissa, Monialium regimen, etiam in temporalibus summoperè commendetur; Nos alijs grauioribus curis impliciti, tam nostra, quàm Concilij prædicti, & Prouincialium Decretorum auctoritate, aliquos nobiles viros, ætate graues, pietateq; & integritate insignes deligere censuimus, qui protectioni, curæ, & defensionem rerum temporalium Monasterij Monialium S. N. ad præscriptum supradictorum decretorum præsentent. De vestra itaque probitate, diligetia, & integritate plurimum in Domino confisi, vos omnes, & singulos, & vestrum quemlibet, ad præmissum dictarum sanctimonialium, earumq; Monasterij bonorum & iurium curam, protectionem, & defensionem, aliasq; ipsarum necessarias quoad temporalia prouisiones, harum serie eligimus, constituimus, & deputamus; seruata tamen semper in omnibus forma, tam ex Tridentini, Conciliorumq; nostrorum decretis, quàm ex prædictarum Monialium regulis præscripta, & vt nihil, nisi ex voto & deliberatione saltem duorum ex vobis, inter quos semper sit R. N. fiat, agaturuè: Cum facultate etiam & licentia vobis omnibus & singulis, tam coniunctim, quàm diuisim, ratione præmissorum alloquedi RR. N. N. & Cancellariam, & Discretam dicti Monasterij diebus tantum feriat; & seruatis alijs seruandis; his nostris ad annum valituris. In quorum fidem &c. Dat.

*Formula facultatis colligendi eleemosynas.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo. Tibi N. homini laico, cuius vita, & mores, per testificationes nobis factas, probantur, cum præsertim nunquam ipse fueris ex numero quæstorum, quos damnat sancta Tridentina synodus, his nostris literis, eleemosynas nomine Ecclesiæ N. petendi facultatem damus, his infra per te seruatis conditionibus.   
 Eleemosynas solum intra fines parochiæ Sancti N. eiusq; viciniâ ostiatim colligas licet. Præ foribus eiusdem Ecclesiæ, in ijs petendis sub-

subsistens, nullo modo per Ecclesiam vando, procurare, aut colligere eas tibi licebit.

Vas illud, quodcunque sit, quo vteris ad eleemosinam excipiendam, duabus clauibus claudatur, quæ diuerso fabrilis opere sint. Earum altera apud N. à nobis electum, altera verò apud eum, qui pro tempore à nobis deligetur, semper sit.

Illud officium gratis, vel constituta certa mercede præstabis. Nec vilo modo eleemosinæ particeps sis.

*Formula facultatis colligendi eleemosinam pro confratria sanctissimi Sacramenti.*

**C**AROLVS &c. Sodalitati sanctiss. Sacramenti, ad vsum eleemosinæ excipiendæ colligendæ, capsulam in Ecclesia N. exponendi collocandiue facultatem, his nostris literis damus, conditionibus seruatis, quæ infra præscribuntur.

Capsulæ sit forma, præfecti nostri iudicio probata.

Duabus clauibus, diuerso opere fabrilis confectis claudatur.

Earum altera apud N. à nobis electum, altera verò apud eum, qui pro tempore à sodalitate deligetur, semper erit.

Loco congruo, eiusdem præfecti nostri iudicio collocetur.

Capsulæ assidat, qui matura ætate, & probatis moribus sit.

Is illud officium gratis præstabit; nec vilo modo eleemosinarum particeps sit.

Eleemosina collecta, verè ad pium tantummodo eiusdem sodalitates vsum, cuius nomine petetur, conferatur, ex illius probatorum institutorum præscripto.

*Formula facultatis colligendi eleemosinam in vrbe & diœcesi.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Sal. Necessitatibus, ac alijs domesticis difficultatibus, . . . quantum possumus succurrere volentes; Tibi homini laico, cuius vita, & morum probitas, nobis per testificationes factas commendantur, cum præsertim ipse nunquam fueris de numero quæstorum, quos damnat Sancta Tridentina Synodus, eleemosinas . . . quærere, petere, ac colligere, in . . . his nostris licere volumus, præstito prius per te corporaliter factis scripturis iuramento, quod eleemosinas quas collegeris, fideliter . . . consignabis, nec indulgentias aliquas promulgabis, non prædicabis, nec orationes recitabis; priuilegia nulla, aut Sanctorum imagines, vel campanulas, aut alia quæstoris insignia deferes, vel ostendes; nec mi-

nis, aut persuasione, vel alio aliquo indirecto modo seu artificio; sed piè, simpliciter, & omni conueniente modestia tibi ad effectum & finem prædictum illas erogari curabis. Omnibus præterea Præpositis, Vicarijs nostris Foraneis, & Rectoribus Ecclesiarum præcipimus & mādamus, vt suis quique in Ecclesijs populo te suo commendat, ad promptamq; tibi exhibendam eleemosinæ largitatem in domino hortentur; quod cū fecerint, sciant quidquid de temporalibus facultatibus, in pauperibus opem ferendo dempserint, id omne multiplicatum in æterna retributione recepturos. Præsentibus tamen post . . . minimè valituris. In quorum fidem. Dat.

*Formula facultatis pro officio Cantoris.*

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo. Tibi N. homini laico, cuius vita, & mores, per testificationes nobis factas, probantur: his nostris literis permittimus, præ clericorum inopia, cantoris in Ecclesijs huius vrbs, & diœcesis, exceptis illis quæ monialium sunt, munus suscipere. Quo munere dum vel intus in Ecclesia, vel foris, ob Missæ, diuinorum officiorum, funeralium, processionum, aliarumq; ecclesiasticarum actionum celebritate fungeris; has ecclesiasticæ disciplinæ leges tibi præscripsimus.

Vt scilicet clericali habitu, ad nostrorum conciliorum præscriptum, tunc temporis in illis ecclesiasticis officijs actionibus vbi-que semper vtaris.

Camisias non ad collum, nec ad manum crispatas, & caligas itè clericali more induas. Non solum vestitu, sed vitæ etiam moribus clericalem modestiam præferes.

Superpelliceum mundum, non lacerum, & ad formam constitutionibus nostris præscriptam induas.

In diuinis officijs ne profana cantica adhibeas.

In Missæ cōuentualis sacro, ingressas, gradualia, offertoria, & alia id generis canas, quæ ex Ecclesiæ instituto, ad eam sacrificij Missæ actionem, quæ sit, propriè accommodata sunt.

Si quâdo autem, quo tempore sacerdos secreta agit, aliquid canendum videbitur, ne quidquam canas, quod etiam illi actioni aptè conueniens, nobis non ante probatum sit.

Itemque quod ad probationem attinet, in alijs diuinis officijs serues.

In sacris canticis, molles flexiones, voces magis gutture oppressas, quam ore expressas, & deniq; lasciuam omnem canendi rationem caueas.

Cantibus vtaris, qui graues sint, pij, ac distincti, & domui Dei, diuinisq; laudibus accommodati,



modatè, vt simul & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur.

Quæ de modulandi ratione, cantibusuè adhibendis, ac disciplina in hoc munere seruanda, prouincialibus, diœcesanisuè cõcilijs, ac tabellis nostris præscribuntur, aut prohibentur, diligenter serues.

Has autem nostras, per . . . . . tantum tibi suffragari volumus. Dat. in ædibus nostris Archiepiscopalibus. Die . . . . . mense . . . . . anni . . . . .

*Formula literarum peregrinationis pro laicis hominibus.*

**C**AROLVS &c. Dilectum filium N. nostræ Mediolanen. . . . . visitan. proficisci volentem, cum nobis ex R. eius Parochi attestationibus constet, ipsum nuper sacramento pœnitentiæ munitum, ac sacrosancta Eucharistia refectum esse, his nostris testimonialibus literis cum benedictione dimittimus; omnibusque ac singulis fidelibus plurimum in Domino commendamus. Dat. &c.

*Formula literarum peregrinationis ad urbem Iubilei causa pro ijsdem laicis.*

**C**AROLVS &c. Dilectis in Christo N.N. Expofuistis nobis, vos Iubilei causa ad sanctam urbem, etiã de Parochi vestri consilio, peregrinari velle; ac propterea ex veteri Canonum instituto nostras testimoniales literas expetistis. Nos igitur sanctum animi vestri propositum pietatemque commendantes, & vobis in Domino benedicentes, has testimoniales nostras literas damus, quarum facultate vobis liceat, vbi que cuicumque confessorio Sacerdoti probato peccata vestra confiteri. Illud verò vos paternè admonemus, vt priusquam vos in viam detis, de peccatis vestris confessi, sacram Eucharistiam sumatis; benedictionem etiam, quæ religiosis precationibus ex Ecclesiæ instituto peregrinis adhibetur, à Parocho vestro petatis, & accipiatis; peregrinando omnia fugiatis, quæ deuotionis studium impedire possunt; illa solum amplectamini, quibus vestra pietas excitetur; ac potissimum instetis orationi, sanctis meditationibus, pijs colloquijs, elemosinasque si per facultates potestis, in pauperes conferatis; ab omni denique peccato, atque adeo peccandi occasione abstinentes, religiosè sanctorum Ecclesias, sacraque loca visitetis, vt peccatorum vestrorum plenissimam Indulgentiam cum vitæ emendatione consequamini. Illud etiam meminertis, vt à sancta peregrina-

tione reuerfi, primo Parochum vestrum conueniatis, qui vobis ex Ecclesiæ instituto sanctis orationibus benedicat, & à Deo quæ vobis perpetuò salutaria futura sunt, precetur. Dat. &c.

*Formula qua iubetur parocho, vt denunciât primam Missam solemnem Archiepiscopi postquam is ad suam Stationem Archiepiscopalem venit.*

**C**AROLVS &c. Reuerende Paroche. Quod antiquissimi instituti olim fuit, idemque decreto Concilij Prouincialis renouatum est, vt Missæ Archiepiscopales à Parochis in altari de more denuncientur, cum id obseruari velimus, tuæ curæ est, . . . die . . . Missam solemnem, quam adiutrice Dei gratia, nos Dominica proximè sequenti, quæ dies erit . . . . . primùm celebraturi sumus, populo tuo in Missa Parochiali denunciare. Quod vt charitas tua faciat, hortamur, & mandamus: vt frequentior ipse populus omni deuotionis studio adsit, & benedictionem nostram pio affectu percipiat. Præterea literas Indulgentiæ Plenariæ ob eã rem omnibus Christianis fidelibus à S. D. N. concessæ, de more inter Missarum solemnias de scripto promulgabis. Vale in Domino. Ex Aedibus nostris Archiepiscopalibus die . . . . .

*Formula denunciandi decretum Concilij Prouincialis secundi contra Notarios legata ad pias causas non denunciantes.*

**C**AROLVS &c. Reuer. Curato. Accioche il tempo non faccia vscir dalla memoria delli huomini, quello che hà bisogno di effecutione; massimamente doue concorre l'interesse delle persone, & luoghi pij; vi mandiamo inserto il decreto del Concilio Prouinciale, in materia del denunciare i legati pij: il quale non mancarete di leggere . . . . . dopò la riceuuta di questa, nella vostra Messa, in modo che il popolo tutto lo possa intendere; & Dio vi benedichi. Di Milano

*Decreto publicato nel Concilio Prouinciale secondo di Milano, contra li Notari, che non hanno riuelato in tempo li legati à cause pie fatti nelli instramenti da loro rogati.*

**O**gni Notaro, che saperà esser stato rogato, auanti questo decreto d'alcun Testamento, ò d'altra vltima volontà doue siano fatti legati à cause pie, se frà sei mesi da poi c'hauerà

c'hauerà saputo la morte di quel Testatore, non hauerà manifestato tali legati al Reuerendis. Arciuescouo di Milano, ò suo Vicario, incorra subito in pena di escommunicatione.

**E**nella medema pena incorrino quelli, che dopò esso decreto saranno stati rogati de legati pij fatti, come di sopra è detto; se frà il termine di trè mesi, dopò c'haueranno inteso che il Testatore sia morto, non gli haueranno denunciati ad vno delli sudetti Reuerendis. Arciuescouo, ò suo Vicario.

*Formula facultatis accedendi ad Ecclesias occasione Stationum, aut Indulgentiarum in rbeda.*

**C**AROLVS &c. Concedemo licenza à N. di andare per . . . . . giorni alle stationi, & Chiese doue sono indulgenze, in cocchio ò carrozza, ò lettica, pur che vada ferrata con le tendine, ò porte d'intorno intorno, fuori che dalla parte d'auanti, & che vada vestita modestamente, & col capo ben coperto, quando sarà smontata, conforme à gli ordini nostri, & non altrimenti, & nelle hore assegnate. Dat. &c.

F I N I S.

Post impressum totum Actorum volumen , cum iam instaret editio , ad nos transmissæ sunt sequentes Tabellæ , in quibus ratione Ecclesiæ Mediolanensis , eiusque ministrorum status , breuiq. descriptio continetur : quas cum nonnisi gratisimas omnibus fore arbitraremur , neue quidquam perfecte absolutoq. Actorum volumini deesset , ad finem illius imprimi curauimus.

# Congregationes pro Regimine Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis.

## Generales.

Ad Regimen Prouinciæ.	Episcoporum Concilium Prouinciale.	Intimiliensis.	Vercellensis.	<i>Tertio quoque anno conuenientium feria quinta Post Dominicam secundam ab octaua Paschæ.</i>
		Laudensis.	Nouariensis.	
		Alexandrinensis.	Dertonensis.	
		Brixienfis.	Bergomensis.	
		Cremonensis.	Casalensis.	
		Astensis.	Vigleuanensis.	
		Sauonenfis.	Placentini.	
Aquensis.	Albigauensis.			
Albenfis.				

Ad Regimen Diœcesis, Synodus Diœcesana ex vniuerso Clero. Singulis annis feria secunda post Dominicam 3. à Paschate.

## Particulares.

Tribunalis coram Archiep. seu Vicario Generali.

- 1 Sancti Officij.
- 2 Casuarum Ciuiliū.
- 3 Casuarum Criminalium.
- 4 Casuarum Piarum.
- 5 Reformat. Tribunalis.

Interfunt.

- 1 Vicarij Ciuiliū & Criminalium, fiscales, I. C. Ecclesiastici 4. Layci I. C. item 4. Theologi sex cum R. P. Inquire, eiusq. Vicario & Fiscali.
- 2 Vicarij Crim. & Ciuil. Fiscalis & alij tres I. C. Ecclesiastici.
- 3 Vicarij vsupra, Fiscales, & aliquando Protector & aduocatus Carceratorum.
- 4 Ministri Tribunalis I. C. Aduocati doctoralium præbendarum cum solicatoribus.
- 5 Vicarij vsupra, Præfctus Tribunalis, & Cancellarius.

Bis in mense.  
Semel in hebdomada.  
Semel in hebdomada.  
Bis in mense.  
Semel in mense.

Coram Archiepiscopo seu Vicario Generali.

Ad consultationem.

Visitatorum urbis & Diœcesis adhibitis præfctis congregationum Pœnitentiariæ, Rituum ceremoniarum, Monialium, & studiorum.

1. Semel in hebdomada pro vniuersa populi, & cleri disciplina.
2. Feria 2. post Dom. primam ab Epiphania pro tollendis corruptelis bacchanalium.
3. Pridie diei congregationis Vicariorum foraneorum præparatoria.
4. Feria 2. post Octauam Paschæ præparatoria ad Synodum.
5. Feria 5. In Octaua Corporis Christi Domini pro futura visitat. diœcesis.

Vicariorum foraneorum Interfunt Vicarius Criminalis & Visitatores.

Die 12. ante Septuagesimam, pro die Synodi.

Disciplina regularis Monialium cum Vicario Monialium & Visitatoribus earundem.

Semel in hebdomada.

Pœnitentiariæ cum Theologis collegiatarum, Regularibus quatuor, I. C. Ecclesiasticis præcipue ex canonicis præbendarum Doctoralium quatuor.

Singula in hebdomada.

Rituum & ceremoniarum cum præfctis ceremoniarum in Collegiatis Urbis & alijs peritis viris quatuor, & amplius arbitrio.

Semel in mense.

Studiorū Cleri, cum præfctis studiorum Cleri, Seminarij, & Collegiorum, necnon Academia Braydensis, & duobus vel tribus alijs arbitrio.

Bis in anno.

Oblatorum Generalis cum ministris generalibus eorundem, præpositis consortiorum Urbis & Diœcesis, & electis ab iisdem consortijs.

Fer. 3. post oct. Corporis Dñi.

Disciplina Seminarij, & Collegiorum, cum Deputatis ex præscripto Conc. Trid. & Præposito oblatorum.

Semel in hebdomada.

Administrationis temporalis eorundem cum Deputatis ex præscrip. Conc. Trid. Singula hebdomada.

Ad executionem.

Cleri Urbani vniuersi adhibitis visitatoribus urbis & diœcesis.

Feria secunda post Dominicam quintam Aduentus.

Cleri Collegiatarum Urbis adhibitis visitatoribus vsupra.

Die secunda Ianuarij.

Parochorum omnium Urbis adhibitis vsupra.

Die tertia Ianuarij.

Confessariorum omnium Urbis adhibitis vsupra.

Die quarta Ianuarij.

Confessariorum Monialium adhibitis Vicario & Visitatoribus earundem.

Bis in anno.

Capellanorum & Cleri inferiorum ordinum adhibitis visitatoribus Urbis & diœc.

Die tertia post Epiphaniam.

Regularium adhibitis vsupra.

Die Sequenti.

Parochorum sex Antiquorum & grauium ac zelo disciplinæ incensorum.

Singulo mense.

Concionatorum adhibito præfcto earundem & præposito oblatorum.

Ante quadragesimam & ante Aduentum.

Cleri.

Collegiatarum in capitulis spiritualibus coram præfcto capituli.

Singula hebdomada.

Regionarij ciuitatis & cuiuslibet plebis diœcesos in congregationibus mensuris coram præposito, visitatore, & Vicario foraneo.

Semel in mense.

Consortiorum oblatores cuiuslibet regionis coram præposito consortiorum.

Semel in mense.

Coram Ministris alijs.

Laicorum.

Patrumfamilias in singula Parochia coram proprijs Parochis.

Ineunte quadragesima.

Offitialium doctrinæ Christianæ in Urbe coram Præfcto Generali.

Singulis Dominicis diebus.

Operariorum omnium doctrinæ Christianæ in Urbe.

Semel in mense.

Priorum Confraternitatum coram Præfcto deputato.

Singulis mensibus.



# Ministri Tribunalis Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis.

## Cum iurisdictione.

Generaliter ad omnes causas, præsertim matrimoniales, beneficiales, iuris patronat<sup>9</sup>, iurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticæ.

*Vicarius Generalis.*

Ad causas Ciuiles.

*Vicarius Ciuilis.*

Ad causas Criminales.

*Vicarius Criminalis.*

Ad Causas delegatas.

Ab ordinario ad certas causas.

*Auditor ad eas præsertim quæ ex prouincia per appellationem.  
Iudex piarum causarum.  
Vicarij foranei sexaginta.*

A sede Apostolica.

*Ad vniuersitatem causarum. Conservatores.  
Ad recognoscendas locationes Ecclesiasticas ex Concil. Tridentino.  
Ad certas causas. Iudices Synodales.*

*Iudices duo.*

Ad reformationem Tribunalis.

*Præfectus Tribunalis.*

Ad compositionem Causarum.

*Compositores litium sex Iuris C. Ecclesiastici.*

## Sine Iurisdictione.

Pro interesse Fisci, vel vbi proceditur ex officio.

*Aduocatus Fiscalis.  
Promotor Fiscalis.  
Substituti fiscales duo.  
Depositarij <sup>Mulstarum vnus.</sup> <sub>Mobilium vnus.</sub>*

Pro defensione piarum causarum.

*Protektor Carceratorum, & Piarum Causarum.  
Aduocati ex Canonicis præbendarum decretalium tres.  
Procuratores ex Collegio Causidicorum per orbem duo.  
Solicitatores ex Collegio officialium Metrop. per orbem vnus.*

Pro interesse partium, Collegia.

*Aduocatorum.  
Procuratorum. xviii.  
Notariorum plurium.*

Ad acta & scripturas conficiendas in expeditionibus.

*Iurisdictionis voluntaria.*

*Cancellarius, cuius munus principale, ut ad omnes scripturas, sed præcipue versatur circa eas, quæ sunt voluntaria Iurisdictionis.*

*Coadiutores duo.  
Notarij Visitationum sex.  
Scriptores duo.*

*Ciuilium Causarum.*

*Actuarij duo.  
Notarij substituti duo.  
Scriptores quatuor.  
Ingenierij duo.*

*Criminalium Causarum.*

*Notarij Actuarij tres.  
Scriptores duo.*

*Causarum à Sede Apostolica delegatarum.*

*Notarij Actuarij duo.  
Scriptores duo.*

Pro executione mandatorum.

*Collateralis seu præfectus licitorum vnus,  
Custos Carcerum vnus.  
Satellites, sex.  
Cursores seu seruitores sex.*

# Ad vniuersam Disciplinam .

In tota Diœcesi, & Prouincia .

*Vicarius Generalis .*  
*Visitator Generalis Vrbs .*  
*Visitator Generalis Diœcesis .*

In Regione certa .

*Præfetti & Visitatores sex in Vrbe .*  
*Visitatores sex in Diœcesi .* Singuli in propria regione .

*Testes Synodales duo in Ciuitate & duo in qualibet regione diœcesis .*

*Monitores secreti Pij & graues Viri .* Ad personam Archiepiscopi vnus .  
Ad Disciplinam cleri duo .  
Ad Disciplinam Populi , duo in qualibet regione ciuitatis & pleb. Diœcesis .

In tota Diœcesi, quoad moniales

*Vicarius Monialium .*  
*Visitatores Monialium quatuor .*

In Plebanis .  
In singulis Parochijs .

*Vicarij foranei sexaginta .*  
*Parochi .*

Quoad diuina Officia .

*Præfetti Chori in singulis Collegiatis .*  
*Punctatores in singulis Collegiatis , regionibus , & plebanijs .*  
*Præfetti seu magistri ceremoniarum in singulis Colleg. regionibus , plebanijs .*  
*Præfetti seu decani procesionum generalium quatuor .*  
*Præfetti orationum publicarum & exercitationum populi duo .*  
*Præfetus supputationum seu reuisionis calculorum massæ residentialis .*

Quoad certas personas Præfetti .

*Concionatorum .*  
*Disciplina Seminariorum & Collegiorum .*  
*Cappellanorum .*  
*Clericorum inferiorum .*  
*Hospitij pro clero forensi .*  
*Cantorum .*  
*Admittendorum ad habitum .*  
*Scholarum doctrina christiana .* Generalis vnus  
Particularis in qualibet plebana .  
*Societatum Virginum S. Vrsulæ .*  
*Disciplinatorum .*  
*Coniugum disidentium .*  
*Pupillorum , Viduarum , & egentium .*  
*Ludi magistrorum .*  
*Energumenorum .*  
*Admittendorum ad petendas eleemosinas .*  
*Neophytorum .*

Quoad res Ecclesiasticas .  
Præfetti seu deputati .

*Sacrarum Reliquiarum .*  
*Indulgentiarum recognoscendarum duo .*  
*Supellectilis Ecclesiæ .*  
*Sacrarum imaginum pingendarum , vel sculpendarum .*  
*Fabricæ Ecclesiæ .*  
*Archiuum .*  
*Temporalium Seminarij , & Collegiorum .*  
*Distributionis exemptionis Ecclesiasticæ .* Generalis vnus .  
Particularis in qualibet regione Ciuitatis , qui iudici vocantur .

Ad examina .

*Præfetti examinum .*  
*Ad beneficia curata in concursu .*  
*Vicarius Generalis .*  
*Ad beneficia sine concursu .* Vnus .  
*Ad sacros ordines .* Vnus .  
*Ad ordines minores .* Vnus .  
*Ad ritus & ceremonias primo celebrantium .*  
*Ad Conciones .* Vnus .  
*Ad confessiones audiendas .* Pœnitentiarius Maior .  
*Examinatores decem & octo in synodo electi .*  
*Præfetus exercitationum spiritualium per promouendos ad ordines Collegium Theologorum per promouendos ad gradum doctoralem .*

Ad studia Cleri .

*Præfetus studiorum Cleri .*  
*Præfetus studiorum Seminariorum .*  
*Theologi præbendati ad lectiones sacrarum Canonum .*  
*Scholastici ad lectiones litterarum humanarum .*  
*Punctatores absentia eorum , qui adscripti sunt lectionibus .*

Ad Regulas Indicis .

*Præfetti recognitionis librorum .* Imprimendorum .  
Alibi impressorū , antequā introducantur in vrbe Relictorum , in hereditate .  
*Coadiutores ex Collegio Theologorum .* Quatuor  
*Visitatores duo bibliopolarum & Typographorum .*

## Visitat Archiepiscopus suam Ecclesiam singulis annis .

Per se ipsum , seu Vicarium Generalem .

Familiam suam bis in anno, *Ineunte aduentu, & quadragesima.*

Urbem, præcipue Metrop. & alias Collegiatas, & insigniora loca pia . *A feria 2. post Dñicam primam quadrag. usque ad tempus visitandæ Diœcesis .*

Diœcesim . *A sabbato ante Dominicam tertiam à Pentecoste, & deinceps .*

Congregationem Oblatorum S. Ambrosij . *Bis in anno, ante Dominicam in Septuagesima, & intra octauam Corporis Christi .*

Sminarium & Collegium Heluetiorum . *Feria tertia post Dñicam primam quadrag. Feria quinta post Dñicam primã à Paschate. Feria secunda post Dñicam secundã à Pentec. Feria secunda post Dñicam primam Septemb.*

Collegium Nobilium . *Feria secunda post Dñicam primam Septembr.*

Moniales sibi subiectas interius semel in anno *A Feria secunda post Dominicam primam Maij & deinceps .*

Subiectas vero Regularibus, ut supra quoad clausuram tantum .

Per Vicarium Monialium Visitatores & alios Ministros exterius . *Frequentius .*

Tribunal bis in anno . *Ineunte Ianuario. Ante ferias messium .*

Carceres bis in anno per Archiep. *Ante festa Natalis Domini. Ante festa Paschalia .*

Per Vicarium Generalem . *Semel in anno .*

Per alios ministros, propter Urbis & diœcesis amplitudinem .

Per præfectos sex Urbem *Singuli propriam regionem .*  
Per Visitatores sex diœcesim .

*Habitationem vero ecclesiarum omnium urbis ante Dñicam in quinquag.*

*Toto anni tempore, præterquam à natiuitate Dñi, usq; ad Septuag. octo diebus ante, & post Pascha.*

*A festo Ascensionis usque ad octauam Corporis Christi .*

*Cũ iurisdictione*

Per Vicarios foraneos ad executionem Decretorum & ordinationum in Visitationibus factorum . *Plebes singulas Vicariatus cuiusque Parochias præterea singulas per orbem .*

*A festo S. Martini usq; ad festum S. Ambrosij. Die quo habentur congregationes mensuales .*

Per præfectos librorum bibliopolas bis in anno . *Ineunte aduentu, & quadragesima .*

*Sine iurisdictione.* Per testes synodales singuli suas regiones sine procuratione ad perlustrandum an seruentur ordines . *Tempore septuagesimæ .*

Per confessarios, præsertim ex oblati cõgregationis S. Ambrosij, uti præcursores visitationum formalium ad præparationem interiorem . *Quando, & ubi Archiep. iusserit .*



# Sancta Ecclesia Mediolanensis iure Metropolitano habet sine controuersia Ecclesias Cathedrales quindecim,

præter alias quas pretendit sibi subiectas. Ciuitas verò Mediolanensis facillioris Regiminis gratia diuiditur in sex Regiones, sicut & Diœcesis, quæ continet plebes sexaginta quinque: Omnium autem Ecclesiarum Urbis, & Diœcesis, Cleri & aliorum aliquot numerus & descriptio subsequitur.

## Ecclesiæ Seculares 2220. videlicet.

Collegiata. 46. Parochiales. 753. Simples. 783. Oratoria. 631. Collegia Clericorum. 7. Ex quibus, Altaria 2614. Cappellania Titulares. 436. Cappellania Mercenaria. 496. Missæ in Anno ex obligatione 508882. Missæ quolibet die 1406.

## Dignitates ex Clero Seculari 81. videlicet.

Præpositura 64. Archipresbyteratus. 7. Archidiaconatus. 2. Primiceriatus. 1. Decanatus. 1. Prioratus. 6.

## Graduati 195. Videlicet.

Commendatarij Mediolani. 11  
Foris. 9  
20.) Referendarij Apostolici. 4. Prothonotarij Apostolici. 43. Theologi. 86. Iurisperiti. 38. Canonista. 4.

## Reliquus Clerus Secularis. 3078. Videlicet.

Canonici. 475. Parochi. 772. Cappellani. 403. Beneficiati. 106. Custodes. 69. Clerici in Seminarijs & Collegijs. 246. Clerici extra Collegia. 626. Incedentes in habitu Clericali. 381.

## Ex Clero Regulari.

Teatinorum.	Iesuitarum.	S. Pauli decollati.	Cõgregationis Somaschæ.	Canonicorũ Regulariũ.	Monachorũ Mõtis Oliueti.	Cisterciensium.	Cassinensium.
Monasteria. 1	Monasteria. 3	Monasteria. 3	Monasteria. 5	Monasteria. 5	Monasteria. 5	Monasteria. 2	Monasteria. 2
Confessarij. 2	Confessarij. 33	Confessarij. 21	Confessarij. 8	Confessarij. 11	Confessarij. 7	Confessarij. 7	Confessarij. 2
Sacerdotes alij. 12	Sacerdotes alij. 40	Sacerdotes alij. 38	Sacerdotes alij. 13	Sacerdotes alij. 61	Sacerdotes alij. 54	Sacerdotes alij. 42	Sacerdotes alij. 36
Ministri. 22	Ministri. 100	Ministri. 61	Ministri. 17	Ministri. 34	Ministri. 62	Ministri. 43	Ministri. 46
Altaria. 3	Altaria. 12	Altaria. 15	Altaria. 7	Altaria. 34	Altaria. 29	Altaria. 4	Altaria. 26
Missæ. 12	Missæ. 73	Missæ. 59	Missæ. 21	Missæ. 73	Missæ. 61	Missæ. 49	Missæ. 38


Monachorũ diuersorũ.	Mendicantium.	Obseruantium.	Monialiũ Ordin. subiectarũ.	Regularibus subiectarũ.	Regularium in totum.	Monialium in totum.
Monasteria. 6	Monasteria. 38	Monasteria. 36	Monasteria. 46	Monasteria. 15	Confessarij. 219	Velate. 2638
Confessarij. 8	Confessarij. 54	Confessarij. 60	Velate. 1634	Velate. 1004	Sacerdotes. 986	Conuerse. 619
Sacerdotes alij. 51	Sacerdotes alij. 318	Sacerdotes alij. 320	Conuerse. 406	Conuerse. 213	Ministri. 907	Novitie. 143
Ministri. 48	Ministri. 248	Ministri. 238	Novitie. 82	Novitie. 61	Ecclesia. 106	Puella educanda. 415
Altaria. 26	Altaria. 186	Altaria. 88	Puella educanda. 354	Puella educanda. 60	Altaria. 430	Ecclesia. 61
Missæ. 59	Missæ. 373	Missæ. 380	Altaria. 60	Altaria. 24	Missæ in die. 1078	Altaria. 84
			Missæ. 80	Missæ. 30	Præter eas, q̄ celebratur in Eccl. secul.	Missæ. 110

Scholæ doct̄r. Christianæ.	Sodalitates.	Congregationes 24. vz.
740	886	Spirituales. 3
Officiales generales. 273	Corporis Christi. 556	Liberalium artium. 1
Officiales particulares. 1726	Beata Mar. Vir. 130	Literarum omnium. 1
Operarij. 3040	Disciplinatorũ. 133	Philosophia moralis. 1
Instruendi. 40098	Diuersorum. 67	Institutionum legum. 1
		Logica. 1
		Physica. 1
		Humanarum literarũ & Grammatica in Collegijs. 5
		Geometria & Aritmet. 2
		Extra Collegia gratis. 9

Populi totius Animæ.
Medici. 79
Ludi Magistri. 323.
Docentes alij plures, qui fidei professionem emittere tenentur.
A Communione. 366868
In totum. 560000

LAVS DEO.

Loca Pia 24. pro erogandis in pauperes elemosinis, qui ad minimũ constituantur numero 99408.	Domus Piæ 16. vz.	Hospitalia 16.
	Virginũ diuersarũ. 11. 240	Infantũ expositorum.
	Virginum existentium. 1	Orphanorum. 60
	Viduarum. 1	Senum.
	Mulierum à marito discedentium & huiusmodi. 1	Aegrotantium. 20
	Pœnitentium seu Conueritarum. 1	Conualescentium. 4500
	Publice peccantium repositarum. 1	Amentium. 50
		Mendicantium. 100
		Peregrinorum. 30



# I N D E X PARTIVM, CONCILIORVM,

Synodorum Diocesandarum, Instructionum, Institutionum, Tabellarum, Litterarum Pastoralium, & Formularum, tum etiam Titulorum, & Capitum singulorum;

*Quae in his octo Actorum Ecclesiae Mediolanensis Partibus continentur.*



<b>A</b> ctorum Pars prima. initio. drales ecclesias. 15. 1.	Conciliū Prouinciale primum. initio. De vita, & honestate Episcoporum, & clericorum. 15. 2.
Litterae de Concilio primi editione. initio. De frequenti diuini sacrificij oblatione. 16. 1.	Edictum de Concilio Prouinciali primo. initio. De dignitate ab Episcopo retinenda. 16. 2.
Constitutiones, & Decreta condita in Prouinciali Synodo Mediolanensi prima. pagina 1. De Episcopi vestitu. 16. 2.	Tituli Partis primae Concilij Prouincialis primi, De professione fidei, & eius tuendae cura. pag. 1. col. 1. De Episcopi supellestili. 17. 1.
De abutentibus sacra scriptura. 2. 1. Qui libri potissimum à clericis legendi. 17. 2.	De ludi Magistris. 2. 1. De clericorū vestitu, & reliqua vitæ moderatione. 18. 1.
De fidei initijs a Parocho tradendis. 2. 2. De clericibus adibus. 19. 1.	De Præbenda Theologica. 2. 2. De armis, ludis, spectaculis, & eiusmodi à clerico vitandis. 19. 2.
De Prædicatione Verbi Dei. 2. 2. De negotijs secularibus à clerico fugiendis. 20. 1.	Quae seruanda sunt in sacris Imaginibus effingendis. 4. 2. De Residencia. 20. 2.
De actionibus, & representationibus sacris. 4. 2. De sanctarum reliquiarum ueneratione. 5. 1. De diligentia ab Episcopo adhibenda in statu uniuscuiusque Parochiae cognoscendo. 22. 1.	De magicis artibus, ueneficijs, diuinationibusq; prohibitis. 5. 1. De Vicarijs foraneis constituendis. 22. 2.
De blasphemia. 5. 2. De Visitacione. 23. 1.	De festorum dierum cultu. 6. 1. De iudiciali foro Episcopi. 24. 1.
Constitutionum Pars secunda. 6. 1. De Notarijs, & Scribis. 24. 2.	Tituli Partis secundae De ijs, quae ad Sacramentorum administrationem generatim pertinent. 6. 1. De Causidicis, Aduocatis, & Fiscalibus. 26. 1.
Quae pertinent ad baptismi administrationem. 7. 1. De carceris custodijs, & reis. 26. 2.	Quae pertinent ad Sacramenti Confirmationis administrationem. 7. 2. De ministris Ecclesiae, & diuinis officijs. 26. 2.
Quae pertinent ad Sacramentum sanctae Eucharistiae. 8. 1. Communia de Ministris. 26. 2.	De officio eius qui choro praesidet. 27. 2.
Quae pertinent ad celebrationem Missae. 8. 2. De ijs, qui dignitates, personatus, aut canonicatus habent. 27. 1.	De officio magistri chori, & caeremoniarum. 28. 1.
Quae pertinent ad Sacramenti Pœnitentiae administrationem. 10. 2. De officio Sacristae. 28. 2.	De officio Mansionarij. 29. 1.
De Ieiunio. 12. 1. De officio Punctatoris. 29. 2.	Quae pertinent ad Extremæ Vnctionis administrationem. 12. 2. De officio Thesaurarij. 29. 2.
Quae ad sacramenti Ordinis administrationem pertinent. 12. 2. De officio Custodum. 30. 1.	De Seminario clericorum. 13. 1. De functionibus minorum Ordinum ad usum reuocandis. 30. 1.
Quae pertinent ad collationem beneficiorum. 14. 1. De Ostiario. 30. 1.	De edicto proponendo in examine eorum, qui praeficiendi sunt parochialibus ecclesijs. 15. 1. De Lectore. 30. 2.
De examine, & inquisitione in promouendis ad Cathedrales ecclesias. 15. 1. De Exorcista. 30. 2.	De Acolutho. 30. 2.
	Communia de ratione diuinorum officiorum. 30. 2.

INDEX CAPITVM.

De Musica, & Cantoribus.	31. 2.	Conclusiones in publicum proponenda, à quibus probanda sint. Decretum 4.	61. 2.
Quando, & quomodo ad diuina officia conueniendum.	31. 2.	Bullarum promulgatio, & asseruatio. Decretum 5.	61. 2.
Quomodo versandum in choro.	32. 1.	61. 2.	
Quomodo à Choro recedendum.	32. 2.	Visitatores, sacerdot es sint. Decretum 6.	62. 1.
De Matutino, & Prima.	32. 2.	Episcopi officium in consecrationibus, & benedictionibus. Decretum 7.	62. 1.
De Missa solemnè.	32. 2.	Stipendium Vicecurato cathedralis, collegiat. &ve Ecclesiæ attribuendum. Decretum 8.	62. 1.
De Processionibus, & supplicationibus.	33. 1.	Liber distributionis sacrorum-oleorum, & quis ea deferat. Decretum 9.	62. 1.
De funere Episcopi.	34. 1.	Compatres rudes ne adhibeantur. Decretum decimum.	62. 1.
De funeribus, & exequijs.	34. 2.	62. 1.	
De sepulchris.	35. 1.	62. 1.	
Quæ pertinent ad honorum, & iurium ecclesiasticorum conseruationem, rectam administrationem, & dispensationem.	36. 1.	62. 1.	
Quæ ad Sacramentum matrimonij pertinent.	36. 2.	62. 1.	
De Meretricibus, & lenonibus.	39. 2.	62. 2.	
De Histronibus, Cingaribus, tabernis meretricijs, & aleatoribus.	40. 1.	62. 2.	
De immoderatis sumptibus coercendis.	40. 1.	62. 2.	
De Usuris.	40. 2.	62. 2.	
Constitutionum Pars tertia.	40. 2.	62. 2.	
Tituli partis tertiæ.	41. 1.	62. 2.	
De piorum locorum administratione.	41. 2.	62. 2.	
De Monialibus.	41. 2.	62. 2.	
De Monialium numero.	43. 1.	62. 2.	
De Præfatis, & alijs Ministris Monialibus.	43. 1.	62. 2.	
De puellis ad religionem admittendis.	43. 2.	62. 2.	
De nouitijs ad professionem recipiendis.	46. 1.	62. 2.	
De diuinis officijs, precationibus, & lectione Monialium.	46. 2.	62. 2.	
De communi vitæ usu, ac de proprietate tollenda.	47. 1.	62. 2.	
48. 1.		62. 2.	
De Clausura, & quæ ad eam tuendam aliqua ratione pertinent.	48. 2.	62. 2.	
De Conuersis.	51. 1.	62. 2.	
De Puellis secularibus, quæ in Monasterijs educantur.	51. 2.	62. 2.	
51. 2.		62. 2.	
De Concionatoribus, Confessoribus, Visitatoribus, & Cappellanis.	52. 1.	62. 2.	
De propria regula, & constitutionibus his assidue legendis.	52. 1.	62. 2.	
53. 1.		62. 2.	
De Iudeis.	53. 2.	62. 2.	
De pænis, & alijs, quæ generatim ad has constitutiones pertinent.	53. 2.	62. 2.	
54. 2.		62. 2.	
Oratio Metropolitanæ habitæ in Concilio Prouinciali primo.	54. 2.	62. 2.	
56.		62. 2.	
Concilium Prouinciale secundum.	59.	62. 2.	
Litteræ de editione Concilij Prouincialis secundi.	60.	62. 2.	
Edictum de Concilio Prouinciali secundo.	60.	62. 2.	
Decreta condita in Concilio Prouinciali secundo.	61.	62. 2.	
Tituli Concilij Prouincialis secundi.	61.	62. 2.	
Titulus primus. Quæ ad fidem tuendam, sacramenta ministranda, & alia Pastoralia munera pertinent.	61. 1.	62. 2.	
61. 1.		62. 2.	
Tituli primi decreta.	61. 1.	62. 2.	
Edicti contra hæreticos promulgatio quotannis. Dec.	61. 1.	62. 2.	
61. 1.		62. 2.	
Sodalitas doctrinæ Christianæ instituenda. Decr.	61. 1.	62. 2.	
61. 1.		62. 2.	
Sodalitas nominis Dei ad tollendam blasphemiam. Decretum 3.	61. 2.	62. 2.	

INDEX CAPITVM.

datitarum exhibitio, & comprobatio. Decr.	1.	65. 2.	Mantelleti usu quibus interdicitur. Decr. 31.	70. 1.
pag. 65. col. 1.			Clericis interdicitur mulieres docere, & libros de musicis obscenos habere. Decretum 32.	70. 1.
Facultas celebrandi Missas. Decr.	2.	65. 2.	Explicatur decretum superioris Concilij, de numero clericorum in mensa. Decretum 33.	70. 1.
Missæ celebratio in Monialium Ecclesijs quando uerita. Decretum 3.		65. 2.	Ecclesiasticis in adibus spectacula vetantur. Decr.	34.
Missas conuentuales celebrare negligens, qua pæna plestendus. Decretum 4.		65. 2.	70. 2.	
Missæ pro mortuis in singulos menses quando celebranda. Decretum 5.		65. 2.	Clericus alienæ diocesis, delicti alicuius reus, quando ad proprium Episcopum mittendus. Decretum 35.	70. 2.
Campanæ pulsatio in eleuatione Corporis Domini. Decretum 6.		66. 1.	Clericus redeunti præscribitur significatio reuersionis. Decretum 36.	70. 2.
Processiones in celebratione Corporis Domini, quibus in Ecclesijs, & quando fiant. Decretum 7.		66. 1.	Titulus tertius. Quæ ad bona, & iura Ecclesiarum, piorumq; locorum attinent. Decretum 37.	70. 2.
Missæ de Spiritu sancto, & processiones in diocesi Prouinciali, vel diocesana synodo. Decr.	8.	66. 1.	Tituli tertij decreta. Decretum primum.	70. 2.
Clero ad processiones, funusue conuenienti modus præscriptus. Decretum 9.		66. 1.	70. 2.	
Pulsatio campanæ die Veneris ad recolendam Iesu Christi passionem. Decretum 10.		66. 2.	Cautio ab Episcopo adhibenda in beneficiorum cessionibus admittendis. Decretum 2.	70. 2.
Horæ canonica ad præscriptam Breuiarij Romani rationem. Decretum 11.		66. 2.	Probatio sex mensum tollitur, & huius rei fructus occurrunt. Decretum tertium.	70. 2.
Magister ceremoniarum in unaquaque Plebe constituitur. Decretum 12.		66. 2.	Solutio fructuum præbende, qua ratione faciendi sit in admissione. Decretum 4.	71. 1.
Capitulum in singulas hebdomadas habeatur, cui aliqua rerum spiritualium ratio præscribitur. Decretum 13.		67. 1.	Ecclesiastica bona quibus non locanda. Decretum 5.	71. 2.
67. 1.			Ecclesiasticorum bonorum alienatio, quando irrita sit. Decretum 6.	71. 2.
Funus Canonici mortui à quibus fiat. Decr.	14.	67. 1.	Alienatio ecclesiasticorum bonorum ita facta, ut superioris auctoritate fulciatur, quando nulla declaratur. Decretum 7.	72. 1.
Parochi ægrotantis cura in ijs, quæ ad salutem animæ pertinent, quibus committatur; eiusque mortui exequia. Decretum 15.		67. 1.	Ecclesiastica bona alienata, semel recuperata, nondum etiam incorporata, non locentur, alienenturue, nisi ob utilitatem, aut necessitatem. Decretum 8.	72. 1.
Interpretatio decreti Concilio priori editi de candelis, & intortitijs. Decretum 16.		67. 2.	Locationis ecclesiasticæ recognitio, ad quem pertineat. Decretum 9.	72. 1.
Explicatio constitutionis superioris Concilij prouincialis de tollendis in funere pactionibus. Decr.	17.	67. 2.	Bonorum ecclesiasticorum memoriæ conseruanda modus præscribitur. Decretum 10.	72. 1.
Ornatus in templis, & in processionibus, qualis. Decretum 18.		67. 2.	De locationibus, quæ pactionibus fiunt de prædijs melioribus reddendis. Decretum 11.	72. 2.
Indumenta sacra ad quem apparatus non adhibenda. Decretum 19.		68. 1.	Cancellariæ Episcopalis manus, ab ipso, cui commissum est, exerceatur. Decretum 12.	73. 1.
Vestis in diuinis officijs non adhibeantur, nisi Ecclesiæ instituto prius benedictæ. Decretum 20.		68. 1.	Subsidij charitatiui exigendi ratio præscripta. Decr.	13.
Libri sacri, ecclesiasticive ne ad vilem, & sordidum usum auertantur. Decretum 21.		68. 1.	73. 1.	
Laicorum ædes in posterum Ecclesiam ne attingant, & fenestræ obstruantur. Decr.	22.	68. 1.	Archiuji clauis, sede Episcopali vacante, quibus tradenda. Decretum 14.	73. 2.
Parlamenta publica, & alia profana in Ecclesia prohibentur. Decretum 23.		68. 1.	Inuasoribus bonorum clerici mortui occurrunt. Decretum 15.	73. 2.
Musica instrumenta præter organum in eleemosinarum oblationibus vetantur. Et ne eleemosinas puellæ queritent. Decretum 24.		68. 2.	Legatis piarum causarum nomine exequendis, ratio adhibetur. Decretum 16.	73. 2.
Seminarij uisitatio, & constitutiones. Decr.	25.	68. 2.	Interpretatio constitutionis priori Concilio editæ, de Notarijs pia legata non denunciantibus. Decretum 17.	74. 1.
Confessiones diaconorum, & aliorum clericorum. Decretum 26.		68. 2.	74. 1.	
Canonicis, & clericis sacras conciones, & lectiones negligenter pæna proposita. Decretum 27.		69. 1.	Bona fabricarum Ecclesiæ ne in alios usus auertantur. Decretum 18.	74. 1.
Clerici, certæ Ecclesiæ ministerio non additi, festis diebus in parochialem ecclesiam conueniant; huius rei cura sit Rectoris Ecclesiæ. Decretum 28.		69. 1.	Administratoribus bonorum Ecclesiæ, & piorum locorum interdicitur ea emere, vel conducere. Decr.	19.
Sacerdotes deligendi à quibus clerus instituatur, eiusq; conuocatio in singulos annos. Decr.	29.	69. 1.	74. 2.	
Conuentibus sacerdotalibus, ratio præscripta. Decr.	30.	69. 1.	Usuras à Montibus Pietatis exigere, vetitum est. Decretum 21.	74. 2.
69. 1.			74. 2.	



INDEX CAPITVM.

De Sodalitatibus disciplinatorum . Decretum 22. pag. 74. col. 2.	De sacris reliquijs, miraculis, & imaginibus. 115. 1.
Capita quadam ad Moniales pertinentia. 75. 1.	De Indulgentijs. 119. 1.
De Monialium numero, & clausura. Caput 1. 75. 1.	De superstitionibus. 119. 1.
De puella ad Religionem admittenda. Caput 2. 75. 1.	De sacris quattuor temporibus. 119. 2.
Moniales musica arte ne instruantur. Caput 3. 75. 1.	Formula denunciationis ieiunij quattuor temporum. 119. 2.
Quæ generatim ad hæc decreta pertinent. 75. 2.	De ferijs. 120. 1.
Observatio horum Decretorum, & promulgatio Decretum primum. 75. 2.	De sancto Ambrosio. 120. 2.
Interpretatio eorum ad quem spectet. Decr. 2. 75. 2.	De clericorum ad festorum dierum celebritates conuentu. 120. 2.
Subiectio sanctæ Sedi Apostolicæ. Decretum 3. 75. 2.	De religiosis peregrinationibus. 121. 1.
Petenda à Sanctiss. D. N. totius Synodi Prouincialis nomine peti censeantur. Decretum 4. 75. 2.	De sacris locis, eorumque cultu. 122. 2.
Oratio Metropolitanæ habita in Concilio Prouinciali secundo. 76.	De Ecclesiarum fabrica. 122. 2.
Concilium Prouinciale tertium. 81.	De Cappellis, & Altaribus. 123. 2.
Litteræ de editione Concilij Prouincialis tertij. 82.	De sepulcris. 124. 2.
Edictum primum de Concilio Prouinciali tertio. 82.	De Cæmeterijs. 125. 1.
Prorogatio Synodi, & Prouincialis, & Diocesana. 83. 2.	De Campanis. 125. 1.
Edictum alterum de Concilio Prouinciali tertio, quod ob causas prorogatum fuerat. 83. 2.	De ornatu, decore, ac nitore sacrorum locorū. 125. 1.
Decreta condita in Concilio Prouinciali tertio. 85.	De profano usu à sacris locis tollendo. 126. 2.
De festorum dierum cultu. 85. 1.	De religiosa in sacris locis conuersatione. 127. 1.
De scholis Doctrinæ Christianæ. 87. 2.	De Ecclesiarum, & Altarium consecrationibus, aliarumq; rerum benedictionibus. 127. 2.
Quæ ad Concionatores pertinent. 88. 1.	De ratione adhibenda in Ecclesijs, altaribusq; profanandis. 128. 1.
Quæ ad fidei tuendam studium pertinent. 88. 2.	De Sacristia. 128. 2.
Quæ ad sacramentalia, & sacramenta generatim pertinent. 90. 2.	De Bibliotheca. 129. 1.
De Baptismo infantum expositorum. 91. 2.	De Oratorijs in via sitis. 129. 2.
De ijs, quæ ad sacram Eucharistiæ pertinent. 92. 1.	De Oratione. 129. 2.
De ijs, quæ ad Pœnitentiæ Sacramentum pertinent. 92. 2.	De uerbi Dei prædicatione. 130. 2.
De ijs, quæ pertinent ad Sacramentum extreme Vnctionis. 93. 2.	De Doctrina Christiana. 132. 2.
De ijs, quæ partim ad Ordinis sacramentum, partim ad clericorum honestatem, ac studia pertinent. 93. 2.	Constitutionum Pars secunda. 133. 1.
De ijs, quæ pertinent ad Missæ sacrificium. 96. 1.	Quæ ad sacramentalia, vel ad sacramenta communiter pertinent. 133. 1.
De ijs, quæ ad diuina officia pertinent. 97. 1.	Quæ pertinent ad Sacramentum Baptismi. 134. 1.
De Parochis. 98. 1.	Quæ pertinent ad Sacramentum Confirmationis. 136. 1.
